Digitized by Google

XIV
H.
12.

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XIV
H
12
NAPOLI

Digitized by Google

FRANCISCI ZABARELLAE PATAVINI, CARD. FLORENTINI, IVRISC. PRAESTANTISS.

2

Super IIII. & V. Decretalium, ſubtiliſsima Commentaria.

Cum Additionibus, ſummarijs, ac repertorio Dõmini Ioannis Thierry Lingonienſis, iurium clariſsimi interpretis.

In hac poſtrema editione a multis mendis expurgata, & ſuo candori reſtituta.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

VENETIIS, Apud Iuntas, M D C I I.

Petri Franciſci Paſſerini Conſiliarij à Latere Sereniſs. Ducis P. & P.

Digitized by Google

Rubricæ quarti & quinti voluminis.

De ſponſalibus & matrimonijs. 2
De deſponſatione impuberum. 7
De clandeſtina deſponſatione. 10
De ſponſa duorum. 11
De conditionibus appoſitis. 11
Qui clerici vel vouentes ma. contra. poſ. 13
De eo, qui duxit in ma. quam polluit per adulterium. 14
De coniugio leproſorum. 15
De coniugio ſeruorum. 15
De natis ex libero ventre. 15
De cognatione ſpirituali. 16
De cognatione legali. 17
De eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. 17
De conſanguinitate & affinitate. 18
De frigidis & maleficiatis. 19
De matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ. 20
Qui filij ſint legitimi. 21
Qui matrimonium accuſare poſſunt. 24
De diuortijs. 25
De donationibus inter virum & vxorem. 27
De ſecundis nuptijs. 28
De accuſationibus. 29
De calumniatoribus. 45
De ſimonia. 46
Ne prælati vices ſuas. 56
De magiſtris. 57
De iudæis & ſarracenis. 58
De hæreticis. 62
De ſchiſmaticis. 68
De apoſtaticis & reiterantibus baptiſma. 70
De his, qui filios occiderunt. 71
De infantibus & languidis expoſitis. 72
De homicidio voluntario, vel caſuali. 71
De torneamentis. 79
De clericis pugnantibus in duello. 80
De ſagittarijs. 80
De adulterio & ſtupro. 80
De raptoribus, incendiarijs, & viola. eccle. 82
De furtis. 84
De vſuris. 84
De crimine falſi. 89
De ſortilegijs. 91
De colluſione detegenda. 92
De delictis puerum. 92
De clerico venatore. 93
De clerico percuſſore. 93
De maledicis. 94
De clerico excommunicato miniſtrante. 94
De clerico non ordinato miniſtrante. 97
De clerico per ſaltum promoto. 97
De eo, qui furtiue ordines recepit. 98
De exceſſibus prælatorum. 99
De noui operis nunciatione. 103
De priuilegijs. 105
De purgatione canonica. 117
De purgatione vulgari. 120
De iniurijs & damno dato. 120
De pœnis. 121
De pœnitentijs & remiſſionibus. 123
De ſententia excommunicationis. 126
De verborum ſignificatione. 153
De regulis iuris. 164

ILLVSTRISSIMI, AC EXCELLENTISSIMI I. V. MONARCHE, DOMINI CARDINALIS ZABARELLAE Super IIII. & V. Decretalium ſubtiliſsima Commentaria.

Cum Additionibus, ſummarijs, ac repertorio Domini Ioannis Thierry Lingonienſis, iurium clariſsimi interpretis.

De ſponſalibus & matrimonijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quid ſit.*
2 *Sponſalia vnde dicantur.*
3 *Matrimonij inſtitutionis quæ cauſa fuit.*
4 *Status humanæ creaturæ dicitur eſſe duplex.*
5 *Matrimonium an ſit de iure diuino, vel poſitiuo.*
6 *Pater quare plus diligit filium, quàm ſeipſum.*
7 *Matrimonium a iuregentium dicitur dependere.*
8 *Gratia an infundatur per matrimonium, ſicut per alia ſacramēta.*
9 *Matrimonium ad hoc vt ſit verum, quos requirantur.*
10 *Matrimonium quis contrahere poſſit.*
11 *Matrimonij quot ſunt bona.*
12 *Matrimonij impedimenta quæ ſint.*

Vidimus de pertinentibus ad clericos: videamus de perti-
nentibus ad laicos ſecundum Goſ. de materia agitur 27. cauſa
vſque ad fi. cauſarum. Excepto tractatu de pęnitentia qui inter-
ponitur ſpecialiter. facit 27. q. 2. in princ. 33. q. 2. & q. 3. 32. q. j. 2.
a 3. Repetitur in 6. Quæro, quid ſint ſpōſalia: [a] quid matrimo-
b nium. [b] † Sol. dic, ꝙ ſunt futurarum nuptiarum: ſeu verius fu-
1 turi matrimonij promiſſio. ff. e. l. j. 30. q. 5. noſtrates. matrimo-
niū autem eſt maris & fęminæ cōiunctio indiuiduā vitæ con-
ſuetudinē retinēs. 27. q. 2. c. 2. quæ diffinitio non eſt bona: quia
competit brutis, niſi ſaluetur per verbum, cōſuetudinem, qđ
denotat cōuerſationem cum ratione. Ego dico ſic, ꝙ eſt vnio
viri, & mulieris, qua alter alteri inſeparabiliter obligatur ad ſo-
bolem producēdam. Quæro ſecundo, vnde dicuntur ſponſa-
2 lia: † & vnde matrimonium. dic ſpōſalia a ſpondeo es. ff. e. l. j.
c Matrimonium [c] quaſi matris munium. de cōuerſi. infidelium.
c. 2. Et fortius dicitur matrimoniū, quàm patrimonium: quia
ſunt maiora onera mulieris in numero, q̄ ſint viri. dicto c. fi. de
3 cōuerſi. infidelium. Quæro tertio, quæ fuit cauſa † inſtitutionis
matrimonij. Sol. dic, ꝙ pōderari debet duplex ſtatus humanæ
4 creaturę. † Primus fuit in ſtatu innocētię in paradiſo, vbi fuit in-
d ſtitutū a Deo [d] ꝑ hęc verba: hoc nūc os ex oſſibus meis [e] &c. de
e biga. debitū. Gen. 2. c. ad reparationem angelorum lapſorum.
Ezech. 3. c. Secūdus eſt ſtatus poſt peccatum, quo attento, ma-
trimoniū habet duplicē cauſam principalem. vna eſt procrea-
f tio prolis. [f] ſecūda vitatio fornicationis. [g] 32. q. 2. §. his ita. Sunt
g etiam aliæ multæ cauſæ particulares. Quæro quartò, an matri-
5 monium † ſit de iure diuino, [h] vel poſitiuo. Et dic, ꝙ habet mul
h tiplicem dependentiam. primò a lege diuina, quia inſtitutum
a Deo vt ſ. Item a lege naturæ: quia naturaliter inclinatur vir
in fęminam. l. j. ff. de iuſti. & iur. & ibi no. j. di. ius naturale. Ra-
tio, quia naturaliter quodlibet ens appetit conſeruari. & cum
nō poſſit conſeruari in ipſo ſm indiuiduum, optat, & curat cō-
ſeruari ſm ſpeciē generādo ſibi ſimile: vt dicit philoſophus ſe-
i cundo de anima. Iſta eſt ratio, quare pater [i] † plus diligit filium,
6 quàm ſeipſum: quia ſperat magis in eo conſeruari. ff. ꝙ met. cā.
7 l. iſte quidē. Item matrimonium † habet dependentiam a iure
k gentiū [k] ex dictamine rectæ rationis, ſm quam habet indiſſolu
bilitatem, vt ſit vnus vnius & vna vnius; licet Socrates & Pla-
to dicerent ad bonam politiam cōpetere, vt vxores eſſent com
munes, & filij. ad hoc. 12. q. j. dilectiſſimis. quod reprobat philo-
ſophus in politicis: quia ſurgeret indiſciplinatio, & tolleretur
amor. Item dependet a lege poſitiua, quæ dat formam matri-
monio J. de ſpon. duorum. c. j. poteſt igitur dici de iure diuino,
de iure naturali, de iure gentium, & de iure poſitiuo. Quæro
8 quinto an per matrimonium † infundatur gratia, [l] ſicut in alijs
l ſacramentis. gl. ꝙ nō. j. q. j. quicquid. dic ȝ, ꝙ immo infundatur
gratia, cum ſit ſacramentū. de quo plene de ſacra vnc. c. vno. Ex
hoc infero falſum eſſe, ꝙ dixerunt aliqui, non poſſe interuenire
m copulam in matrimonio ſine peccato, [m] immo poteſt eſſe me-
ritoria, ſicut ēt fuiſſet in ſtatu innocētiæ. Quæro ſextò, quot re-
9 quirūtur ad hoc, vt ſit verum matrimonium. † dic principaliter
n requiritur cōſenſus. [n] J. c. j. 27. q. 2. ſufficiat. Sunt tamen aliquan
do aliquæ ſolennitates obſeruandæ de conſuetudine. vt in illo
c. & ſi non ſeruentur, dicit Innoc. J. c. j. eſſe peccatum, tamen va
let matrimoniū. probatur 30. q. 5. noſtrates, & c. fęminæ. Quæro
10 ſeprimò quis poteſt cōtrahere matrimonium. † Innoc. J. c. iuue
nis. ꝙ quilibet qui pōt conſentire in carnalem affectum, niſi ex-
preſſe prohibeatur. quia edictum de matrimonio prohibitoriū
eſt. J. e. cum apud. Quæro octauo, qđ ſi contrahens matrimoniū
non habet reſpectum ad cauſas principales matrimonij. Inno.
ibidem dicit, ꝙ adhuc valet, dūmodo non intendat contra cau
ſas principales. vt, ꝙ vitetur ſoboles. 32. q. 2. ſolet. J. de condi. ap-
11 po. c. fi. Quæro nonò, quot ſunt bona † matrimonij. [o] Sol. dic, vt
o in c. fi. de condi. app. in glo. Quæro decimò, quot ſunt, quæ im-
12 pediunt matrimonium. † [p] dicit Innoc. in d. c. iuuenis, ꝙ duode-
p cim. de quibus dantur verſus: Error, conditio, votum, cogna-
tio, crimen, Cultus, diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas. Si ſis
affinis, vel ſi coire nequibis. Hæc ſocianda vetant connubia,
iuncta retardant. Hæc exponuntur per Io. An. in ſumma huius
quarti libri. Per hæc habemus ea, quæ competunt pro euiden-
tia intelligendi ea, quæ principaliter pertinent matrimonio.

ADDITIONES.

a Sponſalia. Adde glo. in verbo habere. in c. ad audientiam. infra e.
b Matrimoniū. Adde gl. ſummę 11. q. j. gl. i e ex publico. de cōuer. cōiu. gl. in c. 2. de penit. & remiſ. Doc. in c. j. de conuerſ. infidelium. Doc. in c. j. de voto. lib. 6. Doc. in c. debitū. de bi. Doc. in c. j. de In. Doc. in l. j. in §. huius. ff. de iuſti. & iu.
c Matrimonium. Adde c. nuptiarum. 37. q. j. & in §. his ita. 32. q. 2.
d A Deo. Adde tex. in c. j. de voto. lib. 6. & in c. ſicut non omnis. 32. q. 2. glo. ſummæ. 27. q. j.
e Meis. Adde glo. in verbo, vaticinabatur. in §. Adam. de pęn. diſt. 2. glo. in verbo inſtitutor in c. fi. de frigi. glo. ſummæ. 27. q. j.
f Prolis. Adde c. fi. de frigi.
g Fornicationis. Adde Car. Alexan. in c. ex parte. infra eo.
h Diuino. Adde l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure.
i Pater. Adde hic, quia pater magis diligit filios maſculos, quàm fœminas. dic, quia per maſculos conſeruatur dignitas familiarum. vt in l. 1. in §. pen. ff. de ventre inſpi. & Iaſon in l. qui filiabus. in 4 col. de leg. 1.
k Gentium. Adde tex & ibi Doct. in c. ius gentium. 1. diſt.
l Gratia. Adde c. cōcubina. 32. q. 2. c. nuptiarū. 37. q. 1. & i c. in eccleſiis. de ſimo.
m Sine peccato. Adde Car. Alex. in §. alias ea demum. in 12. not. 25. diſt.
n Conſenſus. Adde c. cum locum J e. & glo. 6. in c. vlt. de ſpon. duo.
o Matrimonium. Adde tex. in c. hi, qui 31. q. 7. tex. in c. omne itaque. 27. q. 2. & gl. in l. in c. per venerabilem. qui fi. ſint legi. & gl. ſummæ. 27. q. 1.
p Matrimonium. Adde gl. ſummæ 27. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſolo conſenſu perficitur.*
2 *Conſuetudo eſt lex ſpecialis.*
3 *Matrimonium poſtquam eſt contractum, eſt indiſſolubile.*
4 *Laici ratione matrimonij ſubijciuntur iudicio eccleſiæ.*
5 *Conſuetudo an habeat vim legis.*

1 DE Francia. Matrimonium † ſolo con
ſenſu perficitur, licet con-
ſuetudo patriæ non ſeruetur. primo thema &
qõ. ſecundo diffinitio: ibi, diffiniuit. No. ꝙ cõ-
2 ſuetudo † eſt lex ſpecialis: immo vincit legẽ,[a]
a ſi eſt rationabilis. de hoc. de conſue. c. fi. No. ꝙ
3 matrimonium † poſtq̃ eſt contractum, eſt indiſſolubile: adeo
4 ꝙ contractũ cũ ſecũda eſt nullũ. Nota ꝙ rõne matrimonij † laici
b ſubijciuntur iudicio eccleſiæ:[b] quia eſt res eccleſiaſtica. Oppo.
ad tex. in eo, ꝙ dicit lege ſaxonum. quia lex debet eſſe generalis.
5 Sol. vt in gl. j. Opp. quia conſuetudo † habet vim legis & vincit
legem. de conſue. c. fi. l. 2. C. quæ ſit lo. conſue. factum aũt contra
legem eſt nullum. C. de legi. l. non dubium. de poſtu. c. fi. ergo &
contra conſuetudinẽ. Sol. hic conſuetudo non potuit induci ad
deſtruendã ſubſtãtiã matrimonij ſm Inn. Dic rõ eſt: quia con-
ſuetudo eſt iuris poſitiui: ideo non põt tollere matrimonium,
quod ſurgit a iure diuino. Sed circa accidentalia: vt circa dotẽ
& ſimilia bene valeret ſm Innoc. pro hoc ſ. de teſta. Rainutius.
Opp. ꝙ matrimonium hoc fuerit nullum: quia cum alienige-
na. 27. q. j. caue. So. ibi de alio alienigena ſidei: hic de alienigena
gentis ſeu patriæ. Quæro primò, qualis fuit hæc cõſuetudo. dic,
ꝙ forte in Francia erat conſuetudo, ꝙ pallium ſuperponeretur
cõtrahentibus, quæ nõ ſeruabatur in Saxonia. vel erat ſm Hoſt.
c conſuetudo, quã induxit Karolus[c] rex, ꝙ vir poſſet ſeparare vxo
rem a ſe, ſi ſibi non placeret in primo concubitu.

ADDITIONES.

a Legem. Adde l. de quibus. ff. de legi. & in l. 1. C. quæ ſit longa conſue.
b Eccleſiæ. Adde c. non eſt. infra eo. & in c. per venerabilem qui fi. ſint legiti.
c Karolus rex. Adde ꝙ tanta eſt regum Franciæ matura conſultatio, ꝙ hanc con-
ſuetudinem tolerare noluerũt, immò potius euellere, nec comperi in cronicis
iſtud dictum ſtolidiſſimum, ſalua tamen tanti doctoris reuerentia.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro non ſunt de iure diuino.*
2 *Cauſa inductiua ſublata tollit effectum inductum.*
3 *Conditio in omni matrimonio dicitur ineſſe.*
4 *Iuramentum directè Deum concernere videtur.*

PRæterea. Soluuntur ſpõſalia de futuro ſi ſpõſi
inuicem ſe abſoluũt. h. d. primo qõ.
ſecundò ſolutio: ibi, cõmonendi. & diuide in duas,
vt duo ſint membra. ſecunda ibi, ſi autem. No. ſpon
1 ſalia † de futuro non ſunt de iure diuino: alias eſſent indiſſolu-
2 bilia. Nota, ꝙ cã inductiua † ſublata tollit effectus inductos. de
re. iu. c. 1. in gl fi. Op. extra gl. in eo, quod dicit textus, ꝙ dederũt
3 fidẽ ſub conditione, † quia in omni matrimonio ineſt conditio.
de iureiur. quemadmodum. Sol. hic non fuit conditio expreſſa:
ſed tacita ſic. Op. ꝙ debent compelli, vt ſeruẽt fidẽ. J. c. ex literis,
el 2. gl. ſoluit vno mõ, ꝙ hoc c. ponit ius commune. Alio modo,
ꝙ eſt diſpenſatio. Vinc. aliter dixit, ꝙ qñque fides tradita eſt ſine
iuramento. & procedit tex. qñque eſt iurata: & tũc aut iuſm cõ
cernit Deum, vt quia contẽplatione pietatis quis vult cõtrahere
cum meretrice. J. c. inter opera. tũc nõ pñt diſſolui hæc ſpõſalia,
ſic intelligendo eſſet de gratia diſſolutio hic. Aut iuramentum
concernit hoĩem. i. fauore hoĩs præſtitũ, tũc põt diſſolui mutuo
4 diſſenſu. Dñs meus dicit, ꝙ oẽ iuramentum † directe concernit
Deum in vim, & non hoĩem. Ego dico, ꝙ iuramentum qñcũq;
eſt præſtitum fauore hoĩs directe concernit hoĩem, & per eum
tolli põt. caſus eſt de iureiuran. c. 1. qđ induco, & multis rationi-
bus hoc probo in c. teſtimoniũ in repetitione. de teſti. ad c. hoc.
dic, ꝙ procedit de iure, vt mutuo diſſenſu poſſint diſſolui, nec
ſunt de iure diuino: ſed matrimonium ſolum eſt de iure diui-
a no[a]. Item, ꝙ non ſit diſpenſatio neceſſaria, probatur: quia Papa
pmittit generaſr hoc poſſe ſeruari hac de cã gñali, ne deterius
inde contingat: quę cauſa non ſufficeret ad diſpenſationem.

ADDITIO.

a Diuino. Adde tex. in c ſicut non omnis. in §. his ita, 31. q. 2. tex. in cap. vnico. de
voto. lib. 6. gl. ſummæ. 27. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Via tutior in dubijs eſt eligenda.*
2 *Honeſtas publica quæ dicatur.*

a IVuenis. [a]Si maior ſeptẽnio ſponſalia contra-
hit cum proxima ſeptẽnio, in qua ma
lina ſupplet ætatem, oritur publica honeſtas, maxi-
mè ſi tentant adinuicem cõmiſceri. Ego aliter ſum-
mo. Si maior contrahit ſponſalia cum puella minore ſeptẽnio,
& ſurgit dubiũ ex coniecturis probabilibus, an ipſa conſenſerit,
vel an copula interuenerit, non poteſt contrahere cum eius con
ſobrina. h. d. Primo qõ. ſecundo ſolu. cum duplici ratione. & ibi
nedum. ſed proximam ſeptẽnio. ad quod facit verbũ nedũ. ita
dicunt gl. Inno. & moderni communiter. ſed tñ eſt dubium. &
ibi, forſitan, ſi conſtruitur cum verbo, non potuit, tũc eſt certũ,
ꝙ interuenit tentatio. Ego autem teneo literam, vt ſtat. Nota in
1 dubijs † eligendum, quod eſt tutius. concor. in glo. No. de impe-
dimẽto iuſtitiæ publicæ honeſtatis, ꝙ impedit & dirimit, vt ſpõ-
ſus non poſſit habere aliquã de conſan. ſponſæ, & econtra. Nec
affinitas, de qua plene nõ conſtat impedit, & dirimit matrimo-
nium. Glo. dubio, ibi, iudicari, ad hoc qđ no, 4. q 9. decernimus.
de triplici dubietate. 33. diſt. c. vlt. Opp. ad tex. aut puella conſen-
ſit ante ſeptimum annum, & non poſtea: & certum eſt, ꝙ non
fuerunt ſponſalia. Aut poſtea, & certum eſt, ꝙ fuerunt: quomo
do poteſt ergo eſſe dubium? Sol. vt glo. ꝙ puella conſenſit ante
ſeptennium, & erat doli capax. quod tenet Inno. vt quia proxi-
b ma ſeptennio[b]. alias valuiſſet cum conſobrina ſm Innoc. Hoſt.
dicit, ꝙ hęc ſeparatio fit propter dubium, non quia puella eſſet
proxima ſeptennio: ſed quia vir tentauit commiſceri. & ſm eũ,
c ſi puella viueret, & per inſpectionem[c] poſſet apparere, ꝙ eſſet
virgo nõ fieret hęc ſeparatio, quod eſt verum: niſi eſſet ita pro-
xima ſeptennio, ꝙ eſſet doli capax. cauſa ergo ſeparationis fuit
hæc: quia dicebatur, ꝙ vir tentauit commiſceri. vel hoc præſup
ponebatur, ſi referatur forſan ad verbum poterit: tunc oportet
dicere, ꝙ interuenit tentatio. ſed dicamus, ꝙ erat dubium, quo
præſuppoſito ſurgebat dubitatio probabilis, an conſenſus puel-
læ interueniſſet. & ſic ſurrexiſſet publica honeſtas: vt quia fuit
doli capax. Si enim attentatum fuit, præſumitur doli capacitas.
Item aliud dubiũ interuenit, an interuenerit copula, quæ quan-
doque interuenit cum virgine. ff. de adulteriis. l. ſi ſtuprum. In
dubio fiet ſeparatio: quia dubitatur, an ſubeſſet impedimentũ
publicæ honeſtatis, & affinitatis. Quæro quæ eſt publica hone-
2 ſtas † dic ꝙ eſt impedimentũ proueniens ex contractu ſiue ma-
trimonij, ſiue ſponſaliorum de futuro, dummodo adſit conſen
ſus & hoc impeditur ſponſum habere aliquã in vxorem de con
ſanguinitate ſponſæ, & econtra. & fuit inductũ ab eccleſia pro-
pter honeſtatem & vitandum rixas, quia experientia docuit ſur
gere rixas, ſi conſanguineus poſſet habere deſponſatam conſan
guineo, quæ honeſtas debet attendi in matrimonio. l. ſemper. ff.
de ritu nuptiarum.

ADDITIONES.

a Iuuenis. Adde, quis contineatur appellatione iuuenis, vide gl. in verbo perfectus
in prohe. lib. 6. faciunt not. in c. fi. infra eo.
b Septennio. Adde c. atteſtationes. de deſpon. impu. docto. in c. cum in cunctis. de
electio. Bal. in c. cum vigeſimum. de off. deleg.
c Per inſpectionem. Adde doct. in c. propoſuiſti. de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro filijs ſponſalia contrahere poteſt.*
2 *Sponſalia de futuro quandoque vitantur.*
3 *Impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, a quo conſurgit.*
4 *Scriptura aliquando attendi non debet.*

AD audientiam. Ex ſponſalibus etiam in-
ualidis propter conſan-
guinitatem oritur iuſtitia publicę honeſtatis. primò
factum. ſecundò commiſſio ibi, ſed qm. Idem dicit
1 in c. ſponſam. J. c. No. ꝙ pater † contrahit ſponſalia pro filijs.[a] de
a reſtit. ſpo. ex parte. de matrimonio contracto contra interdictũ
eccl. c. 1. & ibi no. J. de deſpon. impube. c. vno. lib. 6. No. ꝙ ſponſa
2 lia † de futuro qñque vitanſ, vt hic. quandoque non: vt ſ. c. prę-
b terea. No. ꝙ ſufficit allegatio generalis.[b] 6. q. 3. ſcriptum. de feriis.
3 c. vlt. de coha. cle. veſtra. No. ꝙ impedimentũ † iuſtitiæ publicæ
honeſtatis ſurgit ex conſenſu ſponſaliorum, etiã ſi ſponſalia ſint
alias nulla. & ſic, qđ non eſt validũ, habet effectũ. & ſic infertur
ratio dubitandi. Videbatur, ꝙ cum ſponſalia: non tenuiſſent, ꝙ
cum eis non ſurgeret publicę honeſtatis iuſtitia. Ideo in contra-
rium, quia impedimentum publicę honeſtatis ſurgit conſenſu,
qui eſt validus, etiam ſi ſponſalia non teneant propter conſan-
guinitatem. Gloſſ. ſi ille. ibi ſecus. dic, vt de diuor. cap. fina.
In fin. glo. & probatur. cap. vno. infra eod. lib. 6. vbi eſt conclu-
ſio,

ADDITIONES.

a Pro filiis. Adde Abb. in c. 1. de deſpon. impu. doc. in c. ex literis. el 2. infra e. Et
quid de patruo, an poteſt contrahere ſponſalia pro nepte, vide per Abb. in c. ex
parte de reſtit. ſpolia.
b Allegatio generalis. Adde Do. in c. degradatio. in §. no. de poeni. idem Domi. in
c. ſuper eo. in pri. no. de hære. eo. lib. Ab. in c. ꝓpoſuit. & in c. ſuggeſtũ. de app.

Digitized by Google

ſio, ꝙ dummodo ſponſalia ſint valida ex conſenſu puro non cõ
ditionali, oritur iuſtitia publicæ honeſtatis, licet ex alia cã ſint
4 nulla. Opp. ꝙ non debet attendi, † qđ ſcriptum eſt, nec attendi
textus ibi, ſcriptum eſt, ſed potius debeat recurri ad mentẽ ꝯhẽ-
tiũ per coniecturas. de verb. ſig. intelligentia. & c. præterea. Solu.
nõ ſemp attẽdiť ſcriptura. l. monumẽtorũ. C. de religioſis. no. de
proba. cũ cãm. Sed tamen pro ſcriptura præſumitur. 16. diſt. ab
eo. de cõſe. diſt. prima. ſolennitates. 24. q. 2. ſane. el 2. vel in libris.
ff. de neg. geſt. l. Neſenoius. per hoc non tollitur quominus attẽ-
dať mẽs. ſed qñ conſtat ex verbis, non eſt opus coniecturis.

De illis. Si ſponſus de futuro per lõgam moram ſe abſen-
tat, ſponſa cum alio poterit contrahere. deciſa eſt
de princ. cap. de illis. infra de condi. appo. Quæro, quæ ſint ratio
dubitationis. Sol. quia videbatur, ꝙ propter iuſm deberet ſemp
expectare, ne eſſet periura. Ratio decidendi eſt timor fornicatio
nis, ne nimis cogerentur expectare. Gl. cognita. quæ tenetur ſeq
a virum.[a] 13. q. 2. vnaquęque. Dic igitur concludendo gloſam, ꝙ
aut loquimur in ſponſa de præſenti, & illa ſemper expectat. Aut
de futuro, & ſm leges debet expectare triennio. ſecundum ca-
nones non tenetur expectare, licet gl. innuat, probat virum vi-
uere. vñ quicquid ſit, ſi iſta mulier ꝯhat cũ alio, bene valet ma-
trimoniũ, ſm leges ſit diſtinctio, an ſponſus ſit præſens, & teneť
expectare biennio. Si abſens tenetur expectare triẽnio. Extra gl.
b alij caſus[b] ponuntur in ſumma huius quarti libri. 27. q. 2. ex his.
Op. ꝙ non debuerit dari licentia ꝯhendi. vel ſi danda erat, ꝙ nõ
eſſet imponenda pęnitentia. So. hic imponitur pęnitentia: quia
per eam ſtetit: probat textus, ꝙ ſi per eã non ſtetit, nulla pęni-
tentia imponitur. & ſic. c. pręterea. ſ. c. non loquiť de cõparatiua
permiſſione. i. quæ ſit, vt euitetur peius: ſed loquitur de iure.

ADDITIONES.

a Virũ. De materia iſtius gl. adde doc. I c. ſi qs neceſſitate ineuitabili. 34. q. 2. doc.
in c. 1. infra de coniu. lepro. doc. in c. 1. qui matri. accuſa. poſſ. Io. de Imo. in ru.
ff. ſol. mat. Limita dicta iura, niſi ſcienter mulier duxiſſet in virum aliquem hi-
ſtrionẽ, qui ſolet vagari. quo caſu tenebitur ſequi virum vagabũdum, ita dicit
gl. in d. c. vnaquæque, in d. cap. ſi quis neceſſitate. & Bar. in l. Mæuia. in §. vxo-
re. ff. de an. leg. & doc. in d. rub. ff ſol. mat. Io. de Imo. in l. ſi cum dotem, in §. ſi
maritus. ff. ſol. mat. Cy. in l. libertæ. C. de ope. lib. Bal. in l. qui manumittitur. C.
de ope. lib.
b Caſus. Adde Anto. de Bu. in rubr. huius tit. vbi enumerat 13. caſus, & an in iſtis
caſibus requiratur ſentẽtia iudicis ſeparatoria, vide per Hoſt. in ſumma huius
tit in §. ſi verò verſi. & no. ꝙ regulariter.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſio certa quæſito incerto dari non poteſt.*

1 **DE muliere.** Incerto † quæſito non poteſt da-
ri certa reſponſio. & nihil di-
cit ad titulum. pars huius de matri. contrac. contra
inter. eccle. de muliere.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ætas, & verba requiruntur in contrahentibus.*
2 *Verba dubia, ſecundum quem ſenſum ſunt intelligenda.*

EX literis. Si apti ad ꝯhendũ ꝯhunt p verba ob-
ſcura, attendiť cõmunis intellectus.
Communis eſt diuiſio. ſecũda ibi, Rñdemus. No. ꝙ
1 in ꝯhentibus duo requiruntur. Intellectus † ſeu ſcien
tia. i. ſenſus etiã diſcretio. Item ætas. Item verba intelligunť ſm
cõem modũ intelligendi concordantiæ ſunt in glo. Gl. propo-
ſuit ibi. & §. nequis. ibi in gl. 2. In fi. gl. de hoc no. 38. diſt. ſedulo. &
ſtatur menti, ſi de ea conſtat. Si de ea non conſtat: tunc conie-
cturamur p verba vel alia inditia. Gl. intelligentiam. ibi exordio.
de hoc in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpo. & ibi ſiracuſanæ. & regu
la contra eum. lib. 6. & ibi de pactis ibi, de hoc. Opp. primò, ꝙ po
tius debeat ſtari intellectui ꝯhentium, q̃ recurri ad cõem ſen-
ſum. 27. q. 2. ſufficit ſ. c. 1. Item cõis interpretatio poſſet habere,
ꝙ iſti cõſenſiſſent, q tñ in veritate ſorte nõ cõſenſerũt. & abſur-
dũ eſſet ſorte, ꝙ cogerenť ꝯhere. Itẽ cõis interpretatio poſſet ha
bere, ꝙ non conſenſiſſent, cum tñ conſenſerint. So. dic, ꝙ ſi ꝯhẽ-
tes dicunt ſe conſenſiſſe, certum eſt, ꝙ ſtabitur, ſi non agitur de
præiudicio alterius matrimonij, cuoi poſſent etiã de nouo ꝯhe
re: ſed ſi dicunt ſe non conſenſiſſe, vterque vel alter ipſorũ, non
debet ſtari, cum malicioſe hoc dicant, de eo qui cog. cõſan. vxo.
ſuæ. c. ſuper eo. & recurritur ad cõem intelligentiam. Opp. ſecũ-
do ſi alter alium nõ intellexit, nõ cõſenſit in eum, ex quo cõſen
ſus non eſt expreſſus per verba, paria enim ſunt non eſſe, & non
apparere. vnde ſequitur, quòd ex quo ſe non intellexerunt inui-
cem, non fuit conſenſus mutuus in matrimonium. Solu. tex
tus legitur multis modis in exemplis. Aliqui legunt, ꝙ alter nõ
intellexit alterum propter varietatem linguarum. Iſtud excm-
plum non ſoluit ꝯrium, immò incidit in contrariũ: niſi tu præ-
ſupponas, ꝙ vir, & mulier venerant ad eundem locum cauſa
contrahendi. Item per quæcunque verba contrahant, erit ma-
trimonium, etiam ſi alter alterum non intellexit. ſufficit, ꝙ in-
telligat ad effectum. J. c. tuæ. quia ſine verbis eſſet matrimoniũ,
q̃uis fari poſſint. 27. q. 2. duobus. ibi per Archi. Vel exemplũ ſm
Inno. ꝙ alter non intellexit alterũ, quia forte putabat, ꝙ illa ver
ba nõ haberent tantum effectũ iuris, licet putaret, ꝙ ſufficerent
ad ꝯctum: credidit forte, ꝙ poſſet diſſolui. non enim excuſatur,
qui errat in iure. ſufficit enim, ꝙ intellexit taliter, ꝙ vtrinque cõ
ſtat de conſenſu. Alij dicũt, ꝙ vir dixit, vel mulier verba amphi-
bologica, vt dixit vir contraho tecum. dixit mulier & ego nunq̃
accipio alium: ſi intelligitur cõiter, ꝙ voluerint contrahere, va-
let matrimonium: licet ſi ipſa diceret, ꝙ nullo modo voluit cõ
trahere cum aliquo: vnde ſi vir dicit, promitto, ꝙ nunq̃ habeã
aliam. dico, ꝙ ſi conſtat ex coniecturis, ꝙ volebat contrahere de
præſenti, valet: quia cõis interpretatio attenditur. Vel exemplũ
volo te in vxorem, dicit vir. mulier dicit, & ego te in virum: mu
lier petit virum. ipſe dicit, ꝙ non ꝯxit: quia non ſequitur. ego vo
lo: igitur contraho. faciunt notata. l. in emenrem. C. de contra-
hen. emp. dicit vendens volo tibi vendere pro centum libris. di-
cit emens volo emere pro centum libris. gl. ibi dicit, ꝙ eſt perfe-
cta venditio. Opp. tertio. vt ſ. no. ſequitur volo: igitur facio. qa
ſi quis vult aſcendere arborem, tamen non aſcendit. dic in ꝯctu
ſufficit conſenſus, qui detegitur ex voluntate. igitur paria ſunt
volo contrahere, & contraho. Secus in alijs, in quibus requiriť
quid extrinſecum. vt in aſcenſu arboris. Petrus reprobat gl. quia
ſæpe volo vendere: tamen non vendo: vnde dicit non eſſe ven
ditionem, niſi fiat per verba propria. dic decidendã quæſtionẽ
per hunc textum: vt cõis modus intelligatur ſm modum lo-
quendi in illa patria. Sic igitur ſecundum conſuetudinem atten
ditur hæc ſignificatio maxime in contractu matrimonij. dico,
ꝙ ſufficit, ſi vir dicat volo contrahere: & mulier idem dicit: qa
detegitur cõſenſus. Io. An. diſtinguit, vtrum vir dicat, volo te ha
a bere in vxorẽ: & tunc cõtrahatur. an dicat volo[a] contrahere, &
non contrahatur. dic vt ſ. licet diſtinctio ſit æqua: nam ſemper
recurritur ad cõem acceptationem verborum, quomodocun-
que dicatur. Vt autem generaliter ſciamus, ſm quem ſenſum
2 verba dubia † intelligenda ſint, dic, aut loquimur in iudicijs. &
tũc dic, vt in l. ſi quis intentione ff. de iudi. & de reſti. ſpo. cum ad
ſedẽ. aut in contractibus. & tunc qñque dubietas eſt circa perſo-
nam: vt quia neſcitur, quæ fuerit perſona obligata, & obligatio
eſt nulla, qñque eſt dubietas in verbis cõtractus. tunc aut cõſtat
de intentione contrahentis ex coniecturis, & ſtatur intentioni.
de verbo. ſig. intelligentia. Aut nõ conſtat de mente. Aut verba
ſunt clara, & ſtatur verbis. 6. q. 2. ſcripſit. ff. qui & a quibus. l. pro-
ſpexit. Aut ſunt dubia, & recurritur ad cõem interpretationẽ. vt
hic. ſit tamen potius interpretatio in præiudicium proferentis.
regula in obſcuris. de regu. iur. lib. 6. & ibi per Dy. & regula con-
tra eum. lib. 6. & ibi de hoc.

ADDITIO.

a Volo. Adde, ꝙ hoc verbum, volo, eſt iuris noui introductorium: vt eſt glo. in
verbo volumus in cle. vni. de off. vi. in gl. in verbo volumus, in cle. vni. de rerũ
permu. gl. in verbo volumus, in cle. j. de cenſi. gl. in ver. reſpondemus. in c. vlt.
de ver. ſig lib. 6. Ab. in c. ex ratione. in verſ. vl. no. de app. Bar. in l. cunctos po-
pulos. C. de ſum. Trin.

Sponſam. Declarat vt ſupra cap. iuuenis. & c. ad audien-
tiam.

SVMMARIVM.

1 *Verba de futuro habent ſenſum præſentis.*
2 *Vir ſi dicat mulieri, prouidebo tibi, vt vxori, an videatur contractum matrimonium.*
3 *Vir ſi dicat, nõ dimittã te pro muliere peiori, & mulier idem, quid iuris.*
4 *Vir ſi dicat, non accipiam aliam, niſi te, quid iuris.*

EX parte. Si vir, & mulier inuicem iurabunt ſe
pro coniugibus habituros, cõtractum
eſt matrimonium. primo ponit caſum. ſecundo diffi
niendum committit ibi: quia igitur. Secunda diui-
ditur in cauſa diffinitionis, & diffinitionem. ſecunda ſecundæ
ibi, mandamus: ibi habiturus. non dicit de cætero. nec ab eo tẽ-
1 pore, vt duxit vir: ſed debet repeti. No. ꝙ verba de futuro † ha-
bent ſenſum præſentis, qñ põt diſpoſitio incontinenti conſu-
mari, alio non interueniente. iſtã eſt ſubſtãtia. c. huc, qñ dicit vir,
promitto te habere pro vxore, & mulier econtra. hæc obligatio
eſt efficax, & poteſt incontinenti cõſummari. vnde nõ curatur,
ſi ibi ſunt verba ab hac hora in antea. ideo illa verba nõ repeciť.
Gl. tenere. ibi nouella. i. cõſtitutione, quæ eſt in illis nouellis. Op-
pone de c. de illis. ſ. co. Sol. ibi fuerunt ſponſalia de futuro: quia
ibi promiſit, ꝙ duceret in vxorem. in quibus verbis intelligitur
interuentio actus extrinſeci. hic promiſit tenere in vxorem, ꝙ
poteſt incontinenti conſummari. vnde illa verba habent vim

de præſenti. vnde opinio hic poſita in glo. non eſt vera. ſ. opinio
Hugo. licet magiſter ſententiarum lib. 4. diſt. 27. ſentiat cum Hu-
go. & male. Ex prædictis habetur, quæ fuit ratio dubitandi: qa
forte videbatur, ꝙ fuiſſent ſponſalia de futuro. ratio in ꝯrium:
quia habent vim præſentis hic illa verba de futuro. Quæro pri-
mò, quid ſi vir dicat, tenebo te in meã. & mulier idẽ dicit ſine
illis verbis ab hoc tempore. Sol. idem: quia ſubintelliguntur, ex
quo ſine tpe promiſit tenere, intelligitur incõtinenti. Quæro ſe-
cũdo, quid ſi dicat vir, ꝙ te ducã in vxorẽ, & de cætero tenebo
pro vxore. & mulier idem dicit? dic, ꝙ nõ eſt matrimoniũ: licet
a quidã ꝯ, ꝙ verbum de cætero[a] tenebo, reſtringitur p verbũ, du-
cã. ſ. poſt ductionẽ. ꝯ tñ eſt: quia verba illa, de cætero tenebo, de-
bent aliquid operari. primum videtur verius. Quæro tertio, qd
2 ſi dicat, prouidebo tibi, vt vxori: † & mulier idem dicit. dic, ꝙ
eſt matrimonium rationibus prædictis. Quæro quarto, quid ſi
3 dicat, non dimittam te pro alia peiori: † & mulier idem. dic, ꝙ
recurritur ad cõem ſenſum. ſ. c. ex literis. Si cõis opinio eſt, ꝙ ſit
conſenſus de pñti, tunc erit matrimonium. prædicta procedũt,
etiam ſi non præceſſerat tractatus de matrimonio: licet Inno.
aliter hic ſentiat, & minus bene: quia verba de quibus in tex. &
ſimilia de ſe inducunt conſenſum de præſenti. Quid ſi vir dicat,
4 non accipiam † aliam, niſi te: vel non tenebo aliam niſi te. dic,
vt per l. ſi ſterilis. §. pen. ff. de act. empt. ꝙ non tenetur: quia ſuffi
b cit, ꝙ eam teneat. In ꝯrũ, quia dictio, niſi[b], ponitur, qñ negatiua
pcedit. no. in regula peccatũ. li. 6. l. ſi cũ. §. fi. & ibi glo. ff. ſi qs caut.
& ſm puto verius. In tertio exẽplo, dic, ꝙ tenetur ad ducẽdũ eã,
& ſic hẽt vim ſpõſaliorũ de futuro. de hoc plene ĩ Spe. e. ti. ĩ prin.

ADDITIONES.

a De cætero. Adde de iſto verbo tex. in c. 2. de conceſ. præb. lib. 6. c. 1. de poſtu. prę
lat. eo. li. c. dixit ſara 33. q. 4. tex. iun. glo. in cle. 1. de ele. Archi. in c. non ſolum
de regu. lib. 6. idem Archi. in c. prouida. de elec. eo. li. Domini. in c. 1. de dolo &
contu. eo. lib.

b Niſi. Adde de iſta dictione, ꝙ in vltimis voluntatibus æquiparatur conditionali,
id eſt ſi non, ſecus in contractibus, ſecundum Ang. de Bur. in c. præterea requi-
ſiſti de app. in quarto not. Io. And. in addi. Spe. in titu. de ſpon. item dictio, niſi
ſequens negatiuam ſtat incluſiue. de quo per glo. in regula peccatum. de regu.
iur. li. 6. vbi per Dy. & Io. And. in Mercu. & Salyc. in l. 2. C. qui ac. non poſſ. Et
quid in ſententiis. vide per Bal. in c. cum acceſſiſſent de conſti. Bal. in auth. niſi
rogati C. ad Trebel. Cyn. Bart. & doc. in l. actione. C. de tranſact. Archid. in c. 1.
de conſti. li. 6. Do. in c. ad decimas de reſti. ſpol. lib. 6 idem Dominicus in c. fi.
de litis conteſt. eo. lib. & Ang. conſ. 82. vbi dicit, ꝙ hæc dictio, niſi, eſt aduerſa-
tiua, & negat præcedentia habere locum in ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iurans contrahere cum aliqua ad illud compellitur.*
2 *Pater contrahit pro filio vel filia.*
3 *Sponſalia de futuro ex cauſa rationabili poſſunt diſſolui.*
4 *Mulieribus duabus dicens contraham cum vna veſtrum, tandem ſe com miſcet cum vna illarum: an dicetur ſponſalia de futuro purificaſſe.*

1 EX literis. Qui iurauit † ꝯhere cum aliqua, ad il-
lud compellitur per cenſuram eccle-
ſiaſticam. primò narrat caſum. ſecũdò diſtinguẽdum
committit ibi: quia igitur. ibi, impubeſcentes habe
2 ret. l. maiores ſeptennio. No. ꝙ pater † ꝯhit ſponſalia pro filio[a]
a vel filia. ꝯrium etiam poſſet colligi: quia conſenſerunt etiã ipſi
filij. & verum eſt ꝙ non ſurgit obligatio, niſi conſentiant filij
3 expreſſe vel tacite. de deſpon. impu. c. vno. lib. 6. No. ſponſalia † de
futuro ex cauſa rõnabili poſſunt diſſolui. gl. fi. enumerat & etiã
dantur verſus. Crimen, diſſenſus, fuga, tps, & ordo. Secũda. Mot
bus & affinis, vox publica cũque reclamant. hæc exponuntur de
conſan. & aff. & de eo qui duxit cõſan. vxo. ſuę. & in alijs titulis.
Glo. in verbo tam patres. extra, dic patres promiſerunt agere &
curare, ꝙ filij ꝯherẽt. Gl. iuramẽti ibi, l. quotiẽs. illa iura innuũt,
ꝙ in obligatione generali nõ ſit aliqua obligatio. & ibi pp iurm.
nec etiam propter iurm, ex quo ſpõſalia fuerunt incerta. Gl. pe.
in fi. dic qui promiſit ꝯhere, debet igitur cogi, ꝙ contrahat. qa
aſſignabitur ſibi terminus, infra quẽ ſatisfaciat. alias poteſt ex-
communicari: verum niſi ſurgeret ſcandalum, vel videretur
nuptias illas debere tendere in pernitiem: tunc eccleſia abſti-
4 nebit. J. eo. requiſiuit. Quæro, quis dicit duabus mulieribus † iu
ro, ꝙ contraham cum vna veſtrum. deinde commiſcet ſe alte-
ri. an dicetur purificaſſe ſponſalia de futuro ſecũdum formam
c. is qui. J. e. tit. Hoſt. ꝙ ſic, quaſi ſecus in exiguo numero. ſ. in dua
bus q̃ in pluribus. Ego puto idem eſſe hic: quia propter incerti-
tudinem nulla fuerunt. ſ. e. c. a. & ſic non poſſunt purificari.

ADDITIO.

a Pro filio. Adde Abb. in c. 1. ſupra eo.

SVMMARIVM.

1 *Pater per cenſuram eccleſiaſticam compellitur reſtituere filio vxorem,*
2 *Caſus in quo lis inter patrem & filium poteſt eſſe.*
3 *Interdicti tempore omnia ſacramenta ſunt interdicta.*
4 *Index an poſſit iudicare contra regem Angliæ.*
5 *Populi appellatione an veniant clerici.*
6 *Interdici Eccleſia non poteſt pro cauſa pecuniaria.*

1 NOn eſt nobis. Compellitur pater † per cẽ-
ſuram eccleſiaſticam reſti-
tuere filio vxorem eius, quã detinet. h. d. primo nar-
rat caſum. ſecundo prouidet ibi, nos. Illa primò pro
a uidet monendo. ſecundò puniendo ibi, & ſi. & ibi prouinciarũ.[a]
importat etiã dioceſim. & etiã parochiã. & qa in ſupraſcriptio-
ne loquitur non ſolum de archiepiſcopis, ſed etiã alijs prelatis.
ad hoc de baptiſmo. c. 1. & ibi paruulorum. & idem de ſen. exc.
2 qm̃. lib. 6. No. caſum † in quo inter patrẽ & filiũ põt eſſe lis. Item
b no. ꝙ tpe interdicti[b] oĩa ſacramenta eccleſiaſtica ſunt interdi-
3 cta † quòad exercitium. pręter ea, quæ excipiuntur inuicem, de
quibus hic, aliqua alia no. de excel. præla. c. tanta. Opp. ad tex. de
l. lis nulla. ff. de iudi. ibi inter patrem & filiũ non põt eſſe lis. Sol.
hic caſus eſt ſpecialis fauore matrimonij ꝙ filius petat vxorem,
qd̃ proſequere. vt in gl. hic. Gl. donec, ibi, abſolutione. Inn. verũ.
quia fuit ceſſatio a diuinis. ſecus ſi fuiſſet interdictum, quaſi ve-
lit, ꝙ interdictũ non poſſit ferri ſub hac forma. & ſi ferret̃, eſſet
tunc opus abſolutione: qd̃ ego puto nõ eſſe verũ. & ibi priuile-
giũ. hodie oẽs clerici ſunt priuilegiati, vt tacite celebrẽt. de ſent.
exc. alma. li. 6. Op. ꝙ Papa non potuerit iudicare ꝯ regẽ Angliç,
4 † cum ſit laicus. So. iudicat: quia cauſa erat ſpiritualis. ſ. de matri
monio. Item op. quia pro delicto vnius alius non debet puniri.
de poſtula. c. 1. & hic puniuntur loca, q̃ interdicũtur, & perſonæ
locorũ. Sol. hæc pęna imponitur in odium regentis locũ, & pro
delicto eius locus puniri põt. An pro delicto epi poſſit epatus in
terdici. no. Archi. 17. q. 7. ſicut. Ego puto, ꝙ ſit arbitrariũ, vt cõſi
deretur, an per illud poſſit reduci. Quæro primò an in loco in-
c terdicto poſſint illi de illo ꝯhere matrimoniũ,[c] videtur, ꝙ non,
cum ſit ſacrm, & oĩa ſacramenta interdicuntur vt hic in fi. dic ꝯ
d ſm Inn. quia etiã inter infideles ꝯhi põt.[d] 26. diſt. deinde. rõ eſt,
quia hẽt inſtar ꝯctus. ſic & alias dicimus, ꝙ valeret electio cano-
e nicorũ facta in eccleſia interdicta.[e] vt no. in c. 1. ſ. de poſtulatio-
ne. Illa igitur ſacramenta interdicuntur, q̃ non tranſeunt ad na-
turam contractus. Quæro ſecũdo an in loco interdicto poſſint
f illi de loco ſe facere ordinari.[f] dicit Inno. ꝙ clerici alias ordinati
poſſunt recipere alios ordines. laici aũt nullos: hoc dictũ nõ hẽt
rõnẽ, niſi diſtinguat̃ ſubtiliter. vñ dic, aut locus eſt interdictus
aut perſonæ loci. ſi locus, quilibet de loco põt recipere ordines
alibi, ſed non in loco: quia ibi prohibent̃ fieri. vt hic in fine: qñq;
interdicunt̃ perſonæ: tũc aut interdicunt̃ per verbũ collectiuũ:
vt interdicitur populus Bononien. & aut illud collectiuũ cõcer-
nit clericos & laicos oẽs, & ſunt interdicti: vt ſi interdicantur ci
ues Bononien. vel Bononiẽſes. qa etiã clerici veniũt ſub hoc vo-
5 cabulo. de foro compe. dilecti. aut eſt vocabulũ, qd̃ † concernit
clericos tm̃, vel laicos tm̃. vt ſi interdicitur populus, non venit
clerus. tunc procedit dictũ Inno. qd̃ alias ordinati poſſunt ordi-
nari ad maiores: laici non. Sed ſi interdiceretur clerus: tunc oẽs
laici poſſunt ordinari: & nullus clericus. ad hoc c. ſi ſñia. & de
ſen. exc. lib. 6. & plene in tractatu de eccle. interdicto, per Io. Cal.
Quæro tertiò aliqui in terminis capituli celebrant in prouin-
cia in qua ceſſatur a diuinis, an erunt irregulares. Inn. ꝙ ſic ꝯ iũ
no. in c. irrefragabili. de off. ordi. & loquit̃ qñ in loco ceſſat̃ eſt a
diuinis: ſi enim loqueret̃ qñ locus eſt interdictus, caſus eſt pla-
nus, ꝙ celebrãs eſt irregularis. de ſen. exc. is cui. li. 6. de excel. plat.
tãta. Sed qñ ceſſatũ eſt, audiui illi gl. ꝯrias, pro quarũ cõcordãtia
dic, ꝙ qñq; ceſſatio eſt generalis in loco. iſta hẽt vim interdicti.
cle. 1. de ſen. exc. aut ſpecialis. in certa eccleſia, illa nõ habet vim
interdicti. & de ceſſatione gñali procedit gl. Inn. hic de ſpeciali.
gl. in c. irrefragabili. de hoc no. in c. ſi canonici. de off. or. li. 6. ſup
6 gl. 4. vñ ſcias ꝙ pro † cã pecuniaria nõ põt interdici locus,[g] vt in
g extrauagãti Bonifacij. 8. quæ incipit. prouide attendentes.

ADDITIONES.

a Prouinciarum. Adde Hoſt. in ſumma tit. de off. iudi. in §. ex quibus cauſis. verſ.
ratione delicti. doct. in c. 1. de cenſi. lib. 6.
b Interd. Adde Cald. in tractatu de eccleſiaſtico interdicto. verſ. ſed hic quæro.
c Matrimonium. Adde glo. in c. fi. de ſen. exc. lib. 6. Cald. in tract. de eccl. interdic.
d Poteſt. Adde Archid. in §. vere. 38. q. 1.
e Interdicta. Adde glo. in verbo interdicta in c. vbi periculum. in §. porro. de elec.
lib. 6. Pau. de Eleazar. & docto. in cle. ne rationi. de elec. Archi. in c. 1. 33. diſt.
f Ordinari. Adde tex. in c. ſi ſententia. de ſenten. excom. li. 6.
g Locus. Adde Io. And. in c. quæſiuit. de his quæ fi. a ma. par. ca. Io. And. in c. cum
in partibus. de verbo. ſig. Domi. in c. præſenti. de ſent. excom. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in quo minus ſemiplena probatio habet effectum plena.*
2 *Iuramentum confirmat id cui aducitur.*

PRæterea. Dictũ vnius aſſerẽtis impedimẽtũ,
impedit matrimoniũ ꝯhẽdñ, niſi in
teruenerit iurm. h. d. No. ex textu ibi, deligſſe. ꝙ ver-
bũ gñale dẽt intelligi, vt referatur ad illam ſpeciem,
de qua loquit̃ dictio, in qua ponitur, vt hic. Sic & alias, qñ l. dat
actionẽ & nõ exprimit de qua, tũc debet referri ad illã, in cuius
titulo ponit̃ lex. l. imperator. ff. de in diẽ adiec. no. gl. ff. de ꝯdi. inde.
l. fi.

Digitized by Google

1 l.fi.No.caſum †in quo minus ſemiplena probatio habet effectū
plenę,quia hic vnus teſtis etiam criminoſus impedit matrimo
nium contrahendum, quando diceret de facto ſuo, etiam ſi nõ
iuret: licet alij aliter dicant.ratio eſt,quia agitur de modico prę
iudicio,ꝙ alias impediatur ꝯhendū,& tutior pars eligatur.ſ.eo.
2 iuuenis.No.ꝙ iuramentū † confirmat id,cui adijcitur,vt ſit dif-
ficilioris diſſolutionis,& requiritur fortior probatio.Gl.cõfiteri
in fi.dic,ꝙ non refert,an publice: an priuate iſte dicat de impe-
dimento,q̃tum ad vim c. Sed verbum publice ponit pro maio-
ri dubio,quaſi videbatur.ex quo dicit publice,non debet ſtari di
cto ſecreto.ſed r̃nde,ꝙ idē,ſi ſecreto dicat. quia ſufficit, ꝙ illud
dicat epõ. Quæro,an aliquo caſu ſit credēdū dicto illius, ſi ſpõſa
lia fuerũt iurata.Hoſti.dicit arbitrariũ eſſe,an ſtetur, vel quãdo:
ideo quod dicit tex.de iuramento,ſupplet maxime: alias ſm eũ
contingeret abſurdum,ſi ſibi non crederetur: quia ſic ꝯherent
impediti,& ſi nõ ꝯherent,impedirentur ad ſecunda vota tranſi
re. dic tu ꝯ per omnia ſtandum textui,qñ ſunt iurata,nullo mo-
do creditur, iſtud probat textus ibi niſi iuramentum.

S V M M A R I V M.

1 *Res inter alios acta quando tertio praiudicet.*

VEniens. Si mulier inuita cõtrahit,hoc non ob-
ſtãte poteſt cum alio ꝯhere.h.d.primo
narrat factum.ſecundò diffiniendum committit ibi
cunque.& ibi.& j.deciditur,ꝙ M.expulit,& aliã tra-
duxit pro filio.& ibi ſeparata, maxime. No.caſum in quo res in
ter alios acta alij præiudicat,quod eſt verũ,qñ ius illius tertij ha
bet neceſſariam dependentiam a iure primi obtinentis, adeo ꝙ
obtẽtio illius excludit tertium , ſicut fuit hic : quia ſententia la-
ta inter M.& T.virum præiudicat.ſuperinductæ,ibi,ſuperindu-
cta : quia ſi M.eſt vxor, impoſſibile eſt aliã eſſe vxorem, ad hoc.
de accuſa.ad petitionē.ibi ſimilis caſus. Opp.de c.inter dilectos.
de fide inſtru. & eſt res inter alios acta per totum. Sol. vt ſ.& de
a hoc articulo,qñ res inter alios acta alij præiudicet.[a] dic plene,vt
l.ſæpe.ff.de re iudi.& de re iudi.c.pen. Quæro pone,ꝙ ſuperindu
cta vult ſe opponere ne M. reſtituatur T. an audietur, dic ꝙ aut
ſe opponit ratione poſſeſſorij: vt quia negat M.poſſediſſe,& aſ-
ſerit ſe poſſidere,tunc ipſa auditur.aut ratione petitorij: vt quia
dixit ſe vxorem & non M. tunc auditur ita demum ſi inconti-
nenti probat de iure ſuo . de reſti.ſpo.literas in fi.ſecundum In-
noc. & auditur ſiue iudex ſit ordinarius, ſiue delegatus, coram
quo erat quæſtio.ad hoc.ff.de quibus re. ad eũdem iudicē eatur
in rubro & nigro.de reſcriptis.diſpendia.§. reus quoque.lib.6. &
in tantum audietur,ꝙ appellare poterit a ſententia lata pro M.
& ante ſententiam poſſet aſſiſtere viro, ſm ꝙ dicitur. C.de liti-
gioſis.auth.nũc ſi hæres.& ſ.de procur.c.2.li.6. licet autem poſ-
ſit aſſiſtere viro: non tamen poteſt virum excludere , & contra
ſe litem ſuſcipere : quia ad eam non pertinet quæſtio principa-
liter.ſed ad virum, qui vẽdicatur : ad hoc nota.in d.l.ſæpe. & de
re iudi.cum ſuper.& de procura.c.2.in fi.lib.6.

A D D I T I O.

a Præiudicet. Adde tex.in c.inter dilectos.de fide inſtr. Inn.in c.auditis.de pręſcr.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ex officio ſuo tenetur prouidere litigantibus de loco tuto.*
2 *Coactio propriè eſt in perſonam.*
3 *Sequeſtratio mulieris quando fiat.*
4 *Conſenſus in matrimonio an requiratur.*
5 *Matrimonium contractum ſumit robur à iure diuino.*
6 *Metus & coactio vbi ſunt,an poſſit eſſe matrimonium.*
7 *Captus ab hoſtibus fidei matrimonium contrahit.*

CVm locum. Si timet īferri violētia puellę,
de cuius matrimonio agitur,
debet iudex prouidere ſibi locum tutum & hone-
ſtum, donec cauſa terminetur. h.d. primò ponit re-
gulam in genere.ſecundo infert ad ſpeciem ibi,quo circa.No.ꝙ
1 iudex † ex officio tenetur prouidere de loco tuto[a] litigantibus,
a concor.in gl.No.ꝙ iudex ex officio debet prouidere, vt ſnīa poſ-
ſit eſſe cum effectu,& mandari executioni.Op.primo.de ſuper-
fluitate contra prohemiũ: quia dicit tex.metus vel coactio. Sol.
2 differunt.quia coactio † proprie ſignificat violētiã illatam per-
ſonę.Metus ſignificat violentiam & vim illatam rebus . vel dic,
3 ꝙ ponuntur cã maioris expreſſionis.Opp.ꝙ iſta mulier †nõ de-
buerit ſequeſtrari.ſed debuerit lite pen.reſtitui viro ſpoliato. de
reſti.ſpo.literas.& c.ex tranſmiſſa. Sol.hæc mulier erat virgo. &
ſic vir petēs nõ erat in poſſeſſione eius , tanq̃ coniugis. licet qdã
dicãt,ꝙ etiam ſi nõ eſſet virgo fieret ſequeſtratio, de quo nõ cu
ro.ſed dic vt in c.ex parte. de reſti.ſpo. Item hæc mulier petebat
a pluribus.vt in gl.fi.Erat ergo dubium, cui deberetur. igitur ſe-
queſtratur medio tpe,ne violetur 30.q.2.c.ſiue. quod etiã tenet
4 Inno.Opp.tertio,ꝙ non requirit cõſenſus †ad matrimonium :
poteſt enim eſſe matrimonium , q̃uis alter ꝯhētium conſentiat
non animo ꝯhendi.patet de beata virgine, cum qua fuit matri-
b monium inter ipſam & Ioſeph,[b] tamen non cõſenſit in effectũ
matrimonij.ſ.in copulã.27.q.2.§.cum ergo.ver.beata. Sol.dic ꝙ
conſenſit in matrimonium ſubijciens ſe diſpoſitioni diuinæ.
ſic potuit eſſe matrimonium etiam obſeruando virginitatem.
Opp.quarto: quia ſi cõnſenſus facit matrimonium , igitur diſ-
ſenſus debet diſſoluere.j.de reg.iu.c.1.quod eſt falſum.quia in-
ſeparabile.ſ.de tranſl.c.2.j.de conuerſ.coniug.ex publico.Solu.
regula allegata ſupra fallit in matrimonio, quia cum eſt ꝯctũ ,
5 ſumit † robur a iure diuino.quia Deus fuit inſtitutor matrimo-
c nij.[c] quod dic,vt plene dixi ſuper rubrica.Opp.ꝙ etiã vbi eſt me
6 tus † vel coactio,poſſit eſſe matrimoniũ.vt puta quia ille metus
ſit in parētes.vel eſt talis q ſit propter alia.vt puta tenetur quis in
carcere,vt ſoluat decē.vel ſit ſibi metus, vt ſoluat. an põt ꝯhere
matrimoniũ.Sol.ſm Inno.intelligitur de metu illato circa ꝯctũ
matrimonij . alias metus illatus nõ infringit actũ,quē non con-
cernit. vñ exiſtens in carcere põt cõſtituere procuratorē ad oēs
cauſas præterq̃ ad illã, de qua tenetur.& intellige de carcere lici
7 to ſm Inn.niſi ſm eum † eſſet captus ab hoſtibus: quia tũc non
haberet cõſenſum,cũ ſit ſeruus.Hoc dictũ reprehēdit Io.An.qa
etiam captus ab hoſtibus fidei, qui cenſet ſeruus , põt ꝯhere de
ſecũdis nup.c.dñs.Saluo dictum Inn.ꝙ loquitur quò ad alios ꝯ-
ctus. & qñ quis caperet,ita quod iuridice fieret ſeruus,tunc non
habet conſenſum in ꝯctibus : tamen matrimonium bene con-
trahit.Fateor aut ſm Inno. ꝙ metus põt eſſe iuſtus etiã ſi fiat nõ
ipſi ꝯhenti : ſed parentibus.l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa.

A D D I T I O N E S.

a De loco tuto. Adde glo.in verbo abſentia.in c.cupientes.in §.cæterum. de elec.
lib.6.& in c.1.de iud.eo.lib.Bart.in l.4.in §.hoc autem iudicium.ff.de dã.inf.
b Ioſeph. Adde glo.& doc.in c.quidam. & in c.ex publico.de conuer.coniu. Ma-
giſter ſententiarum.in 4.diſt.30.
c Matrimonij. Adde tex.in c.ſicut non omnis. in §.his ita. 32.q.2.& glo.ſummæ.
27.q.1.

S V M M A R I V M.

1 *Metus,cui aliquis dedit cauſam,excuſat meticuloſum.*
2 *Metus an excuſare debeat.*
3 *Vir occidens mulierem in adulterio deprehenſam peccat.*
4 *Per copulam ſponſalia fiunt matrimonium præſumptum.*

VEniens. Si ſpõſalia de futuro ſunt tranſlata in
matrimonium,non ſoluitur per ſpon
ſalia de præſenti. h.d. Vel aliter, ſponſalia de futuro
tranſlata in copulã in matrimonium non ſoluunť
per ſequentia de præſenti,alias ſic,ſi nõ ſunt tranſlata,niſi in ſe-
quētibus interuenerit metus.hoc dicit. primo ponit caſum . ſe-
cũdo committit diffiniendũ.ibi ideoque.& ibi alioquin.i.ſi poſt
1 fidem datam. No. ꝙ metus , † ēt cui aliquis dedit cãm, excuſat
meticuloſum.& ſic ꝙ excuſatur qs pp metũ, q̃uis culpa ſua inci
2 derit in illũ.Op.ꝙ metus † non debuit excuſare,cum ille incide
rit culpa ſua ī metũ. ff.ꝙ metus cã.l.ſi mulier. gl.fi. format ꝯriũ,
& nõ ſoluit.So.ꝙ l.ſi mulier hēt locũ, qñ metus, q inferť, inferť
iuſte : vt ſi patronus cõminať liberto,ꝙ eũ reuocabit in ſeruitu-
tē pp ingratitudinē,non excuſat libertũ . Sed ſi metus iuſte non
inferť.i.quia inferēs iniuſte facit : tũc excuſatur etiã ille, q culpa
incidit:quia pater puellæ nõ intulit iuſte metũ illi. Op.ꝙ immo
3 †iniuſte:quia potuiſſet hunc occidere.ff.de adul.l.ꝙ ait.& l.nec cã.
Sol.oporteret,ꝙ inueniſſet eos cõmiſcentes,qđ nõ apparet hic,
Item licet lex excuſet occidētē pp iuſtũ dolorem , tñ nõ tollitur
quin peccet.33.q.2.inter hęc . & quod ibi not. & ſic iniuſte agit.
Quæro,pone,ꝙ quis ꝯxit ſpõſalia de futuro cũ aliqua, poſt hoc
habuit copulã cũ ea,adiecta cõditione , ꝙ non animo conſum-
mãdi matrimoniũ,nec affectu maritali.dic ꝙ aut mulier aſſen-
ſit proteſtationi,& nõ eſt matrimoniũ. Aut non aſſentit prote-
ſtationi,& nihil operať : ad hoc.de elec.cum ana.& qđ ibi no.de
conſti.cũ oportet. & hoc quò ad forũ pœnitētiale p c.tua.j.e.tit.
In foro cõtēntioſo, dic ꝙ proteſtatio nihil operať . quia non cre-
deretur eis hoc dicentibus. per copulã enim ſponſalia fiunt ma
trimonium præſumptum de pñti. j.c.is qui.contra quã non ad-
mittitur probatio.Fateor hoc ſi ſe abſoluiſſent a ſponſalibus añ
copulã,quod poſſunt ſ.c.præterea. el 1.Quæro poſito,ꝙ copula
præcedat,deinde ſequuntur ſpõſalia de pręſenti,an hæc ſponſa-
lia cenſeantur matrimonium propter præcedentem copulam.
Io.ꝙ non.quia quæſtio eſt de hoc textu,qui hic eſt.quia ipſe pon
4 derat † copulam ſequentem cum prima, & non præcedentem .
dixit tñ Inn.ꝙ iſtã ſponſalia legitimãt prolē præcedētē,quod eſt
falſum.quia c.tanta. j.qui fi.ſint legi. habent ſolũ locum in ma-
trimonio de præſenti.vnde talis proles non eſt legitima.

SVMMARIVM.

1 *Coniugium per ingreſſum religionis diſſolui poteſt ante conſummatum matrimonium.*
2 *Clerico beneficiato militiæ adſcripto non vacat beneficium.*

COmmiſſum. Qui iurauit cum aliqua contrahere, ſi vult ingredi religionem, prius contrahat, vt iuramētum ſeruet. & poſtea religionem ingrediatur. No. ꝙ ante conſummatum
1 matrimonium poteſt diſſolui coniugium † per ingreſſum reli-
a gionis ª de conuer. coniug. cum ſis. Ratio dubitandi: quia putabant ſi contraheret, ꝙ nō poſſet fieri religioſus. vel forte erat dubium ſm Inn. quia volebat ſtatim fieri religioſus, & erat prope biennium, infra quod iurauerat contrahere cum illa. vnde Papa conſuluit, vt contrahat, quia nihilominus poteſt fieri religioſus ante conſummationem. Glo. ſecunda in fi. dic ſm Innoc. ꝙ datur hoc conſilium, quia non erat paratus incontinenti ingredi religionem. Quæro, quis iurauit fieri miles armatæ militiæ antequam cantaret miſſam: deinde adeptus eſt beneficium, ꝑ quod oportet, ꝙ fiat ſacerdos. quid faciet? Si militat, peccabit tenēdo beneficium, quia illicitum eſt clericis. ĩ. ne cler. vel mo. per totum. In contrarium eſt iuramentum: quia ſi fit ſacerdos, cum celebrat, antequam fiat miles, eſt periurus. dicit Hoſti. ꝙ de facto habuit quæſtionem dicens ipſe, ꝙ peccauit, qñ accepit beneficium non exprimendo iuramentum: quia ſi expreſſiſſet, non fuiſſet promotus: niſi prius iuramento ſatisfeciſſet quod poterat, ſi primò fieret miles, & poſt hoc poteſt effici ſacerdos, ſi prius non fuit factus irregularis. Ego dico, ꝙ iſte debuerit renũciare beneficio & ſeruare iuramentum: quia nihilominus poſ-
2 ſet fieri ſacerdos, vt ſ. Si tamen fieret † miles, non renunciando beneficio, nō vacat, & per hoc ſatisfacit iuramēto. tamen alias peccat mortaliter: quia eſt actus incōueniens ꝑ clerico bñficiato.

ADDITIO.

a Religionis. Adde Doct. in c. ex publico. de conuer. coniuga.

SVMMARIVM.

1 *Mulier iurans contrahere cum aliquo debet moneri potius, quàm cogi, vt ſeruet.*

1 REquiſiuit. Mulier † iurans contrahere cum aliquo, debet moneri potius, quã cogi, vt ſeruet. Vel debet moneri non præciſe cogi, vel per tantam pęnam, vt ſit non voluntaria. Cōmunis diuiſio. ſecunda ibi, Reſpondemus. Gl. ſed nunquid. in fi. dic ꝙ debet moneri per comminationem pęnę. Ego puto ꝙ non eſt imponēda pęna ſic ardua, vt propter metum pęne faciat, quod non eſſet aliás factura. & ſic non præciſe libere. ſi tamen non ſeruet mandatũ, & ſic violet iuramentum puniatur de violentia, niſi abſolueretur ab eo, cui vouerat: quod poteſt, vt ſupra eo. tit. præterea. j. Oppono, ꝙ debuit omnino cogi: quia ſi cōtrahit cũ alio, incurrit infamiam. l. j. ff. de infamibus. So. ibi loquitur de illa, quæ contraxit cum alio. hic loquitur quando cōtrahere promiſit. & de hoc dic, vt C. de ſpon. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei quando impediatur litis pendentia.*

CVm in apoſtolica. Litis pendentia ſuper mrimonio nullo non impedit aliud cōtrahi. hoc dicit. Communis diuiſio. Ratio dubitandi, quia videbatur, ꝙ propter pendentiam litis non valuiſſet contractus, quia res alienari nō
1 pōt lite pendente. ſ. vt lite pen. eccleſia c. j. & 2. Ratio † decidendi eſt, quia in litigio nō deducebatur res corporalis, vt puto, ſed ius quoddam. Modo quando iura deducuntur in iudicium lit. pen. non impeditur alienatio corporalium, vt no. Inn. & eſt notabile dictum de conſti. cum M. fallit in caſu c. 2. vt lit. pen. lib. 6. vbi impeditur collatio beneficij lite pen. quod dic vt ibi. Opp. ꝙ matrimonium primum debuit impedire ſecundum. ſ. de elect. conſiderauimus. So. ibi intelligitur, ꝙ prima electio nō erat nulla, alias non impediuiſſet ſecundũ. eo. tit. auditis. & ibi no. Quæro, quid ſi iſte vir, qui ſciebat non eſſe latam ſentētiam, putabat certe eſſe verum matrimonium inter ipſum & ipſam, an valet ſecundum? videtur, ꝙ non: quia ſciebat per hoc ſe nō poſſe cōtrahere cum alia. quod tenet Vinc. dicens, ꝙ non cogitur ad cōtrahendum de nouo cum ſecunda, cum eam deceperit de eo q dux. in matrimonium. c. j. glo. contra 34. q. j. in ſumma. quod eſt verius, quo ad iudicium eccleſiæ. primum enim, quod erat nullum non potuit impedire ſecundum. regula, nō præſtat. de reg. iur. lib. 6. Quæſit aliqui de prælato inſtituto in beneficio, ſuper quo pendet lis, & nihilominus pronunciatur, ꝙ primus petens non habuit ius, an valet inſtitutio. videtur, ꝙ ſic per hunc textũ. dic contra vt in c. 2. ſ. vt lite pen. lib. 6. Gl. ſecunda in fi. ibi omnis ita. vnde excuſatur, ab adulterio, ꝙ non committitur ſine dolo. l. penult. ff. de adult. Gl. interim. ibi Reſpondendo. hoc eſt verũ. Opp. de. c. ſ. c. ad audientiam. vbi matrimonium, ꝙ non valet, inducit impedimentum ſecundo. Sol. ibi valuit quo ad conſenſum, licet ſubeſſet aliud impedimentum. ſ. cōſanguinitatis. ideo inducit impedimentum publicę honeſtatis iuſtitiam. Opp. de c. nuper. de biga. vbi punitur contrahens. tamen matrimonium
a non valuitª. Sol. ibi punitur effectus cum opere ſubſecuto. Concludet igitur, aut matrimonium primum tenuit, quando cōtraxit cum ſecunda. Aut non. Primo caſu. aut ſecunda ignorauit, & poſt mortem primæ cogitur cum ea contrahere, de eo qui dux. in matrimonium. c. j. Aut ſciuit & non cogitur nec poſſet. vt d. c. j. Si vero primum non tenebat, indiſtincte valet cōtractũ cum ſecunda, etiam ſciente de primo. ſed puniretur vt punitur hic vir ex quo non paruit eccleſiæ.

ADDITIO.

a Valuit. Adde Azo. in ſumma. C. ſi cer. pet. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non certificata de morte mariti, contrahere non poteſt.*
2 *Vxor expectans maritum per quadriennium an contrahere poſſit.*

1 IN præſentia. Vxor † nō certificata de morte mariti, etiam qui longo tēpore abſuit, contrahere non poteſt. Op ad tex. vt opponit glo. j. de. l. vxori. ff. de diuor. Opp. etiã de l. vxo-
2 res. C. de repu. vbi ſufficit, ꝙ vxor † expectet per quadriennium. So. hęc fuit ratio dubitãdi: quia videbatur fortius ꝙ poſt ſeptennium poſſet. Ratio in contrarium, quia matrimonium eſt in-
a diſſolubile, ª etiam ſi non ſit conſummatum, niſi per ingreſſum religionis. ſed conſummatum eſt indiſſolubile. Et illa iura ſunt correcta per auth. hodie. & per hoc c. Glo. nuncium, in fi. ad hoc vt lite non conte. quoniam. §. ſin autem. Quæro mulier cōtraxit nō certificata de morte viri: vel certificata per falſos teſtes: poſt hoc vult petere diuortium, & probare primum viuum, cui incumbit. Naſo dicit, ꝙ non eſt audienda, quia fuit in culpa contrahendo. quod dicit de culpa, procedit, quando contraxit non certificata. & in hoc bene dicit: tamen ipſa auditur. ĩ. de frigidis fraternitatis. de re iu. tenor lator conſanguinei.

ADDITIO.

a Indiſſolubile. Adde glo. in verbo, nunquàm, in c. licite. 32. q. 7. Doct. in c. fraternitatis. de frig.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahere cum proſtituta eſt bonum opus.*

1 INter opera. Bonum & † pium opus eſt, cōtrahere cum proſtituta. habet duas partes. ſecunda ibi, ſtatuimus. Glo. fi. in fi. dic, & per hanc glo. poteſt haberi, quæ fuit ratio dubitãdi, ſcilicet per illud c. primum. Ratio decidendi eſt in glo. vel dic
a ratio dubitandi forte erat, quia matrimonium eſt ſacramētũ, ª quaſi non cōueniret proſtitutæ, quę eſt in mortali. Ratio in contrarium: quia ipſa vouet deſiſtere.

ADDITIO.

a Sacramentum. Adde c. non omnis. 32. q. 3. c. debitum. & ibi Docto. de biga. gl. 1. in c. veniens. de tranſactio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per vim contractum ſequenti cohabitatione ſpontanea, quando conualeſcit.*
2 *Iudex eccleſiaſticus tenetur ex officio cogere coniuges, vt cohabitent.*

1 AD id, quod. Matrimonium † per vim contractum, ſequenti cohabitatione ſpontanea conualeſcit. Cōmunis diuiſio. vel narrat factum, vel concludit ibi, mandamus. Opp. ꝙ cohabitare non ſufficiat: quia cohabitatio videtur habere dependentiam a primo conſenſu, qui non valuit. ſed quod ab initio non tenet, poſtea non conualeſcit. regula non firmatur. de reg. iur. li. 6. Sol. hæc potuit eſſe ratio dubitandi. Ratio decidendi: qa
a matrimonium ſolo conſenſu cōtrahitur. ª 27. q. 2. ſufficiat. dicit tamen Inn. ꝙ interuenit copula, & ꝙ ſola cohabitatio non ſuffeciſſet. Hoſti. in hoc contra & verius: quia tex. pōderat ſolam cohabitationem, ibi cohabitans. vnde dic, ꝙ aliquãdo impuberes cōtrahunt ſicut hic erat mulier per verba de futuro: & tempore contractus contraxerunt per verba de futuro, & tunc ſola cohabitatio non faceret tranſire in matrimoniũ de præſenti: qñq; ab initio contrahunt per verba de præſenti: tunc ſufficit cohabitatio

ADDITIO.

a Contrahitur. Adde gl. vlt. in c. vlt. de ſponſa du.

Digitized by Google

bitario ſi cohabitent vt vir, & vxor. ad hoc c. vnic. de deſpon. im
pub. li. 6. Ex prædictis not. ꝙ quãdocũque actus, qui geritur, non
requirit formalitatem verborum, quis ab initio non valeat, ex
poſt facto purgato vitio, puta violẽtia, vel metu cõualeſcit. No.
2 ex tex. ꝙ iudex † eccleſiaſticus tenetur ex officio cogere cõiuges
a vt cohabitent [a], quia hic neuter coniugum inſtabat ſm Goſ. ad
hoc quod not. Innoc. ſupra de iureiur. ad noſtram. el 2. quia non
cohabitantes peccant, niſi facerent cauſa abſtinendi. quod per-
mittitur, ſi ſunt non iuuenes, & non ſuſpecti. ad quod no. de con
uerſi. coniugatorum. ex parte.

ADDITIO.

a Cohabitent Adde Doct. in c. veniens. de reg. & Ab. in c. tua. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio alteri per alterum acquiritur.*
2 *Sententia ferri non debet donec cauſa ſit plene inſtructa.*
3 *Sponſalia de futuro omnino extinguuntur per ſponſalia de præſenti ſub-ſecuta.*

SIcut ex literis. Sponſalia de futuro etiam
iurata ſoluuntur per ſecũda
de præſenti: ſed non per ſecũda de futuro. Commu
nis diuiſio. ſecunda ibi reſpõdemus. ſecunda in tres
ſecundum tria dicta. ſecundum ibi, quòd ſi forte. tertium ibi,
quòd ſi de his. No. quòd alteri per alterum acquiritur obliga-
1 tio, † quia pater hic acquiſiuit obligationem &c. vt in gl. Ex hoc
a habes, ꝙ pater contrahit pro filia [a]. No. quando tempus appo-
nitur obligationi contrahendæ, poſt tempus liber eſt ab obliga-
tione is, per quem non ſtetit, quominus infra terminum perfi-
ceretur. patet hic in tex. Item ꝙ in paritate obligationum præ-
fertur prior: quia ſi ambo ſpõſalia ſunt de futuro, ſtatur primis.
Secus ſi obligationes ſunt impares, tunc fortior præfertur, vt
hic. ſecunda de præſenti primis de futuro præferuntur. ad hoc
2 regula, qui prior. de re. iu. lib. 6. No. ꝙ ſententia † ferri non debet,
donec cauſa ſit plene inſtructa. ibi ſufficientius inſtruaris. Opp.
ad tex. ꝙ is, qui iurauit cõtrahere infra certum tempus, quis per
eum non ſtet infra illud, poſt tempus non ſit liberatus. de dolo
& contu. c. cum dilecti. l. Celſus. ff. de arbit. tempus enim non eſt
modus tollendæ obligationis, ſicut nec inducendæ. So. dic vt in
glo. quæ ſoluit dupliciter. primo, ꝙ ſpeciale in matrimonio, in
quo periculum eſt in dilatione. & hanc ſequitur Io. An. Sed hæc
ſolu. non eſt tenenda, ſi põt oſtendi, ꝙ idem ſit in alijs. Soluitur
igitur ſecundo in glo. ꝙ aliud in obligatione de præſenti. aliud
in obligatione de futuro. quam ſo. declaro, ꝙ velit. vt ſi obliga-
tio eſt de præſenti, & tempus eſt appoſitum ad eam tollendam
per ſatisfactionem, ſi non ſatisfit, poſt tp̃s durat obligatio. ſic lo-
quuntur contraria. Si autem tempus eſt repoſitum ad obliga-
tionem contrahendam, & per alteram non ſtetit infra tempus:
non tenetur, quaſi fuerit tempus adiectum, ne perpetuò obliga
retur. ſic loquitur tex. hic. Opp. ad ſolutionẽ: quia hæc erat du-
plex obligatio. vna de pręſenti, per quam ſponſus de futuro erat
obligatus, vt in futurum contraheret. & hæc obligatio erat iam
contracta: igitur non deberet ſolui poſt tempus. So. hæc obliga
tio non eſt propriè obligatio præſens: quia confertur ad obliga-
tionem de futuro ſpõſaliorum de præſenti. Item dico, ꝙ etiam
quatenus ſit præſens. Aliter ſoluo cõtrarium, ꝙ interdum obli
gatio eſt tollibilis per contrahẽtes. Interdum non. Si non poteſt
tolli per obligatum: tunc procedunt contraria, & intellige tolli
ex ſolo diſſenſu. ſed ſi tolli poteſt ex diſſenſu obligatorum: tunc
dico, ꝙ tp̃s adiectum obligationi contrahendæ habet vim reſo-
lutionis q̃tum ad illum, per quem nõ ſtat, quo ad omnia: quan
tum ad eum per quem ſtat, bene fit reſolutio, tamen remanet
obligatus ad pęnam: & ſic ſi non ſtetit per iſtum, ſed per mulie-
rem quantum ex muliere: mulier receſſit a ſponſalibus. vnde
poſt tempus ille etiam libere recedit, tanquam abſolutus ab ea.
ad hoc ĩ. eo. cap. 2. & idem dico in omnibus obligationibus con
trahendis, in quibus apponitur certum tempus, ꝙ lapſo tp̃e vi-
dentur contrahentes ſe abſoluiſſe arg. huius c. verum hoc qñ ex
facto contrahentium, vel alterius non perficitur. Secus ſi per ca
ſum per ea, quæ no. in regula cum ſtat. li. 6. Quæro, quis contra-
xit de futuro cum vna, de præſenti cum ſecunda: quæ ſecunda
ante copulam profitetur religionẽ, & ſic ſoluuntur ſponſalia ſe
cunda, an remanet obligatus primæ. dic ꝙ non: quia per ſpon-
ſalia de præſenti ſecunda, fuerunt extincta prima de futuro. Po
3 ne, ſtantibus terminis, ꝙ † ſecunda ſpõſalia de præſenti pronun
ciantur nulla propter conſanguinitatem. dic, ꝙ tunc remanet
obligatus primæ, ex quo ſecunda decernuntur nulla: & ſic nun
quam valuiſſe. ergo non dederunt impedimentum primis de
futuro. de hoc in quæſtione regulæ cum ſtat, de reg. iur. li. 6.

ADDITIO.

a Pro filia. Adde Abb. in c. 1. ſupra e.

SVMMARIVM.

1 *Mutus & ſurdus contrahere poſſunt.*
2 *Mutum à natura vocalem euaſiſſe legitur.*
3 *Mutus, ſurdus & cęcus ſunt capaces actiue & paſſiue omnium ſacramen-torum.*
4 *Mutus an poſſit teſtari.*

1 CVm apud. Mutus † & ſurdus & generaliter
quilibet nõ prohibitus matrimo
nium cõtrahere poteſt. Quæro, quid de ſurdo & mu
2 to [a] & cęco. præſuppono ante omnia ꝙ omnis ſur-
dus à natura eſt mutus, & non econtra. ratio differentiæ, quia lo
cutio diſcitur per doctrinã, & eſt ex accidenti. Anima enim eſt
tanq̃ tabula raſa habens habilitatem ad diſcendum: igitur ſine
ſenſu auditus non inducitur in eam doctrina loquẽdi. ſed dato,
ꝙ quis ſit mutus, ſtat ꝙ ſit audiens: licet cõiter omnis mutus a
natura reperiatur ſurdus. Item præſuppono, ꝙ eſſe ſurdum, vel
mutum eſt imperfectio accidentalis, nõ naturalis. vnde q̃ſque
tollitur. legiĩ enim de Græco qui in colluctatione meruerat lan
2 ceam: cum denegaretur, licet a † natura mutus ira commotus
vocalis euaſit. Poteſt eſſe ratio, quia eſſe mutum vel ſurdũ cau-
ſatur a groſſitiæ humorum impedientium neruos illorum ſen-
ſuum. propter iram autẽ fit ebulitio ſanguinis circa cor, vt re-
ſoluãtur. vt ſcribit Valerius tit. de miraculis. Alius ponit de filio,
qui exiſtens mutus videns patri imminere exitium quoddam
cum volẽte occidere, euaſit vocalis, vt ſubueniret patri. His præ
ſuppoſitis ad quæſtionem, videtur ꝙ non: quia propter cæcita-
tem non cernit, cum quo contrahat. propter ſurditatem non
poſſunt exprimi conſenſus, ſic cauſatur incertitudo conſenſus.
Dic contra: quia matrimonium non habet de ſubſtantia niſi
cõſenſum purum rõnalem. ſed poſſibile eſt, ꝙ ex dictamine ra-
tionis inclinetur in mulierem nomine matrimonij. difficile eſt
tamẽ hoc dicere: quõ enim intelliget vim matrimonij: ſi fuit
cæcus a natura. Sed rñdeo, ꝙ per ſigna facta ſuper manibus po-
tuit edoceri. Quæro, quid in alijs ſacramentis. dic concluſionẽ
3 breuem. mutus † ſurdus & cæcus eſt capax actiue & paſſiue om
nium ſacramentorum in quibus certa forma verborum nõ eſt
de ſubſtantia: igitur poteſt baptizari, quia non requiritur ver-
bum baptizati: quia per alium poteſt exprimi. ſed baptizare nõ
poteſt: quia baptiſmus habet certam formalitatem verborũ,
quam ille exprimere nõ poteſt. Idem de chriſmate. Idem de eu-
chariſtia, in quibus eſt capax paſſiue, ſed nõ actiue rationibus
prædictis. Idem ſi ordinetur, quia recipit characterem, ſed ordi-
nans debet puniri: quia ordinat inhabilem. Idem de pœnitẽtia,
4 qua eſt capax actiue. Quæro, an poteſt teſtari † [b]. tex. ꝙ non. l. di
b ſcretis. C. qui teſta. fa. poſſ. Secus ſi laborat altero tantum vt ibi.
poteſt autem procuratorem dare: & dari procur. & poteſt teſti-
ficari. Inſti. de hæredum quali. & differentia. §. fi.

ADDITIONES.

a Et muto. Adde glo. 1. in c. tuæ fraternitatis. infra eo. Hoſti. in ſumma ti. de ma-
trimonio. in §. quis poſſit Bal. in l. pen. C. qui teſtamenta face. poſſ.
b Teſtari. Adde ꝙ hoc fallit in milite, qui ſimul & ſemel ſit mutus & ſurdus a na
tura, tamen poteſt teſtari vt in l. iure militari. ff. de teſt. militari. & in §. quinimo. Inſti. de teſta. mil. & ibi eſt glo. contrarium tenet Rapha. Cu. in l. qui in po
teſtate. in §. 1. ff. de teſta.

SVMMARIṼM.

1 *Furioſus contrahere matrimonium non poteſt.*
2 *Furioſus ſi eligatur ad prælaturam, an valeat electio.*

1 DIlectus. Furioſus † matrimoniũ contrahere nõ
poteſt. hoc dicit. Gl. fi. ibi, incorporalia.
illa loquuntur in alijs rationibus, & dic vt ibi, ꝙ nõ
debet diſſolui matrimonium propter furorem al-
terius. põt enim eſſe, ꝙ furioſus redibit ad ſanã mẽtẽ. igitur con
trahens debet cogi, vt expectet, ſicut publice contrahens cũ im-
pubere, debet expectare. ĩ. tit. j. de illis dic hic non furioſus igno-
ranter contraxit cum furioſa: ideo libere recedit. Idem tamen
eſt ſi ſcienter: quia eſt ex caſu, ꝙ redeat ad ſanã mẽtẽ, qui nõ eſt
expectandus vel non cogitur expectari. Op. ꝙ tex. ponit caſum,
a qui non potuit contingere, ꝙ non furioſus contraheretur [a] cum
furioſo ignoranter: quia furor non poteſt latere. Sol. vt in gl. hic
Item ſunt aliqui furioſi, qui habent aſpectum vmbratæ quietis.
2 Io. And. dicit poſſe contingere maxime in bonum in fiſcinella.
b Quæro, an furioſus † ſi eligatur, valeat electio ad prælaturam [b].
dic

ADDITIONES.

a Contraheret. Adde ca. nec furioſus. 32. q. 7. Specu. titu. de ſpon. in §. 3. ad fi. & in
l. quũ quid in eo. in §. ſi furioſus. ff. de acquir. poſſ.
b Ad prælaturam. Adde tex. in c. maritum. 33. diſt.

Digitized by Google

dic non, & puniuntur eligentes niſi ignoranter. ad hoc de elect. innotuit. Opp. ſi quis datur tutor tempore furoris, & tempore ſanę mētis acceptat, valet hæc datio. inſti. qui dare tuto. poſſunt. §. furioſus. Item ſi delegatur ſibi cauſa. ff. de iudi. l. cum furioſus. So. hæc contraria loquuntur in actu, qui confertur in inuitum. Secus in electione, in qua requiritur conſenſus electi de elect. cum inter canonicos.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſolo conſenſu perficitur.*
2 *Neceſſarium ſolum ad actus probationem expeditur per æquipollens.*
3 *A matrimonio ſpirituali ad carnale non valet argumentum.*

1 TVæ fraternitatis. Legitur vno modo, ꝙ matrimonium † ſolo conſenſu perficitur etiam in fari valentibus. h. d. Ex ſolo conſenſu perficitur matrimonium, non ex verbis. vel aliter, ex ſolo conſenſu ſine formalitate verborum perficitur matrimonium. Secundo modo legitur, ꝙ perficitur matrimonium in ſubſtantia. ſed verba ſunt neceſſaria in fari valentibus, quò ad probationem. Tunc dicit in ſumma, cōſenſus perficit matrimonium non ſola verba. ſed ad probationem matrimonij verba requiruntur in fari valentibus. primus intellectus cōiter approbatur. Cōis eſt diuiſio. No. modum probandi. ſ. a conſequenti destructo, & modum arguendi: vt ſi ꝯñs eſt falsū: falſum ſit & antecedens, ſi bona eſt conſequentia. Glo. 2. ibi patris. & de deſpon. impub. c. vno. lib. 6. Op. ad tex. aut enim matrimonium perficitur ex ſolo conſenſu: tunc non procedit litera in eo, quod dicit, verba eſſe neceſſaria quò ad eccleſiam: quia ſi ſunt neceſſaria ſolum ad probationem, nulla eſt neceſſitas, cum probatio fieri poſſit aliter. detegitur enim etiam voluntas per ſigna, vel nutu. ff. de lega. 3. Aut verba requiruntur de ſubſtantia ad matrimonium perficiendum, tunc non procedit litera in eo, quód dicit matrimonium perfici, &c. cum aliud requiratur. ſ. verba, ſm hoc dic, ꝙ principaliter legit. c. duobus modis. primò ꝙ conſenſus bene ſufficit ad ſubſtantiā matrimonij. ſed verba ſunt adeo neceſſaria in loqui valentibus, ꝙ ſine verbis etiam ſi confiterentur ipſi contrahentes, non probaretur matrimonium. ſicut intelligit Inno. & affert rationem: quia alias ſequeretur abſurdum, ꝙ ſi vir tranſiens per viā in corde ſuo conſentiat in mulierem tanꝗ in matrimonio, & ecōtra, ꝙ eſſet matrimonium: quod eſt abſurdum hæc fuit prima opi. Bart. Brix. 43. diſt. ſit rector. in additionibus. ſm hāc formalitas verborum neceſſaria eſt ad detegendum conſenſum, adeo ꝙ non ſufficit conſenſus in valentibus loqui. hanc opi. ſentit glo. magna in fi. & gl. pe. & ſm hanc not. ex tex. ꝙ id, quod requiritur de ſolennitate probatoria, eſt adeo neceſſarium, ꝙ nō poteſt explicari per ęquipollens, patet quia verba ſunt de ſolennitate probatoria, & non ſufficiunt ſigna. Oppon. quia ſi verba requirūtur in valentibus fari, deberent requiri in quibuſcunque etiam in mutis, qđ eſt impoſſibile. Item ſi non requiruntur in mutis, igitur nec in valentibus fari. tenet ratio, quia omnia quæ inſunt etiā non mutis. cum etiam non muti poſſint vti ſignis, & cōclude, ſufficere, ꝙ aliquid non eſt de neceſſitate ad interēdū ſimpliciter, id non eſſe ſemper neceſſarium. Item neceſſarium eſt id, ſine quo actus eſt nullus, ſed ſine verbis valet, vt in mutis, igitur non ſunt neceſſaria. ideo ponitur alia lec. ꝙ ſolus conſenſus ſufficit ſine verbis. ſed verba requiruntur ad probationem in non mutis. non tamen quin & per alia ſigna poſſit fieri probatio. hanc ſentit gl. magna ibi, idem credet. hanc tenet Archid. in palea duobus 27. q. 2. & Io. And. hic. & hoc tamen limitat, ꝙ aliquando præceſſit tractatus de contrahendo matrimonio, & nō requiruntur verba: ſufficiunt nutus: quandoque non pręceſſit, & verba requiruntur, ad hoc not. c. fi. in gl. ſi. de coniug. ſeruo. pro hoc infra. c. proximo. vbi ineptitudo verborum non impedit matrimoniū. igitur verba nō requiruntur. hanc lectu. ſentit D. meus. Sed huic lec. obſtat fortiſſime verbum in tex. ibi neceſſaria. &c. ſic verba ſunt neceſſaria, vt dicit tęx. igitur ſine verbis non eſt matrimonium. alias non eſſent neceſſaria. ſic enim in matrimonio ſpirituali requiruntur verba, vt in baptiſmo. de bap. ca. 1. & in cle. de elec. ſicut cum, lib. 6. Sic etiam in carnali, quæ æquiparantur, vt lite non conte. quoniam. §. porro. Sol. verbum, neceſſaria, debet exponi. i. vtilia. vel ſine expoſitione. dico, ꝙ verba ſunt neceſſaria, vel aliquid habens ęquipollentiā. l. certum. ff. ſi cert. peta. &
2 ſupra. de teſti. licet. Tunc † not. ꝙ id, quod requiritur nō ad actus ſubſtantiam: ſed ad eius probationem, etiā ſi dicatur ipſum eſſe neceſſarium, poteſt expediri per ęquipollens. facit ad ſtatutum quod diſponit contractum eſſe celebratum ſolo conſenſu, ſed verba requiri ad probationem, vt ſine verbis ſufficiat æquipollēs, vt ſigna. dicta l. nutu. pro hoc, ex quo eſt matrimonium per ſolum conſenſum, eſſet vna ſimplicitas dicere, ꝙ eccleſia anguſtaſſet probationem ſolum in verbis, cum facultas probandi ſit
3 laxanda. d. c. vt lite non cont. quoniam. Ad † contrarium ad id. ſ. quia in ſpirituali verba requiruntur, dic ꝙ matrimonium ſpirituale, & carnale poſſunt comparari, & diſcomparari: non ſunt per omnia paria: immo in multis differunt. dantur ver. de differentijs. Vnus conſenſus cupienſque pecunia pura, Mens concors ſacrans perficit illa ſimul. Aetas & qualitas tempus & cauſa proles. Vnus, quia in carnali vna vni & non plurium, & econtra in ſpirituali. quia vnus poteſt habere plures eccleſias. de pręben. de multa. & vna eccleſia plures ſponſos in pluribus titulis, vt Archidiaconatus Archidiaconū. & Decanatus Decanū, &c. Conſenſus, quia carnale. ſ. ex ſolo conſenſu ſine verbis, ſpirituale non ſine verbis. Cupienſque in carnali debet eſſe poſtulatio, vt vir optet mulierem & econtra. In ſpirituali eligitur inuitus. de elec. qualiter. C. de epiſ. & cle. l. ſi quemquam. & ſic de ſimilibus, quæ hic doc. exponunt.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non dicitur eſſe, vbi vnus contrahentium non conſentit.*
2 *Forte, dictio non eſt ſemper nota dubitationis.*
3 *Matrimonium non impeditur per verborum ineptitudinem.*
4 *Matrimonium per verba tertiæ perſonę fieri poteſt.*

1 TVa nos. Non eſt matrimonium, † vbi alter cōtrahentium non cōſentit, etiam ſi verba proferat. vel melius. Ineptitudo verborum nō vitiat matrimonium. h. d. vel aliter. Aliquando eſt matrimonium in foro eccleſiæ, quod non eſt in foro pęnitentiali, vt ſi contrahens dixit verba animo non contrahendi. Communis diuiſio. ibi ſuper quo. & ibi forte, ponitur aſſertiue ſecundū
a Innoc. No. ꝙ dictio, forte[a] nō eſt ſemper nota dubitationis. † hic
2 enim primo aſſertiue. ſimile in cap. admonere. 33. q. 2. ſupra de
3 procu. tuę & glo. ĩ. vt lite non conte. c. 2. No. ꝙ ineptitudo † ver-
4 borum nō impedit matrimonium. No. ꝙ matrimonium † fieri poteſt per verba tertię perſonę: vt ꝙ dicat, vir talis te deſponſat. ad hoc de conuerſi coniu. dubium. No. diuerſitatem in foro pęnitentiali & iudiciali. quia in foro iudiciali aliquod cēſetur matrimonium quod non eſt. Item videtur probare tex. ꝙ forma verborum requiratur ad matrimonium ibi nec forma. Opp. ad tex. ꝙ non fuerit matrimonium. iſte enim videtur per verba tertiæ perſonæ promiſiſſe factum tertij, ſed alteri ſtipulari nemo poteſt. inſti. de inutilibus ſti. §. ſi quis alteri. So. tertia perſona trahitur ad primam, ſm Innoc. quod no. quod eſt verum quando verba non habent certam formam, in qua debeant exprimi. ad hoc dictum. c. dudum. de conuerſi. coniug. vel dic, ꝙ copula ſecuta hoc operatur, ꝙ ponderat tex. & etiam Inno. dicit hoc procedere, ſi contrahens exprimat verum nomen. ſed Hoſti. intelligit idem, ſi exprimat alienum nomen per dolum, vt hic: quia ex quo cōſtat de perſona, de nomine non curamus. inſti. de hęredi. inſti. §. quoties. valet igitur cōtractus, & mutās nomen per dolum debet puniri. l. j. C. de mutatione nominis. de his quæ fi. a ma. parte ca. quāto. Op. quia ſi dicit teſtator, Sempronius Laucij heres eſto. ſi erratur in nomine, nihil agitur. l. ſi. C. de hæred. inſti. So. hoc operatur copula ſecuta, vt cenſeatur matrimoniū. Ego puto, ꝙ etiam ſine copula, ex quo interuenit deſponſatio. Aliud eſt enim, ꝙ apponatur falſum nomen actui vero, & non iudiciaria actus: quia de nomine non curamus. aliud ꝙ apponatur actui in futurum gerendo, vt Sempronius Laucij hęres eſto, tunc vitiatur. cum igitur iſte hic in perſona propria deſponſauerit & adiecit nomen falſum, deſponſatio tenet: quia actus eſt certus. Secus forte, ſi ſola verba interuenirent: vt quia dicit, Ioannes contrahit: & vocatur Petrus. Ego puto, ꝙ ſi dicat, Ego Iohannes contraho, ꝙ ſit matrimonium, & ſic iudicandum in foro eccleſię, quod probat hic litera. Vnde collige ꝙ falſitas nominis non vitiat diſpoſitionem certam & cum certa perſona contractam. l. ſi. C. de hæredi. inſti. nihil operatur. Op. quia ſi eſt matrimonium in foro eccleſiæ, ergo & in foro pęnitentiæ, quia eccleſia non debet diſcordare a tramite veritatis. Item iſte tex. videtur contradicere, primo dicēs, ꝙ eſt matrimonium. ſecūdo negans in fine, dic prima pars vſque ad ver. nos autem. a ver. ſuper quo, intelligimus in foro iudiciali. ſecunda ibi, nos autem, vſque ad fi. intelligitur in penitentiali. ratio differentiæ, quia ſi non conſenſit, quantum eſt in animo, non eſt matrimoniū: ſic debet iudicari in foro pęnitentiæ, in quo ſtatur cōfeſſioni illius. ſed nō ſtatur confeſſioni eius in foro iudiciali: vbi ſtatur verbis, & probationibus. ſic etiam differunt illa forma. j. de ſen. excō. a nobis. 2. Glo. deſponſauit in fi. glo. ratio quare proteſtatio hic non

ADDITIO.

a Forte. Adde glo. in c. 2. de teſta. glo. in c. niſi. de renun. Doc. in l. ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup.

Digitized by Google

non iuuat : eſt,quia nulla cauſa ſuberat,quare proteſtaretur niſi
mera voluntas,a qua videtur receſſiſſe per factum contrarium.
Secus ſi propter neceſſitatem eſſet ductus.de ap.c.ſi. quod met.
cauſa.c.j.

SVMMARIVM.

1 *Fama & ſcandalum idem ſunt.*
2 *Scandalum eſt ſemiplena probatio.*
3 *Index ſuper fama per ſeipſum certificari poteſt.*
4 *Teſtes non iuratos expedit recipi in inquiſitione.*
5 *Fama an ſtari debeat.*
6 *Fama præfert iuramento propinquorum.*
7 *Probatio ſemiplena ſufficit vt impediant matrimonium contrahendum.*
8 *Verbum, de plano, an importet ſententiam.*

CVm in tua. Semiplena probatio de impedimento matrimonij impedit ʒhendum.h.d. Communis diuiſio. ibi nos autem. &
ibi contrahere.& ſic nondum erant contracta ſponſalia.ſed in c.præterea erant contracta.& ibi priuatſi.i.ſecretum.
& ibi denunciet.ſic non eſt teſtis,ſed denunciator.ibi,vel,pro id
a eſt.[a] & idem † ſunt fama,& ſcandalum.vnde infra nō repetit de
1 ſcandalo,ſed de fama & ibi per ſeipſum. & ſic nec pōderat per-
2 ſona denunciantis,quò ad probationem.No.ꝙ ſcandalum † eſt
ſemiplena probatio : quia æquiparatur famæ hic, & fama eſt
b ſemiplena probatio[b]. no.gl.de ap.c.j.vnde intelligo hic de ſcan
dalo,quod eſt maioris partis viciniæ. qñque eſt partis minoris
viciniç vel populi : ſicut rumor eſt pars minoris viciniç. de eo,
qui cog.conſan.ſuper eo.& quod ibi no. & tunc non ſufficiunt,
vnde dico,ꝙ hic fama & ſcandalum idem important. patet in-
fra ibi,vel contra famam : non repetit de ſcandalo. No.ꝙ ſuper
3 fama poteſt iudex † certificari per ſeipſum . ibi per ſeipſum etiā
ſm Innocē. ſine ſtrepitu & ſine ordine iudiciario : per verbum
c de plano[c]. Item ſm Inn.etiam ſine teſtibus . pro hoc textus, qui
4 de † teſtibus nihil ꝓdicit,ꝙ cedit in inquiſitione generali,vel ēt
ſpeciali,quam facit epiſcopus parte non vocata:tunc enim non
expedit teſtes recipi.ſ.iuratos, ſed recipiunt ad informationem.
Secus ſi parte citata,de accu.qualiter.el 2.§.debet.No.ꝙ arbitra-
rium eſt, quanta probatio fiat per famam,in ver. vel contra fa-
mam per verbum, arbitrium . Item ꝙ arbitrarium eſt, qui pro-
pinqui admittantur in teſtes ſuper conſanguinitate. & quando
admittantur.Alia notabilia colliguntur ex glo.Op.ad tex.quòd
5 nullo modo debeat ſtari famæ,† ex quo erant propinqui parati
ad iurandum : potius enim debet eis credi.de proba.iurauit.de
teſti. ſeries. Item ex quo non apparebat accuſator , nō debebāt
cogi partes ad probandum de non impedimento . Item ex quo
ſuberat fama, fruſtra dubitabatur, an eſſent recipiēda iuramen
ta propinquorum : quia fama ſufficit ad impediēdum contra-
hendum.de conſan.ſuper eo.So.ex prediƈtis & ſimilibus potuit
orin dubitatio forte,ꝙ cū ſm Inn.nullus videbať accuſator, vi-
debatur permittendum,illos contrahere. vel dubitabatur,an iu
ramenta propinquorum eſſent præferenda famæ. ratio in con-
trarium,quare fama præfertur,eſt,quia faciliter impeditur con
trahendum. ſic dicunt doc.ad hoc de iureiu. quemadmodum.
Ego dico,dubium fuit per ſuperius dicta.ex quo enim fama de-
ferebat , dubitabat epiſcopus, an ſufficeret . & an habeat vim
probationis . Item quæ probatio eſſet præferenda,Papa decidit
6 regulariter † eſſe preferendam famam : quia iuramenta propin-
quorum videbantur ſuſpecta, quia ſe offerebant ibi ſponte &c.
tamen relinquitur in arbitrio epiſcopi , an , & quando admit-
tantur iuramēta propinquorum ʒ famā, & ꝑ hęc infra ſoluitur
aliud contrarium. Opp. quia Papa primò præfert famam iura-
mento propinquorum,immo non admittit eos. ſecundò dicit
eos admittendos.in ver.ſed contra.plures ſo.ſolent dari,quę di-
uinant . vna eſt inter alias, ꝙ repelluntur : quia ſe offerebant , in
verbo ſponte.ſecundo admittuntur intelligēdo,ꝙ ſe non faciūt
ſuſpectos,& eſt in arbitrio epiſcopi.an admittat, vel quando. in
verbo arbitrium : quia poteſt eſſe , ꝙ ſponte offeruntur , tamen
ſunt viri graues, qui bonam habent conſcientiam. per hoc ſol-
uuntur multa contraria. Opp.ſecundo principaliter, ꝙ citra fa-
mam probatam ſufficit ſola denunciatio,quæ erat grauis, quia
etiam non grauis ſufficit ad hoc, & ſufficit etiam dicens ſuam
turpitudinem.ſ.c.præterea.2.ibi, ad dictū vnius ſoluuntur ſpon
ſalia de futuro. fortius igitur impediuntur. Sol.vt glo.quæ dicit
ibi,ſufficere dictum vnius,quia dicebat de facto ſuo. Alij dicūt,
vt Hoſt.eſſe arbitrarium,an ſufficiat denuncians, ſic eſt arbitra-
rium,quis admittatur ad denūciandum.2.q.j. ſi peccauerit. ibi
no.quod non placet: quia hic præſupponitur, ꝙ denūcians erat
perſona grauis,& ſic admittēda. vnde dico ego , erratum in in-
tellectu huius c.& c.præterea.el 2.ſ.e.de teſt.ſuper eo.§.j.de con-
5 ſan,ſuper eo.pro ſolutione pono hāc maximam. ꝙ † ſemiplena
probatio impedimenti ſufficit , vt impediatur contrahendum.
& ſic vnus teſtis ſufficit.& ſic loquitur c.præterea,el 2.ſ.e.ibi in-
tellige, ꝙ ille dicens de impedimento , fuit vt teſtis, & receptus
vt teſtis cum iuramento.ſic intelligitur.ſ.de teſtib.ſuper eo. §.j.
Sic etiam dico , ꝙ fama de impedimento bene probata ſufficit
ad impediendum , probat hic litera : quia Papa non ponderat
perſonam denunciantem quo ad probationem : quia idem eſt,
ſi epiſcopus ex officio ſe informat , vnde dictum illius ſi fuiſſet
teſtis ſuper impedimento conſanguinitatis ſuffeciſſet ad impe-
diendum : ſed non fuit teſtis, ſed denunciabat conſanguinitatē
ſm famam: vñ dictum ſuum non probat. Ad cap.ſuper eo.ʒ.de
conſan.dico ego,ꝙ dictum illius,qui dicebat de impedimento,
non probauit , quia erat reus, & ſic non potuit eſſe teſtis , impe-
trabatur enim ibi ab ipſa muliere. Opp.ad hoc, ꝙ fama nō poſ-
ſit probari per teſtes.de accuſa. inquiſitioni. alias ſequeretur, ꝙ
cum duo teſtes faciant probationem,duo facerent famam. So.
fama probari poteſt per duos teſtes. ſed induci non poteſt,niſi ꝑ
maiorem partem populi. Sed c.inquiſitioni,reprobat ſolum , ꝙ
pauci non admittantur ad inducendam famam, vt ibi no. in fi.
Glo.priuatum in fi.dic,ꝙ erat priuatum, quia non publice deſe
rebatur,vt dicitur in tex. Glo.de plano.no.ꝙ verbum,de plano,
6 † importat ſententiam.de quo vide de verb.ſignif.ſępe. in clem.
& ibi in glo.

ADDITIONES.

a Pro.1. Adde glo.2.in l.ſi mater.ff.de impen.Card.in c.Cuma. in 5.op. de elect.
idem Card.in c.ſi.in ſi.1.9.de temp.ordi.idem Card.in c.ad hæc.in 1.oppo.de
off.vica.

b Probatio. Adde in § item ſæpe.4.q.3.in c.1.de appel.l.admonendi,de iure iu.
Archi.in cap.ſi duo 25 q.6.Specu.titu.de proba.in §. videndum.ver.6.ad fin.
Cy.in l.ſi.C.de quæſti.Io.de Imo in l.ſi. in vlt.col.ff.de hæredi.inſti.Et quid in
criminalibus, vide Spec.titu. de noto.cri.in §.fama.verſi. quid ſi a agenu,Pet.
de Ancha.in c.1.in pen.col.de teſti.lib.6. Saly.in l.ea quidem,in vlt.col. C.de
accuſ.Oldra.conſil.192.vltra medium.

c De plano. Adde cle.ſępe. & ibi Georgius Nathan in repetitione : de verb.ſign.

SVMMARIVM.

1 *Probatio metus auditur improbato conſenſu in matrimonio.*
2 *Differentia inter primum conſenſum & ſecundum.*
3 *Teſtes duo deponentes ſuper metu præferuntur centū deponentibus quòd liberè ſit contractum matrimonium.*
4 *Cohabitatio exigua non probat conſenſum coniugij.*

COnſultationi. Probato matrimonio,non auditur negans ſimpliciter
conſenſum,ſed aſſerēs meticuloſum,& probare vo-
lens auditur ſm modernos. ponit duos caſus.ſecun-
dus ibi ſane. primò ſubdiuiditur in dictum, & rationem, ibi cū
legitimis,& ibi aſſerens.glo.ponderat hoc verbum. No.ꝙ nega-
tiua incoarctata eſt improbabilis.patet hic in prin.& in glo.j.ta-
men eſt probabilis de confeſſ.c.1.li.6. No.ꝙ improbato conſenſu
1 in matrimonio, auditur probatio † metus . ratio quia per hoc
infertur nullitas matrimonij. ſ.e.cum locum. Item ꝙ negatiua
qualitatis eſt probabilis.colligo ibi nunꝗ veraciter.ad hoc,& de
elec.bonæ.el j.Item ꝙ metus debet eſſe talis,qui cadat in cōſtan
a tem[a], & dicit glo. ꝙ debet eſſe periculum mortis , vel cruciatus
corporis.Et no.ꝙ dicit tex.in cōſtantem, non dicit virum : quia
minor metus eſt ſufficiens reſpectu mulieris,quām viri.no.gl.ſ.
2 ſ.c.cum locum. † Quero, quæ eſt differentia inter primum cō-
ſenſum,& ſecundum. Sol.dic, ꝙ in primo reſpōſo proponebať
negatiua facti & incoarctata : quia mulier dicebat ſe nō conſen
ſenſiſſe.Item proponebat ſimpliciter,non autem probabat,nec
etiam probare potuiſſet in hoc caſu , in quo non ſtatetur aſſer-
tioni viri etiam idem dicentis : & hoc in cauſa matrimonij . de
hoc de eo qui co. conſan. ſuper eo. alias negatiua facti probat ꝑ
confeſſionem alterius partis.de confeſſ.c.1.lib.6.Sed in ſecundo
reſponſo proponebatur negatiua qualitatis : quia dixit mulier
3 ſe non conſenſiſſe veraciter.i.libere , ſed per metum , & hæc eſt
probabilis . immo dicit Innoc.ꝙ duo † teſtes deponentes ſuper
metu præferuntur centum dicentibus ꝙ libere. ſic no.c.j.ꝙ me-
tus cau.ratio, quia illi,qui dicunt,ꝙ libere,deponunt de re non
perceptibili.i.de mente,quæ eſt intrinſeca. Sed qui de metu,de-
ponunt de perceptibili.Opp.in §.ſane.de. c.ad id quod ſ.eo.Sol.
ibi interuenit copula, quę purgauit metum : hic auditur , quia
aufugit ante copulam.Opp.ꝙ vir debuit reſtitui , anteꝗ mulier
audiatur.de reſti.ſpo.c.ex tranſmiſſa.& c.ex conqueſtione.Solu.
hic non apparet,an ageretur petitorio,vel poſſeſſorio.dicit Inn.
ꝙ etiam ſi poſſeſſorio,non reſtitueretur mulier, licet aliqui con
trarium

ADDITIO.

a In conſtantē. Adde glo.in c.1.15.q.6.Inno.in c.dilectus de his, quæ vi me.cau.
ſi.tex.glo.& doc.in l.qui in aliena.ff.de acquir.hęr.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Veritas an debeat præferri opinioni.*
2 *Probationes multa fiunt contra matrimonium verum.*
3 *Indicium facit vnam partem probationis.*
4 *Indicia duo faciunt ſemiplenam probationem.*
5 *Præſumptio an ſemper faciat ſemiplenam probationem.*
6 *Fictio & præſumptio qualiter differant.*
7 *Præſumptio quotuplex eſt.*
8 *Fictio quotuplex eſt.*
9 *Fictionis cauſa inductiua quæ ſit.*

IS qui. Ponit caſum nouũ & ſingularem in hac
materia. & primo ponitur thema & qõ.
ſecundo ſolutio ibi, quia. Illa primo ſoluit vnũ ob-
ſtaculum. ſecundo infert ſolutionem. ibi ex quo.
Sponſalia de futuro per ſequentem copulam fiunt matrimo-
nium præſumptum. hoc dicit, non autem ſufficit nixus ad copu
1 lam. hoc dicit. c. ſi. infra eo. Opp. primò, quia veritas † debet pręferri
a ferri opinioni[a] 8. q. 1. veritatem. ad hoc ſupra de re iudi. inter mo
naſterium. Item veritas eſt fortior præſumptione. no. in c. quia
veriſimile. de præſumpt. So. hęc erat cauſa dubitandi. Ratio de-
cidẽdi eſt, quia hæc præſumptio habetur pro veritate: maxime
quia non admittitur probatio in contrarium. Op. ad hoc, ꝙ im-
mo probatio poteſt fieri in contrarium: finge enim, ꝙ mulier
fuit compulſa, ꝙ conſentiret copulę, etiam ſi expreſſe conſenſiſ-
ſet, non tenet matrimonium. ſupra eo. cum locum. & c. ad id igi
2 tur, multominus ſi tacite. Item multæ probationes † fiunt con
tra matrimonium verum: vt ſi probatur, ꝙ fornicario affectu,
& non animo contrahendi ſupra c. tua. Igitur fortius contra pręſumptum.
So. ſecundum Vincen. ꝙ non admittitur probatio
præſumptum. ſ. ſi vellet probare, ꝙ copula non ſufficeret ad in-
ducendam præſumptionem. quia hoc eſſet contra ius: cum hic
ius hoc præſupponat: ſed omnis alia probatio quæ ſufficeret cõ
tra matrimonium verum ſufficeret etiam contra iſtud. Oppo.
ſecundo, quia poſſibile eſt ꝙ a ſponſalibus de futuro receſſerint
tacito diſſenſu. ꝟ. c. pręterea. el. 1. So. tex. procedit intelligendo, ꝙ
ſponſalia de futuro durabant, & erant efficacia. Op. ꝙ etiam ci-
tra copulam, ſufficit cohabitatio, vt ſpõſalia de futuro fiant ma
trimonium. de deſpon. impu. c. vno. li. 6. So. ſponſalia de futuro,
quandoque in verbis & iuris effectu ſunt de futuro, & hæc nun
quam fiunt matrimonium, niſi per copulam, vt hic. quandoq;
contrahuntur per verba de præſenti: ſed iuris effectu ſunt de fu
turo: vt quia inter impuberes, & tunc habet locum cõtrarium.
Glo. præſumptione ibi, ſtipulatus. dicit, ꝙ illud eſt potius fictio,
per ea quę infra dicentur. ad hoc l. vna. C. de rei vxo. act. in prin.
& ibi, arrogato. hic etiam eſt fictio. & ibi fraternitatem. vbi de
hoc. & 50. diſ. c. ferrũ. pars glo. ibi præſumptio hominis. & idem
eſt dicere præſumptio hominis, quod eſt dicere de homine. ibi
veriſimile. de hoc per glo. ibi auth. alias incipit, ſed hodie. ibi, ſe-
cretũ. ibi, de hoc. & 44. diſt. multis. & ibi & aliud. iſtud debet ad
di cum parte glo. primæ. & ibi ſed hic non fuit. ibi opponit glo.
& eſt ſignanda. Quæro primò, an ſit proprie præſumptio ea, de
qua in textu, an fictio. Pro cuius euidentia eſt ſciendum, ꝙ repe
ritur præſumptio. Item fictio. Item indicium. Indiciũ eſt citra
præſumptionem. vnde dico ꝙ indicium eſt ſemiplena ſemiple-
nę probationis. vt ſ. probatio in qua ſufficiũt duo teſtes. de teſti.
licet. de teſti. cum eſſes. &c. relatum. diuiditur in partes quatuor.
3 Indicium † facit vnam partem probationis. hic dicit glo. ꝙ duo
4 indicia † faciunt ſemiplenam probationem[b]. l. cum probatione.
b ff. de proba. & eſt gl. ſingularis. Pręſumptio autem eſt in gradu
probationis ſupra indiciũ. hoc differt a fictione. primò quò ad
ſubſtantiam. ſecundo quò ad effectum. In effectu differt, quia fi
ctio ſemper eſt plena probatio: vt fictio legis, ꝙ mulier ſit ſtipu
lata dotem ſibi reddi. vel arrogatus quantam partem arrogato-
ris: vel fictio poſtliminij, per quam fingitur reuerſum ab hoſti-
bus, nunquam fuiſſe captum. ff. de capt. per totum. vel fictio l.
Corneliæ, per quam fingitur mortuum apud hoſtes fuiſſe mor-
tuum prima die captiuitatis ad hoc, ꝙ valeat effectus teſtamen
5 ti, quod facit & ad alia. Sed pręſumptio † non eſt ſemper plena
probatio. de pręſump. literas. ſed pars probationis. e. ti. literas. ꝟ.
de præſumpt. c. illud. & c. tertio. Item differunt in ſubſtãtia pręſumptio
6 ſumptio. & fictio. Fictio † enim eſt circa id, quod eſt certum nõ
exiſtere, & fingimus extitiſſe, vel econtra. vnde diffinitur, ꝙ eſt
in contrarium veritatis, pro veritate acceptio. ſic dicit Cy. C. de
proba. l. ſcire. Ad quam diffinitionem oppono, quia compeſit
alteri a diffinito. ſ. falſitati & mendacio: ſed adde, quod eſt in
contrarium veritas, pro veritate acceptio circa id, quod poſſibi
le ad vtrumlibet. vel aliter, quod eſt in re certa ſ'm indiuiduum
contra veritatem pro veritate acceptio, & verſatur in re poſſibi
li ad vtrumlibet. Exemplum, fictio poſtliminij fingit reuerſum
nunquam captum. certum eſt ſecundum indiuiduum. i. in hoc
facto ſingulari, ꝙ fuit captus. ſed poſſibile eſt ſecũdum ſpeciem
ꝙ captus non fuerit. accipimus igitur contrarium veritatis pro
veritate. & adde ad diffinitionem legis authoritate, vt tollatur
illud contrarium de mendacio. Sic igitur fictio eſt in re certa ad
vtrumlibet poſſibile in contrariũ veritatis legis authoritate pro
veritate acceptio. & dico poſſibile: quia ſuper neceſſarijs vel ſu-
per impoſſibilibus non verſatur. vnde, vtrum homo ſit animal
rationale, vel vtrum ſol moueatur: nõ verſatur fictio. Præſum-
ptio autem verſatur circa dubium, quãdo dubitamus, an aliqd
ſit, vel nõ: & eſt in re dubia alterius partis pro veritate acceptio
legis authoritate: ſicut in c. noſtro præſumimus mulierem cõ-
ſenſiſſe, & virum propter copulam in matrimonium de pñti,
& hoc in dubio. ſi enim eſſet certum, ꝙ nõ conſenſiſſet, vt quia
interueniſſet metus, vel alia ratio tollens conſenſum, nõ proce-
dit hęc litera. Ex prædictis patet ſo. quæſtionis. Quæro ſecundo
7 quotuplex † eſt præſumptio glo. diſtinguit quadrupliciter. Alij
triplicant dicẽtes, ꝙ eſt præſumptio temeraria. Item probabilis.
Item violenta. ſic dicit Spec. de præſumpt. §. 2. Iac. de Are. & Cy.
C. de proba. l. ſiue. Temeraria eſt, cui non credit̃, quæ non ſurgit
ex probabilibus coniecturis. de ſen. exc. inquiſitioni. Probabilis,
quæ ſurgit ex probabilibus coniecturis, & hæc multiplex: vt in
gl. Quędam hominis: Quędam naturæ: Quędã facti. Violenta
eſt illa, q̃ ſurgit ex cõiecturis violẽtis: & habet vim plenę proba-
tionis. de præſump. afferte. Ego puto, ꝙ nulla vocabula inuicem
ſint propria & directa circa pręſumptionem: vt dicit Inno. in c.
veriſimile. ꝟ. de pręſump. vnde dic, ꝙ eſt pręſumptio improba-
ta de iure, vt temeraria. Alia approbata a iure, & illa aliquando
facit plenam probationem: & hãc communiter vocamus vio-
lentã. vt in c. afferte. vbi dicit, ꝙ nunquam præſumptio eſt vio-
lenta, niſi quando reperitur in iure expreſſa: & ſolum quò ad
caſum expreſſum. vnde in c. afferte. præſumptio, per quam Salo
mon diffiniuit puerum eſſe alterius, non habetur pro plena pro
batione criminis, vt poſſit imponi poena: alias damnaſſet aliã
mulierem ad mortem. quod dicit Innoc. in d. c. quia veriſimile.
ratio eſt: quia ꝙ præſumptio ſit plena probatio eſt contra regu
las iuris. Infertur ex hoc, ꝙ ſi dictaret ſtatutum, ꝙ ꝯhens matri-
monium de præſenti infra octo dies, puniretur in tantũ: quòd
conſummans per copulam in caſu capituli noſtri nõ incideret
in pœnam: quia licet copula ſit præſumptio, quam cõnectitur
matrimoniũ de præſenti. hæc pręſumptio ſufficit ſolum, vt cir-
ca matrimonium iudicant. Qnquę præſumptio non habet vim
plenæ probationis: & hæc Quandoque vocatur præſumptio ve
hemens. de præſumpt. literas. Quandoque non modica de teſti.
ſuper eo. §. 1. & proprie accipiendo dico, ꝙ præſumptio facit ſe-
miplenam: quia vnus teſtis facit præſumptionem non modi-
cam. Induco ego c. ſuper eo. in §. 1. in verbo non modica. hãc nõ
modicam eẽſco vehementem. Cum igitur vnus teſtis faciat ſe-
miplenam: igitur præſumptio eſt ſemiplena probatio: hanc
vocare poſſumus vehementem vel non modicam. Quandoq;
pręſumptio nõ complet ſemiplenam: & iſta eſt potius indiciũ:
& de iſta loquitur c. in literis. & hæc diſtinctio præſumptionis
eſt ab effectu præſumptionis: ſed reſpectu ſubſtantiæ, dic quòd
præſumptio variatur ſecundum media, ex quibus ſurgit. quædã
eſt præſumptio naturæ, quia ex cauſa naturali. vt in gl. quædam
facti: quia ex facto. & ſic de alijs. Item quandoque variatur re-
ſpectu obiecti, in quod verſatur, ſic dicimus præſumptionẽ de
homine: ſic de alijs. ſed diſtinctio ab effectu eſt certior. Item
ſuſpicio, & præſumptio ſunt termini conuertibiles. caſus eſt in
c. literas. in verbo ſuſpicionem. cum ponat̃ in titulo, de præſum.
& ideo debet intelligi ſecundum titulum, vt in prohemio. ꝟ. &
ff. de in diem adiec. l. imperator. per quod reprehenditur, quod
no. Bar. in l. admonẽdi. de iureiur. vbi dicit ſuſpicionem eſſe gra-
dum citra præſumptionem. Ad idem, quod ſuſpicio ſit idem
quod præſumptio. 32. q. 1. dixit dominus. Quæro tertio quotu-
8 plex † eſt fictio.[c] Bart. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. di-
c cit triplicem. quædam poſitiua, ſeu inductiua, quædam extin-
ctiua, ſeu priuatiua, quædam tranſlatiua. Inductiua, vt fictio le-
gis Corneliæ, quæ inducit mortem quando non fuit. Priuatiua,
vt fictio poſtliminij, quæ fingit non captum nunc, qui captus
fuit. Extenſiua ſeu tranſlatiua eſt id, qđ eſt ſub vna qualitate, &
fingitur ſub alia: vt ſi fingitur interceſſiſſe ſtipulationem in pa-
cto, quæ non interceſſit, vt ſit qualificatum ſtipulatione. Dic tu,
ꝙ duplex eſt, quædam ſubſtantię: quædam accidentis. Subſtan
tiæ eſt duplex. vna exiſtentiæ, alia non exiſtentiæ. ſeu vna poſi-
tiua

ADDITIONES.

a Opinioni. Adde doct. in c. nuper, de bigamis. nam præualet ſimulationi. l. 1. & ibi Bal. C. plus vale. quod agi. Item fictioni Bald. in l. 5. C. de hær. inſti. Io. An. in reg. quod ob gratiam in 6. in Mercuria. Pau. de Caſt. cõſ. 35. incipiente, licet iſta ſit qõ. Card. in cle. 1. de re. 11. quęſt.

b Probationem. Adde Io. An. in c. pen. de inſti.

c Fictio. Adde Car. in cle. vt cii. in 13. q. de cle.

Digitized by Google

tiua. alia priuatiua. Accidentis eſt idem quod translatiua: &
hæc multipliciter variatur ſecũdum varietatem accidentium.
de hac materia per Bart. in d. l. ſi quis pro emptore. & dominus
Io. de Lig. in cle. quod circa. de elec. & hæc diſtinctio de fictione
fuit reſpectu ſubſtantiæ: ſed reſpectu effectus non expedit di-
ſtinguere: quia ſemper habet vim probationis plenæ. Quæro,
9 quæ ſit † cauſa inductiua fictionis. dic ꝙ immediata eſt ipſa lex:
mediata fuit naturalis æquitas. l. poſtliminiũ. ff. de captiuis. per
quam æquitatem fingitur non captus, qui captus fuit. & ſic vbi
non eſt æquitas, non eſt fictio.

SVMMARIVM.

1 *Vir debet primo interrogari, & poſtea mulier.*
2 *Matrimonium de præſenti an firmetur conſenſu.*
3 *Matrimonij conſummatio nihil adijcit ſubſtantiæ matrimonij.*
4 *Verba ſunt neceſſaria in ſponſalibus.*
5 *Vir dicens mulieri, promitto, ꝙ te deſponſabo, & mulier cõſentit, an ſint ſponſalia de futuro.*

SI inter virum. Sponſalia de præſenti non ſol
uuntur per ſequens matrimo
nium etiam carnali copula conſummatum: ſed ſpon-
ſalia de futuro etiam iurata ſic: habet duo dicta. ſecundum ibi,
1 verum. No. quòd debet primò interrogari vir, † & poſt hoc mu
lier, contrarium ſeruatur Paduæ, forte, quia facilius, vt mutabi-
lior, variat: ſed iſte ordo non eſt de ſubſtãtia: & ponit hic exem
2 plificatiue. No. quod matrimonium † de præſenti firmatur con
ſenſu, adeo ꝙ non ſoluitur per ſecundum de præſenti etiã con-
3 ſummatum. No. ꝙ conſummatio † matrimonij nihil adijcit
ſubſtantiæ matrimonij. No. impoſſibile eſt, vt duo matrimonia
poſſint per eundem contrahi, quin aliud ſit inualidum. In ver.
vero. no. verba, per quæ contrahuntur ſpõſalia de futuro, quan-
4 do ſunt verba futuri temporis. No. in ſponſalibus verba † ſunt
neceſſaria in fari valentibus: & ſic probat litera, ꝙ etiã in ſpon-
ſalibus ſunt neceſſaria: ſed etiam valet ſine verbis. ſ. c. tuę. No.
ꝙ regula, qui prior &c. non habet locum, quando ſunt duæ obli
gationes diſpares: ſed habet locum cæteris paribus: patet hic.
Opp. ad tex. ꝙ non requirantur verba, licet tex. innuat contra-
rium, ibi vtroque &c. quod hic bis repetitur. ſic obſtant notata.
ſ. c. tuæ. So. verba non requiruntur, ſi adſunt alia ſigna ſufficien-
tia conſenſus. quod tenet hic glo. quæ eſt verior, q̃ illa in c. tuæ.
Quæro primo, quid ſi inter conſenſum mulieris erit interuallũ:
an erit matrimonium. videtur ꝙ non: debet enim actus fieri ſi-
ne interuallo. ſ. de elec. quia propter. & c. cum poſt petitam. ff.
de verbo. obli. l. continuus. In contrarium, quia ſufficit conſen-
ſus in ſtipulatione etiam ex interuallo præſtitus. l. ſi ſtipuler. ff.
de verb. obl. Archi. tenet primum in c. ſufficit 27. q. 2. Tu dic, ꝙ
valet conſenſus ex interuallo quando primo conſentiens non
5 pęnituerit. J. de procur. c. fi. lib. 6. Quæro ſecundo, pone ꝙ vir † di
cit mulieri promitto, ꝙ te deſponſabo & mulier conſentit an
ſint ſpõſalia de futuro. Vin. ꝙ non. quia ſolum eſt promiſſio de
ſponſalibus contrahendis. contra eſt, quia in multis fit deſpon-
ſatio cum annulo, vt Paduæ: de quo c. fi. J. tit. 1. vnde dic attẽdi
conſuetudinem interpretationis verborum. Quæro tertio, qd
ſi dicit, promitto ꝙ deſpõſabo te in vxorem, tunc in dubio pro-
cedit opi. Vincen. quæ eſt ſupra. Glo. dicente. ibi, quia ſtipulatio.
dic aliud in ſtipulatione cuius formalitas ſubſtantifica eſt in ver
bis. aliud in matrimonio, cuius ſubſtantia eſt in conſenſu, vnde
ſi neuter loquitur eſt matrimonium: dummodo vterque con-
ſentiat. In fine glo. concor. glo. de coniugio ſeruorum. c. fin. 44.
diſt. ſit rector. in gl. ar. contra.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas an habeatur pro facto.*
2 *Sponſalia de futuro an poſſint tranſire in matrimonium.*

1 ADoleſcens. Summatum eſt cum c. is qui. ſ.
eo. No. voluntas † non habetur
a pro facto[a]. de quo plene de eo, qui mit. in poſ. cap. 1.
No. ꝙ diſpoſitio inducta contra regulas intelligitur
proprie in ſuis terminis, vt locum habeat in caſu vero: ſed non
in caſu ficto, hoc eſt dicere, ꝙ diſpoſitio ca. is qui. quæ exorbitat
à regulis, habet locũ in caſu vero. i. quando vere interuenit cõ-
ſummatio, non quando ficte. Ficte dicitur conſummare, qui
conſummare voluit. de ſent. excom. mulieres. facit ad ſtatutum
diſponens, ꝙ ſi quis ſic fecerit, debet tantum: ꝙ ſi voluit facere:
ſed non fecit, non incidit in pęnam: ſed alia pœna debet puni-
ri. Opp. primo ad hoc de præſump. c. 1. vbi ęquiparantur iungen
do textum cum glo. percutiens, vel lanceam iactans, ſi per eum
non ſtetit. Sol. fateor, ꝙ tenetur ex maleficio: ſed non poteſt pu
niri pœna ſtatuti, ſed alia pęna arbitraria: quià illa præſumptio
non eſt in caſu ficto, ſed vero. quod facit ad materiam ſtatuto-
rum, vt in c. dilectus. de conſue. & l. omnes populi. ff. de iuſti. &
iure. C. de legi. l. non dubium. & procedunt prædicta: quia hæc
litera loquitur de illo, qui peruenit ad actum proximum: quia
nixus fuit ad copulam, tamen non habetur pro conſumante.
vt in d. c. is qui. Op. ſecundò ad textum, ꝙ etiam ſine copula poſ
2 ſit conſumari, & ſponſalia † de futuro poſſint tranſire in ma-
trimonium de præſenti. J. c. vno. de deſpon. impube. li. 6. Sol. in-
tellige tex. ꝙ hic fuerint de futuro, & quò ad verba & quò ad sẽ-
ſum. probat litera ibi. verba de futuro. Secus ſi ſunt de præſenti,
quo ad verba: de futuro, quò ad ſenſum, habet locum. c. vnicũ.
etiam alias pro contrario. Opp. tertiò, ꝙ præſumere debebat Pa
pa copulam interueniſſe. J. ti. 1. continebatur. Sol. textus præſup
ponit, ꝙ conſtabat non interueniſſe, ibi non habuiſſet effectũ,
potuit enim conſtare per inſpectionem. de proba. propoſuiſti.
ſed in caſu dubij procedit contrarium. Oppo. quartò, ꝙ ſufficit
nixus ad copulam. ſ. c. iuuenis. glo. format, & non ſoluit. dic ꝙ
hic non ſufficit nixus, vel voluntas propter rationem dictam ſu
perius, quia diſpoſitio c. is qui. exorbitat a iure, & requirit factũ
in veritate. ſed in c. iuuenis. non quæritur, vt ſponſalia tranſeant
in matrimonium: ſed ad alium conſenſum. i. vt cenſeatur in-
terueniſſe publicæ honeſtatis impedimentum. Glo. fi. ibi cogita
tio. dic, vt ibi. & ibi. §. docetur, & prædicto. §. hæc autem verba.
& ibi vltimo. Ibi diſpoſitio nõ exorbitabat a iure cõmuni. ideo
ex ſui ſictus idem operatur, quod verus hic. Item ibi in pœnam
contrahentis: ſed hic faueretur iſti, ſi haberetur conatus pro fa
cto. de hoc dicendum, vt de pœni. diſtin. 1. magna. & 17. q. 1. §. ſi
ergo.

ADDITIO.

a Pro facto. Adde c. iuuenis. ſupra eo. doc. in l. ſi qui. C. ad l. cor. doc. in l. ſi quis nõ dicam rapere. C. de epiſ. & cle.

De deſponſatione impuberum. Rubrica.

Viſo de ſponſalibus in genere. ſequitur in ſpecie de deſponſa-
tione impuberum, ſecũdum Damaſum & Gof. vel aliter: quia
in ſpõſalibus requiritur ætas, & dubitatur quę: ideo &c. ſm Ho
ſtien. De mat. 30. q. 1. 20. q. 1. c. 1. Repetitur in ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro filio impubere ſponſalia contrahit, pro pubere non.*
2 *Taciturnitas filij in patris præſentia an ſufficiat.*
3 *Diſſenſus filiæ ſicut nec filij non eſt iuſta cauſa ingratitudinis.*
4 *Pater filium non adultum etiam diſſentientem poteſt tradere matrimonio ſpirituali, & carnali quò ad honeſtum.*
5 *Filius an poſſit tradi in matrimonio.*

t TVe Pater † pro filio impubere ſponſalia cõ
trahit, pro pubere non, niſi conſentiat.
habet duo dicta. ſecundum ibi. Item vel. pri-
mò qõ. ſecundò ſolutio: ibi, quod dicimus.
Et illa poſtea in duo dicta. No. tex. in fi. in ver-
a bo, debet[a]. quòd glo. finalis exponit, & expo-
nitur pro, decet. ſimile. C. de bonis quę libe-
ris. l. cum oportet. & ibi glo. & pro expoſitione glo. eſt quod no.
ſ. de regula. cum vitum. in gl. in ver. paterna deuotio. & 25. q. 5.
c. 1. Opp. primò ad tex. in p'tine. ꝙ non valeat matrimonium pa
tris contrahentis pro filio, etiam conſentiente: quia non videt̃
conſentire, quando ex patris imperio conſentit. l. velle. ff. de reg.
iur. Sol. non videtur conſentire, vt ex facto incurrat pęnam, ta-
b men vere conſentit, & vult: quia coacta voluntas[b] eſt voluntas,
vt dicit ibi glo. & talis coactio non infert metum excludentem
conſenſum: non igitur imperficit matrimonium. Opp. ſecun-
do, ꝙ non ſufficiat filium conſentire: niſi conſentiat expreſſe. l.
filio. & l. in ſponſalibus. §. fi. & §. licet. ff. de ſpon. ſ. titu. 1. tuæ. Sol.
aliquando loquimur in matrimonio, & tũc requiritur conſen-
ſus expreſſus filij ſecundum Innocen. ſiue pater contrahat, ſiue
2 alius. vnde non ſufficeret taciturnitas † filij in præſentia patris,
vt valeat matrimonium, pro eo contractum a patre, & ſic om-
nes leges, quæ videntur velle ſufficere taciturnitatem filij, lo-
quuntur in ſponſalibus de futuro contractis a patre. ſed ſi alius
a patre contrahit ſponſalia, requiritur conſenſus expreſſus eius,
pro

ADDITIO.

a Debet. Adde gl. in verbo debeant. in cle. attendentes. de ſtatu mo. glo. in c. 1. 25. q. 1. gl. in l. ſæpe audiui Cęſarem. ff. de off. præſidis, Ab. in c. cũ locum, de ſpõ. Bar. in l. creditores. C. de pignor.

b Voluntas eſt. Adde glo. in c. merito. 15. q. 1. gl. in c. maiores. de bap. l. ſi mulier. in §. ſi dos. ff. ꝙ me. cauſa. Car. in c. verum in primo no. de iureiu.

Digitized by Google

pro quo ꝯhitur, vel ꝙ ratum habeat, ſ.e. ad id, quod. ſufficit tñ
ratihabitio ēt tacita, vt no. de reſti. ſpo. ex parte: ſm Inno. de quo
dic, vt J. ſtatim dicam, ſed gl. noſtra diſtinguit inter filium, &
filiā, vt pro filio inuicto pater non contrahat, pro filia ſic. Dic
nullā differentiā inter filium, & filiam. no. gl. in l. ſed ꝗ patris. ff.
de ſpon. niſi in hoc, ꝙ filius diſſentiens patri non incidit ingra-
a titudinē, ex qua poſſit exheredari[a], filia ſic. ideo in filia†erit ad-
3 dēda hæc cauſa ingratitudinis ad illas. in authē. cū de ap. co. §. ſi
alicui. col. viij. gl. eſt de iureiur. quintauallis, ſic dicit glo. in l. ſed
quæ patris, quod reprobat Hoſt. ꝙ etiam in filia nō ſit diſſenſus
cauſa ingratitudinis, maxime qñ ex cauſa diſſentit, vt quia vult
ingredi religionem. in authē. de ſanct. epi. §. nullam. col. 9. quod
placet. quia diſpoſitio enumerās cauſas ingratitudinis eſt odio-
ſa. igitur non extendenda. Diſtingue ſic. aut loquimur de iure
ciuili; aut canonico: Si de ciuili, pater ꝯhit, ſi nō diſſentiūt. ſi diſ-
ſentiunt, contractus nō valet. l. in ſponſalibus. §. fi. & l. filio. ff. de
ſponſ. ſed alius quam pater oõ, niſi cōſentiant, nec ſufficit, ꝙ nō
diſſentiant. Si de iure canonico, tunc contractus patris pro filijs
non differt a cōtractu alterius non patris, vt dicit gl. io c. vno. in
fine. J. c. li. vj. poteſt tamen dici, ꝙ adhuc de iure canonico ſi pa-
ter vel mater contrahit ſponſalia pro filio, vel filia præſente, ſuf-
ficit taciturnitas, vt conſentire cenſeatur, ſecus ſi alius nō pater.
ſed ſi pro abſente, non fit differentia inter patrem, & extraneū,
ſic dicit Io. an. c. vno. J. c. li. 6. quod placet, & bene probatur ibi.
Op. tertio in §. pōt. ꝙ pater non poſſit filium non adultum tra-
dere matrimonio. ſicut enim non poteſt tradere matrimonio
ſpirituali, niſi cōſentiat. de regula. cū virum. ſic nec carnali poſ-
ſe debet, quia ęquiparantur. ſ. co. tuę. So. dic, ꝙ filium non adul-
4 tū†ēt diſſentiētē pōt tradere matrimonio ſpūali, & carnali, quò
ad hoc: quod non eſt honeſtū, vt filius diſſentiat ante puberta-
tem. ideo expono. vt glo. debet, ideſt. decet. vt ſ. eſt dictum. Si tñ
non conſentit quātum ad carnale non ſurgit publica honeſtas,
J. eod. cap. vno. lib. 6. quantum ad ſpirituale, quia illa obligatio
fit ante pubertatem: igitur nulla eſt, de regula. c. 1. li. 2. Op. ꝙ fi-
5 lius†non poſſit tradi matrimonio, quia eſt inhoneſtum, vt vir
traducatur a muliere, ſed potius è contra ſic. So. expone tradere
matrimonio. i. pro eo, quod eſt cōtrahere, quia ſic traditur ma-
trimonio, & obligatur. vel ſecundum Innoc. i. tradendum pro-
mittere, quod fit cum ſponſalia contrahuntur. Item ſi vir tra-
ducatur, licet non ſit honeſtum, valet matrimonium, infr. cap.
literas. de illis, & ſequenti.

A D D I T I O.

a Exheredari. adde gl. in verbo exheredaret. in c. quintaualliſ, de iureiur.

VBi non eſt. Ponit inhibitionem, a qua exci-
pit vnum caſum ibi, niſi. Impu-
beres, ambo vel alter nō debent cōiungi matrimo-
nialiter, niſi ex cauſa, vt pro pace. hoc di. Gl. coiun-
gant. ibi, matrimonialiter. hic gl. declarat tex. Gl. fi. ibi quippe.
de hoc de ſeruis. c. 1. Op. ad tex. ꝙ non debuerit prohiberi cōtra-
ctus ſpōſaliorum inter impuberes, cum hæc ſponſalia ſint præ-
paratoria ad matrimonium, & fauorabile eſt, vt plura ſequātur
matrimonia ad multiplicationem prolis. ff. ſo. ma. l. 1. Sol. dic, ꝙ
prohibentur, quia ſępe recedūt a ſpōſalibus, & ſurgunt diſcor-
diæ, vt in glo. vel ſecundum Inno. timetur ne per copulam rati-
ficetur. ſ. ti. t. iuuenis, & ſurgat dubium, ꝙ eſt vitandum, hæc rō
arguit ſolum de infantibus. vnde tertio dic, ꝙ eſt ratio, quia cū
ſæpe rumpantur, ſurgent multæ prohibitiones propter publicā
honeſtatem, & ſic reſtringerentur multa matrimonia, quæ cō-
trahi poſſent. Quæro, quis habebit cognoſcere, an ſubſit cauſa
a rationabilis, dicit Hoſt. ꝙ diœceſanus,[a] etiam laici, qui ſubijciū-
tur eccleſiæ in cæteris ſacramētis, de parochijs. c. 1. quo ad ma-
trimonium ſunt de foro eccleſiæ, qui ſi. ſint legi. lator.

A D D I T I O.

a Diœceſanus. adde cap. cum in tua, de ſponſ. c. 1. de conſang. & aff. & in cap. fin.
qui matri. accuſ. poſ.

S V M M A R I V M.

1 *Pubertas in matrimonio an attendatur ex viri potentia.*

PVberes. Primo dicit, quod eſt pubes ſecūdum
quondam opinionem, ſecundo po-
nit veritatem, quid ſit pubes quātum ad matrimo-
nium, ibi certū. In ſumma dicit. Quò ad matrimo-
nium dicitur pubes ex viri potentia, quo ad generationē. Quæ-
1 ro, an pubertas †in matrimonio adeo attendatur ex viri poten-
tia, vt etiam poſt pubertatem, quę non eſt viri potens, nō poſſit
matrimonio copulari, gl. ꝙ ſic. recitat alios contrarium dicētes
& eorum opi. eſt verior quam tenet Inn. & Hoſt. & ſecundum
a eos debeat expectari plena pubertas,[a] priuſquam ſeparētur, quę
eſt in 18. anno. & tunc ſi adhuc talis eſt non viripotens, proce-
ditur, vt in c. 1. de frigidis, & ꝙ in 18. anno ſit plena pubertas, ꝓ-
batur inſti. de adop. §. minore, & hoc quo ad virum. Quò ad mu
lierem in 14. vt ibi. Item etiam ſi plene pubes appareat ineptus
ad prolem, nō fit ſtatim ſeparatio, ſed expectatur triennium. d.
c. 1. de frigidis. Dic poſt pubertatem valet indiſtincte matrimo-
nium, & ſi allegetur impotentia, procedetur, vt in illo. c. 1. de fri
gidis, & in illo n. ſed citra pubertatem procedit textus, vt pōde-
retur potentia, quæ poteſt præueniri, & dicit Gregorius in dia-
logo de nouenni, qui ingrauidauit nutricem. de quo eſt glo. 20.
q. 1. in ſumma. de hoc. J. de eo qui cog. conſangui. c. finali.

A D D I T I O.

a Puber. adde. c. quia in inſulis, de reg. & in l. mella. ff. de ali. & ciba. lega.

S V M M A R I V M.

1 *Infantia, pubertatis, & adoleſcentia, quæ proprie ætas.*
2 *Patitur facilius, quam agitur.*

LIteras. Ex ſponſalibus cōtractis cum minore ſe-
ptēnio non ſurgit publicæ honeſtatis iu-
ſtitia. cum maiore vero vel minore cōſentiente poſt
ſeptennium ſurgit, & affinitas ſequens ſoluit ſpōſa-
lia de futuro præcedentia. hoc dicit cum ſequenti. cōmunis di-
uiſio ibi conſultationi. Illa in duas, quia duo ſunt membra di-
ſtinctionis, ibi verū. Glo. prima ibi, iuuenis, dic, vt ibi, & de ſpōſ.
c. vno. li. 6. Glo. tertia ibi conſenſit, quod dic, vt J. c. vno. lib. 6. &
ibi Rubrica habuit reſpectum ad librum brocardorum, in quo
generalia ſcribebantur, de cribro, & ibi non cohęrcet. i. per quæ
non decidunt alia negocia. ſ. communia, ad quæ iura adaptanſ,
vel non cohęrcent iuribus tractantibus de communibus nego-
cijs, quia non ſunt cōia, & illa eſt melior. Quæro primo, quæ eſt
1 propria ætas†infantiæ, quæ pubertatis, & quæ adoleſcentiæ, &
a ſic de alijs. Dic, ꝙ infantia[a] eſt vſque ad ſeptēnium, tam in viro,
quam in muliere, vt hic io vtroque, cap. & l. in ſponſalibus. ff. de
ſpon. Poſt infantiam eſt pupillaris ætas, quæ incipit in principio
octaui anni, tam in viro, quam in muliere. Sed in viro complet̄
in 14. anno. In muliere in 12. ſ. eo. c. 1. & ibi no. poſt pupillarem
ætatem ſequitur pubertas, ſeu adulta ætas. Hæc eſt duplex. quæ-
dam minus plena, & incipit vt ſ. & terminatur in muliere in
14. in viro in 18. inſti. de adop. §. minorem. & tunc incipit plena
pubertas, quæ durat vſque ad annum. 25. l. 3. §. minorem. ff. de
minoribus, quod hic proſequitur Hoſtien. Infero ex hoc, ꝙ qs
diuerſimode dicitur minor. ſ. de proba. in præſentia, ſed quare
in muliere ſufficit minor ætas ad pubertatem, multæ ſunt ra-
tiones, quia ingenioſior, vel citius deficit, igitur citius creſcit,
citius igitur deficit mulier, propter indebitam compactionem
humidi radicalis cum calore naturali, vel quia mala herba ci-
to creſcit. Nota gl. C. de his, qui ve ęta. l. omnes, vel quoad ma-
2 trimoniū, quia eſt facilius pati, quam agere. pro hoc, qđ not. J.
eo. c. vnico. i prin. li. 6. &c. Op. quia tex. dicit, ꝙ illa noluit cōſen
tire poſt ſeptennium, igitur ſponſalia remanſerunt nulla, ideo
non dubuerunt impedire matrimonium cum matre. Sol. dic,
ꝙ poſt ſeptennium non ſtatim diſſenſit, & ſic ſponſalia habue-
runt ſuum robur, ſed poſtea diſſenſit, ꝙ potuit, & ille diſſenſus
non tollit impedimentum, quod iam ſurrexit. Op. de ſuper-
fluitate huius c. per c. præcedens. So dicit Ho. ꝙ præcedēs loqui-
tur, quando vir cohabitabat cum puella, hic quādo ſeparatim,
quod non expreſſe probat ex his, c. ſed dic, ꝙ ſufficit, ꝙ in facto
ſit aliqua varietas. Item in hoc ca. interuenit abſolutio eccleſiæ
facta ſup ſpōſalibus, patet in verſiculo. abſolutus. in ꝑcedēti not.

A D D I T I O.

a Infantia adde gloſſ. in verbo perfectis. in proę. 6. Ioann. de ana. in rubrica de
delict. pue.

S V M M A R I V M.

1 *Honeſtas publica fundatur ſuper honeſtatem.*

ACceſsit. Summa vt. ſ. c. proxim. primo deciſa
conſultatio. ſecundo mandatum, ibi
fraternitati, & mandatum habet duo membra, ſe-
cundum ibi ſane. poſtea adueniente ſeptennio con-
tenſit tacitè, vel expreſſe, quod etiā dicitur. J. in glo. 4. de hoc. ſ.
c. proximo, in 2. cōtrario, & dic, vt. J. c. vno. li. 6. Abſolutus, quia
adueniente pubertate puella noluit conſentire, quod dic, vt. J.
cōtrario. 1. & 4. No. id quod dicit glo. 3. & in c. fi. cum alter igno-
rat impedimentum, ſecus ſi ambo ſciunt, vt ibi. Secundo no. ꝙ
1 publica honeſtas† fundatur ſuper honeſtatem, de hoc in gl. vlt.
Tertio no. ex hoc, ꝙ conſeruari debet honeſtas, de voto. ca. ma-
gnæ. Op. in eo, quod ponderatur, ꝙ iſte fuit abſolutus a deſpon-
ſatione facta de puella nondum ſeptenni: quod enim nullū eſt,
diſſolui non poteſt. J. ca. ad diſſoluendum, ſponſalia autē mixta
nulla

Digitized by Google

nulla erant.ſ.c.proxi. Glo.no. metu contrarij ad verbum,abſo-
lutus, ſubaudit maxime, quod procedit ſi abſolutio facta fuit,
antequam puella compleret ſeptennium: ſi ante compleuit ſe-
ptimum annum, abſolutio eſt vtilis ad declarandum, ꝙ puella
adueniente ſeptennio, nõ cõſenſit, dicit tamẽ Inno. ꝙ ſine ab-
ſolutione credit̃ ſufficere ſi aliter in ſeptẽnio proteſtauit ſe nol-
le cõſentire. Secũdo op. de ſuperfluitate huius præcedẽtis, ſoluit
Hoſt ꝙ præcedens loquitur, quãdo vir, & puella cohabitauerũt,
hic quãdo ſeparatim nutriebantur, quod nõ expreſſe probatur
ex his.c. ſed dic, ꝙ ſufficit varietas in facto, cum etiam quãdoq;
ſufficiat varietas ti.ſ.de lib,obla.c.2.de ap.ſignificantibus. Item
hic interuenit abſolutio eccleſiæ ſuper ſpõſalibus, vt dixi in ꝓ-
xi contrario in præce.c. Tertio op. in eo, ꝙ in ver. ſane.dicit, ꝙ ſi
puella ante deſponſationem ſeptimum annum compleuerit,
nec exprimit, an dicit de deſponſatione matris ipſius puellæ, &
ſic nos relinquit in ambiguo. contra id de conſti.c.ſi.ſ.ritu. de
muliere. Glo.antepe. metu contrarij ad verbum, ante deſpon-
ſationem, ſupplet, ipſius puellæ, hæc tamẽ ſuppletio videtur ſu-
perflua per id, quod ſequitur ibi, ad deſpõſationem ipſius puel-
læ, per quæ verba patet aperte, ꝙ loquitur de deſpõſatione puel
læ. Quarto opp.ad hoc, quia ſi puella fuit deſponſata poſt ſeptẽ-
nũ, ſponſalia tenuerunt, & tunc hic dicit, ꝙ ipſo iure fuit abſo-
lutus a deſpõſatione puellæ, cum ipſa noluerit in eum cõſenti-
re. glo. penul. ſoluit, ꝙ quia puella noluit in matrimoniũ cõſen-
tire, vir fuit abſolutus, & idem Goff. qui mulra ibi conſentiens
ſubaudit in matrimonio adueniente adulta ætate. dic tamẽ, ꝙ
excuſatur in ſponſa: alias nõ fuiſſet ibi publica honeſtas, & ſic
nihil impediret eum quando poſſet habere matrem, & hoc te-
nẽdo ad cõtrarium dic, ꝙ per hanc abſolutionem nõ infertur,
ꝙ ſponſalia non tenuerint, immo potius contra, quia ſi fuiſſent
nulla, non potuiſſet ipſe ab eis abſolui, niſi de facto infra c. ad
diſſoluendum. Refert tamen gl. quoſdam dicere, ꝙ puella non
cõſenſit ſponſalibus, & ſic fuerũt nulla, & fuit opinio Tan. qui
mouebatur ex antiqua, vbi præcipiebatur matrimonium cum
matre ſimulando ſuſtineri. ſed glo. dicit hæc ſtare non poſſe, qa
tunc nõ ſepararetur matrimonium cum matre, cuius eſt ratio,
quia, vt prædixi, nõ fuiſſet orta publica honeſtas ex ſpõſalibus
nullis. Et pro hoc, ꝙ puella cõſenſerit ſpõſalibus, eſt certũ, quod
dicit, ꝙ iſte nõ poteſt habere matrem, cuius filia ſibi fuerat de-
ſponſata. Ab. intelligit, ꝙ ſpõſalia fuerãt cõtracta per alium, &
tunc mulier nõ conſenſerit, tamẽ induxerunt publicam hone-
ſtatem, quod vt dicit Ioã.an. & bene eſt falſum. ȷ.c. vno eo.tit.li.
6. vnde ſtandum eſt cum ſolutione glo.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium cum alio contrahere volens debet facere de licentia ec-
cleſiæ.*

2 *Vir, & vxor ſi cohabitant, & vir dicit interueniſſe copulam, & iu-
rat, fides ei adhibetur.*

3 *Copula non præſumitur citra pubertatem, etiam ſi interuenit coha-
bitatio.*

4 *Mulieri an ſit opus petere licentiam contrahendi.*

5 *Iuramento viri an ſit fides adhibenda.*

6 *Pubertati proxima, quæ dicatur & num. 3.*

COntinebatur. Si impubes deſpõſata petit
licentiam cum alio cõtra-
hendi iam facta pubes, & traducta, nõ auditur, viro
iurãte matrimonium eſſe cõſummatum: aut nõdũ
eſt pubes, ſed proxima pubertati, & ſimiliter nõ auditur, ſi pro-
betur cognita, hoc dicit verſiculus, ſi autem dicit. Ex ſponſalib[9]
cõtractis cum maiore ſeptẽnio oritur publicæ honeſtatis iuſti-
tia. Pro euidentia præmitte, ꝙ ante pubertatem ſi vir dicit mu-
lierem cognitam, nõ credetur ſibi propter ſolam cohabitatio-
nem, ſed requiritur probatio. vt in verſi. ſi autem. Sed ſi mulier
eſt pubes, creditur verbo viri, vt ĩ primo reſpõſo. quod eſt verũ,
a niſi mulier probet ſe virginem,[a] ibi & ȷ. deciditur, ꝙ vir dicebat
ẽ cõtra matrimonium eſſe cõſummatum, & ibi veritati. i. iura-
mẽto de veritate. Ibi ſi autem ver. dicit de proximo pubertati.
1 Nota ꝙ volẽs cõtrahere matrimonium† cum alio debet facere
de licentia eccleſiæ, etiam ſi primum nõ tenuit. ſ. de reſti. ſpo. ex
b parte. & ibi no. No. ꝓ generali allegatione[b] hic, & de cohab. cle.
2 veſtra. No. ſi vir, & vxor† cohabitant, & vir dicit interueniſſe co-
pulam, & iurat, ſibi creditur. No. citra pubertatem, etiam ſi in-
3 teruenit cohabitatio, non præſumitur copula, † quia in ver. ſi au
tem, oportet, ꝙ probetur, nec credetur viro. No. de impedimẽ-
to publicæ honeſtatis. ſ. c. literas. & c. acceſſit. Glo. ętatis. no. glo.
c iunctam cum tex. propter dictionem circa, [c]quia in hoc ſingu-
lariter gl. eſt notabilis, quæ dicatur eſſe circa duodecimum, quę
4 diſtat per ſex menſes. Op. primo, ꝙ non fuerit opus mulieri † pe-
tere licẽtiam cõtrahẽdi cum alio, cum nõ eſt obligata ex pri-
mo matrimonio cõtracto cum ipſa impubere. At non præſtat
impedimentum &c. regula nõ præſtat de reg. iur. lib. 6. So. ſtan-
dum eſſet cõtrario, ſi verum dixiſſet, ꝙ nunquam cõſenſerit, &
tunc de honeſtate, & ex ſuperabundanti cautela petitur hęc li-
cẽtia. de reſti. ſpo. ex parte. vel ſecundum Inn. Si mulier fuit co-
gnita, debet petere licẽtiam, etiam ſi primum matrimoniũ fue
rit nullum, quia ſi recedit ſine licentia, vir poſſet petere reſtitui.
ȷ. de diuor. porro. Op. ſecũdo, ꝙ iſte tex. ad inuicem cõtradicat.
Primo namque dicit ſtandum iuramento viri ſuper copula. Se
cũdo in ver. autem, requirit, ꝙ probetur copula, ibi, & cognita.
So. primo loquitur de ea, quæ recedit iam facta pubes, & ſic co-
habitauerat vſque ad pubertatem, ideo creditur cognita, viro
hoc iurãte. Sed ver. ſi autem, loquitur de nõdum pubere, tũc. n.
dico, ꝙ non præſumitur cognita ex cohabitatione, nec ſtatur iu
ramento viri, ſed opportet doceri de copula, & ſic oportet intel
ligi hunc verſ. Opp. tertio, ꝙ non debeat ſtari verbo viri. 33. q. 1.
requiſiſti. 27. q. 2. quod interrogaſti. So. vt in glo. ꝙ ibi neuter aſ-
ſerebat copulam. & dic, vt no. per gl. in illis c. & c. ſi quis accepe-
rit. 33. q. 1. Opp. quarto, ꝙ nunquam ſit credẽdum iuramẽto vi-
5 ri † ſuper copula, ſed debeat probare ipſe, qui hoc aſſerit. l. ei qui.
ff. de proba. de ſol. c. ſi. So. ſecundum aliquos hoc operatur peri-
culũ animæ. Ego dico, ꝙ hoc operatur cohabitatio, quæ inter-
uenerat tempore habili, quia hæc cohabitauit vſque ad puber-
tatem, nam nõ præſumitur virum eſſe impotẽtem, ſed ẽ cõtra
potius, vt dicit gl. in c. ſi quis acceperit. præalle. Opp. qa deberet
cogi ad iurandum, cum eſſet certus. 6. q. vlt. actor. So. vt glo. quæ
dupliciter ſoluit. & vera ſo. eſt, ꝙ cogitur iurare, vt cautius pro-
cedatur in matrimonio. Item erat præſumptio vtrinque. Erat
enim præſumptio pro muliere, ꝙ nõ cõſenſiſſet, quia receſſerat
adueniente pubertate. In cõtrarium erat præſumptio pro copu-
la, quia cohabitauerat vſq; ad pubertatem, ideo adijcitur iura-
mentũ viro, & eſt ſpãle in cauſa matrimoniali. Op. in verſ. ſi au-
tem, ꝙ ſi erat cõſummatum matrimonium, fruſtra ponderet,
ꝙ eſſet proxima pubertati. idem ſi nõ proxima, de eo, qui cog.
c. ſi. So. quidam inhęrent huic textui, vt vtrunque requiratur.
Fuit op. Guil. naſo. dic melius, ꝙ ſupplendum eſt maxime, & co
pula ſufficit, vt matrimonium cenſeatur conſummatum, dum
tamẽ puella appareat vere cognita. Ad quod op. de c. iuuenis. ſ.
tit. j. So. ibi nõ interceſſit copula, ſed nixus ad copulam. Item ibi
cum minore ſeptennio, ideo non operatur conſummationem
matrimonij, ſed præſumptionem, ꝙ puella ſciuerit, & cõſenſerit
tempore habili, vt ibi. Op. ꝙ ſint ſponſalia, ꝙ erat proxima pu-
bertati, & apta copulæ. ȷ. c. de illis, el. 2. Sol. ſtandum cõtrario, &
colligendo dicta Inn. & alia, quæ hic dicuntur, pone tres cõclu-
ſiones. Vna eſt, ꝙ ſi mulier eſt proxima pubertati, & viri potens,
ſufficit cõſenſus eius, vt cenſeatur matrimonium etiam ſine co
pula, & ex hoc dico, ꝙ quatenus apparuiſſet iſtam viri potentẽ,
ſufficiebat, ꝙ eſſet proxima pubertati. Secunda cõcluſio, ꝙ co-
pula interueniens etiam cum nõ eſſet proxima pubertati, tamẽ
maiore ſeptẽnio, & cõſummat matrimonium per ſuperius di-
cta. Tertia concluſio, ꝙ apertio clauſtrorum pudoris nõ probat
copulam, ſi aliàs apparet mulierem non aptam copulæ, vt quia
minor ſeptennio, vel modicum maior, quæ nõ eſt viri potens
ex alijs, vt ex corpulẽtia, & hoc melius cognoſcitur per matro-
nas, quam poſſit annotari literis ſecundum Inno. Quæro, quæ
6 dicitur proxima. † dic vt in glo. quam nota, quam approbat In-
no. vel ſecundum Hoſt. dicitur proxima, quę diſtat triduo a pu-
bertate, de regula ad apoſtolicam. Primum verius, quod pro-
bat tex. in ver. ſi autem, & c. ad noſtram, loquitur in alio caſu.

ADDITIONES.

a Virginem. adde glo. in verbo affectata in c. 2. de temp. or. lib. 6. Inn. in cap. quia propter, de elec. Anto. de but. & Ab. in c. ſuper eo, ꝙ me cauſa. Archi. in ca. in primis, 2. q. 1. doc. in c. propoſuiſti. de proba. Domi. in c. ſtatutum, in §. cum vero. de reſcrip. lib. 6. Bar. in l. theopõpus. ver. quarto cũ teſtator. ff. de dote ꝑlega.

b Allegatione. adde docto. in c. 1. 45. di. do. in c. licet hel. de ſym. do. in c. quoniã, diſt. 28.

c Circa. adde gl. 1. in c. ſi. inf. e. Archi. in c. 1. de offi. or. lib. 6. Rapha. cu. cõſilio 91. incipien. productus in teſtem. ver. cæterum.

S V M M A R I V M.

1 *Approbatum per me tempore, quo eram habilis, reprobare nõ poſſum.*

2 *Impuberes contrahentes an ſemper poſſint reſilire.*

3 *Reclamatio per illum, qui vult recedere a ſponſalibus, coram quo fieri
debeat.*

DE illis. Legitur duobus modis, primo vt ponas
duos caſus tantum, & ſecũdus ſit ibi ve-
ro. vſque in finẽ. Sic legit Inn. ſecũdum quem prin-
cipium loquitur, quando duo impuberes cõtrahũt
ſponſalia. §. ſi vero. quãdo vnus eſt pubes, & alter impubes. Sum-
matur tunc ſic. Si maiores ſeptẽnio impuberes cõtrahunt ſpõ-
ſalia, ante pubertatẽ, neuter poteſt reſilire, poſt ſic. Si vero alter

tempore

Digitized by Google

tempore cõtractus eſt pubes, ipſe nunquam poteſt reſilire, ſed
impubes ſic, cum fuerit factus pubes. Secũdo legitur, vt ponat
tres caſus, vt dicit gl. 1. ſecũdus caſus ibi, ſi vero. ten ius ibi ſi mu-
lier, & ſecũdum gl. principium loquitur, vt. ſ. eſt dictum. §. ſi ve-
ro. quãdo duo impuberes contrahunt, ſed nõ pariter fiũt pube-
res, ſed alter prius, vt ſi vterque in 10. anno. §. mulier. loquitur,
quãdo alter impubes, alter pubes, & ſecũdum hãc lec. ſumma-
tur. §. ſi vero. Sic ſi duo impuberes cõtrahunt ſpõſalia, quorum
alter prius peruenit ad pubertatem, debet alterum expectare, &
tunc vtroq; cõtradicente, vel altero maxime poſt veniẽte nolẽ-
te cõſentire, fiet ſeparatio, & ibi antequã peruenerint vterq; au-
dietur, & ibi cõtrahuntur, ſi facis hic pũctum eſt ſenſus, ꝙ alter
erat pubes, alter impubes tempore cõtractus ſecũdum Inn. Sed
ſecũdum glo. legitur ſic, vt ibi altero exiſtẽte, fiat pũctus, & illud
verbum, ſpõſalia, cõtrahunt, refertur ad ſequentia, & ibi perue-
nit vtriq; tamẽ erat impubes tempore cõtractus, & ibi cõtrahi-
tur. & ſic tempore cõtract⁹ alter eſt pubes, alter impubes, & ibi,
mulier. idem in viro. Notabilia ſunt in ſummario. Item nota,
1 quod ſemel approbaui †tempore, quo eram habilis, reprobare
nõ poſſum, de quo in gl. ſi. Item caſus, in quo claudicat cõtract⁹
ſpõſaliorum gl. tãgit. Op. ad tex. primo de inutili inculcatione,
quia idem dicit. §. Si vero. & §. mulier. So. patet ex ſupradictis di
2 uerſificando, vt. ſ. Op. ſecundo, ꝙ ſi impuberes†contrahunt, ſe
poſſunt reſilire. ſ. c. literas. ꝙ ſpõſalia nõ valent, vt ibi. So. tex. hic
loquitur de pueris nõ infantibus, ſed maioribus ſeptẽnio, ibi de
minoribus. Opp. ꝙ ſimpliciter etiam poſt pubertatẽ nõ poſſint
reſilire. ſ. tit. 1. ex literis. So. ſecũdum gl. ibi loquitur de ſpõſalib⁹
iuratis, hic de nõ iuratis. Ad hoc op. de. c. præterea. ſup. ti. 1. indu
cendo ſic ſi ſpõſalia ſunt nõ iurata, ſpõſi poſſunt ſe abſoluere, vt
ibi, igitur idem ſi iurata, quia iuramentum præſtitum homini
ab homine relaxatur, de iureiur. c. 1. So. ſtandum eſt cõtrario, qa
idem in iurans, quãdo cauſa finalis iuramẽti cõcernit fauorem
iurãtium, ſeu cõtrahentium, ſecus ſi fauorem Dei: vt ſi ex voto
duo iurauerunt cõtrahere ſpõſalia. modo erãt retẽti, de quo in.
c. præterea, & vt liqueat ille articulus, quãdo poſſint cõtrahẽtes
reſilire, dic, aut cõtrahentes fuerũt infantes, & libere recedent,
quia ſunt nulla. ſup. eo. literis. & c. acceſſit, & idem ſi alter tantũ
eſt infans, fallit in caſu. c. iuuenis, ſup. tit. 1. ꝙ dic, vt ibi. Aut non
infantes, & tũc quãdoq; impuberes, quãdoque puberes. Si im-
puberes. aut fuerũt cõtracta per extraneos, & nõ obligãtur, niſi
cõſentiãt: Aut per parẽtes, vel per ſeipſos, & obligantur: Aut de
cõtractis per parentes. ſup. eo. ca. 1. de cõtractis per ſe habes hic,
adeo, ꝙ ante pubertatem nõ recedant, ſed adueniente puberta-
te libere recedũt, ſed glo. diſtĩguit. An fuerint iurata, an nõ. Sed
nõ eſt differẽtia, niſi vt ſup. eſt dictum. Si puberes, tũc aut alter
cõtradicit, & nõ auditur, immo cogitur perſiſtere. ſupr. tit. 1. ex
literis, niſi ſuggereret ſcandalũ. ſ. ti. 1. requiſiuit, quod ſic poteſt
intelligi. Aut vterq; cõtradicit, & poſſunt ſe abſoluere. ſ. tit. 1. p̃-
terea. Aliquãdo & tertio principaliter tempore cõtractus alter
erat pubes, & alter erat impubes, & tunc cõtractus claudicat, qa
pubes nõ poteſt recedere, ſed impubes ſic, cũ erit factus pubes,
vt hic in gl. mulier. Quæro circa prædicta, quod ſi ex duobus im
puberibus alter primo ſit pubes, gl. tenet, ꝙ primo factus pubes
poteſt cõtradicere ſtatim, licet textus in. §. ſi vero. videatur hoc
permittere poſtremo veniẽti. vnde Hoſt. dicit obſeruandum, vt
ſi primo perueniẽs cõtradicit, ſtabitur eius cõtradictioni, & vti-
le eſt, ꝙ ſæpe repetat, & expectabitur, ꝙ alter perueniat, & tunc
vterque poteſt contradicere, quod ſatis apparet de mẽte textus,
quaſi ſit ratio, vt expectetur minor, quia forte adueniente pu-
bertate, primo perueniens vidẽs eum conſentiẽtem, cõſentiat.
Op. in fi. ꝙ poſſit quis reprobare, ꝙ ſemel approbauit. ff. de mu.
& ho. l. vt gradatim. §. reprobari. gl. format, & non ſoluit. dic ibi
ſpeciale in medico, qui reprobatur etiam aliàs approbatus pro-
pter ſanitatem hominum. Op. vlterius, quia hic in fine cõtract⁹
claudicat, & ſic obſtat. l. ſi cum dico. ff. de arbi. §. ſed ſi. & l. inter-
pellatur. §. vlt. So. vt glo. hic claudicat propter diſparitatẽ cõtra-
hentium. ſicut in minore, qui cõtrahit cum maiore. C. de pro-
cur. l. nõ eo. ad hoc. c. 1. de eo, qui du. in matrimonium in glo. ſi.
3 Quæro, coram quo facienda eſt reclamatio†per illum, qui vult
recedere a ſponſalibus, ſol. dic, ꝙ coram epiſcopo, qui eſt iudex
cauſæ matrimonialis, de cõſan. c. 1. de fri. c. 1. & ibi no. vel eius vi
cario, non coram alio. niſi ex iure ſpeciali. d. c. 1. de conſan. defi-
ciẽte epiſcopo coram publicis perſonis, de off. ord. c. paſtoralis.
per hæc patet intellectus textus. Vt cõcludas, dic, ꝙ ratio primi
dicti eſt, quia ante pubertatem propter fragilitatem prohibẽtur
reſilire, ne ſit ridiculum, cum ſoleant pueri ſæpe contrahere, &
ſæpe reſilire, ſi eis permitteretur. In ſecundo dicto ſecundum
gl. intelligenda eſt ratio, quia ex quo vterque fuit impubes: po-
ſtea factus pubes poterat reſilire, & dicit gloſſ. maxime. Item
enim de primo perueniente, vt expectet, vt ſup. in. §. mulier. ra-
tio eſt in textu, vt quod quis approbauit, cum erat habilis, non
poſſit reprobare.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes contrahentes ſponſalia ante pubertatem, ſeparari non debent.*
2 *Copula an ſufficiat ad conſummationem matrimonij.*

1 A Nobis. Impuberes†contrahentes ſpõſalia ante pubertatem ſeparari non debent.
primò quæſtio. ſecundo ſolutio. ibi taliter. & ibi his. ſ.
ambobus contrahentibus ſecundum Inn. Oppo. ad
textum in eo, ꝙ promittit iſtos factos puberes ſeparari. contra
quia non erant coniuncti, cum non poſſent coniungi impediẽ-
te ætate. non eſt igitur ſeparatio de eo, quod non fuit. So. dic ſe-
parantur. i. abſoluantur a vinculo, quo apparenter videbantur
ligati, vel dic ſeparentur, quia ſaltem erant ligati per ſponſalia
de futuro, quamuis enim ſponſalia de præſenti non valuerint
ante pubertatem, tanquam de præſenti, tamen iuris poteſtate,
& interpretatione habent vim ſponſalium de futuro, vt dicit
hic gl. & Inn. qui diuinauerunt caſum c. vnici. J. e. tit. lib. 6. vnde
expone textum ibi nomine matrimonij, ꝙ. ſ. cõtraxerunt, quã-
tum in eis fuit, ꝙ tamen nõ fuit matrimonium de præſenti, ſed
2 de futuro. Op. ſecundo, ꝙ non ſufficiat copula†ad conſumma-
tionem. ſup. tit. proxim. tua. So. ibi quando alter non intendebat
copulari, vt cum coniuge. Item ibi in foro pœnitentiali. Opp.
tertio ad idem de c. J. proxi. ibi non ſufficit copula. So. ibi quan-
do fuit violentia, & neceſſaria, hic de voluntaria, vnde textus
ibi nihil aliud habet.

SVMMARIVM.

1 *Minores apti ad contrahendum contrahentes obligantur.*
2 *Aetas an poſſit præueniri per doli capacitatem, quò ad ingreſſum religionis.*

1 DE illis. Minores †apti ad contrahendum cõtrahentes obligantur, niſi violentia interce-
dat, communis diuiſio ibi, taliter. Op. ꝙ nõ ſufficiat,
ꝙ ſint apti matrimonio, niſi ſint in ætate, etiã ſi vna
ſola dies deficiat. l. 3. §. minorem. ff. de minoribus. ſo quantum
ad matrimonia ætas non eſt taxata, & poteſt præueniri. ſupr. ca.
puberes, & c. continebatur. ibi eſt dictum. Op. ad hoc de. l. quæ-
ſitum. ff. de ſpon. So. aliud eſt de iure canonico, cui ſtandum eſt.
2 Quæro an ætas † poſſit præueniri per doli capacitatem quo ad
ingreſſum religionis. Inn. ꝙ ſic, licet ſecundum eum alij cõtra
ſed illud eſt verius. ſ. de regula. c. 2. lib. 6. & quantũ ad matrimo-
nium exponitur doli capacitas. i. diſcretio, & viri potentia.

SVMMARIVM.

1 *Cohabitatio inducit præſumptum conſenſum.*
2 *Teſtes poſſunt recipi publicatis atteſtationibus in cauſa matrimonij.*
3 *Vxor dicitur virum vendicare.*
4 *Conſenſus ſolus etiam ſine culpa facit matrimonium inter proximos pubertati.*
5 *Matrimonij ætas non colligitur ex annorum numero.*
6 *Mulier an ſit audienda volens producere teſtes ad probandum viri cõſenſum poſt pubertatem.*
7 *Conſenſus ſuperueniens an ſufficiat ad roborandum matrimonium ab initio inualidum.*
8 *Mulier dicens ſe virginem, tandem dicit contrarium, an audiri debeat.*

ATteſtationes. Si alter contrahentium non ſit proximus pubertati, ver-
ba de præſenti etiam cum nexu ad copulam nõ in-
ducunt matrimonium. Communis eſt diuiſio Nut.
1 ꝙ cohabitatio † inducit præſumptum conſenſum. probatur in
verbo receſſit. quaſi ſi non receſſiſſet, per lapſum temporis vi-
deretur conſenſiſſe. Nota, ꝙ publicatis atteſtationibus in cauſa
2 matrimoniali, poſſunt recipi †teſtes, quod infra dicetur, & pro-
a batur de teſti. cum in tua. Nota, ꝙ vxor, †vendicat virum, ſic &
3 è contra. de vtroque de teſt. ſpo. ex parte. Nota ꝙ inter proximos
4 pubertati etiam ſine † copula ſolus conſenſus facit matrimo-
5 nium, ibi vel circa finem &c. No. ex hoc inferri, ꝙ ætas† matri-
monij non colligitur ex annorum numero, quia ſi proximus
pubertati apparet habilis ex coniecturis, ſicut hic ex nexu ad co
pulam, poteſt contrahere. Nota, ꝙ inter non obligatos matri-
monio, de quibus tamen eſt dubium, an ſint obligati, debet in-
teruenire licentia eccleſiæ, probatur hic in fine, & ſupr. c. 2. & d.
c. ex parte, de teſt. ſpo. Oppono primò ad tex. ꝙ vir non debuit
poſſe vendicari a muliere, quia eſt homo liber. ſic non poteſt eſ-
ſe in dominio mulieris. Sol. vẽdicatur adiuncta clauſula de iure
canonico.

canonico. ſic etiam vxor vendicatur a marito, de reſtit. ſpol. ex
parte. probatur in c. non eſt, ſ. tit. 1. J. & c. veniens. Oppo. ſecun-
do, ꝙ nõ debuerit ſtari confeſſioni mulieris dicentis ſe virginẽ,
poſſet enim colludere. de eo qui cog. cõſang. vxo. ſuę. ſuper eo.
& multæ viæ ſunt ad malum in aut. de nuptijs §. mitiores. J. de
diuor. ex literis. Solu. ſecundum Hoſt. hoc relinquitur arbitrio
iudicis. ſup. tit. 1. præterea, & c. tua. & c. requiſiuit. Quero, quid
ſi videbat mulierem appetere ſequeſtrati. dic non ſtabitur con-
feſſioni, & ĩ dubio potius a ſeparatione abſtinebit. de teſti. licet,
cl. 2. de re iudi. c. fi. & poteſt ex officio etiam inuitis partibus in-
quirere. c. ſup. tit. 1. ſicut. Item ego dico, ꝙ ex cõfeſſione mulieris
hic nihil conuincitur. oportebat enim mulierem probare co-
pulam, & ſi diceret interueniſſe, non crederetur, ex quo vir re-
ceſſerat, antequam eſſet proximus pubertati. ibi antequam
&c. Secus ſi receſſiſſet imediate poſt pubertatem, tunc ſtare-
tur ei, qui diceret copulam interueniſſe. ſup. cap. continebatur.
6 Oppono tertio, quod non ſit audienda mulier † volens produ-
cere teſtes ad probandum conſenſum viri poſt pubertatem,
cum atteſtationes eſſent publicatæ, vt in prin. de teſti. fraterni-
tatis, clemen. teſtibus, de teſti. gloſſ. ſoluit, quòd hoc erat nouũ
capitulum, quod intellige, vt dicitur in cap. fraternitatis. Ho-
ſtien. reprobat, quod immo erat antiquum: nam etiam prius
voluit probare mulier de conſenſu. Sed dic, quod prius voluit
probare de conſenſu ante pubertatem, ſed tempore habili,
quando erat proximus. Modo capitulauit, quòd poſt puberta-
tem, quòd poſt. 14. annum, & ſic eſt nouum cap. ſed etiam ſi eſ-
ſet verum, eſſet ſpeciale in matrimonio. de teſtib. cum in tua. &
7 cap. ſeries. Oppono quartò, ꝙ conſenſus † ſuperueniens non ſuf-
ficiat ad roborandum matrimonium ab initio inualidum, re-
gula non firmatur, de regul. iuris lib. 6. Solu. Innocen. intelligit
de conſenſu, qui inducit matrimonium, vt de nouo contraxe-
rit, vel conſenſerit, conſummando. de matri. contrac. contra
interd. eccl. cap. 1. Sed dic, quod ſufficit conſenſus continuatus
vt in cap. vno. inf. e. lib. 6. Opp. quinto, ꝙ non ſufficit, ꝙ exiſtens
proximus pubertati conſenſerit, niſi annus ſit completus, 20.
quæſtione. 1. illud. gl. format, & non ſoluit. dic, ꝙ ibi quatenus
ad ingreſſum religionis requiritur pubertas completa, de regu-
la. ad noſtram. ibi gloſſ. reddit rationem, hic in matrimonio,
ibi præuenitur ætas, ſupr. cap. puberes. Oppono ſextò, quod
non debuerit cogi vir iurare, cum eſſet reus 6. quæſt. vlt. actor.
Solue, vt in gloſſ. fin. & dicit Hoſtien. ꝙ etiam defertur propter
difficultatem cauſæ, quia cauſa matrimonialis eſt ardua. Quæ-
8 ro, mulier † primo dixit ſe virginem, poſt vult dicere contrariũ,
dic, quod audietur, & hoc maxime in caſu noſtro, quia etiam
poſt ſententiam audiretur de re iudi. lator. In alijs cauſis quan-
do audiatur quis contra confeſſionem. nota. in cap. fin. ſupr. de
confeſſis, & dicit Innoce. quod etiam ſi per aſpectum probare-
tur mulierem non eſſe virginem, ſi conſtaret virum non habi-
lem ad copulam, nihil inferretur. nota. in cap. 1. de frigidis. Sed
ſi non conſtabat, præſumitur habilis. Quæro, quid ſi mulier
pendente iudicio commiſceat alteri, vt probet copulam? dicit
Hoſt. ꝙ ad euitandam hanc fraudem debet iudex facere cuſto-
diri in loco tuto ſup. titu. 1. cum locum. Quæro quid ſi vir nol-
let iurare in caſu huius cap. dic, quòd præſumeretur pro mulie-
re, & adiudicaretur mulieri. Quæro, quid ſi tranſiret ad ſecun-
da vota, dic quod compelleretur redire ad primam, primum
dictum probatur ex notatis, de iureiuran. cap. ſi. ſup. titu. 1. ſi in-
ter. Quæro, quid ſi ante motam litem tranſiuit ad ſecunda vo-
ta, & mota lite recuſat iurare, dicit Hoſtien. quæras ab eo, qui
bene ſciat conſulere, quia dicere contra hoc cap. eſt præſum-
ptuoſum, & præiudicare ſecundo matrimonio eſt periculo-
ſum. Ego dico, quod non ſit præiudicium ſecundo matrimo-
nio, quod enim adiudicatur primæ mulieri, ſi recuſatur iurare,
eſt pœna, quæ non debet imponi ſecundæ mulieri, vt præiu-
dicetur ſecundæ mulieri,

EX literis. Iſtud c. ponit caſum exceptum a. §. fi.
c. de illis. ſ. proxi. Op. ad tex. ꝙ ſit ſcul
catio ibi, iurata fuit, & deſpõſata. So. põt dici iurata
per verba de futuro, deſpõſata ꝑ verba de ꝑſenti, vel
eſt figura, vt ibi. Arma virumq; &c. Op. ꝙ nõ ſuffecerint minæ,
ex quo poſtea habitauit. ſ. tit. 1. ad id quod. ſ. c. de illis. So. dic, ꝙ
durauit violẽtia, ꝓbat verbũ impulſa, & verbũ morę. Op. tertiò,
ꝙ ꝑꝑ nexũ copulę nõ ꝓpterea ꝓhibere͂ mulier recedere, fruſtra
igitur põderat, ꝙ vir non habuit acceſſum. Itẽ vr̃ ſufficere, ꝙ ſit
apta copulæ, quamuis copula non interuenit. ſup. c. continebа-
tur. So. ſtandum eſt iſti ſecundo contrario, vt d. c. continebatur.
& dic, vt ibi. De primo dic, quòd ponderatur, quòd non ha-
buit acceſſum, quia ſi habuiſſet, præſumeretur conſenſiſſe. de
eo, qui cog. conſang. ſignificauit. Oppo. vt gloſſ. fin. dic, vt gloſ.
licet alij dicant, quòd in contrarijs interuenit iuramentum,
hic non, vel contraria de æquitate, hic de rigore. gl. eſt verior.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia contracta inter minores ſeptennio per cohabitationem mu-
tuam poſt ſeptennium inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam.*

1 DVo pueri. Sponſalia † contracta inter mino-
res ſeptennio per cohabitationem
mutuam poſt ſeptennium cõualeſcunt, & inducũt
publicæ honeſtatis iuſtitiam: Soluuntur tamen per
ſequens matrimonium de præſenti. h. d. Primo narrat factum.
ſecundo reſpondet ibi, quia igitur: Et hic format nouem qões.
Prima an inter G. & G. fuerit cõtractum matrimonium, & r̃n-
detur, ꝙ nõ. Secunda an vir relictus a muliere, quæ contraxit cũ
M. poſſit aliã ducere. reſpõdetur, ꝙ ſic. Tertia an Stephanã con-
ſanguineam puellæ, r̃ndetur, ꝙ non, propter publicam honeſta-
tẽ. Quarta, an cũ Stephana poſſit remanere. r̃ndet͂, ꝙ nõ. Quĩta,
an poſſit ad primam redire, r̃ndetur, ꝙ nõ, quia erat alteri lr̃ime
nupta. Sexta ſi C. nõ cognouit Stephanam, an poſſit ipſe, & ipſa
cũ alio cõtrahere, dr̃, ꝙ ſic: iniuncta pnĩa pro ſcandalo populi.
Septima ſi cõſtat, ꝙ cognouit, an poſſit, r̃ndetur, ꝙ nõ. Octaua
an inter M. & C. tenuerit matrimonium, dr̃, ꝙ ſic. Nona an M.
ſit imponẽda pnĩa pro eo, ꝙ ſine iudicio eccleſię dimiſit primã.
r̃ndetur, ꝙ ſic, & ibi conſobrinam, nõ inſciam prioris cõtract⁹,
aliàs infra nõ imponeretur ſibi pnĩa. Notabilia ſunt in qõnibus,
& ſummario. Gl. per tres annos, dic, vt J. e. c. vno. li. 6. Op. primo
ad tex. in eo, ꝙ primus dimiſit S. & m̃ tex. r̃ndet, ꝙ non poterat
cum ea remanere, dic ſ͂m aliquos nõ dimiſit, licet pater puellæ
eũ cogeret ad dimittendum, hoc eſt contra tex. quia dimiſit, &
cohabitauit puellæ, poſt hoc. i. poſt biennium, ſed tñ non debuit
dimittere S. ſine iudicio eccleſiæ. Itẽ cum puella non potuit eſſe
matrimonium, quia iam erat alteri copulata. Opp. ſecundo, ꝙ
inter virum, & puellam nõ fuit inducta obligatio ſponſaliorũ,
quia dicit textus, ꝙ matrimonialiter fuerunt coniuncti, ꝙ non
potuerunt, nec apparuit, ꝙ vellent contrahere ſpõſalia, ſic præ-
ter intentionem non debebant obligari. l. obligationum. §. ver-
borum. ff. de verb. obl. vbi ſi per iocum interrogatur, an ſpon-
deat, reſpondendo, non obligatur, dic ſi hic voluerunt obligari
ad matrimonium, quod non poterat, fortius igitur ad ſponſa-
lia, hæc voluerunt iuris interpretatione. J. e. c. vno. lib. 6. Oppo.
tertio, ꝙ non debuerit dari licentia Stephanę cõtrahendi cum
alio, cum fateretur ſe cognitam a viro. Sol. quantum ad ipſam
non dabitur licentia, ſed dimittetur conſcientiæ ſuæ, ſic intelli-
go veri. dictę. S. &c. ad hoc. de iureiur. mulieri, vel hic non fuit
creditum ſibi, ex quo ſurgit, quãdo alicui non creditur, ſua cõ-
feſſio ſibi non præiudicat. primum verius per. c. mulieri. Opp. ꝙ
etiam ſi vir cognouit S. non debeat impediri quominus vir, &
Stephana poſſint alteri copulari, quia non apparet ratio. Solu.
a dic, quod ratio ſubeſt per præcedentia ſponſalia inter virum,[a]
& puellam, quæ induxerunt publicam honeſtatem, vel dic, vt
dicetur in cap. veniens, cl. 1. de eo, qui cog. conſang. vxo. ſuæ. ta-
men ſi contraherent, matrimonium valeret, & dicit text. alteri
viuente altero, dic maxime. quia etiam altero mortuo, propter
inceſtum non debet alter contrahere.

ADDITIO.

a Virum. adde ab. & doc. in c. illud. de præſump. do. in c. inter quatuor, de maio. &
obed. doct. in. c. ex parte, cl. 3. de reſti. ſpo. Ioann. an. in addi. Spe. in titu. qui filij
ſint legi. doc. in l. 1. in §. per hanc. ff. de rei vendi.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quod eſt nullum, accuſari non poteſt.*
2 *Accuſatio, & denunciatio qualiter differunt.*
3 *Iudex ex officio ſuo repellit accuſationem iniuſtam.*
4 *Pronunciatio ſuper ineptitudine eſt interlocutoria.*
5 *Iudex ex officio prouidet, ne quid innouetur lite pendente.*
6 *Matrimonium contractum contra inhibitionem Papæ non eſt nullum.*
7 *Iudicis inhibitio nullitatem non inducit.*
8 *Venditio de fructibus nondum extantibus an valeat.*
9 *Matrimonium ſi contrahatur poſt inhibitionem Papæ, an valeat.*
10 *Denunciatio an impediat eligentes, ne eligant.*

1 AD diſſoluendum. Accuſari nõ poteſt
matrimoniũ † qđ
eſt nullum, vt puta ſi cum minore ſeptennio ſit cõ-
tractũ, denũciari tñ poteſt. primo narrat factũ, ſecũ-
do iterloquitur ibi, interloquẽdo, tertio inhibet ibi, ne ratio. Se-
cunda ſubdiuidit͂, primo repellit accuſationem, cũ dicit quare,
ſcđo pmittit denũciari, & ſtatuit terminũ illi denunciãti. tertiò
reſeruat exceptionẽ ibi, ſaluis, & ibi vos, loquit͂ illis, q erant pro
2 parte puellę. Not. dr̃iam † inter accuſationem, & denũciationẽ,
quia accuſatio eſt ſuper præſenti, vel præterito, & præſupponit
exiſten-

Digitized by Google

exiſtentiam,& non ſuper futuro, ſed denunciatio etiam ſuper
futuro.quod no.etiam hic Inn.Item qualitas preſupponit ſub-
ſtantiam concordandi in gl.No.iudex † ex officio repellit accu
4 ſationem ineptã. No. ꝙ pronunciatio † ſuper ineptitudine eſt
interlocutoria. No.ꝙ denũciatio multum pendet in officio iu
dicis. vnde etiam ex officio aſſignat terminum ad eam proſe-
5 quendam,ibi,ad denunciationem parandam.No.ꝙ iudex † ex
officio prouidet,ne quid innouetur lite pẽdente,vt lit.pen.c.2.
6 No. matrimoniũ † ꝯtũ ꝯ inhibitionẽ Papæ non eſſe nullũ ſm
gl.ſm alios eſt nullum,infra dicetur. & neutrum,hoc expreſſe
7 colligitur.No.inhibitio iudicis † nõ inducit nullitatẽ,niſi adie-
cta clauſula decreti.at.ibi,ꝙ ſignat &c.pro hoc ĩ.de matrimo-
nio ꝯcto ꝯ inter.eccl.c.1.& 2.& 3. Secus ſi eſt inhibitio legis. C.
de legi.l.non dubium, 10.diſt.vides,de reſt. c.2.in fi. Oppo. ꝙ ſi
non poteſt accuſari,quod non eſt , pariter nec denũciari, quia
eadem eſt ratio , dic accuſatio dependet a parte , non a iudice,
qui non hẽt,de quo quæratur,ſi res non habet ſubſiſtentiã,ſed
iudex debet prouidere in futurũ,ne etiã fiãt.l.cõgruit.ff.de off.
præſi.de off.ord.c.1. ideo fit denũciatio ad prouidendũ in futu
rũ . Itẽ hic nõ permittit denunciari nõ ens,ſed ens.ſ.conſangui
nitatẽ.ideo pondera,ꝙ non permittit denũciari matrimoniũ,
quia eodẽ mõ eſſet inepta denũciatio de matrimonio,ſed per-
mittit de conſanguinitate. Opp.ꝙ ſuper non ente poſſit diſpo
ni.ff.de ſerui.ru.prædi. l.ſi ſeruitus. §.futuro. vbi acquiritur ſer-
uitus ædificio,ꝙ nondũ eſt.& de ſer.ru.prædi. l.Labeo. & C.de
vſur. l.eos , vbi præſcribit vſuras futuras . & ſupra de conſue.
cũ olim. Glo.ſoluit,ꝙ non ſit diſpoſitio , ſed obligatur perſona
ſuper diſpoſitione facienda,cum res erit . Vel ſolue, vt no.glo.
in d.§.futuro.& d.l.Labeo. Opp.ad idem , quia fit inſtitutio de
poſthumo, qui nõ eſt, etiã ſi inſtituẽs nõdũ habet vxorẽ. l.pla-
cet.ff.de lib. & poſth. Sol.teſtm̃ cõfertur in diẽ mortis, de ecle.
miſ.cũ marthæ.& tũc poſthumus eſt in vtero,igitur habẽr pro
exiſtente.l.qui in vtero.ff.de ſta.hominum.Opp.ad idem,quia
8 valet venditio † de fructibus nondum exiſtentibus.ff.de ꝯhen.
emp.l.nec emptione.de pig.l.& qui nõdũ.inſt.de leg.§.ea quo-
que.Sol. ineſt conditio, ſi naſcentur. ff.de condi.& demon.l.1.
Cõclude,ꝙ ſuper non ente diſpoſitio affirmatiua,& pura fieri
non poteſt, ſed conditionalis ſic . Sed negatiua pura bene fieri
poteſt a prædicta.cle.literas.de reſcript.ff.de dã.infec.l.dãni.§.ſi
is qui.de libe.leg.l.aurelius.§.teſtator, de acquir.hær.l.locus. &
de hac materia de reſcrip.c.ſi.& ibi glo.& de eccle.ædifi.ad au-
dientiam,vbi etiam glo. Oppo. quod Papa non debuerit aſſi-
gnare terminum ad denunciandum ex officio , cum non de-
beat ſupplere de facto. Sol.denunciatio dependet ex facto iudi
cis,igitur aſſignat terminum ad eam proſequendam . Quæro
primo,an in hac denũciatione , quæ fit ſuper matrimonio,re-
quiratur præcedens monitio. gl. ꝙ non : licet ſecus in aliis de-
nunciationibus,de quibus plene de iudi.nouit. Quæro ſecũdo
9 in fine c. an matrimonium † ſi contraheretur poſt inhibitio-
nem Papæ,valeret.glo.ꝙ ſic quamuis inhibitio habuerit clau-
ſulam decreti,quia fortius eſt matrimonium, ꝙ̃ Papæ interdi-
ctum,ad hoc de voto. c.vno.lib.6. ſed ſm gl.fieret ſeparatio ad
tp̃s,ꝙ etiam tenet Inno. Sed Alia.& Hoſt.tenent ꝯrium : Papa
a enim , vt Vicarius Chriſti [a] põt ſtatuere ſuper matrimonio. ĩ.
de conſan.non debet,igitur & per vocem viuam, quia ipſe eſt
b etiam lex animata [b] in terris,in auth.de cõſulibus ante fi.4.col.
de conſt.c.1.li.6. & hæc placet, ex quo conſtat de eius mente p
clauſulam decreti. Ad rationem gl.nego fortius eſſe matrimo
niũ,cũ interdictũ Papæ cenſeatur diuinũ de tranſl.c.primo,& p
c hoc tollitur illud. Quos Deus coniunxit [c] &c.quia non vt ho-
mo,ſed vt Deus. Quæro tertio pro gl.Inn.expedienda, an poſ-
ſint denunciari etiam electi non petẽtes confirmari, vel conſe
crari.Inno.ꝙ ſic per c.hoc videtur.22.q.5.de dolo cum dilecti,
& c.cum olim. Sed ſm eum debet eſſe crimen impediens exe-
cutionem formæ electionis : vel crimen,quoad perſonam im
pediens poſt peractam pœnitentiam : alias ſi pęnituit,non va-
let denũciatio. Oppono de c.ex pęnitẽtibus.50. diſt.Sol. ibi de-
nunciatur crimen poſt pœnitentiã pp irregularitatem rema-
nentem. Opp.ad idem.de c.ſi celebrat.de cle.ex.mi. Sol.nõ ob-
ſtat , quia ſolũ probat de exiſtente in mortali de quo non pœ-
10 nituit. Quæro quarto,an denunciatio † impediat eligentes,ne
eligant.Inno.dicit, ꝙ quidã dicunt, ꝙ non, ſed ſecus dicunt in
confirmatione,vel conſecratione. alij,vt refert,nõ diſtinguũt
inter hæc,ſm quos etiam electio impedit, ſi credunt eligentes
denunciationẽ eſſe verã : qa debent inquirere de electo.61.diſt.
miramur.8.q.2.dilectiſſimi. Item denunciatio, cõfirmatio,&
conſecratio ſunt nuda miniſteria, & non fiunt in forma iudi-
cij. tutum eſt,ꝙ audiantur denunciantes : ſed ſi nõ audiantur,
nõ vitiãtur,ſed denũcians poteſt appellare.& ſi iudex ad quem
videt eũ fouere veritatẽ,caſſabit ꝑdicta, ſaltẽ quo ad executio-
nẽ.de elec.cũ inter canonicos.de ap.cõſtitutus.2. & poſſet etiã
punire eligẽtes,cõfirmãtes,& cõſecrãtes, ſi p peccata proceſſe-
rũt.cõcluſio eſt,ꝙ denũciatio nõ infringit illa,licet ſit audien-
da.qđ eſt verũ ſm Inn. etiã ſi denunciãs offerret probationes :
quia illud non fit iudicialiter.hoc nõ procedit quo ad cõfirma
tionem hodie, quæ debet fieri in iudicio vt de elect. c. fi. lib.6.
Quæro,pone commiſſa eſt denunciatio:an poterit procedi ad
electionem,confirmationem vel conſecrationẽ. dicit Inn. de
confirmatione,& cõſecratione,ꝙ non ,arg. huius c.de elec. for
te dicit aliud eſſe,& remittit ad notata in c.accuſatũ. de ſymo.
ſed ibi dicit , ꝙ nec ẽt impeditur confirmatio , vel conſecratio
per denunciationẽ:ſed per inquiſitionem ſic. Ratio differẽtiæ
eſt, quia inquiſitio præſupponit infamiam : denunciatio non.
Ego cõcordo ſic,vt hęc gl.intelligatur reſpectu beneficij,ſuper
quo denunciatur.& c.accuſatum,reſpectu alterius.Quæro,po-
ne,ꝙ mandatur alicui,vt conferat beneficiũ, vel det poſſeſſio-
nem beneficij ope exẽptionis.an admitteret:dicit Inn. ꝙ non,
ſed poteſt,ſi vult,quia nõ eſt iudex.Secus dicit,ſi eſſet iudex: vt
quia mandaretur,ſi eſt idoneus: tunc debet admittere: & ſi nõ
admittit,& appelletur, caſſabitur factũ poſtea . Item tutum eſt
ſm eum etiam ſi pars exprimit , ꝙ admittat & conſulat ſupe-
riorem. hæc gloſ. in eo,ꝙ dixit eſſe iudicem,ſi mandabitur, ſi
eſt idoneus, non eſt vera: quia clauſula illa facit monitionem,
non conditionem. de pręſump. c.ſi. Ideo ibi hoc tenet Inno.&
verius cle. vna de offi. delegati. vnde dic , ꝙ etiam tunc poteſt
admittere, ſed non tenetur, ad hoc ſi appelletur,valet appella-
tio tanquam iudicialis , ex quo non elegit formam iudicij .

ADDITIONES.

a Chriſti . Adde Bal.in l.Barbarius.ff.de off.præto.
b Lex animata . Adde glo.in verbo iuris.in c.ab arbitris de leg. lib.6.
c Coniunxit . Adde tex.in c.quos Deus.23.q.2.c.ſunt qui.27.q.2.originaliter.
Matth.nono. & Marc. 10.

SVMMARIVM.

1 *Subbarrhatio an faciat cenſeri matrimonium de præſenti .*
2 *Contrahente aliquo cum impubere diſtante per triduum a pubertate an valeat matrimonium, & quid ſi die præcedenti .*
3 *Matrimonium an ſit,ſi contrahitur die complente pubertatem,die nondum finita .*

Væ nobis. Si quis per verba de pręſenti cõ
trahit cũ impubere, in qua ma-
licia non ſupplebat ætatem , non eſt matrimoniũ,
ſed ſunt ſponſalia . vel aliter. Cum impubere non
viri potente etiam proxima pubertati non eſt matrimonium,
etiam ſi per verba de præſenti contrahitur,ſed ſponſalia.Com
1 munis eſt diuiſio.Quęro,an ſubarrhatio † faciat cenſeri matri-
monium de præſenti. dic, ꝙ non, niſi aliud præcedat , vnde ſi
fieret ante contractum matrimonium,nõ inducit aliquid;ſed
de conſuetudine fit alicubi:tunc valet, vt in ciuitate Padua: &
a fit in quarto digito: [a] quia vt dicunt phiſici,ibi eſt quædam ve-
na,quæ tranſit ad cor.30.q.5.fęminæ. Quęro,quid ſi eſt de cõ-
ſuetudine : vt habeat vim matrimonij ſubarrhatio . quidam
ſubarrauit vnam cauſa ludi.dat Hoſt.exemplum in ludo beati
Silueſtri.dic,non erit matrimonium, licet in dubio præſuma-
tur matrimonium inſ. qui ma ac.poſſunt , vñ . Quæro quid, ſi
2 quis contrahit cum impubere † diſtante per triduum a puber-
tate.dicit Vin.ꝙ non eſt matrimonium, niſi adſit viri potẽtia.
3 quod eſt dictũ ſ.e.cõtinebatur. Quæro, quid † ſi die complen-
te pubertatem die nondum finita.dic,eſt matrimonium,ſicut
valet teſtamentum.l.qui ętate.ff.qui teſta.facere poſſunt. Hoſt.
tamen dicit matrimonium non valere vſque ad triduum poſt
pubertatem,quin poſſit recedi,ſicut in profeſſione. de regula.
ad noſtram. quod vnum eſt ſomnium: quia ſtatim valet, ſi eſt
pubertas c.ad noſtram, loquitur in profeſſione tacita. Facit ad
quęſtionẽ,an impubes diſtans triduo ſi teſtetur,an valet.Iaco.
de bel.tenet,ꝙ non in diſputatione dictæ l. qui ætate.a contra-
rio quę permittit vltima die tantum vel ſex horis noctis pręce-
dentis. Quæro,quid ſi contrahens ante pubertatem conuerſa-
tur in domo ſponſæ poſt pubertatem.dic aut primo contraxe-
rat per verba de futuro,& nũquam fiet matrimonium: niſi ex
nouo conſenſu . Aut de præſenti,ſed iuris interpretatione fuit
de futuro vt hic & eo. tit.c.vno. lib.6. & tunc ſi adueniente pu-
bertate habitat in domo etiam tacitus conſenſus ratificat .

ADDITIO.

a Digito. adde doc.in c.clerici.el 2 de vit.& ho.cle.doc.in ca.illud.de pręſump.

De clandeſtina deſponſatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Puellæ diuites ſæpius ſeducuntur .*
2 *Matrimonium clandeſtinum quod dicatur .*

Conti-

Continuatur ſic: quia ſponſalia quandoque clã contrahuntur, igitur &c. ſępe enim aquæ furtiuę dulciores, prouerbiorũ
1 9. Hoſt. aliter continuat, quòd quia ſępe puellæ † diuites, & nobiles ſeducuntur, & clam deſponſantur: ideo &c. Sed quia etiam ex alia cauſa fiunt clam: ideo prima eſt verior. de materia 30. q. 5. 3. q. 4. conſanguineorum. Quæro, quod dicatur matri-
2 monium † clandeſtinum, dicit Inn. quòd illud, quod non põt probari per teſtes. inſ. eo. c. 1. & 2. Itẽ quod non fit cũ ſolemnitate, inſ. eo. c. fi. 30. q. 5. aliter de hoc inſ. eo. c. 3. in gl. 3. & licet non debeãt fieri, facta tñ tenent 30. q. 5. noſtrates. ad hoc inſ. eo. c. 2.

SVMMARIVM.

1 *Viro an incumbit probatio indiſtincte in matrimonio clandeſtino.*
2 *Termini duo ſi alternatiue ponuntur in narratione, repetiti cenſentur in diſpoſitione.*

SI quis. Legitur varijs modis. ſm autem communẽ lect. hoc dicit. Ei, qui ſtat pro matrimonio clandeſtino incumbit ꝓbatio. vel aliter: cohabitatio nihil facit pro matrimonio, vt præſumatur verum, ſi fuit clandeſtinũ, prima melior & fuit c. extranei. Oppo. ad textum, ꝙ ex quo matrimonium fuit clandeſtinũ, non fuit poſſibilis probatio. de ſenten. ex. a no-
a bis. el. 2. quia occulta ſunt [a] ſub iudicio dei, vt ibi Inn. dicit con-
1 tractũ ſcilicet aliquibus pręſentibus. Op. ſecundo ꝙ viro † non incumbat probatio indiſtincte: quia ſi vir negat matrimoniũ, debet incumbere mulieri, tanquam dicenti. ff. de proba. ei qui. 6. q. vlti. actor. propter hoc contrarium varijs modis legitur in gl. 1. primo, ꝙ indiſtincte incumbat viro, quia & ſi neget, hæc eſt negatiua iuris. ſi enim dicit clandeſtinum, vir negat qualitatem. ſ. publicitatem & negatiua qualitatis eſt probabilis. de elec. c. bonæ el. 1. hanc opinionem tenuit Compo. antiquus. ſed ſm eum ſi mulier agit, vir probat per iuramentum, & ad hoc iuramentũ non tenetur mulier, ſi vir agit: quia non ſic præſumitur contra eam propter verecundiam ſexus, ꝙ nihil eſt. Secũdo legitur in gl. ꝙ hoc verbum, viro, exponitur a proprietate. ſ. virtute, vt comprehẽdat & mulierem, vt cum ſtat pro matrimonio cenſeatur vir. ſic in ſimili. 32. q. 7. §. ſed illud in glo. 3. quod eſt magis extorſiu, & impropriatio. Ideo tertio legitur in gl. per reduplicationem, ꝙ viro incumbit probatio, quando. ſ. mulier negat: ſed ſi vir negat, mulieri incumbit. hoc tenent ho-
2 die oẽs. ex quo no. ꝙ † ſi in narratione duo termini ponuntur cum alternatiua, & in diſpoſitione, quę ſequitur vnus ſolus ponitur, alter intelligitur repetitus. Quarto legitur ſm Hoſt. qñ altercatio eſt de copula: quia tenetur, ſi vir dicit, credit ei ſup. ti. 1. duo. & c. atteſtationes. & c. continebatur. ſi negat, tenetur iurare. d. c. atteſtationes. quod non conſonat huic textui: quia de copula nulla fit mentio. tene præcedentem. Ad quam oppone, ꝙ etiam ſi matrimonium nõ ſit clandeſtinum, dicenti incumbit probatio. quid ergo operatur clandeſtinitas? Su. ex hoc textu ſumi poteſt, ꝙ ſi in facie eccleſiæ ducatur vxor & alter cõtrahentium negat contractum, non eſt audiendus. ſed qñ clandeſtine, audiuntur, & dicenti, incumbit probatio: tunc ſumatur ſic. Si matrimonium eſt clandeſtinum, auditur negans contractum, & aſſerenti incumbit probatio per prædicta, & tunc habes caſum, in quo agens deducens negatiuam puram auditur propter præſumptionem, quæ eſt contra reum, vt ſi vir petit ſe abſolui a muliere, quæ dicit eum maritum negans matrimonium audiatur, ſi fuit clandeſtinum. ſecus ſi fuit publicũ, quia tunc non auditur ſimpliciter negans matrimonium, niſi proponat aliquam cauſam impedimenti, vt conſanguinitatis, vel ſimilem. ſed tamen etiam hoc caſu verius eſt, quòd auditur & negatiua probari poteſt per confeſſionem aduerſarij de confeſſis cap. 1. lib. 6. tamen in hoc ſpeciali caſu, ex quo conſtat de matrimonio publice contracto, non ſtaretur confeſſioni mulieris. in contrarium inſ. de eo, qui cog. conſan. ſuper eo. propterea verius eſt, quòd talis libellus non audiretur.

ADDITIO.

a Occulta ſunt. Adde text. in c. erubeſcant. 32. di. & in c. cõſuluiſti. 2. q. 4. dic hoc eſſe verum quo ad ſententiam hominis, ſed quo ad ſententiam legis vel canonis bene iudicat de occultis, & punit occulta crimina, vt eſt gl. in verbo verum, & in verbo eo ipſo, in cle. 1. de hære.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij clandeſtinitas non impedit, ſi ſuperueniat publicatio.*
2 *Matrimonium manifeſtum præiudicat clandeſtino.*

QVod nobis. Matrimonium clandeſtinum contractum per partium conſenſum per eccleſiam approbatur. hoc dicit. vel aliter. Clandeſtinitas matrimonij non impedit nec eſt crimen ſi
1 ſuperueniat publicatio. Opp. ad tex. ꝙ publicatio † ſequens nõ inducat valorem matrimonij clandeſtini. regula non firmatur. de reg. iu. li. 6. de elec. audiẽs. Sol. vt gl. hic clandeſtinitas nõ reſiſtit ſubſtantiæ matrimonij, cum ſit qualitas. Ideo ſtante matrimonio ipſum idem, quòd primo erat clandeſtinum, veniente publicatione fit perfectum. Et dicit Vinc. quòd mani-
2 feſtum matrimonium † præiudicat clandeſtino, etiam ſi ambo confiteantur & habeant pro ſe vnum teſtem & famã. Quæro quid, ſi vterque confitetur contractum matrimonij clandeſtini: ſed vir dicit, ꝙ erat affinis mulieri: vt quia prius cognoſcit conſanguineam mulieris, & illa conſanguinea confitetur. Dic ꝙ non auditur in præiudicium matrimonij iam publicati per talem confeſſionem vtriuſque ſuper matrimonio factã inſ. de conſan. ſuper eo. Pe. & Ab. tenent contrarium, ꝙ poſſet procedere, quando vir in confeſſione, quam facit de matrimonio, hoc ponit commixtim ſcilicet de copula habita cum conſanguinea: ita ꝙ non poteſt pro parte accipi confeſſio contra ipſum, quin accipiatur etiã pro, per c. cũ olim, inf. de cenſi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus debet ex officio inquirere de impedimentis matrimonij.*
2 *Presbyter non habens iuriſdictionem an interdicit matrimonium.*
3 *Publicatio bannorum in quibus locis fieri debeat.*
4 *Contrahenti cum vna qui deinde vult contrahere cum alia, an ſecunda aſſentire debet.*

CVm inhibitio. Primo conſtitutio. ſecundo pęna ibi. ſecũda, ſi quis vero. prima ſubdiuiditur: quia primo prohibet clandeſtina coniugia, & ſacerdotes adeſſe. ſecundo præcipit, præmitti edicta, & inquiri de impedimentis ibi: quare &c. Secunda primo punit contrahentes clandeſtine in prole, & ad alium caſum extendit pęnam. ſcdo puniri iubet presbyteros non prohibentes & clericos intereſſentes. Item ipſos ꝯhientes, & malitioſos apponentes. ſecunda ibi: ſane. No. ꝙ
1 iudex † eccleſiaſticus poteſt & debet ex officio inquirere de impedimentis matrimonij. ad hoc ſup. ti. 1. cum in tua. & c. ſequenti. & c. ſicut. probatur hic in verſ. inueſtigent. No. caſum,
2 in quo presbiter [a] non habens iuriſdictionem † interdicit matrimonium. ibi contractus interdicatur. licet aliqui intelligãt, ꝙ per epiſcopum interdicetur referente presbitero parochiali. Inn. tenet, ꝙ presbiter hoc poteſt extraiudicialiter. Alia plura ſunt hic notanda, quæ per te collige. Quæro, hic. conſuetudo
b loci [b] ſpecialis diſponebat hoc, ꝙ poſtea diſpoſuit hoc ius. quid ſi reuocaretur hoc ius: an per hoc tolleretur hæc conſuetudo non facta de ipſa mentione? gl. ꝙ ſic de conſti. c. 1. li. 6. Alij contra. de hoc in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & de reſcrip. c. 1. vbi cum limitatione defendi gl. illam. Quæro an in ſpõſalibus habet locum hoc c. vt pręmittantur banna. Hoſt. ꝙ ſic propter identitatem rationis: quod eſt verum & æquum: tamen ſi nõ ſeruentur, non eſt locus pęnæ, vt in pœnis fiat reſtrictio. Quæ-
3 ro, in quibus locis debet fieri publicatio, † vel propoſitio bannorum, an ſufficiat in vna eccleſia. videtur, ꝙ non propter plurale in eccleſijs. quod placet Inn. ad hoc inſ. qui ma. ac. poſſint. c. fi. contrarium eſt verum: quia plurale illud eccleſijs refertur ad plurale illud, presbyteros. & ſit ſenſus, ꝙ quilibet presbiter in ſua eccleſia, vt plurale in ſingulari reſoluatur. de priuile. & priuilegia. Fateor æquum eſſe, vt in pluribus fiat. Quæro, quid ſi fiant extra eccleſiam. dicit Hoſti. ſufficere. Ego contra propter verbum, in eccleſijs, licet putet rationem fuiſſe, quia ibi congregatur populus. vnde dic, ꝙ poſſet redargui ſacerdos, qui moneret extra eccleſiam, quaſi de ſpirituali ſacramento nõ ſit tractandum extra eccleſiam: tamen ad curandum clandeſtinitatem ſufficit, quomodocunque publice ſit. Quæro, quid ſi inſtitutus in eccleſia nõ eſt ſacerdos. dic, ꝙ tenetur, vt verbum ſacerdos cõprehendat quemlibet clericum, etiã ſi ſit regularis. ad hoc inſ. §. ſane. Quæro, quid ſi laicus ſciens non monet. dic ꝙ non incurrit pęnã: licet ſm Hoſt. laici teneantur ex mente, ſi non prohibent, cũ poſſint de ſen. excõ. quanto. Quæro quid ſi contrahentes ſunt diocęſum diuerſarũ. dicit Inn. in vtroque loco ponentur edicta. Quęro, qd ſi ſint de vna, ſed contrahunt in alia, vt duo Alemani Paduæ. Inn. dicit, quod edicta ponuntur in loco progenitorum, vbi melius cognoſcantur. Quæro, quid ſi non habent ibi conſanguineos. Innoc. ꝙ ponentur vbi amplius habitauerũt in antiqua habitatione. per hoc inſertur, pro epiſcopis qui nõ permittunt forẽſes cõtrahere in ſuis diocęſibus, niſi habeãt teſtimonia ſuorum epiſcoporum. Quæro,
4 quid ſi aliqs contrahat cũ vna: † deinde vult cõtrahere cũ alia. Innoc.

ADDITIONES.

a Presbiter. adde textum & do. in ca. alter. 30. q. 5.
b Loci. adde tex. in c. de trina. de conſec. diſ. 4. c. cum olim. de conſue. c. ſuper eo. cum ibi no. de cenſi. & in l. 3. in §. diuus. ff. de ſepulc. vio.

Digitized by Google

Inn.dicit, ꝙ ſecunda non debet aſſentire, niſi ſit ſactum diuor
tium cum prima.& ſi conſenſit,& ſubeſſet impedimentum,ſi
bi imputetur: quia filij ſunt illegitimi [a] & ſic ſentit Inn. ꝙ tex.
qui ponderat ſcientiam parentum,procedit in quolibet impe-
dimento non ſolum conſanguinitatis: tamen textus loquitur
ſolum in conſanguinitate ibi in gradu.quod tenet Arch.34.q.
2.c.2.quod eſt verius a forma literæ. ſed dictum Innoc. a men-
te. Quæro, quid ſi non fiant banna per ſacerdotem: ſed alias
contractus eſt publicus, an ignorantia parentum excuſet pro-
lem,ſi ſuberat impedimentum? dic,ꝙ non,quia non eſt priua-
ta forma c.tamen per æquitatem contrarium teneretur, vt ver
bum conſpectum eccleſiæ.exponatur.i.publice.

A D D I T I O.

a Illegitimi.adde Car.Alex.diffuſe in c.quod nobis.qui filij ſint legiti.

De ſponſa duorum. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Duo petunt vnam coniugem, vterque probat contractum matrimonium, neuter docet de anteriori tempore.quid iuris.*

DIcebatur in antiqua,vel econtra. Conti-
nuatur.vidimus de duabus ſpe
ciebus ſponſaliorum.ſ. manifeſta & clādeſtina.
nunc ſubijcit de duobus manifeſte ſucceſſiue
contractis,ꝙ iſtorū alteri præiudicet ſecundum
Dama.& Goff.ſm Hoſt.aliter,& ſic: quia clan-
deſtine vxoratus quandoque ducit ſecundam, & econtra. De
materia 22.q.2. in prin. & fine. Quæro quidam petit vnam in
coniugem,probat,ꝙ cum ea cōtraxit,ipſa probāt, ꝙ cum alio:
nec apparet,cum quo prius,quid iuris. Innoc.dicit reus obtine-
bit in dubium.ſup.de proba ex literis.de fide inſtru. inter ff. de
reg.iur.l.fauorabiliores. Ego contrarium teneo: quia intentio
actoris fundata fuit ex probatione cōtractus.ipſa ergo quæ ex-
cipit,debet probare neceſſaria,ꝙ non contraxit cum effectu: vt
quia de anteriori contractu facit fidem,de teſti.cum tu.ibi ob-
tinent canonici, qui erant actores, vt ibi dicitur. Quæro. duo
1 † petunt vnam in coniugem: vterque probat contractum ma-
a trimonium: neuter docet de anteriori tempore. [a] Dicit Inn. ꝙ
abſoluetur mulier, vel melius differetur ſententia, donec do-
ceatur de prioritate pro altero. Quæro,quid ſi vnus eorum pri
mo docuit de contractu per ſe. dicit Inn. ꝙ non propterea obti-
nebit,ſed expectabitur alter, ne fiat præiudicium illi matrimo
nio ar.c.2.de eo qui cog.conſan.& de frigi.c.1.Op de l.is a quo.
& l.ſequenti.ff.de rei vend.l.ibi obtinet primo probās,data cau-
tione, vt ibi, dic ſecundum Inn. in præbendis & alijs reb.quam
matrimonio carnali procedunt contraria. & ſic vult Innoc. ꝙ
quantum ad hoc aliud eſt in carnali matrimonio, & aliud in
ſpirituali.& hoc eſt notabile.

A D D I T I O.

a Tempore.adde gl.in cle.ſi.de reſcri.l.matrem.C.de proba. Bar.& Ang.in l.non ſolum in §.ſed reprobari.ff.de noui oper.nuncia.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſus duarum de præſenti adhæret primæ.*
2 *Sponſalia de præſenti præferuntur ſequentibus de præſenti.*
3 *Sponſalia an ſemper ſint pura.*
4 *Sponſalia de futuro quibus verbis & quibus modis contrahuntur.*

1 DVobus. Sponſus † duarum de præſenti adhę
ret primæ. Sed ſi cum altera de futu-
ro,adhæret ei,cum qua de præſenti.vel aliter. Spon
ſalia de præſenti præferuntur ſequentibus de præ-
ſenti. ſed non pręcedentibus de præſenti, ſed de futuro ſic. Et
totus titulus ſic ſummatur. Sponſalia de præſenti præferuntur
ſecundis de præſenti,etiam conſummatis.hoc dicit cap.3.& 5.
Sed non præcedentibus de præſenti. hoc dicit c.1.& 2. Sed præ-
cedentibus de futuro ſic. hoc dicit idem c. primum c.tua ſpe-
cialiter ſummabitur. Primò dictum.ſecundo exponit ibi.eſt au
tem,prima habet duo dicta.ſimiliter & ſecunda. Gl.permiſerit
ibi litera.melius diceret,ver. ſed dicat. Opp.ad tex.in fin. ibi &
ore &c.quia in matrimonio nō requiruntur verba.ſufficit con
ſenſus.de ſpon.tuæ.qualitercūque innoteſcat. So. dic ſtandum
contrario, vt ibi eſt dictum.dic igitur ore vel ſigno æquipollen
3 ti. Opp.quod ſponſalia † ſemp ſint pura: quia ſi apponitur con
ditio de copula.aut intelligitur de fornicaria,& ſic eſt turpis,&
habetur pro non adiecta inf.tit.1.c.ſi. Aut de non fornicaria,&
habet vim exhortationis: quia in matrimonio ineſt 27.q.2.§.
cum ergo.glo. hoc multipliciter ſoluit.dic,ꝙ debet intelligi de
copula non fornicaria & tñ hēt vim conditionis: quia cōfert
conſenſum in futurum,cum ſcilicet illa conſentiat. ſic probat
tex. Quæro, ſtante hoc caſu,contrahit quis cum aliqua, ſi per-
miſerit ſecum copulam: quando erit conſummatum matri-
monium. an per primam copulam. quidam quod non, ſed ꝙ
prima purificat ſponſalia.ſecunda copula conſumat matrimo
nium.de ſpon.is qui.contra iſtos eſt: quia prima copula tunc e-
rat fornicaria. & ſi de tali intellexit, conditio habetur pro non
adiecta. Alij dicunt,aut dicit,contraham, ſi permiſeris copu-
lam: tunc tenent,ꝙ præcedentes. Aut dicit contraho: tunc ſe-
cus. Tertij dicunt,ꝙ etiam ante primam copulam conſuma-
tur matrimonium ſtatim,cum conſentit in copulam per l.cer-
ti condictio.& l.quod ſi ab initio.ff.ſi cer.pet. vbi ſi depoſitum
apud te in pecunia permitti tibi, fit mutuum, antequā vtaris.
Sic dicitur in §.ſi.Sed in l.quod ab initio.videtur requiri vſum,
ſic videtur contradicere. vel ſoluitur contrarium,quia in §. ſi.a
principio fuit depoſitum: puta poſtea dimiſit vti conuertendo
depoſitum in mutuum,& ſufficit ſola voluntas. Sed in l.quod
ab initio.depoſitum eſt,& permiſit vti ſi velit, & tunc antequā
vtatur, eſt depoſitum & ibi vſus transfert in mutuum. In pro-
poſito dic. Si quis per verba de præſenti contrahit cum condi-
tione copulę,ſtatim cum illa conſentit, eſt matrimonium pon
derando verba.quandoque dicit contraho,ſi conſenties in co-
pulam,procedit,quod dictum eſt: ſi interuenerit copula, tunc
requiritur exiſtentia copulæ.quandoque dicit cōtraham,ſi co-
pulatus fuero tecum, & tunc iſta conditio videtur de fornica-
ria intelligenda,cum contractus faciendus referatur poſt copu
lam. Ideo habetur pro non adiecta,& ſunt ſponſalia de futuro,
quæ per copulam tranſeunt in matrimonium de præſenti ſup.
de ſponſa.is qui. Quæro,quid dicit tex. ibi,vel etiam pro cōſen
ſu.glo.exponit dupliciter,& minus bene.dic vel etiam pro con
ſenſu. Id eſt,dicit vir mulieri: conſentio in te, ſi conſenſeris in
me. ſecundum Inn. Quæro, quib.verbis contrahuntur ſponſa
a lia [a] de futuro, † & quibus modis. dic quandoque per verba ad
id apta, vt hic. Secundò per verba de præſenti, ſi contrahentes
non ſunt in ætate.ſup.tit.2.c.ſi.de deſpon.impub.ca.vno, lib. 6.
Item per dationem arrharum C.de ſpon.l.arrha.quarto per an
nuli ſubarrhationem 27.q.1. ſi quis deſponſauerit,ſecundum
Ioan.And. Quæro Titius deſponſauit vnam,Sempronius ean
dem poſtea, deinde ſoluuntur ſponſalia cum primo. an valet
cum ſecundo, præſupponendo,ꝙ ſecundus cum alia contraxe
rat? dicit Vincen.ꝙ ſecūdus non tenetur ad ipſam redire: quia
non fuit obligatus. Aliud dicit in matrimonio. Dic tu,quod ſi
ſecundus contraxit de præſenti, & prima erant nulla,tenetur
redire: quia prima non præſtiterunt impedimentum. regula
non præſtat.lib. 6.

A D D I T I O.

a Sponſalia.adde Inn.in c.ex parte.in glo.ſua de ſponſa. Arch.27.diſt.c.fin.Lud. in ſing.verſi.quæro vtrum per iſta Bal.in l.1.verſi.ſponſalia de futuro. C. de ſpo.Spec.in ti.de ſpon.in prin.& ibi Bal.Bar.in l.ſi pater.de ſpon.& quod ſoluantur per ingreſſum religionis vide Doct. & Panor. in c. verum.& in c. ex publico.de conuerſ.coniu.

2 ACcepiſti. Carinam [a] ſimilem de accu. accu-
ſaſti. Oppo.quia potuit iſte contra-
here ignoranter neſciens, ꝙ illa haberet vitium. Dic
igitur per ignorantiam non probabilem fecit, alias excuſare-
tur,& 34.q.9.in lect.de ſecun.nup.dominus noſter.

A D D I T I O.

a Carinam.adde tex.in c.in capite.50.di.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium etiam conſumatum.*

1 LIcèt. Sponſalia † de præſenti non ſoluuntur
per ſequens matrimonium etiam con-
ſumatum de præſenti. hæc glo. eſt de cap.tua,vn-
de poſt ſummarium c.tua.ponas hanc glo. Glo.it
ritare concluſio glo.eſt,quandoque interdictum
Iudicis habet cauſam temporalem, vt propter ferias, vel ſimi-
lia,tunc valet contractus matrimonij. quādoque interdictum
iudicis habet cauſam perpetuam, tunc factum contra eſt nul-
lum.C.de legib.l.non dubium. de teſtibus,c.2.Si temporalem,
valet,ſed punitur contra faciens.de iureiuran.cum contingat.
no.in d.l.non dubium.

S V M M A R I V M.

1 *Appellanti in cauſa matrimoniali interdicitur, ne cum alia contrahat.*

TUa. Ei,qui appellat in cauſa matrimoniali, debet interdi
ci,ne cum alia contrahat.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium conſummatum an præferatur primo non conſummato.*
2 *Sententia lata expreſſe contra ius non iuſtificat conſuetudinem.*

1 Vas. Oppone, ꝙ ſecundum matrimonium † cōſummatum præferatur primo non cōſummato, ſicut alias venditio cum traditione præfertur præcedenti ſine traditione. C. de rei vendicatione l. quotiens. Item ſecunda præſentatio cum inſtitutione præfertur primæ poſt quam non fuit facta inſtitutio. inſ. de iur. patro. paſtoralis. Sol. potuit hic eſſe ratio dubitandi in hoc c. & in c. licet. ſed etiam dubitabatur hic propter conſuetudinem. Tu dic, ꝙ aliud in matrimonio, quod perficitur ſolo conſenſu. Aliud in venditione, per quam non fit iuris tranſlatio, niſi interueniat traditio. Declaro per contractum matrimonij ex ſolo conſenſu coniuges habent ius in alterutrum adiecta clauſula, de iure canonico. de ſpon. non eſt vobis. Inn. de reſti. ſpo. ex parte. Secundum igitur matrimonium nō potuit fieri in præiudicium iuris alteri quæſiti. Sed venditio non tradit ius in re; ſed obligat vendentem ad intereſſe ff. de emp. l. 1. Ideo præfertur ſecundus cum traditione, quæ traditio transfert dominiū, ſi vendens erat dominus. Similiter in pignore conſtituens pignus, in eo non tradit ius. Igitur præfertur ſecundus creditor, cui res eſt tradita. hæc eſt vera ratio: nec expedit ſe in alijs rationibus inuoluere, quæ hic reddūtur. Opp. ſecundo, ꝙ ſaltem ratione conſuetudinis debuit ſecundum præferri primo. de cogna. ſpiri ſuper eo. Sol. ibi conſuetudo fuit rationabilis a Papa approbata, hic reprobatur. Oppone, ꝙ debuerit approbari, cū fuiſſet iudicatum ſecūdum eam ſup. eo. licet. & ſic erat obtenta in contradictorio iudicio inſ. de verb. ſig. Abb. Sol. illę ſententię erant contra ius conſuetudinis, & ſic nullę. tamen Hoſt. in c. licet. dicit, ꝙ pręterita matrimonia excuſantur prętextu conſuetudinis. quod intelligo ratione prolis, vt cenſeatur legitima inſ. qui fi. ſint legi. inter, quod tenet hic Goff. Sed non, ꝙ eſſet verum matrimonium. ſed etiam poſt hęc capitula debuerit
2 recedere a ſecunda. Et ex hac no. ꝙ ſententia † lata cōtra ius expreſſe non iuſtificat conſuetudinem. Quęro, an Papa potuiſſet approbare hanc cōſuetudinem. dic, ꝙ ſic: quia poteſt diſſol-
a uere matrimonium de præſenti nondum conſummatum.ª de cōuerſi. coniuga. ex parte. & c. ex publico. quod intellige in certis caſibus ſpecialibus. alias generaliter forte ſecus nulla cauſa ſubeſſente.

ADDITIO.

a Conſummatum. adde quid de conſummato vide gl. in verbo ſacramentum. & ibi per Ant. de But. in c. 1. de tranſl. præ. gl. in c. 2. eo. tit. Pet. de Anch. in repe. c. canonum, in 2. opp. de conſt.

De conditionibus appoſitis. Rubrica.

Continuatur ſic. viſo de ſponſalibus puris; videndum eſt de conditionalibus. Ex quo de conditionibus erat dicturus, ergo ne haberet multiplicare Rubricas, addit & alijs contractibus. De prima parte 22. q. 2. ſolet. & c. ſequenti. & q. vlt. c. vno.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſub conditione turpi contractum reiecta conditione ſeruandum eſt.*
2 *Conditio etiam honeſta ſecundum aliquos in matrimonio habetur pro non adiecta.*

Vicunque. Breue eſt, ſed per alia verba, ſecundum ꝙ legitur in gl. hoc di-
1 cit. Matrimonium † ſub conditione turpi contractum, reiecta conditione, ſeruādum eſt. Legitur tamen & alijs modis vt infra dicitur. Primò thema, & quæſtio. ſecundò deciſio. Opp. ad tex. aut conditio eſt turpis, & vitiat matrimonium. inf. c. fi. Aut honeſta & ſuſpendit inf. c. de illis. & ſic nunquam frangitur cōditio. So. ſi conditio eſt turpis, dic vt in glo. quod aut eſt contra ſubſtantiam matrimonij, & vitiat matrimonium: aut non contra ſubſtantiam, & vitiatur conditio. Si conditio eſt honeſta, verum eſt, ꝙ ſuſpendit d. c. de illis. vnde aduerte, ꝙ quandoque apponitur ſponſalibus de futuro. vt quia dicit, contraham, ſi dederis centum, & tunc impleta conditione, non eſt matrimonium, ſed ſponſalia de futuro. Si autem per verba de præſenti, vt ſi dico, contraho, ſi dederis x. ſuſpendet. ſed impleta conditione, ſtatim eſt matrimonium ſecundum Inno. & eſt verum, licet Vincen. diceret, ꝙ
2 conditio † etiam honeſta habeatur pro non adiecta, tanquam impediens libertatem matrimonij, quod reprobatur inf. c. de illis. Alij dixerunt hoc c. loqui de conditione reſoluente, quod nihil eſt. dic, vt prius, quod de conditione turpi &c. quod ſatis patet ex textu. ibi, relinquere &c. vel ſi vis intelligere de honeſta, loquitur ante impletionem, tunc non licet recedere inf. ca. ſuper eo. Sed tunc non bene ſequitur, quod dicit textus ſtandū deſponſationi. vnde intellige de conditione turpi, non contra ſubſtantiam matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Libertas an ſit res ſpiritualis.*

Cvm ſit. Si ſeruus manumiſſus ea conditione, vt fiat monachus, alias redigatur in ſeruitutem, acceptauit, & factus eſt monachus, cogetur in monaſterio commorari. & hoc c. facit ad ſecundam partem rubricæ, & clericos. ſ. ſeculares. de ſer. non ordi. c. eo libentius. Glo. ſeruituti. ibi ſi ſeruus. melius diceret l. ſeruus. Opp. ad tex. ꝙ presbyter non debuit admitti, cum non appareat ſua intereſſe. So. vt in glo. 2. & ſecundum Inn. erat ſacerdos monaſterij, vbi iſti erant monachi, vel forte executor teſtamenti iſtius diaconi. quicquid ſit, non eſt vis. nō refert per quē præces principi porrigantur, cum agetur de intereſſe publico, vt hic: quia agebatur, vt iſti eſſent monachi. Opp. ꝙ non valuerit manumiſſio ſub hac conditione, vt fierent monachi: im-
a mo ſapit ſymoniam,ª vt ſpirituale pro temporali detur j. q. 2. quam pio. Sol. vt in gl. & tene ſecundam ſolutionem. prima eſt
1 falſa. ſ. ꝙ libertas † ſit res ſpiritualis. & intellige ſecundam ſolutionem, ꝙ datur libertas pro temporali. ſ. ſi voluerint fieri monachi, non pro monachatu: nec poſſent cogi ad monachatum vt in gl. Opp. ꝙ ex quo alter iſtorum deſpexit conditionem, debet reuocari in ſeruitutem, & tamen Papa mandat, vt cogatur non deſerere monaſterium. Sol. textus poteſt intelligi, vt redigerentur in ſeruitutem domini, & hoc poſt monachatum nō valet: quia contra iura, de quo ſup. in c. 2. & 3. de ſer. non ordi. ſed ante monachatū valet vt ſup. dixi. poteſt intelligi alio modo, ꝙ debeant reuocari in ſeruitutem. ſ. monaſterii, & ſic communiter intelligunt doctores, vnde cogitur redire ad ſeruiendum monaſterio, ad hoc finis litteræ. ibi manumittentis &c. Sed contra eſt tex. ibi in ſeruitutem &c. ꝙ verbum denotat repetitionem, & ſic in eandem ſeruitutem. vnde intellige, ꝙ conditio de reuocando fuit, donec fierent monachi: ſed poſt monachatum ſublata eſt, quia adimpleta, & cogitur redire in monaſteriūm, & ſi recedit, dicitur deſpicere conditionem, in eo ꝙ erat adiectum, vt perpetuò maneret in monaſterio: tamen per hoc non reuocatur in ſeruitutem, & per hoc non eſt vera gl. in eo quod dicit, ꝙ ſtatim cum acceptauerunt conditionem, fuerunt monachi: imo fuit opus profeſſione, vt tenet etiam Ioan. And. Opp. quia ex quo non ſeruauit conditionem, debuit reſcindi libertas inſ. c. de illis. gl. vlt. in fi. dicit, ꝙ illud in alijs contractibus. Secus in illis, qui promouentur ad clericatum. dic ꝙ cōditio ſeruitutis reuocandæ concernebat illā partem, ſi nō fierēt monachi: non autem illam, ſi recederent de monaſterio, vt ſupra eſt dictum: fateor etiam, ꝙ ſi expreſſiſſet vt contrauenieēs poſt monachatum in ſeruitutem redigeretur, conditio non valeret, tanquam contra iura. Quæro, quid importat tex. hoc ſic te exhibe. & quid faciet ordinarius. dic, ꝙ puniet recedētem, & recipiet cautionem de non recedendo ſecundum Inn. Opp. ad hoc: quia ſi erat monachus, non habet, de quo caueretur 12. q. 1. nolo. Solu. cauebit iuratoria cautione, vel ſimili ſecundum Ioan. And.

ADDITIO.

a Symoniam. adde tex. in c. olim. el 1. de reſt. ſpo.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia ſub conditione licite contrahi poſſunt, & purificantur ſecuto conſenſu.*

1 De illis. Sponſalia † ſub conditione licite contrahi poſſunt, & purificantur ſecuto conſenſu, vel copula. hoc dicit. Et deficiente conditione, deficiunt, hoc dicit, & c. ſuper eo. inſ. eo. Et præmittitur pro intellectu huius c. & illius, id, quod dixi in c. 1. ꝙ vtraque decre. hæc & illa, ſuper eo, loquitur de conditione licita, quæ quandoque. Item ſecundum aliquos quandoque cōditio licita concernit ſubſtantiā, quandoque qualitatē. Exemplum primi, contraho tecum, ſi pater meus voluerit. cōfert. n. conſenſus in arbitrium alterius & ſic non ſubeſt. Exemplum ſecundi. contraho ſi dederis centum. hæc concernit qualitatem. ſic dixerunt aliqui. tu dic hanc differentiam non eſſe ſubſtantificam, vt in c. ſuper eo. & apparebit & aliter ibi dr̄, & melius.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Res donata eccleſiæ ſub modo, ſtatim efficitur eccleſiæ, nec reuocatur modo non ſeruato.*
2 *Dictio vniuerſalis an poſſit exponi pro particulari.*
3 *Conditio aliquando accipitur pro modo.*
4 *Defectus modi non inducit reſciſſionem contractus.*
5 *Modus in re donata eccleſiæ habet vim cauſæ impulſiuæ.*
6 *Donatio eccleſiæ facta, an, quando poſſit reuocari, reuocetur ipſo iure.*
7 *Res donata ſub certo modo eccleſiæ an poſſit alienari.*
8 *Conditio: modus: cauſa; & demonſtratio quid ſint.*

VErum. Habet varios intellectus. ſecundũ vnũ.
1 hoc dicit: Res† donata eccleſię ſub modo ſtatim eſt eccleſiæ, nec reuocatur modo nõ ſeruato, niſi hoc in donatione fuerit expreſſum ſecũdum hac lec. eſt ſpãle hic. & caſus ſingularis in eccleſia. primo dictũ. ſecundo exceptio. ibi niſi. & reſpicit ſecundam partẽ rubricæ. Præmittitur, ꝙ reperitur conditio, de cuius natura eſt actum ſuſpendere, ſi eſt conditio cõſtituens: ſecus ſi reſoluẽs,
a de qua plene infra, & fit cõiter per dictionem ſi[a], vel aliam habentẽ ſimile ſignificatum. Reperitur modus, & hic non ſuſpẽ-
b dit, ſed reſoluit, ſi non ſeruatur, & fit cõiter per dictionẽ, vt[b], vt puta ſi res donatur eccleſiæ, & vt teneat tot clericos. reperitur cauſa, quæ proprie eſt motiuum diſponentis, & fit cõiter ꝑ di-
c ctionem, quia[c], & de his datur verſus, qui eſt in gl. Reperitur ẽt demonſtratio. de hoc. c. ff. de cond. & demon. l. demonſtratio. ad hoc de libelli obla. c. 2. Hoc præmiſſo ſecundũ cõem lectu-
2 ram loquitur hæc decre. in modo. No. ꝙ dictio vniuerſalis† exponitur pro particulari, quando reſultaret abſurdum, ſi ſtaret vniuerſaliter. ibi, quilibet, &c. quod procedit in diſpoſitionib⁹
3 iuris cõis. In alijs qñq; vitiatur actus. No. ꝙ conditio† qñq; accipitur pro modo. ibi conditione. ſic & in l. liberto. §. lucius. ff. de manumiſ. teſt. No. caſum ſpecialem, & omnino ſingularẽ,
4 ꝙ defectus modi † non inducit reſciſſionem contractus initi cum eccleſia reſpectu eccleſiæ, niſi exprimatur in appoſitione modi. Op. 1. ad textum. ſi. n. res fuit data ſub conditione aut cõſtituente, & non habet effectum donatio, niſi adueniente cõditione. l. qui hæredi. §. vlt. & l. qui ſub conditione. ff. de cõditi. & demon. & tñ textus eſt hic expreſſus, ꝙ ſtatim eſt eccleſiæ in verbo reuocaui. Aut ſub conditione reſoluente, & tunc licet ante euentum conditionis res ſit eccleſiæ: quia talis conditio non ſuſpendit, tñ adueniente conditione, res deſinit eſſe eccleſiæ. Item de tali non videtur poſſe intelligi textus, & talis conditio qñq; ceſſat. i. non euenit, tunc cõfirmatur cõtractus. Sol. hæc decre. legitur duobus modis in gl. duobus, ſm Hoſt. quinto ſm do. meum. Primo legitur in conditione reſoluente, res fuit donata reſtituenda ſub aliqua conditione. hanc ponit gl. in prin. & eam reprobat propter verbum ceſſante. conditio. n. reſoluens non dicitur ceſſare, ſed non euenire. Item qñ euenit, reuocat diſpoſitionem. de pigno. c. illo vos. 2. ff. de in diẽ adie. vnde gl. ponit ſecũdam lect. ꝙ hic loquitur de modo, & pone exemplum, vt ſ. in caſu, huic obſtat verbum cõditione, in tex. ſed gl. reſpondet exponendo pro modo, non & aliàs. ff. de manumiſ. teſta. l. Meuius, vbi Meuia legauit libertatem ſeruis, hac conditione, vt alternis menſibus accederent lucernam monumento ſuo. & exponitur conditione. i. modo. ſic. etiam in l. ea venditione. C. de reſcin. vendi. l. liberto. §. lucius. ff. de annuis lega. de dona. inter virum, & vxo. l. 2. in fi. & l. illa verba. Opp. 2. ad hãc, ꝙ ſi nõ adimpleatur modus, reuocetur diſpoſitio. d. §. lucius, vbi res legata reipublicæ, vt fierent ludi, republica non adimplente, reuocatur. ad idem. l. 1. & 2. C. de his, quæ ſub modo. Sol. oportet intelligi eſſe ſpeciale in eccleſia: vt non teneretur, niſi fuerit expreſſum de reuocando, ſed in priuato ſemper reuocatur: niſi diſponens ſub modo eſſet, & aliàs diſpoſiturus. l. titiæ. ff. de condi. & demon. in princ. Et ex hoc not. ꝙ mo-
5 dus† in re donata eccleſiæ habet vim cauſæ impulſiuæ, & non finalis: niſi aliud exprimatur. Hoſt. forte timens hæc contraria legit tertio, vt hæc decre. loquatur de conditione impoſſibili, quæ habetur pro non adiecta. j. ca. ſi. hæc eſt falſa lectura. probat textus ibi niſi, &c. quia hac ceſſante non reuocatur diſpoſitio, quia habetur pro non adiecta. vnde legit quarto, vt prima pars loquatur de conditione impoſſibili. ſecunda de poſſi-
d bili. hanc reprobat per dictionem, niſi[d], quia exceptio debet eſſe de regula. not. inſt. in rubrica de regu. iur. lib. 6. Quinto legitur ſecundum do. meum in conditione conſtituente, & eadem reſoluente. Exemplum: donatur res eccleſiæ ſi fiet collegiata, & ſi deſinet eſſe collegiata, quod deſinat eſſe eccleſiæ. nam ſtatim cum eſt collegiata, res eſt eccleſiæ, cum deſinit, poteſt reuocari. hoc non procedit, quia ſi eſt conditio reſoluens, omnino reſoluit, etiam ſi non exprimatur in ea, quod ſi non fuerit obſeruata, res poſſit reuocari, probatur in dicto ca. illo vos. & d. l. 2. ff. de in diem adie. ad hoc poſſet dici aliud eſſe in eccleſia, tunc habes aliam ſpecialitatem hic, quòd conditio reſoluens appoſita tranſlationi in eccleſiam non reſoluit contractum, niſi aliud ſit expreſſum. ſed contra eſt: quia ſemper in conditione reſoluente exprimitur, igitur non procedit hęc poſitio. pro hoc de dona. cum dilecti. Item quatenus tu intelligas, quod poſtquam euenit conditio conſtituens in exemplo poſito per dominum meum, remaneret tanquam modus: tunc reincidit in ſecundam lect. vnde illam tene, quam decla-
6 ra, vt ſup. † Quæro primo circa prædicta eo caſu, quo poteſt reuocari, an ipſo iure reuocetur. Innoc. ꝙ non: ſed eſt neceſſaria retraditio. quod no. & iunge cum notatis de for. comp. verum. vnde per hanc notam dico, ꝙ non poteſt apponi aliqua conditio, adeo expreſſiſſima, ꝙ liceat donatori propria authoritate occupare rem, ſed in priuatis perſonis bene fieri poteſt, vt ecce dono tibi rem ſub certo modo: & addo, ꝙ quandocũque non feceris poſſim reuocare, & ex nunc in illum caſum conſtituis te poſſidere nomine meo precario, & per tale exemplum dicunt quidam idem fieri poſſe in eccleſia. Ego contra, quia ex quo res fuit eccleſiæ authoritate priuati, non poteſt ab eccleſia auferri, ſed debet ſeruari ſolemnitas, vt interueniat authoritas ſuperioris, tamen quia contingere poſſet, non eſſe verum, ꝙ modus nõ ſit impletus, & quia hoc caſu, qui occuparet, committeret ſacrilegium, de for. comp. conqueſtus. de quo dixi in d. c. verum. & in repeti. c. perpendimus, de ſent. excõ. in a. q. pri.
7 in vlt. articulo. Quæro ſecundo an res donata † ſub certo modo eccleſię, vel alteri, poſſit alienari, & an valet alienatio. gl. diſputat, & nihil vr̃ eligere. ponẽs principaliter duas opi. vnã Tan. ibi Tãcredus. & hãc tenet Hugo. 10. q. 1. ſic quidã. lo. & Lau. 10. q. 2. hoc ius porrectũ. Inn. hic Bar. Brixi. in venereali. q. 4. Secunda opinio ponit̃ in gl. in verſ. alij dicunt, hanc tenet Vincen. licet poſtea mutauerit opinionẽ ꝑ l. nõ filij. ff. de fideicõmiſ. liberta. l. pẽ filiũ. §. plurib. ff. de leg. 3. de hoc per Hoſt. in ſumma. e. tit. 2. quæ cõditio. & ſequẽti ꝑ Cy. C. de cõdi. ob cãm. l. ea lege. Inn. de teſta. Raynaldus. Ego puto, ꝙ res data eccleſiæ ſub cõdõne, ne alienet̃, poſſit alienari pro redẽptione captiuorũ, & caſibus neceſſarijs, & ſic teneo opinionẽ cõem in verſ. Tancredus &c. Ad §. ſanctiſſimas. dicit gl. ꝙ loquit̃ i vaſis ſacris. Quæro pone, ꝙ res donata eſt eccleſiæ ſub modo, vt ꝙ alat tot pauperes ſingulis annis tali die, ꝑlatus nõ adimplet. an põt reuocari. dicit Vin. ꝙ ſic. ſ. cõicato cõſilio cũ capitulo. qđ intellige, qñ erat expꝛeſſum, vt poſſet reuocari, vt in textu. Secus ſi ꝑlat⁹ ſolus, ne delictũ pſonæ &c. Quæro, pone morit̃ alimẽtandus, erat adiecta cõditio de dãdis alimẽtis Titio: ipſe moꝛit̃. dicit Vin. ꝙ deficit modus, qa nõ debent̃ hęredi. l. cum qui. §. modus. ff. de tranſac. Quęro, qđ ſi res donata aliquo anno eſt ſterilis. Vin. diſtinguit, vt in locatione pe pp, de locato, quod ponit Bar. Brixi. in dñicali. q. 3. Melius eſt diſtinguere, vt aliqui dixerunt, an ſit adiectũ, vt alimentetur de fructibus prędij, & ad nihil tenet̃: ſi ſimpliciter fuit dictũ, quod debent̃ alimenta tũ eccleſia tenetur. Quæro, qđ ſi eccleſia ſemel deficit in adimplendo, poſtea vult adimplere. dicit Vin. ꝙ nõ dẽt perdere rẽ. d. c. ꝯ, cũ ſit acquiſitũ ius reuocãdi, põt reuocari. l. rogo. ff. de fideicõmiſſa. liberta. illa tñ loquitur in cõditione, non in mõ: ſed probatur in §. lucius,
8 de l. liberto, ſuperius allegata. Quæro, qđ eſt conditio: qđ mo-
e dus[e], quid cauſa: quid demonſtratio. de primo dicit gl. in rubri. ff. de condi. & demonſtr. ꝙ eſt legati ſuſpenſio in futurũ euentum. hæc reprobatur, quia etiam in alijs, quam in legatis ponitur conditio. Bart. dicit ibi, ꝙ eſt futurus euentus. Tu dic, ꝙ conditio eſt adiectio diſpoſitionis ſeu appoſita, ſeu intellecta, vel inhærens, ſuſpendens, vel reſoluens diſpoſitionem. ex qua patet, quòd conditio de præſenti non eſt conditio. l. cum ad ꝓſens. ff. ſi certum peta. & conditionũ alia eſt poſſibilis. ſ. e. proximo. inf. e. proximo. alia impoſſibilis, de pac. c. ſi. j. c. ſi. Poſſibilium alia eſt turpis. ſ. c. 1. quod ſic intelligit. alia honeſta. ſ. eo. c. 2. Item quædam eſt affirmatiua. quædam negatiua: quædã tacita. de qua de elec. ſignificaſti. quædã expreſſa. ca. proxi. & in iuribus allegatis. & cõiter cõditio fit per dictionẽ, ſi, vel habẽtẽ ſimile ſignificatũ. Modus eſt quædã moderatio adiecta diſpoſitioni. ff. de condit. & demonſtra. leg. quibus. §. fin. & ibi plene.
Exem-

ADDITIONES.

a Dictionem ſi. adde doc. in c. cum inferior de maior. & obed. Io. an. in c. ex parte el 2. de reſcrip. Bar. in l. 1 ff. de cond. & demon.
b Dictione, vt. adde Io. an. & Car. Alex. in c. vt debitus de appel. Spec. tit. de diſpu. & al. in §. præte. ver. idem dico. Bart. in l. ſub conditione. ff. de ſolu.
c Dictione, quia. adde c. ex ore, de priuil. c. quia propter, de elect. & ibi. Card. in primo notabili.
d Dictionem, niſi, adde doc. in c. ex parte, de ſpon. du. in c. Ebrom. 13. q. 1. Paul. de ele. in clem. 1. de ſumma trin. Arch. in c. 1. de cõſti. li. 6 Bart. in l. actione Cod. de tranſactio.
e Modus. adde Bar. in l. quibus. §. Termilius. ff. de condi. & demonſt. & in l. 1. ff. e. & in l. muto. §. 1. ff. de iu. Flo. de ſan. Pe. in l. 4. ff. de ſeru.

Digitized by Google

Exemplum in caſu noſtro; & communiter fit per dictionem, vt vel dictiones habentes ſimile ſignificatum, vt dicendo pro alimentis. De cauſa materia nõ eſt hic. ſed in c. quia circa. ℐ. de conſang. & affi. de demonſtratione tractatur in l. demonſtratio. & facit de libel. obla. c. 2. & not. etiam in d. c. quia circa.

SVMMARIVM.

1 *Conditio quandoque concernit ſubſtantiam matrimonij.*
2 *Conditio an valet in matrimonio carnali, ſicut non valet in ſpirituali.*
3 *Matrimonium contractum, ſi Papa diſpenſauerit, an tentat.*
4 *Matrimonium an ſtatim dicatur aduenıente conſenſu partis.*

SVper eo. Primo dictum, a quo excipit, ſecũda ibi, niſi. Opp. primò de c. de illis, ad hoc c. quia in c. de illis. ſufficit conſenſus ad purificandum ſponſalia. In ca. ſuper eo. non ſufficit, niſi impleatur conditio in forma. Dic ſecundum Vincẽ. quãq;
1 conditio † concernit ſubſtantiam matrimonij, vt quando cõſenſus reſeruatur arbitrio alterius, & procedit. c. ſuper eo. quod debet impleri in forma; Quãdoq; cõditio cõcernit qualitates; vt in caſu c. de illis. tunc ſi fiat per verba de futuro, cõſenſus cõtrahentium de pñti ſiue purus, ſiue cõditionalis purificat ſpõſalia. quod tenet Spec. e. tit. in princi. Alij aliter dicunt: vt Pe. & Abb. & eſt quædam inuolutio, Ideo dic clare, ꝙ in c. de illis. loquitur de cõtractu ſpõſaliorum de futuro, in verbo, accipiam, tamen idem eſſet ſi eſſent de præſenti ſecundum Inn. tunc intellige, ꝙ purificantur, ſi ſuperueniat conſenſus de præſenti purus quod ſatis dicit tex. ibi niſi cõſenſus &c. non. n. eſt de præſenti, ſi eſt conditionalis, & valet adiectio conditionis, quia ſuſpendit, ſi conditio eſt licita, vt eſt dictum in c. 1. ſed in ca. ſuper eo. fuit contractus de præſenti ſub conditione. & ſolum ibi dicitur, ꝙ non habet vim, niſi impleatur conditio. intellige, vel niſi contrahentes a cõditione recedant conſentiendo, puto vt in c. de illis & quod ſequitur in tex. in verſic. nam licet, nõ erat neceſſarium, non. n. eſt differentia an conditio licita ſit appoſita, ſi conſenſerit alius, vt pater, vel ſub alia forma, cum ſemp ſit in poteſtate apponentium ab ea recedere. oppo. 2. ꝙ nulla
2 cõditio † valet in matrimonio carnali, ſicut nec in ſpirituali. de elec. c. 2. lib. 6. Sol. in ſpirituali eſt expreſſum: in carnali non. Itẽ in ſpirituali requiritur in perſona eligenda maturitas conſilij. In carnali non. multę aliæ ſunt differentię, de quibus ℐ. de ſpõ. tuę. Quæro, dicit ille, contraho, ſi pater meus conſentiat. tempore contractus pater erat mortuus. dic, ꝙ aut ſciebat, & conditio fuit impoſſibilis, & habetur pro nõ adiecta ℐ. e. ſi. Aut igno
3 rauit, & valet, quod tenet Spec. e. ti. verſi. quid ſi aliquis. † Quæro, quid ſi dicit, contraho, ſi Papa diſpenſauerit, & ſuberat impedimentum. Dicit Inn. quod etiam ſi Papa diſpenſat, nõ purificantur ſponſalia. quia ſub illa conditione non potuerunt cõtrahi. ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantẽ §. ſacram. & l. continuus. §. penult. quod vidi in q facti. & nota hic. & ratio dicti eſt: quia euentus diſpenſationis non habet facere, vt liceat contrahi ſuper illicito, vt inter coniunctos. Quæro, an adueniente conſen-
4 ſu partis, ſtatim ſit matrimonium † . dic, quòd ſic: niſi interim contradixerit per not. ſupr. eo. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Conditio honeſta appoſita in ſponſalibus ſuſpendit.*
2 *Copula ſequens purificat ſponſalia conditionalia.*
3 *Excipiens debet probare exceptionem per probationes neceſſarias.*
4 *Contrahens ſub conditione, ſi inueniat mulierem virginem, an valeat.*
5 *Conditio omnino extitura an ſuſpendat matrimonium.*

PEr tuas. Qui ſub honeſta conditione ſponſalia contrahit, & ante conditionem deſponſatam cognouit, a conditione recedit, vel aliter. conditio appoſita ſponſalibus purificatur ex ſequenti copula. Cõis diuiſio. ſecunda ibi conſultationi. No. ꝙ
1 conditio † honeſta appoſita in ſponſalibus ſuſpendit. ſup. e. pxi.
2 & c. de illis. No. ꝙ copula ſequens † purificat ſponſalia cõditionalia: ſicut & aliàs facit ſponſalia de futuro tranſire in matri-
3 monium de præſenti. de ſponſ. is qui. Not. ꝙ excipiens † debet probare exceptionem per probationes neceſſarias in verſ. nec eſt tamen &c. hic enim vir probabat cõtradictionem patris, & patrui, de qua excipit. Sed quia nõ probauit, ꝙ ante oẽm carnalẽ copulã, id ſuccubuit: ſic etiam & agens, de proba. in pſentia. & dic, vt ibi. Opp. primo ad textũ, ꝙ propter copulã pcedẽtẽ nõ recedat a conditione appoſita: quia quis nõ præſumitur renũciare iuri ſuo de renuncia. ſuper hoc. Itẽ cum cõditio ſuſpẽdat cõſenſum, ſola copula nõ poteſt facere matrimonium. So. hic inducit hoc ca. vt ex copula interpretem, ꝙ voluerit ab hac cõditione recedere: ſoluta aũt cõdõne, remanet cõſenſus purus. & in hoc eſt maior fauor matrimonij, q̃ libertatis, nam ſi pẽdẽte cõditione manumiſſi ſtatuliberũ tenetur manumiſſ⁹ adimplere cõditionẽ. l. hæres ſtatuliberũ. ff. de cond. & demon. hic aũt per copulã receditur a cõditione. So. ſi cõditio eſſet cõpatibilis cũ matrimonio, ita ꝙ nõ ſuſpẽderet, vt ſi haberet vim modi, deberet impleri, vt in d. l. hæres, vel melius. l. hæres. loqtur, qñ ſub certa condõne erat relicta libertas, & ſub eadẽ conditione repetita, relictũ erat fideicõmiſſum: quãuis aũt hæres manumiſerit illũ, per cõſequens quò ad libertatẽ cõdõ ſublata fuit: tñ fideicõmiſſum durat cõditionale: nec põt dici manumiſſio facta ſuſtuliſſe cõditionẽ, niſi quò ad libertatẽ. poti⁹ ergo cõcordat, quia hic quò ad matrimoniũ recedit a cõdõne. Opp. ſecũdo, ꝙ mulier debuerit ſuccũbere, ex quo cõſtabat cõditionẽ defeciſſe, & non docuerit copulã interueniſſe ante defectũ, & ſic probationes eius non inferebãt neceſſariò. de prob. in præſentia. Sol. intentio mulieris eſt fundata ex eo, quod docebat de copula. vir aũt, qui excepit, quod deficit conditio, debuit probare neceſſaria, ſ. quod deficit ante omnem copulam: quia in exceptione eſt actor: ſic intellige hic, & de teſti. cum tu. & ibi dixi. Ad hæc oppon. de c. in præſentia. ibi, ſufficit, ꝙ reus probet aliquid, per quod in certo caſu poſſit probatio actoris non eſſe neceſſaria. ergo deberet ſufficere probaſſe conditionẽ defeciſſe, eum poſuerat defeciſſe ante omnem copulam. So. in c. in præſentia. erat probatum ſufficienter ex parte rei. hic autẽ nihil probauit, quia licet pater contradixerit: non ſequiẽ, quin ex alia cauſa poſſit tenere matrimonium, vt ex copula. Itẽ hic cõſtabat de multiplici copula, vt dicit tex. & gl. Quæro primo,
4 quid, ſi quis contrahit ſub conditione, † ſi inuenerit mulierem virginem, hic dicit gl. ꝙ habetur pro non adiecta, quod tenet Inn. ℐ. c. de illis, quod eſt verum, quando vult probare per copulam, an ſit virgo, quia tunc eſt conditio turpis: quia copula eſt fornicarius actus, & habetur pro non adiecta in d. c. proxi. Secus ſi vellet aliàs probare, vt ſi diceret, ſi per matronas fuerit inuenta virgo, tunc eſt honeſta propter vitandam bigamiam.
5 34. di. ſi cuius. † Quæro, quid ſi contrahit ſub conditione oĩno extitura. pone exemplum, vt ſi antichriſtus naſcetur, vel ſi Titius morietur. glo. dicit, ꝙ ſuſpenditur matrimonium adeo, ꝙ ſi cum alia contraheret, interim ante aduentum conditionis, ꝙ valeret. Tu dic contra, ꝙ ſi conditio eſt omnino extitura, habetur pro non adiecta. vt ſi dicit. Si cœlum non tetigeris. l. ꝙ ſi ſub ea conditione, alleg. in glo. ff. de condi. & demon. l. hęres meus. gl. autem dicit hic contrarium, ſed errauit propter l. iam ſi cum moriatur. ff. de condi. indebi ſed ibi loquitur, qñ apponitur dies incerta an & quãdo. quæ facit conditionẽ. Secus eſt, ſi eſt certa, an, & dubium, quãdo, dicta l. hæres meus, in prin.

SVMMARIVM.

1 *Conditio contra ſubſtantiam matrimonij an habeatur pro non adiecta.*
2 *Conditio impoſſibilis an impediat matrimonium.*
3 *Matrimonium ſi contrahatur ſub conditione neceſſaria, an valeat.*
4 *Profeſſio regulariter fit per Abbatem.*

SI conditiones. Si conditio turpis, vel impoſſibilis non contra ſubſtantiam matrimonij apponitur matrimonio, habetur pro non adiecta. Sed ſi contra ſubſtantiam, rumpit matrimonium. Primo de conditione turpi cõtra ſubſtantiã. ſecũdo de turpi, vel impoſſibili, quæ non eſt cõtra ſubſtantiã, ibi licet. Oppo. primo ad textum, ꝙ cõditio cõtra ſub-
1 ſtantiã † dẽat haberi pro non adiecta. de conſti. cum. M. Sol. ibi conditio habetur pro nõ adiecta, quia nõ conſenſerunt aduerſarij, ſed textus in principio debet intelligi, qñ vterq; contrahentium ſub hac cõditione cõſentit: alias ſi alter contradiceret, non valeret matrimoniũ ſm Inn. 32. q. 2. aliqñ, & quod ibi no. & idem ſm Inn. ſi alter contrahentium tacet: quia habetur pro contradicente fauore matrimonij. ad hoc. ℐ. e. proxi. Quia vero ſolet contingere, ꝙ mulieres cõſentiunt talibus cõditionibus non putantes per hoc rumpi matrimoniũ. dicit Hoſt. ꝙ hæc decre. deberet prædicari mulieribus. Opp ſecundo ad idẽ de c. 2. 10. q. 1. vbi conditio contra ſubſtantiam non viciat. Sol. quia gl. non ſoluit, ibi conditio non eſt contra ſubſtantiam cõſecrationis; vt ſi apponitur conditio, quod eccleſia conſecrata non ſubſit epiſcopo conſecranti. nam & ſi ab alio conſecraretur, tenet conſecratio 7. quæſt. 1. epiſcopus in diœceſi. Oppon. tertio ad idem de cap diaconi. 28. diſtinct. ibi valet receptio ordinum, etiam ſi ordinatus apponit conditionem, vt poſſit vxorari. Solut. non eſt contra ſubſtantiam, immo orientales vtuntur matrimonio legitime contracto. de clericis coniuga. cap cum olim. ſed ſolum repugnat executioni. 31. diſtin. quoniam. Oppon. quarto in verſicul. licet, quod conditio impoſſi-

Digitized by Google

2 impoſſibilis,† vel turpis etiam, quæ non eſt cõtra ſubſtantiam,
impediat matrimoniũ. ff. de verb. oblig. l. generaliter. & l. ſe-
quenti. de actio. & obliga. l. nõ ſolũ. Sol. in matrimonio eſt ſpã-
le fauore matrimonij pro litera ibi, propter eius fauorẽ, vt ha-
beantur pro nõ adiectis. ſimile eſt in teſtamento, qñ apponun-
tur in perſonam legatarij. ff. de lega. l. ab omnibus. ff. de condi.
& demõſtra. l. obtinuit. Secus ſi in perſonam hęredis. inſtitu. de
lega. in fi. ratio eſt, quare in alijs cõtractibus vitiant diſpõnem,
quia contrahentes ſub conditione impoſſibili videntur nolle
29. q. 2. ſi quis ingenuus. & quia dicit glo. ꝙ dominus tradens
ancillam nuptui, intelligitur eam facere liberam. Ad quod op
pone, quia non tenet matrimonium, ſi ignorauit vir. igitur nō
ſurgit libertas ex eo, ꝙ nō valet. So. matrimonium tenet. Fin-
gimus enim libertatem præcedere ad hæc notata. 1. q. 1. detra-
he. & per Inno. J. de ap. præterea. In fine glo. ſi tamen contra-
heret cum alia, antequam illa in eum conſentiat, & e contra,
valeret matrimonium, cum primum eſſet nullum. s̄. c. propo-
ſuit. vel dic, quòd ſtatim cum illa conſentit, matrimonium eſt
validum quod eſt verius. Quæro aliqua contraxit cum eo,
quem credidit ſeruum Titij, & erat ſeruus alterius. dic non vi
tiatur matrimonium, quia hic eſt error qualitatis, non condi-
tionis. pro hoc facit, quod eſt dictum ſupra eo. titu. c. 2.

De natis ex libero ventre. Rubrica.

Continuatur ad præcedentia ſic, nata occaſione ex titulo proximo, ſubijcitur hic titulus ſecundum Dama. Gof. ſic vidimus de conditione coniugatorum. videamus de conditione natorum. prima placet. facit ad titulum. 32. q. 4. liberi.

INdecens. Natus ex libera, vel liberta liber eſt. primò ponit dictum generale. ſecundò ſpecialiter infert. tertio rationem ſubijcit, ſecunda ibi propterea. tertia ibi durum eſt. No. ꝙ hic æquiparantur naſci ex libera, vel liberta, qui naſcitur eſt liberta eſt ingenuus. C. de oper. liber. l. quod ex liberta. inſti. de ingenuis. in principio, nec attenditur conditio patris, ſed potius ventris: ſicut & alias arbor eſt illius in cuius terra egit radices. inſti. de rerum diuiſione. §. ſi titius. & § qua ratione. No. durum eſt, &c. Glo. prima opponit de c. 15. q. 1. cum multæ Solu. regula eſt id, quod dicit textus,

fallit

Digitized by Google

fallit in caſibus, vt in glo. Item in caſu inſti. de iure perſonarũ.
§.penul.& ff.de liber.cau.l.1.§.vlt.& 12.q.2.liberti.

De cognatione ſpirituali. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio ſpiritualis quotuplex eſt.*
2 *Cognatio ſpiritualis an tranſeat ad nepotes.*
3 *Filia mea ſpiritualis an poterit copulari filio meo illegitimo.*
4 *Compaternitas quid ſit.*

Continuatur. dicto de quibuſdam impedimentis matri-
nij: ſubmittit de impedimẽto triplicis cognationis.ſ.ſpiritua-
lis, legalis, & carnalis.& quia ſpiritualis eſt dignior.30.q.3.c.1.
& 2.ideo de ea præſumitur ſm Dama. & Gof. de materia. 30.
q.1.3.& 4.33.q.2.ſi quis cum matre. Repetitur in ſexto. Quæ-
1 ro, quotuplex eſt cognatio † ſpiritualis. [a] dic ꝙ reperitur pater-
nitas. Item filiatio, & hęc ſunt reſpectu leuantis, & leuati Item
fraternitas, & hæc eſt reſpectu filiorum leuantis, & ipſius le-
uati. Item compaternitas, & hæc eſt reſpectu leuantis, & paren
tum leuati, de qua infra eo. Martinus. & hæc differentia eſt in
vocabulis non in effectu. Quæro primò, an cognatio ſpiritua-
2 lis † tranſeat ad nepotes. dic, quòd non ſecundum Innoc. vn-
de filia mea ſpiritualis poteſt contrahere cum filio filij mei.nõ
autem cum ipſo filio: ſufficit enim, quòd non eſt prohibitum.
3 30.q.3.c.primo. Quæro ſecundo, an filia mea ſpiritualis † poſ-
ſit copulari filio meo illegitimo. dic ſecũdum Inno. quòd nõ:
ſed adoptiuo. ſic ratio de ſe patet. Quæro quot prohibẽtur per
hanc cognationem ſpiritualem. dic quod hæ perſonæ quas
enumero. infra eo. Martinus. de quo in ſumma huius libri per
4 Ioan. Andr. Quæro quid eſt compaternitas † etiam hoc intel-
ligendo de ea, quæ impedit, & dirimit matrimonium. dic eſt
quoddam vinculum ſurgẽs ex eo, ꝙ aliquis aliquem baptizat
vel confirmat: vel de baptiſmo & confirmatione ſuſcipit. Eſt
& alia quæ impedit, & non dirimit, vt eſt, quę contrahitur per
cathechiſmum. J.eo.c.per catechiſmum.lib.6. Per alia autem
ſacramenta non oritur compaternitas, quæ dirimat, vel im-
pediat matrimonium. J.c.fi.li.6.

ADDITIO.

a Spiritualis. Adde Hoſti. in ſumma huius titu. in §.quot ſunt eius ſpecies.

SVMMARIVM.

1 *Canon ſecundus corrigit præcedentem.*

VTrum autem. Filij duorum com
patrũ, propter quo
rum neutrum deuentum eſt ad compater-
nitatem, licite contrahunt: niſi conſuetudo
præcedens hoc.c.repugnet. tunc enim ſepa-
rantur vel diſſimulat epiſcopus. Si vero per
vtrumque vel alterũ deuentum eſt ad com-
paternitatem, omnino ſeparantur. hoc dicit hoc cap.& infra.
c.ſuper eo. primo dubium & duorum canonum contrariorũ
inductio. ſecundo deciſio. ſecunda ibi vnde nobis. prima ſub-
diuiditur, & etiam ſecunda. ſecunda primæ ibi, & licet. ſecun-
da ſecundæ, ibi niſi. Quid velint hæ particulæ patet in textu.
1 Nota, quod ſecundus canon † corrigit præcedentem ad hoc de
conſti. cap. 1. li.6. No. textum in fine. qui reſeruat conſuetudi-
nẽ, quæ prohibebat genitos poſt compaternitatem coniugij
etiam ſi per neutrum eſſet deuentum ad compaternitatem.
& hoc facit ad capitu. ſuper eod. infra eodem. Glo. 2. in fi. vel
forte loquitur de alijs canonibus, quos non habemus ſecun-
dum Innoc.& alios.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas non diſſoluit matrimonium præcedens.*
2 *Opinio humanior ſemper eſt tenenda.*
3 *Coniuges ſi volunt continere, poſſunt in domo propria.*

SI vir vel mulier. Compaternitas ſcien-
ter vel ignoranter in-
ter coniuges ſuperueniens matrimonium non diſ-
ſoluit. Communis diuiſio ibi conſultationi. pri-
ma in duas. primo ponit ſtatutum antiquum. ſecundo con-
trarium determinat recedens a primo. ibi ideoque. No. quod
1 compaternitas † non diſſoluit matrimonium præcedens: ꝙ
intellige, ſiue ſurgat ex baptiſmo, ſiue ex confirmatione, quæ
comparantur. J.eod.cap.primo. libro ſexto. Not. quod huma-
2 nior opinio † eſt tenenda ibi humanis. & ſic potius debet te-
a neri opinio, quæ facit pro matrimonio. [a] No. quod coniuges,
3 † ſi volunt, poſſunt continere etiam in domo propria 33.q.5.
quod Deo. Gloſſ. quærit, an iſta compaternitas ſaltem impe-
diat exactionem debiti. & tenet, quod ſic in eo, qui ſcienter
fecit ſe cõpatrem. ad hoc. 30. quæſt. 1. de eo. Si autem vterque
fuiſſet in dolo, fit compenſatio. de duor. ſignificaſti. ff. de com
penſ. l. ſi ambo. dic, quod licet bene faciat abſtinere, non pec-
cat exigendo, quia non prohibetur hic: nec ex eo, quod faciat
ſe compatrem videtur vouere continentiam: quod etiam te-
nent doctores.

ADDITIO.

a Pro matrimonio. Adde Abb. in cap. 1. de re iudica. Ioan. de imo. in l. prima in
2. col. ff. ſol. matri.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo facit illegitimum, qui alias eſt legitimus.*

SVper eo. Summa. ſupra. cap. primo. pro quę-
ſtio. ſecundo diſtinguens, reſpon-
ſio ibi reſpondemus. illa in duas, & duo ſunt mem
bra. ſecunda cæterum. & illa ſubdiuiditur, quia
primo ponit de conſuetudine aſſiſtente. ſecundo de reſiſten-
te. ibi verum. Glo. tertia ibi ſeruare. ſcilicet nihil minuens de
forma ſacramentorum: ſed de conſuetudine bene poſſet ali-
quid addi: vt Mediolani lauant pedes baptizati. no. '. quæſt. 1.
emendati. nec in hoc peccant de materia. glo. 1. diſt. conſuetu-
a do. Gloſſ. nota. ibi, quod qui. dic, vt in regula, qui tacet [a]. de
regu. iur. libro ſexto. Oppono ad textum in ver. Ita quod, aut
enim loquitur de his, per quorum neutrum deuentum eſt ad
compaternitatem, tunc conſuetudo non deberet poſſe inha-
bilitate habiles. quia quos Deus coniunxit, &c. Aut loquimur
de his, per quorum vtrumque, vel alterum eſt deuentum ad
compaternitatem, tunc bene procedit. verſ. Ita quod. vt ſepa-
rentur: quia etiam ceſſante conſuetudine, ſunt ſeparandi. ſu-
pra eo. cap. primo. Sed tunc ver. verum. non videtur poſſe pro-
cedere, quia ex quo per alterum, vel vtrumque erat deuen-
tum ad compaternitatem, peccant mortaliter, ſi coniungan-
tur, quia contra ius. ſupra eod. cap. primo. ergo conſuetudo
non poteſt operari, vt tollerentur quantocunque tempore. ſu
pra de conſuetudine, cap. finali. Sol. propter hoc contrarium.
cap. reputatur difficile. ponuntur autem duæ lecturę, quæ ſunt
in glo. quarta, & glo. ſequitur illam, quod verſic. Ita quod. lo-
quitur, quãdo per neutrum. & reſpondet ad primam partem
contrarij, quod conſuetudo hoc poteſt propter ſcandalum,
propter quod interdum receditur a iure. Item quia conſue-
1 tudo † facit illegitimum, quia alias eſt legitimus. de cler. con-
iugat. cum olim. hæc ſol. non ſufficit: quia cum iſtud ius ſit cir
ca matrimonium: conſuetudo locorum nihil poteſt immu-
tare circa ſubſtantiam matrimonij, vt valeat, vel non, quod eſt
de iure diuino. Ego dico aliter ſaluando hunc intellectum,
quod textus loquitur de conſuetudine, quæ præceſſit cap. pri-
mum: quia cap. primum talem conſuetudinem non appro-
bauit: immo reſeruauit, vt patet in cap. primo, in fine. quod
no. ſingulariter, & ſic ſummatum vtrumque cap. ad hoc. de
conſtit. cap. 1. lib. 6. talis namque conſuetudo bene valuit, quia
non erat contraria iuri tempore, quo erat in dicta, cum cano-
nes eſſent pro & contra. Sed tunc ſuccedit fortiſſimum con-
trarium de verſic. verum. quia ſi loquitur quando per neutrũ
eſt deuentum, vt ſupra, non deberet epiſcopus diſſimulare:
immo deberet approbare matrimonium, ex quo conſuetudo
illud approbat, & etiam ius. vt in cap. primo. In hoc verſ. verũ
multum turbat de intellectu. & puto, quod Papa conſidera-
uit tempora huius capitu. quia erat adhuc opinio inter mul-
tos, & ſurgebat ſcandalum ſi tales admittebantur, vt contra-
herent: ideo tunc dixit, quod epiſcopus deberet diſſimulare.
ſed hodie dicit, quod poteſt diſſimulare, dic & approbare ex-
preſſe, vt etiam dicit glo. in ver. diſſimulare. & ſic in hoc ſtat
contrario. Hoſti. autem dicit, quod in ver. verum. erat diuerſa
conſuetudo eccleſiæ propriæ a conſuetudine vicinarum ec-
cleſiarum. propterea diſſimulat epiſcopus, ne alteram repro-
bet. Item exponit tex. ibi ſi de conſuetudine habeatur. ſ. in ſua
eccle-

ADDITIO.

a Qui tacet. Adde Cy. in l. muſtus. C. de procu. Bar. in l. quæ dotis. & ibi Soci. ff.
ſol. matri. Ang. in § pen. inſti. qui. mo. ius pa. po. ſol. Alex. conſ. 1. 2. per Dyn.
in reg. qui tacet. in 6. & ibi vide latius per dominum Bott.

Digitized by Google

eccleſia, qui intellectus non procedit, quia infra dicit. ſ. propter
eam, quod verbum neceſſario intelligitur de eadem conſue-
tudine, & ſic de conſuetudine vicinarum eccleſiarum: & iſte
eſt verus ſenſus, vt expreſſe patet in antiqua: quia ibi dicit, ha-
beatur. in antiqua eſt, habeant: ſcilicet eccleſiæ vicinæ. pro
hoc, quia verſi. verum. venit aduerſatiuũ ad verſ. Ita quod. &
ſic cum ibi dixerit, quando conſuetudo, habet quod ſi per neu
trum deuentum eſt ad compaternitatem ſeparentur: nunc
habebat contrarium, quod tolerarentur. & ſecundum hunc
modum, qui eſt planus, expone textum ibi, quia, ſicut graue
eſt conſuetudinem adiacentium eccleſiarum contemnere. ſ.
de qua loquitur ver. Ita quod. ſic quoque grauius, ſi propter
eam ſcilicet habentem contrarium tuum indulges aſſenſum,
& hoc habito reſpectu ad tempus huius capitu. vt prædixit.
Alij autem in ver. ita quod. intelligunt, quod reuertitur ad pri
mum caſum, quando per vtrumque, vel alterum, & tunc verſ.
Ita quod. eſt planus. ſed ver. verum. non eſt planus, quia non
deberet tolleraq; conſuetudo permittens tales coniungi. ſed
reſpondetur, quod valet conſuetudo propter hanc literam:
quia Papa eam approbat, quod etiam tenet glo. 4. in fi. & de
hoc per Archidiaconum 32. diſtin. placuit. vnde dicit Hoſtiẽ.
quod diſſimulat epiſcopus: id eſt, quod diſpenſatiue tolerat
ante huius iur. iſte intellectus eſt difficilis ad ſuſtinendum. Itẽ
ſecundum eum modicum fructum habes ex cap. Item extor-
quet litera. in ver. Ita quod. qui ver. venit continuatiue ad id,
quod præmiſit, quando per neutrum deuentum eſt ad com-
paternitatem. intelligitur ergo in eodem caſu. de ap. ſecundo
requiris. & quod ibi no. tamen ex hoc intellectu allegatur
hoc cap. quod conſuetudo etiam de iure canonico valeat con
tra ius. ſed hoc eſt: quia Papa hic approbauit. Ego tamen in-
hæreo præcedenti. Per hoc dico, quod nõ debet exponi ver-
bum ſeparare in verſic. ita quod, ſeparantur ad tempus: ſed
potius quod perpetuo. quod etiam tenet Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas contrahitur inter patrem baptizati & vxorem leuan-
tis prius cognitam.*
2 *Compaternitas an contrahatur inter ſimul leuantes.*
3 *Perſonæ matrimonium impedientes.*

MArtinus. Inter patrem baptizati & vxorem
leuantis prius cognitam contrahi-
1 tur compaternitas: † vel aliter. Si vir ſit cõpater al-
terius ex actu ſuo hæc compaternitas concernit
etiam vxorem eius poſt conſumatum matrimonium & econ
tra. primo quæſtio. ſecundo ſolutio ibi: nos ibi domini, Mat-
thæi. 19. Nota quod dicit textus de ſuſcipiente de ſacro fonte.
idem eſt de confirmatione. infra eodem, cap. ſecundo, libro
ſexto. & melius primo cap. Ita ſummaui. generaliter non:
quia qualitas ſpiritualis tranſit de viro ad vxorem poſt con-
ſumatum matrimonium. & quod dicit textus de vxore: ſe-
cus eſt in concubina: quia non fit vna caro per connubium.
ita notat Archidiaconus infra eodem cap. primo, libro ſexto.
Glo. quærit, an ſit verum, quod dicitur in textu, quod compa-
ternitas contracta per virum &c. Dic tu verum, quando con-
trahitur per alterum coniugum actiue, & poſt conſumatio-
nem. Secus ſi paſſiue, vt ſi quis ſuſcipiat filium vxoris alicu-
ius ex alio viro genitum, ſicut ſi filius Martini & Bertæ fuiſſet
ſolius Bertæ: tunc Martinus poſſet ducere Tebergam not. in
cap. primo, in glo. infra eod. libro ſexto. & probatur ibi. probo
hoc per verbum Bertæ, & Martini. ratio differentiæ: quia
quod fit per alterum coniugum, eſt magis communica-
bile, quam id quod fit ab alio in alterum ipſorum. & debet
ſemper intelligi poſt matrimonium conſumatum. vt 30. quę-
ſtione quarta. ſi quis. & eſt textus in cap. primo. infra eodem.
libro ſexto. Quæro, an inter compatres: id eſt ſimul leuan-
2 tes contrahatur compaternitas. † dic, quod non ſecundum
Innocentium: ratio, quia non reperitur expreſſum, & edi-
ctum de matrimonio eſt prohibitorium. Certæ enim perſo-
3 næ † numerantur. infra eod. cap. primo, libro ſexto: & ſunt
a 20.[a] combinationes, decem ex baptiſmo: decem ex chriſma-
tione. Perſonæ impeditæ ſunt iſtæ. Inter baptizantem, & ba-
ptizatum. Baptizatum, & vxorem baptizãtis ante cognitam.
Baptizatum, & filios baptizantis. Patrem baptizati & vxorem
baptizantis ante cognitam. baptizantem & parentes bapti-
zati. eodem modo ſunt quinque de leuante. inter leuantem,
& leuatum. Leuatum & coniugem leuantis ante cognitam.
leuatum, & filios leuantis. leuantem, & parentes leuati. Pa-
trem leuati & vxorem leuantis ante cognitam. & hoc de eo,
qui leuat de baptiſmo. Sunt aliæ decem reſpectu chriſma-
tionis, quas numera eodem modo. de quo eodem titulo. cap.
primo: in textu, & in glo. fi. libro 6.

ADDITIO.

a Viginti. Adde per Cardinalem Alexandrinum, ſupra in rubrica, in fine, 2. colum.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas contracta per catechiſmum impedit matrimonium cõ-
trahendum.*
2 *Compaternitas contrahitur, licet filius ſit illegitimus.*

1 COntracto. Compaternitas † contracta per
catechiſmum impedit matri-
monium contrahendum: ſed non dirimit con-
tractum. primo ponit caſum. ſecundo diffinien-
dum committit ibi verum. Nota, quod licet filius, qui ſuſci-
2 pitur, ſit illegitimus, contrahitur compaternitas. † ibi concu-
binę. Nota, quod vix fit, tamen fit: facit ad alias diſpoſitio-
nes, per quod dico ſi teſtis diceret vix percuſſit, valet teſtimo-
nium, & probat percuſſionem. ad hoc infra capit. ſecundo, li-
bro ſexto. Nota, quod imponitur pœnitentia propter affectũ.
& ideo nõ ſequitur effectus, quod plene examinaui de eo, quẽ
nuit. in poſſ. cap. primo. Glo. magna, & glo. ſecunda inſiſtunt
circa intellectum literæ. & non expediunt: quia hodie deci-
a ſum eſt, quod per catechiſmum[a] contrahitur compaternitas,
quæ impedit, & non dirimit. J. eo. c. 2. lib. 6.

ADDITIO.

a Per catechiſmum. Adde cap. peruenit. 30. quæſt. 1. cap. in cathechiſmo. de con
ſecra. diſt. 4. c. ſi quis vnus. 30. q. 4.

SVMMARIVM.

1 *Pater baptizati ſi poſtea contrahit matrimonium cum leuante ſepara-
ri debet.*
2 *Actus corporeus in compaternitate contrahenda requiritur.*
3 *Procurator ſi ſuſcipit nomine alterius, an ſit compater.*
4 *Compaternitas ſuperueniens an ſoluat ſponſalia de futuro præce-
dentia.*

1 VEniens. Si pater baptizati † poſtea contrahit
matrimonium cum leuante, ſepara
ri debebit. Nota, quod in compaternitate con-
2 trahenda requiritur actus corporeus. † ſcilicet, qui
leuat, per ſe teneat puerum. ibi mulierem, &c. quod facit ad
quæſtionem, an compaternitas poſſit contrahi per procura-
a torem[a], quam ponit Ioan. Andr. in regula poteſt quis. de reg.
iur. libro ſexto. & concludit, quod non, ſicut nec cognatio le-
galis. quod ibi proſequitur. Item & per cap. de his. & cap. ad li-
mina. 30. quęſtione prima. quod etiam tenuit Archidiaconus
in illo cap. ad limina. Ego puto contrarium, cum edictum de
procuratoribus ſit prohibitorium. & hoc non reperitur ex-
preſſe prohibitum. Iura enim, quæ ponderant actum corpo-
reum, concernunt caſum, quando quis per ſe ſuſcipit: tunc
enim non ſufficeret, quod eſſet præſens, & conſentiret ſuſce-
ptioni: niſi adiuuet, vel manu, vel alia parte corporis, ſufficit
tamen, quod tangat pannos leuati: vel capillos, vel ſimilia. ad
textum iſtum dic eodem modo. Ioan. Andr. dicit, quod ſi tu,
quod leuas filium Martini credens leuare filium Sei, efficeris
compater Sei. ad hoc c. Martinus. ſupra eod. vbi vxor leuantis
fit commater: ſicut leuans, etiam ſi ignoret. Quæro, ſi procu
3 rator † ſuſcipit nomine alterius, an ipſe ſit compater. videre-
tur, quod ſic, per notata in dicta regula. Sæpe enim ex-
tra id, quod agitur, naſcitur obligatio. de arbitr. per tuas. &
quod ibi nota. Contrarium tenuit Fredericus conſil. 15. & eſt
verius. quia in eum, qui non intendit, nulla qualitas ſpiritua-
lis induci poteſt, de baptiſmo maiores. Quæro, an compater-
4 nitas † ſuperueniens ſoluat ſponſalia de futuro præcedentia.
videtur, quod non. ſicut nec ſoluit matrimonium, vt hic ibi
antequam. & ſupra. cap. ſi vir. Hoſtien. tenuit contrarium. Si-
cut etiam affinitas ſuperueniens ſoluit ſponſalia de futuro
præcedentia. infra titu. ſecundo, ex literis. & cap. ſequenti, non
tamen

ADDITIO.

a Procuratorem. Adde Archid. in c. non plures. de conſecr. diſtin. 4. Ioan. de
Imo. in c. accedens. de præben. Pet. de Anchar. in regula tutum, de reg. iur.
lib. 6. Anto. de But. in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. Bart. in l. Gallus. in
§. forſitan. ff. de liber. & poſth. Bal. in l. 1. in §. non autem. ff. de cadu tol.

tamen matrimonium. Idem dicit de cognatio. legali. de qua infra titu.primo.c.vno.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus vna via, an alia admittatur.*

TVa nos. Idem dicit, quod cap.primum. ſupra eodem. primo bimembris conſultatio. ſecundo reſponſio ibi, taliter reſpondemus, ibi ante. Idem ſi poſtea. Oppo. q qui non accuſauerint tempore debito, non ſunt audiendi. infra, qui matri.acc. poſſunt.c.ſi.Sol.admittuntur ad denunciandum, licet repellerentur ab accuſando: vt dicit gl. & intellige de denunciatione, quæ tendit ad pœnitentiam: quia non poteſt pœnitere, qui contraxit, niſi mulierem dimittat. de ſpon. veniens.& c.ex par
1 te.Op.ad ſolutionem.nam prohibitus †vna via alia non debet admitti. de procura.tuæ, regula cum quid.de reg.iur.lib.6.Sol. quia glo.non ſoluit, dic, aliquando ſit prohibitio attento effectu, & procedunt contraria. Aliquando attento modo, & procedit hic textus. de quo in dicta regula cum quid lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter baptizatum & filiam baptizantis eſſe non poteſt.*

EX literis. Inter baptizatum, & filiam baptizantis non poteſt eſſe matrimoniū.
1 †Primo conſultatio. Secundo diffinitio, ibi mandamus. ratio dubitandi. infra dicitur in glo.& ibi affidata. ſecundo deſponſata de præſenti, vel etiam de futuro. & ibi ſacerdos, maxime, quia idem de laico. infra eo.tit.cap.1. lib.6. Glo.vrbanus. de hoc oppo. quod Papa non habeat me-
a moriam omnium iurium[a] contra de cap. primo. de conſtitu. lib.6.Sol.ibi cenſetur habere memoriam. nec fuit hic obliuio, ſed excuſatur: vt in glo. & ibi plures. dic vt infra eod.cap. vlti. in prin.lib.6.& ibi ſed nunquid. hæc quæſtio eſt deciſa in dicto cap.fin.lib.6.

ADDITIO.

a Iurium. Adde glo.fi.in c.præterea.23.diſt. glo.in verbo qō. in c.ſæpe contingit. de appel.Bal.in l.2. C.ſi contra ius vel vti.publi. Bal.in l.omnium. C. de teſti. Abb.in c.ex parte, el 1.de off.deleg. Et dic, quod eo ipſo, quod quis eſt Papa, eſt Dominus vtriuſque iuris auctoritate, & nō ſcientia, ſecundum Bal. in c.1.in vlti.colum. de confeſſ.

De cognatione legali. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio legalis quæ dicatur.*
2 *Adoptare quis poſſit.*

Continuatur. viſo de cognatione ſpirituali: videndum eſt de regularibus ſecundum Dama. & Goffre. de materia. 10.q.
1 q.1.c.1. Quæro, quid eſt cognatio † legalis,[a] dic quod eſt quæ-
a dam ciuilis propinquitas legaliter facta, per quam quis reputatur filius, vel nepos, vel deinceps. licet naturaliter non ſit. ff. de adoptio.l.nec etiam.§.eorum. & §.præterea. & pene imitatur naturam, vt dictis legibus, & l.ſi quis nepotem.eo.tit.inſtit. eodem.§.licet. Quæro, an ſit vna, vel plures. dic, quod habet duas ſpecies. vna dicitur arrogatio: quando adoptatur, qui eſt ſui iuris. Alia retinet nomen generis, & dicitur adoptio, de eo, qui eſt in alterius poteſtate: nec per adoptionem eſſe deſinit illius, cuius prius erat. ff.eo.l.prima, & ſecunda.& l.ſi arrogator.C.eo.l.fi.inſtitu.eo.§.primo.vnde dantur verſus. Arrogo, qui ſuus eſt: & habet meus eſſe neceſſe. Patris adopto ſuū,
2 nec ſuus deſinit eſſe. Quæro, quis poteſt adoptare. † dic quilibet, dum tamen poſſit eſſe pater naturalis: vt quia excedat adoptatum per 18.annos.inſti.eo.§.minorem.per hoc ſequitur, qđ non valuit adoptio Marchionis Ferrarien.quem adoptauit dominus Papien. qui erat eiuſdem temporis, vel minoris. ſufficit autem quod poſſit habere filios naturaliter, etiam ſi non legitime: vt quia eſt presbyter.inſtit.eo. §.illud. Mulier autem non poteſt ſibi adoptare niſi ex cauſa, & ex conceſſione principis.inſti.eodem.§.fœminæ.ff.eo.l.tertia.§.illud.

ADDITIO.

a Legalis. Adde l.adoptio.ff.de adoptio.

SVMMARIVM.

1 *Filia adoptiua non poteſt eſſe vxor fratris naturalis.*
2 *Cognatio legalis, donec durat, impedit matrimonium.*
3 *Adoptio cuius authoritate fieri debeat.*
4 *Arrogatio cuius authoritate fiat.*

1 SI qua. Filia adoptiua † non poteſt eſſe vxor fratris naturalis. vel aliter: &
2 melius. Cognatio legalis † donec durat, impedit, & dirimit matrimonium. Oppono ad textum, quia non poteſt aliquis adoptari in fratrem, vel ſororem: ſicut nec naturaliter frater generat fratrem. C. de hæredi. inſtitu.l.nec apud.ſol.ſtandum eſt contrario. ſed per hoc non eſt contra textum, quem intellige, quod erat ſoror adoptiua. quia adoptata in filiam a patre illius. Quæro, an adoptatus poſſit contrahere cum filia naturali adoptantis. videtur, quod non, argu. huius literæ, quæ ponit caſum conuerſum in contrariū: quia ſolum hic prohibetur caſus conuerſus, & edictum de matrimonio eſt prohibitorium: tene primum, vt tenet glo.& inſuper adoptatus non contrahit cum vxore adoptantis.ff.de ritu nuptia. l.adoptiuus. primo reſponſo. Quæro, quid ſi filius adoptantis eſt illegitimus. glo. tenet idem, quod de legitimo quod tenent doctores: quia pōderatur naturalitas filiationis. Quæro, an hoc impedimentum dirimat matrimonium contractum. glo. concludit, quod ſic ſecundum opinionem Hugonis, licet alij tenerent contrarium. quod ponit Spec. eo.titu.in princip.& ibi in addit. Ioan. Andr. videtur hoc ſentire, cum impedimentum ſit temporale. pro hoc de matrimonio contracto contra interdictum eccle. c.1.2.& 3. pro opinione Hugon. eſt hic textus, qui reſiſtit potentiæ contrahendi, & ſubſiſtendi, ibi conſiſtere. Iſtud enim impedimentum erit perpetuum, quantum ad effectum inductum: id eſt quantum ad matrimonium eo pendente contractum. præcedens tamen opinio æquior eſt: vnde probatur per titulum de matrimonio contracto contra interdictum eccle.& maxime, quia fruſtratoria eſſet ſeparatio perpetua, cum poſſint ſtatim cōtrahere poſt emā cipationem. ſed verior eſt opi.glo. nam poteſt hoc impedimē tum eſſe perpetuum, & ſic perpetuum cenſetur. ad hoc. ff.de condi.inde.l.ſufficit.nam poteſt eſſe, quod nunquam adoptio tolletur, niſi morte adoptati. & ſic perpetua erit legalis cogna
3 tio. Quæro, quomodo, ſeu cuius auctoritate fiat adoptio: † dic
4 quod auctoritate magiſtratus. Arrogatio † auctoritate Principis.ff.eo.lib.ſecundo. & ſicut ad inducendum requiritur auctoritas, ſic & ad diſſoluendum. C. de emanci. l.prima. ad hoc de reg.iur.c.j.Si autem nō ſeruatur forma, non tenet adoptio, nec procedit tunc textus. & optat Hoſtien. hoc impedimentum tolli.

De eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. Rubrica.

Continuatur ſic. viſum eſt de cognatione legali, & prius de ſpirituali. & quia ex copula conſanguineæ vxoris oritur cognatio carnalis, quæ dicitur affinitatis, de qua dubitari poteſt, an matrimonium diſſoluat: igitur & c.de materia.32.q.7. quidam.cum duobus ſequen. 34. qō.2. in quatuor vltimis capitulis.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio comprehendit omnem illicitum coitum.*

SI quis cum. Quæritur de tribus in textu. primo, an qui cognouit filiaſtram, poſſit exigere debitum ab vxore. dicitur, quod non, ſecundo an poſſit habere vnquam filiaſtrā in vxorem. dicitur quod nō. Tertio, an ipſe, & filiaſtra cum alija poſſint contrahere. dicitur, quod non. Nota quod fornicatio
1 complectitur inceſtum: & regulariter comprehendit omnem illicitum coitum. 36.q.1.§.cum ergo. Sed proprie eſt inter ſolutum & ſolutam.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas ſuperueniens non diſſoluit matrimonium.*
2 *Diſpenſatio eſt neceſſaria, cum aliquid ſit contra ius.*

Veniens

1 VEniens. Affinitas † ſupetueniens non diſſol-
uit matrimonium, vel ſponſalia de
præſenti, ſed de futuro ſic.hoc dicit, cũ c.diſcretio
nem. & quatuor vltimis cap. Ibi poſt.ſ.poſtquam
cognouit matrem.& tunc expone eam ſcilicet ſponſam. licet
glo.exponat eam.ſ.matrem. ſed vtraque toleratur. No.in ver-
2 bo ex diſpoſitione, q̃ neceſſaria eſt diſpenſatio, † cum aliquid
fit contra ius: ſiue agatur de laicis: ſiue de clericis,ſecundum
Innocentium. Glo.prima ibi de futuro. dicit vel de præſenti,
& tunc quod dicit textus, quod poſſit contrahere cum alia.
dic, mortua prima. In glo. vnde præſumptum. hoc verum
cum tempore,quo cognouit puellam, præceſſiſſent ſponſalia
de futuro. Secus ſi copula præceſſiſſet ſponſalia, & ante ſpon-
ſalia cum puella cognouiſſet matrem,vel etiam poſt: quia af-
finitas tunc bene ſoluit ſponſalia de futuro.infra cap.diſcretio
nem. Glo.pen. ibi non tenet,dic immo tenet exponendo eam
de matre. Item exponendo de filia, ſecũdum diuerſos modos
legendi,ſcilicet ſic.Cæterum ſi ſponſam cognouit, antequam
matrem, nunquam eam, ſcilicet matrem. alias poſt, ſcilicet
quam cognouit matrem.nunquam eam,ſcilicet,ſponſam.vel
melius lege, vt dictio, eam referatur ſimpliciter ad ſponſam,
de qua quærebatur, & de qua fecit mentionem in verſicu.cæ-
terum ſi ſponſam. vnde eſt impropriatio dicere eam, ſcilicet,
matrem, de ſponſa autem ſola lege ſic. Cæterum, ſi ſponſam
cognouit, antequam matrem. & ſic vtramque dimitte. vel
poſt nunquam eam eam,ſcilicet,ſponſam.dic quæ tamen hoc
caſu vera eſt vxor. infra cap.diſcretionem. & cap. fina.quibus
ſtandum eſt,quicquid dicat glo. penult. ſed eam ſponſam ha-
bere non poteſt,ſi licite & cũ effectu. debet enim moneri ſpon
ſa ad continentiam, vt in illis c. tamen ſi induci nequit, eſt ve-
ra vxor. vel aliam. hoc eſt, quia inceſtuoſus poteſt accipere in
vxorem.capias modo verbum.vel poſt,ſcilicet cognouit prius
matrem, & poſtea ſponſam. & hoc caſu litera eſt plana. quia
nec eam,ſcilicet ſponſam habere poteſt vxorem.& propter af-
finitatem præcedentem ex copula cũ matre. & in hoc eſt per-
petuum impedimentum. nec aliam, & hoc quia inceſtuoſus.
& in hoc impedimentum non eſt perpetuum. & pro hoc in-
fra cap.tranſmiſſæ,& hæc fuit vera intẽtio literæ,nec in aliquo
textum extorquet.

DE illo. Non ſeparatur matrimonium ad dictum vnius probantis affinitatem præceſſiſſe inter coniuges.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtuoſus contrahere non poteſt.*
2 *Inceſtuoſus ſi exigat debitum,an teneatur ei vxor reddere.*

1 TRanſmiſſæ. Inceſtuoſus † contrahere non
poteſt: ſed ſi contrahit,tenet.
& ibi canon. ſecundo petri. ſecundo de pœni.diſt.
3.irrilor. Quæro, an cum non poſſit exigere debi-
2 tum, † ſi exigat vxor teneatur reddere. dic, quod non. 32. q. 1.
dixit,niſi vxor primo exegerit. quia tunc non videtur exactio:
& videtur facienda recompenſatio.

SVMMARIVM.

1 *Rumor dicitur fama minoris partis viciniæ.*
2 *Confeſſus habetur pro conuincto.*

SVper eo. Non ſeparatur matrimonium ad
confeſſionem coniugum proban-
tium affinitatem præciſe, etiam ſi rumor viciniæ
concordet, & ibi vterque, ſcilicet vir & vxor: &
& ibi,vel pro,etiam. & ibi colludere, quia ſibi inuicem diſpli-
1 cent. No. quod rumor † dicitur fama minoris partis viciniæ.
probat tex. in verſ.aliqua pars. & in fine ibi rumor autẽ. quod
plene not.de coha.cleri.veſtra.pro hoc, quod dixi de teſti.teſti-
monium.Oppo.ad tex.quod ſtandum ſit confeſſioni: quia cõ
2 feſſus † habetur pro conuicto. C. de confeſſ. l.vna.de confeſſis
per totum.Sol.fallit regula in matrimonio,vt hic in glo. quan
do coniuges confitentur contra matrimonium, & agitur ad
ſeparationem vinculi. ratio redditur in glo. Secus ſi ad ſepa-
rationem thori, vel ſi coniuges confitentur pro matrimo-
nio & hoc vult glo. t. Oppono ad ſolutionem dec.ſi dun. 35.
quæſt.6 Solu.vt in glo.Alij aliter ſoluunt, quod illud procedit
ſecundum iura antiqua, quando durabat conſanguinitas vſ-
que ad gradum ſeptimum. hodie ſecus cum ſit reſtricta ad
quartum. infra titu. primo non debet. & requiritur fortior
probatio, quam olim de teſtibus, licet ex quadam. Ego dico,
quod hoc cap.nihil facit,quia non probat, quod ſtetur coniu-
gibus, ſed ſolum dicit epiſcopum debere obieſtari coniuges,
vt reſpondeant an ſint conſanguinei. & ſi negant permitten-
tur ſimul. ſed ſi confitentur nihil ibi dicitur, quod fieri de-
beat: ſed dico, quod procedetur, vt hic. Oppono,quod ſtan
dum fuerit famæ viciniæ. de teſti. præterea. de præſumpt. ter-
tio. Solu.hic fuit non fama, ſed rumor. In contrarijs fama. Itẽ
in contrarijs fuerunt aliæ coniecturæ, vt in eis patet.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas ſuperueniens non diſſoluit ſponſalia de præſenti.*
2 *Affinitas oritur ex copula habita cum inuita, & ignorante, vel dormiente.*
3 *Affinitas eſt quædam proximitas ex nuptijs proueniens.*

1 DIſcretionem. Affinitas † ſuperueniens nõ
diſſoluit ſpõſalia de præſen-
ti. Communis diuiſio. & ibi, viro, qui mulierem
alij tradidit. & ibi euangelio Matthæi 19. 33.qõ.2.
dixit dominus.& quæſt.7. Apoſtolus. & cap.omnes.& ibi affe-
rentibus olim habebamus.cap.ad aures.vbi hic ponitur,quod
hodie non habetur. No.quod ex copula habita cum inuita
2 ſurgit affinitas † iungendo cum principio, quod infra ſequi-
tur. Idem eſt ſi cum ignorante.No Hoſtien.in ſumma de ſpon-
ſalibus. §.& qualiter verſ.hanc doctrinam. vel cum dormien-
te per eandem rationem. Glo. prima ibi abſtines. ibi ſoluitur,
& facit quod ſequitur in glo. Glo. reatum. notabilis eſt, & ibi
cum ſponſa, ſcilicet de præſenti, vt hic. Secus ſi de futuro, vt
no. 27.quæſt.2. quidam. licet alibi videatur dicere lex idem in
ſponſa de futuro, quia non diſtinguit. ff. de adult. l.ſi vxor. §.
diuus. In glo. hoc reprobatur. ibi. §.affines. ibi dicitur, quod
3 affinitas † eſt quædam proximitas ex nuptijs proueniens: aliud
ſecundum leges,aliud ſecundum canones, vt in arbore affini-
tatis. In glo.argu. ibi, ſi a me. ibi dicitur, quod ſi arrogatus ha-
bebat litem cum arrogatore, ante arrogationem, ſoluitur iu-
dicium,dic,quod ſoluitur quantum ad effectum futurum,nõ
vt cenſeatur non fuiſſe. & ſic durat effectus inductus, ſi quis
iam eſſet conſummatus.de quo in regula,factum legitime,de
regu.iur.lib.6.Iſte tex. inducitur ad quæſtionem: quia iſte tra-
didit vxorem adulterandam. & dicitur quod non poteſt exci-
pere de adulterio. pone ægrotans tradit vxorem adulterãdam
medico, qui aliter non vult eum curare. & tradit inuitam. &
fuit diſputata per Bar. Brix. in dominicali cum quidam collo-
caret.ponitur.32.q.7.concubuiſti.concluſio eſt, quod non po-
terit ei obijcere adulterium.

SVMMARIVM.

1 *Pollutio extraordinaria inducit affinitatem.*
2 *Affinitas ad hoc vt contrahatur in requiratur, quod fiat commixtio ſeminum vtriuſque in clauſtra pudoris.*

FRaternitati. Pars huius de ſciſmaticis. &
de cleri.excom.miniſt.frater-
nitati. Legitur duobus modis. primo,quod ponat
caſum,de quo ſupra,de ſpon.iuuenis. & tunc ſum-
ma,vt ibi. Alio modo intelligendo,quod extraordinaria pol
lutio fuit facta intra clauſtra pudoris. Primo modo legitur
in glo.& per Innocentium. Secundo modo legendo in ſum-
ma dicit. Inducitur affinitas per pollutionem extraordina-
riam, dum tamen intra clauſtra pudoris factam. Sed hic ſum-
marius non bene conuenit textui: nec verus, vt ſtatim di-
cam. Ideo ſtandum præcedenti. vel ſaluando hunc, poſſet
dici, quod licet non ſit affinitas, tamen in dubio cenſetur, ex
quo intra clauſtra: per id,quod infra dico. No.quod extraor-
1 dinaria pollutio † inducit affinitatem, quod eſt verum,quan-
do intra clauſtra pudoris fit. & ſecundum hunc modum fa-
cit ad titulum. Secus ſi extra clauſtra: tunc enim non pro-
2 hibetur matrimonium propter affinitatem [a], quæ nulla fuit:
ſed propter iuſtitiam publicæ honeſtatis,ſecundum Innocen-
tium, tunc non facit ad titulum. propterea dicit Innocen-
tius, quod vt contrahatur affinitas, requiritur, quod intra
clauſtra fiat commixtio ſeminum vtriuſque. † 35. q. 10. fra-
ternita-

ADDITIO.

a Affinitatem. [a] Adde Doctores in capitu.non debet, infra de conſanguinitate & affinitate. Cardinal. in arbore affinitatis, quæſtio 2 Archidiac. in cap. 1. de ſpon. lib. 6.

Digitized by Google

ternitatis, & probatur hoc melius 27.q.2. lex diuina, vbi dicitur, non aliter virum, & mulierem fieri vnam carnẽ, niſi carnali copula ſibi cohereant: & ꝙ fiat ſanguinis commixtio; ex hoc videtur, ꝙ etiam ſi intra clauſtra pudoris fiat, non eſt inducta commixtio: & ſic nec affinitas, quod tenet Inn. & Hug. Lau. & Archid. in c. extra ordinaria 35.q.3. quod videtur eſſe contra tex. dicti c. vbi dicit, ꝙ non impedit talis pollutio matrimonium cum conſanguinea, dum tamen non intra clauſtra. ergo ſecus ſi intra. Sed dic, ꝙ tunc non propter affinitatẽ, ſed propter iuſtitiam publicæ honeſtatis, vt tenet hic Inn. & gloſ. vbi dico, ꝙ aut ſit pollutio extraordinaria: quia extra clauſtra & remote a clauſtris: & tunc clarum eſt, ꝙ nulla ſurgit affinitas. Aut eſt extraordinaria: quia licet fiat circa clauſtra, non tamen clauſtra reſerantur: & idem. Aut eſt extraordinaria: quia licet intra clauſtra, nõ tamen inſequenti cõmixtio vtriuſque ſanguinis, & hic difficile eſt iudicium, & potius cenſetur intercelliſſe commixtio. & ꝙ ſit affinitas contracta. Ad inducendam autem commixtionem ſufficit, ꝙ ſemen viri ſit receptum in membris mulieris aptis generationi: quia ſecundum aliquos mulier concurrit ad generationem paſſiue tantum, ſed tamen fit commixtio ſanguinis, ex quo intra loca generationis ſemen viri ſuſceptum eſt. Ex hoc infertur ad plura, quæ facile ſoluuntur. de hoc per Archi. in dicto c. extraordinaria, & per Federicum in conſilijs. c. penul.

Ex literis. Nihil eſt & nihil ſuper eo dicitur.

VEniens. Ibi fideiuſſores: hæc fideiuſſio ſoluitur ſoluto matrimonio: nec valet pœnæ adiectio, Opportunitas facit latronem. & ibi vtramque. dicit Vin. ꝙ magis peccabat cum ea, q̃ non erat vxor quò ad eccleſiam, ſed quò ad deum cum ea, cũ qua plus contemnebat. ad hoc de iureiur. cum quidam.

TVæ fraternitati. Ibi fornicatur, & ſic fornicatio eſt genus comprehendens inceſtum. s. eod. c. 1. & ibi exigere, dic, non, niſi ſicut no. s. eo. c. 2. vel niſi diſpenſetur. s. eo. transmiſſæ, & ibi: inique, maxime idem ſi ignoranter. 34.q. 2. illectum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi multum diſtat de ætate, tamen per copulam conſumatur matrimonium.*

1 **IOrdane.** Nota, ꝙ etiam ſi mulier † diſtat multum ab ætate, nihilominus per copulam conſumatur matrimonium: quod probat textus: quia hic Ioardana nondum compleuerat annum 10. de hoc de deſpon. impuberum, cõtinebatur, quod procedit in muliere potius, quam in viro propter facilitatem maiorem in ea ad patiendum, & tamen etiam in viro aliquãdo preuenitur ætas, ſicut narrat Gregorius in dialogo de pue-
a ro 9. annorum [a] &c. & Hieronym. ad Vitalem. dicit de decem. Hoſt. dicit ſe vidiſſe de 11. Item Salomon in 12. generauit filium.

ADDITIO.

a Annorũ adde glo. ſummæ. 20.q.1. doct. in c. 3. de deſpon. impube. Abb. in c. 1. ſuper gloſ. 2. de delic. puero. Hoſt. in ſumma tit. de pœniten. in §. cui confitendum, verſic. cui pueri.

De conſanguinitate, & affinitate. Rubrica.

Continuatur. viſo de cognatione ſpirituali & legali, de carnali erat videndum, quæ in conſanguinitate, & affinitate conſiſtit. Ideo &c. ſecundum Dama. & Goſ. quæ continuatio nõ eſt vera: quia etiam de carnali viſum eſt. s. tit. proximo. Ideo dic, ꝙ quia in carnali cognatione tractatur de conſanguinitate & affinitate. Ideo ſubijcitur hæc Rub. vt ſciamus de gradibus vtriuſque, de materia habetur 35. cauſa, repetitur, in clementinis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſeparatur inter affines primi generis.*
2 *Teſtimonium de auditu admittitur in probando conſanguinitatem.*
3 *Partes citari debent viſuræ iurare teſtes.*
4 *Matrimonialis cauſa non eſt tractanda niſi per habentem poteſtatẽ.*
5 *Scientia qualibet in iudice non eſt ſufficiens.*
6 *Canoniſta an ſit vtilior eccleſiæ quam theologus.*

1 **EX literis.** Separatur matrimonium † inter affines primi generis, & quarti gradus. hoc dicit. primo caſus narratio. ſecundo reſponſio ibi: quo circa. & ibi primo reſpondet. ſecundo inſtruit iudices ibi: ceterum. Præmittendum eſſet, quod ſunt genera affinitatis. Item quod gradus conſanguinitatis, ſed hæc dicentur infra. eo. non debet. Nota,
2 quod teſtimonium † de auditu admittitur in probando conſanguinitatem, quod procedit cum limitatione. cap. licet. el. 2. de teſti. No. quod cauſa matrimonialis ſæpius agitari poteſt. ibi, reuixit. & eſt ſpeciale in matrimonio ſecundum Inno. ſup. de ſpon. ſicut. j. de pur. can. cum dilecti. in ver. quo circa. Nota
3 quod partes † debent citari ad videndum iurare teſtes. ibi, ante tuam &c. etiam ſi iudex procedat ex officio, vt hic, debent reliqua ſeruari ſicut ſi ad inſtantiam. ar. huius litteræ. Nota arg. pro celeritate, ibi non differas. pro hoc de elec. c. fin. lib. 6. in gloſ. Item nota tex. ibi, æque enim abſtinendum &c. quod
4 dic, vt gloſ. in ver. cæterum. Nota, ꝙ cauſa matrimonialis † nõ eſt tractanda niſi per habentem poteſtatem: & ſunt duo neceſſaria. ſcilicet ſcientia & poteſtas, vt hic. Sed ſecundum Inn. præſumitur pro habente poteſtatem, quod ſit maioris ſcientiæ & magis exercitatus, quam cæteri. Nota, ꝙ non quælibet
5 ſcientia † ſufficit in iudice, ſed debet habere eam, quæ concernit cauſam, quam tractat. Oppo. ad tex. ꝙ archipresbyter, de quo in tex. non debuerit poſſe cognoſcere de cã matrimonij. de exceſ. præla. accedentibus. gloſ. 4. ſoluit, vel dic, ꝙ ex alio ſpeciali iure licebat: vel ꝙ hic non probatur, ꝙ proceſſus valuerit: immo potius contrarium: quia mandat reinchoari. in verſic. quo circa, per hunc tex. in fin. arguit Hoſt. contra theologos, qui dicũt eccleſiam dei regi poſſe per puram theologiam, nã ſecundum eum non ſufficit ipſa cum lege ciuili, & canonica, cum expediat quotidie prouidere nouis caſibus, ſed illi intelligunt de optimis theologis, nam ſecundum Hoſt. etiam optimus legiſta cum ſola lege ciuili ſufficeret. Ego dico contra hodie propter ritus, qui ſurrexerunt ex canonibus: de quibus nihil prouidit lex ciuilis, alias bene ſuffeciſſet. Per prædicta in-
6 fertur ad quæſtionem, quis ſit vtilior eccleſiæ, an canoniſta, †
a an theologus. [a] Aut enim eſt eccleſia egens prædicatione, & vtilior eſt theologus. Aut egens cauſarum deciſione, & vtilior eſt canoniſta: qui etiam ex canonibus poteſt formare prædicationem, ſed ad bene faciendum debet eſſe mixtus. ad hoc de cleri. non reſi. ex parte. de elec. officij. nec eſt plenus canoniſta, qui ignorat ius ciuile & theologiam, quæ ſunt partes ipſius. Quæro, quid ſi epiſcopus committit cauſam idiotæ: an valebit ſententia per eum lata & maxime in matrimonio. Reſpondetur, quòd ſic, ſed committens ſcienter eſt puniendus. l. fin. ff. de cuſtodia reorum, & per hanc literam, & ſic poteſtas,
b & ſcientia non ſunt pariter neceſſaria: [b] quia ſubtracta poteſtate ſcientia eſt nulla. s. de iudi. at ſi clerici. non ſic in ſcientia, dic igitur, aut iudex habet ſcientiam & poteſtatem, & valet ſcientia, aut neutrum, & non valet per prædicta. Aut alterum tantum: & ſi ſcientiam tantum, non valet. Si poteſtatẽ tantum ſic. Ex quibus vltimo infero. ꝙ quamuis aliquando ius diſponat in eadem propoſitione duo eſſe neceſſaria ad aliquid, non propterea ſequitur, quòd pariter neceſſaria. immo remanent aliæ regulæ iuris firmæ.

ADDITIONES.

a Theologus, adde Abb. in ca. licet in 2. col. de præben. & Domi. in cap. epiſcopos. 17. di. Car. Alex. in c. conſtitutus in 4. no. de appel. Lo. Ro. conſilio 333. incipiente, quo ad primum.

b Neceſſaria. adde, quòd iudex eccleſiaſticus; debet eſſe peritus, vt eſt glo. ſummæ. 20. diſtinct.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas ſuperueniens, de qua conſtat per ſolam famam, ſoluit ſponſalia de futuro.*
2 *Probatio per famam dicitur ſemiplena.*
3 *Fama plus operatur, quam vnus teſtis.*

1 **SVper eo.** Affinitas † ſuperueniens, de qua cõſtat etiam per famam ſolam, ſoluit ſpõſalia de futuro. Communis diuiſio. ibi, inquiſitioni. Nota, quod manifeſtum eſt, ſuper famam probat ordo literæ, ſed gloſ. exponit manifeſtum, ideſt notorium. pro quo de ſi. presbyt. quoniam. Nota, quod pro-
2 batio † per famam eſt ſemiplena iuncta gloſ. 2. hic & melius
3 ſi. Nota quòd fama † plus operatur, quam vnus teſtis. caſus eſt hic ſingularis: quia hic non ſtatuit illius aſſertioni dicentis

ſe co-

Digitized by Google

ſe cognoniſſe. tamen ſtatur famæ. Sed poteſt eſſe ratio, quaſi ille videatur non eſſe plene idoneus teſtis: quia in facto ſuo. Oppon ad hoc, quod dicto eius ſit ſtandum, de ſpon. præterea. dic vt in gloſ. quod hic interuenerat iuramentum, c. præterea loquitur, quando non interuenit, ſed text. hic non dicit aliquid de iuramento: ideo dicit Innoc. quod hic interuenerat fidei interpoſitio ad hoc verbum datione, quæ affidatio ſecundum Hoſtien. habet vim iuramenti, quod metus cauſa. ad aures.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo poteſt interpretari indulgentia ſuperioris.*

QVod dilectio. Si diſpenſatur cum aliquo, vt poſſit contrahere certo gradu, intelligitur, quòd vterque contrahentium ſit in illo gradu, quò ad ſtipitẽ. Alij ſummant hoc procedere, ſi ſic habet conſuetudo. Primò thema, & quæſtio. Secundò allegatio pro & contra. Tertio ſolutio. Secunda ibi: quòd videtur. Tertia ibi nos. & ibi: coniungi nõ dicit diſtantibus inter ſe. Sextò & ibi; quis: ſcilicet remotior. 1 Not. ſecundum communem intellectum, quod conſuetudo † poteſt interpretari indulgentiam ſuperioris. quod intelligo reſpectu intelligentiæ conceſſæ loco, vbi erat conſuetudo, vt hic. Glo. ſecunda in fin. dic, quod ſunt plures tranſuerſales, vt patet in arbore. nec glo. dicit contrarium. Oppo. quòd laicus non potuerit concedere hanc indulgentiam: quia non poteſt diſpenſare contra ius. de præbendis dilectus. ℐ. ca. quòd ſuper his. Sol. vt gloſ. 3. licet Spec. in tit. de legato. §. nunc oſtendendum. recitat opin. diſtinguentem. an legatus velit facere diſpenſationem generalem in prouincia ciuitate vel loco in gradu prohibito, & non poſſit. an velit cum certis perſonis, & poſſit. Fuit dictum Gof. quod reprobat, & merito per contraria iura ſupra ſignata. Oppo. ſecundo, quòd debuerit fieri interpretatio ſecundum regulam, de qua in cap. fin. ℐ. eodem, cum computatio fiat a remotiori, vt ibi. Item beneficium principis late eſt interpretandum gloſ. ſoluit, quòd princeps ſic voluit interpretari, & potuit. Quod non procedit: quia fortius ipſe princeps debet late interpretari, quàm cæteri ſuum beneficium. ad hoc. C. de legi. l. digna vox. vnde dicit Hoſtien. quòd hoc operatur conſuetudo. contra quod facit: quia conſuetudo contra ius non valet. ſ. de conſue. cap. fin. & hoc de iure canonico. ſed reſpondeo, quòd conſuetudo hæc non erat cõtra ius in præiudicium tollendi iuris communis: ſed tollendi priuilegium ſpecialis conceſſi inducentibus conſuetudinem, qui renunciare poterant indulgentiæ expreſſe. & per hunc text. multæ quæſtiones decidi poſſunt, vt ſurgat hæc theorica: ꝙ conſuetudo eccleſiaſtica, vel non eccleſiaſtica contra ius poſitiuum canonicum non valet. tamen non eſt nulla, quò ad omnem effectum. immo ad effectum præiudicij particularis, vt eorum, qui conſuetudinem induxerunt, valet. Alij legunt alio modo, quòd hic indulgentia fuerat conceſſa ad inſtantiam, ideo reſtringitur. Secus ſi motu proprio. l. 3. ff. quod quiſque iuris. de præbend. ſi motu proprio, lib. vj. Tertiò poteſt intelligi, quòd hoc operabantur verba indulgentiæ, quæ concedebant, quòd contrahere poſſent in ſexto gradu, non dicebat, quæ diſtarent inter ſe ſexto gradu: tunc debet intelligi in ſexto, ſcilicet ſi vterque diſtet ſexto. & hoc operatur rigor: vt indulgentia reſtringatur: quia erat contra ius commune, regula quæ a iure. lib. 6. & regula contra ius, quod eſt ſubtile. Sed communiter approbatur intellectus primus, quòd conſuetudo hoc operetur, ſicut ſentit litera in verſic. vnde. Vltimò inducitur iſte tex. ad quæſtionem facti. diſponit conſtitutio ſynodalis Paduæ, quòd ſingulis quatuor mẽſibus fiat inquiſitio vel concilium ſuper certis corrigendis, & conſuetudo fuit interpretata, vt vnum concilium diſtaret ab altero per quatuor menſes. an poterit immutari, vt diſtet minus, allegauit Ioan. an. cum legebat Paduæ hanc decre. ꝙ non, maxime, quia illa conſuetudo erat conſona iuri huius cap. ſicut alias dicitur de ſtat. monach. in ſingulis, quòd capitula debent fieri de triennio in triennium id eſt, quòd inter vnum & reliquum ſit triennium: alias poſſet in capite vnius triennij fieri vnum capitulũ, & in principio ſecundi triennij fieri aliud: quod eſſet ſuperuacuum. Ad quæſtionem dic, quod dubium non procedit: quia ſi epiſcopus, qui ſtatuit, vellet venire contra conſuetudinem, bene poſſet, ſed alius inferior hoc non poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Infideles coniuncti in gradu prohibito poſt baptiſmum non ſeparantur.*
2 *Homo non ſeparat, quos deus coniunxit.*
3 *Fauetur magis iudæis quam chriſtianis.*
4 *Actus legitime geſtus non vitiatur propter impedimentum ſuperueniens, quod eum a principio annullaſſet.*

1 DE infidelibus. Infideles † coniuncti in gradu prohibito ſecundum legem canonicam tantum poſt baptiſmum non ſeparantur. Communis eſt diuiſio, & ibi inſtitura. ſecundum quæ filij duorum fratrum licite coniunguntur: quod etiam approbat lex ciuilis. C. de nuptijs. l. in celebrãdis: & filij ex tali matrimonio reputantur legitimi. ℐ. qui fil. ſint legi. cap. ſi. de diuor. gaudemus, & ibi reſpondit Matth. 19. Not. tex. qui loquitur de prohibitis lege canonica. aliud eſſet in prohibitione de iure diuino & qui prohibentur, habetur in 2 gloſ. de reſtit. ſpo. literas. Not. quos Deus † coniunxit [a] &c. a Oppo. ad text. quod inter iudęos non ſit matrimonium, cum poſſint ſeparari per libellum repudij. Sol. vt in glo. Opp. quòd non poſſint ſeparari, qa intentio contrahendi inter eos cũ poteſtate ſeparandi repugnat ſubſtantiæ matrimonij, de condi. appo. cap. ſi. gl. ſoluit. dic vt in ea, ſecundum quàm habes, ꝙ ſi hoc exprimeret, non valeret matrimonium, ſed dic contra, ex quo conſuetudo & lex eorum illud patitur. vnde quantum ad eos, non repugnat ſubſtantię matrimonij ſicut etiam inter chriſtianos, ſi contraherent de præſenti, hoc expreſſo, quòd ſepararentur, ſi alter intrauerit religionem, quod eſt de iure: de conuerſio. coniuga. ex publico. &c. verum, quæ enim inſunt, expreſſa non vitiant, de elect. ſignificaſti. Sic gloſ. non 3 bene dixit. Oppo. quia fauetur † in textu magis iudęis, quàm chriſtianis, quod fieri non debet, de teſti. licet. el. 1. Sol. ſi chriſtiani contraherent in gradu prohibito lege canonica, non eſſent coniuncti ſecũdum deum, cuius auctoritate emanat lex canonica, ſed inter infideles lex canonica non procedit. de cõſti. cap. 1. de diuor. gaudemus: ideo &c. Quæro, quid ſi iudęus dicit iudææ, contraho tecum ſecundum ritum iudæorum. dicit Vinc. ꝙ valet & illa adiectio non vitiat, ſicut cum dominus dat ſeruo libertatem latinam reiecta latinitate, valet libertas. C. de latina liber. tollenda. l. 1. §. illo. Quæro, quid de alio infideli. Vinc. dicit aliud eſſe: vt ſi eſt ſaracenus, de quorũ ritu eſt, quòd quis habeat tot vxores, quot poteſt alere: quod omnino repugnat ſubſtantiæ, cum debeat eſſe vna vnius. Et ex p̃ 4 dictis & textu no. † quòd actus legitime geſtus non vitiatur, etiam ſi ſuperueniat impedimentum quod a principio annullaſſet. ad hoc regula, factum. lib. 6. cum ibi no.

ADDITIO.

a Coniungit. adde tex. in cap. quos deus xxxiiii. qu. 2. cap. ſunt qui xxvij. q. 1. originali. Matthæi xix. & Marci. x.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei mariti cum conſanguineis vxoris contrahere poſſunt.*
2 *Affinitas non tranſit in tertiam perſonam.*

1 QVod ſuper his. Conſanguinei † maritĩ cum cõſanguineis vxoris licite contrahunt, in gradibus tamen prohibitis etiam de cõſuetudine contrahi nequit. habet duo dicta. ſecundum ibi: ne autem. & ibi affines in primo genere. 2 de quo infra capit. non debet. Nota. quòd affinitas † non tranſit in tertiam perſonam. Not. regulam affinitatis. perſona addita, perſonæ per carnis copulam inducit affinitatem. vnde conſanguinei viri fiunt affines vxori: quia adiicitur viro per copulam, & econuerſo. Oppo. quod conſuetudo valeat. ſicut enim alias habiles de iure facit inhabiles: de cogna. ſpiri. ſuper eod. ita debet poſſe econtra: quia contrariorum eadem diſciplina. 32. diſt. hoſpitiolum. de maio. & obe. cum inferior. & quod ibi no. in glo. prima. glo. non ſoluit, immo tenet, quod poſſit conſuetudo facere legitimam illegitimam, & non econtra: quod non eſt verum. vnde dic ad cap. ſuper eo. vt ibi dixi. vnde dico, quòd ſi conſuetudo induceret, quod in quinto gradu non poſſet contrahi, non valeret, quicquid dicat gloſ. quia eſſet contra ius. ℐ. ca. non debet. Oppon. ad c. de c. quod dilectio. & dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Falſa cauſa quomodo dicatur vitiare.*

QVia circa. Diſpenſatio ſuper matrimonio in caſu prohibito non tenet, ſi falſa cauſa fuit expreſſa ab impetrante. primo recitat diſpenſationem. ſecundo cam pugnat, tertiò tolerat. ſecunda ibi:

Digitized by Google

ibi,cum tamen.tertia ibi : diſſimulare . vel non diuiditur, tan-
quam ſub vno ſtuctu. Opp.ad tex.ꝙ diſpoſitio non valuerit pp
falſitatem cauſæ. de reſcriptis,ſuper literis . & fortius , quia re-
ſcriptum hic ſuper diſpenſatione habet vim priuilegii,quod ip
ſo iure vitiatur propter falſitatem l. & ſi non cognitio. & l.& ſi
legam.& l.præſcriptionem.C.ſi contra ius vel vtili. publicam .
eſt dictum in cap.ſuper literis. Sol.tex.hic legitur dupliciter in
glo. prima,quod falſa cauſa hic non vitiauerit . ad quod indu-
cit verbum, diſſimulari,quod potius facit contra : quia non a-
gitur ex præterito : ſed in futurum ex illo verbo propterea . ſe-
cundò legitur,quod vitiätur,& quod hic tenet ex noua appro-
batione , quos omnes tenent hodie . & licet Goff. dixerit hanc
diſſimulationem non eſſe diſpenſationem , Inn. melius dicit,
quod immo alias faciliter eſſet dicere,quod diſſimularetur,vt
iſti remanetent in adulterio.dicit etiam Inn. quòd licet diſpen
ſatio fuiſſet impetrata,non erat facta , vt quia executor facien-
do non fuerat executus,probat verbum,obtinēdo,quod com-
muniter reprobatur,propter verbum, obtentam , quod ſequi-
tur & verbum obtinendo refertur ad tempus , quo fuit petita ,
antequam concederetur. Opp. primò tunc ad tex.& ad præce-
dentem ſolutionem,ꝙ immo cauſa falſa non vitiet. inſtit. qui
manumitti non poſſunt.§. ſemel,& de aliis iuribus all. in gloſſ.
pc.in prin. Hoſtien. ſoluit quod §. ſemel.loquitur in libertate ,
quæ eſt fauorabilis.ſic & alia iura contraria ponunt caſus fauo
rabiles,vt in legato & ſimilibus,hic in diſpenſatione,quę eſt o-
dioſa.ad hoc de fil.presb.c.1.& 2.lib.6.de præbē.non poteſt.eo.
lib. Opp.ad hanc ſolutionem : quia etiam in diſpenſatione fa-
uorabili falſa cauſa uitiat l.demonſtratio.§.1. ff.de cond.& de-
monſt. Sol. ibi cauſa exprimitur per viam conditionis.Secus ſi
non per viam conditionis,vt ibi diſtinguitur. Opp.ſecundò ad
hoc,quod etiam ſi exprimitur non cōditionaliter vitiet . C.de
falſa cauſa.l.prima.ibi eſt expreſſus tex.Sol.ibi teſtator non erat
1 alias legaturus. Vt ergo concludas an,& quando falſa cauſa † vi
tiet,primo præmitto,quid eſt cauſa : & quia reperitur demon-
ſtratio,reperitur conditio,reperitur modus , de quo de reſcrip.
ſignificante.De ſecundo & tertio.de cond.app.verum.& quan
do reperitur cauſa de qua hic etiam de omnibus iſtis per glo. ff.
de cond.& demon.in rubrica, & plenius de conditione. eo.tit.
l.prima per Bar. De demonſtratione. eo.tit. l. demonſtratio.in
princ. De cauſa ea.l.§.primo.De modo.eo.tit.l.quibus dieb.in
fi.Ad propoſitum diffiniendo cauſam ſic. Cauſa eſt motiuum
quo inducimur ad aliquid faciendum.& per hoc faciliter appa
rere poteſt ex diffinitione, in quo differat cauſa ab aliis trib.ſu-
pra allegatis. Hoc pręmiſſo,an eum quæritur,an falſa cauſa vi-
tiet,diſtingue. Aliquando cauſa apponitur conditionaliter,&
vitiat,dicta l.demonſtratio §.primo. & per hoc do intellectum
huic litterę, alias nō datum.i. ꝙ reſcriptum gratioſum propter
falſam cauſam vitiatur:quia cauſa intelliguntur in vim condi
tionis propter clauſulam,quę ſubintelligitur,ſi præces veritate
nitantur.de reſcriptis.c. 2. ibi idem probatur de reſcripto iuſti-
tiæ,& hęc procedunt in reſcripto conceſſo ad inſtantiam.& ſic
loquitur littera. Secus forte de conceſſo motu proprio per c.ſi
motu.de præb.lib.6.Interdum cauſa exprimitur non conditio
naliter,& tunc aliquando diſponens erat alias diſpoſiturus , &
non vitiat falſa cauſa.l.cum tale.§.falſam.ff.de cond.& demon.
ibi dicitur , ꝙ cauſa legati non coheret legato.i.cauſa, quæ ex-
primitur,non eſt communiter finalis in legato:ſed impulſiua.
interdum diſponens non erat alias diſpoſiturus, & tunc vitiat.
C.de falſa cauſa.l.prima.vbi textus notabilis.& ſecundum hūc
tertium modum etiam procedit littera.quamuis.n.in reſcripto
non ſubintelligeretur clauſula , ſi præces &c. tamen papa alias
erat conceſſurus:quia non faciliter vult a iure communi rece-
derę. de elect. eccleſia 2. Cum autem quæritur, quomodo co-
gnoſcatur,an alias erat diſpoſiturus , dic quod illud coniunci-
tur ex natura diſpoſitionis & coniecturis . de quibus proſequi-
tur Bar.in d.l.demonſtratio.

SVMMARIVM.

1 *Nepos proprie quis dicatur.*
2 *Deponentes ſuper conſanguinitate neceſſe habent incipere a primo gradu .*
3 *Stipes & filius ſtipitis cenſentur pro eodem .*
4 *Teſtimonium de auditu regulariter non ualet .*

VVanos. Teſtes, qui ſuper conſanguinitate de
ponunt,debent incipere cōputationē
a parentibus,vel germanis. Communis diuiſio.ſe-
1 cunda ibi inquiſitioni. Nota,ꝙ nepos † proprie eſt
a filius fratris [a] vel ſororis,ꝙ facit ad ſtatuta & ꝓ no-
ta.de elec.fundamēta.ver.vt ergo, in uerbo, nepos.No.ꝙ depo
2 nentes ſuper conſanguinitate † neceſſe habent incipere ſaltem
a primo gradu,vt a fratribus. No.per hunc textum not.Hoſt.ꝙ
3 ſtipes,& filius ſtipitis cenſentur pro eodem.& ſic ꝙ prohibitus
contrahere cum ſtipite non poteſt cōtrahere cum eius filio , ꝙ
eſt falſum per regulam,quam habes inf.c.fin.ſ.quoto gradu re-
motior &c.& ſup.eod.c.3. & in arbore , quę regula procedit in
collateralibus. Dic igitur,ꝙ ſunt pro eodem quantum ad effe-
ctum computationis:quia pro vno computantur: quia ſubtra-
hitur ſtipes . vnde in linea aſcendentium eſt perpetua prohibi-
tio , vt dicitur in arbore & ſic non poſſet filia Petturii ſeu ſtipi-
tis contrahere cum abauo,a quo diſtat quinto gradu.& tamen
contrahere poteſt cum propatruo . No.quod de æquipollenti-
bus idem eſt iudicium.concor.in gl.ad hoc de reſcriptis. ſignifi
cante,quod eſt uerum,quando æquipollentia ſunt præciſa, ita
ꝙ non poſſunt alteri conuenire,ſicut paria ſunt dicere,Franci-
ſcus de Zaba.vel doctor,qui legit decretales in tali loco deſcri-
4 bendo conditionem perſonæ. Not.teſtimonium † de auditu [b]
b non ualet regulariter.de teſti. licet ex quadam .

ADDITIONES.

a Fratris. Adde c.per tuas.de prob.c.vnico.de ſchiſma.li.6. c.felicis.in §.cęterū.
de pœnis eo.lib.& in l.1.& 2.ff.de gradibus.

b De auditu. Adde Ant.de But.in c.cum cauſam,de teſti. Arch.in c.hoc videtur,
12.q.5.Ioan.de Imo. & Abb.in c.2.de conſue.Bal.in l.conuenticulam.C.de
epi.& cle.Bar.in tract.de teſte.

SVMMARIVM.

1 *Ius canonum dicitur ius humanum .*
2 *Scientia iuris an ſit proprie ſcientia .*
3 *Soboles idem importat,quod uerbum proles .*

NOn debet. Prohibitio coniugii non exten-
ditur ultra quartum conſangui-
nitatis,vel affinitatis gradum. hoc primo.in ſecūdo
& tertio genere affinitatis , & fortius in ulteriorib.
licite contrahitur.hoc ſecundo . Soboles ſuſcepta ex ſecundis
nuptiis licite computabitur conſanguineis primi uiri. hoc di-
cit tertio.Primò excuſat correctionem iuris antiqui . Secundo
ponit diſpoſitionem ibi,cum ergo.Secunda interſerit,tria prin
cipaliter diſponit. & ibi mutauit.dic vt de conſue.c.fi.& ibi co-
pulanda. de hoc erat ſpecialis rubrica in prima compilatione ,
de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs.& ibi cōtrahentes.i.con-
trahere uolētes.& ibi excedat inter collaterales. ſed inter aſcen
dentes,& deſcendentes ſecundum aliquos, prohibitio eſt per-
petua.quod dic vt in arbore: quia propter conſcientiam multi
dubitantes an ſubeſſet impedimentum non cōtrahebant , qui
alias poterant contrahere . & ibi apoſtolus primæ ad Corinth.
7.ibi corporis,non dicit animæ quantum ad animam,ſi infide
lis diſcedit,diſcedat.inf.de diuor.quanto.& ibi defendatur.ho-
die eſt excommunicatus ipſo iure. cle.eos.eo.tit. Not.ꝙ ſecun-
1 dum varietates temporum &c. No.ꝙ ius canonum† eſt ius hu
a manum.ibi,humana.alibi dicitur diuinum.[a] de iureiur.nimis.
2 Not.ꝙ ſcientia iuris† non eſt proprie ſcientia ſecundū aliquos:
quia eſt de corruptibilibus , & ſcientia de impoſſibilibus aliter
ſe habere.primò poſteriorum. Sed dici poteſt,ꝙ ſciētia iuris eſt
de æternis quantum ad ſuam originem , quæ eſt directio , ſeu
dictamen rectę rationis reſidens in animo legiſlatoris. Iſta nū-
quam variatur.propter hoc tenuit D. meus publice diſputan-
do,& ponit in tractatu ſuo de ſomnio,ꝙ lex corrigens, & cor-
recta idem ſit.& dicit verum.Lex ſua radice: quia ex eadem di-
rectione legiſlator ampliauit ad ſeptimum gradum , & poſtea
reſtrinxit:quia ſic vidit conuenire vniuerſali regimini,per hoc
repelluntur inſulſæ cogitationes logicorum , qui carpūt quod
3 nō intelligunt. No.de verbo ſoboles,† ꝙ idem importat,ꝙ ver
bum proles,coniungendo hunc textum cum c.quia circa. ſup.
eo. Not.qūo hodie reuocata eſt prohibitio in ſecundo & tertio
genere affinitatis.Glo.3.habet duas partes & ibi genere. Mutat
nupta genus:ſed generata gradum:quia ſi aliqua nubit conſan
guineo meo,efficitur mihi affinis,& non conſanguinea, & ſic
alio genere: ſed generata gradum.i. ſi conſanguineus meus in
ſecundo gradu generat aliquem, iſte eſt mihi in tertio gradu .
& ibi:ſed nunquid.ſecunda pars gl. & ibi in uxoribus duorum
fratrum,in quibus adhuc hodie ſecundum Vinc. & Inn. durat
publica honeſtas.ſed errauerunt,& dic ut in gl. In fin.glo.addit
Hoſt.aliam honeſtatem.ſ.eam ,quæ procedit ex cognatione le-
gali optans,vt ex toro tollatur,de quo fuit habitus tractatus per
Gregorium x.in concilio Lugdunen. & multæ fuerunt ſenten
tię in modo tollendi,ſed nihil fuit diffinitum.Glo.ſecundis nu
ptiis in fi.dic,quia nō ſolum ex ſponſalib.de futuro: ſed etiam
de

ADDITIO.

a Diuinum.Adde Card. Ale.in rubr.decreti in 5.col.
Card Zab.ſuper iiij Decret.

Digitized by Google

de preſenti contrahitur publica honeſtas. de deſpon. impuberũ c. vno lib. 6. Ideo melius dicit gl. quam Io. Gl. ſic ergo in fin. ibi Ioan. & uerius. ſufficit. n. conſenſus, etiam ſine uerbis vt dixi de ſpon. tuæ. & maxime hic, quia interuenerant verba, licet ab initio fuerint inefficacia. Quæro quid, ſi coniuncti in quinto gradu vel ſexto vel ſeptimo fuerant ſeparati ante hanc decre. an hac decre. ſuperueniente, firmetur matrimonium. Doct. hoc diſputant, & dic breuiter, ꝙ ſic, ſi apparet de nouo conſenſu, ſicut in quæſtione gl. vt quia cohabitauit. alias autem non.

Vir qui. Glo. remotior. regula textus loquitur de collateralibus.

De frigidis & maleficiatis. Rubrica.

Continuatur ſic. Viſum eſt de impedimentis matrimonii, Verum quia impotentia coeundi habet etiam illud impedire. ideo de illa ſubmittit ſecundum Dama. & Goff. Vel ſecũdum Hoſtiẽ. viſo de impedimento propinquitatis, ponit de impedimento coeundi tantum naturali, de quo inf. e. ſi. & c. laudabilẽ, & c. fraternitatis, quam accidentali, de quo inf. c. ſi. Ideo &c. De materia 33. q. 1. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Vir ſi prouocat ad diuortium aſſerens ſe eſſe impotentem, & mulier fatetur, probatione recepta, ſeparantur.*

2 *Frigiditas tripliciter probatur.*

3 *Iudex in examinatione frigiditatis debet exuberare in probationibus requirendis.*

ACcepiſti. Intricata eſt hæc decre. & legitur pluribus modis tã in primo, quàm in ſecundo reſpõſo. & maxime ꝑ contrarium c. laudabilem. inf. eod. Sed quantum ad textũ ſummari poteſt ſic.
1 Si uir † prouocat ad diuortium, aſſerens ſe impotentem, & mulier fatetur, probatione recepta, ſeparãtur. Sed ſi eccleſia decipitur, reparatur matrimonium. Si vero vxor prouocat, & vir contradicit, dicens ſe potentem, aut incontinenti poſt matrimoniũ, aut ex interuallo. ſecundo caſu mulier non auditur. primo ſic: quia autem iſtud ſummarium nihil conuenit ſecundum ſanum intellectum iurium, licet applaudeat textui. Ideo ſummo aliter hoc c. & c. laudabilem ſic. Si vere probari poteſt impotentia concubitus, præcedens cõiugium ſeparatur. Si autem non uere poteſt probari, tunc expectantur coniuges per triennium, poſt quod ſi iurant, ꝙ dederunt operam copulæ, & non potuerunt commiſceri, ſeparantur. Præmitto pro intellectu, quod, ꝙ dicit textus per verum iudicium, poteſt intelligi, ut dicit glo. inf. eo. laudabilem. id eſt per teſtes, vel per inſpectionẽ corporis, quando clare hoc apparet: vt quia vir eſt omnino aridus in membro, & mulier omnino clauſa. Secus ſi non omnino liquet, tunc non dicitur verum iudicium, vt quia mulier non eſt omnino clauſa licet arcta, ſed tamen non ſic, quin potuerit inter clauſtra fieri commixtio ſeminum. Gl. repenti. ibi, teſtamenti. verum eſt quo ad vinculum. ſed quo ad thorum,
a non, niſi mulier ẽt deliquiſſet. Glo. miſſo. no. glo. ꝙ miſſus[a] dicitur vicarius epiſcopi, alias dicitur nuncius. Glo. videtur. ibi nõ tenet. hoc procedit, quando iſta decr. non erat in hac compilatione, ſed poſt quam fuit poſita, licet ſublata ponentur minus bene dictata. ſaluari tamen debet. Oppono ad textum in prin. de c. laudabilem. inf. eo, vbi nõ fit ſeparatio niſi poſt triẽnium, hic autem ſtatim. Sol. ſecundum Inn. licet intricatiſſime loquatur, ſed reduco ad ordinem breuem & clarum. hoc principium poteſt legi dupliciter. vno modo, ꝙ ambo coniuges confitebãtur impedimentum impotentiæ, & apparebat de incorruptione mulieris & de impotentia viri per aſpectum, & dederũt operam copulæ per menſem, hæc ſimul iuncta ſufficiunt ut fiat ſeparatio. Si autem non ſubſunt hęc adminicula. ſ. de incorruptione mulieris, & de impedimento, tunc præſtantur iuramẽta cum ſeptima manu propinquorum. Vel ſecundo legitur, ꝙ non eſt neceſſe, quod per menſem cohabitant, immo idẽ ſi per diem. Hoſt. aliter legit hoc principium, prout litera iacet, quando vir prouocat ad diuortium, dicens ſe impotentem, & mulier fatetur, ſeparatur, & non eſt vis quanto tempore cohabitauerint. ſed ſi poſtea apparebit, eccleſiam deceptam eſſe: reparabitur matrimonium. Ego dico intellectum Inn. verum, iungẽdo eos ſimul, & probo per tex. ibi per verum iudicium. Dico autem, quod tempus cohabitationis eſt arbitrarium, & conueniens arbitramentum eſt de mente, licet de minori & maiori poſſet iudex arbitrari. de die vero vnica non videtur arbitrandum, cum poſſet eſſe impedimentum accidentale, & faciliter tollatur. & iſtis præſuppoſitis, licet plures ſo. dentur ad c. laudabilem. dic, ꝙ vera ſolutio eſt, ꝙ hic fiebat fides de frigiditate, patet ibi per verum iudicium, & vterque confitebatur, & ideo non eſt opus dilatione triennii, quod procedit præſupponendo, ꝙ vir & mulier ſint plene puberes, alias non poſſet eſſe verum iudicium impotentiæ, ibi alter diffitebatur. non enim ibi exprimitur, quod alter fateretur, nec fiebat fides per verum iudicium. hoc probat text. in c. laudabilem ibi, ſi frigiditas prius probari non poſſit. ergo ſi probari poſſet, ſecus eſſet, vt in iſto c. dico tamen tutius eſſe indiſtincte, ꝙ detur dilatio uſque ad triẽnium. Sed ſi omnino reſiſterent in caſu huius principii, non daretur dilatio. & ſi daretur poſſent appellare. Dantur & aliæ ſo-
b lutiones. vna ſecundum Hoſt. ꝙ hic de plene puberibus[b] ſcilicet 18. annorum in uiro 14. in muliere. & ibi non plene 14. in uiro 12. in muliere, quod eſt diuinare, vel quòd ibi fuerunt pluſ quam per annum ſimul, ideo præſumptio erat de impedimento. hæc no. & tene primam. Per prædicta habes, quid importat dicere verum iudicium, quod etiam ſup. præmiſi. & dicit Inn.
2 quod ad probandam frigiditatem † ſunt tria argumenta. ſ. aſpectio corporis, iuramentum, ſeptem manus propinquorum. Item triennium. Et ſecundum eum diſtrictus iudex examinabit, an præſtari faciat omnia hæc, an duo ex ipſis, an unum tan-
3 tum. & debet potius exuberare propter periculum, † quod eſt in ſeparando. Opp. in ver. illa, quod mulier debeat audiri etiam poſt annum. C. de repu. l. in cauſis. vbi vſque ad duos annos. gl. quę incipit, ergo. ſtat contra & ſic reprobat textum fuit poſita per imperitiam, fuit autem gl. laudabilis & Ala. quæ procedebat antequam hoc c. eſſet reductum ad hanc compilationem. hodie oportet dicere, ꝙ tenet propter procœmium. Inn. aliter legit duobus modis. primò prout iacet littera, ꝙ mulier nullo modo audiatur, ex quo vir contradixit, & imputatur ei, ꝙ tanto tempore tacuit. & eſt ratio, quia poſſet eſſe, quod appareret virgo propter exiguum membrum uiri, vel ſecundo aliter legitur ſecundum eum, ꝙ mulier non auditur. ſ. ſtatim, ex quo prouocat poſt ſex menſes. ſed aſſignatur terminus triennii, vt in c. laudabilem. inf. eo. Hunc intellectum teneo. licet Hoſt. dicat, ꝙ per indicia apparebat contra mulierem, quod eſt diuinare. Vltima pars c. eſt clara, quia concordat cum prin. & dico nullam eſſe differentiã in effectu, an uir prouocet, an mulier, licet non ſic præſumatur pro muliere.

ADDITIONES.

a Miſſus. adde tex. iuncta gl. in c. 1. de immu. eccl. & in c. de parentela. & in cap. epiſcopus 35. q. 6.

b Puberibus. adde l. mella. ff. de ali. & cib. leg. doc. in c. puberes. de deſpon. impu. & in c. quiæ inſulis. de reg.

LAudabilem. Circa c. laudabilem, Inn. quærit de exemplo, quomodo frigiditas probari poſſit. dic ut ſup. dixi. Alia non dicuntur hic per eos.

SVMMARIVM.

1 *Spado an contrahere poſſit.*

2 *Spado quis dicatur.*

QVod ſedem. Not. ex textu, quod nomine impotentiæ intelligitur de ꝑciſa impotentia, iuncta gloſſ. vltima ibi, quæ perpetuo. Item quod proprie dicitur non impotens, qui ſolum temporaliter eſt impeditus. Quæro, quid in ſpadone
1 † an contrahere poſſit. [a] Spado †[b] dr̃, cuius alter teſticulus eſt
a amputatus, gl. tenet ꝙ contrahere poſſit. ff. de iure dotium l. ſi
2 ſerua. §. ſi ſpadoni, quando generare poteſt, ut quia caret altero
b genitali tantum, quod etiam tenet gl. 30. q. 7. hi qui.

ADDITIONES.

a Poſſit. adde tex. in l. ſi ſerua. in §. Spadoni. ff. de iure do. gl. in c. hi qui. 22. q. 7.

b Spado. adde tex. in c. ſi per ſortiarios 23. q. 1. & in l. Spadonem. ff. de excu. tu.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi eſt adeo arcta, quod cognoſci non poſſit, ſeparatur.*

1 **EX litteris.** Si mulier † eſt adeo arcta, quod cognoſci nequit, nec opere medicorũ iuuari, ſeparatur matrimonium cum cauſa contractum. Communis diuiſio ibi reſpondemus, & ibi inutilis. fortius, quam prius erat. ſed ſi ibi prius erat, ante contractum. Opp. de c. proximo. dic ibi non dicitur, quod ſit matrimonium, & procedit de conſilio illud c.

Conſultationi. Nihil habet, vnde per te vide.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta ad copulam qualiter cognoſcuntur.*
2 *Modus iurandi ſub periculo animæ.*
3 *Fides eſt habitus creatus.*
4 *Impedimentum temporale ad copulam non impedit matrimonium.*
5 *Votum ſine profeſſione poterat olim eſſe ſolenne.*
6 *Lazarus reſuſcitatus an recuperauit uxorem.*
7 *Vir an poſſit obijcere fornicationem mulieri.*

FRaternitatis. Propter arctitudinem mu-
lieris ſeparat matrimoniū,
ſi abſque periculo mortis habilis reddi nequit. rein
tegratur ſi apparuerit poſtea eccleſiam deceptam.
Cōis diuiſio ibi, quamuis, & illa ſubdiuiditur in particulas, quę
patent in tex. ibi, inſtrumentum. quantum ad aptitudinem co
pulæ. No. ex tex. in principio modum cognoſcendi impedimē-
1 ta † ad copulam per matronas, quæ debent eſſe prouidę, quod
dic vt in gl. 1. Et ex hoc not. caſum, in quo teſtis deponit de eo,
ꝙ percipit per intellectum, ꝙ eſt verum in his, quæ nō poſſunt
2 ſine peritia artis vt hic. No. modum iurandi † ſub periculo ani
mæ. ad hoc de probatio. propoſuiſti. Inn. hic tamen non fuit iu
ramentum matronarum, ſed admonitio & atteſtatio epiſco-
pi, & comminatio. ſed debent iurare in fide ſua. ibi: in fide ſua.
a vbi not. poſſe iurari per creaturam. [a] Fides † n. eſt habitus crea-
3 tus. licet Inn. ſentiat, ꝙ ſit quid increatum. de iureiur. & ſi Chri
ſtus. Sed voluit dici incorporeum, & ex hoc nota, ꝙ iſtæ matro
næ debent iurare, ꝙ tenet hic glo. 2. licet quidam contra. ſed te
ne gl. quam tenet Inn. & alij. Et dicit Inn. ꝙ iurauerunt de cre-
dulitate non de veritate. Ego dico, ꝙ iurant de ſcientia, quate-
nus cognoſcibilis eſt per peritiam: ideo recipiuntur prouidæ,
non tamen eſt ſcientia demonſtratiua. Item nota in ver. quam
uis. ꝙ ideo debet formari clara & dearticulata. deſpon. de mu-
liere. In verſ. nos tamen, no. illum tex. ꝙ impedimentum quod
poteſt tolli præter diuinum miraculum, dr̄ temporale. Not. ꝙ
4 impedimentum temporale † ad copulam non impedit matri-
monium. ſufficit, qñcunque hoc detegatur. No. ꝙ ſententia la-
ta ꝯ matrimonium reuocatur, qñcunque docto de errore, ꝙ
dic, vt in gl. in verbo, errorem. in ver. & ſicut. No. quod votum
5 † poteſt eſſe ſolēne ſine profeſſione, ꝙ procedebat olim. hodie
ſecus per c. vnicum, de voto. lib. 6. niſi interuenerit profeſſio, vt
ibi. No. caſum in ver. & ſi prædicta. in fine, in quo mulier habēs
legitimum maritum cum alio ꝯhens & conſummans matri-
monium non eſt adultera, ꝙ procedebat ante hoc c. ſed nunc
non procedit vt in tex. ibi amodo. ſed intelligit gl. t. poſtquam
conſtiterit, ꝙ eſt vxor primi. Inn. aliter exponit. i. poſt hanc de-
ci. Separata. n. propter impedimentum nō debet cum alio ꝯhe
re, & ſi ꝯhit & conſummat, hodie cenſetur adultera. In verſic.
pro hoc, & ver. ſimiliter. No. ꝙ periculum mortis dr̄ ſolum ſuf-
ficiens metus quantum ad terminos c. vnde ſi poteſt reddi ha-
bilis copulæ citra mortem, nō impeditur matrimonium. No.
textum in fin. ꝙ ſententia eſt aliquando in pendenti. de hoc de
ſepul. in c. in noſtra. ꝙ procedit, quia hæc ſententia non tranſit
in rem iudicatam. Opp. in princ. ꝙ archipresbyter cognoſcere
nō debuit de matrimonio. de cōſan. c. t. Sol. hic in commiſſio-
nib. epiſcopi, vel ex alio ſpeciali iure, & dic vt in cōtrario. Oppo
no ſecundo, ꝙ non valuit ſententia diuortii lata per epiſcopū.
debuerunt. n. præmitti iuramenta propinquorum. ſup. c. proxi
mo. Sol. ibi qñ allegatur frigiditas viri. hic quādo allegatur im
pedimentum mulieris, de quo apparenter cōſtabat. propterea
etiam dixi ſup. c. 1. ꝙ ſi conſtaret de impedimento viri, vt quia
habet membrum omnino marcidum, ſtatim ſit ſeparatio. Fa-
teor, ꝙ vtile eſt adhibere multas cautelas. Opp. ꝙ hæc negatiua
fuerit improbabilis, hanc non poſſe eſſe matrem: quia negati-
ua facti. Sol. erat coarctata, ꝙ dic vt de elect. bonæ 1. tangit glo.
& non ſoluit in verſi. nos tamen. Opp. quia impedimentum dr̄
temporale: quia poteſt tolli præter diuinum miraculum, ꝙ ma
leficium non eſt impedimentum perpetuum, cum poſſit tolli
ab eo, vt ab eo, qui fecit, & vltimo ſequitur, ꝙ nō impediat ma
trimonium. Ad quod oppo. de c. ſi per ſortiarias 33. q. 3. gl. quę
incipit argumentum, ſoluit tripliciter. primò, ꝙ illud eſt corre-
ctum. hanc tenet Inn. & tenuerunt alii, ꝯ eſt inf. c. ſequēs, quod
ſm vnum intellectum loquitur de maleficio. ppea gl. ſoluit ſe-
cundò diſtinguens inter impedimentum mulieris, de quo hic
& in illa requiritur, vt ſit perpetuum, & impedimentū viri, de
quo in ꝯrio, quæ diſtinctio nō procedit: quia vir, & vxor nō de-
bent ad imparia iudicari. Sol. gl. ergo eſt, ꝙ eſt perpetuum præ-
ſumptione iuris, & ſic ſæpe contingit. Item poteſt quis eſſe ma-
leficiatus cum viro, & non cū reliquo, & perpetua cā cum vna.
Finge. n. ꝙ maleficiū fiat in populo, vel moriatur qui fecit. cō-
cludo, ꝙ habetur pro perpetuo impedimento, donec diſſolua-
tur. ſufficit. n. ꝙ poteſt eſſe perpetuum. l. ſufficit. ff. de condit. in-
debi. ad hoc de reſcriptis c. ſi. li. 6. & c. ſi gratioſe. Sed qñcunque
apparebit, ꝙ fuit temporale, reuocabitur ſeparatio. & not. glo.
quæ vult requiri, ꝙ maleficium præceſſerit matrimonium. &
dicit Hoſt. vtile fore, vt fieret conſtitutio, vt præſumeretur præ
ceſſiſſe, ꝙ mihi placet, & expedit. habes concluſionem in hoc
negocio. Opp. in eodem ver. ꝙ non ſequitur, ꝙ licet mulier ſit
apta ſecundo, ꝙ ſit per hoc apta primo. cuius ꝯrium dr̄ in tex.
ibi cuius ſimili. Sol. quidam tenent, ꝙ ſi omnino apparebat in-
habilis, primo, tenet matrimonium cū ſecundo, quod tenet gl.
quæ opi. eſt falſa, & ꝯ textum. nam quod eſt apta. ſecūdo, infer-
tur neceſſario, ꝙ impedimentum fuit temporale, ppea dico, ꝙ
ſi ex parte viri nullum ſubeſt impedimentum, & ex parte mu-
lieris eſt ſublatum quo ad vnum virum, intelligitur ſublatum,
quo ad omnes. Ex quo no. ꝙ mulier apta vni viro eſt apta om-
nib. ibi, cuius ſimili. Inducitur iſte textus ad quæſtiones. nā hic
vr̄, ꝙ id, quod fit ope diuina, cenſeatur miraculum. Nunquid ſi
b mortuus ſurgit, vt in Lazaro, [b] miraculo diuino, poterit repete
6 re vxorem † bonā, vel beneficium ſi erat ſacerdos, nunquid de-
bebit ordinari aliter, vel ſimoniacus, an teneatur monaſterio,
c vel ſi baptizatus [c] an iterum baptizabitur, vel ſi baptizabitur,
vel ſi qua priuilegia perſonalia habebat, ſint extincta. de quib.
quæſtionib. vide 32. q. 7. c. huius 7. q. t. nos. & in quæſtione Bri-
xien. arg. quod de vxore arguitur, ꝙ non recuperatur, quia ſolu
ta eſt per mortem a lege viri de ſecū. nup. c. ſi. & pen. In ꝯrium
non dr̄ mortuus, ex quo cito reſurgit. de pen. diſt. 1. diuortium.
d Item ceſſante cauſa, ceſſat effectus [d] quæ duæ rōnes faciunt ad
omnia quæſita. Quid cōcludemus? Hugo. Vinc. Inn. & Lau. te-
nent de omnib. ꝙ non recuperant. Can. ꝯ. Dic aut eſt probabi-
le dubium, an obierit, & habetur pro non mortuo. Aut cōſtat,
vt quia tot dieb. non vixiſſet ſine cibo, & tūc dic, ꝙ quædā ſunt
qualitates inhærentes animæ vt baptiſmus, qui imprimit cara-
cterem, vt not. 32. q. 7. ca. 2. & iſtos non perdidit, & ſic ēt dico, ꝙ
non deſiit eſſe profeſſus: quia per profeſſionē principaliter ob-
ligabatur Deo, vt no. de cond. app. c. 2. & fi. cui Deo nō eſt mor
tuus. pro hoc gl. in d. c. 2. Idem dico de ordinib. ſacris, vel nō ſa-
cris, qui imprimunt caracterem. Quædam ſunt qualitates con
tingentes mixtum: ſ. corpus & animam, & iſtę diſſoluuntur, &
ſic diſſoluitur matrimonium d. c. pen. & fi. de ſecun. nup. vnde
non recuperaret coniugem. Quædam, & tertiò ſunt qualitates
extrinſecæ, vt eſſe diuitem, habere beneficia, & ſimilia. de iſtis
eſt certum ꝙ extinctum nō recuperatur. Pro prædictis omnib.
facit ille textus, quia reſurgere eſt miraculum, & ſic quæ extin-
cta ſunt per mortem nō reſurgunt. In ver. & ſi prædicta. oppo-
7 no, ꝙ nō poſſit unquam vir † obiicere fornicationem mulieri,
qñ ꝯxit cum ſecundo in facie eccleſiæ, cum licite potuerit, ex
quo erat ſeparatum primum matrimoniū per iura, quæ alleg.
in gl. in ver. fornicario. Sol. quia iſta gl propter opi. nō bene hu-
ius verſiculi referat intellectū, dic, ꝙ qñ pp impedimentum na
turale ſeparatur vxor a viro, vt quia arcta: nō debet mulier al-
teri nubere, ex quo impedimētum ſurgit ex parte mulieris. ho-
die ergo poſt hanc deciſionem ex eo ipſo, ꝙ ꝯhit cum ſecundo
mente eſt adultera, & in prima copula realiter eſt adultera. nō
. n. debuit alteri, quam primo cōmiſceri. Sed ante hoc c. ſi nube
bat in facie eccleſiæ non poterat opponi fornicario, ſeu adulte
rium mulieri: quia nondum erat declaratū, ꝙ non teneret ma
trimonium cū ſecundo, & hoc eſt, ꝙ vult dicere textus in verſi.
nā ſi tm̄, & debet exponi amodo. i. ex quo emanauit hęc decre.
quæ decidit, ꝙ indiſtincte cenſenda eſt primo. Ex cuius primi
facto nō ſurgebat impedimētū. & per hoc ceſſant itricationes
gl. de hoc dixi ſ. in notatis. nec cōtingit, ꝙ ſit apta uni, quin &
alteri ſaltē taliter, ꝙ ſine copula alterius viri apta reddi poteſt.
In verſi. per hoc: dic, ꝙ qñcunque quęritur de ineptitudine mu
lieris, dēt omnia experiri, & ſi ēt appareret ſubeſſe periculum
mortis in inciſione, ſi tn̄ mulier ſe ſubiiceret periculo, & redde
retur apta, iudicabitur primū matrimoniū eſſe ualidū: ſed non
tenet̄ ſe ſubiicere periculo. ſic intelligo iſtū ver. Verſiculus ſimi
le eſt clarus: quia incōtinenti poſt copulā cū ſecundo dēt reddi
primo: quia apparet impedimentū cū primo fuiſſe tpe. ſup. ver.
quis: & hoc vult dicere litera ī ſi. Finale iudiciū. i. ſnīa, an ſit ma-
trimoniū cū primo pēdet ex futuro euētu, vtrū. ſ. impedimētū
fuerit

ADDITIONES.

a Per creaturam. adde doc. in c. 2. de ſpon. c. quærelam, ne præla. vi. ſuas. Arch. in c. 1. de ſepul. lib. 6.
b In Lazaro. adde Spec. tit. de ſta. mo. ver. 15. quæritur. Pet. de Anch. in clem. vni de teſt. Ang. & 10. de Imo. in l ſi marito. in prin. ff. ſol. mat.
c Si baptizatus. adde gl. in verbo nunquam in c. licite 32. q. 7. Abb. in c. non poteſt in 1. col. de re iu. Abb. in c. 2. ad fi. primę gl. de cle. excom. mi.
d Effectus. adde c. cum ceſſante. de appel. & glo. in verbo, deſtruxit, in c. quia ſancta 62. diſt.

Card. Zab. ſuper iiij. Decret. C 2

Digitized by Google

fuerit temporale vel perpetuum, quod dic vt ſup. dixi quod eſt verum in illa materia.

S V M M A R I V M.

1 *Virginitas qualiter probari debeat.*
2 *Iudex ex officio multa ſupplet in proceſſibus ſuper diuortio.*
3 *Matrimonium eſt contractus habens vim de iure diuino.*
4 *Impedimentum præſumitur, ſi in multa cohabitatione viri & mulieris copula non interceſſit.*
5 *Separatio an debeat fieri propter maleficium.*
6 *Matrimonium per quæ verba fuit inſtitutum.*

LIteræ. Legitur duob. modis. vno modo in gl. ꝙ loquitur de maleficio, & hęc eſt cōis lectura, ſm quam hoc dicit. Si maleficiatus non poteſt cognoſcere vxorem, cui cohabitauit per triennium, eis hoc iurantib. cum ſeptima manu propinquorum ſeparantur. Legitur ſecundò in frigido, & ſic legit Inn. Sed hæc lectura communiter non approbatur. Communis diuiſio. ſecunda ibi, quocirca. Nota libellum, quādo petitur ſeparari matrimonium. ponitur hic formaliter, ibi dictus M. vſque ibi, prædictus vero. Nota ibi, non habebat &c. quod ſufficit generaliter narrare de impotentia: nec expedit, ꝙ mulier dicat cauſam, vnde ſurgat impotentia. de iud. dilecti. quod procedit, quia poteſt ignorari hæc cauſa. Item ſufficit quęcunque impotentia ad copulam, dummodo perpetua ſup. c. laudabilem, ꝙ tenet Hoſt. Sed ſi mulier ſuccumberet, nunquam audiretur amplius: quia intelligitur deduxiſſe omne ius ſuum in
a iudicio. gl. eſt 34. q. 1. §. 2. Nota, ꝙ virginitas[a] † probatur per a-
1 ſpectum matronarum expertarum ff. de ventre inſpi. l. 1. ſup. c.
2 proximo in prin. Itē † ꝙ in talibus proceſſib. ſuper diuortio iudex ex officio multa ſupplet. hic enim ex officio fecerunt inſpici per matronas: interrogarunt presbyterum parochianum, &
3 multa alia fecerunt. No. ꝙ matrimonium † eſt contractus ha-
b bens vim de iure diuino[b] ibi Deo qui & glo. all. concor. Not. ꝙ
4 præſumitur † impedimentum, quādo in multa cohabitatione viri mulieris copula non interceſſit. Eſt. n. impoſſibile probari impedimentum proprie; ſed ſic cognoſcitur ex pręſumptione. Opp. ꝙ non debeat fieri ſeparatio, ex quo aſſerebat vir ſe habilē cum alijs ad copulam ſup. c. proximo. vbi ēt ſeparatio facta reuocatur, hoc conſtito. dic vt in gloſ. 2. Aliud in frigido, de quo ibi. Aliud in maleficiato, de quo hic, qui poteſt eſſe impeditus cum vna & non cum alijs. hunc intellectum approbat Hoſt. Io. And. & omnes. primò per hunc tex. quo dicebat ſe habilē cum alijs. Item quia infra imponitur pœnitentia, quę non haberet locum in frigido, ſed maleficiato, ꝙ maleficium per pœnitentiam ſolet abſolui. Sed frigiditas tanquam vitium naturale eſt perpetuum. Item ſi conſtat de frigiditate ſufficienter, non expectatur triennium. ſup. eo. c. primo, ꝙ neceſſario expectatur hic: ibi triennium continuum. Et eſt ratio in maleficio, ꝙ non poteſt cognoſci hoc impedimentum apparenter. Inn. autem tenet, ꝙ etiam in frigido procedit textus, & ad id, ꝙ dicit vir ſe non impeditum cum aliis, dic, ꝙ fuit allegatio viri: nec probauit, immo contrarium dixit parochialis ſacerdos. Sed adhuc reſtant contra hanc lecturam alię rationes prædictæ. Ideo tene primam. Contra quam oppone, ꝙ nunquam propter malefi-
5 cium debeat fieri ſeparatio: † quia poſſent confingi fraudes: vt vir, q potuiſſet contraxiſſe cum aliqua, abſtineret ab eius copula per triennium & vltra. & fieret ſeparatio, quia non poſſet probari falſum eſſe, cum non eſſet maleficiatus. Sol. ideo adhibentur iuramenta propinquorum, qui iurent, ꝙ dederunt operam copulę: vnde expedit, ꝙ iſti ſint conſcii de coniecturis. & licet non honeſte poſſint eſſe conſcii de coniecturis proximis, ſufficit ꝙ de ſatis proximis; vt quia deponant ſibi conſtare, ꝙ cohabitarunt in eodem lecto &c. tunc. n. ſurgit pręſumptio impedimenti neceſſaria, ex qua fit ſeparatio. Et ſic no. caſū, in quo ex probatione coniecturali de impedimēto fit ſeparatio. Dico autem iudicem debere ſuperabundare inquirendo de cōiecturis, vt nulla fraus confingatur, ibi ne in fraudem &c. in quo exuberat officium eius. Per hoc etiam dico, ꝙ gl. vlt. in fi. quæ dicit ſi alterum omittatur, nihilhominus tenere ſeparationem, non eſt vera. licet enim virginitas probetur per aſpectum ſolum, & ſic intelligendo, glo. eſſet vera: ſecus tamen de maleficio, ꝙ eſt improbabile per aſpectum. Ex prędictis concludo, ꝙ adhuc hodie dicat impedimentum maleficii: tamen non debes eſſe pronus ad ſeparationem propter maleficium. Quæro per quæ ver
6 ba fuit inſtitutum matrimonium. † gl. dicit, ꝙ per illa, creſcite
c & multiplicamini,[c] quod non eſt verum. quia iam erat inſtitutum: vnde communius tenetur, ꝙ per illa verba, hoc nūc os
d ex oſſibus meis,[d] quæ prolata ab Adam emanauerunt ore prophetico. Gen. 19. de hoc not. ſup. de biga. debitum 27. quæſt. 2. in prin. Quæro, a quo tempore computetur triennium, in quo debet cohabitare, de quo in textu. dic, quod quomodocunque cohabitauerunt triennio continuo ſufficit, & pondera continuum. Ex quo textu no. quod tempus cenſetur vtile, niſi exprimatur, quod ſit continuum, quod eſt falſum. immo econtra no. in cle. vna de in integ. reſt. ff. de diuerſis & tempo. pręſcrip. in rubrica, & l. 1. nec textus dicit contrarium. hic enim expreſſit, vt nulla interueniat interpellatio ad tollendas opi. de quib. de elec. cum in cunctis. de quo no. Arch. 33. quæſt. 1. in ſumma. & licet aliqui dicant, quod currit ſolum a tempore quo fuit ſtatutum, contrarium probat littera, quia hic non fuit ſtatutum. quod tenet Inn. & alii.

A D D I T I O.

a Virginitas. adde Feliſnum in c. cauſam in 4. not. de prob.
b Diuino. adde tex. in c. ſicut non omnis 32. quæſt. 2. tex. ca. 1. de voto. lib. 6. glo. ſum. 27. q. 2. Abb. in c. tuæ. de ſpon. Car. in c. præterea. in fi. de ſpon.
c Et multiplicamini. adde c. 1 32. q. 2. originaliter Gen. 1. c.
d Ex oſſibus meis. adde c. debitum. de biga. glo. ſume. 27. q. 1. gl. in verbo, vaticinabatur in §. adam. de pęni. diſt. 2.

De matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ. Rubrica.

Continuatur ſic. Poſt impedimenta matrimonij quæ dirimunt, de interdicto eccleſiæ, ꝙ ſolum impedit, ſed nō dirimit, videamus. Goff. Hoſt. & omnes. De materia 33. q. 4. non oportet. cum tribus c. ſequentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Frater contrahit pro ſorore ſi eſt præſens, & conſentit.*
2 *Matrimonium de futuro per conſenſum tacitum non fit de præſenti.*
3 *Iudex curare debet, ne ſit contemptibilis.*

LIteræ. Primò facti narratio. ſecundò reſponſio ibi mandamus. In ſumma dicit. matrimonium contra interdictum eccleſiæ, vel iudicis contractum tenet. ſed imponitur contrahentibus pœna, donec cognoſcatur cauſa impedimenti. hoc dicit totus iſte ti-
1 tulus. No. quod frater † cōtrahit pro ſorore, ſi eſt præſens & conſentit. ſed hoc poteſt etiam quilibet extraneus. Soli uero parentes ſecundum Inn. contrahunt pro filiis pręſentibus & tacentibus. pro hoc de deſpon. impuberum c. vno lib. 6. Not. quod per
2 conſenſum tacitum, vt per amplexus, matrimonium † de futuro non fit de pręſenti. hoc eſt verum, quando fuit ex toto de futuro. Secus ſi fuiſſet de præſenti, quantum ad verba, licet iuris interpretatione eſſet de futuro, vt inter impuberem, vt in d. ca. vno. Not. quod ſponſa fratris de futuro, cum qua frater contrahit de pręſenti, matrimonium eſt nullum, quod eſt propter pu-
3 blicam honeſtatem. de ſpon. ad audientiam. Not. quod iudex debet curare, ut non ſit contemptibilis, & punire poteſt ex officio contemnentem. alia dic, vt in gl. quod autem dicit in fin. de menſe, fuit arbitrarium.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex præcipiens ſub pœna excommunicationis, ſi quis contra faciat, eſt excommunicatus.*
2 *Iudex, a quo appellatur, poteſt percipere appellanti, ne aliquid innouet pendente appellatione.*

EX literis. Primò, narrat factum. ſecundò committit ibi: mandamus. Nota ex tex. iuncta gloſſ. quod ſi iudex † præcipit ſub pœna ex-
1 communicationis contra faciens nōneſt excommunicatus, quod dic ut in glo. 2. & no. de ſagitta. cap. vno. No. quod ſententia fertur ſub cōditione, & valet, quod eſt verum, quando eſt conditio non extrinſeca, ut erat hic, vt abſtineret a cohabitatione tertii, donec cauſa impedimenti finiretur. Not.
2 quòd iudex † a quo appellatur, poteſt præcipere appellanti, ne aliquid innouet pendente appellatione, quod no. hic glo. nota, quod. dicitur de appell. cum teneamur. Et dicit Inn. ſpeciale in hoc caſu matrimonii propter periculum animæ. alias ex quo iudex detulit, vt hic, caret omni iuriſdictione in illa cauſa. de appel. cum appellationibus, lib. 6. Not. quod interdictum iudicis non inducit nullitatem actus contrafacti in ver. licet. quod tamen dic, vt no. gl. de ſpon. duorum, c. pen.

DE muliere. No. ꝙ excõmunicatio aliquãdo tollitur, non interueniente abſolutione, vt hic in gl. a. quod pleñe examinatur de æta. & quali. cum bonę. & quantum ad caſum c. dic non neceſſariam abſolutionem: ſaltẽ hoc eſſet tutius, licet de iure non neceſſarium: quia finita cauſa, erat ſublata, cum conditio penderet ex faciendis in iudicijs.

Qui filij ſint legitimi. Rubrica.

Continuatur. viſo de impedimentis matrimonij, quia interdum filii ex eo nati cenſentur illegitimi: igitur &c. de materia 26. diſt. deinde 31. diſt. ſi quis viduam. cl. 1. 15. q. vlt. cum multæ. 32. q. 4. dicat. & c. ſi. 35. q. 7. c. vno.

S V M M A R I V M.

1 *Genitus, ex ſoluto & ſoluta legitimatur per ſequens coniugium.*
3 *Maritus dicitur pro uxore agere.*
3 *Iudex in ſententia poteſt exprimere in eum conſequentia, quod non eſt ſuæ iuriſdictionis.*

1 COnqueſtus. Genitus † ex ſoluto, & ſoluta legitimatur per ſequens coniugium parentum. primo impetrantis querela. ſecundo commiſſio ibi: ideo-
2 que. No. ꝙ maritus † agit pro vxore. quod dic, vt ſup. de proc. conſtitutus. vbi not. Oppo. ad textũ, ꝙ maritus non audiatur pro vxore ſine
a mandato:[a] quia nemo pro alio auditur ſine mandato. de proc. c. 1. Sol. auditur tanquam coniuncta perſona. C. de procu. l. maritus. ibi gl. dicit, ꝙ ſi non habet mandatum ab vxore, auditur in omnib. cauſis vxoris. Sed ſi habet mandatum in aliquib. cauſis, in alijs non auditur; quia vr̃ prohibitus. de pręſump. nonne. ff. de iud. l. prætor. hanc glo. damnant vltramontani: quia inductum ad extenſionem, non debet inducere diminutionẽ. dic ergo, ꝙ in alijs caſib. poteſt audiri iure cõi, tanquam coniuncta perſona, de quo clarius de procu. conſtitutus. Opp. ꝙ papa non debuerit iudicare de cã hæreditatis inter laicos inf. c. cauſam. el 2. gl. dupliciter ſoluit. primo, ꝙ hæc incidẽter: ſed principaliter de filiatione, quæ ſolutio non vr̃ procedere, cum cauſa filiationis & hæreditatis ſint ſeparabiles. Aliter ſolue, ꝙ terra erat de tẽporali iuriſdictione papæ, quæ diuinat. Inn. ſoluit ꝙ Papa nõ pronunciat ſuper hæreditate: ſed ſuper legitimitate, vt occaſione legitimitatis hæc mulier nõ turbetur in hæreditate. ad hoc inf. c. perlatum. ꝙ no. pro quo eſt tex. ibi, hac occaſione. Ex quo no. ponderanda verba ſententię. poteſt. n. iudex pronunciare ſu-
3 per eo, ꝙ ad ſe non pertinet in vim cõſequentiæ. Ex † quo etiã no. ꝙ id, ꝙ ſequitur ex ſententia, poteſt iudex exprimere, dum ſentẽtiat, ẽt ſi ſuper illũ nõ habebat iuriſdictionem. & ad c. cauſam, dic, ꝙ ibi quæſtio natalium, & quæſtio ſpoliationis ſunt omnino ſeparatæ, cum agenti ſuper ſpoliatione non poſſet referri quõ de dominio. ſic etiam nec de natalib. hæc fuit opin. domini Recuperi. Item ſo. Inn. coincidit cum prima ſolutione glo.

A D D I T I O.

a Sine mandato. adde doc. in l. maritus. C. de procur. & in c. ex parte. & ibi Abb. de confeſſ.

S V M M A R I V M.

1 *Conceptus habetur pro nato, quando agitur de eius fauore.*
2 *Summarie cognoſcitur in cauſa filiationis non ſolum in proſequendo, ſed etiam in probando.*

CVm inter. Geniti, vel concepti ex matrimonio ꝯtracto in facie eccleſię legitimi ſunt, ẽt ſi poſtea matrimonium pronuncietur nullũ, vel fiat diuortium, ꝙ eſt idem. primò præmittit cãm diffinitionis. ſecundo diffinit ibi, ideoq;. No. ꝙ conceptus
1 † habetur pro nato, qñ agitur de eius fauore, ꝙ dic, vt in glo. 3. Op. primò ad fi. ꝙ conceptus nõ hẽatur pro nato 15. q. vlt. cum multæ. de conſe. diſt. 4. firmiſſime. So. vt in gl. 3. ꝙ ſi agitur de fauore eius, habetur pro nato. C. de naturali. lib. l. nup. in fi. Secus ſi de odio. Opp. ſecundo ad idem de l. vlt. C. de lib. cã. vbi põderatur ſententia lata ꝯ mentem, vt talis cenſeatur partus pendente iudicio conceptus. So. quia gl. pen. non ſoluit. Illud ideò eſt, quia poterit eſſe fauor concepti, vt ſi mater pronunciabitur legitima & libera. Si. n. conceptus ante ſententiam cenſeretur natus, tunc remaneret ſeruus, ſi ipſa pronunciabitur ſerua: nõ ſpectatur ſententia. Opp. tertio, ꝙ non ſufficiat, ꝙ matrimonium fuerit ꝯtractum in facie eccleſiæ, cum potuerit eſſe, ꝙ vterque cõiugum ſciuerit impedimentum, tunc proles eſt illegitima. de clan. deſpon. c. ſi. dic vt in illo c. & hanc intellige ſimilẽ. Quero quarto pone ꝙ lata eſt ſententia diuortii, & fuit appellatũ. nunquid filij interim nati cenſentur legitimi? dic, ꝙ ſic, ſicut ſi ante ſententiam: quia appellatio extinguit, vel ſuſpendit pronunciatum de offi. deleg. paſtoralis. de iureiur. venientes l. 1. ff. ad turp. Et
2 quia glo. vlt. dicit ſummarie cognoſci, † qñ mouetur q̃õ alicui, ꝙ non ſit filius, intelligitur non ſolum ad modum proſequendi: ſed ẽt ad probationis modum: vnde modica ẽt præſumptio ſufficit, ꝙ ſit filius l. ſi. ff. ad carbonianum. de lib. agno. l. ſi quis a liberis §. ſi vel parens. & ꝙ no. l. 1. ff. de præto. ſtip. per Dy. & Bar. Vltimo, quia papa vr̃ ſe impedire de hæreditate, poteſt opponi & ſolui vt ſup. c. proximo. hic enim fortius indicat, quid ſit de iure, & non proprie pronunciat, quod dic vt ſup. c. proximo.

S V M M A R I V M.

1 *Viri & mulieris dicto ſtatur dicentium, quem non eſſe eorum filium.*
2 *Vir & mulier ſi nutriunt aliquem, tanquam filium, non per hoc probatur poſſeſſio filiationis.*
3 *Indicia an ſufficiant ad probationem.*

1 TRanſmiſſæ. Statur dicto viri & mulieris, † qui negant aliquem filium, niſi ꝯtrarium probetur, ꝙ probari poteſt indicijs & te ſub. hoc dicit. Cõis diuiſio ibi, cum autem. Op. primo ad tex. ꝙ decre. nõ pertineat ad titulum. hic. n. quæritur, an ſit filius, ꝙ pertinet ad titulum de prob. non aũt quæritur, de legitimitate. So. per vim conſequentiæ negabatur eum eſſe legitimum. Sequitur. n. ſi non eſt filius, ꝙ nõ eſt legitimus filius: quia negata ſubſtantia, tollitur qualitas. de deſpon. impub. ad diſſoluendum. Opp. 2. ꝙ debuerit pronunciari hunc eſſe legitimum. probatur. n. titulus ex poſſeſſione filiationis: quia nutritus pro filio. ibi quendam puerum nutriuiſſet. Itẽ per famam, quę ſufficiunt. de proba. per tuas. licet. n. fama haberet, ꝙ eſſet ſpurius, non nocebat, cum ſecutum eſſet matrimonium inter parentes putatiuos. facit inf. c. tanta. So. poſſeſſio filiationis non fuit probata, ꝙ tenet glo. 4. in fin. ex qua coniuncta ad tex. Not. ꝙ ſi vir,
2 & mulier † nutriunt aliquem tanquam filium, nõ per hoc ꝓbatur poſſeſſio filiationis. Expedit. n. ꝙ fuerit habitus & tractatus pro filio per parentes & alios, hic aũt tractatus erat pro non filio: quia negabant eum filium, pater & mater. Opp. 3. ſi. n. negabant, ergo erant viuentes, fruſtra ergo quærebatur de hæreditate viuentis l. fi. C. de pac. Soluo vt in glo. 4. quæ tripliciter ſoluit, & tene tertiam: quia primæ diuinant. ſ. ꝙ exponatur negabant dum videbant, ꝙ declarant præcedentes ſolutiones. Ex p̃dictis no. iungẽdo ſolutionẽ præcedẽtis ꝯtrij, ꝙ ſola fama non ſufficiat, vt quis cenſeatur filius. forte aũt non iuuabat ſe iſte ex fama: quia ſi recepiſſet pro ſe, teneretur recipere ꝯ ſe, & ſic, ꝙ eſſet filius non legitimus. ad hæc de cenſi. cum olim. Opp. quar-
a to, ꝙ indicia[a] nõ ſufficiant ad probationem, † vnus. n. teſtis nõ
3 facit iudicium, vt dicit gl. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. & dictũ vnius, dictũ nullius. de teſti. licet, el 1. Sol. alicubi habemus, ꝙ indicia ſunt ſemiplena probatio vt eſt glo. in verbo, indicij. Alibi
b ꝙ plena. dicit. n. gl. ꝙ duo teſtes[b] faciunt indiciũ, de quo not. ff. de q̃õnib. l. fi. Alibi dicit gl. ꝙ indicium eſt minus, q̃ ſemiplena prob. ff. de prob. l. cum probatio. de quo dic, vt dixi de præſumpt. literas Iſte. n. terminus, indicium, eſt æquiuocus, vt ibi eſt dictum. Et no. de indicijs per Bar. in d. l. fi. ff. de quęſt. Quæro, quæ indicia poterit iſte inducere pro ſe. Hoſt. enumerat, vt q̃a pater & mater in ſecreto vocabant, & tractabãt eũ filium, licet in publico pp verecũdiã, poſſunt & alia enumerari, ꝙ p te intellige.

A D D I T I O.

a Indicia. Adde ꝙ indicium eſt minus quam ſemiplena probatio, Ang. in auth. de nup. §. ſi vero vſusfructus l. cum probatio ff. de proba. Alex. in l. 1. § ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. aga. Bal. in l. bonæ fidei C. de reb. cred.
b Duo teſtes. adde Bal. in c. 1. 10. col. de conſue. in vſibus feu.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium ſubſequens cum adultera non facit legitimum ex adulterio ſuſceptum.*

1 CAuſamque. Illegitima eſt ꝓles ex adulterio ſuſcepta, ẽt ſi cũ adultera poſtea ꝯtrahat adulter. primo dictũ. ſecũdo rõ ibi, quia non. Rõ dubitandi in c. quia videbatur, ꝙ cũ Alanus tractaſſet Auelinã ꝓ vxore per ſequẽs cõiugium, eſſet lrĩmata Agatha. Rõ in ꝯtrium, quia nõ lrĩatur proles per ſequẽs cõiugium, ꝙ ab initio nõ potuit eſſe legitimum Inf. c. tãta. ſm hũc intellectũ ſummatur. Sed quia iſte intellectus oĩno nõ probatur ex textu põt intelligi, ꝙ dubiũ erat, quia Alanus erat vir illius Auelinę, quo nõ obſtãte R. pater Agathæ tenebat Auelinã ꝓ lrĩma cõiuge. & hoc pendẽte nata fuit Agatha: videbatur forte hoc ſufficere ad lrĩmationem, & ſecundũ hũc intellectum ſumma ſic. Illegitima

eſt proles ſuſcepta ex adultera etiam tenta pro legitima coninge ab adultero. Ratio in contrarium eſt in tex. & ſecundum intellectum ſecundum, Oppone, quod ſufficiat ad legitimationem, quod Auelina teneretur pro vxore inf. c. ex tenore. Solue vt in glo. fin.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſecularis de cauſa legitimationis etiam incidenter non cognoſcit.*
2 *Excipienti terminus aſsignandus eſt.*
3 *Excipienti incumbit probatio.*
4 *Inſtantia de iure canonico non finitur triennio.*
5 *Naturalis an ſuccedat in feudo.*

LAtor præſentium. Exceptio illegitimationis oppoſita coram iudice ſeculari remittitur ad eccleſiaſticū diſcutienda & terminanda. hoc dicit. primo appellantis conqueſtio. ſecundo commiſſio ibi, ideoque. Not. ꝙ de cauſa legitimationis etiam incidenter non cognoſcit iudex ſe-
1 cularis, † & ſic habes caſum in quo, qui non cognoſcit principaliter, nec incidenter. ad hoc de ordi. cog. tuam. No. ꝙ aſſignatur
2 terminus excipienti, † ſic & alias agenti ut in gl. no. quod. No. ꝙ
3 excipienti † negatiue incumbit probatio, quod eſt, quando eſt negatiua qualitatis, ſicut hic, quem non eſſe legitimum. ad hoc de elec. bonæ 1. & quod ibi no. Opp. ad textum, ꝙ exceptio illegitimatis non debuerit obſtare in toto iſti R. nam filius etiam non legitimus, vt naturalis, ſuccedit patri ab inteſtatio in duab. vnciis. C. de natura. libe. auth. licet & in corpore, vnde ſumitur. Sol. vt in glo. prima, quod procedit contrarium, quando non ſubeſt proles legitima. At hic ſuberat. Idem eſt, ſi ſubeſt coniunx legitima: tunc enim excluditur naturalis, de quo in capit. autem. de conceſſ. præben. libro 6. dicit autem Goff. quod ſecundum canones nullo caſu naturalis ſuccedit, cum ſit prohi-
a bitus concubinatus [a] 32. quæſt. 4. nemo. & cap. meretrices. & ſic eſt illegitimus de iure canonico, ſed de iure ciuili concubina-
b tus permittitur [b] ff. de concubinis per totū. pro hoc, quia etiam de iure ciuili natus ex damnato coitu in nullo ſuccedit. auth. quomodo naturales effi. ſui §. fi. quod intellige, quando eſt coitus accuſabilis, vt coitus nefarius, vel adulterinus in auth. prædicta, & no. ibi glo. & inſti. ad orfiic. §. nouiſſime. & ponit Cyn. C. ad orfiici. l. ſi qua illuſtris. nec curo etiam ſi per ſtatutum fieret coitus non accuſabilis. ſufficit enim, quod fuit nefarius ſecundum leges. ſic enim probat ille textus, auth. qui mo. naturales effi. ſui in §. fin. qui ponderat complexum ſcilicet ab initio. licet quidam pridie diceret cōtrarium in quæſtione facti. dic vt not. in dictis locis. & not. Dyn. & Barto. ff. vnde cogna. l. ſi ſpurius. l. hac parte. & l. modeſtinus, quantum autem ad opin. Goff. Hoſtien. eam reprobat. quia etiam imperator damnat illicitum coitum in auth. ſcenicas mulieres. colum. quinta, & vt non luxunetur contra naturam. collati. 6. & qui. mo. natura. effi. legi. §. illud. 6. collat. & tamen admittit naturalem ad ſucceſſionem duarum vnciarum, quod eſt verius, ex quo non habes cōtrarium de iure canonico expreſſum, debes ſtare legi. de no. ope. nunci. cap. primo. Oppon. ſecundo, quod non debuerit ſtatui terminus iſti excipienti ad agendum coram eccleſiaſtico: quia nemo inuitus agere cogitur. C. vt nemo inuitus in rubro & nigro. Sol. vt in glo. quod ex iuſta cauſa hoc fieri poteſt, quod tenet Innoc. dicens iuſtam cauſam: ut quia propter dilationem grauabatur ſtatus alterius, qui infamabatur l. diffamari. C. de ingenuis manu. vel imminebat periculum probationis, vel alterius iuris l. ſi eo tempore. C. de remiſſione pignorum. ad hoc no. de teſti. ſignificauit. Idem etiam eſt in certis perſonis, quæ coguntur agere ex officio, vt tutores & curatores & ſimiles, alias puniuntur l. nomina C. arbitrium tutelæ ff. de nego. geſt. l. ſi autem. vbi de geſtore, idem de adminiſtratore ciuitatis. ff. de admini rerum ad ciui. perti. l. fin. §. quarto. Idem de prælato. de ſupplen. negli. præla. per totum. & idem in ſimilibus. pro hoc ſup. de proba. licet. de fide inſtrum. accepimus. de præben. ſi tibi abſenti. libro 6. ff. de optione lega. l. mancipiorum. Et in hoc dicit Innoc. faciendam cognitionem: an quis ſit cogendus, quod not. tamen quantum ad ca. dici poteſt, quod hic non cogitur agere: ſed præfigitur terminus exceptioni probandæ, quod eſt de iure. de except. paſtoralis. quamuis enim remittat ad eccleſiaſticum, non deſinit eſſe exceptio, remanet enim in ſua natura. Per hoc deciditur quæſtio de ſcholari, qui vellet ire ad partes, & timet, ne creditor impediat eum, vt faciat proclama, ſic & in officiali mittitur proclama in ſindicatu. C. ut omnes tam ciuiles quam cri. l. vna. & poſtea non impeditum recedere. pro prædictis de exceptionibus paſtoralis. Oppo. primo cir-
4 ca prædicta: quia de iure canonico inſtantia † non finitur triennio. de iudi. venerabilis. & tamen papa præfixit duos menſes, quod eſt minus. Sol. iſte terminus fuit arbitrarius, fuit autem præfixus ad conuincendam malitiam excipientis, ſupra tit. primo, cap. primo, vel ne nimis diu impediretur agens, contrarium loquitur de inſtantia cauſæ principalis. Oppo. vlterius, quod non Agatha, ſed ille R. debuerit probare, qui aſſerebat ſe legitimum, negans enim probat eo ipſo, quod non probatur contrarium, & dicēti incumbit probatio. de proba. per totum. l. ei qui. ff. de proba. 5. q. 6. cap. fin. Sol. vt in gloſſ. pen. quod præſumptio erat pro agente, vel dic, quod iſta eſt negatiua qualitatis, quæ eſt probabilis, igitur excipiens probare debet. Fateor tamen, quod ſi nihil probaret, & agens non probaret ſe legitimum, ſuccumberet: quia etiam nullo excipiente ſuccumbit petens hæreditatem, ſi non probaret ſe legitimum: quia illud non ineſt a natura. Oppo. vltimo, quod iudex ſæcularis poſſit cognoſcere de legitimitate incidenter, ſicut & alias cognoſcit incidenter, qui non poterat principaliter. C. de iudi. l. quotiens. de ordi. cogn. l. adire. gloſſ. eſt de reſtit. in integrum. cap penu. Sol. vt in glo. fin. Et dic clarius, quod interdum iudex eſt incapax iuriſdictionis ex toto genere, & tunc ſicut principaliter nequit: ita nec incidenter, ſic eſt hic: quia ſpiritualium laicus eſt penitus incapax. de præſcript. cauſam. Interdum eſt incapax non in toto genere. Exemplum, iudex eccleſiaſticus minor epiſcopo non habet cognitionem cauſæ matrimonialis, & ſic eſt incapax, tamē non ex toto genere: quia non omnium cauſarum eccleſiaſticarum. igitur poterit cognoſcere incidenter. & ſic eſt in contrarius, ad hoc, quod no. de ord. cogn. tuam. de ſen. ex. ſi iudex laicūs. lib. 6. & per Archi. 11. q. 1. in ſumma. Poſſet etiam opponi, quod papa debuerit decidere cauſam hæreditatis, vt facit ſup.
5 c. 1. dic vt ibi. Quæro, quia dixi, quod naturalis † ſuccedit in duabus vnciis. an ſuccedat in feudo, & pone in naturali legitimato. dic ꝙ nō. tex. eſt x. collatione. ſi de feudo cōtrouerſia fuerit c. naturales. Sic nec adoptiuus etiā ſuccedit, vt in illo c. adoptiuus, ꝙ intelligunt aliqui, niſi eſſet legitimatus per ſequens coniugiū inf. c. proximo, ꝙ tenet Iacob. de Belu. in illo c. naturales, & in auth. de inceſtuoſis nuptiis §. ſi. per hunc textum & c. inf. proximum intelligemur, igitur ſm hoc c. naturales, de legitimato alio modo, vt per principem, tales enim diſpenſationes ſunt reſtringendæ. de fil. presbyt. c. 1. & 2. lib. 6. Sed matrimonium eſt res fauorabilis. de re iud. c. fi. inf. tit. 1. vī & de multis modis legitimandi inf. c. per tuas, in gl. & extra glo. pro hac opi. eſt, ſi tenemus librum feudorum non eſſe authenticum. de quo no. in ca. 2. de feudis. ſubtracto. n. c. naturales. de iure communi legitimatus ſuccedit, ſicut ſi ab initio fuiſſet legitimus. in auth. quibus mo natura. effi. ſui in §. reliqui. & quod no. inf. c. per venerabilē. Similē quæſtionē diſputauit Martinus ſill. de nepote legitimo & naturali nato ex legitimato, an ſuccederet in feudo, terminauit ꝙ non. ſicut. n. pater non ſucceſſiſſet: ita nec iſte: quia pater illegitimus non potuit generare filium legitimum auo, & loquitur de feudo auito. l. ult. C. de natura. lib. & hoc tenendo, ꝙ c. naturales. habet vim legis. ſed ſi tenem⁹, ꝙ iura Frederici ſint conſuetudines. idem dixit eſſe dicendū, vbi ſeruantur tales conſuetudines. ſed vbi non ſeruantur, ſtandum eſt iuri cōi ut in lib. feu. de feudi cogn. c. 1. De rigore iuris dicendum vī, ꝙ etiam legitimatus per coniugium nō ſuccedit in feudo: quia c. naturales. loquitur indiſtincte: nec eſt verum, ꝙ legitimatus per coniugiū ſit per oīa legitimus, ſed habetur pro legitimo inf. c. proximo. ibi legitimi habeantur. ſ. interpretatiue. tamen ſuperior diſtinctio ſapit æquitatem. ſed non probatur iure. Quæro an corā iudice eccleſiaſtico, ad quē remittitur cā natalium, erit opus dare libellum. Inn. dicit, ꝙ tutius eſt ꝙ detur, ſed non neceſſarium, cū iudex eccleſiaſticus ſuccedat ſeculari, corā quo non erat neceſſe libellum dari in exceptione de hoc no. Spe. in ti. de ordine cogn. quidam vero dicunt præciſe neceſſariū, cum ſit quæſtio præiudicialis, a qua pendet principale. tene primum. Et idem dico in exceptione vſuraria, ſi agenti in foro ſeculari opponitur, quod inſtrumentum eſt uſurarium, & ſit tūc remiſſio ad eccleſiaſticum, & habes hic, quod acta coram uno iudice faciunt fidem coram alio, etiam ſi non ſint ſubordinati. Item caſum, in quo iudex cognoſcit de exceptione, coram quo ante non erat iudicium de negocio principali.

A D D I T I O N E S.

a Concubinatus. adde Io. And. in regula ſine culpa de reg. iur. li. 6. in mercurialib. Abb. in c. cum ſit generale. de foro comp. Abb. in rub de adul. Abb. in ca. per venerabilem ini. eo. Abb. in c. cum veniſſent de inſt.

b Permittitur. Adde Bar. in l. in concubinatu ff. de concubi. Fre. de Senis conſilio 147. incip. mulier accuſata.

S V M M A R I V M.

1 *Naturales per ſequens matrimonium legitimantur.*
2 *Legitimi an fiant, qui ab initio fuerunt illegitimi.*
3 *Spurÿ an legitimantur.*
4 *Fictio legitimitatis ſequentis non poteſt trahi ad caſum, in quo non potuit eſſe ſubſiſtentia.*

5 Fi-

5 *Filium quis procreat ex concubina, deinde contrahit matrimonium cum alia, qua mortua, contrahit cum concubina, an legitimabitur proles ex ea ſuſcepta.*
6 *Matrimonium ad legitimandam prolem prius ſuſceptam, an ualeat, ſi conſtitutus in extremis contrahat cum concubina.*
7 *Vxore viuente aliquis ex concubina generauit filium, antequam naſcatur uxor moritur, contrahit cum concubina ante natiuitatem prolis: an legitimetur proles.*
8 *Chriſtianus ex ſaracena filium ſuſcipiens deinde contrahens cum ea facta chriſtiana: an cenſeatur legitima proles.*
9 *Filium ex conſanguinea ſuſcipiens & tandem diſpenſatus contrahit cum ea: an legitimetur proles.*

a TAnta. Naturales [a] legitimantur † per ſequens
1 matrimonium: ſpurii nō. hoc dicit. Vel
aliter, nati ex non cōiugibus per ſequens matrimonium legitimantur ſi a principio potuit eſſe coniugium. habet duo dicta. ſecundum ibi, ſi autem. Opp. primò ad
2 principium textus, quod non fiant legitimi, † qui ab initio fuerunt illegitimi ff. de reg. iur. quod ab initio. regula non firmatur. lib. 6. Sol. hoc operatur fictio huius iuris, vt legitimitas trahatur retrò, & ſufficit, ꝙ ab initio potuerunt eſſe legitimi. Op-
3 pono ſecundo ad ſecundum dictum, quod etiam ſpurii † legitimentur, ſufficit, ꝙ res peruenit ad caſum, a quo potuit inchoare. de conuerſi. coniuga. placet. Sol. ſufficit, quando actus ab initio non fuit nullus actu & potentia: vnde in ca. placet. fuit validus, quoad quid. Sed ſpurii non potuerunt eſſe legitimi ab ini-
4 tio etiam in potentia. Fictio † ergo legitimitatis ſequentis non poteſt trahi ad caſum, in quo non potuit eſſe ſubſtantia: præſuppoſito itaque intellectu c. ex prædictis poteſt reddi ratio vtriuſque dicti, & per hæc deciduntur quæſtiones. Pone: ſuſcepit quis filium ex concubina, clericus ſcilicet in minoribus beneficiatus, cum qua poſtea contrahit: an legitimetur? Videtur, quòd non, quia fuit ſpurius per ſecundum dictum Ioan. And. diſputando terminauit contrarium, vt ponitur in regula, ſine culpa lib. 6. Ratio quia non curamus qualitatem illegitimitatis: ſed curamus, an ab initio potuerunt eſſe legitimi, & certum eſt, ꝙ clericus in minoribus beneficiatus ab initio potuit contrahe-
5 re. Pone: procreat quis filium † ex concubina. deinde contrahit matrimonium cum alia, qua mortua contrahit cum concubina. an legitimabitur proles ex ea ſuſcepta? Diſputauit idem Ioan. Andr. & decidit, quod ſic. Ratio: non enim curamus medium tempus in actu non ſucceſſiuo, vt eſt procreatio prolis & ſucceſſio. ſimile de præſcrip. ex trāſmiſſa. Sed incidit quæſtio, quid, ſi ex coniuge extaret proles in caſu præmiſſo, & erat de cōſuetudine, vt primogenitus legitimus ſuccederet, vter ſuccedat, an primogenitus ex concubina vltimo legitimatus: an ſecundogenitus ex coniuge? Decidit ibidem, ꝙ natus ex coniuge: quia fuit primogenitus legitimus. Fictio enim legitimitatis licet trahatur retro: non tamen trahitur in præiudicium iuris alteri quæſiti. de reſcrip. quamuis. & de præbend. ſi pro te. lib. 6. hæc ibi plene proſequitur. Pone, quod in extremis poſitus con-
6 trahit cum concubina. an valet matrimonium † ad legitimandam prolem prius ſuſceptam? quidam, ꝙ non per l. nuper. C. de naturalibus liberis. cum dicit ſpem tollendæ prolis. i. habendæ, quæ ſpes hic non potuit eſſe. dic contra, quod etiam proſequitur Ioan. And. in dicta regula. ſufficit enim, quod non eſt certum eum ſtatim moriturum, cum ſæpe præter omnem ſpem multi ſanentur. Item iſte habet ſpem prolis iam ſuſceptæ, quæ dicitur de nouo ſuſcepta ad legitimitatem. Quæro, aliquis vi-
7 uente vxore † ex concubina generauit filium, antequam naſcatur, vxor moritur, contrahit cum concubina ante natiuitatem prolis: an cenſetur legitima proles. dic quod ſic, vt inf. eo. quod nobis, vt fauorem attendamus, & cenſeamus exiſtentem in vtero nondum conceptum, cuius contrarium præſumitur etiam
8 in eius fauorem ſup. eo. cap. 2. Quæro, chriſtianus † ex ſaracena, vel infideli ſuccepit filium deinde contrahit cum ea facta chriſtiana, an legitimetur? dic, quòd non: quia ab initio non potuit eſſe coniugium 28. q. 3. caue. Pone, aliquis ex conſanguinea ſu-
9 ſcipit filium: † deinde diſpenſatur & contrahit cum ea: an legitimetur? dic quod non, ex vi huius c. ſed diſpenſatio poſſet eſſe talis, quòd ſic. igitur attende formam inf. de priuil. porro & c. recepimus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa legitimitatis pertinet de eccleſiam.*
2 *Eccleſia inter laicos iuriſditionem non exercet.*
3 *Spoliatus ante ingreſſum cauſa principalis uenit reſtituendus.*
4 *Angliæ prouincia tenetur in feudum ab eccleſia.*
5 *Cauſa legitimitatis an omnino pertineat ad eccleſiam.*
6 *Sententia an teneat, ſi quis legitimus vno agente pronuncietur, & alio agente illegitimus.*
7 *Petens ſe pronunciari legitimum, an regulariter admittatur.*
8 *Defenſor ſine mandato an in cauſa legitimitatis admittatur.*
9 *Sententia ſuper illegitimitate an præiudicet principali.*

1 CAuſam. Cauſa † legitimitatis pertinet ad eccleſiam etiam inter laicos. Alia autē ciuilis non. hoc dicit. primò ponitur commiſſio. ſecundo cōmiſſionis forma bimembris: ibi, verum.
2 Not. ꝙ eccleſia † inter laicos non exercet iuriſdictionem, niſi cā
3 ſit ſpiritualis. No ꝙ ſpoliatus † eſt reſtituendus ante ingreſſum cauſæ principalis. & ſic intellige, ꝙ dr̃ ſpoliatum ante omnia reſtituendum, ſic intellige de ord. cog. c. 2. & de reſt. ſpo. in litteris. Oppono primo ad textum, ꝙ Papa potuerit cognoſcere etiam
4 de hæreditate: quia prouincia Angliæ † tenetur in feudum ab eccleſia, & ſic recognouit Ioannes rex Angliæ vt continetur in archiuis eccleſiæ Romanæ. Sol. tempore huius c. ſecus erat. Fuit autem recognitio illa tempore Inn. tertij. vel dic, ꝙ ēt ſi ſit feudum Papa non debet ſe impedire, cum dominium vtile pertineat ad vaſallum. Oppono ad idem. Papa habet plenitudinem
a poteſtatis ēt in temporalibus [a] de maio. & obe. ſolitæ. vnde conſecrat imperatorem, & deponit, de re iud. ad apoſtolicæ. Sol. vt in gl. ſic patet, & induxi de iudi. nouit. & dic, ꝙ licet habeat poteſtatem, non vtitur exercitio in temporalib. & ꝙ Papa ſit plenus dominus in temporalibus & ſpiritualibus, dicitur in extra-
5 uaganti Bonifacij 8. vnam ſanctam. Quæro primò, an cā † legi-
b timitatis [b] pertineat omnino ad eccleſiam. reſpondeo, ꝙ ſic ſecundum Inn. adeo ꝙ pendente cognitione, ſecularis non procedit ſuper hæreditate. de ord. cogni. tuam. Quid ſi quis pronuncietur illegitimus, deinde agit contra illum, qui obtinuit ſuper hæreditate. dicit Inn. ꝙ obſtat exceptio rei iudicatæ, vel doli J. c. 1. Sed nunquid illa ſententia præiudicat quo ad omnes? quidam, ꝙ ſic per c. peruenit, inf. eo. & c. per tuas ff. de libens agno. l. 1 §. ſi. & l. 2. Alij contra, & verius ſm̄ Inn. licet enim ſententia ſuper filiatione faciat ius quo ad omnes: non ſic ſuper legitimitate. quia de hac non eſt iure expreſſum. ideo ſtandum regulæ? Res inter alios acta &c. de re iud. cū ſuper, quod nota. caſus autē aliquos, in quibus res iudicata aliis præiudicat, & facit ius quo ad omnes, proſequitur hic Inn. Quid ſi vno agente pronunciatur quis legitimus, & alio agente illegitimus? dicit Inn. ꝙ vtraq;
6 ſententia † tenet, nec ſecunda fertur contra rem iudicatam, cū inter alias perſonas ſit. Secus ſi inter eaſdem: quia tunc non valeret. de re iud. inter, ꝙ intellige, vt ibi eſt dictum. Quæro aliquis agit de illegitimitate alicuius, qui fuit præſens ſentētiæ, qua fuerat ille pronunciatus legitimus: an audietur inter alias perſonas? videtur, ꝙ nō, ex quo non appellauit. de re iud. cum ſuper. In contrarium, quia regulariter ſententia præiudicat ſolum inter eos, inter quos eſt lata ff. de exc. rei iud. l. ſi a te. & l. quæritur. & l. ſeq. de quo dic vt in d. c. cum ſuper. & c. pen. de re iud. Quæ-
7 ro, an quilibet petens, † ſe pronunciari legitimum, regulariter admittatur. Reſpondet Inn. ꝙ non, niſi ſubſit cauſa, vt quia ageretur de hæreditate, beneficio, ordinibus, vel diffamatur ab alio, & ſimilibus. Et dat Inn. cautelam iſti, qui non poteſt agere vt faciat examinari teſtes ad perpetuam memoriam ſuper legitimitate ſecundum formam c. ſignificauit. & c. Albericus. de teſti. Quid ſi aliquis petit, quem pronunciari legitimum, & alius illegitimum? dicit Inn. primum præferendum tanquā fauorabiliorem. ar. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthum. Ego puto vtrumque audiendum, ſi vtriuſq; intereſt ex diuerſis cauſis. Quæro, an
8 in cauſa legitimitatis admittatur defenſor † ſine mādato. [c] Re-
c ſpondet Innoc. ꝙ ſic: quia lex dicit, ꝙ in cauſa ſtatus admittitur procurator ſine mandato cum ſatiſdatione de rato ff. rem ratā haberi l. procurator. §. ſi quis a procuratore ff. de procu. l. non ſoluti §. ſi ſtatus §. fi. C. de ſatiſda. l. vna. Quæro, quæ erit forma ſententiæ. dicit Inn. ꝙ erit. dicet Iudex cū A. ageret ꝯ B. procuratorem

ADDITIO.

a Naturales. Adde quot modis quis dicatur naturalis tex. in l. §. idem ſermo. de reg. iur. glo. in c. per venerabilem. iſto tit. Specu. in tit. de ſucce. ab inteſta. Et an naturalis cenſeatur legitimus ſi pater eum appellet in filium, uide glo. auth. qui mo. nat. effi. leg. §. ſi uero is qui. & glo. in auth. vt lic. ma. & auiæ. B. in quæſtione incipiente, habent filium naturalem. doc. in auth. item ſi quis. C. de natu. libe. Ant. refert in tract. legitima.

ADDITIONES.

a In temporalibus. Adde Innoc. in c. licet ex ſuſcepto. de foro comp. doc. in c. nouit. de iud. doc. in c. ſi duob. de appell. & in extrauaganti, unam ſanctam.
b Legitimitatis. Adde Bal. in l. 1. C. de bon. libe. & ibi in repe. Spec. in tit. qui fal. ſint legi.
c Sine mandato. Adde l. ſeruum quoque in §. publice ff. de procu. l. furti. in §. 1. ff. de his qui notan. infa. l. feminis. ff. de neg. geſt. doc. in c. ſi. de accuſ.

Digitized by Google

rem vel defenſorem G. ſuper illegitimitate G. nos viſis, & auditis rõnib. partium deinde B. procuratorem prædicto A. cõdem namus, ꝙ ponit Spe. de ſñiæ prolatione §. ſi aũt agit. Sed Hoſt. reprobat; quia non pronunciatur ſuper petito: ideo debet addi ſecundum eum. & pronunciamus G. illegitimum inſ. c. proximo & ſequenti. tamen puto ſufficere formam Inn. vt verbum, cõdemnamus, trahatur ad petita in libello, ſicut de verbo adiudico. habuiſti in c. cum Bartoldus. in fi. de re iud. Quæro præſup
9 poſito præmiſſo themate, an ſententia † ſuper illegitimitate præiudicet principali. dic, ꝙ non. ſi non habebit ratum ſecundum Inn. Sed contra defenſorem competit obtinenti actio ad impẽdia & intereſſe d. l. procurator §. ſi quis ſup. allegata. Quid ſi principalis non obſtante ſententia illegitimitatis præmiſſa petit hæreditatem ab illo A. an poterit agere contra defenſorẽ ad intereſſe hæreditatis? Inn. quod nõ: niſi poſtquam obtinueri hæreditatem: ratio, quia prius non intereſt. poteſt autem ſecundum Inn. qui obtinuit contra defenſorem, agere ad intereſſe pluries, ſi pluries intereſt. vtile autem eſt, vt ſtipuletur ſibi certum intereſſe, ſi non habebit tantum: quia difficilis eſt probatio intereſſe. de quo dicetur de ſen. ex. ſacro. venit autem intereſſe non ſolum ratione damni, quod ſuſtinuit, ſed etiam lucri, ꝙ amiſit l. ſi quo enim §. ſi. rem ratam haberi.

SVMMARIVM.

1 *Mulier per iudicium eccleſiæ ſeparata, viro illo viuente, ſi contrahat matrimonium cum ſecundo, an legitima erit proles ex ea ſuſcepta.*
2 *Diuortium ad inſtantiam mulieris fieri poteſt contra maritum abſentem diu expectatum.*
3 *Errans in iure an excuſetur.*
4 *Epiſcopus aliquando appellatur uir prouidus.*
5 *Citatio ad domum quando agitur contra maritum ab alio quam ab vxore, an ſufficiat.*

1 PErlatum. Si mulier † per iudicium eccleſiæ ſeparata a viro illo viuente contrahit matrimonium cum ſecundo, legitima erit proles ex ea ſuſcepta. hoc dicit, primò facti narratio. ſecundò commiſſio ibi: ideoque. Not. ꝙ contra maritum abſentem etiam non contumacem diu expectatum, poteſt procedi
2 ad diuortium † ad inſtantiam mulieris. Opp. ꝙ mulier non excuſetur: quia ſententia diuorti fuit nulla tanquam lata contra non contumacem ſup. de maio. inter. Item ſpecialiter, quia debuit ſemper expectari, vt lite non conteſt. quoniam §. ſi autem. Glo. ſoluit non eſſe curandum, an valuerit diuortium, ſufficit enim mulieri, quod authoritate eccleſię contraxit, vt filij cenſeantur legitimi, quam glo. no. ſingulariter. Ex qua habes, quod
3 errans † in iure excuſatur, quando agitur de damno vitando, vt in terminis cap. hic ad hoc ff. de acquiren. hęred. l. claudius, & quod ibi nu. Item habes, quòd ſententia nulla parit aliquos effectus ſaltem extrinſecos. ſic eſt dictum in ca. lator. de ſententia & re iudic. quod terminabat proceſſum ipſa ſententia, quando nõ eſt nulla ex defectu iudiciorum: licet alias ſit nulla. Sed quia hæc ſolutio videtur dubia. Item videtur repugnare textui, cum
4 Papa vocet epiſcopum † virum prouidum: videtur, quod non errauerit. Sol. igitur contrarium aliter, quod vir ſe abſentauit in odium mulieris, vel quod fuit inuentus, & citatus, & ſic contumax: Has duas communiter ſequuntur legentes, ſed vtraq; diuinat. vnde ego intelligo aliter tex. vt eſt dictum, notando: propterea dic aliter, vt dixi in §. ſi autem de carnali, vt lite non conteſt. quoniam. Quando autem contra maritum ab alio,
5 quam ab vxore agitur, non ſufficit citatio † ad domum, ſed debet perſonaliter inueniri. Si verò ad inſtantiam vxoris, tunc aut conqueritur de ſola abſentia, & in ęternum expectatur, ſic loquitur ille §. Aliquando petit diuortium ex cauſa rationabili, vt propter conſanguinitatem, & tunc poteſt procedi perquiſito marito, & non inuento, vt in textu ibi: querelam depoſuit. intellige allegando impedimentum canonicum, propter quod non poterat eſſe coniugium. ſic intellige iſtum textum, & ſic ratio, quia imminet periculum fornicationis, ſi non fiat diuortium: vnde ſententia fuit valida in hoc caſu ſpeciali cõtra non inuentum. Ratio eſt reddita ſupra. pro pleniori autem intellectu vide, quod dixi in c. ſi. de eo qui mit. in poſſ. vbi dixi de intellectu huius c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij approbatio facta per eccleſiam legitimat filios illegitimos.*
2 *Approbatio eccleſiæ an proſit filijs.*
3 *Spurij per ſequens coniugium non legitimantur, qui ab initio non potuerunt eſſe legitimi.*

QVod nobis. Habet varias lecturas ſecundum eam, quæ placet. hoc di
1 cit. Approbatio matrimonij † facta per eccleſiam legitimat filios illegitimos, vt natos ex clandeſtino matrimonio ex coniunctis in gradu prohibi
2 to. Oppono ad textum, quod approbatio † eccleſiæ non proſit filijs, cum ſint illegitimi. per cap. fin. de clan. deſpon. ex quo matrimonium fuit clandeſtinum, & ſuberat impedimentum. So. hoc cap. legitur duobus modis principaliter. vno modo ſecundum gloſſ. contrarium loquitur de filiis generatis poſt approbationem, & iſte intellectus eſt indubitatus; quia deſiit eſſe clandeſtinum matrimonium per approbationem ab eccleſia, quod loquitur de generatis ante approbationem, & hic intellectus diuinat. Quidam vt Hoſtien. intelligunt de generatis ante approbationem: ſed natis poſtea, vt ponderetur natiuitas ob fauorem ſupra eod. cap. 2. & ibi no. Alij vt Ioan. And. idem de natis ante approbationem, vt hoc opereretur hæc decre. Nam in c. tanta ſupra eodem matrimonium ſequens legitimat prolem præcedentem, ſic & hic approbatio eccleſiæ quæ ſi fuiſſet ab initio, filii fuiſſent legitimi, vt d. ca. fin. Hoc reprobat Ioan. cal. nam ſicut in c. tanta. per ſequens coniugium non legitimantur
3 ſpurii, † qui ab initio non potuerunt eſſe legitimi: ita & hic, cũ nati vt ſpurii, vt quia ex conſanguinea. ſed reſponde, ſufficit, quod potuerunt eſſe legitimi, ſi approbatio interueniſſet, vt eſt dictum in cap. tanta, & ſic ſummaui: hoc c. tamen de rigore iuris textus non probat hanc approbationem retrotrahi, niſi dictio poſtmodum iſto modo exponatur, ſi qui nati fuerunt de clandeſtino matrimonio poſt modum approbato etiam poſt natiuitatem, & ſic eſt fictio.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus dicitur, qui naſcitur ex matrimonio contracto ab ijs, qui ſciebant inter ſe perpetuum impedimentum.*

REferente. Scientes inter ſe perpetuum impedimentum ſi matrimonium contrahunt, illegitima erit proles. Communis diuiſio. ſecunda ibi reſpondemus. & illa in tres vt tres quæſtiones ſoluit, & ibi paternis. ſecus maternis, de quo dixi in ca. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum matrimonij in facie eccleſiæ contracti ad probandum illegitimam prolem probare non ſufficit.*
2 *Mulieri an incumbat probatio ſuper legitimitate.*

PEruenit. Ad probandum prolem eſſe illegitimam, non ſufficit probare impedi-
1 mentum matrimonii † in facie eccleſiæ contracti. hoc dicit vel aliter. Opponens illegitimitatem propter impedimentum matrimonii non auditur, ſi matrimonium fuit in facie eccleſiæ contractum. primo mulieris querela. ſecundo datio iudicum ibi. Itaque mandamus. Oppono primò, quod opponẽtes debuerint audiri etiam poſt obitum parentum. ſup. eo. cauſam. glo. ponit tres ſolutiones & lec. ad textum. Quarum prima Alani diuinat. Sic & ſecunda. Ideo communis eſt. tertia ibi: vnde dic. Sed quia gloſſ. tangit. an poſt obitum parentum poſſit deduci de ſtatu ipſorum. dic in propoſito, non deducitur ſtatus parentum propter ipſos, ſed propter prolem, quod fieri poteſt, vt in ca. cauſam. præallegato. vſque autem ad quod tempos poſſit accuſari ſtatus defuncti, dic vt in l. r. C. ne de ſtatu defunctorum, & C. ſi reus vel accuſator
2 mor. fuerit, l. fin. Oppono ſecundo, quod mulieri † non debuerit incumbere probatio ſuper legitimitate, ſed opponenti ſuper illegitimitate. ſup. eod. lator. & de ord. col. tuam. hic tamen probauit, ibi matrimonium legitime celebratum. Sol. non dicitur in textu, quod probauerit: ſed ſic narrauit Papæ. vtrum autem probari debeat, conſiderandum eſt, an ſit in poſſeſſione legitimitatis, & non tenetur, an non ſit. & tunc tenetur, ſi vult obtinere hæreditatem. Oppo. tertiò, quòd indiſtincte teneatur probare: nam qui opponit illegitimitatem, deducit negatiuam, quæ transfundit probationem in aduerſarium, vt ecc. beneficia ca. vno. Sol. hæc eſt negatiua qualitatis, & ſic probabilis. de electio. bonæ, el ſecundo, & probari debet, vt ibi, & ſpecialiter ad titulum dic, quod aut opponitur, negando ſubſtantiam filiationis, & tunc qui aſſerit ſe filium, tenetur probare, niſi ſit in poſſeſſione filiationis infra cap. proximo. ſup. c. tranſmiſſe. Aut negat qualitatem, quia fatetur filium, ſed dicit illegitimum, tunc opponens probare debet, vt ſupra dixi, niſi filius peteret, tunc enim debet probare ſe legitimum, vt dictis iurib.

Modo

Digitized by Google

Modo in terminis. cap. non negabatur Lucia filia, ſed negabatur legitima.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtibus probantibus aliquem eſſe legitimum ſtandum eſt, licet fama contrarium determinet.*
2 *Teſtes deponentes de contractu debent deponere de loco contractus initi.*
3 *Iudex ſi innititur pluribus cauſis, licet vna ſit falſa, tamen ſententia tenet.*
4 *Simulatio quid ſit.*
5 *Confeſſio patris in vltima voluntate aſſerentis, quem eſſe filium ſuum legitimum, an probet.*
6 *Iura non multum facientia ad cauſam iuſtam allegare licitum eſt.*
7 *Opinio circa legitimitatem, an veritati præferatur.*

1 PEr tuas. Statur teſtibus † probantibus aliquē
legitimum, licet fama habeat con-
trarium. communis diuiſio ibi, nos igitur. Not. ꝙ
2 teſtes† deponentes de contractu, debent deponere
de loco contractus. ibi: in capella ſancti ſergij, &c. & dicit In-
nocen. de accuſatio. qualiter. 2. partem excuſari, tam propter
obliuionem temporis, quàm etiam loci, tamen ſi non depo-
nit de loco, & non interrogatur, valet teſtimonium. de re iu-
3 di. abbate, lib. 6. & quod ibi not. Not. ꝙ ſi iudex † innititur plu-
ribus cauſis, licet vna ſit falſa, ſententia tenet: hic enim fuit
innixus decre. tranſmiſſæ, quæ non facit. Sed & alijs rationi-
bus probatur præter id, & vltra, pro hoc ꝙ no. Innocen. de re-
nunc. in præſentia. Not. illud plus eſt, quod agitur &c. vt in tex.
4 Ex quo not. quid eſt ſimulatio. † [a] Eſt enim rei aliter exiſtentis
a aliter facta demonſtratio. No. ꝙ cōfeſſio† patris in vltima vo-
5 lūtate aſſerentis quē filium ſuum legitimum, non probat, qñ
ex actibus præcedentibus ipſo facto videbatur dixiſſe contra-
rium, & hæc eſt cauſa ſecundum Innoc. ꝙ non ſtatur dicto pa
6 tris. Not. quòd licitum eſt allegare ad cauſam iuſtam iura †
non multum facientia, quod not. Hoſtien. ibi, non tam. & ibi,
non tantum: & ſic in aliquo innititur, & tñ non faciebat: Sed
poſſet legi priuatum, ideſt nullo modo, & tunc non facit, &
quicquid dicat Hoſtien. Si vis reputari autenticus, caueas ne
alleges ad baliſtam. In gloſ. eo ipſo. ibi: ſi pater habens vt le-
gitimos, vt ibi ar. contra. ſolue vt ſ. cap. tranſmiſſæ, & de poſtu
latione bone. j. Oppono primò ad textum, ꝙ ſoli confeſſioni
patris debeat ſtari. ſ. ca. tranſmiſſæ. Sol. hic non ſtatur ex ratio-
ne, quam dixit. ſ. ſecundum Inno. quia ipſo facto dixerat con-
trarium & hæc eſt ratio diſſimilitudinis inter caſum iſtum, &
illum, melior quàm illa, quam aſſignat gloſſ. lin. dicens, ꝙ ibi
confitebatur contra filium, hic pro: quod nihil eſt: quia con-
trariorum eadem diſciplina. Item ſtatur confeſſioni paren-
tum, quando non præiudicatur alijs filijs: vt in ca. tranſmiſſæ,
hic aūt forte præiudicababatur. verius eſt primum. Oppon.
2. ꝙ primò debuerit infirmare ſententiam iudicis, qui fuerat
innixus ca. tranſmiſſę, ꝙ non facit. ſ. de conceſ. præben. ex par
te. 2. Sol. fuit innixus non ſolum illi capitulo, vt eſt dictum in
notabilibus: ſed etiam probationibus, nec apparet, ꝙ expreſ-
ſerit cauſam in ſententia. Oppo. in verſ. nos igitur. ꝙ plus attē-
7 datur, quod eſt in apparentia, quam quod eſt in veritate. de bi
ga. nuper. Sol. aliquando opinio eſt contra legitimitatem, &
non ſtatur ei: vt hic non ſtatur viciniæ. Aliquando pro ipſa, &
tunc ſtatur. j. eo. ex tenore. vel aliter. in ca. nuper. attenditur ef-
fectus, qui fuit delictum, vt puniatur ille: hic vero oportet cō-
ſiderari naturam facti, ex quo oritur ius.

A D D I T I O N E S.

a Simulatio. adde gloſ. fi in l. pen. C. de iur. & fac. igno.
Simulatio. adde ꝙ dicitur falſitas largo modo Bal. in l. non tantum, C. de don. inter vir. & vxor. text. in l. 2. qui C. de diſtra. pign. Bal. in l. ſub ſpecie, in fin. C. de poſtu.

S V M M A R I V M.

1 *Papa regulariter non legitimat quo ad temporalia ſubiectos imperio.*
2 *Illegitimi dicuntur indecori.*
3 *Papa ſuperiorem non habet.*
4 *Argumentum a ſimili, an procedat.*
5 *Epiſcopalis dignitas liberat a patria poteſtate.*
6 *Papa eſt ſuperior in patrimonio beati Petri.*
7 *Rex Franciæ non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus.*
8 *Filij illegitimi de iure canonico ſunt inhabiles.*
9 *Papa ſimpliciter quò ad omnia an poteſt legitimare.*
10 *Imperator an legitimare poſſit.*
11 *Illegitimitas eſt impedimentum iuris.*
12 *Comes habens poteſtatem legitimandi ab imperatore, an poſſit hanc poteſtatem exercere in terris eccleſiæ.*
13 *Princeps habet iuriſdictionem vbique.*
14 *Actus legitimandi an poſſint excerceri in terris eccleſiæ.*
15 *Legitimatio in vita patris an teneat filijs legitimis non citatis.*

PEr venerabilem. Primò petitio, ſe-
cundò reſponſio
ibi: ꝙ autem. Illa in quatuor. primo probat ratio-
nibus, ꝙ diſpenſationem petitam facere poterat
papa. ſecunda ibi videbatur. ponit ſimilitudinem, quam indu
cebat petitor, quam improbat quinque rationibus, tertia ibi,
rationibus. probat authoritatibus veteris, & noui teſtamenti,
ꝙ Papa poteſt ſe intromittere de temporalibus in certis cau-
ſis vbique inter chriſtianos. quarta ibi: licet petitionem exau-
1 dire denegat. In ſumma dicit Papa † regulariter non legiti-
mat quo ad temporalia alienę iuriſdictionis ſubiectos impe-
rio: poteſt tamen maxime in certis caſibus vel ex certis cauſis:
& ibi epiſcopos, etiam in papam. lvj. diſt. Oſius, & §. cum ergo.
& ibi partem. dic, ꝙ eſt vinculum naturale, ergo fortius ſimile
poteſt tolli, ſcilicet illegitimitas. ratio tamen non procedit: ni-
ſi quando minus cōtinetur ſub maiori, vt minor quantitas in
maiori: alias aliquando quis poteſt maius, vt dare equum: qui
non poſſet dare catulum, quem non habet, & ibi epiſcopus
quaſi fortius poſſet Papa, qui habet ſupernam poteſtatem, de
vſu palij ad honorem. Sed diuerſa ſunt impedimenta: ideo ra
2 tio non vrget. Not. in principio litteræ, ꝙ illegitimi † ſunt in-
decori: & ſic inhabiles ad ea, quæ in decore conſiſtunt, vt di-
gnitates ibi. illegitimationis. In verſ. ꝙ autem. Not. modum
procedendi ſoluendo quæſtionem tibi propoſitam: vt primò
conſideres quæ concernunt ſubſtantiam, vt hic. Papa primò
diſcutit de poteſtate ſua. ſecundo ea, quæ concernunt qualita
tem: vt hic. tertiò diſtinguit qualitatem petitionis, & rei peti
a tæ. In verſ. videbatur. Not. argumentum a maiori [a] affirmati-
ue, de quo de elec. cum in cunctis: vt hic arguit, ꝙ ſi poteſt le-
gitimare in ſpiritualibus, poſſit fortius in temporalibus: quæ
3 ſunt minora. de maior. & obe. ſolitę. Nota, ꝙ Papa † non ha-
bet ſuperiorem, & eſt vltimus ſuperior. ibi: ſuperiorem alium.
4 Not. ar. † a ſimili, [b] ibi per ſimile. quod procedit, quando eſt
b omnimoda ſimilitudo. ideo Papa in verſ. verum deſtruendo
ar. oſtendit multiplicem diſſimilitudinem. Not. ꝙ dignitas
5 epiſcopalis † liberat a patria poteſtate, [c] & ſic vinculum ciui-
c le tollit naturale. Sed certe patria poteſtas non eſt omnino vin
culum naturale. No. euitanda monſtruoſa ibi. monſtruoſum.
6 Not. ꝙ in patrimonio beati Petri Papa† eſt ſuperior & ſumm9
princeps, & etiam ſummus pontifex. In verſ. videbatur no. or-
dinem alium ſoluendi quęſtiones, vt prius arguatur pro parte
falſa, ſic obſeruant conſulentes aliqui: ſed non eſt de ſubſtan-
tia. In verſ. verum multa poſſunt colligi: ſed inter cętera no.
7 ꝙ Rex † Francię [d] nō recognoſcit ſuperiorem [e] de facto, vt di-
d cit gloſ. Item reges non cognoſcentes ſuperiorem poſſunt in
e in ſuo regno ea, quæ pertinent ad ſolum principē: vt legiti-
mare. Et dicit Innoc. de fide inſtrum. cum P. ꝙ poſſunt tabel-
liones creare, vt ibi dixi. In verſic. rationibus. ibi loco præſunt.
no. ar. pro poſſeſſore: vt pręſumatur iuſte electus, qui poſſidet,
ex quo arguit Vinc. ꝙ ſi cauſa committitur epiſcopo Padua-
no, & duo erāt, cognoſcet poſſeſſor etiam intruſus: adhoc 11.
q. 1. ſi quiſquam & ibi per Archid. de conſe. diſt. 3. hoc ergo. ad
hoc quod not. in clement. quamuis, de foro. cōpe. No. in fi. in
9 verſ. licet, quod de iure diuino filij † illegitimi ſunt inhabiles.
ibi, moſaicam. Item de iure canonico. ibi canonicam. Item
ciuili. ibi ſecularibus. quòd facit ad quæſtionem, quam. j. di-
cam. Gloſ. non ſeruatum. hanc gl. notant aliqui ſingulariter,
vt in ſpiritualibus, ſi partes ſint præſentes, ſeruetur ordo iu-
ris, & conteſtetur lis. Secus ſi altera eſt abſens contumaciter:
hodie tamen etiam partibus pręſentibus, non eſt neceſſaria
conteſtatio: vt in clem. ſępe. de verbor. ſignifi. In glo. no. ꝙ ibi
ipſe Deus. qui eſt potens ad dandā prolem. coniuges vero ſoli
non poſſunt: vel dic proles proprie quò ad ſpem contrahen-
tium de condi. appo. cap. fin. de hoc not. Archid. in cap. cauſę.
alle-

A D D I T I O N E S.

a A maiori. adde authē. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ.
b A ſimili. adde glo. in l. 1. de lega. 3. doc. in l. 1. ff. de off. eius. doc. in l. 1. C. de interdict. doc. in l. idemque, ff. de legi.
c Poteſtate. adde in §. illud, in auth. conſtit. quę de digni. & in authen. ſed hodie epiſcopalis. C. de epiſc. & cler.
d Rex Francię. adde do. Igneum doc. Aurelianen. in tracta. an Rex Franciæ recognoſcat ſuperiorem vbi conclu. quod non & bene, quamuis vltramontani velint contrarium aſſerere.
e Superiorem. adde gl. in ca. Adrianus, el 2. 63. diſt. doc. in c. nouit, de iudi. doc. in c. venerabilem, de elect. glo & doct. in c. 1. de pace iur. fir. in vſibus feu.

allegato in gloſ. & ibi committit. melius intellige, ꝙ ipſa eius vxor fuerat adulterata: vt dicit textus. In gloſ. maxime ibi. non ſeruatum. hoc non eſt verum per cap.perlatum.§.eo.vbi proceſſus non tenuit; tamen filij ſunt legitimi. Sed dic,ꝙ filij regis hic fuerunt illegitimi: quia poſt reuocationem ſentētiæ ſuſcepti, vel aliter poteſt ſaluari gloſ. Et ad cap.perlatum.reſpō de ꝙ ibi poterat eſſe probabilis dubitatio. ibi enim reuocatur proceſſus ea errore facti: hic autem ſubeſſe non poterat: quia hic ex errore iuris, regula ignorantia.lib.6. In gl.ſubijcere ibi: in fine,& 2.q.7.nec ſi. In gl.ſi.ibi ar.de iure. Hoſtien.dicit gloſ. eſſe contra textum dic,ꝙ immo conſonat: quia tex. non dicit Papam ſimpliciter eſſe ſuperiorem, & habere iuriſdictionem in temporalibus: ſed habere in certis cauſis: quod ponderauit gloſ.ſuper hoc verbo. Aliæ gloſ.ſunt literales. Quæro primo,
9 an Papa † poſſit ſimpliciter legitimare, quò ad omnia.gloſ.2. hic ponit opiniones. Dic plenius diſtinguendo. Aliquando enim proles eſt illegitima propter impedimentum iuris diuini. Aliquando propter impedimentum iuris canonici. Item interdum eſt ſuſcepta affectu maritali: ſaltem quo ad parentes. Interdum affectu non maritali: tunc papa non legitimat: quia non poteſt ſupplere defectum naturæ, ideſt conſenſus, q eſt de iure naturali: ſed poteſt diſpenſare cum talibus quo ad ſpiritualia ſimpliciter. Item quò ad temporalia in terris eccleſiæ: alias regulariter non, niſi ex certis cauſis: vt cum ſuccedit loco Imperatoris, vacante imperio. de foro comp.licet 1.de re iudi. paſtoralis.in clem. Differunt autem legitimare, & diſpenſare, quia legitimare eſt facere de illegitimo, ac ſi nunquam fuiſſet illegitimus. diſpenſare eſt tollere inhabilitatem, vt nūc quò ad quendam. Si autem proles fuit ſuſcepta affectu maritali, & impedimentum erat iuris poſitiui: vt publicæ honeſtatis, vel quia ea conſanguineis tertio gradu: tunc Papa ſimpliciter poteſt legitimare omnes, cum poſſit tollere ſimpliciter impedimentum canonicum & in toto: quo ſublato remanet matrimonium efficax: idcirco aduerte, quibus verbis vtatur: an verbo legitimationis: & retro tollitur impedimentum, an verbo diſpenſationis: & tunc tollit: vt ex nunc, nō quò ad omnia: immo diſpenſatio ſolum concernit expreſſa in ea: & non maiora, tanquam odioſa: & ideo reſtringenda, de fil.presbyt. cap.1.lib.6. Si vero impedimentum eſt iuris diuini: aut quia erant nati ex conſanguineis primi gradus vel ſecundi in linea inæquali: tunc Papa non poteſt legitimare retro tollendo: cū non poſſit tollere impedimētum. de reſtitutio.ſpo.literas, ſed diſpenſare poteſt, vt ex nunc per dictum cap.literas, pro hoc quod not.in clem.quoniam.de immu.eccleſ.de offic.delegat. ex parte, quod tenet hic Io.an. Ego dico, ꝙ quò ad omnes act⁹ iuris poſitiui poteſt diſpenſare a tempore natiuitatis, & ſic retro: nam & imperator legitimat, vt ea tunc retrotrahendo ad tempus natiuitatis.ff.de ritu nupti.l.quidam in prouincia, qđ intellige quo ad actus iuris poſitiui: vt appendentes hæreditates, Per prædicta deciditur quæſtio quid de genito ex conſtituto in ſacris: quod, ſcilicet Papa poteſt dependentes a poteſtate principis legitimare: quia ꝙ conſtitutus in ſacris non contrahit: procedit ex conſtitutione eccleſiæ; licet in c.cum olim. de cleri.coniugatis. videatur dici,ꝙ ea voto: quod obligat de iure naturali: qui cleri. vel vouen.rurſus. ſed verius eſt, ꝙ immediate a conſtitutione eccleſiæ. Quæro ſecundo, quid de impe-
10 ratore. † Dic, ꝙ legitimare poteſt ad ea, quæ ſunt ſuæ poteſtatis, ideo dicit Innoc. ꝙ legitimatus, vel reſtitutus famæ habetˉ pro legitimo in ſpectantibus ad iuriſdictionem legitimantis, vel reſtituentis, ſeu diſpenſantis: in alijs non. Sic legitimatus a principe nō eſt legitimatus quòad ordines eccleſiaſticos. Sed quærit tunc Innoc. quid ſi aliquis legitimatur ad ordines per vnum epiſcopum, an intelligatur legitimatus quò ad omnes epiſcopos. Reſpondet, ꝙ ſic, quia hoc eſt in poteſtatem epiſcopi: vt quo ad ordines minores & quo ad ſimplex beneficium. de fil.presby.cap.1.lib.6. & tunc eſt ratio differentiæ inter legitimatum a principe, & iſtum: inter vnum epiſcopum & aliū non eſt differentia quòad ſubſtantiam iuriſdictionis, ſed inter principem, & Papam ſic. Oppono ad prædicta. video enim, ꝙ dominus poteſt facere ſeruum liberum quò ad omnia ſpiritualia; etiam ſi ſit dominus laicus. 54.diſt.cap.1.2.3.4.& 5. Sol. Innoc. ꝙ hoc non eſt delictum, vel defectus: nec eſt diſpenſatiri neceſſaria. pro hoc: quia illud eſt impedimētum facti. Sed
11 illegitimitas † eſt impedimentum iuris. hoc dictum non excludit contrarium. Sed dico, ꝙ impedimentum illegitimatis eſt impedimentum non totaliter dependens a principe, eum etiam dependeat a iure diuino. Item a canonico: vt hic in textu quæ iura princeps non poteſt immutare; ſed impedimentum ſeruitutis totaliter dependet a domino: igitur &c. Hæc
12 inducuntur ad quæſtionem, an comes † habens poteſtatem legitimandi, & tabelliones creandi ab imperatore, poſſit hanc poteſtatem exercere in terris eccleſiæ. Iaco. de beluiſo diſputat, & ponit in authen.quibus mo.nat. effi.ſui.& tenet, ꝙ ſic⁹ quia hæc ſunt voluntariæ iuriſdictionis: & ſic poſſunt vbique
13 exerceri.de offi.leg. nouit.ff.de offi.proconſ.l.2. Itē princeps † habet iuriſdictionem vbique. ergo & ab eo dependens. C.vbi, & apud quos.l.fin.de iudi.l.apertiſſimi. Item alijs rationibus, quas decido. In contrarium eſt dictum Inno.præcedens. Item difficile eſt facere quem heredem. vnde nec prætor hoc facit, inſti.de bonorum poſſeſſ.§.quos autem.& difficilius eſt remouere ab hæreditate eum, qui erat hæres.ff.pro ſocio.l.cū duobus,alias.l.ſequen.§.idem reſpondit. ad hoc. de conceſ.præbē. cap.2. Sed per legitimationem fiunt hæc duo: hæres,qui non erat,& tollitur,qui erat futurus hæres.pro prædictis in authen. de inceſt.nup.§.dubitatum,& de tricu & ſemiſ.§.quidam. Itē non eſt verum, ꝙ imperator habeat poteſtatem vbique: quia non in terris eccleſiæ: ſed ipſe Papa, qui eſt in eis ſummus princeps.vt hic.in verſi.id autem.& de iureiur.cle.romani.ver.penult. Quid concludemus? dic aliud eſſe, ſi quærimus,an act⁹
14 † legitimandi poſſit exerceri in terris eccleſiæ. Aliud an poſſit exerceri in ſubditos eccleſiæ. Item conſiderandum eſt, ad quē effectum exercetur. Si quærimus quò ad exercitium in terris eccleſiæ ſimpliciter, dico ꝙ poteſt: quia eſt voluntariæ iuriſdictionis per rationem ſupra poſitam. Sed ſi quæris an ſubditum eccleſiæ, aut quò ad actus dependentes ab eccleſia,& nō poteſt: aut quò ad actus dependentes ab imperio:& poteſt per ſuperius dicta per Innoc. Sed communiter ſeruatur diuiſio Iacobi de beluiſo. Sed an in legitimatione debeant vocari alij
a hæredes. ᵃquidam dominus Grifolus, & ponit Fredericus de ſenis in conſilijs conſilio. 55.conſuluit,ꝙ non: ſicut etiam pater legitimare poteſt filios naturales: ſiue habeat legitimos,ſiue non.in auth.de inceſt.nup.§.fi.cum ibi nota.Item quia non repentur iure cautum. In contrarium eſt, quia ſemper debet vocari cum poteſt ei præiudicari.l.nam ita diuus,ff.de adopt. de maiorita. & obe. inter. quod videtur eſſe verius per notata in regula ſine culpa.lib.6.in quæſtionibus, & quod dixi.§.cap. tanta,vt ſi alijs non præiudicet non vocatis.In hoc diſtinguit Bart.in l.gallus.§ & quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthum.quia aut in vita patris fit legitimatio: & non expedit aliquem vocari: quia pater viuens poteſt diſponere de ſuis bonis. ad hoc.ff. de adop.l.cum adoptio.vbi tenet adoptio nō vocatis his, quorum iura agnationis cōſequitur adoptatus. Aut poſt obitum patris: & tunc aut pater in teſtamenro hoc diſpoſuit: & adhuc idem: quia hoc potuit pater. C.de natura.libe.authen. item ſi quis. Aut nihil diſpoſuit pater: & tunc vocandi ſunt; & quòd plus eſt, requiritur conſenſus eorum.ff.de nata. reſti.l.penult. & fi. immo princeps etiam non facile ſolet legitimare eis nō cōſentientibus: poſſet tamen.ff.de natali.reſti.l.2.in fi. Habeo conſilium cuiuſdam doctoris, qui conſuluit etiam in vita pa-
15 tris non tenere legitimationem,† non citatis filijs legitimis: quia deber fieri legitimatio cauſa cognita.ad hoc.ff.de adopt. l.ſi pater.§.in arrogationibus. ergo citandi ſunt,quorum intereſt. Sed verius eſt,ꝙ dicit Bar. quia non proprie intereſt filiorum legitimorum viuēte patre: vt prædixi. Vltimò quæro de quæſtione facti. Statuto ciuitatis Peruſinæ cauetur,ꝙ nati ex adulterio ſuccedant cum legitimis: quæritur, an valeat ſtatutum. & ſi non valet: an epiſcopus Peruſinus poſſit declarare hāc nullitatem. Fredericus conſuluit,ꝙ non valuit. & epiſcopus potuit declarare; quod ponit cap.248. Idem conſuluit Iacobus recuperi de ſancto miniato, & Pau.de elcaza. principale motiuum; quia illegitimi prohibentur de iure diuino; qđ non poteſt tolli per ſtatutum; per conſequens iudex eccleſiaſticus poteſt nullitatem declarare; quia ſtatutum fouet peccatum, dans cauſam adulterio; igitur &c. de iudi. nouit. & quod ibi notatur.

ADDITIO,

a Hæredes.adde Bald.in l.fi.C.qui.res iudi.non nocet.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia alterius parentum excuſat prolem, ſi matrimonium eſt cōtractum in facie eccleſiæ.*
2 *Mulier vidua agit pro ſuo pupillo.*
3 *Impedimentum inter contrahentes quando efficiat prolem illegitimā.*

EX tenore. Si coniugatus viuente prima in facie eccleſiæ contrahit cum ſecunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles. Communis diuiſio. ibi; intelligentes. Not. ꝙ igno-
1 rantia † alterius parentum caeuſat prolem, ſi matrimonium
2 eſt contractum in facie eccleſiæ. Nota, ꝙ mulier † vidua agit pro ſuo pupillo, & de iure intelligitur tutrix. quod dic vt in gl. prima. Oppono, ꝙ mulier non debuerit audiri petens hæreditatem

ditatem in foro eccleſiaſtico de iudicijs. nouit. ſ. ca. cauſam. 2.
Solut. forte terra erat de temporali iuriſdictione eccleſiæ: vel
non fuit exceptum: vel melius non apparet, coram quo pete-
ret teſtitui. Oppono, ꝙ ignorantia mulieris non excuſet pro-
lem, quia ſolum in vno caſu excuſat, quando ſubeſt impedi-
mentum ratione propinquitatis, de clandeſti. deſponſatio. ca.
fin. at hic ſuberat aliud ſcilicet ratione alterius matrimonij.
Sol. idem in alio impedimento: vt probatur hic. iungendo ad
id, & ratio, quia ſubeſt eadem ratio. Et ex contrario literæ no-
3 ta, ꝙ ſi vterque ſciuiſſet, non excuſaretur proles. † Vbi quæro
an hoc ſit verum indiſtincte. Reſpondeo, ꝙ eſt verum, quan-
do ſubeſt impedimentum non amouibile ex voluntate con-
trahentium, ſicut erat hic, & in d. c. fin. Secus ſi eſſet amouibi-
le, vt impedimentum ſeruitutis, cui poſſunt renunciare, de cō
iug. ſeruorum, per totum, in quo impedimento dic: quia in
gloſ. fin. allegantur duæ leges, quæ videntur inuicem contradi
cere: dic, ꝙ aut libera contrahit cum ſeruo ſciens, & proles ſu-
ſcepta eſt legitima: quia valuit matrimonium & etiam libe-
ra: quia ex ventre libero. Aut econtra: & tunc proles eſt bene
legitima ratione prædicta. Sed eſt non libera: quia ex ventre
ſeruo: & partus ſequitur vētrem, ſic loquitur. l. 4. C. ſoluto ma
trimonio. Quæro, quomodo cognoſcitur, ꝙ in facie eccleſię.
Solu. quando ſit ſecundum formam cap. cum inhibitio, pręal
leg. licet alij dicant in facie eccleſiæ, i. publicè, quando nemo
prohibetur intereſſe. primum verius: & tenet Innoc.

S V M M A R I V M.

1 *Proles ſuſcepta ex infidelibus, qui conuertuntur, legitimatur.*

1 Gaudemus. Proles † ſuſcepta ex infidelibus, qui conuertuntur ad fi-
dem, legitima eſt: etiam ſi parentes fuerint coniū-
cti in gradu lege canonica prohibito. Oppono ad
id, quod dicit de ſecundo gradu. d. cap. literas. & ꝙ ibi nota. de
reſti. ſpolia. & de diuor. gaudemus. So. intellige de ſecundo gra
du in linea æquali: ſed ſi in inæquali: tunc procedit contrariū:
& poteſt poni exemplum de vxore fratris præmortui ducta
ad ſuſcitandum ſemen. de diuor. cap. fin. Ex vltima gloſ. colli-
go duplicem caſum, vnus eſt de prole ſuſcepta ex infidelibus
conuerſis ad fidem poſt ſuſceptionem: & iſte caſus bipartitur
vel vt ponatur exemplum, vt in textu: quando parentes erant
in gradu prohibito de iure canonico. vel ponatur vt in gloſ. fi.
quæ dicit de prole ſuſcepta ex noua coniuge poſt aliam repu-
diatam, ſed iſte caſus eſſet potius de gratia. quàm de iure. pri-
mus autem eſt de iure: quia tempore ſuſceptionis valebat ma
trimonium: quia parentes non ligabantur iure canonico. Se-
cundus caſus eſt in non conuerſis: vt pone in non conuerſis
ad fidem. Et licet iſte ſit verus, non conuenit textui: in deciſa
poſt verbum gaudemus.

Qui matrimonium accuſare poſſunt. Rubr.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium accuſare quis poſſit.*
2 *Coniuges ſoli in materia arctationis vel frigiditatis accuſare poſſunt.*
3 *Litis conteſtatio an requiratur in proceſſu ſuper impedimentis matri-
monij.*
4 *Teſtimonium an negatur his, qui ab accuſando repelluntur.*

Viſo de matrimonijs, & impedimentis ipſorum: videamus
de ſeparatione ipſorum. Et quia hæc fieri ſolent accuſatione
præmiſſa, & probatione facta: igitur &c. ſm Goffred. Hoſtien.
vero aliter continuat: ſed non refert. De materia. 35. q. 6. per
1 totum. Quæro quis poteſt accuſare matrimonium, † dicit
Inno. ſuper rubrica, ꝙ quantum ad ſeparationem vinculi qui-
libet: ſed quò ad ſeparationem thori ſolus maritus. Ratio: qa
adulteræ parcere poteſt. de iureiur. quemadmodum. Item ēt
quo ad ſeparationem vinculi præfertur maritus, licet quilibet
admittatur. Præferuntur etiam ſecundum Innocen. conſan-
guinei; dic tamen, ꝙ tacentibus conſanguineis, admittuntur
extranei vt dicit Ioan. and. in additionibus Specu. eo. tit. ſuper
verſu repellitur. Sic intelligit, cap. primum & ſecundum. 35.
quæſt. 6. Dicit etiam Innoc. ꝙ ceſſantibus conſanguineis præ-
feruntur antiquiores, & maturiores viciniæ. dicto capi. 1. & 2.
ǰ. eod. videtur. Sic etiam vxor accuſare poteſt, ſicut vir. ǰ. eod.
inſuper. Quæro quid de impedimento arctationis, vel frigidi
2 tatis. Spec. eod. tit. in princ. dicit ſolos coniuges † accuſare poſ-
ſe matrimonium ſuper impedimentis prouenientibus a defe
ctu ſine culpa. quod nota, vt in præmiſſis caſibus. Sit ratio: qa
non ſubeſt periculum, cum poſſint habitare, vt fratres. ſed in-
telligo dictum Specu. procedere in impedimētis, quę poſſunt
adinuicem remittere coniuges. Secus ſi non poſſunt: vt impe-
dimentum conſanguinitatis, & ſic quando ſine peccato poſ-
3 ſunt cohabitare, ſoli coniuges accuſent. † Sed nunquid requi-
ritur litis conteſtatio in proceſſu. Innoc. diſtinguit, an ad ſepa-
rationem thori agatur; & requiritur; vt lite non conteſta. c. 1.
an vinculi. & non requiritur. ſ. vt lit. non conteſtat. quoniam.
§. 1. ſ. tit. 1. per venerabilem. in glo. in verbo non ſeruatum. ibi,
eſt dictum. & probatur in cle. ſæpe. Quæro, an illi, qui repellun
4 tur † ab accuſando, repellantur & a teſtificando; & ſimiliter
quæro de his, qui admittuntur. Dicit Innoc. ꝙ omnes, qui re-
pelluntur ab accuſatione, vel ad eam admittuntur, ſimiliter
& in teſtimonio admittuntur, dum tamen aliter ſint idonei.
Quæro, an parentes admittantur. dicit Innoc. ꝙ ſic. ǰ. eod. vi-
detur 35. q. 6. ſi dito. de teſti. præterea. de conſang. c. 1. de ſponſ.
cum in tua. & refert, ꝙ idem poteſt eſſe accuſator, & teſtis. Sed
Innoc. intelligit in eadem cauſa. multum obſtat de teſti. inſu-
per. & cap. cum nuncius. nam qui accuſat, ſi deficit in proban-
do, tenetur ad intereſſe. Eſt ergo ſuſpectus ad teſtimonium.
propterea dominus Ioan. and. in additio. Spec. eod. titu. ſuper
verſ. in cauſa. intelligit dictum Ionoc. quando aliquis denun-
ciat ex officio, vt quia teſtis ſinodalis ſecundum formam, quā
ponit Spec. eod. tit. forma penul. ſicut faciunt teſtes ſinodales,
de teſti. cogen. præterea, vel intellige vt. ſ. dixi, ꝙ non in eadem
cauſa. Oppono ad pręd icta, ꝙ parentes non admittantur, de
teſti. ſuper eo. Soln. ſecundum Innoc. ſuper impedimento cō-
ſanguinitatis admittuntur, & eſt in hoc ſpeciale, ǰ. ca. videtur.
Super alio impedimento non ſemper admittuntur ad teſtifi-
candum: quia ſunt ſuſpecti. Sed ſi non ſuſpecti, ſic; vt in cap.
ſuper eo. Sed ad accuſandum etiam ſuſpecti admittuntur. di-
cto cap. ſuper eo. in princip. Hoſtien. non diſtinguit inter im-
pedimentum conſanguinitatis & alia impedimenta, ſed in-
diſtincte vult eodem modo diſtingui de omnibus. ǰ. eod. vide-
tur, vbi hoc tenuit, quod ſatis eſt æquum: tamen in iure ſpecia
liter exprimitur de conſanguinitate, quæ melius probatur per
parentes. ff. de probatio. l. etiam. dicto cap. videtur. vnde dicō,
quòd difficilius repellentur propter ſuſpicionem in impedi-
mento conſanguinitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus perſonaliter citari debet.*
2 *Caſus in quo non inuentus contumax efficitur.*
3 *Manifeſtum probari debet.*
4 *Alternatiua ponitur quandoque pro copulatiua.*

Relatum. Cum agitur de fędere matri-
monij, contra abſentem ex
culpa, pceditur etiam ſi accuſet alius, quam
vxor. hoc dicit, prout ego intelligo; & intel-
lectum huius cap. poſui in cap. quoniam. §. ſi
autem, vt lite non conteſt. Vel ſic. contra cō-
iugatum diligenter perquiſitum etiam non
inuentum, poteſt procedi ad ſententiam diuortij. Communis
1 diuiſio, ibi cęterum. Not. ꝙ maritus † debet citari perſonali-
ter, & non ſufficit citare ad domum, & hoc quando ab extra-
neo conuenitur, vt hic. ibi. cum diligentia, quod eſt notatum
2 in cap. ſi. de eo qui mit. in poſſ. & ibi per Inno. No. caſum, † in
quo, qui non inuenitur, conſtituitur in contumacia, quod
3 declarabo in gl. fin. Nota, ꝙ † manifeſtum [a] probari debet; ſed
a notorium non, ibi manifeſtum. [b] iuncta gloſ. quæ exponit. id
b eſt notorium. poſſet tamen intelligi, prout iacet de manifeſto
exponendo, aut quod ſequitur pro & ff. de verb. ſignifi. l. ſæpe,
quam expoſitionem tenent Hoſtien. & Ioan. and. quia bis po-
4 teſt eſſe notorium ſub cognatione. † Ex hoc intellectu not. ꝙ
alternatiua ponitur copulatiue, quando reſultaret abſurditas.
ad hoc de reſcriptis, cap. 2. vbi copula ponitur pro alternatiua.
de hoc in l. fin. C. de verborum ſign. Oppono de ca. quoniam.
§. 2. vt lite non conteſta. vbi perpetuo expectatur maritus ab-
ſens, gl. ſoluit, ꝙ hic aberat ex culpa; igitur habetur pro contu-
mace. Alij intelligunt, ꝙ erat contumax; quod eſt diuinare.
Largo canonicus Bonon. dixit hic deficere vnam additionē
Bernardi, cuius eſt mens, ꝙ poteſt procedi lite non conteſta.
quando conſtat de fędere matrimonij. Secus ſi dubitatur, an
ſit contractum. Hæc additio non eſt vera; quia cap. quoniam.
loquitur

ADDITIONES.

a Manifeſtum, adde gl. & ibi doct. in cap. veſtra, de coha. cle. & mu.
b Manifeſtum. Adde Bart. in l. de ętate. ff. de mino. & qualiter manifeſtum, &
notorium differant, vide Innoc. in cap. tua, & in ca. ſicut, de coha. cle. & mu-
lierum. Bald. in l. ciues. C. de appel. & in l. fi. C. de edic. diui. Adri. tollit.

loquitur generaliter: & dicit Ioann.andr. ſe vidiſſe originales
additiones Ber. Inter quas hæc non erat: remanet ergo contra
rium. Ego ſoluo in §. ſi autem. de cap. quoniam, ꝙ aliquando
vxor agit contra maritum: aliquando alius. Si vxor, diſtingue,
vt ibi dixi. & ȷ. titulo t. perlatum. Si verò alius, tunc aut mari-
tus eſt abſens ſine culpa, & nunquam procederetur etiam ſu-
per fœdere matrimonij: niſi citetur perſonaliter. Aut ex cul-
pa: tunc ſufficit, ꝙ perquiſitus non inuenitur: tunc enim com-
paratur ei, qui impedit, ne ad eum perueniat citatio. videtur
autem ex culpa: niſi conſtet de cauſa, propter quam abeſt. per
dictum cap. quoniam, §. ſi autem, de quo ibi dixi. quare autem
fiat perquiſitio. & non ſufficiat hic citatio ad domum. dixi. c.
fin. de eo, qui mittitur in poſſeſſio. Cum ergò quæritur, an cō-
tra coniugatum poſſit procedi: dic, ꝙ aut conuenitur ſuper a-
lio, quam coniugio. & dic idem quam de alijs: quia nullū ſpe-
ciale in eo inuenitur iure expreſſum. Aut ſuper coniugio: &
tunc locum habent ſpeciales caſus, in quibus proceditur con-
tra abſentem: vt hic, & in capit. perlatum. Et non curo an, ad
inſtantiam coniugis, an alterius: vt probatur hic in verbo, legi
timi accuſatores licet Innocentius dicat in cap. fin. prꝽallega.
ſolum in vxore hoc procedere, ſed primum verius, & proba-
tur hic expreſſe: nam & ſubeſt eadem ratio: & tunc dic, quòd
malicioſe abeſt: & procedi poteſt contra eum; vt lite non con-
teſt, quoniam, § ſi autem de carnali, a contrario, non quidem
ex eo, ꝙ abſit, ſed ex cauſis rationabilibus: vt hic in eo, ꝙ oppo
nebatur ſpiritualis cognatio. Aut non conſtat de malicia: &
& tunc aut conſtat quod ex cauſa rationabili abeſt, vel etiam
propria voluntate non malicioſa: & non poteſt procedi, dicto
§. ſi autem. Aut nihil conſtat, & præſumitur abeſſe ex mali-
tia: quia tenetur adeſſe: vt dixi in dicto §. ſi autem. vbi etiam
tenet Innoc. per hoc cap. & ideo procedi poteſt ipſo prius dili-
genter perquiſito: vt hic, quod declaraui in cap. fin. de eo qui
mit. in poſſeſſ. & ſic etiam loquitur, ȷ. tit. 1. perlatum, quia ibi
fuit perquiſitus: licet quo ad illud c. poſſint & aliæ ſolutiones
dari: de quibus ibi dixi. & in dict. §. ſi autem, & d. cap. fin.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatio & teſtimonium æquiparantur.*
2 *Accuſatio per ſcripturam an fieri poſſit.*
3 *Pactum factum inter maritum, & vxorem de manendo in certo loco an valeat.*

A Nobis. Accuſatio, & teſtimonium in cauſa
matrimoniali præſentialiter, & nō
per literas fieri debent. Communis diuiſio ibi: ad
hoc. Et quod dixi in cauſa matrimoniali: idem &
1 in alijs vt ȷ. dicam. Nota, ꝙ accuſatio, † & teſtimonium æqui
parantur, iuncta glo. prima ad textum. Oppono, quod textus
vocat accuſationem matrimonij: cum tamen potius ſit de-
nunciatio ad correctionem. Innoc. ſtat contrario: dicens, ꝙ ac
cuſatio ponitur impropriè pro denunciatione, & debet hæc
denunciatio fieri in ſcriptis. hoc procedit in matrimonio con
trahendo, ꝙ non poteſt accuſari, ſed denunciari, de deſpon.
impube. ad diſſoluendum. Sed iam contracto dic, quòd accu-
ſari poteſt. dicto cap. ad diſſoluendum. & hic in rubrica. Op-
pono ſecundo: quia quæſtio & ſolutio non concordant, quia
quæritur de accuſatione, & reſpondetur de teſtimonio, vt ꝓ-
bat litera ibi quantum ad præſumptionem, nam ſi de accuſa-
tore loqueretur, non procederent illa verba, quia dictum ac-
cuſatoris nullum gradum probationis facit, vt dicit gloſ. pri-
ma, quam nota ad hoc. Sol. poteſt hoc cap. legi dupliciter. Pri-
2 mò, vt ſummaui, quod quærebatur, an accuſatio † vel teſtimo
a nium poſſet fieri ꝑ ſcripturam.[a] Reſpōdetur, quòd non: quòd
tenet etiam glo. & Innoc. & concor. ſunt in gl. de accuſatione
nota, ȷ. de accuſa. in cap. licet. de teſtimonio probatur hic, ꝙ ſi
teſtis tradit ſuum dictum in ſcriptis, non valet teſtimonium
per hunc textum, quod etiam notat Hoſtien. in ſumma de te-
ſtibus, §. ſuper quibus, vet. quòd ſi teſtis, & eſt ratio, quia iudex
debet conſiderare conſtantiam vocis, ad hoc in authen. apud
eloquentiſſimum, C. de fide inſtrum. ff. de quæſtioni. l. de mi-
nore, §. 2. quod notat Inno. ſ. de probat. quoniam, & tenemē-
ti. Et dic, quòd non valet dictum eius quo ad probationem;
etiam ſi ſint plures, ſed ad præſumptionem ſufficeret vt defe-
ratur iuramentum, nec hoc ſentit gloſ. vlt. licet ſentire videa-
tur. Alio modo legitur, vt quæreretur, an ſufficeret, ꝙ porri-
gatur accuſatio ſine probationibus, & reſpondetur, quod nō,
niſi fiat probatio per teſtes. primus intellectus verior, & ma-
3 gis placet Quæro, quid ſi fiat pactum † inter maritum & vxo-
b rem de habitado ſemper in certo loco,[b] vel domo, an valeat.
Dic; ſeruandum eſt; quia non apparet illicitum. igitur ſeruā-
dum, l. 1. C. de pactis. ſup. de pactis. ca. 1. tamen ex cauſa de no-
uo emergenti infringeretur ad hoc. de teſtib. præſentium. de
except. paſtoralis, ff. pro ſocio. l. ſi conuenerit, & duobus ſeq.
& notat Hoſtien. in ſumma de coniugio ſeruorum, §. an con-
ſenſus. verſ. vltim.

ADDITIONES.

a Per ſcripturam. adde Ioan. de Imol. in inc. ex noſcitur, de his quæ fi. a prælat. Spec. & Iohnn. and. ibi; in addi. in tit. de teſte in §. non tractandum. verſic. quid de muto.
b In certo loco. adde Lud. Rom. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 31. col. ff. de verb. oblig. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe Vrbms.

S V M M A R I V M.

1 *Conſanguinei in cauſa matrimonij ſuper conſanguinitate & contractu teſtificari poſſunt.*
2 *Genealogiam ſuam quis ſcire tenetur.*
3 *Scientia acquiritur per aſſiduum laborem.*
4 *Filius ſi contrahat ſine conſenſu patris, matrimonium eſt nullum de iure ciuili.*
5 *Pater in contractibus non admittitur in cauſa filij.*
6 *Fauor matrimonij dicitur eſſe par in coniungendo & diſiungendo.*

VIdetur. In cauſa matrimoniali ſuper conſan
guinitate & contractu teſtificari poſ
1 ſunt conſanguinei † & parentes. hoc dicit. Primò
dictū. Secundò ex eo infert. Tertiò remouet quod-
dam contrarium. ſecunda ibi: ideo. tertia ibi; quod verum,
vel dic, ꝙ in ſecunda reddit rationem dicti; quod eſt melius.
2 Nota, ꝙ quis præſumitur ſcire ſuam genealogiam; † concor.
in gl. 2. Ex quo infertur, quòd quis præſumitur ſcire de vita &
3 morte ſuorum coniunctorum. Nota, quod ſcientia † acquiri-
tur per aſſiduum laborem: ſicut hic præſumitur coniunctos
melius ſcire: quia & in hoc magis laborant. Nota, quòd ſi fi-
4 lius contrahit ſine conſenſu patris, matrimonium eſt nullum
de iure ciuili: quod eſt verum in filio non emancipato. Eman
cipatus enim per ſe contrahit. l. e. filius emancipatus. ff. de ritu
nuptia. ſed de iure canonico idem in non emancipato. de de-
5 ſponſa. impuberum, cap. vno. lib. 6. † Nota in contractibus pa-
ter non admittitur in cauſa filii: quod eſt verum, præterquam
a in cauſa matrimonij,[a] quod eſt contractus. ſ. de condit. appo.
ſuper eo. fallit etiam in teſtamento, 2. q. 4. primo. vbi not. & in
alijs caſibus not. in Speculat. de teſtibus, §. 1. poſt principium.
6 Nota, quod pariter admittuntur teſtes: & par eſt fauor † ma-
trimonij in coniungendo & diſiungēdo, vnde † dicitur quod
ſententia lata contra matrimonium non tranſit in rem iudi-
catam. idem ſi pro matrimonio. de ſe iudic. lator tenor con-
ſanguinei. Oppono ad textum, ꝙ parentes non admittan-
tur, quando agitur de contractu matrimonij. Primò quia
ceſſat ratio textus. non enim melius ſciunt, quàm cæteri, qui
interfuerunt. Solutio. gloſſ. hic non bene ſe firmat. nam glo.
prima in fine dicit, quod hęc decreta. non loquitur in caſu ca.
ſuper eo. de teſti. & eſt eius mens, quòd hic loquatur tantum,
quando de conſanguinitate quæritur. Idem dicit glo. in ver-
bo ſciunt, quòd admittuntur parentes ſuper conſanguinitate,
& illam melius ſciunt. & gloſſ. vlt. idem confirmat: dicens ta-
men hanc decretalem ſolere intelligi, quòd etiam ſuper con-
tractu poſſint teſtificari, & hoc eſt verum, vt patet in textu ibi:
& quorum eſt intereſſe. ita vt ſi non interfuerint &c. Ad quod
oppone de cap. ſuper eo. ſ. de teſti. Solutio. ſtandum eſt diſtin-
ctioni ca. illius, vt dicit glo. penult. & de hoc. 3. q. 5. in fine ſum-
mæ. 14. quæſt. 2. in ſumma. & hoc tenet Hoſtien. dicens, quod
ſiue agatur de conſanguinitate, ſiue de cōtractu: procedit di-
ſtinctio cap. ſuper eo. Sed Innocen. ſ. eo. in rubrica tenet ſuper
conſanguinitate indiſtinctè admitti parentes. In alijs autem
impedimentis poſſe haberi ſuſpectos: ſed in hoc. cap. dicit idē,
ſi in alio impedimento. vnde in verbo dirimendum, ſupplet
propter conſanguinitatem, vel quia aliud matrimoniū prius
contraxerat: quod eſt verius ſeruata diſtinctione ca. ſuper eo.
quia ſubeſt eadem ratio vtroque caſu. tunc ad contrarium pri
mum, reſponde aliter, ꝙ etiam ſuper contractu præſumuntur
agnati melius ſcire: quia communiter coram eis ſit potius, ꝙ
coram alijs & iura adaptantur ad ea, quæ frequentius &c.

ADDITIO.

a Matrimonij. adde Anto. de But. in cap. ſuper eo. cl. 1. in fin. de teſti.

S V M M A R I V M.

1 *Deſponſata inuita poſtea ſpōte cognita cōtra matrimoniū non auditur.*
2 *Copula ſola non ſufficit, niſi interuenerit poſt ætatem legitimam.*
3 *Præſcriptio aliquando currit impuberi.*
4 *Ratihabitio validat id, quod ab initio non tenuit.*

Inſuper

1 INſuper. Deſponſata † inuita ſponte poſtea
cognita contra matrimonium nõ
auditur. Communis diuiſio. ibi: in hoc. & illa
ſubdiuiditur. Primo determinat, ſecundò deter-
minationem probat ibi: ſicut. ibi cognita, ſine coactione ſe-
2 cundum Innoc. Nota, ꝙ ſola copula † non ſufficit niſi interue
nerit poſt ætatẽ legitimã. ibi poſtquam, ſed dic attendi poti⁹
viri potentiam, ſ. de eo qui cogno. conſang. cap. fin. de deſpon.
impuberum. cõtinebatur. & per hunc textum reprobatur opi-
nio illorum, qui dicunt per numerum annorum non probari
pubertatem quò ad matrimonium, de quo dic vt in cap. 1. &
2. de deſponſa. impuberum. hoc probat textus ibi, qui in duo-
3 decimo anno ſpectatur. Nota præſcriptionem † aliquam cur-
rere impuberi, & compleri adueniente pubertate. Præſcribi-
tur enim hic contra contrahentem matrimonium: vt poſt im
pubertatem non audiatur. Aliæ autem præſcriptiones non
currunt contra minores: vel ſi currunt, reſtituuntur. vt in cap.
conſtitutus. de reſtitutio. in integrum. ibi nota. & ff. de mino-
ri. l. etiam. ratio, quare hic currit, eſt, quia pubertas, quoad ma
trimonium eſt ætas perfecta, vt poſſit etiam eſſe in iudicio. de
4 iudicijs cap. fin. lib. 6. Nota quod ratihabitio † validat id, quod
ab initio non tenuit. de quo in gloſſ. fin. & in regula. ratum, &
regula rati. libro 6.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium accuſans propter quæſtum repellitur.*
2 *Exceptio quæſtus inducit repulſionem accuſatoris.*
3 *Nocens alteri ſine ſuo commodo an audiatur.*

SIgnificante. Repellitur accuſans matri-
1 monium † propter quæſtũ,
etiam ſi inchoata accuſatione fiat quæſtus. primo
facti narratio. ſecundo cauſæ commiſſio. Vel cõ-
2 munis diuiſio. ſecunda ibi, cum igitur. Not. quòd exceptio †
quæſtus inducit repulſionem accuſatoris, etiam ſi propona-
tur in vim peremptoriæ, quandocunque. probat hæc litera:
& eſt caſus ſingularis. Oppono primo: pone quòd deberet
admitti accuſator, qui procedit pro conqueſtu & malozelo:
quia accuſatio tendit ad vindictam, de accuſ. ſuper his. Sol. ſe-
cundum Innocen. textus loquitur in denunciatione. Matri-
monium enim proprie non accuſatur, niſi ab vxore, quod di-
xi in rubrica. Sed denunciatur crimen, in quo manent coniu
ges. j. ca. primo. de deſpon. impuberum, ad diſſoluendum, at
denuntiator criminoſus repellitur: 2. quæſt. 1. in grauibus. hæc
ſolutio extorquet literam in verbo accuſare, & verbo accuſa-
tionem, ꝙ bis repetitur. Igitur ſoluit Innoc. aliter dices forte
generale eſſe, quòd nullus admittit ad accuſandum, ſi cõſtat,
quòd mala intentione dicatur: quod nota, & die ſine forte,
quod facit ad id quod ſ. dixi de exceptione quæſtus. Et ex pre-
dictis no. conſilium pro accuſato, vt per amicos intermedios
inueſtiget intẽtionẽ accuſantis; q̃ ſi erit praua & probetur: ac-
cuſans repellitur, ꝙ maxime procedit in eccleſiaſticis. Oppo-
no ſecundò ad prædicta & ad textum: quia videtur impoſſibi
le probare animum accuſantis, & quilibet præſumitur bonæ
fidei. de præſumpt. cap. fin. & non calumnioſus, vel doloſus. ff.
de probati. l. quotiens. §. dolo. de renuncia. cap. 2. lib. 6. Sol. pro-
bari poterit per cõfeſſionem accuſatoris, quam forte fecit ex-
tra iudicium, a qua non poſſet recedere in iudicio. de elec. per
inquiſitionem. ibi not. & de probatio. per tuas. & quantum ad
textum noſtrum exceptio quæſtus probari poterit per media-
tores. de teſti. cap. 1. lib. 6. Item præſumitur calumnia contra
accuſantem ex eo, quod non probat. j. de pœnis calumniam.
3 Oppono ad textum, ꝙ audiatur aliquis nocẽs † alteri ſine ſuo
commodo. C. de naturali. liber. auth. licet. ibi vxor nocet natu
ralibus filijs, qui ſuccederent in duabus vncijs, ſi nõ ſubeſſet:
& tamen ſibi non prodeſt: quia agnati eam excludunt: qui ta-
men non excluderent naturales. Sol. ibi ipſo facto, non autem
ex intentione hoc ſurgit: & eſt ſimile de conceſ. præben. cap.
penul. lib. 6. Oppono vltimo, ꝙ de quæſtu non ſit curandum,
cum matrimonium non ſit ſpirituale, ſed carnale: de quo age
batur hîc: in quo non confertur gratia: & ſolum in ſpirituali-
bus committitur ſymonia. Sol. non eſt verũ, ꝙ non confetat
gratiam: immo confert. 1. q. 1. quicquid. 32. q. 2. honorem. no-
ta. de ſacra vnctione. c. vno. verſ. de ſecundo, & de ſymonia cũ
in eccleſię. Item textus non ponderat ſymoniam, ſed intentio
nem prauam accuſantis propter quæſtum. Quæro, an Iudex
poſſet ex officio repellere, ſi non exciperet de quęſtu & ſibi cõ
ſtaret. Dic ꝙ ſic: quia ex hoc euitatur periculum animarum,
hoc de except. exceptionem.

SVMMARIVM.

1 *Tacens denunciationis tempore ab accuſatione matrimonij repellitur.*
2 *Matrimonij contrahendi tempore mittuntur edicta.*
3 *Egritudinis feruor excuſare dicitur.*
4 *Infantia excuſatur a ſcientia.*
5 *Iuramentum plus operatur quàm præſumptio iuris.*
6 *Iuramentum eſt ſufficiens probatio.*
7 *Cauſam habens ab inhabili non excluditur vt inhabilis.*
8 *Edicta generalia quando locum habeant.*
9 *Præſcriptio quandoq́ue currit contra minorem.*
10 *Audiatur an quis re integra, ſi tamen beneficio dicitur, quod poſt ter-
minum nullus audiatur.*
11 *Edicto tranſacto an quis audiatur.*

CVm in tua. Ab accuſatione matrimonij
repellitur, qui denuntiationis
1 † tempore tacuit: niſi denuntiationem probabili
ter ignorauerit vel iuret ſe de nouo didiciſſe, quod
obijcit: & quod non malicioſe ad hoc procedit. hoc dicit.
Primò quæſtio: ſecundò ſolutio ibi: ſuper quo. & illa ſubdiui-
ditur: quia diſtinguit, & primum membrum proſequitur. ſe-
cundum ibi: alioquin. & ibi primo ſoluit cauſam interſerens.
ſecundò excipit ibi, niſi. tertio exceptionem amplificat: quia
tunc. quarto cauſam reddit: ibi quoniam: Nota conſuetudi-
2 nem, vt tempore matrimonij † contrahendi mittantur edi-
cta: & hodie eſt ius commune: quod dic vt in gl. prima; quæ
addit pro parte huius cap. ſ. de ſpon. cum in tua. Die & de teſti
bus, & de decimis cum in tua. & hæc edicta vocantur banna:
etiam vt in textu: & denuntiationes important, ꝙ ſciens impe
dimentum compareat infra terminum aſſignatum pro va-
rijs edictis, nota de exceptio. dilecti. Aliquando bannum di-
citur pœna pecuniana ſeu mandatum ſub ea factum. 16. q. 1.
ſtatuimus. Nota, ꝙ exiſtens intra diocęſim præſumitur ſcire,
quòd publice fit in ea: & eſt præſumptio iuris tantum: vt hic:
non iuris & de iure, alias non admitteret probationẽ in con-
trarium, de ſponſa. is qui. niſi per confeſſionem partis aduer-
ſæ. C. de donatio. ante nuptias, auth. ſed iam neceſſe: ibi ponit
Cynus, & tenet Azo in ſumma illius tituli: & ꝓbatur in auth.
de æqualitate dot. §. prius. quod eſt notabile multum. Nota,
3 ꝙ feruor ægritudinis † excuſat: quod eſt verum, quando erat
adeo grandis, ꝙ generabat ſoporem. de regula. ſicut tenor, &
cap. ſicut olim. de ſucceſſio. ab inteſtato, cap. finali, & non re-
fert an ſit furor continuus, an interpolatus, reſpectu tempo-
ris, quo durat furor. C. de curato. furioſi. l. penul. 3. quæſt. 9. indi
4 cas. Item, ꝙ tenera ætas, vt infantia † excuſatur a ſcientia: & in
ea præſumitur ignorantia: exponendo verbum teneris pro
ætate infantiæ: vt ſentit glo. Et hæc ætas infantiæ non incidit
in delictum, ff. ad legem Cornel. de ſica. l. infans. ibi dicit, tex-
tus, ꝙ talis ætas non eſt ſuſceptibilis delicti: quia non eſt ſuſce-
ptibilis culpę. Idem dicit in clemen. ſi furioſus, de homicidio:
tamen quantum ad textum poteſt intelligi etiam de pupillo,
qui tranſiuit infantiam: vt cenſeatur excuſandus ante puber-
tatem: niſi doceatur de doli capacitate. j. dicetur. Nota, quod
terminus ędicti pręcludit viam volenti agere poſtea: quod ple
ne declarabitur poſtea. Nota, ꝙ aſſignatur terminus ad agen-
5 dum. quod. j. diſcutietur. Nota, quod iuramentum † plus ope
ratur, q̃ præſumptio iuris: quod notat gl. pęnultima. Sed vide-
tur, ꝙ iuramentum hic non præſtaretur ſuper ignorantia edi-
cti: ſed ſuper ignorantia impedimenti. & propterea aliqui re-
probant gloſam: vt Ioannes And. ſed ſaluari poteſt: vt intelli-
gatur, ꝙ iuramentum excludat præſumptionem iuris: quæ
erat, vt præſumeretur ſciuiſſe de impedimento: & ſic non ſit
6 audiendus: quod tenet Ioann. Cal. Nota, ꝙ † [a] iuramentum
a eſt ſufficiens probatio: vbi agitur de conſcientia alicuius. hoc
7 notat gloſ. de teſtibus. præſentium. Nota, ꝙ habens cauſam †
ab inhabili non excluditur vt inhabilis: vt hic in fin. quod dic
vt in gl. vltima. & procedit hęc, quia habemus ſolum ponde-
rare perſonam hodie denunciantem, non illam, a qua habuit
cauſam. Oppono, ꝙ talis denuntiatio ſeu talia edicta fieri non
debeãt: quia nemo cogitur inuitus agere. C. vt nemo inuitus.
8 in rubro & nigro. Innoc. ſoluit, ꝙ hæc generalia edicta habent
locum, vbicumque plures admittuntur ad agendum, vel con
tradicendum: vt in reſtitutione, matrimonio, adoptione: na-
talibus & ſimilibus, ſ. tit. 1. lator. ff. de adoptionibus. l. nam ita.
in auth. ſi omnes. C. vt ab hęredi. ſe abſtineant. Et eſt ratio, qua
re ſic generaliter proponuntur: quia neſcitur, quæ perſona cer
ta citari debet: ſic dicitur in electione accuſationum. ff. quo-
rum legato. l. ſecunda. §. primo. Oppono ſecundo in eo, quòd
excuſatur qui fuit in teneris annis: ita ꝙ comprehendere non
poterat.

ADDITIO.

a Iuramentum, adde Pan. conſi. 94. Ludo. & Alexand. in l. 3. §. dato. ff. de iureiu
ran. Bart. in l. 2. §. fin. C. vbi in rem ac, Butri. in cap. veniens. de teſtibus.

poterat. Deberet enim ſufficere, ꝙ fuit minor, etiam ſi poterat comprehendere: quia minori non currunt tempora: nec auditur ſine curatore. inſti. de curato. §. inuiti, nec præſcribitur contra eum. C. in quibus in cauſis in integ. reſtitut. non eſt neceſſ. l. fin. Innocentius ſoluit, quòd hic expedit, quod ſit minor quattuordecim annis, & non ſit doli capax. vnde forte ſufficit, quòd ſit doli capax: ſecundum eum, de delict. puer. ca. primo. quia cuilibet, qui peccare poteſt dictum eſt illud. 2. quæſtione 1. qui peccauerit. 24. quæſtione. 3. tam ſacerdos. de iudic. noui. Ego dico etiam ſine, forte, ꝓpter textum, & habes hic caſum
5 expreſſum, in quo præſcriptio currit contra minorem. † Ratio: quia non agitur de diminuendo patrimonium ſuum. Oppono tertio, quod non debuit audiri, qui habuit cauſam ab eo qui non audiretur: ſed potius repelli, tanquam ſuſpectus. de teſtibus licet. ſecundo. Solu. vt in gloſ. fin. Aliud in teſte &c. vt in glo. & dic melius, quod non repellitur accuſator propter ſuſpicionem, niſi ſurgat ex propria culpa. ꝰ. capi. ſignificaſti. & hic. Secus in teſte. vt dicto cap. licet. quia cum fides teſtis menſuretur ab authore ſuo: igitur &c. Sed accuſatori non creditur. Oppono quartò, ꝙ nullus indiſtincte ſit audiendus. C. de ingenuis manumiſſ. l. diffamari. Solut. ibi loquitur, quando lata fuit ſententia, vt nullus audiatur. Secus ſi lata non eſſet: quia terminus edicti eſt quædam comminatio ſecundum Innocẽtium. Ego dico in caſu capit. quod etiam lata ſententia audietur accuſans in caſibus hic exceptis per rationes textus. Oppono ad idem de l. ob commiſſa. C. de adulterijs. vbi indiſtincte nullus admittitur. Solu. ibi, quando terminus eſt datus a lege ciuili: idem ſi a canonica: vt in caſu cap. primi de electio. libr. ſexto & in ſimilibus. Idem dicit Innocentius ſi a lege municipali: per l. vltimam. ff. de decre. ab ordi. faciendis, quæ non multum vrget. Sed pro hoc: quia æquiparantur lex ciuilis & municipalis. Oppono per contrarium, quòd quilibet debeat audiri poſt terminum edicti. 20. quæſtione ſecunda. puella, ff. de legatis ſecundo. l. cum quidam. in fine. & alijs iuribus allegatis in gloſ. ſuper verbo, ſed nunquid. gloſſ. ſoluit, poſt terminum nullus audietur, ſi res deſierit eſſe integra: quod nota. & dicit eſſe integram, vſquequo contractum ſit matrimonium de præſenti. hanc gloſam induxi alias ad quæſtionem facti: vt poſt terminum edicti ſuper electione audiatur quilibet ante confirmationem: quia adhuc res eſt integra. argumen. huius gloſ. quod not. Goffredus vero dixit in caſu huius ca. quemlibet audiendum vſque ad diem benedictionis, quæ debet præuenire conſummationem matrimonij. 30. quæſt. 5. cap. 1. & 2. & cap. ſponſus, quòd nihil eſt: quia nihil adijcit matrimonio, niſi habuerit reſpectum: quia in pluribus locis ſolet contrahi matrimonium de præſenti in die benedictionis. Quæro, quid
10 ſi dictum fuit in bãno, quòd poſt terminum nullus audiatur. Dicit Innocen. quòd adhuc audietur quilibet re integra. per l. mancipiorum, & l. ſi optio. §. fin. ff. de optio. legata. pro hoc de præben. ſi tibi abſenti. lib. 6. quod nota. Ad quod oppone, quia iſta comminatio eſt ſententia. ergo poſt ſententiam nullus auditur: vt ꝰ. eſt dictum Sol. aliquando fit cum cauſæ cognitione: & tunc habet vim ſententiæ. Aliquando ſine cauſæ cognitione, & eſt nuda comminatio, & quilibet auditur poſt eam. C. comminationes, & epiſtolas. l. ea quæ. & l. interlocutio. ſecũdum Innocen. quod not. & ex gloſ. eius habes duas concluſiones. vna eſt, quod poſt terminum legis communis, vel municipalis indiſtincte quis non auditur, vt in l. ob commiſſa. præal leg. Alia, quòd poſt terminum hominis quilibet auditur, re integra: etiam ſi ſit facta comminatio: niſi ſit facta cum cauſæ cognitione. Sed dices, quòd nunquam valeat, niſi cum cauſæ cognitione: per l. cum titia. & quod ibi nota. ff. de accuſa. & quod not. Dyn. in regula indultum. lib. 6. Sol. aliquando terminus aſſignatur ad agẽdum, & poteſt aſſignari ex cauſa, etiam non cognito de cauſa. Aliquando reo ad proponendas defenſiones: & tunc ſi ſine cauſæ cognitione, nihil præiudicat. Ratio differentiæ; quia rei ſunt fauorabiliores: per regulam, indultum, & ponit Bat. in l. cum titia. præallegata. Quæro, quid ſi nullus terminus fuit præfixus in edicto. dicit Innoc. ꝙ debet intelligi cum quodam temperamento: ad hoc no. de appella. cum parati. & iura quæ allegantur in gl. vlti. in verſic. Ioan. dixit &c. Ex quo dicto expreſſe nota, ꝙ valet citatio ſine die. de quo eſt tex. in cap. cum parati. & ibi eſt dictum, de app. Quæro vlt. quid ſi aliquis tacuit tempore edicti, quia alius accuſabat. Sol. ſecundum Innoc. admittitur, ſi docet primum præuaricantem. l. 4. ff. de præuaricato. alias non: etiam ſi ignorauerit de illo. de hoc. ꝗ. de accuſati. de his. Vt autem concludas, cum
11 quæritur, an poſt edictum † quis audiatur.[a] Dic: aliquando
a edictum fit ſine termino. aliquando cum termino. Si ſine termino, arbitrarium eſt: vſque quò audiatur cum quodam temperamento, vt ꝰ. eſt dictum, ſi cum termino aliquando eſt terminus l. cõmunis vel municipalis: & poſt illum extinguitur omne ius. l. ob commiſſa. præalleg. pone exemplum in termino finiendæ appellationis, de app. ex ratione, & ſimilibus. Aliquando eſt terminus hominis & aliquando eſt datus ſine cauſa & non præiudicat, nec dari poteſt. non enim dicitur iudex, niſi actus ſit iuſtus. de verbo. ſign. forus. Aliquando cum cauſa rationabili, vt in caſibus enumeratis in primo contrario, & in ſimilibus: & tunc aliquando ſine cauſæ cognitione: & quò ad actorem, ſic: vt ꝰ dixi Aliquando cum cauſæ cognitione: & tunc aliquando lata eſt ſententia: vt nullus audiatur, & indiſtincte præiudicatur. l. diffamari. ꝰ. alleg. Aliquando non eſt lata ſententia: & re integra quilibet auditur: vt in glo. re non integra: non vt in textu: & nota, quòd ſententia iudicis, per quam pronunciat nullum audiendum, eſt interlocutoria: vt dicit gl. in l. cum Titio. ab ea tamen appellatur etiam de iure ciuili: quia non expectat aliam poſt ſe.

ADDITIO.

a Audiatur. Adde Cardin. in cap. cum tu. de vſur.

De diuortijs. Rubrica.

Viſo qualiter matrimonia coniungantur, & qualiter accuſentur: videamus qualiter diſſoluantur: & ſic de diuortijs, quæ aliquando fiunt ad thorum: quandoque ad vinculũ. ideo, &c. De materia. 28. quæſ. 1. & 2. 32. q. 6. & 7. 33. q. 2. 35. q. 6. ab iſto. & duobus, cap. ſequentibus. 7. q. 9. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier machinata in mortem mariti, poſt eius obitum prohibetur cũ alio contrahere.*
2 *Mulier an poſſit contrahere cum illo, cum quo fuit machinata.*
3 *Machinatio ad dirimendum matrimonium an ſufficiat.*
4 *Maritus viuens an cogatur cohabitare mulieri vitæ eius inſidiatrici.*

1 SI qua mulier. Mulier † machinata in mortem mariti poſt eius obitum prohibetur cum alio contrahere. hoc dicit tibi: conſiliata. id eſt machinata. de eo qui duxit in matrimoniũ. ſignificauit ibi: poſt mortem, hoc verbum olim fuit gloſ. Oppono ad textum, quòd mulier propter inſidias, & machinationes non impediatur contrahere, niſi habuerint effectum, de eo qui duxit in matri. ſignificaſti. de conuer. infide. cap. 2. quod ibi nota. Sol. non punitur hic mulier propter machinationem: ſed propter homicidium voluntarium. per eam namque non ſtetit, quin com-
2 mitteretur. Item hic non quæritur, an mulier † poſſit contrahere cum illo, cum quo fuit machinata: quia illi fuerunt interfecti, vel forte aliquis illorum: ſed an poſſit cum alijs, & per hanc decreta. dicit Hoſtien. reprobari opinionem Goffr. qui
3 voluit ſolam machinationem † ſine adulterio non ſufficere ad dirimendum matrimonium. Ego dico per prædicta, quòd non facit: nam ſi hic contraheret mulier, valet: vt dicit gloſ. fin. Quæ autem crimina dirimant matrimonium, no. Hoſti. in ſumma de matrim. §. qualiter, verſ. ſic & alia quædam, & ſequenti & de ſponſ. §. fin. verſi. item decem. Quæro, an mari-
4 tus † viuens cogatur cohabitare mulieri inſidiatrici eius vitæ. Dicit Hoſtien. quod non, ſicut e contra de reſtitut. ſpolia. literas, ad fin. & quia glo. 2. opponit de cap. fin. de ſpon. & non ſoluit, dic, quod hic crimen fuit perfectum quò ad mulierem: quia per eam non ſtetit. Item in atrocibus ſufficit animus, l. ſi quis non dicam. C. de epiſcop. & cleric. ad hoc de ſenten. excommun. cap. cum voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio ſpiritualis facit ſeparationem.*
2 *Vir & vxor pariter iudicantur.*

QVæſiuit. Coniuges ob alterius crimen non ſeparantur, niſi ob ſpiritualem for
1 nicationem: † & tunc ſeparantur quò ad thorum. idem eſt de carnali fornicatione, inf. cap. ſignificaſti. Habet tria dicta. ſecunda verum. tertia ibi viris. Not. quòd ꝓp ſpiritualem fornicationẽ fit ſeparatio quò ad thorũ. & ſic
a quod dr̃ Matt. 19. & 28. q. 1. vxor. & cap. ſeq. de fornicatione,[a]
debet

ADDITIO.

a De fornicatione. Adde, cap. dixit dominus 32. quæſt. 1. & in cap. ſi vxorem 32. quæſt. 1. & in cap. ex per te. de ſponſa.

debet intelligi generaliter tam pro ſpirituali, quàm carnali.vn
de quod dicit hoc text. in ſidelitatis. expone. idest idololatriã,
dicit tamen Innoc. idem ſi ad aliud peccatum, cui reſiſtit hic
2 tex. in princ. & dicetur, ꝟ. cap. quanto. Nota, ꝙ vir † & vxor iu-
dicantur pariter ꝟ. cap. gaudemus. verſ. ſi ergo.

SVMMARIVM.

1 *Vir non poteſt dimittere vxorem abſque conſilio eccleſiæ.*
2 *Iudex ex officio cognoſcit de cauſa matrimonij.*
3 *Vir an poſſit dimittere vxorem ſine iudicio propter impedimentum notorium.*

1 PORRO. Vir † nõ poteſt dimittere vxorem abſ-
que iudicio eccleſiæ, propter impedi-
mentum etiam notorium. hoc primo. Si fama de-
fert impedimentum coniugij etiam nemine ac-
cuſante, iudex inquiret. Habet duo dicta. ſecundum in §. præ-
2 terea. Not. quòd iudex † ex officio cognoſcit de cauſa matri-
moniali ibi: & tui officij. debet enim ſtare pro matrimonio.
inf. eod. ex litteris, & reſiſtere colludentibus. de eo qui cog. cõ-
ſang. ſuper eo. Oppono in princ. quòd propter impedimentũ
3 notorium poſſit vir † dimittere vxorem ſine iudicio: quia in
a notorijs non eſt neceſſarius ordo iuris. [a] 2. quæſt. 1. de manife-
ſta. gl. 1. ſoluit, quòd eſt neceſſitas quo ad ſententiam. alibi idẽ
dicit quò ad citationem, de iureiur. ad noſtram. 3. Oppono,
ſecundo ad idem, debet enim ſe ſubtrahere a cohabitatione,
ne faciat contra conſcientiam, de ſenten. excommun. inquiſi-
tioni. Sol. ſecundum Innoc. poteſt ſubtrahere debitum, vt ibi:
ſed non poteſt eam a ſe ex toro ſeparare: vt hic. glo. 2. reddit ra
tionem: quia diuortium eſt pœna, quæ non debet inferri niſi
a iudice, & eſt gloſ. ſingularis in hoc, & procedit in diuortio,
quod fit propter crimẽ adulterij vel fornicationis ſpiritualis.
Sed ſi propter impedimentum ſine crimine non eſt verum.
Oppono tertio, quòd reſtitutio ſit deneganda, ex quo impedi
mentum erat notorium. de reſtitu. ſpol. literas, ad fin. glo. ſol-
uit, quòd hæc ſecundum illam. Dico autem melius, & nun-
quam fuit ponderatum, hic non dicitur reſtitutionem facien-
dam, ſi impedimentum eſſet notorium, ſed ſolum dicitur, ꝙ
maritus non debet ſeparare vxorem a ſe etiam propter impe-
dimentum notorium, & per hoc hæc decret. in nullo reſiſtit.
cap. inf. proxi. vt ibi dicam. Oppono ad idem de capit. tenor.
ſup. de re iudic. Sol. ibi matrimonium fuit contractum con-
tra prohibitionem eccleſiæ: ideo in poſſeſſione talis matrimo
nij non tenentur coniuges.

ADDITIO.

a Ordo iuris. Adde gloſ. in cap. ſuper eo. de teſti. cog. glo. in cap. ad noſtram. de iureiur. Innocen. in cap. ex parte, de verbo. ſignif. Ioann. And. in cap. noſtra, de coha. cle. & mu.

SVMMARIVM.

1 *Vxor petens reſtitutionem mariti, repellitur ſi fuerit notorie fornicata, & vir continuerit.*
2 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

1 SIGNIFICASTI. Repellitur vxor † petens reſti-
tutionem mariti, ſi fuit noto-
riè fornicata, & vir continuit. hoc dicit. Commu-
2 nis diuiſio. No. in fine, paria delicta † mutua com-
a penſatione tolluntur, [a] quod eſt examinatum de excep. dile-
cti. & examinatur. ff. ſolu. mat. l. cum mulier. Glo. prima & ibi
de eo quod eſt. ad hoc, quod not. ſupr. de reſtitutio. ſpoliato. li-
teras. in 3. glo. & ꝟ. de languidis & expoſitis, cap. vno. & de adul
ter. intelleximus. in gloſ. 1. in fin. gloſ. ratio, quia vltima mora
nocet. l. illud. ff. de periculo & commo. rei venditæ. Oppono,
quod mulieri petenti reſtitui nõ obſtet exceptio adulterij no-
torij per regulam dolo. & quod ibi not. lib. 6. vbi dicitur, quòd
non habet locum in poſſeſſorijs recuperandæ. & tenet ibi Dy.
& ponit gl. de reſt. ſpol. in litteris. Sol. ſecundum Innoc. ꝙ ob-
ſtat exceptio adulterij notorij, vt hic. & tradit Innoc. regulã,
quòd in quacunque reſtitutione obſtat exceptio impedimen-
ti notorij cuiuſcunque. pro hoc inducit regulam legis dolo.
& idem ſecundum eum ſi probationes ſunt promptæ. ſup. de
reſti. ſpol. literas, & cap. ad decimas. lib. 6. quòd not. Pro intelle
ctu cap. conſtitutus. ꝟ. de fili. presbyt. Sed ſi impedimentum eſt
non notorium, tunc ſecundum Inno. obſtat agenti petitorio:
quod etiam tenet hic gloſ. penul. Sed non agenti poſſeſſorio.
Oppon. primò de cap. ꝟ. proximo, vbi etiam notorium impe-
dimentum non excludit reſtitutionem. Solu. quidam intelli-
gunt, quòd impedimentum ſurgens poſt ſpoliationem ſi eſt
notorium, impedit reſtitutionem, vt hic. Secus ſi præcedit, vt
in cap. præcedenti, quod nihil eſt. non enim refert, præcedat,
vel ſequatur. ſi ſubeſt, cum petitur reſtitutio: immo fortius ꝑ-
cedens debet impedire, tanquam, quòd diutius durabat. ſup.
de conſue. cap. fin. Soleo dicere, quod denegatur reſtitutio, ſci
licet officio iudicis. ſic loquitur illud, non autem ad inſtantiã
partis, vt in cap. præcedenti. Dico nunc melius quòd cap. præ-
cedens nihil penitus facit, non enim dicit reſtituendam mu-
lierem, ſi impedimentum fuiſſet notorium: ſed ſolum dicit,
quòd etiam ſi eſſet notorium, non debet vir propria authorita
te a ſe eijcere. in eo autem quòd mandat ſibi reſtitui, non præ
ſupponitur ibi, quòd fuerit notorium, quod vſque huc reputa
tum fuit multum forte contrarium. Sta ergo prædictis. Oppo.
ſecundo, quòd replicatio de adulterio viri non repellat exce-
ptionem. ff. de doli excep. l. apud. §. Marcellus. gloſ. remittit ad
cap. dilectu. de excep. dic vt ibi, & intelligit, quòd replicatio fiat
de adulterio notorio ipſius viri, ꝙ etiam tacet glo. licet Hoſti.
videatur alter intelligere: ſed tene primum. Et conclude, ꝙ
contra agentem petitorio obſtat exceptio adulterij etiam nõ
notorij. & contra exceptionem replicatio adulterij etiam nõ
notorij. Sed contra agentem poſſeſſorio recuperandæ ſola ex
ceptio adulterij notorij, & ſimiliter contra exceptionem ſola
replicatio adulterij notorij, & dicit Inno. ꝙ hic erat notorium
facti permanentis propter gradiẽtem ſuper terram, ſcilicet ſo-
bolem. De notorio plene de cohabita. cle. veſtra.

ADDITIO.

a Tolluntur. Adde gloſ. 1. in l. 2. ff. ne quis eum qui in ius voc. docto. in cap. penult. & fin. de adul.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſeparatum propter adulterium mulieris reintegratur, ſi vir poſtea fornicatur.*
2 *Confeſſus habetur pro conuicto.*
3 *Maritus tenetur facere ſumptus victus vxoris.*
4 *Epiſcopus procedere debet cum capitulo in caſu matrimonij.*
5 *Adulterium prætextu paupertatis non excuſatur.*
6 *Confeſſioni mulieris in præiudicium matrimonij an ſtari debeat.*

1 EX LITTERIS. Matrimonium † ſeparatum pro
pter adulterium mulieris reinte
gratur, ſi vir poſtea fornicatur. Communis diui-
ſio. ſecunda ibi vnde. & ibi furtim: alias clam; ideo
illa decret. erat olim in tit. ſup. de clande. deſponſa. in ſecunda
2 compilatione. Not. ꝙ confeſſus † habetur pro conuicto, [a] &
a ſtatur confeſſioni in cauſa matrimonij. Nota, ꝙ maritus † te-
3 netur facere ſumptus victus mulieri. de hoc in Specu. qui fil.
ſint legi. verſi. nunc dicamus, & de dona. inter virum & vxor.
4 §. 2. verſi. ſed nunquid. No. ꝙ epiſcopus † debet procedere cum
capitulo in caſu matrimonij. tu dic, vt in cap. non eſt. ꝟ. de cõ-
ſuet. lib. 6. Nota, ꝙ paria delicta &c. Oppono primo, ꝙ excuſe
tur mulier, quæ prætextu neceſſitatis fornicata eſt: ſicut & ꝓ-
pter neceſſitatem pater diſtrahit filium. C. de patri. qui fili. di-
ſtrax. l. vlti. Sicut etiam nõ poteſt opponi ingratitudo filiæ for-
nicanti poſt 25. quæ ante non fuit nupta. C. de inoffi. teſta. aut.
5 ſi poſt. Sol. prætextu paupertatis nunquam excuſatur † adulte
rium: vt dicitur in glo. 1. ad auth. ſi poſt. illud in odium patris
non maritantis filiam, nec ibi excuſatur quò ad omnia: & ille
eſt alius caſus. Oppono ſecundo, ꝙ non debuerit ſtari confeſ-
6 ſioni † mulieris in præiudiciũ matrimonij. de eo qui cogno.
conſang. ſuper eo. Sol. vt in gl. 2. illud cum agitur de vinculo:
hic ſolum quò ad thorum. Oppono tertiò, ꝙ adulterium ma-
riti ſuperueniens poſt rem iudicatam, non debeat cum priua
re commodo rei iudicatæ: ſed ſtandum eſt rei iudicatæ: de re
iudica. cap. primò, glo. tertia ſoluit. Alij dicunt, ꝙ non fuit dif-
finitiua, ſed interlocutoria ea, quam tulit epiſcopus, quod te-
net Innoc. per hoc verbum priuatim: ſed quod fuerit diffiniti
ua, facit; quia tulit cum capitulo: alias illam ſolennitatem nõ
adhibuiſſet, dic non curandum, quia etiam diffinitiua habet
dependentiam ex ſequentibus propter periculum animæ: &
ſi detur cauſa fornicationi, reuocabitur. Item maritus poſſet
expreſſe renunciare: ergo & tacite, debet enim fieri mutua cõ
penſatio. ꝟ. cap. proximo in fin. & inducit Ioan. And. hanc de-
creta. 20. q. 1. noſce. in fine gloſ. vlt. & 33. q. 5. quod deo. in gl. 2,
ad probandum, ꝙ ſi coniuges promiſerunt continentiam, &
alter fornicetur, licet alter non poſſit petere debitum: tamen
epiſcopus ad hoc coget, vt cohabitet: quod dictum eſt verum:
ſed non probatur hic. Quærit gl. an confeſſio, de qua hic, ſit re
uocabilis. Dic, vt in c. fin. in gl. vt vnum. de iureiur. lib. 6. quod
põt reuocari, antequã recipiatur in actis. & plenius dic, vt ꝟ. de
confeſſis. c. fin. Quæro etiam, an maritus, ad cuius inſtantiam
facta ſit ſeparatio, poſſit &c. dic vt in gl. quæ eſt vera.

ADDITIO.

a Pro conuicto. Adde gl. in verbo, & cõfeſſione in c. peruenit. de fideiuſ. gl. 1. in c. 1. de celebr. miſſ. & in l. 1. C. de cõfeſſis Bar. in l. de ætate. in § qui interrogatur, ff. de interroga. actio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Separatio matrimonij propter aliud crimen, quam hæreſis an fieri poſſit.*

DE illa. Si vxor a viro lapſo in hæreſim propria
authoritate reuerſum, ad eum reuer-
ſum ad fidem redire compellitur. Secus ſi fuit per
iudicium eccleſiæ ſeparata. habet duo dicta, ſeu v-
num bimembre ibi: ſi vero. Oppono ad textum, ꝙ etiam ſi
iudicio eccleſiæ receſſit, cogatur redire. ſ. ca. proximo. vbi etiã
poſt diuortium latum per ſententiam, cogitur recipere vxorẽ
ipſe vir, ſi fuit adulteratus. Sol. ibi: propter adulterium ſequẽs
priuatur commodo ſententiæ. hic nihil fecit poſt ſenten-
tiam: vel ibi non fuit diffinitiua, ſed ſimpliciter indicta con-
tinentia. Quæro de duobus infidelibus, quorum alter conuer
titur. dicit Innoc. ꝙ altero poſtea veniente ad fidem, debet di
ſtingui vt hic. propterea ad verbum maxime dic intelligendũ
proprie. Quæro de forma pronunciandi in hoc c. & in c. præ-
cedenti. dicit Innoc. ꝙ quando propter adulterium fit ſepara-
tio thori, dicet iudex: ſeparo donec placuerit viro, vel ecõtra:
quod dictum no. Ex quo nota caſum ſingularem, in quo ſen-
tentia ferri poteſt ſub conditione reſoluente: & hoc eſt ideo,
quia ineſt. ſ. cap. proximo. Quæro, an propter aliud crimen, q̃
1 hæreſim poſſit fieri ſeparatio † matrimonij. quidam, vt refert
Innoc. ꝙ ſic. alij contra, & procedit hæc diuerſitas diuerſimo-
de intelligendo, cap. idololatria. 28. q. 1. & ſ. c. proximo. ad hoc
quod no. de conuerſio. coniuga. ad apoſtolicam. Ego puto, ꝙ
ſeparatio thori fieri nequit, niſi ex fornicatione carnali. vt ſ.
cap. proximo, vel ſpirituali. ſ. eo. c. 2. & talis ſeparatio præiudi-
cat illi, ex cuius cauſa fit, non alteri: poſſet forte fieri in alijs cri
minibus ſubtractio ad tempus, donec pœniteat delinquens.

SVMMARIVM.

1 *Vinculum coniugij non diſſoluitur altero coniugum fidelium in hæreſim lapſo.*
2 *Differentia inter coniugium fidelium & infidelium.*
3 *Iure ſuo aliquando quis priuatur ſine culpa, ſed non ſine cauſa.*
4 *Matrimoniũ an ſit ratum inter hæreticos, vel baptizatos ab hæreticis.*

1 QVanto. Vinculum † coniugij non diſſoluitur
altero coniugum fidelium in hære-
ſim lapſo. ſed ſi alter coniugum infidelium con-
uertitur ad fidem, & reliquus nolit ei cohabitare,
vel non ſine contumelia creatoris, vel peccato mortali ſolui-
tur vinculum coniugij: & conuerſus cum alia contrahere po-
terit. hoc dicit. Communis diuiſio. ſecunda ibi, nos igitur. illa
ſubdiuiditur in particulas, quæ patebunt in litera. & ibi apoſto
lus. 1. ad Corinth. 7. & ibi frater, id eſt quilibet chriſtianus. 11. q.
3. ad menſam. & ibi ſeruituti. Dicit Hoſt. alicuius vinculi filia-
lis vel fraternalis vel ſimilium: quia potius debet parere deo.
11. q. 3. non ſemper. & cap. Iulianus, & ibi ratum, id eſt indiſſo-
lubile ſecundum Innoc. & ibi incideretur, vel qualitercunque
impotens reddatur. de frigi. ex litteris, de iureiur. quemadmo
dum, 32. q. 7. illi qui. quod alleg. gloſ. per hanc reſponſionem,
quæ dicit, ꝙ altero fidelium in hęreſim lapſo, alter non poteſt
2 contrahere. Nota differentiam † inter coniugium fidelium,
& coniugium infidelium. inter fideles eſt ratum, id eſt indiſſo
a lubile. inter infideles non: quia caret baptiſmo, qui eſt funda-
mentum omnium ſacramentorum. [a] de pbr̃o non batiza. c.
1. 2. & 3. & ſemel habitum nunquam amittitur vt luc. & de
conſe. diſt. 4. oſtenditur. ſic itaq; & ſacramenta ſunt perpetua,
ſed quia hoc fundamentum ceſſat inter infideles: ideo &c. ſi-
b cut nec durat domus ſine fundamento. [b] Nota illud, ꝙ quis
3 interdum priuatur iure † ſuo ſine culpa, ſed non ſine cauſa. de
hoc in gloſ. in verſi. culpa. Oppono, ꝙ lapſo in hæreſim redeũ-
te: coniunx, qui remanſit in fide, teneatur cohabitare. ſ. de cõ-
uer. coniug. cap. fin. & ſ. c. proxi. gl. vlti. ſolut. & extra gloſ. ſunt
etiam opiniones. nam quidam approbant opi. Lau. Tu vero
ſta cum gloſ. & ſic intellige cap. præcedens. & ca. fin. præalleg.
Conclude ſic. Aliquando ſine iudicio eccleſiæ diuertit, & in-
diſtincte cogitur redire. ſ. cap. proxi. in primo membro, Aliqñ
iudicio eccleſiæ: tunc aliquando vult ſtare in ſeculo. & idem,
vt hic in fin. quod ſic loquitur. Aliquando vult tranſire ad re-
ligionem, & poteſt. dicto. c. fina. quod ſic intelligitur. Quæro,
an inter hæreticos, vel baptizatos ab hæreticis ſit matrimoniũ
4 † ratum. dicit Innocen. quod quæſtio non procedit: Aut enim
fuerunt baptizati in forma eccleſiæ & cẽſentur iure fidelium.
& ipſi etiam hęretici ſic cenſentur, cum habeant baptiſmũ,
per hanc litteram, ad hoc de hæretic. decreuit. libro ſexto, aut
extra formam eccleſiæ: tunc non ſunt baptizati: & cenſentur
iure infidelium. de ſumm. Trinitat cap. 1. §. ſacramentum. de
ſchiſma, cap. 1.

ADDITIONES.

a Sacramentorum. Adde cap. per catechiſmum. de cog. ſpi. lib. 6. gl. in verbo baptizari. in cap. quicunque. 87. diſtin. glo. ſummę de conſe. diſt. 4. Archid. in cap. caue. 28. q. 1.
b Fundamento. Adde. c. cum Paulus. 1. q. 1. gl. fin. in cap. vbi ſancta fides 24. q. 1. glo. in verbo fundamento in cle. 1. de ſumm. Tri. originaliter. 1. ad Cor. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fidelis tenetur cohabitare cum coniuge infideli.*
2 *Contrahi poteſt de iure diuino in ſecundo gradu.*
3 *Fideles non arctantur conſtitutionibus canonicis.*
4 *Chriſtianæ religioni fauendum eſt.*
5 *Peccatum aliàs, meritum cenſetur permiſſione diuina.*
6 *Libellus repudij reprobatus eſt de iure diuino.*
7 *Iudæi lege ciuili & canonica quomodo arctentur.*
8 *Infidelis viuente prima vxore, ſi contraxit cum pluribus, & conſummat matrimonium: an mortua prima habebit aliquam ex illis.*
9 *Fidelis ſi contrahit cum pluribus mulieribus eodem momento, videtur eam habere vxorem cum qua primo matrimonium conſummat.*
10 *Priuilegia conceſſa dotibus inter infideles, an competant.*

GAudemus. Pagani coniuncti gradu pro-
hibito lege canonica tãtum,
poſt baptiſmum non ſeparantur. & ſi paganus plu
res vxores habebat; poſt baptiſmum adhærebit
primæ, & ſi repudiata illa cõtraxerat cum propria, ad huc ad-
hærebit primæ, etiam ſi prima repudiata matrimonium con-
traxiſſet. ſecus ſi fornicata fuiſſet. hoc dicit pars huius ca. ſ. tit.
2. & de conuer. coniugato. gaudemus. habet tria dicta princi-
palia. ſecundum in §. quia vero. tertium ibi: quia autem, & ibi
alias 1. ad Corinth. 7. 28. quæſt. 1. iam nunc. & ibi apoſtolum. 1.
a ad Corinth. 5. & ibi de his, qui foris ſunt [a] id eſt extra eccleſiam
& ibi verum. hoc probat triplici ratione prohibendam plura-
litatem coniugum, & ibi coſta vnius hominis. ad deſignan-
b dum, quòd debet eſſe vnus vnius, & fuit coſta [b] non caput vel
pes: vt videretur collateralis. 33. quæſt. 5. nec illud. & ibi teſte-
tur Gen. 2. & ibi Iacob Gen. 25. cum mentitus eſt ſe eſſe Eſau,
& ibi: Iſraelitæ, quando vnuſquiſque petijt ab Egyptiis vaſa au
rea & argentea. Exo. 3. & 7. & ibi Sanſon, qui concuſſis colo-
nis domus: interfecit tria millia Philiſtinorum: Iudi. 16. &
ibi patriarchæ. ſcilicet Abraam & Iacob. & ibi: iuſti, vt Dauid.
2. Reg. 11. & Iudas ſecundi Paralypomenon. 24. & ibi legun-
tur. 3. quæſt. 1. in ſumma & ibi Euangelio Matth. 19. Marci. 10.
& Lucæ. 16. & ibi Euangelio Matthei. 19. & ibi peccatum: vt
quia vult, quòd vir exerceat latrocinia, vel ſimile. & ibi apoſto
lus. 1. ad Corinth. 7. & ibi Euangelio Lucæ. 15. Nota, quòd fi-
1 delis † tenetur cohabitare cum coniuge infideli: quod intelli-
ge de conſilio non de præcepto. 28. quæſt. 1. iam nunc. & ca. ſic
enim. poſſet enim diuertere. ſup eo. ca. 2. & petere diuortium
thori. ſup. eod. de illa. ratio autem conſilij: quia ſanctificatur
vir infidelis per mulierem fidelem: vt dicit apoſtolus. ſic & e-
2 conuerſo. Nota, quòd in ſecundo gradu poteſt contrahi † de
iure diuino, quod intellige in linea æquali, & declara vt in ca.
3 litteras. ſup. de reſti. ſpoliato. Not. ꝙ infideles † non arctantur
cõſtitutionibus canonicis, & in hoc nota textũ, qui hoc ꝓbat.
4 Not. ꝙ chriſtianæ † religioni fauendũ eſt: ex quo infertur falsũ
eſſe, ꝙ rudes dicunt, ꝙ Iudęus, qui cõuertitur, tenetur oĩa di-
c mittere. [c] hoc. n. fit, quia ſunt vſurarij. Et hæc eſt ratio; quia nõ
pñt baptizari ſtantes in mortali. In §. verum. no. ꝙ de iure diui
no matrimoniũ habet vnibilitatem, & indiſſolubilitatẽ. Item
5 permiſſione † diuina id, ꝙ alias eſſet peccatũ, cenſetur meritũ:
quæ permiſſio alias vocatur mos, & tranſit in aſſuefactionẽ, vel
vſum. Aliqñ fas: i. diſpenſatio ſeu licentia i. ꝙ aliqñ eſt genera-
lis, & tunc eſt mos, aliqñ eſt ſpecialis: tunc eſt fas. i. diſpenſatio
6 Inn. §. qui aũt. No. ꝙ libellus † repudij [d] reprobatus eſt de iure
d diuino, quod tenet hic Inn. dicens, ꝙ permittebatur ſolum ad
euitandũ maius ſcandalũ: quia alias nõ eſſet licitũ ſm Inn. In-
duco adhoc Deuter. 24. & Marc. 10. dixerunt turbę ad Ieſum:
Moyſes permiſit libellum repudij. & dñs ad eas. Ad duritiam
e cordis veſtri ſcripſit ꝑceptũ iſtud: ab initio aũt creaturæ maſcu
f lũ & fęminã [e] fecit eos Deus, & dixit: ꝓp hoc relinquet &c. [f]
& erunt

ADDITIONES.

a Foris ſunt. Adde, c. multi. 2. q. 1. & in c. non in lege. 23. q. 4.
b Coſta. Adde glo. in verbo, & vt vnus, in c. hoc imago. 33. q. 5.
c Dimittere. Adde Fel. in c. iudei. el 2. in prin. de iur. vbi dicit ſe audiuiſſe fuiſſe ſtatutum in conſ. Baſil. quòd tales poſſunt retinere tot bona vndecunque acquiſita, quæ ſibi commode, ad viuendum ſufficiant.
d Repudij. Adde l. licet. C. de repu. & in prohemio decretalium.
e Fęminam. Adde tex. in c. hoc imago. 33. q. 5. originaliter Gen. 1.
f Relinquet. Adde originaliter Gen. 2. in fi. Matth. 19. Marci 10. & ad Ephe. 5.

a & erũt duo in carne vna[a] &c. Quod ergo vel quos Deus coniũ
6 xit: hõ non ſeparet.[b] Et dicit Innoc.ꝙ pp hæc interueniebat ſa-
cerdos ad cognoſcendum in quibus caſibus. & tradit Inn.for-
mam pronunciandi, quam tunc debebat ſeruare ſacerdos.ſci-
licet, ꝙ non diceret, permitto, ſed dicat: lex tibi permittit. Et
ſic ſm Innocen.in omnibus permiſſorijs fieri debet: ſicut in c.
mulieri, de iureiuran. quod omnino nota. Gl.hic pluralis ibi,
ꝙ ſi dormient. ibi dicitur, ꝙ nomine viri, intelligitur ſecun-
dus & tertius. dic illud verum alijs mortuis.& non ponderan-
dum ſingularitatem: quod eſt, quando cum miniſterio verba
proferuntur. Secus ſi cauſa exempli. In gl. quo ad mutuam in
fi.nam & maritus reuocat votum vxoris, ſed non e contra, vt
eadem quæſtione voluit. In glo. in quolibet caſu permiſſorẽ,
melius diceret in duobus vltimis. nam in primo non eſt verũ.
Oppono primo circa principium, ꝙ infideles arctentur cano-
nibus.de vſur.poſt miſerabilem. Sol.vt in gl.3. quæ dicit, ꝙ in-
directe: non autem directe. Ad quod oppono ſecundo, ꝙ im-
mo etiam directe.C.de iudæis.l.2.& l ne quis.& l.iudæi.So.per
7 † legem ciuilem arctãtur etiam directe. per canonicam ſolum
indirecte. ratio differentiæ: quia ciuilis reſpicit corpus: cano-
nica animam: quæ cum non ſit inſignita baptiſmo, non ſubij
citur pęnæ canonicæ: quod intellige de pœnis cẽſuræ afficien
tibus animam principaliter, ſed in pęnis temporalibus, ſi iu-
dæi habitant in terris patrimonij eccleſiæ, arctantur canoni-
bus, vt cæteri. Quibus autem canonibus arctentur, & quibus
non, notat Archi.2.q.1.multi. ſed tene quod dixi. Oppono ter-
tio in §. quia vero. ꝙ patriarchæ nõ commiſerint adulterium.
quod tamen dicit tex.ibi ab adulterio. nam tempore ipſorum
non erat lex diuina.ſ.de conſti.nam concupiſcentiam.So.nihi
lominus tenebantur citra reuelationẽ diuinam adhærere vni.
quia ſic eſt de iure naturali.i.diuino, vt ſ.dixi, & dicitur in tex-
tu, vt ſit vnus vnius. Item & idem eſt de iure naturali.i.gentiũ,
& ex dictamine rectæ rationis, vt decidit Ariſtoteles in politi-
cis multis rationibus: maxime, vt non tollatur dilectio, & li-
beri non ſint indiſciplinati. Oppono quarto in verſi. finali. ꝙ
non poſſit reuerſus obijcere fornicationem alteri ante baptiſ-
mum cõmiſſam per iura, quæ alleg. gl.vlti. & ſoluere, vt in ea.
quã nota in hoc, ꝙ per baptiſmum tolluntur crimina quo ad
culpam: ſed non quo ad alias maculas inde ſurgentes. & dicit
Inno.ꝙ per baptiſmum tollitur etiam infamia ſurgens ex pec-
cato, quod intelligo de canonica, non ciuili.de vtraque in c.te-
ſtimonium.ſ.de teſt.& ſm eum talis conuerſus poteſt promo-
ueri: etiam ſi ante baptiſmum commiſit crimen notorium.
25.diſt.primum & §.1.de homicidio, presbyterum.ibi, de hoc.
ſed remanet legatus quo ad pęnas temporales.de conſecr.diſt.
4.ſine pęnitentia. & durat irregularitas, quæ inducitur etiam
ſine peccato, vt in iudice pronũciante ſuper homicidio. ꝙ no.
in c.ſi celebrat.de cleri.excom. Io.Cal. Quantum ad hoc vlti-
mũ de irregularitate dicit, ꝙ interdum ſurgit de iure diuino,
vt propter bigamiam, quæ prohibetur de iure diuino.de biga.
debitum.& verum eſt dictum Inn.ꝙ durat. Aliquando irregu
laritas non ſurgit de iure diuino, vt propter homicidium: hęc
eſt enim pœna inducta de iure canonico. ad hoc de ſenten.ex-
commu.is qui.lib.6.& talis tollitur per baptiſmum, cum ſit ſe-
quela peccati: quia lex canonica non ligat infideles: quod non
placet. nam ex quo imponitur a canone: licet tollatur pecca-
tũ, non ſequitur, quin fuerit. ergo pęna durat, quæ afficit nũc,
cum eſt fidelis. Et ad hanc incurrendam ſufficit, quod eſt ve-
rum dicere, ꝙ fuit homicida. vnde indiſtincte ſto cum Innoc.
non enim hæc pœna eſt omnino acceſſoria homicidio, ſed a
canone ſurgit propter homicidium, quia ſi tolleretur diſpoſi-
tio canonis hoc dicentis, homicida non eſt irregularis. Pro
opinione tamen Io.Cal. quam ponit glo.26 diſt. deinde eſt ex-
preſſe.50.diſtin. ſi quis viduam. a cõtrario.& 51.diſt.c.1.& c.ſi
quis poſt. etiam a contrario quilibet textus ſtari poteſt maxi-
me, vt in pœnalibus fiat mitior interpretatio. & ſic tanquam
ęquior placet opi.Io.Cal. & ſic etiam vbicunque tenui præce-
dentem opinio.dico illud verum de rigore. Quæro, quid ſi infi
8 delis † viuente prima contraxerit cum pluribus, & cõſum mat
matrimonium, an mortua prima habebit aliquam ex illis? vi-
detur, ꝙ non: de eo qui duxit in matrimonium. c.ſi.contra eſt
hoc c.1.reſponſo & in fi. Excuſatur enim talis cõtractus factus
tempore infidelitatis.dic ergo, ꝙ adhærebit primæ.vel dic me
lius, licet Hoſti.illud teneat, ꝙ nulli ipſarum tenetur, quia cum
nulla fuit matrimonium, vt probat hæc litera. Quæro, quid ſi
9 quis fidelis, † vel infidelis contrahit cum pluribus mulieribus
matrimonium eodem momento, quæ etiam ſic conſentiunt.
videtur eam eſſe vxorem, cum qua primo cõſummat matri-
monium.arg.c.de illis.de condi.appo. Dic contra, ꝙ mutuo ſe
impediunt. ff. de vſufructu. l.quotiens. & quod eſt dictum de
matrimo. idem de ſponſalibus tanquam præparatorijs. ff. de
ſpõſali.l.oratio. & procedit dicta deciſio, etiam ſi vna illarum
tantũ eſſet apta matrimonio: & vitiatur vtile per inutile, pro-
pter inſeparabilitatem, cum contraxerit eodem momento. ff.
de arbitris.l.pedius. pro hoc, quod nota. de cleri. non reſiden.
quia nonnulli, regula, vtile.lib.6. Noluit enim illi ſoli copulari,
& ſic egit contra vnum ſubſtantiale matrimonij, ſcilicet de
indiuiduitate vitæ.ſ.de condi appoſi.c.fina.32.q.2.ſolet. Quæ-
ro, quia inter infideles eſt matrimonium, vt hic, & c.præcedẽ-
10 denti. an priuilegia † conceſſa dotibus inter eos competant.
videtur quod non. C.de hæreti.l.1.& auth.ibi poſita. in auth.
de priuilegio dotis hæreticis mulieribus non præſtandis §.pe.
verſ.ſed ſint eis.colla.8.Ioan. And.tenet contrarium, dicens il-
la iura loqui de hæreticis: ſecus in paganis, qui non ſpreuerũt
baptiſmum. Ego puto primum per textum in auth. de priuile.
dotis.verſ.quia enim dedimus. vbi expreſſe reſtringit ad chri-
ſtianos ibi, qui adorandam noſtram fidem, &c.ſed pro contra
ria parte inducitur hic textus circa principium. talibus enim
contrahentibus pœna non debętur. Sed reſpõdeo, quod licet
non ſint puniendi, non propterea ſequitur, ꝙ ſint priuilegian-
di, ſiue priuilegiati. poſſent tamen eſſe aliqua, quæ his compe-
terent, ſed non illa de quibus in auth.de priuileg.dotis.

ADDITIONES.

a In carne vna. Adde c.ſunt qui dicũt.27.q.2.& c.virginibus.31.q.1. originaliter Gene.2.in fi.

b Separet. Adde tex. in cap.quos Deus. 34.quæſt.2. ad limita.1. originaliter, Matth.19.

DEus qui. Pars huius de vita hone. & ſtatu cleric. Deus qui.alias incipiebat, is, qui. & declara hoc capitulum per præcedens, cum ibi notatis, & in textu ibi iuxta legem. Deuteron. 25. Ruth.3.cap.& ibi de cætero. loquitur ergo in contracto matrimonio ante fidem ſuſceptam, & prohibet cõtrahi, poſtquam ſunt fideles, & hoc tempore huius c.& de hoc & de eius materia nota.8.q.1.olim. & ibi de hoc.

De donationibus inter virum & vxorem. Rubrica.

Quia in matrimonio interuenit dos, & donatio propter nuptias: inſuper matrimonio conſtante fiunt donationes inter coniuges, de quibus omnibus ſurgunt cauſæ poſt diuortium, ideo poſt rubricam de diuortijs, ſequitur hæc.

MVlieres. Breue eſt, & per alia verba dicit, ſoluto matrimonio, redditur dos mulieri, ſi ſine culpa ſua diſſoluitur. Opp. primo ad textum, quod tota dos non ſit reddenda, cum maritus teneatur ſolum
a quantum facere poteſt[a]. l.vna.§.cum autem. de rei vxo.actione. glo.2. ſtat contrario. Ioã. Andr. eam reprehendit per tex.in verbo, totum. dicit enim, ꝙ hic non competit hoc priuilegium, quod non teneatur, niſi inquantum facere poteſt marito, quia non fuit verus maritus, ſed putatiuus, & iam deſinit eſſe, & ſic non fuit, nec ſubeſt ratio materialis reuerentiæ, propter quam conceditur priuilegium in dicto §.cum autem. Ad quod oppono ſecundo de c. plerumque.& quod ibi no. in glo.fi.infra eod. Sol. ibi quando mulier deliquit, & fit ſeparatio thori. hic quando vinculi ſine culpa mulieris. verior tamen eſt glo. quia etiam putatiuo matrimonio competunt priuilegia matrimonii. ff. ſolu. mat. l.ſi cum dotem.§.ſi.quod tenet Cy. C.qui po.in pigno.habe. l.aſſiduis.q.7.Glo.2.ibi facere poteſt, ꝙ attenditur tempore ſententiæ.ff.ſolu.matri.l.rei iudicatæ. & tale priuilegium non tranſit ad extraneos hæredes.l.maritum.& ſeq.eod.titu. & ibi tale pactum non valet. ſecus in priuilegio ex contractu puta pro ſocio, vel ſimile, vt no.de ſol.Odoardus.& ibi, qui ante matrimonium.idem ſi poſt diuortium, quia ceſſat ratio onerum matrimonii. & ibi, ſalubriter.vbi de hoc. & ibi, voluntarie. etiam ſi fiant voluntate vxoris. C. de rei vxo. actio. l.vna. §.ſciendum, al.ver.quod ſi voluntarie. Et de materia glo. in eadem l §.exactio in glo.magna.& infra.c.de prudentia.

ADDITIO.

a Facere poteſt. Adde quod hoc intelligitur, niſi mulier deferente marito iurauit ſibi tantum nomine dotis dari, & tunc tenetur inſolidum & ad hoc eſt tex. iuncta glo. in l.eum qui. in §.ſi mulier. ff.de iureiuran. & ibi vide Paulum de Caſt.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Soluto matrimonio vir cogitur dotem reſtituere: & bona diuidere, quæ communiter obuenerunt.*

1 Significauit. Soluto † matrimonio, cogitur vir dotem reſtituere, & bo
na diuidere, quæ communiter obuenerunt, hoc di
cit. Primo duplex querela mulieris. Secundo dat
iudices ibi, ideoque. Nota de verbo vendicare, quod interdum
a exponitur improprie, pro retinere.[a] ſimile. 8. diſtinc. quo iure.
8. q. 2. c. 1. 16. q. 3. c. 2. Nota, ꝙ communiter obuenientia pluri-
bus, inter eos diuiduntur, etiam ſi ſint vir & vxor. Oppono, ꝙ
de illis bonis Papa non debuerit ſe impedire. ſol. potuit tanꝗ
de acceſſorijs ad ſententiam ſuper diuortio. J. cap. proximo. &
quod ibi nota.

ADDITIO.

a Pro retinere. Adde Card. in c. cura. in 2. nota. de iure patro.

SVMMARIVM.

1 *Officio iudicis terminato ſuper principali non terminatur ſuper acceſſorio.*
2 *Eccleſia an debeat iudicare de dotibus incidenter.*
3 *Principaliter, qui non poteſt quando non poſſit incidenter.*
4 *Coniunctio dicitur eſſe maior inter matrimonium, & dotem, quam inter filiationem & hæreditatem.*
5 *Reſcripti uis licet totaliter tollatur in expreſſo, non tollitur in eo, quod venit in viſu conſequentiæ.*

De prouidentia. Delegatus ad cauſam matrimonij ſi tulit ſen-
tentiam diuortij, iubere debet dotem reſtitui, vel
aliter. Delegatus ſuper cauſa diuortij, intelligitur
datus etiam ſuper dote, & ſi de primo iudicauit, poſtea poterit
de ſecundo iudicare. Primo factum reprehenſibile delegato-
rum. Secundò præcipit illud emendari ibi, igitur. Nota, quod
a incidens[a] dicitur generaliter, aliquando idem, ꝙ acceſſorium
ibi, incidens &c. Sed Papa habuit reſpectum: quia ſimul fuit
terminandum, quid proprie ſit incidens, dictum eſt ſupra de
1 ordi. cogniti. c. 1. Nota, ꝙ terminato officio † iudicis ſuper prin
cipali, non propterea terminatur in acceſſorio. & hoc tenẽdo,
ꝙ ſuper dote cognoſcant per primas literas. de quo in glo. Op-
pono primo, ꝙ mulier non poterit dotem repetere: quia nec
fuit dos, quæ non eſt ſine matrimonio. ff. de iure dotium. l. 3.
cum hic matrimonium non fuerit ſaltem validum. Sol. vt in
glo. 1. quæ dicit competere condictionem ſine cauſa. vel com
petere condictionem ob cauſam. & tales ſunt priuilegiatæ, ſi-
cut actio de dote, cui ſuccedunt. no. Spec. eo. tit. §. fi. ver. ſed ſi
matrimonium. & quia ſubiũgit eadem gl. de tempore ſoluen-
di dotem dicens, ꝙ olim ſoluebatur annua bima trina die: ex-
pone intra triennium. primo anno tertia pars: ſecundo alia
tertia: tertio alia tertia. l. tertia. ff. de annu. lega. de iure dotiũ.
l. fundum. § penult. de pac. l. aliud. hodie ſeruatur, ꝙ dicit gl. ꝙ
vt immobilia ſtatim reddantur, mobilia vſque ad annum, per
§. cum autem. in ea allegata, ꝙ procedit quando matrimoniũ
ſoluitur, ꝙ fuit vere matrimonium. Secus ſi non fuit matrimo
nium, vt hic: tunc enim omnia redduntur ſtatim al. vt hic &
2 dicto §. actio. alleg. in glo. Oppono ſecundo, ꝙ eccleſia † non
b debeat iudicare de dote[b] incidenter: ſicut non poteſt princi-
paliter inter laicos. ꝫ. qui filij ſint legitimi cauſam. pro hoc de
ord. cog. tuam. qui filij ſint legiti. lator. Sol. gl. hic tenet, ꝙ etiã
principaliter cognoſcit de conſuetudine eccleſiæ. quod tenet
expreſſe Inno. per c. ex literis. de pign. melius per cap. per tuas.
alias per veſtras. J. eo. Sed poteſt dici, ꝙ dos non pōt non acce-
3 dere matrimonio. & ad c. tuã. dic, ꝙ qui † nõ poteſt principali
ter, non poteſt incidenter, quãdo ex toto genere eſt inhabilis:
vt laicus in cauſa ſpirituali. nõ ſic in clericis in cã ſeculari. pro
hoc ſupra, qui filij ſint legiti. per tuas. & c. ex tenore. Op. tertio
ad hoc de præalleg. cap. lator. & c. cauſam. el 2. qui filij ſint legi.
4 Inno. ſoluit, ꝙ maior eſt coniunctio † inter matrimonium, &
dotem, quam inter filiationem, & hereditatem. poſſunt enim
eſſe filij non hæredes: & hæredes, ſed non filij: ſed non poteſt
eſſe dos ſine matrimonio: immo ſm Inno. etiã principaliter
cognoſcit eccleſia de dote. J. c. nuper. quia defenſio dotiũ prin
cipaliter ſpectat ad eccleſiã. Hoſt. dicit cauſam hæreditatis pa-
riter acceſſoriam filiationi: vt ex vi acceſſorij cognoſcat eccle-
ſia. quia ſi eſt filius legitimus, ergo hæres. ꝫ. qui filij ſint legi.
quod nobis. verius eſt dictum Inn. licet forte magis ſeruaretur
dictum Hoſti. Op. quarto, ꝙ delegatus iſte nõ potuerit cogno
ſcere de dote poſt finitã cauſam diuortij, tanꝗ finito officio.
de off. deleg. in literis. gl. ponit duas lecturas: vnam, ꝙ cogno-
ſcunt ex vi ſecundi mandati. & pro hoc eſt: quia ſuper acceſſo
rijs durat officium iudicis ſolum die, qua pronunciat in prin-
cipali. C. de fruc. & litium expen. l. terminato. de appel. cum ap
pellationibus. lib. 6. Sed quia hæc lectura non bene trahitur ex
textu, gl. ponit aliam, ꝙ ex vi primi mandati, quam ſequor. Et
reſpondeo ad contrarium, ꝙ quædam ſunt acceſſoria, adeo ꝙ
officio iudicis expedienda ſunt, vt cauſa expenſarum. & proce
dit lex terminato. & c. cum appellationibus. quædam acceſſo-
ria, quæ eueniunt iure actionis, quæ potius accedunt iuriſdi-
ctioni, ꝗ ſoli cauſæ: vt dos, quæ non terminatur officio iudicis:
licet accedat iuriſdictioni conceſſæ ſuper matrimonio, vt pro
bat notabiliter hæc litera: & in illis probat tex. ſm hunc intel-
lectum, ꝙ non extinguitur iuriſdictio iudicis, finito principa-
li: quod notabiliter pondero ex hac litera, vt potius dicatur
cauſa dotis eſſe acceſſoria iuriſdictioni, ꝗ cauſæ per officium
iudicis: vnde dico proprie, ꝙ dos non eſt acceſſoria matrimo-
nio: niſi quantum ad conſtituendum: quia non pōt conſtitui,
nec eſſe ſine matrimonio. Sed actio de dote repetenda nõ eſt
acceſſoria matrimonio: immo tunc competit, cum eſt ſolu-
tum: ſed magis proprie dicitur connexa reſpectu vnitatis iu-
riſdictionis, vt per eundem iudicẽ terminetur. & ex hoc nota,
ꝙ reſcriptum cõcernit cauſam dotis etiam non expreſſam in
eo, quando eſt conceſſum ſuper diuortio: & ſic extenditur,
quod eſt ex ratione prædicta ſuperius. Et nota fortius, ꝙ vis re-
5 reſcripti † ſublata totaliter in expreſſo, durat in hoc ꝙ venie-
bat tacite in vim conſequentiæ.

ADDITIONES.

a Incidens. Adde glo. & doct. in c. ſuſcitata. de teſti. ſpon. Cardi. in cap. veniẽs. el 2. de teſti.
b De dote. Adde Bal. in c. 1. q. ſeu. dare poſ. in vſibus feu. & Pet. de Anch. cõſ. 17.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſi propter adulterium facta thori ſeparatione perdidit dotem, & poſtea iudicatur non fuiſſe vxor propter conſanguinitatem, an poſſit dotem repetere.*
2 *Pater ſi dotet filiam, nec eſt ſtipulatus eam ſibi reddi, nunquid eam perdit propter adulterium filiæ.*

1 Plerumque. Quæro vt gl. Si mulier † pro-
pter adulterium facta ſepara
tione thori perdidit dotẽ, & poſtea iudicatur vxor
non fuiſſe propter conſanguinitatem, an poſſit re-
petere dotem. glo. arguit pro & contra, recitans duas opi. vnã
Tan. ꝙ ſic, ſed Tan. non ita ſimpliciter hoc tenuit, ſed cum cer
ta diſtinctione. ſ. ꝗſi pronunciatum erat ſuper adulterio tantũ.
Secus ſi ſuper adulterio, & perdenda dote: tunc enim ſi ſñia
nõ ſit retractata per appellationem, tenet cum gl. Alia eſt opi.
Lau. ꝙ non ſit audienda, quæ procedit, quando ſuper dote fue
rat iudicatum, vt in terminis quæſtionis. & pro hac parte vi-
detur caſus. 27. q. 2. quidam. vbi vxor frigidi dicitur mœchari, ſi
ab alio cognoſcitur. Quæro quid, ſi primo dicatur nõ eſſe ma
trimonium, an poſſit vir agere ad dotem propter adulterium
præcedens. glo. tenet, ꝙ non in l. conſenſu. C. de repudijs. per §.
ſi vero ab initio. in authen. de nup. Quæro pone, quod maritus
non petat, an hæres eius poterit petere dotem propter adulte-
rium. Spec. quod non, eo. tit. §. fi. verſ. quid ſi mulier. non enim
hoc lucrum cedit niſi marito accuſanti, & ſe inſcribenti. in au
then. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero. Quæro, quid ſi pater
2 † dotaſſet filiam, nec fuit ſtipulatus eam ſibi reddi: nunquid
eam perdit propter adulterium filiæ. glo. C. de iure dot. l. ſi do-
tem. tenet quod perditur, & accreſcet marito. quod dicit Dy-
nus verum, quando filia non eſt in poteſtate patris. de hoc in
Spec. eo. titu. §. fi. verſ. ſed nunquid. Et in glo. fin. propter forni-
cationem. idem ſi cum alieno viro habuit balneum. C. de re-
pudijs. l. vlti. §. pen. 81. diſt. non oportet. ibi no. & ibi ſine cauſa.
Innocen. dicit, quod non poteſt repeti per hãc conditionem:
ſubeſt enim cauſa. ſ. ſententia. & ad materiam gl. quod no. in l.
conſenſu. C. de repudijs.

SVMMARIVM.

1 *Maritus poteſt dotare vxorem.*
2 *Datum ob cauſam cauſa non ſecuta repetitur.*
3 *Dos & donatio propter nuptias accedunt matrimonio.*
4 *Data inter coniuges in gradu prohibito, quando applicentur fiſco.*

Et ſi neceſſe. Legitur variis modis ſm ve-
ram lecturã. h. d. Soluto ma-
trimonio mulier reddit quæ habuit a viro pro cõ-
ſeruatione matrimonii. primo præmittit reipubli-
cæ cauſam mãdati. ſecũdo ponit mãdatũ, ibi: caſtra. No. ꝙ ma

ritus

Digitized by Google

1 ritus † poteſt dotare vxorem exponendo dotem proprie. nam
& quilibet hoc poteſt.l. vna. C.de rei vxo.actione. Not.datum
2 † ob cauſam,cauſa non ſecuta,repetitur ibi, quam ob nullam.
3 Not.quod dos, † & donatio propter dotem, id eſt propter nu-
ptias accedunt matrimonio : ita quod ſi matrimonium non
tenet,nec illa ; poteſt tamen matrimonium eſſe ſine iſtis. Op-
pono,quod caſtra non debuerint reſtitui Regi, ſed confiſcari,
cum nuptiæ fuerint inceſtuoſę.C.de inceſtuoſis nup.l.qui con
tra. & authē.inceſtos. Solu.hic in textu non exprimitur cauſa,
quare non teneret matrimonium ; ſed contra, quod imo ap-
pareat in verbo ob turpem. Solu. illud non ſufficit : potuiſſent
ex alia cauſa eſſe turpes nō inceſtuoſæ : ſed tamen ex antiqua
apparet,quod erant conſanguinei,& ſuper hoc volitat glo.vlt.
& multa ſparſa hic. ſed dic, quod hæc caſtra licet reddantur
viro,non prohibetur per hoc confiſcatio : nec de iure fiſci po-
terat opponere mulier . nō enim de iure tertij opponi poteſt,
niſi quando eſt excluſiuum agentis ipſo iure, nota.l.ſecūda.ff.
de excep.rei iudi.pro hoc.C.de rei vendi.l.fina. ff.ſi ager vecti-
gal.l.2. ibi glo.& quod not.de reſcriptis, mandatum. Sed licet
bona ſint confiſcanda, non propterea ſunt fiſci ipſo iure : ſed
requiritur ſententia.l.eius.ff.de iure fiſci. ℑ.de hæreticis.cū ſm.
in ti.lib.6.Et hæc eſt bona ſo.vel aliter non apparet, quod mu-
lier ſciuerit de hoc impedimento,& ignorātia excuſat in hoc:
immo etiam ignorantia iuris, ſecundum Ioan.vt dicit glo.qđ
tamen communiter non admittitur.vel dic iſta bona fuerunt
tradita pro conſeruatione matrimonij in pœnam diſſoluētis,
quæ pœna addici nequit.de ſpon.gemma.ideo redduntur cō-
dictione ſine cauſa. ad hoc. ff.de condi.ſine cauſa. l.auunculo.
& dicit Hoſti.quod Papa hic videtur approbare opi. Placenti-
ni ibi poſitam, qui tenuit, quod ſponſa contrahens in gradu
prohibito repetat datum tanquam datum ſine cauſa. Com-
munis intellectus eſt,quod lex, auūculo, habet locum in ſpon
ſalibus,non in matrimonio.vel dic vt in glo. Et pro concluſio-
3 ne eius cum quæritur, an, & quando data † inter coniuges in
gradu prohibito applicentur fiſco vel eis reddantur, diſtin-
guitur. Aliquando loquimur in ſponſalibus ; & tunc reddun-
tur contrahentibus condictione ſine cauſa, dicta l. auunculo.
aliquando in nuptijs. & tunc aut contrahentes fuerunt ſcien-
tes omnino : vt quia ſciebant gradum : & ꝙ de iure erat prohi
bitum : & tunc eſt locus confiſcationi, dicta l.qui contra : ali-
quando ignorabant : & tunc aut fuit ignorantia iuris,& idem
quia non excuſat etiam mulierem niſi in caſibus exceptis. l. fi.
C.de iuris & fac. igno. quicquid dixerit Io. aut fuerit ignoran-
tia facti : & tunc aut improbabilis.& idem d.l.qui cōtra.& pu-
to cenſeri ignorantiā : niſi probetur ſcientia, quamuis ſint cō-
ſanguinei : & hoc,quia licet præſumatur,quis ſcire factum cō-
ſanguinei maxime gradum, vt hic in glo.tamen hæc præſum-
ptio non ſufficit ad incurrendum iſtam pęnam. aut fuit error
probabilis : & tunc non confiſcantur,ſed redduntur,niſi poſt-
quam ſciuerint, perſeuerarent. 34.q.2. inter bellicam.& de ijs
in dicta l.qui contra. Et pro differentia inter ſponſalia & nu-
ptias facit clem.vna.de conſang. & aff.& quod ibi no.in gl.nō
puniat. Quæro an pœna illarum legum habeat locum in gra-
dibus prohibitis de iure canonico, & non ciuili ; quidam ar-
guunt,quod non. quia illę ll.cum loquuntur in gradibus pro-
hibitis,concernunt prohibitionem iuris ciuilis : quia taliter cō
trahentes ſolum contrahunt contra leges. Ego reſpondi con-
trarium in facto,qñ qō erat per hanc rationem. omnis prohi-
bitio iuris canonici eſt etiā iuris ciuilis, & econuerſo : niſi ex-
preſſe dicatur contrarium in altero iure: ratio,quia vnum ſup
plet aliud. to.di.lege.de pnuil.ſuper ſpecula. de noui ope.nūci.
c.1.de cau.poſ.c.2.Et no.Spe.de diſputa. & alle. §.porro. ad fin.
Item ſi nouus gradus prohiberetur de iure ciuili,ad illum ex-
tenderetur. ergo & ad illum de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Vir poteſt dare dotem mulieri.*
2 *Dos vocatur ſoluto matrimonio,*
3 *Viduis in dotibus maxime fauendum eſt.*
4 *Plus iuris quam quis habeat, an in alium quis transferre poſſit.*

NVper. Vſufructuarius rei ſine conſenſu domi-
ni donans rē vxori propter nuptias, non
transfert plus iuris, quam habeat. idem in eo, qui
ſub conditione ad imente habet rem in hæredita-
tem vel feudum. Primo duæ quæſtiones.ſecundo earum ſolu-
1 tiones ibi,nos. tertio quædā inſtructio: ibi,illud. No.ꝙ vir † po-
teſt dare dotem mulieri,ibi: tertia parte,&c. quod dicit Inno.
exponendum proprie,quia cuilibet hoc licet.ſed glo. exponit,
pro donatione propter nuptias. No.ꝙ etiam ſoluto matrimo-
2 nio vocatur dos † ſed improprie.Sed ſurgit ex cōſequentia ma
trimonij extincti. No. nemo plus iuris in alium &c. quod eſt
3 verū regulariter. ſed ex iure ſpeciali liceret.No.ꝙ fauendū † eſt
a viduis [a] maxime in dotibus. & ꝙ cauſa dotium viduarū perti-
net ad eccleſiam, probat litera ibi, cum eccleſia. & in ver. non
licet. Oppono primo in principio, ꝙ de indubitato ſit hæc de-
cre.cum certum ſit ſoluto matrimonio donationem propter
nuptias reſtituendam viro. ℑ.c. fi. Sol. dic intelligendas qōnes
hic formatas, quando de iure ſpeciali mulier lucrabatur dona
4 tionē propter nuptias.Oppono ſecundo,ꝙ aliquis † poſſit plus
iuris transferre in alium, q̄ habeat.l.ꝙ noſtrū. vbi dñs rei facit
alium vſufructuarium in ea,quod ius ipſe non habet: quia res
ſua nemini ſeruit. Sol.quia glo. non ſoluit,nemo plus iuris &c.
Aliqualiter.i.ꝙ id quod vllatenus non habet,nō transfert. Sed
vſumfructum dñs in re propria habet in effectu, licet ſub alia
qualitate : quia apud eum vocatur cauſalis : apud vſufructua-
rium formalis. Oppono tertio ad idem de c.ſuffraganeis. de
elec.So.vt ibi no.& de renunci.c.primo, & de conſe.di.4.ſolet.

ADDITIO.

a Viduis. Adde gl.in c.licet.87.diſt.doc.in c,ex tenore.de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa dotis tractatur coram delegato apoſtolico.*
2 *Vir non tenetur præſtare cautionem ſufficientem de dote conſeruanda.*
3 *Maritus an cogatur ſoluere de dote mulieri mutuata.*

PEr veſtras. Commonis diuiſio.ſecūda ibi,
cum ergo, marito vergente ad
inopiam peti poteſt ſatisfactio ſuper dote. & ibi
vxoris.quæ forte erat ſoror.R. vel alias quomodo-
1 cunque iit. No. quod cauſa † dotis [a] tractatur coram delega-
a to apoſtolico, ad hoc ſupra duobus cap. proximis. Not. quod
2 etiam coram laico ibi,conſulibus. No. quod vir † non tenetur
præſtare cautionem ſufficiētem de dote conſeruanda. ſed alia
ſic. No.alternatiuam ordinis, & dico ſemper ordinis, quan-
do ponitur dictio, ſaltem, poſt alternatiuam ibi, ſaltem &c.
Per hūc textum,quem vnice induco in quæſtione, Corradus,
per me diſputatam, & expone hic, vel ſaltem ; ſi marito credi
non poteſt, vt quia ſuſpectus,quia creditur mercatori, vt ſequi
tur, & iſte cauebit de dote integraliter reſtituenda. l.prima. ff.
ſoluto matri.& de certa parte lucri reddenda.inſti.pro ſocio.§.
de illo. Ex quo not.quod iſtud eſt depoſitum : quia committi-
tur mercatori in quantitate, & depoſitum quantitatis eſt mu-
tuum.l. Lucius.ff.depoſiti.& ex hoc habes caſum ſingularem,
quod aliquid accedit ſorti mutuatæ, & non eſt vſura. Oppo.
primo in principio, quod licita fuerit exceptio R.quia quan-
do maritus vergit ad inopiam, mulier poteſt dotem repetere.
l.vbi.C.de iure dotium. Sol. hoc non prohibetur hic. ſed pro-
hibetur dari fideiuſſorem pro dote.l.conſeruanda. hoc enim
eſt prohibitum. C.ne fideiuſſo.dotium. l.1. & 2. Sed pro reſti-
tuēda bene dari poteſt.l.vna.§.cum autem. C.de rei vxo.actio-
ne.& hæc ab extraneis.& dicit Hoſti in c.Rainutius.ℑ.de teſta-
mentis.quod l.vbi, præallegata habet locum,cum dos fuit tra-
dita æſtimata. Si enim fuit tradita inæſtimata in illis bonis,du
rat dos mulieris. ff.de nego.geſt.l.ſi nuptura. Oppono ſecun-
do,quia reſcriptum hic erat obreptitium ibi, tacita &c. igitur
non valuit. Sol.non dicitur hīc,an valuerit, vel quid iuris, igi-
tur non inſto hic. Oppono tertio in eo, quod Papa mandat
deponi mercatori,qui det lucrum, nam hoc depoſitū eſt mu-
tuum.l.lucius.ff.depoſiti. igitur nihil accedere poteſt, quin ſit
vſura.ℑ.de vſuris.cap. 1. Sol.intelligo, quod lucrum dabat ſine
pacto : alias eſſet vſura. & per hoc dico, quod non eſt vſura. Si
deponis pecuniam apud mercatorem,& ille ſaluo capitali ali-
quid tibi tradit, dum tamen non ex pacto, aliqui dicunt hoc
ſpeciale in dote : quia maritus etiā lucratur fructus dotis, nec
computat in ſortem. infra de vſuris ſalubriter. quod non eſt
verum : quod intellige,vt ibi dicetur. & hic dic,vt ſupra. Hic
in fine dicitur lucrum tradendum viro. Pone,quod eſt dilapi-
dator. dic, quod tunc mulieri, vt poſſit alere ſe, & liberos, in
authen de qualitate dot. §.illud.coll.7. Quæro nunquid mari-
3 tus † cogatur ſoluere de dote mutuata mulieri.Innocen.quod
non.quia eſt præcipue viri per l.quamuis,ſolu. matri. ff.tamen
vxorem alere tenetur. Sed nunquid ſi litigat, faciet ei expen-
ſas, dic, quod non : niſi dicamus ſpeciale, cum agitur de
b matrimonio, ſicut diximus de monacho, [b] de accuſatio. ex
parte.

ADDITIONES.

a Cauſa dotis. Adde glo.& doct.in c.de pœnitentia.ſupra eo.Spe.eo.tit.in §.for-
matis.ver verum cauſa dotis. Bal.in l.1.C.de do.promi.
b De monacho. Adde Specu.titu.de inquiſitio.in §.vlt.Archi.in c.accuſatus.q.
1.Archi.in c.ſi quis ex his. 1.q.7.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter coniuges, per quam alter ſit pauperior non valet.*
2 *Donatio ſimplex an valeat inter coniuges.*
3 *Venditio inter coniuges an valeat.*
4 *Modus reuocandi res donatas.*
5 *Donatio a patre filio an valeat.*
6 *Mulier repetens dotem ab hæredibus viri, & ipſi volunt deducere expenſas factas a viro in exactione dotis, an poſſint.*
7 *Conſuetudo, an valeat, quod ſoluto matrimonio viuentibus coniugibus maritus lucretur dotem.*

1 DOnatio. Inter coniuges nõ valet donatio † per quam alter ſit pauperior. Confirmatur tamen in certis caſibus. Hoc primo. ſecundo, ſoluto matrimonio dos redit ad virum, & donatio propter nuptias ad mulierem, niſi ſit aliud ſpeciale, & ibi ſoluto per cõſanguinitatem, vel mortem alterius. Oppono primo, ꝙ textus ſibi contradicat: quia primo prohibet donationem inter coniuges. ſecundo præmittit in §. Sane. ibi apparet, ꝙ valet donatio propter nuptias, ſed ſoluitur ſoluto matrimonio. idem in prima parte dicit, ꝙ donatio inter coniuges confirmatur obitu donantis. Secundo dicit, quod ſoluto matrimonio ſoluitur, & redit ad donantem. Sol. in prima parte loquitur de donatione ſimplici, quæ prohibetur inter coniuges. In ſecũda de donatione ꝓpter nuptias, quæ licita eſt inter eos. s. e. nuper. C. de dona. ante nuptias. l. pen. & fi. Oppono ſecundo, quia ſi donatio propter nuptias ſoluitur ſoluto matrimonio, erit ergo inutilis. conſtante enim matrimonio poſſidetur a viro, & eo ſoluto redit ad virum: & ſic nullam vtilitatem habet mulier. ſolu. eſt vtilis, quando pactum fuit factum de ea lucranda. vel hoc habet conſuetudo. Item in rebus donatis propter nuptias mulier habet ius hypothecæ in dote pro ſua dote, adeo quod non poſſunt alienari per virum, etiam, ea conſentiente. C. ad Velleianum. auth. ſiue a me. In alijs autem bonis mariti, licet habeat hypothecam, renunciare poteſt. C. ad vellei. l. etiã. Item marito dilapidante bona, ſicut mulier petit dotem. C. de iure dotium. l. vbi s. c. proximo. Sic & donationem propter nuptias, dicta l. vbi. Item propter adulterium viri eã lucratur mulier, s. vt lite non conte. c. primo. Oppono tertio, ꝙ etiam do-
2 natio ſimplex † valeat inter coniuges. C. eo. l. penu. Sol. regula c. noſtri. fallit in donatione principis in coniugem. Oppono quarto. etiam de eo, quod habetur in l. ꝙ ſi vir. ff. eo. Sol. etiam ibi ſpeciale, quando maritus donauit coniugi pro refectione domus dotalis. ſunt & alij caſus ſpeciales quorum. 9. colligit Hoſt. in ſumma eodẽ. §. qua donationes. verſ. porro. & ſequen-
3 ti. Quæro, an valeat vẽditio † inter coniuges. dic, ꝙ non, ſi fit animo donandi. l. ſi ſponſus. §. ſi circa. ff. eo. nam & donatio impenſarum eſt inhibita inter coniuges. l. in voluptuarijs. §. donationem. ff. de impenſis, immo ſi conſtante matrimonio, vir conſtituat dotem mulieri animo faciendi donationem, & fit in fraudem, non valet: ſed ſine fraude ſic. C. de dona. ante nuptias. l. pen. & fi. inſti. de dona. §. eſt & aliud. Quæro, quia glo. [illegible] dicit idem in donatione, quæ fit inter parentes, & liberos. an hoc ſit verum. dic, quod ſic. vt ſi fit a parẽte filio, vel a domino ſeruo. & regulariter in perſonis exiſtentibus ſub poteſtate non procedit donatio. ff. eo. l. 3. §. qui in eiuſdem. vſque ad §. non tantum. C. ad macedo. l. pen. inter eos. Pone, quod talis donatio confirmatur iuramento per coniuges, an valet. videtur ꝙ ſic. l. ſed & ſi poſſeſſio. ff. de iureiur. s. de fideiuſ. c. fin. de iureiu. cum contingat. & c. licet. li. 6. quæ faciunt ad hoc. Quæ-
4 ro de modo reuocãdi † res donatas. dic, ꝙ ſi tradita eſt res corporea, poteſt directe vendicari. Si autem non eſt facta traditio, ſed promiſſio vel acceptilatio, ſunt nullæ. ff. eo. l. 3. §. ſciendum. Quid de fructibus rei donatæ. dic, quod reſtituuntur donatori, ſi donatarius ſciuit donationem non tenere. ſi ignorauit, non l. de fructibus. ff. eo. & ibi per gloſſam. Pone donatarius cõſumpſit rem donatam. dic, ꝙ aut in rem vtilem, & dicitur factus locupletior, & tenetur. aut inutiliter, & non tenetur. ff. eo. tit. l. ſed ſi vir. §. non videtur. & l. ꝙ autem. §. ſi maritus. hæres tamen eius tenetur. l. quod de bonis. §. ex donationibus. ff. ad l. Falcid. Quæro, an indiſtincte ſit verum, ꝙ non valeat donatio
5 a patre filio. dic, ꝙ regulariter ꝓcedit: ſed fallit in caſibus notatis per Hoſtien. in ſumma, eo. §. qualiter ad fi. ver. fallit. Et hodie valet quò ad proprietatem: quia patri non acquirit filius quantum ad proprietatem. ſed quo ad vſumfructum in aduẽtitijs. C. de inoffic. teſtamento auth. vnde ſi potes, in gl. 2. Quæro, quia hic dicitur dotem reddendam mulieri ſoluto matrimonio: qua actione petet: dic aut mulier dedit dotem per ſe, & habet actionem ex ſtipulatu. aut pater eius pro ea: & tũc ſibi & patri competit ex ſtipulatu actio. aut extraneus, & tunc ſi fuit ſtipulatus incontinenti ſibi reddi: ſibi & non mulieri competit actio. Si non incontinenti, intelligitur de bonis mulieris dediſſe: & ſoli mulieri competit. hæc probatur. C. de rei vxo. actione. l. vna. in principio. & §. accedit. ff. ſoluto ma. l. dotem. & l. ſi pater. & quando pater dotauit, ſi præmoritur, ſoli filiæ remanet actio prædicta. dicta l. vna. §. videamus. & con-
6 tra. C. ſolu. matri. l. dos a patre. Quæro, mulier † repetit dotem ab hæredibus viri, ipſi volunt deducere expenſas factas a viro in exactione dotis. dicit Spec. ꝙ non poſſunt. eo. titu. §. fin. ver. illud etiam quæritur. Quæro an valeat conſuetudo, † quod ſoluto matrimonio viuentibus coniugibus maritus lucretur dotem. Hoſtien. quod non, quod tenuit etiam Innoc. in pacto, dicens non valere pactum, per quod ſit deterior conditio mulieris volentis iterum nubere, ſiue ante nuptias, ſiue poſt. C. de pactis conuentis. l. quamuis. ff. de pactis dota. l. ſecunda. In contrarium videtur textus hic, qui ſimpliciter permittit valere cõſuetudinem, & pactum, ſed reſtringi debet per illa iura. Quæro vltimo, quia dicitur hic, quod debet eſſe æqualitas in dote, & donatione propter nuptias. Pone, quod ſit pactum inæquale. Dicit Innocẽ. quod aut ante nuptias: & valet. autem poſt: & non valet. l. ex morte. C. de pactis conuentis. & ſecundum eum pactum de lucranda dote trahitur ad donationem propter nuptias, licet id non fuerit expreſſum. l. vlti. §. ſi autem. C. de dona. ante nuptias.

De ſecundis nuptijs. Rubrica.

Viſo de matrimonio in genere: videndum eſt de ſecundo matrimonio. Ideo de ſecundis nuptijs ſubmittit, vt etiã oſtendat, eas non eſſe prohibitas. de materia. 31. q. 1. quomodo. cum c. ſequen. 2. q. 3. §. hinc colligitur. 3. q. 7. §. tria. in fi. Oppono, ꝙ titulus ſit ſuperfluus per titulum ſupra de ſponſa duorum. Sol. ſunt omnino diuerſi: patet per ſe. ibi loquitur, quando de ſponſalibus tranſitur ad matrimonium. hic quando ſoluto primo tranſitur ad ſecundum. Et iſte titulus habet tria dicta principalia. Primum eſt, de ſecundis nuptijs non benedicendis. infra cap. primo, & tertio. Secundum de ſecundis non cõtrahendis, antequam habeatur certitudo de morte coniugis. infra cap. 2. Tertium de non prohibendis ſecundis nuptijs infra annum luctus. J. c. penult. & fi.

SVMMARIVM.

1 *Secundas nuptias benedicere eſt graue crimen.*

CApellanum. Breue eſt: ſed per alia verba dicit; presbyter benedicens ſecundas nuptias ab officio ſuſpenditur: & ad apoſtolicam ſedem mit-
1 titur. No. quod graue crimen † eſt benedicere ſecundas nuptias. patet ex pœna, quæ imponitur.. Dicunt tamen Egi. & Boati. ꝙ ſpecialis prouiſio in hoc fuit, quod mittitur ad ſedem apoſtolicã, ſed non video eorum fundamentum.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans de morte coniugis non debet contrahere matrimonium.*
2 *Captiui poſſunt matrimonium contrahere.*

a DOminus. [a] Dubitans de morte coniugis
1 contrahere † non debet, donec certificetur. ſi contraheret, reddat debitum: ſed non exigat. ſed certificatus omnino a contractu recedat: & ad primum redeat. habet tria dicta. ſecundum ſi vero. tertium ſi poſt. In ſuprascriptione eſt poſitum, vniuerſis Chriſtianis in captiuitate ſaracenorum poſitis. Et ex
2 hoc not. quod † exiſtentes in captiuitate hoſtium poſſunt contrahere matrimonium. ſed Innocen. videtur dicere contrarium. ſupra de ſponſ. eum locum. vbi de hoc dictum, & dic vt ibi.

ADDITIO.

a Dominus. Adde de materia iſtius decretalis, tex. in cap. in præſentia. ſupra de ſpon.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo an valeat, vt mulier virgo benedicatur, quamuis nubat ei, qui alias vxorem habuit.*

Vit

a VIr aut mulier. Aut, ſtat pro vel. ff. de ver. ſig. l. ſępe. In glo. 2. ibi ſacramentum. immo eſt vnũ de ſeptem. i. ſacra vnctio,[a] no. ſuper rubrica de ſacramentis non iterandis, ibi no. quæ iterantur, & quæ non. non enim iterantur, quæ imprimunt caracterem. at hoc non imprimit, vt ibi no. Quæro an
1 valeat conſuetudo, † de qua in eadem glo. in fin. vt mulier virgo benedicatur, quamuis nubat ei, qui alias habuit vxorẽ, quidam dicunt, ꝙ ſic, mouentur: quia benedictio fundatur ſuper muliere, ex quo igitur nunquam fuit benedicta, benedicetur. Textus eſt hic in contrarium ibi, vir, aut mulier. Et no. ad hoc, vt benedictio non iteretur, non expedit, ꝙ primum matrimonium fuerit conſummatum: ſed ſufficit, ꝙ interuenerit benedictio ibi alia vice. & nõ refert: an vterque fuerit benedictus, an alter: vt dixi per diſiunctiuam. vir, aut mulier. & erit ratio: quia ſi benedictus contrahit cum non benedicta, vel econtra, totum matrimonium erit benedictum: ſicut oleum non ſacrum trabitur ad ſacrum, de conſecra. eccl. vel alta. quod in dubijs, de quo per Hoſti. in ſumma. §. an licitum.

ADDITIO.

a Vnctio. Adde glo. 1. in c. veniens. de tranſactio.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nubens infra annum luctus infamiam non incurrit, nec alias legales pœnas.*

a
1 SVper illa. Mulier nubens[a] infra annum luctus infamiam non incurrit, † nec alias legales pœnas, hoc dicit cum ſequenti: ſecundum communem intellectum omnium, & ibi dicit. primæ ad Corinthios 7. & ibi: in domino, ideſt domino non prohibente. vel, ideſt regulariter. 7. q. 1. ſicut vel. i. chriſtiano. vel. i. ſine ſuſpicione turpitudinis. 3 1. q. 2. §. primo.

ADDITIO.

a Mulier nubens. Adde contrarium, ſecundum Ange. in Auth. de nupt. §. ſi vero altera, & ibi gl. vbi dicit, quod mulier ſecũdo nubens infra annum luctus punitur, etiam ſi prius peperit. Tamen ſi de licentia viri primi ſibi in teſtamento concesſa nuberet, an puniretur, vide Bal. in l. filium quem. C. fami. erciſ. & in l. 1. C. de his, quæ pę. no. & in l. 2. C. de ſecun. nup. gl. in auth. de nup. §. duo igitur Ludo. pon. in ſing. ver. mulier nubens.

SVMMARIVM.

1 *Lex qua ratione prohibuit contractum infra annum luctus.*
2 *Mulier nubens infra annum luctus, quas pœnas incurrat.*
3 *Mulier committens ſtuprum infra annum luctus, qualiter puniatur.*

1 CVm ſecundum. Quæro qua ratione prohibuit lex † contractum infra annum luctus, dic vt in glo. 2. ne turbaretur ſanguis. Item ad cuitandam ſuſpicionem, quæ ſurgeret, ꝙ fuiſſet inhoneſta; primo, vt ſequitur. J. in glo. & no. 27. q. 2. §. Item in Leuitico. probatur in auth. de reſtitutionibus & ea, quæ parit. §. videndum ſi quidem. collatione quarta. in viro autem dic, quod nõ cogitur lugere vxorem. ff. de his
2 qui no. infa. l. vxores. Quęro, quid † de alijs pœnis, quam de infamia: an mulier nubens eas euitet: quidam ꝙ non, vt dicit hic glo. quod tenuit Ioan. 2. q. 3. ſi autem. ſed Bar. Brixien. ibi contra. & glo. hic. & Inno. & Hoſtien. & omnes, & plene Federicus conſil. 35. de quo etiam no. 36. q. 2. de puellis. alias. §. quibus. J. de hæreti. cum ſecundum. lib. 6. in gl. parẽtes. & dic, ꝙ cum indiſtincte concedatur, poteſt mulier quandocunque contrahere: in hoc enim potius ſtandum eſt canoni. ſic & in alijs caſibus, quãdo leges prohibent nuptias cõtrahi vt inter tutorem & pupillam. C. de interdicto matrim. inter tut. & pup. & inter rectorem prouinciæ, & prouincialem, propter timorem impresſionis. l. vna. C. ſi rector ꝓuinciæ. In omnibus iſtis ſtabitur canoni, de quo Archi. 28. q. 1. §. verum. & 29. q. 2. ſi quis ancillam. Dicit tamen Inno. aduertendum quãtum ad intellectum vtriuſque capituli. Quædam enim ſunt pęnæ, quæ imponuntur mulieri, quia contrahit infra annum luctus: & illæ ſunt ſublatæ, vt hic. & hoc tenet gl. 2. q. 3. in fi. in glo. vlt. & C. de ſecundis nup. l. 1. in glo. fin. Quædam, quæ imponuntur ſibi, quia ſecundo nubit etiam poſt annum, de quibus. C. eo. l. fęminæ. & l. hac edictali. & l. fin. & ſ. de pig. c. fi. & hæc proprie non ſunt pęnæ: ſed prouiſio filiorum primi matrimonij: & ſimilis eſt pęna, quæ imponitur matri nubenti non petenti tutorem filiæ, de quo. no. in c. ex parte. M. ſ. de ap. de iſtis non procedunt hæc iura, quia adhuc durant ſecundum Inno. Quæro vnum, quod
3 fuit in facto pridie: Quid ſi mulier † committit ſtuprum infra annum luctus? dicit glo. in auth. eiſdem. C. eo. ꝙ incurrit omnes pęnas, quas incurreret nubens, quod probatur in auth. de reſtitutioni. & ea quæ parit. §. vlti. Quæro, an hoc caſu eſt ſublata pęna per hæc capitula. Ego dico, ꝙ non in illa quæſtione facti: quia illa capitula loquũtur in nubente: igitur in alijs remanent leges. infra, de elect. cum expediat. lib. 6. C. de appel. l. præcipimus. Item ceſſat ratio ex diſpoſitione apoſtoli: igitur ceſſat, & diſpoſitio. Quæro de rationibus huius c. & præcedentis. Hoſti. reddit. ſufficit ratio huius cap. in fi. quia ſtandum eſt canonibus, cum agitur de matrimonio, cum ſit res diuina. & ſic ſpiritualis. Fuit enim inſtitutum in paradiſo ab altisſimo, Cui ſit Laus & Gloria, per æterna ſæcula. Amen.

Explicit Lectura Domini Franciſci de Zabarellis de Padua Cardinalis ſuper Quarto Decretalium.

ILLVSTRISSIMI, AC EXCELLENTISSIMI I. V. MONARCHE, DOMINI CARDINALIS ZABARELLAE.

Super Quintum Decretalium ſubtiliſsima Commentaria.

Cum Additionibus, ſummarijs, ac repertorio Domini Ioannis Thierry Lingonienſis, iurium clariſsimi interpretis.

De accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus. Rubrica.

Continuatur iſte liber ad præcedentes, vt ſupra in procemio. Sed rubrica continuari poteſt. Supra enim viſum eſt de accuſatione ſpecifica matrimonij in titulo, qui ma. ac. poſſunt. Inde ſumpta occaſione hæc rubrica ſubijcitur. Et ne author multiplicet rubricas, quia inquiſitio & denũciatio multũ ſunt affines accuſationi: ideo, & de illis adiecit. Præmittit auctor de accuſationibus: quia cum ſubeſt accuſator, nõ proceditur per inquiſitionem. ſed deficiente accuſatore, ſuccedit inquiſitio. J. eo. qualiter. el 2. vbi plene dicam. Item præmiſit inquiſitionẽ denunciationi propter gradualitatem, quia tendit de proceſſu grauiori ad minus grauem. grauior eſt accuſatio, quam inquiſitio, vel denunciatio, & inquiſitio, q̃ denunciatio. J. eo. ſuper his. vbi omnia hæc probantur. Omiſit author, hic de exceptionibus, licet etiam per exceptionem opponatur crimen, vt in c. ſuper his, quia exceptio non proprie facit proceſſum criminalem, vt dicto c. ſuper his. Attendimus etiam principium. De notorietate autem, per quam etiam proceditur. J. eo. euidentia. vbi gl. prima nihil dixit, quia continetur ſub termino, inquiſitio, large ſumpto. De materia primæ partis de accuſationibus. 2. qõ. 7. & 8. 3. 4. 5. 10. & 11. 4. q. 1. 3. 4. & 6. 8. q. 1. & 2. 8. quæſt. 3. De ſecunda parte, ſcilicet, de inquiſitionibus. 2. qõ. 1. primo ſemper, & cap. Deus. 86. diſt. ſi quid. 15. quæſt. 7. ſi quid. 2. quæſt. 7. ſicut. De tertia ſcilicet de denunciationibus. 2. quæſt. prima, ſi peccauerit. & quæſt. 7. ſi quis erga. & cap. quapropter. Repetitur in ſexto.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatoris perſona prius eſt diſcutienda, quam admittatur accuſatio.*
2 *Fatigatus an fatigari poſſit.*
3 *Criminoſus an accuſet criminoſum.*
4 *Accuſator legitimus quis dicatur.*
5 *Paganus vel iudæus an poſſit accuſare chriſtianum.*
6 *Hæreticus an poſſit accuſare.*

Si legitimus. Prius diſcutiẽda eſt perſona † accuſatoris, quã
1 admittatur accuſatio. Non diuiditur propter vnicum ſtructum. vel ad intellectum, primo thema & queſtio implicita. ſecundo deciſio, ſecunda ibi non fatigetur. Oppono
2 primo, quia iam fatigatus † non poteſt fatigari: fatigatus eſt autem iam accuſatus ſaltem veniendo ad iudicium. Solu. exponit Innocen. non fatigetur. ſ. ſuper oſtendendo ſuam innocentiam. & tunc ad vexationem ſibi factam prouidetur. Quandoque etiam nullatenus fatigatus etiam in ueniendo, quando. ſ. notorium eſt de inhabilitate accuſatoris. infra eo. nulli, in glo. 1. vel ſi aliter conſtat, citationem non tenere. infra eo. veniens in glo. fin. Oppono ſecundo, quod non ſufficiat accuſato non fatigari cum pendebat accuſatio contra eum, gl. fi. ſoluit, quod prouidebitur abſoluẽdo accuſatum
3 ab obſeruatione iudicij. Oppono tertio, quod criminoſus † accuſet criminoſum infra de ſimo. tanta. Solu. vt no. infra eod.
cum P. in glo. prima. quia illud in exceptis criminibus. Oppono quarto ad idem de cap. presbyter. 2. quæſt. 5. & de purga. cano. cum P. So. vt in glo. fin. quia ibi non fatigatur propter accuſationem, ſed indicitur purgatio propter infamiam. propter quam etiam dic, quod iudex poſſet inquirere ex officio. infra eo. qualiter. 2. de collu. c. 1. Oppono quinto ad idem infra eo. nulli. Sol. ibi caſus ſpecialis in cubiculario epiſcopi, vt ibi dicã. Quæro de ratione deciſionis. gl. prima ſoluit, & dic, vt in ea. &
a ibi cernere. Lucæ 6. & bonæ famæ[a]. 3. q. 4. c. penult. vbi de hoc.
& ibi inimici. nec inimicis familiares. infra eo. repellantur.
4 Quæro ſecundo quis dicatur legitimus † accuſator[b] glo. eadẽ
b dicit, quod non criminoſus, & non inimicus. Tu breuius dic,
quod quilibet, qui non reperitur prohibitus. Qui autem prohibeantur, enumerat gl. 2. q. 1. prohibentur. vt C. qui accu. non
5 poſſ. ſuper rubrica. Vbi quæro, an † paganus, vel iudæus poſſit
c accuſare chriſtianum[c], dic ꝙ ſic, ſi proſequitur ſuam iniuriã.
d alias non. 2. q. 7. alieni. & c. pagani. Quid de hæretico,[d] † dic, ꝙ
6 repellitur indiſtincte, quia excommunicatus[e]. infra de hæreti-
e cis, excommunicamus. Pone, quod accuſator nõ ſe inſcripſit, an citabitur accuſatus. dicit Vinc. quod non, ſi accuſatus longe diſtat per l. 2. melius diceret. C. de exhibendis reis. Ad quod oppone de capitu. licet. infra eo. Soluit, quod ibi papaliter proceſſit. dic melius, vt ibi dicam. Quid ſi accuſatus contentatur, quod accuſator illegitimus accuſet. dicit glo. nota bilis in cap. alieni, præallega. in gl. magna. quod nihilominus iudex ex officio repellet, per l. filius. §. milites. ff. de procurato. quæ facit in argumentum. ratio huius eſt, vt iudicium procedat legitime: quia in hoc intereſt iudicis. ad hoc ſupra de excep. exceptionẽ, de re iudi. ad probandum.

ADDITIONES.

a Bonæ famæ. Adde Ioan. Andr. in cap. omnipotens. infra eo. & Specu. titu. de accu. in 3. col. in verſi. quid de his.
b Accuſator. Adde glo. in c. Pagani. 2. q. 2. c. ſi quis a ſuo. 3. q. 4. & in l. qui accuſare. ff. de accuſa.
c Chriſtianum. Adde glo. in c. ſi dominus. infra de ſimo.
d De hæretico, Adde glo. in verbo catholicus. in c. ſi dominus. de ſimo.
e Excommunicatus. Adde c. ſicut. & infra de hære. glo. 1. in c. cum Chriſtus. eod. titu. glo. in verbo. qui vero. in cap. primo. 24. quæſt. 1. Raynu. in ſumma titu. de ſenten. excom. in §. & eſt ſciendum Card. in cap. primo. in 1. colum. de teſti.

S V M M A R I V M.

1 *Monitio denunciationem præcedere debet.*
2 *Accuſatio & denunciatio aliquando accipiuntur pro terminis promiſcuis.*
3 *Denunciatio vindictam præcedere debet.*
2 *Olim aliquando denotat tempus præteritum non remotum.*
5 *Cauſæ coram primatibus agi debent.*
6 *Monitio an debeat præcedere actionem ciuilem.*

Si quis.

Digitized by Google

1 SI quis. Monitio † debet præcedere denunciationem. vel ſic. Repellitur a denunciatione is, qui non præmonuit. primò quæſtio. ſecundo ſolutio, ibi: non olim. Emendet. i. pęnitentiam
2 agat. Innoc. no. ꝙ accuſatio & denunciatio † accipiuntur aliquando pro terminis promiſcuis, quia hic exponitur accuſato
3 ribus: id eſt denunciatoribus. No. ꝙ denunciatio † debet præcedere vindictam, vt dicit glo. 3. ideſt pœnam vel pœnitentiã. & hoc ſiue agatur de correctione inferioris. 12. q. 2. indigne. de vita & honeſta. cleri. c. fi. ſiue paris, vt hic. & de conſti. ex literis. ſiue ſuperioris. de ſupplen. negl. præla. c. 1. ſecundum Hoſti. tamen illud c. 1. non loquitur de denunciatione, per quam ten
a ditur ad correctionem, vt ibi patet. Item, ꝙ dictio olim[a], & di-
b ctio, nunc[b], differunt. tamen dictio, olim, poteſt denotare idẽ, ꝙ dictio, nũc: quia refertur, aliquãdo ad præteritum, aliquan-
c do ad futurum, aliquãdo ad præſens. ſicut dictio, quondam[c]. Sed ſecundum communem vſum, qui eſt attendendus, denotat poſitionem præteriti. probat hæc litera ibi: non olim, ſed nunc, & remotionem præſentis. ſed dictio nunc econuerſo.
4 Nota etiam, ꝙ dictio, † olim,[d] aliquando denotat tempus prę-
d teritum, licet non remotum, vt hic. poteſt enim incontinenti poſt monitionem ſi ſe non corrigit monitus, fieri denũciatio. alias tamen denotat præteritum remotũ. ꝫ. de reſcriptis olim. & in c. omnibus, ſic incipientibus. Et hæc faciunt ad interpretationem ſtatutorum, & cõſtitutionum ſinodalium. Nota etiã,
5 ꝙ cauſæ debent agi coram primatibus. i. coram iudicibus cõpetentibus, ſiue ſint primates, vel archiepiſcopi. de foro compe. ſanc. de hoc, de off. ordi. duo ſimul. ſiue concilium, vel ſinodus. de iudi. c. primo. Oppono, quia cum ſit multiplex denunciatio, non ſit opus omnem denunciationem neceſſario præcedere monitionem, vt no. in c. nouit. de iudi. Sol. vt ibi, & ſta in ibi notatis. Quæro nunquid actionem ciuilem debeat præ-
6 cedere monitio. † dic, ꝙ ſic de vrbanitate. l. quidam Hiberus. ff. de ſerui. vrba. prædi. C. de pig. l. debitores. notat glo. 1. de ſymo. licet Heli. in gl. ex hoc. Quid de accuſatore. dic idem, vt in eadem gl. quam nota.

ADDITIONES.

a Olim. Adde de iſta dictione, vide per Raph. Fulg. conſ. 21. incipit teſtator. Rapha. Cu. conſ. 71. inci. viſo proceſſu quæſtionis.

b Dictio, nunc. Adde l. in vrbe. ff. de ſta. homi. l. quoties. ff. de nouat. l. qui ſine. ff. de neg. geſt.

c Dictio, quondam. Adde glo. & ibi Abb. in c. dudum, el 2. de elec. Specu. 1. de inſtru. edi. in §. reſtat, ad fin. glo. & Bar. in l. 1. in §. hoc autem edictum. ff. de noui op. nunci. Bart. in l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cert. petat. Barto. in l. inſulam. ff. de verb. oblig.

d Olim. Adde glo. in l. nec emptio. §. 1. ff. de contrah. emptio. aliquando denotat tempus pręſens Ale. poſt Bart. in l. 1. §. 1. ff. de oper. no. nun.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio non permittitur, cuius non intereſt.*
2 *Sententia etiam in criminalibus condemnationem, vel abſolutionem continere debet.*

ILla. Crimina prælati tractari debent cum his, quorum intereſt. Primo deciſum exordiũ. Secundo caſus in ſpecie, & deciſio ibi: ſi vero. In ſupraſcriptione habes Duci campaniæ, Ideo pone caſum, quod iſte dux forte deferebat abbatem. i. accuſabat, de quo in tex. Papa reſpondet, vt ſequitur in tex. No. ꝙ non audi-
1 tur ad accuſandum, † cuius non intereſt, quod tamen non eſt verum: niſi in accuſatione prælati: quod no. alias non ponderatur intereſſe accuſantis: quia tendit ad vindictam publicã.
2 infra eo. ſuper his. No. ꝙ ſententia † etiam in criminalibus debet continere condemnationem, vel abſolutionem: ſupplet glo. vel æquipollens. Intelligo autem ſufficere, ꝙ denuncietur crimen, quando pœna eſt a iure limitata: quia ſuccedit lex. ff. ad Turpillia. l. 1. ſed etiam ſi non ſit limitata, videtur idem: quia ſuccedit arbitriũ iudicis. ꝫ. de off. deleg. de cauſis. ſed opus erit, ꝙ declaret ante executionem. dixi in c. poſtulaſti. de foro competen. Nota gl. fi. quæ dicit ad certitudinem ſententiæ ſufficere, ꝙ ex actis certificetur: quod declara, vt in quæſtione Corradus. & de exceptio. cum venerabilis. ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Pendentia proceſſus criminalis reum aggrauat.*
2 *Accuſans vel denuncians an promoueri poſſit.*

OMnipotens. Pendente proceſſu ſuper crimine, reus nõ promouetur.
1 No. ꝙ pendentia proceſſus † criminalis aggrauat reum, quod dic, vt in glo. 1. Oppono in eo; ꝙ dicit honoretur. ꝙ nõ debet honorari. quia pendente proceſſu, non debet priuari reus commodo poſſeſſionis. ꝫ. vt lit. pen. c. 1. & 2. propter hoc contrarium gl. exponit. i. ad honorem promoueatur. Ad quod oppone, quia datur per hoc facilis via ad impediendum, ne quis eligatur. poterit enim faciliter accuſari. Sol. ſecundum Innocen. non impeditur electio, ſed non confirmabitur, niſi finito proceſſu, de quo plenius per Innoc. infra tit. a. accuſatum. Aliqui tamen tenent contrarium, mouentur per auth. de ſan. epiſcopis. §. ſi quis autem electum. ſecũda colũna, coll. 9. dicẽtis per iſtum textum alias illum. ꝙ prouidetur fraudi, aſſignando terminum accuſatori, poſt quem non auditur. ſed ille §. nihil facit: quia loquitur de confirmato, cui datur trimeſtre ad petendum conſecrationem, ſicut loquitur c. 1. 75. diſtin. & de hoc ſupra de elec. cum in cunctis. tene ergo primũ, quia eligi non eſt promoueri cum effectu. & hoc niſi accuſatus eſſet infamis. Et per hoc dico, ꝙ de inquiſito indiſtincte dicendum eſt, eum repelli, quia non fit, niſi præcedente infamia. infra eo. qualiter 2. tenet quod Inn. in c. accuſatum. quod nota. Quæro quid de denunciatione. dic idem, quod de accuſato. poſſet tamen dici, ꝙ denunciatus in nullo repellitur, quia nõ eſt iure expreſſum. Quæro, quid ſi accuſatus ſit promotus: deinde pronunciatur innocens. videtur, ꝙ retro declaretur va-
a luiſſe promotionem[a], quod tenuit Barto. Brix. in veneriali. 80. quæ eſt, quia cõtra legem vel canonem fuit promotus, vt hic, ergo promotio nulla. l. non dubium. C. de legi. ff. de re milita. l. qui ſtatus. & l. qui cõmune. §. reus. & in c. 2. ꝫ. de teſti. in fi. Quæ-
2 ro quid de accuſante † vel denũciante. dic, ꝙ non habet locum prohibitio, cum pœnę non ſint extendendę, & de eo non eſt expreſſum.

ADDITIO.

a Promotionem. Adde in l. qui de libertate. ff. de libera cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Criminoſus an admittatur ad accuſandum.*
2 *Epiſcopus ſi a familiari accuſatur, an et poſſit obijcere excommunicationem.*
3 *Epiſcopus an patiatur ſcandalum.*

NVlli. Epiſcopus cubicularium ſuum ab accuſatione ſui non repellit. primo dictum. ſecundo ratio ibi, quos & eſt palea. 3. q. 5. nulli. No. caſũ,
1 in quo criminoſus † admittitur accuſans exponendo, impetendum. i. accuſandum. & ratio ponitur in textu. & clarius in gl. 2. Oppono primo de c. primo. ꝫ. e. c. cum multis iuribus alleg. in gl. 2. quæ dicunt criminoſum repelli ab accuſando. glo. illa ponit duas ſolutiones: vna, ꝙ accuſabatur hic epiſcopus de crimine excepto. hæc diuinat. Secũda, ꝙ ſpeciale ſit in ordine epiſcopi admittẽtis tales in cubicularios, & dic vt in glo. Oppono ſecundo ad hoc, quia familiaris non accuſat dominum. 3. q. vlti. ad fi. Sol. ibi de ſeruis, vel familiaribus priuatorum, qui præſumuntur moueri ex odio. ſic loquitur l. iniquũ. C. qui accuſa. non poſſunt. Vel ibi de expoſitis nutritis a domi-
2 nis, qui videntur ingrati: ideo repellũtur. Quæro nũquid † excommunicationem poterit epiſcopus obijcere? Tan. & Vinc. ꝙ ſic per c. exceptionem. ꝫ. de excep. & c. a nobis. Sed dicit Inn. ꝙ licet dictũ ſit verum, decre. a nobis. loquitur in alio caſu de eo, qui participauit excõmunicato. ſed non de eo, qui admiſit in familiarem, vt hic. Tu potes dicere, ꝙ nulla exceptio prælati admittitur: quia textus dicit generaliter per negatiuam, nulli. & ſic nullo caſu: ſed iudex ex officio hoc poterit. vt tenet gl. 1. Et ex qua nota vtile habere iudicem fauorabilem. ꝫ. de off. de-
3 leg. cõſuluit. Oppono tertio, quia ſępe epiſcopus † patitur propter ſcandalum, quod non vellet 2. q. 1. multi. Item cum epiſcopus teneatur corrigere omnes de ſua diocęſi. ꝫ. de off. ordi. c. 1. ſequitur, ꝙ neminem ſubditum poterit repellere, quod eſt abſurdum. dic ſecũdum Innocen. ꝙ aliud eſt, ꝙ epiſcopus admittat in familiarem, quia tunc approbat, ideo nõ repellit. Aliud, ꝙ non corrigit, vt in ſubditis. Oppono quarto ad hoc, quia poteſt ignoraſſe conditionem familiaris. Sol. non excuſat ignorantia. quia debuit hoc diſcutere, vt dicit glo.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus & abſolutus amplius accuſari non poteſt.*
2 *Accuſatio poſt baptiſmum an fieri poſſit.*
3 *Actio iniuriarum an detur ad intereſſe.*
4 *Abſolutus criminaliter an poſſit accuſari ciuiliter.*
5 *Ciuiliter & criminaliter an de quolibet crimine agi poſſit.*

1 DE his. Accuſatus, † & abſolutus amplius accuſari nequit. Oppono, primò de l. 2. C. res inter alios acta. Sol. ibi de abſoluto per tranſactionem, quæ non præiudicat non tranſigenti. Item ibi non loquitur de cauſa criminali. hic de abſoluto per diffi-

nitiuam de crimine. Oppono ſecundo ad idem de l. 3. ff. de
præuaricat. C. de accu. l. ſi quid. Solu. vt glo. ibi ſpeciale, quia di-
citur accuſatorem primum fuiſſe præuaricatum. Oppono
tertio ad idem de l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſa. Sol. ibi quando
nouus accuſator ignorauit de prima accuſatione, & proſequi-
tur ſuam iniuriam, vt hic in gl. & 2. q. 5. habet. vt ibi, etiam no.
gloſſ. Oppono quarto ad idem de cap. admonere. 33. quæſt. 2.
Solu. aliquando abſolutio fit in forma iudicij, & procedit tex-
tus. Aliquando in foro pœnitentiali. & procedit contrarium.
de quo in dicto cap. admonere. 46. diſt. §. primo. Oppono quin
to ad idem de l. prohibentur. verſ. ab alio delatum. 2. quæſt. 1.
Sol. aliquando accuſatus abſoluitur diffinitiue, & procedit ra-
tio textus. Aliquando aboletur accuſatio: & tunc procedit cō
trarium. Vbi not. quod reperitur generalis abolitio, quæ fit pu
blice ob diem inſignem, vel rem proſpere geſtam. & ſic pro-
pter ferias repentinas. & hæc non impedit quo minus poſſit
inſtaurari accuſatio etiam a primo accuſatore infra. 30. dies
poſt finitas ferias. ff. ad turpillia. ſi quis. & l. ſequēti. Alia eſt abo
litio ſpecialis, quæ fit priuatim petente accuſatore, vel quæ in-
ducitur a lege deſiſtente vel mortuo accuſatore. & tunc bene
admittitur alius infra 30. dies. poſt non. l. libellorum §. fin. ff. de
accuſa. canonizata. 2. quæſt. 8. ſed ipſe accuſator, qui deſtitit nō
admittitur. l. qui deſtitit. ff. ad turpillia. Oppono ſexto ad idē
de cap. acutius. 26. diſt. de cap. maiores. ſ. de baptiſmo. de cap.
gaudemus. ſupra de diuortijs. in quibus not. quod poſt baptiſ-
2 mum quis accuſatur † de crimine commiſſo prius. Sol. ex prę-
dictis illa eſt abſolutio fori pęnitentialis: vnde baptiſmus de-
let culpam: ſed non tollit pęnam debitam pro delicto in foro
contentioſo. not. in dicto cap. gaudemus. vbi dixi. Oppono ſe-
ptimo ad idem de l. vnica. C. quando ciuilis actio præiudicat
criminali. Sol. aliquando de crimine fuit actum criminaliter,
& procedit regula, aliquando ciuiliter, & procedit cōtrarium.
quia adhuc poteſt accuſari criminaliter. ratio patet. Ad hæc
oppono, quod etiam ſi prius fuit actum ciuiliter, amplius non
auditur accuſator. ff. de iniurijs. l. prætor edixit. §. primo. & l.
quod ſenatus. §. fi. Sol. aliquando in cauſa ciuili tenditur ad in-
tereſſe, & procedit, quod dixi, Aliquando ad vindictam, vt
in actione iniuriarum, & abſolutus in ciuili amplius non ac-
cuſatur in criminali. Ad quod oppono de l. interdum. §. qui
furem. ff. de furtis. vbi actio furti intentata ciuiliter non tollit
criminalem. tamen tendere videtur ad vindictam. quia ad
duplum. Solu. non eſt verum, quod tendat ad vindictam, ſed
potius ad rem exiſtimabilem, & ad intereſſe agentis, quod ſur
git occaſione rei, quæ fuit in bonis noſtris, ſed in actione iniu-
riarum agitur ratione rei, quæ non fuit in bonis noſtris. Item
in actione iniuriarum agitur ob delictum commiſſum circa
rem inextimabilem. Ideo primo caſu dicitur prodita actio ad
vindictam. ſecundo non. ff. ad l. Falc. l. pœnales, ſecūdum Dy.
de quo per Cynum in d. l. vnica. Oppono octauo, quia pariter
3 dicam, quod actio iniuriarum † tendit ad intereſſe per l. domi
num. C. de iniur. vbi agitur iniuriarum ad damnum ſerui ver-
berati. Sol. quatenus agitur ad damnū, intentatur potius actio
ex l. aquilia, quam actio iniuriarum, ſecundum Per. de Bel. de
quo per Cyn. in dicta l. vnica. vbi aliter ſoluit. Ex prædictis con
cludo, cum quæritur, an ſemel abſolutus ſuper crimine poſſit
accuſari. Aliquando fuit abſolutus in foro pęnitentiali, & po-
teſt iterum accuſari. vt in c. admonere. ſicut poſt baptiſmum,
vt ſupra dixi. Aliquando in foro contentioſo, & tunc aliquan
do fuit actum ciuiliter. aliquando criminaliter. Si ciuiliter, ali-
quando ad intereſſe, & non præiudicat abſolutio actioni cri-
minali. l. vnica prealle. Aliquando ciuilis tendebat ad vindi-
ctam, & idem quod in criminali, de illo autem membro, an
a abſolutus in criminali poſſit amplius accuſari [a], diſtingue. ali-
quando fuit abſolutus per diſpenſationem factam ab haben-
te poteſtatem, & non poteſt, vt hic in glo. in princ. & idem no.
infra de ſciſmaticis. c. a. in prima glo. & ſ. de iudi. at ſi clerici. &
infra de pęnis; licet: Aliquando non fuit diſpenſatum. & tūc
aliquando fuit abſolutus, quia probaui ſe innocentem. & tūc
Aut accuſator fuit præuaricatus, & admittitur ſecūdus accu-
ſator, vt in gl. & 2. q. 3. §. præuaricatoribus. Aut non fuit præua-
ricatus. & tunc regulariter non admittitur ſecundus, niſi quā
do ignorauit de primo, & proſequitur ſuam iniuriam. ff. de ac
cuſa. l. ſi cui. §. iiſdem. Aliquādo fuit abſolutus, quia accuſator
non probauit: & idem, quod in præcedenti membro, vt in gl.
Aliquando fuit abſolutus non diffinitiue, ſed per tranſactionē
vel abolitionem: & tunc admittitur ſecundus. l. 2. C. res inter
alios acta. immo interdum, & primus vt dixi in abolitione ge-
4 nerali. per l. ſi quis, ad turpill. Quæro, quia dixi, ꝙ abſolutus † ci
uiliter poteſt accuſari criminaliter: quid econuerſo. de hoc in
l. vnica. C. quando ciuilis actio præiudi. criminali. & commu-
niter concluditur, ꝙ abſolutus, quia probauit ſe innocentem,
non poteſt amplius accuſari. ſed abſolutus, quia actor nō pro-
bauit, ſic: vt ſic abſolutio facta ſuper facto omnibus præiudi-
cet, vt ſi pronunciatum fuit crimen non eſſe commiſſum per
eum. & fuerūt verba Dy. in dicta l. vnica. Quid in dubio, quan-
do non conſtat ex qua cauſa fuit abſolutus? dic recurrendum
ad acta & ſi per acta non apparet, dicunt quidam, ꝙ præſumi-
tur abſolutus ſuper facto per l. fin. ff. de iureiur. & quia in beni-
gniorem partem debet fieri interpretatio, & reo magis ad fa-
uendum. de probatio. ex literis. aliquando vt Iaco. de are. ꝙ po
tius præſumitur abſolutus: quia actor non probauit, quia licet
feratur ſententia abſolutoria: non propterea tollitur obliga-
tio, licet detur exceptio. ff. de condi. indebi. l. Iulianus. & ad l. fi.
ff. de iureiuran. reſpondetur ꝙ ibi in iuramento, quod habet
vim ſolutionis, per quam tollitur tota obligatio. Item iurans
iurat ſuper facto, quod debet ſcire, & hoc placet: quia non præ
ſumitur reus docuiſſe ſe innocentem, niſi cōſtet. & hoc etiam
tenet Bart. in d. l. prætor. §. primo. ff. vi bo. rapto. Quæro, quid ſi
abſolutus per inquiſitionem, vel in proceſſu inquiſitorio. Inn.
in c. 1. infra. de purga. cano. tenet, ꝙ non poteſt amplius accu-
ſari. ratio, quia etiam inquiſitio tendit ad vindictam infra eo.
inquiſitionis. & c. ſuper his. pro hoc l. ꝙ ſenatus, in fi. & l. præ-
tor edixit §. primo. ff. de iniur. Innoc. tamen in dicto c. pen. po-
nit etiam opinionem cōtrariam. ſed inclinat in id, quod dixi.
quod eſt verius. & tenet Barto. ff. de accuſa. l. ſi cui. §. iiſdem. de
cuſto. reorū. l. diuus. a. Quid de abſoluto per iuramentum, iſta
quæſtio præſupponit aliam. An in criminalibus poſſit deferri
b iuramentum. [b] de quo in c. fi. ſ. de iureiuran. tenendo ꝙ ſic. dic
ꝙ amplius non accuſabitur, quia iuramētum præſtatur ſuper
facto. l. crimen non fuiſſe commiſſum. dicto c. fi. Quæro, an de
5 quolibet crimine † poſſit agi ciuiliter, & criminaliter. videtur,
ꝙ ſic, per l. vnicam prealleg. Placentinus ibi tenet ꝙ non in cri
minibus priuatis. & idem videtur ſentire Inno. in dicto c. pen.
de pur. cano. communiter reprobatur opi. Placen. & reſpōdet
ſuis iuribus quod dic vt in dicta l. vnica. vbi plene not. Poteſt
c etiam quæri, an in eodem libello [c] poſſit intentari vtraque, ſci
licet ciuilis & criminalis de eodem crimine. dic vt in d. l. vni-
ca. & dic ꝙ non, quia poteſt ſic ferri ſententia in criminali, ꝙ
præiudicet in ciuili: & econuerſo, vt patet ex præcedentibus.
pro hoc. ff. de except. l. fundi. & l. fundum. & hoc tenet Bart. ff.
de vi bono. rapto. l. prætor. §. primo. & hoc quando æque prin-
cipaliter vtraque intentatur. Secus ſi vna principaliter, & alia
per vim conſequentiæ. C. qui accuſare non poſſunt. l. qui cri-
men. ff. de furtis. l. interdum. §. qui furem. vt ſi intentatur crimi
nalis principaliter & ciuilis incidenter, per quam petitur ex of-
ficio iudi. reſtitutio rei ablatæ.

ADDITIONES.

a Accuſari. Adde Bal. in l. placet. C. de ſacroſan. eccle. Bal. in l. ſi quis, in hoc ge-
nus. C. de epiſ. & cler. Pe. de Ancha. in regula eaque de regu. iur. lib. 6. dicens
Bal. ita conſuluiſſe.

b Iuramentum. Adde gl. fi. in regula cū ſint partium. de reg. iur. li. 6. Hoſtien. in
ſumma. tit. de iuretur. in §. vt ſuper ver. quid ſi criminaliter. Archid. in c. ſi qs
presbyter. 2. q. 5. Bart. in l. maritus. ff. de queſti. Bal. in l. iudices, in j. oppo. C.
de iudi.

c In eodem libello. Adde Cy. in l. eo. C. ſi cert. per. Card. in c. querelam. in con-
trario, & in 2. q. de electio. Card. in c. dilectus. in 4. no. de capel. mo.

SVMMARIVM.

1 *Cohabitantes cum inimicis ab accuſando repelluntur.*
2 *Inimicus an ſemper ab accuſando repellatur.*

1 REpellantur. Cohabitantes † inimici ac-
cuſati repelluntur ab accu
ſando. Oppono primo, quia ſocius ſocij non eſt
meus ſocius. l. non ſocius. ff. pro ſocio. 80. diſt. legi-
tur. Sol. licet neceſſario nō ſequatur, ꝙ cohabitans inimico ſit
inimicus, & ſic probant contraria, quæ innituntur veritati, ta-
men iuris præſumptione cenſetur inimicus, vt hic. Oppono
2 ſecundo, quia etiam ipſe inimicus † non ſemper repellitur. in-
ſti. de excuſa. totorum. §. inimicitia. in auth. de teſti. §. ſi vero. ff.
de adimendis lega. l. 3. in fi. Sol. contraria loquuntur de inimi-
cis capitalibus. Et quæ dicantur capitales, hoc arbitrarium, vt
dicit glo. infra eod. cum opporteat. Oppono tertio ad idem,
quia cohabitatio aliquando eſt exigua, quæ tamen infert ami-
citiam. j. l. licet. §. in factum. ff. nau. cau. ſta. Sol. intelligitur tex-
tus de cohabitatione aſſidua, quæ inferat amicitiam per id,
quod ſequitur in verbo amicitiæ. Secus de cohabitatione tran
ſitoria.

SVMMARIVM.

1 *Filius occiſi an teneatur homicidam accuſare, quem homicidij pœ-
nituerit.*

Accu-

Digitized by Google

ACcuſaſti. Ponit pęnam calumnioſi accuſatoris in foro pęnitentiali imponẽdam. Et competentius poneretur in titulo de poenitentijs, ſed ponitur hic propter verbum accuſaſti. In textu ibi quatuor dies, cõtinuos, vel interpolatos, & not. 22.q.5.qui compulſus. Canna.i.carentia, vt in gloſſ. & ſimiliter ſupr. de ſponſ. duorum, accepiſti. & 6.quæſt.1. quicunque. vbi ſimilis poenitentia ſequentibus annis per certas ferias, & ſunt fenæ legitimæ. 2.4. & 6.11.quæſt.3.capit.penulti. de conſecrat.diſtinct.3.cap.1.12.qui de viro, delaturam, i. accuſationem ſecundum Innocen. Oppono primò, ꝙ nulla poena ſit puniendus accuſator.23.quæſt.4.illud 23.quæſt.5.cum homo, cum ſimilibus. Solu. vt in gloſſ. prima. hic loquitur de calumnioſa accuſatione, ibi not. Opp. ſecundo. probat enim litera ibi: niſi pro pace. quòd propter pacem liceat accuſare aliquem iniuſte, quod eſt falſum 2.quæſt.1.notum. Solut. vt in gloſſ. 2. vel dic niſi pro pace. ſ. fiat remiſſio poenitentiæ. Format Vin-

3 cen. quæſtionem de filio occiſi, quando † homicidam poenituit, an teneatur accuſare homicidam. videtur, quod non, quia peccat, cum ille poenituerit, & ſic accuſat bonum virum. In contrarium, quia non accuſans perdit hæreditatem. C. de his, qui vt indi.l.1.dic ꝙ accuſare poteſt, poenitentia enim fori poenitentialis non tollit accuſationem. ſup. eo. de his, vbi not. niſi conſcientia repugnaret: quia tunc contra conſcientiam non faciat ſup. de reſt. ſpo. literis de præſcript. c. final.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſuper notorio nemine accuſante procedere dicitur.*
2 *Confeſſio in præiudicium confitentis habetur per veritate.*
3 *Damnari an quis poſſit ſine accuſatore.*

1 EVidentia. Breue eſt: ſed per alia verba. Super notorio procedit iudex † nemine accuſante. hoc dicit. Oppono iuncta ſuprascriptione in qua dicitur de morte Abel. nã mors Abel non fuit notoria. Solu. poteſt intelligi, ꝙ fuit notoria per confeſſionem Chaim, quod non procedit, quia non fuit confeſſus, vel fuit notorium, quia nihil poteſt eſſe occultum Deo. Sed in alio iudice dicẽmus notorium delictum, quando committitur coram eo in iudicio. no. in c. veſtra. de cohabi. cleri. & mulierum, Deus autem vbique eſt præſens, & vbique eſt iudex. Quantum tamen ad illud de confeſſione tenet Vincen. per confeſſionem crimen nõ fieri notorium: quia poſſet quis confiteri falſum, vnde ſecundum eum ſola euidentia facti facit notorium: dic contra: quia confeſſio facit notorium iuris ſupr. de cohabi. cle. & mu. cap. fi. in verbo notorium, & verbo

2 per confeſſionem, & imputetur confitenti: quia † confeſſio habetur pro veritate in eius præiudicium. vnde facit, quòd aliquid, quòd nunquam fuit, poteſt eſſe totaliter notorium: quia habetur pro exiſtenti. Oppono ſecundò. nam ſine accuſato-

3 re nemo † damnatur. ſup. vt eccle. benefi. cap. vno. Solu. immo ex officio poteſt procedere iudex ſic, quando inquirit. infr. e. qualiter 2. & ſuper notorio, vt hic. & tunc iudex tenet locum accuſatoris, & iudicis, vel quando eſt notorium ipſa notorietas tenet locum accuſatoris. infr. e. cum oportet. Oppono ſecundò, quòd etiam in notorio fiat accuſatio. C. eod. l. ea quidem. Solut. ibi fuit denunciatio, quæ bene permittitur, ſicut teſtes ſinodales hoc denunciant. ſup. de teſti. cap. præterea, ſed accuſatio non requiritur, vt hic. Quæro, an in notorio per cõfeſſionem poſſit ſtatim procedi ad ſententiam. gloſſ. hic, quòd ſic: dicens generaliter in quocunque notorio requiri ſolam ſententiam. Alibi dicitur, requiri etiam citationem. ſup. de iureiuran. ad noſtram. 3. Et hoc eſt verum: pro hoc, quod no. ſup. de diuor. porro. & de purga. cano. c. penult.

SVMMARIVM.

1 *Laici clericos accuſare non dicuntur.*
2 *Clericus an poſſit accuſare laicum.*
3 *Suſpicio ante tormentum requiritur.*

1 CVm P. Laici † clericos nõ accuſant, hoc dicit. nec inimicus inimicum. Pars huius. J. de pur. cano. cum P. Primò factum continens duplicem accuſationem, & reiectionem. Secundò indicitur purgatio, ibi ideoque. Opp. quòd qui fuit teſtis contra aliquem, ſeu ſolum productus ad teſtimonium ſuper crimine, etiam ſi non depoſuit, præſumitur eius inimicus, quod eſt verum, quando voluntarie ſe obtulit. Secus ſi coactus. de quo in cap. fraternitatis. ſupr. de teſtib. Item quod qui accuſauit fra-

a trẽ alicuius præſumitur factus inimicus etiam illi ibi, & quia prædictus. Item quòd licet accuſatio ſit reijcienda, tamen indicitur purgatio: quod eſt verum, quando ſurrexit infamia. de qua hic in fi. Item not. de numero compurgatorum. ſ. triũ.

b Oppono primò in princ. quòd laici poſſunt clericos accuſare[b] infr. de ſymo. tanta. 2. quæſt. 7. ſacerdotes, & cap. oues, 15. quæſ. 3. ſane. vbi de hoc. C. de epiſcopis, & cleri. l. ſi quamquam. Sol. vt in gloſſ. quia illa loquuntur in exceptis criminibus. Idem intellige in non exceptis. Regulariter tamen in non exceptis non admittuntur laici: immo nec clerici criminoſi. 2. quæſtio. 7. præſumunt, & cap. clericos, & capit. maiorum. Sic nec irregulares, qui non poſſunt ad ordinem aſcendere, admittuntur contra clericos ad accuſandum de ordine, quem recipere non poſſunt. 2. quæſt. 7. ipſi. & cap. teſtes, etiam ſi irregularitas procedat ex defectu. i. vitio corporis ſecundum Innocẽ. qui etiam dicit ignotos, vel de fide ſuſpectos. i. quòd non ſint bonæ fidei etiam repelli. de quo in c. ſi qui, & cap. quærendum. 2. quæſtio. 7. omnibus. ſup. de teſtib. de cętero. Oppono ſecundò ad idem, quòd indiſtincte admittantur laici, ex quo enim accuſant clericum, intereſt eccleſiæ, vt de hoc cognoſcatur, ſed non cum

2 indigno accuſatore. Quæro nunquid clericus † poſſit accuſare

c laicum.[c] dicit regulariter, quòd ſic, ſecundum Innoc. hic: quod intelligo niſi accuſatio inferret irregularitatem. Vbi quæſo pone, quòd accuſans clericus laicum coram ſæculari lite conteſta. laicus petit ab epiſcopo inhiberi laico iudici, ne procedat, aſſerens accuſationem eſſe calumnioſam. dic, quòd non auditur. debet enim cauſa expediri, vbi incepit. ſupr. de foro comp. cap. penult. nec debet eccleſiaſticus impedire iuriſdictionem ſæcularis. ſup. qui fi. ſint legi. cauſam, quod plene tractat Fredericus. 188. Vt autem concludas, quando clericus accuſat, vel accuſatur, vel etiam laicus. fac membra. Aliquando enim laicus accuſat clericum. & dic, vt in gloſſ. & ſup. dixi, regulariter non admittitur. fallit in exceptis, vel cum proſequitur ſuã iniuriam. poſſet tamen dici, quòd auditur, quando ſua intereſt iure ſpeciali. vt quia parochianus. ſupr. de teſtib. ex parte, quod plene tractat Fredericus conſilio. 23. Aliquando laicus accuſat laicum. & regulariter admittitur, niſi ſit indignus. ſupr. e. cap. primo. Aliquando clericus clericum, & idem ſcilicet, quòd regulariter admittitur: niſi accuſatio inferat irregularitatem. Circa illud autem, quod dixi in exceptis, laicum accuſare clericum. diſtingue, vt in gloſſ. an laicus ſit malæ famæ, an bonæ. Si malæ, admittitur contra clericum infamatum: ſed contra non infamatum, non. Si bonæ famæ idem. Ego tamen puto, quod laicus malæ famæ indiſtincte repellitur: quia prius diſcutitur perſona accuſatoris. ſupr. eo. cap. 1. In gloſſ. prima ibi, in primis, vbi de hoc. & eadem quæſtione, Deus. 6. quæſt. 1. in ſumma veniens. ibi de teſtib. non de accuſatore, ibi tormẽ-

3 to. patet ergo, quod ante tormentum † requiritur ſuſpicio, vt vilitas perſonæ. de quo in capitulo cum in contemplatione. infr. de regul. iur. in fin. gloſſ. de materia. 2. quæſt. 7. in ſumma. vbi plene. & capit. clericum. 23. diſtinct. illud. In gloſſ. final. ibi de cauſis. Idem nota. inf. de ſortilegi. cap. 2. in gloſſ. 2. in hoc, ꝙ non poſſit immutare, quod Papa ſtatuit. & pro hoc de iudi. cum veniſſet. Admittuntur. immo etiam mulieres, nota. infr. de pur. cano. cum in iuuentute. 18. quæſt. 2. in decima. In primis. parum. facit, ſed pro hoc. 2. quæſtio. 5. omnibus. in fin. diſtinct. clerici.

ADDITIONES.

a Inimicus. adde Bal. in c. ſi vaſallus el. primo. in tit. ſi de feu. fu. controuer.
b Accuſare adde doc. in c. vt circa de elec. lib. 6.
c Laicum. adde c. clericus nullus 11. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Monachus abbatem accuſare poteſt.*
2 *Monachus an ſemper habeat expenſas a monaſterio, ſi accuſet.*
3 *Mulier accuſans maritum de adulterio an habeat expenſas.*
4 *Clericus pauper accuſans prælatum, an debeat habere expenſas.*

1 EX parte. Monachus † accuſare poteſt Abbatem: alias non. & a monaſterio neceſſarias expenſas habebit. habet tria dicta. Secunda ibi: licet. Tertia ibi: quibus. Nota ergo, ꝙ monach[*] non repellitur ab accuſatione Abbatis. Intelligit tamen Arch. 2. quæſt. 7. cum paſtoris: & hoc faciet petita venia ab Abbate: vt dicto capitulo. paſtoris. Oppono, quòd monachus non accuſat Abbatem, cum ſit obligatus Abbati ad obedientiam. 22. quæſt. 5. de forma. Solut. poteſt accuſare. quia in hoc non intelligitur promiſiſſe obedientiam, quod dic, vt in gloſſa prima. Oppono primò ad idem, quòd ſeruus non agit in iudicio ff. de iudi. l. vix. nec familiaris accuſat dominum. 3. quæſt. 7. §. ſi ex familiaribus. Solutio monachus poteſt ex licentia iuris hic: immo tenetur pro vtilitate monaſterij: vt quia ſua intereſt

Digitized by Google

tereſt. 2. quæſt. 7. quapropter. & ibi de hoc nota. Fateor tamen,
quòd indiſtinctè non admititur monachus, ſed cum aliquali
cognitione ſummaria, quæ ſecundum Innoc. fieri poteſt ſine
præſentia procuratoris, ſupr. de renuncia. ſuper hoc. Oppono
ſecundò ad idem, quia ex rationabili cauſa permititur mo-
nachum repelli, quòd immo indiſtinctè ſit audiendus. ſupr. c.
nulli. 2. quæſt. 7. cum paſtoris. & capi. ſequenti. Solut. illa lo-
quuntur de monacho cubiculario accuſante epiſcopum. &
ratio redditur in cap. nulli. Opp. tertiò, quòd indiſtinctè mo-
nachus ſit repellendus 17. quæſt. prima. monachi. dicitur enim
mortuus mundo. ea. quæſt. placuit. Solut. vt in gl. 2. quòd ſcili-
cet alios non accuſat, ſed Abbatem ſie pro vtilitate monaſte-
rij. Ad quod oppone, quod etiam alios, ſupr. de iureiuran.
quemadmodum, cuilibet enim dicitur, ſi peccauerit in te. &c.
ſupr. de iudi. nouit. gloſſ. eadem ſoluit, quòd denunciare poſ-
ſunt. dicit tamen Vincen. quòd denunciationem iudicialem
non facit monachus de alijs, quam de fratribus ſuis, de his de-
2 nunciationibus in c. nouit. Quæro, an monachus † ſemper ha-
a beat expenſas a monaſterio[a], ſiue accuſet, ſiue denunciet. Dic
vt refert Inno. ſolum ſi accuſat, quia hoc ſolum hic dicitur. Se-
cus ſi denunciat. vnde ſecundum Innoc. quando monachus
proſequtur cauſam propriam, non habebit expenſas. Pone
exemplum, vt quia fuit electus in Abbatem alterius mona-
ſterij, & petit confirmari: tunc etiam expenſæ fieri debent de
alio monaſterio, ſcilicet, in quo eſt electus. ſupr. de electi. vt
præteritæ. Puto tamen, quòd quantum ad terminos capitu-
li, per quemcunque proceſſum tendat monachus ad corre-
ctionem Abbatis, & vtilitatem monaſterij habebit expenſas:
quod tamen idem tenet Innoc. de hoc de procurato. cum pro
3 cauſa. Quæro, nunquid mulier † accuſans maritum de adul-
terio debet habere expenſas? videtur, quòd ſic, cum omnia bo-
na præſumantur viri. argu. huius literæ, ſicut fit hic in mona-
cho. quod tenet Hoſtien. in ſumma. eod. titul. in rubrica de
accuſatione. §. quid poſſit. verſic. quid ſi contingat. tenet etiam
Inn. in capitulo per veſtras. ſupr. de donati. inter virum, & vxo-
rem, vbi dixi. Secus in alijs caſibus, vt ſi litigat mulier pro bo-
nis proprijs: tunc etiam de ſuis faciet ſumptus per nota. in di-
4 cto capitulo per veſtras. Quid ſi † clericus pauper accuſat præ-
b latum?[b] dicit Specu. in tit. de accuſatione §. vlt. immo quòd habe-
bit expenſas a prælato, niſi calumnioſe accuſet. per c. cum pro
cauſa. de procu. ſed tamen hoc non eſt iure cautum.

ADDITIONES.

a A monaſterio. adde Spe. tit. de inquiſi. in §. vlt. Archi. in c. accuſatus. 3. q. 1. Ar-
chi. in c. ſi quis ex his 2. q. 7.
b Prælatum. adde Io. de Fantu. in c. ſi quis epiſcopus. 2. q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, qui non digeſtione præmiſſa miſſam celebrare attentat, be-
neficio priuatur.*
2 *Confeſſio ad hoc, vt non præiudicet, non debet eſſe coacta.*
3 *Innouata poſt appellationem reuocantur.*
4 *Clericus habens beneficium commendatum, & aliud impetrans, tene-
tur de commenda mentionem facere.*

a SI conſtiterit. [a]Sacerdos †, qui non præmiſ-
1 ſa digeſtione miſſam cele-
brat, beneficio priuatur. Primo thema, ex quo quæ-
ſtio. Secundo ſolutio ibi, ſi de hoc. Et illa in duas.
primo intruit, quando procedendum eſt contra accuſatum,
ſecundò quando pro ipſo. ibi cæterum. Nota, quòd confeſ-
2 ſio † vt præiudicet, debet eſſe non coacta. concord. in gl. Nota,
3 quod innouata † poſt appellationem reuocantur, inducitur
etiam textus in princi. ibi ſed ad tempus commendare. quòd
collatio beneficij præſumatur perpetua, quia hic mandat in-
quiri, an ſit temporalis. ſed dic, quòd textus nihil facit, man-
dat enim inquiri, an perpetuò: an ad tempus. Inducuntur
etiam alij textus, quod commenda poſſit eſſe perpetua. Et ego
dico hic potius probari contrarium: quia mandat inquiri: an
ſit perpetuò conceſſa: an ad tempus commendata. Secundò
nota differentiam inter verbum conceſſa: quod eſt generale.
& verbum commendata. vt commenda ſit ad tempus: aliàs
enim fruſtra poſuiſſet verbum conceſſa, de hoc tamen dic, vt
in cap. nemo. de elect. lib. 6. Oppon. primò, quòd non debeat
b priuari, etiam ſi fuerit ebrioſus: cum ebrietas non ſit mortale[b].
25. diſtinc. in princ. nec quia pernoctaſſet in taberna: quia pro-
pter vigilare nulla pœna debetur. Solut. hic priuatur, quia
non præmiſſa dormitione: ideſt non præmiſſa digeſtione: &
ſic non ieiunus, vt dicitur in gloſſa. Retulit autem ſe ad dor-
mitionem: quia in ſomno fit melior digeſtio: ſed tamē etiam
in vigilia fit, & ſufficit. & ſic quamuis ſacerdos tota nocte vi-
gilaſſet, dummodo diu ſit quod cenauerit, poterit celebrare die

ſequenti. retulit ergo ſe ad conſuetudinem pernoctantium in
taberna, qui qualibet hora diſglutiunt. Et refert Abbas quen-
dam ſocium ſuum in ſtudio ſtetiſſe octo diebus, & noctibus
non dormientem. Oppono ſecundò, quod non debuerit papa
procedere per inquiſitionem non diſcuſſa infamia. inf. c. cum
oportet. Solu. non apparet qualiter hic procedebatur: an accu-
ſando, vel aliter. Oppono tertiò etiam, quod ante omnia debuerit
reſtitui. D. ſpoliatus. ſup. de reſti. ſpoli. in literis. Item cum quis.
Solu. hic fuerat ſpoliatus a iudice, nec agebat interdicto, vnde
vi. nec agere poſſet, niſi quando iudex proceſſiſſet, vt priuatus
ſine ordine iuris. ſup. de reſtit. ſpolia. conquerente. Item ſi ha-
bebat in commenda, potuit ſpoliari ſine cauſa, ſi habebat ad
placitum commendantis: quod dic vt in gloſſ. 2. Circa cuius
materiam quæro: An commenda tribuat titulum. dic, quòd
c ſumitur multipliciter: vt not. vt gl. in cap. nemo[c] præalleg. Sed
in propoſito denotat titulum adminiſtrationis, non titulum
beneficij. Et dicit Innoc. quod commendatarius non habet ius in
eccleſia: ſed habet adminiſtrationem liberiorem, quam pro-
curator. quod nota. ad hoc 7. quæſt. prima, paſtoralis. 61. diſtin.
obitum. & cap. ſequenti. gloſſ. tamen in cap. nemo. dicit, quod ha-
bet titulum talem, quòd eccleſia non vacat: & tunc oporteret
dici, quod eſt titulus affinis titulo beneficiali. Ego tamen puto ve-
rum eſſe, quod eccleſia vacat: quia non poteſt non vacare, ex quo
nullus eſt inſtitutus in titulo beneficij, quamuis habeat admi-
niſtrationem ſicut mortuo prælato immediato, quamuis epi-
ſcopus poſſit adminiſtrare pro eccleſia: dicitur tamen vacate,
vt dicit Innoc. de reſti. ſpol. olim. el 1. & eſt notabile. Item aut
commendatarius habet titulum beneficij, & non eſt commē-
datarius: ſed prælatus: Aut non habet, ergo vacat, & ita cōclu-
do. Sed fateor, quod ſi beneficium commendatum confertur al-
teri habenti beneficium incompaſſibile, non vacabit primū,
niſi extincta commenda per cap. ſi tibi conceſſo. de præbend.
lib. 6. Quæro, per quem poſſit fieri hæc commenda. dic, quòd
per ordinarium ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, dicto capit.
nemo. Quæro, an ſint vocandi quorum intereſt: vt patronus,
vel qui habet eligere, vel conferre? Innoc. quod ſic: adeo quod ſi non
vocantur, poſſunt agere ad ceſſationem: ſicut canonicus con-
temptus. ſupr. de elect. quod ſicut. non tamen poſſunt ante ceſſa-
tionem præſentare, vel eligere ſecundum Innocen. quod nego
per ſuperius dicta: quia dico beneficium vacare. & per hoc tol
lo contrarium de c. conſiderauimus. de elect. ſuper quo fundat
4 ſe Innoc. Quæro, an clericus † habens beneficium commenda-
tum impetrans aliud teneatur de commenda facere mentio-
d nem?[d] quidam quod ſic: ſicut vicarius de vicaria. ſup. de reſcriptis,
poſtulaſti. Ego contra. ratio differentiæ: quia vicaria perpetua
e eſt titulus[e] beneficialis. clemen. vnica, de offi. vica. commenda
non: aliàs non poſſet eſſe temporalis, cum beneficia debeant
eſſe perpetua. ſup. de fili. presbyt. veniens. De materia plenius
in cap. nemo, præalleg.

ADDITIONES.

a Si conſtiterit. adde, quid importat iſtud verbum. vide Bal. in l. in bonæ fidei in
4. verſic. expedita. C. de rebus credi.
b Sit mortale. adde gloſſ. in verbo inebriauerunt 15. q. 1. doct. in ca. a crapula, de
vi. & ho cle. Hoſtien. in ſumma ti. de pœn. & remiſſ. in §. quę interrogationes.
ver. de gula. Sanctus Tho. 2. 2. q. cl. ar. 1. & 2.
c C. nemo. adde c. qui plures 21. q. 1. doc. 1. c. reſcri. li. ve.
d Mentionem. adde doct. in c. literas, & c. cum noſtris, de conceſſio. præbend. Io.
an. in c. nemo deinceps, de elect. lib. 6.
e Titulus. adde tex. in cap. conſtitutus, & ibi doc. de fili. presbyte. tex. iuncta glo.
in cap. fin. de præben. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus voluntaria exceptione repellendus eſt.*
2 *Abbatiſſa poſt confirmationem vocatur.*
3 *Confirmatio ſi circa eam aliquid deficiat, non impedit exceptionem, et
accuſationem.*
4 *Confirmatus per Papam per inferiorem benedici non poteſt.*

1 MEminimus. Inimicus † etiam voluntaria
exceptione repellitū. Pars hui[9]
ſup. de appella. meminimus. Primò mandatum nō
executum. Secundo mandat exequi ibi, quia verū.
2 Nota, quod abbatiſſa † vocatur poſt confirmationem, ante be-
nedictionem. Ad quod oppono de c. inter, in fi. ſup. de re iudi.
Solu. regulariter vocatur electa. aliquando tamen vidi in lite-
ris Apoſtolicis vocari Abbatem ante benedictionem: vt in li-
teris Domini Ioannis de vbaldinis Abbatis Pratalię. Et no. de
benedictione Abbatiſſę. Et hodie habent terminum anni ad
petendam benedictionem iuxta clemen. attendentes. §. ſtatui-
3 mus, de regula. & dic, vt ibi. Nota † etiam, quòd poſt confirma-
tionem, cum aliquid deficit, vt benedictio, admittitur excè-
ptio, & accuſatio: quod etiam no. glo. Colligunt etiam aliqui,
quod

Digitized by Google

quòd iudex, qui detulit appellationi, poſſet reuocare delatio-
nem, quod eſt falſum: quia eſt interlocutoria irreuocabilis, cũ
extinguat iuriſdictionem iudicis ſupr. de offi. deleg. ſignifican-
tibus, dixi in c. cum ceſſante, de appella. nec hic loquitur in ver
bo diſtuliſti: quod inducunt: quia non dicit, ꝙ detulerit, ſed ꝙ
4 deſtitit procedere. Vltimo nota, ꝙ confirmatus† per Papam ꝑ
inferiorem benedici non poteſt, vel conſecrari ſine mandato
Papæ. ſup. de tempo. ord. cum in diſtribuendis.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio fit per literas.*
2 *Accuſatus cum citatur non eſt neceſſe mittere copiam libelli accuſa-
torij.*
3 *Citatus a prædeceſſore tenetur comparere coram ſucceſſore.*
4 *Nuncij factum an præiudicet domino.*

LIcet. Ante inſcriptionem poteſt accuſator deſi-
ſtere ſine pęna, ſed imponitur ei ſileotium,
ſi non venit ad terminum. Primò narrat factum.
Secũdò duo diffinit: & tertium committit ibi nos
igitur. de hoc facto infr. de purga. cano. c. fi. Nota, ꝙ per literas
1 fit accuſatio. †ſic colligunt aliqui, vt ſtatim dicam. Nota, quòd
2 cum citatur accuſatus, † non eſt expediens mittere copiam li-
a belli accuſatorij. [a] ſed ſufficit, vt citetur, vt veniat reſponſurus
de iure. ibi reſponſurus. Idem dic in ciuilibus: quod tenet Bar.
3 ff. de public. iudic. l. inter accuſatorē. Not. quòd citatus† a præ-
deceſſore tenetur comparere coram ſucceſſore. hic enim ci-
tatus a. v. comparuit coram Innocen. Nota, quòd factum nun-
4 cij† non præiudicat domino, quod dic plene, vt ſupr. vt lit. non
conte. cap. 1. Item ꝙ ſublata accuſatione ex infamia propter
eam ſurgentem imponitur purgatio, vt hic in fi. Oppono pri-
mò, ꝙ per literas non fiat accuſatio. 2. q. 8. præſcripta. Solut. iſti
denunciarunt, ſic expone verbum delatum. non autem accu-
ſarunt. contra eſt in eo, ꝙ ponderatur inſcriptio, quæ fit ſolum
in accuſatione. infr. c. ſuper his. vnde dici poteſt, quod hic erat
cauſa talis, in qua poterat admitti procurator. Vel aliter, non
dicitur in textu iſtos non fuiſſe præſentes. Vel tertiò miſerunt
nuncium pro literis impetrandis, non vt accuſaret: ſed ipſe ac-
cuſauit, & Papa admiſit: quia hoc potuit. poterat enim eſſe
cauſa, in qua poterat interuenire procurator, de quo infr. cap.
proximo. non ergo literæ ipſæ habentur pro accuſatione. de
quo qui ma. ac. poſ. cap. ſecundo. Oppono ſecundo, quia iſte
citatus non tenetur comparere coram Innoc. quia mortuo iu
dice circũducitur peremptorium. ff. de re iudi. l. in ſumma. iu-
dicatum ſolui. l. cum apud. §. ſi. C. de iudic. l. properãdum. §. ſin
autem in medio. Sol. aliquando non citatur, vt compareat co-
ram iudice habito reſpectu ad perſonam: & procedit contra-
rium: aliquando habito reſpectu ad dignitatem: & tunc quia
dignitas non moritur. de reſcriptis, ſi gratioſe. lib. 6. tenetur cõ-
parere coram ſucceſſore. Sic fuit hic citatus coram apoſtolico
conſpectu, ad hoc clem. ne Romani in fi. de elect. Hoſtien. ve-
ro ſoluit, ꝙ hic vltroneus comparuit, quod non eſt verum: qa
ſecundum hoc accuſator non fuiſſet contumax. tene ergo pri-
mum. Oppono tertiò, ꝙ ante inſcriptionem non debuerit ci-
tari, cum eſſet de longinquo. C. de exhi. reis, l. 2. quod nota. ĩ.
eo. cap. 1. Solu. hic Papa papaliter proceſſit ſecundum Vincen.
vel illa lex hoc non probat expreſſe. Oppono, quòd accuſator
deſiſtens debuerit puniri. ff. de iudi. l. cum quem temere. ſupr.
de dolo, finem. cum ibi notatis. gloſſ. 1. in fine ſoluit, ꝙ excu-
ſantur accuſantes per defectum nuncij, qui exceſſit manda-
tum. Oppono quartò ad idem de l. quæſitum. ff. ad Turpillia.
& l. ſenatus. §. qui poſt. gloſſ. penult. circa hoc inſtat: ſed domi-
nus Bart. in l. quæſitum. dicit, quod poſt accuſationem non li-
cet deſiſtere in criminalibus, ſicut nec in ciuilibus. Ego dico,
hic eſſe textum, quod ante inſcriptionem licet. bene fateor, ꝙ
accuſans tenetur ad intereſſe: ſed nõ incidit in Turpillianum.
& de hoc in Specu. de accuſatione. §. 5. & facit, quod no. c. q. 5.
c. vno. & 5. q. vltima, Epiphanium.

ADDITIO.

a Accuſatorij. adde. Ant. de Bu. in c. præterea. de dila. Bar. in authen. offeratur in
1. col. C. de litis conteſt. Bar. in extrauagan. ad reprimendam, in verbo, dedito
crimine.

SVMMARIVM.

1 *Iurans aliquem non accuſare, an ab eius accuſatione repellatur.*
2 *Canonicus epiſcopum accuſare dicitur.*
3 *Princeps an poſſit exigere iuramentum a prælatis terræ ſuæ.*
4 *Procurator in criminali cauſa an admittatur.*
5 *Confeſſio in quocunque iudicio contra fatentem probare dicitur.*
6 *Exceptio iuramenti de non accuſando eſt dilatoria.*
7 *Accuſatori imponitur ſilentium abſente, & contumace accuſato.*
8 *Diſtinctio an in criminalibus poſſit interuenire procurator.*
9 *Idoneus dicitur, qui poteſt prodeſſe, & obeſſe.*
10 *Procurator quare in criminalibus non interuenit.*
11 *Procurator an admittatur, ſi per viam inquiſitionis procedatur ſuper
crimine capitali.*
12 *Iudicium an valeat, ſi in cauſa capitali fuit admiſſus procurator.*
13 *Citatus quando teneatur accedere.*

1 VEniens. Qui iurauit † aliquem non accuſare
ab eius accuſatione repellitur. Primò
factum. Secundò diffinitio ibi, cum igitur. Nota in
2 principio, ꝙ canonicus†accuſat Epiſcopum. Item
colligunt aliqui ibi priuilegium, quòd de iure communi pri-
3 ceps†poteſt exigere iuramentũ a prælatis terræ ſuæ, quaſi fun-
dantes intentionem de iure communi in omnes, quod nõ eſt
verum de quo in cap. nimis, ſup. de iureiuran. & quod hic dicit
de priuilegio, eſt ad exaggerationem, ideſt aggrauationem.
4 In ver. Idem. Nota, ꝙ procurator† in criminali cauſa non ad-
mittitur, quod plene diſcutiam. infr. Nota non referri, an ali-
quis iuret aliquid certum, vel iuret ſtare mandatis alicuius, ꝗ
5 illud mandat. Item in ver. cum igitur. Nota, ꝙ confeſſio†pro-
bat in quocunque iudicio contra fatentem, de quo in c. per in-
quiſitionem. ſupr. de elect. niſi intelligas, ꝙ hæc confeſſio fuit
6 facta coram Papa. Nota, ꝙ exceptio†iuramenti de non accu-
ſando eſt dilatoria. Idem dicit Innocen. de pacto de non agen-
do. de lit. conteſta. cap. 1. & de iuramento de non petendo, licet
pactum de non petendo pariat peremptoriam. Nota, ꝙ impo-
7 nitur ſilentium†accuſatori abſente, & contumace accuſato.
Oppono primò circa articulum. An in criminalibus interue-
niat procurator. ꝙ ſic 3. quæſt. 9. §. niſi. C. de iniur. l. ſi. gloſſ. ſol-
uit, quod regulariter non interuenit. Fallit in aliquibus caſib⁹,
quos enumerat. & inter cæteros crimen iniuriarũ. ſic loquun-
tur contraria. Oppono ſecundò ad idem de l. reos a 3. quæſt. 5.
ſupr. de dolo cum dilecti. Solut. vt in gloſſ. ibi non ad accuſan-
dum, ſed ad excuſandum admittitur procurator. Oppono ter
tiò etiam ad idem de l. non ſolum, §. vltimo. ff. de procurato.
Solutio ibi ſpeciale in crimine ſuſpecti tutoris, vt dicit gloſſ. &
idem ſecundum Innocen. ſi dicitur prælatus ſuſpectus. Dicit
tamen, ꝙ aliquando pupillus agit contra tutorem ciuiliter, vt
remoueatur ab adminiſtratione: & pro ſuo intereſſe: & cauſa
eſt ciuilis, & admittitur procurator. Aliquando accuſatur tu-
tor ſuſpectus, vt de crimine puniatur, & eſt criminalis cauſa, &
non interuenit procurator. ff. de ſuſpec. tuto. l. 1. & 2. Oppono
quartò ad idem de l. 1. ff. an per alium cauſæ appella. exerceri
poſſunt. glo. ſoluit, quod in crimine interuenit procurator: qñ
pœna non excedit relegationem. Sed in hoc multi reprobant
gloſſ. ſcilicet Pet. & Marti. de fili. qui hoc publice diſputauit.
Et de materia ponit Cyn. C. de accuſa. l. reos. Mouentur iſti: qa
regula eſt, quod ad crimen publici iudicij non admittitur pro-
curator l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. Sed dicitur cri-
men publici iudicij etiam quando imponitur pœna relega-
tionis ſiue non capitalis, eod. tit. l. 2. Item ſpeciale eſt in quibuſ-
dam perſonis. ſ. illuſtribus, ꝙ procurator talium admittatur. C.
de iniur. l. final. 3. q. 9. §. niſi, quod eſt vltimum. ergo contrariũ
regulare. de tranſactio. c. ſecundo. Tertiò per caſum l. 1. an per
alium cauſæ appella. exerceri. vt dictio, vſque, ibi ponatur in-
cluſiue, ne idem bis repetatur. In verſic. ſed ſi ea. gloſſ. commu-
niter tenet primum in dicta l. prima. an per alium cauſæ ap-
pel. in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procura. per illum tex-
tum, qui habet tres particulas. In prima dicit, quod in ciuilibus
interuenit procurator. In ſecunda, ꝙ in capitalibus infra rele-
gationem admittitur procurator. & hæc opinio eſt commu-
nis, quam tenuit Odo. Dy. Iaco. de are. Oldra. Iaco. Butr. Guill.
de cunio. & alij, & moderni doctores. & Ioan. Calderi. hic po-
ſuit in additionibus. Et ad contraria ad §. ad crimen. Reſpon-
deo, ꝙ diſtinguitur per alia iura. Ad l. fina. de iniurijs ꝙ ibi ſpe
ciale in illuſtri, etiam ſi agatur pro iniuria, propter quam pœ-
na venit corporis afflictiua: & ſic capitalis. C. de famo. libel. l.
vna. Vel aliter dicamus, ꝙ vbi pęna eſt relegationis, vel minor,
interuenit procurator. Fallit in actione iniuriarum, in qua nõ
interuenit, niſi pro illuſtri. Ad l. primam, an per alium cauſæ
appella. Dic, ꝙ facit pro intelligendo, vt ibi notat gloſſa. Et in-
telligo ego vt in verſ. ſed ſi ea, veniat cauſatiue, & non aduerſa-
tiue. & tunc eſt caſus pro opinione communi. Oppono quin-
tò ad idem de l. ſi hæ perſonæ. ff. de procura. Gloſſ. dicit ibi ſpe-
ciale, cum quis accuſatur de ingratitudine. Tu verò dic nullũ
ſpeciale. Aut enim dominus accuſat libertum ad æſtimationẽ
operarum non præſtitarum: & cauſa eſt ciuilis: Aut vt redi-
gatur in ſeruitutem, & tunc quia ſeruitus eſt quædam mors. ff.
de regul. iuris. l. ſeruitus, & l. quod attinet. de public. iudi. l. ſecũ-
da. non interuenit procurator. Oppono ſexto extra gloſſ. de
cap.

Digitized by Google

cap. mulieres,de iudicijs libro ſexto. Solut. ibi ſpeciale in mo-
niali. Oppono ſeptimo ad idem de cap. dilectus.ſecundo. & qđ
ibi nota.infr. de ſymonia. Solu. ibi ſpeciale, quando vniuerſitas
accuſat,vel accuſatur. De quo per Archidiaconum. 1 1.qu. 1.in
ſumma. Oppono octauò ad idem de l.inter accuſatorem.ff.de
public.iudi. Solu.ibi ad allegandas cauſas abſentiæ: quod non
prohibetur,vt hic: ſed ad allegandas cauſas cauſæ,id eſt defen-
ſiones circa principale negocium non interuenit. Oppo.nonò
ad idem de eo,quod notat Innocentius de teſti.ex parte.vbi di
cit,ꝙ ad certum articulum interuenit procurator in cauſa cri-
minali:quod tenet etiam Innoc.in §.ad crimen. Solut.illa opi-
nio eſt falſa,cum idem iuris de toto, & partibus l. quæ de tota.
ff.de rei vendicatio.ſup. de officio delega.paſtoralis, verſic.ſed
cum totum. & hoc quando articulus poteſt concernere prin-
cipale negotium. Et per hoc decidatur quæſtio,quæ fuit de fa-
cto Bonon. Quidam interfecerat alium,accuſatus de homici-
dio,excepit de banno interfecti: & ſic ꝙ impune poterat occi-
di per ſtatutum. Replicatum fuit, ꝙ bannum fuerat cancella-
tum. Quærebatur an in hoc articulo valuiſſet cancellatio, poſ-
ſit admitti procurator? Iacobus Butri.diſputando terminauit,
ꝙ ſic per l.1. & l. ſi præſens. C. ad legem flauiam de plagiarijs.
Iaco.de bel diſputauit contrarium.& reſpondet,ꝙ illa iura lo-
quuntur quando articulus diſcutitur non ad finem pronun-
ciandi ſuper crimine. Secus ſi ad finem pronunciandi:quia tūc
coram eodem iudice debet expediri.C. de iudic.authē.ad hæc.
& eſt idem iudicium cum principali. & ita fuit obtentum per
multa conſilia per hoc, quia ſubeſt eadem ratio: vt apparebit.
infr. Oppono decimò ad idem,quòd ſaltem poſt litem conte-
ſtatam poſſit interuenire procurator: quia per conteſtationē
acquiritur dominium litis. quidam hoc tenent, ſed non pro-
batur hoc dictum per l.miles,§.ea quæ.ff.de adulterijs. Alij di-
cunt,ꝙ pro præſente admittitur procurator. quod non proba-
tur per l.eos. C. de accuſatio. vbi magis permittitur defenſio
abſentis,quam præſentis. Oppono vndecimò,ꝙ quilibet ſit au
diendus,cum in criminalibus agatur de magno præiudicio: in
quibus dicimus,ꝙ appellans etiam pro inuito admittitur. Sol.
aliquando aliquis defendit,qui præiudicare nequit:vt quia nō
habet mandatum,& talis admittitur: vt notat hic Innoc. per
§ publice. Aliquando habet mandatum, & non admittitur:
quia poſſet præiudicare: & eſt magnum præiudicium in tam
ardua cauſa:quod tenet Bart.in §.ad crimen. Oppono duode-
cimo ad idem infr.in fine textus: Papa admiſit procuratorem
allegantem cauſas cauſæ: id eſt exceptionem de iuramento.
Solu.aliquando allegatio fit circa proceſſum: vt quia opponi-
tur declinatoria contra iudicem, vel accuſatorem: & in iſtis
admittitur procurator. Notat Innocentius ſup.cap.prox. Ali-
quando circa merita cauſæ: vt quia proponitur exceptio perē-
ptoria,& non admittitur:vt in verſ.idem,niſi eſſet notorium,
tunc enim iudex ex officio tenetur eam proponere: & ſic ad-
mittitur quilibet:vt conſuluit Iaco.de Belui.pro hoc ſupr.eod.
euidentia. Vt autem concludas hunc articulum: cum quæri-
7 tur,an in criminalibus † poſſit interuenire procurator[a], diſtin-
a gue:quia aut agitur ciuiliter: & admittitur.ſupr. de procu.tuæ.
infr.cap.proxi.in fi. Aut criminaliter: & aut quis eſt in iudicio,
non tanquam principalis:ſed ratione ſui intereſſe: vt cum do-
minus defendit ſeruum ratione ſui intereſſe.ff. de accuſatio.l.
ſi cui §.pen. Vel abbas monachum,vel Epiſcopus clericum ſi-
bi ſubditum,quod poſſunt ſup.de appellatio.dilectis. & quod
ibi notat Innoc.& poteſt per ſe,& per procuratorem: quia di-
citur quo ad eum cauſa ciuilis, & intelligo de quolibet tertio,
cuius intereſt ſe opponere ſup. de re iudicata. cum ſuper. & de
teſtibus,veniens,ſecundo.& ff. de re iudicata.l.ſępe,quod tenet
Cynus in l.prima.de bonis damnato. Aut eſt in iudicio,tanq̄
principalis: & tunc aut principalis non poteſt per ſe eſſe in iu-
dicio.aut ſic. Si non,propter impoſſibilitatem facti: vt cum li-
tigat vniuerſitas: quia & ſi omnes de vniuerſitate veniant, nō
tamen dicitur vniuerſitas.duodecima quęſt.2.§.qui manumit
titur,vel propter iuris prohibitionem:vt in religioſa,quæ pro-
hibetur exire clauſtrum.de iudi.cap.2.lib.6. & admittitur pro-
curator.de vniuerſitate probatur, in l.fina.§. vt autem omni-
fariam.C.de re milita.lib.12.& pro hoc, quod nota.infr. de ſy-
mo.dilectus,ſecundo. De religioſa probatur argumen.dicti ca.
2. Tamen dici poſſet, ꝙ non neceſſariò viget: ſed quod iudex
per ſe accedat ad monaſteria ad examinandum cauſam cri-
minis: ſicut quando debet recipi eius teſtimonium in cauſa
criminali: vt ibi dicitur, quod eſt tutius. Si autem principalis
per ſe poteſt eſſe in iudicio. Aut vult conſtituere procuratorē
ad vnum articulum cauſæ,aut ad totam cauſam. Primo caſu,
aut non tangit directo crimen,aut ſic. Si non: tunc facit,vt ad
proponendas dilatorias. Caſus eſt hic: & not.Innoc.hic,& ſup.
cap.proxim. & idem eſt ad eligendas cauſas abſentiæ: vt hic,
& in l.ſeruum quoque § publice.ff. de procur. immo hoc caſu
cum allegatur abſentia ſurgens ex cauſa facti, auditur excuſa-
tor ſine mandato:vt in §.publice:& hic per Innoc. Si autē tan-
git crimen, aut eſt talis, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, vt
excuſator,& admittitur:vt hic per Innoc. ad hoc ſup. de dolo.
veritatis,& in §.publice: Aut talis,qui etiam poteſt obeſſe: vt
procurator habens mandatum,qui præiudicare poteſt domi-
no ſup.vt lite non conte.c.1. Et tunc aut per pronunciationem
illius articuli non infertur ad pronūciationem ſuper crimine,
ſicut in caſu l.1.& l.præſes. C. ad l. flauiam de plagia. & poteſt
interuenire procurator: quia ceſſant rationes prohibētes. Aut
infertur ad pronunciationem ſuper crimine. & tunc aut con-
ſtituitur ad proponendum exceptionem, de quo notoriū eſt,
ꝙ eſt vera,& admittitur:vt diſputando terminauit Iac. de are.
& cōſuluerunt Franci.Tan.& Bar. pro hoc ſup.c.euidentia. q̄a
in hoc iudex etiam ſupplet ex officio: vt ibi. Aut ad articulū,
de quo non eſt notorium: & tunc ſecundum Inno.in c.ex par-
te adç.& glo.in §.ad crimen.adhuc admittitur: quod maxime
procedit,poſtquam eſt de cauſa cognitum: quia tunc vidētur
ceſſare rationes prohibentis:quod tenet Iaco. de are. & ponit
Cy.in l.quāuis indubitati.C.de adul.ſed verius eſt, ꝙ nullo mō
admittitur,& ſic cōſuluit Iac.de belui.& ſic obtinuit: vt refert
Bar.in §.ad Crimen. Dico ergo,ꝙ non admittitur,niſi ſit ad to
tam cauſam: de quo ſtatim dicitur: quia idem iuris eſt de par-
te,quod de toto.ff.de rei vendi.l.quæ de tota §.incertę. ſupr. de
off. deleg.paſtoralis,verſ.ſed cum totum. Si vero ad totā cām:
aliqui dicit,ꝙ ſi eſt caſus, in quo abſens damnari poteſt: ſicut
in caſu l.ne diu.C. de pœnis, & in extrauaganti Henrici ad re-
primendam.& in cauſa hæreſis infr.de hæreti. cum contuma-
cia.lib.6. Et quotieſcunque proceditur per inquiſitionem.I.
eo.qualiter.2.§ debet,poteſt interuenire procurator, de quo vi
detur caſus in §.publice:quod tenet hic Io.cal.in additionibus
ad hoc.C.de accuſa.l.reos.canonizata 5.q.3.& 23.q.5. reus.pro
hoc de dol.veritatis,vbi notat glo.penul.procuratorem inter-
uenire poſſe in cauſa inquiſitionis: in qua damnari poteſt ab-
ſens, vt ibi,& facit iſte textus: quia ibi fuiſſet admiſſus procu-
rator.ibi nec vnus pro eo defendendo.ita inducit gloſſ.ibi: ſed
melius induco ibi: cum nec per ſe,vel per reſpōſalem idoneū.
9 Eſt enim idoneus † qui poteſt prodeſſe,& obeſſe. Sed caſus eſt
in contrarium in l.1.ff.an per alium cauſæ appella.quia in cau-
ſa appellationis proceditur contra abſentem. s. de appellatio-
ni.per tuas, & tamen ſi eſt criminalis,non admittitur,procura-
tor,vt ibi.quod tenet Bart.in §.ad crimen. Dic ergo,quòd ex-
cuſator,vel defenſor,qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe admit-
titur,vt in §.publice,& in capitulo veritatis: quod ſic debet in-
telligi,vt bene probat verſ.nec vnus pro eo defendendo, & illa
verba ibi: nec per idoneum reſponſalem, debent etiam ſic in-
telligi: vt ſit talis, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe. Item illa
non ſunt verba deciſionis Papæ. Vel dicimus aliud eſſe,quan-
do per viam inquiſitionis proceditur,vt admittatur tunc pro-
curator. Primum tamen verius,& ęquius: quia ſubeſt eadem
ratio in inquiſitione,quæ in accuſatione:quando tenditur per
inquiſitionem ad pœnam maiorem relegatione. ſicut erat in
capitulo veritatis per hoc infr.eod. inquiſitionis,in princi. Sed
procurator non ſic ſimpliciter:ſed de eo diſtingue:quia aut ve
nit imponenda pœna maior relegatione. Aut eſt relegationis,
vel minor. Primo caſu etiam non admittitur,vt in §.ad crimē.
& hic.dicit tamen Bart.in §. ad crimen,quod ſi reus eſt in car-
ceribus,admittitur procurator pro eo ad omnia:præterquam
quoad ſententiā:quia ceſſat ratio illa: ne iudiciū ſit deluſoriū:
& idem tenet Rota deciſione.200. Sed cōtra puto per l.1.ff.an
per aliū cauſa appella. q̄ indiſtincte dicit,ꝙ reus debet intereſſe
auditorio:& ideo practicatur,ꝙ dr̄ ad baochū,& ratio,quia fi-
delius ſe defendet. ideo ſubeſt ratio magni præiudicij, nec ad-
mittitur ꝓcurator. Si aūt imponēda eſt pœna relegationis,vel
minor:& pęnę relegationis ęquiparamus excōicationē:vt no.
in c.paſtoralis,de appellatio.in glo.fi.quę eſt ſingularis,& tunc
aut pęna eſt,vel eſſe poteſt corporis afflictiua:& non admittit̄,
niſi pro illuſtri in cauſa iniuriarum.C. de iniurijs,l.fi. quod in-
telligo verum,quādo principaliter affligit corpus. Secus dice-
rem de pœna affligente principaliter animam: vt in pœna ex-
communicationis in qua bene admittitur procurator. ad hoc
de iudicijs.intelleximus. Sed tamen excōicatio proprie nō eſt
pęna,quę imponatur principaliter per diffinitiuam: ſed potius
per interlocutoriam: vt lite non conteſtata tuę. quod not. Spe.
de ſententia,§.ſecundo.verſ.diffinitiuam. Aut pęna eſt nō cor-
poris afflictiua:& tunc licet ſint opi communiter approbatur
opi.in §.publice,& in §.ad crimen, & hic, ꝙ admittitur procu-
rator ſecundum dominum Franciſcum de Zaba. Quæro,quæ
10 eſt ratio, quod in criminalibus † non interuenit procurator?
Dic,

A D D I T I O.

a Procurator. Adde Pet.de Ancha[r] conſilio 167.inci. plene, & ſubtiliter.

Digitized by Google

Dic,quod offenderetur altera duarum regularũ: vel iudicium
eſſet deluſorium: quod eſſe non debet.l. prætor.in principio.ff.
de iud. daret enim quis procuratorem , quando videret ſe dã-
nandum.& ſic damnari non poſſet in abſentia: quia abſens nõ
debet condemnari.l.abſentem.ff.de pœnis,nec procurator: qa
innocens,de ſent.excommunic.vt famæ. Ne ergo condemne-
tur abſens, vel puniatur innocens, non admittitur. Eſt & alia
ratio: quia cum cauſa ſit ardua, diligentius quis defendet cau-
ſam propriam.ff.de carbonia.l.1.in fine. ad hoc de procurato-
ribus quærelam.& de adulter.l.2.§.fin. Quæro pone, ꝙ pro cri-
mine capitali imponitur pœna pecuniaria per ſtatutum . qui-
dam tenent non admitti procuratorem: vt ſurrogatum ſapiat
naturam principalis.ſup. vt lite pendente.eccleſia. fuit opinio
Guidonis de ſuzaria quam refert Ioan.Andr. in additionibus
Specu.de procuratore.§.primo,verſic.Item quod cauſa eſt cri-
minalis. Communis opinio eſt in contrarium, per l.2.C. de
procuratoribus,& ſup.de procuratoribus tuę.Item quia ceſſat
ratio,quare in criminalibus non interuenit procurator,quam
ſupr. dixi. Sed quid ſi ponitur pœna pecuniaria , vel capitalis
alternatiua. Dic,quòd non admittitur procurator : quia ele-
ctio eſt iudicis in hac alternatiua. Item quòd vtrunque eſt in
obligatione; licet alterum tantum in ſolutione. Quæro quid
ſi imponitur pecuniaria pœna: & niſi ſoluatur infra certum
tempus,imponitur capitalis.Dynus tenuit non admitti procu
ratorem; ſufficit, quod poteſt eſſe capitalis.ff.de pęnis.l.prima.
§.item ſi cauſa. nota.ff. de publi.iudi.l. ſecunda. vbi hoc tenet
Bartolus.& Io.And. in additionibus Specula.dicto.§. primo.ſ.
de ꝓcuratore.verſiculo.item quod cauſa eſt criminalis. Quid
ſi per ſtatutum poteſt damnari abſens in capitalibus: vt ſunt
ſtatuta per Italiam.Ioan.And.in dicto verſi. dicit admitti pro-
curatorem: quia ceſſat ratio.l.abſentem. Sed dic contra : quia
ſubeſt alia ratio; vt cum cauſa ſit ardua, non admittitur procu-
rator cum mandato, qui poſſit obeſſe; ſed talis, qui ſolum poſ-
ſit prodeſſe,ſic per ſuperius dicta. Pro hoc l.1.ff. an per alium
cauſæ appella.vbi in cauſa appellationis in capitalibus non ad-
mittitur procurator. & tamen in appellatione poteſt procedi
contra abſentem. de appella. per tuas, & quod ibi nota.ad hoc
etiam §.ad crimen.& ibi: hoc tenet Bart. & hoc etiam tenebã,
antequam viderem ipſum. Quid ſi per viam inquiſitionis ꝓ-
ceditur ſuper crimine capitali? Quidam ꝙ non admittitur ꝓ-
11 curator; vt ſit idem in accuſatione. contra eſt textus in c.veri-
tatis,de dolo,vbi etiam dixi; ſed primum verius; vt dixi ſupr.in
12 diſtinctione. Quid ſi in capitali fuit admiſſus procurator : †
an valeat iudicium? glo.in l.quamuis.C. de adulte. & in c.1. de
iudi.lib.6. ꝙ ſic.Franciſcus accur.reprobat glo.quia pronũciari
non poſſet, neque contra procuratorem: quia innocens: nec cõ
tra dominum : quia abſens: diſtingui ſolet per aliquos : an ex
parte actoris: & vera eſt opinio, quod tenet iudicium; quia po
teſt ei remitti pęna calumniæ. An ex parte accuſati. & vera eſt
opinio Franciſci.& eam tenet Bar.in §. ad crimen, quia in tex-
tu ponitur dictio, fruſtra. ergo actus non tenet: quod reprobat
Io.de lignano per ca.quia fruſtra.inf.de vſuris.vbi ponitur hæc
dictio; & tamen tenet iudicium. Sed reprobatio nõ procedit:
quia in cap.quia fruſtra.ponitur dictio fruſtra non reſpectu ꝓ-
ceſſus in principali: ibi enim non dicitur, fruſtra ad inſtantiam
vſurarij procedi . Sed ſolum ibi dicitur, ꝙ fruſtra inuocat legis
auxilium, quod concernit cauſæ primordium: ideo eſt dilato-
ria ibi: ſed in §.ad crimen dicitur, ꝙ fruſtra interuenit procura-
tor: & ſic concernit principale: tamen puto, ꝙ ratio Bartoli nõ
valeat. Non enim eſt iure expreſſum, ꝙ proceſſus ſit nullus; &
de ſe dictio, fruſtra, hoc non operatur. Debet ergo intelligi op-
poſita exceptione: quia etiam ſi directe non valeret iudicium,
intelligeretur oppoſita exceptione.l.reſcripta.C.de diuerſis re-
ſcriptis, poteſt ergo teneri ſimpliciter, valere iudicium inherẽ-
do illis gloſſis. Vltimo nota glo.fi. in fine, & ſigna quando ci-
13 tatus † teneatur accedere , & de materia eius. tertia quæſtione
ſecunda. ſi epiſcopus; aliàs 3.quæſt.3.nullus 11.qu.1. nullus 15.
quæſt.4. placita.ſupr.de reſcriptis ſuper literis, in gloſſ.antepen.

SVMMARIVM.

1 *Modi ſunt tres per quos opponitur crimen.*
2 *Inſcriptio non eſt neceſſaria in cauſa denunciationis .*
3 *Inſcriptio an ſit neceſſaria in accuſatione.*
4 *Modus excipiendi dicitur eſſe duplex .*
5 *Excipiens ad pœnam arbitrariam ſe obligat.*
6 *Crimen probatum per exceptionem non repellit ab alijs beneficiis.*
7 *Conſequentia an valeat: agitur de crimine: ergo eſt cauſa criminalis.*
8 *Procurator admittitur in cauſa criminali mota ciuiliter.*
9 *Accuſans an teneatur ſe inſcribere.*
10 *Inſcriptio indiſtincte, an ſit neceſſaria in accuſatione .*
11 *Accuſator quilibet an admittatur contra petentem ſe confirmari.*
12 *Deponentes plures an ſimul admitti poſſint .*
13 *Excipienti voluntario an incumbat onus probandi .*
14 *Electo ſi obijcitur, quòd non eſt ordinatus, quis probabit .*
14 *Exceptio , tua non intereſt, quando opponi poſſit .*

SVper his. Denuncians non ſe inſcribit ad pœ-
nam talionis: ſed accuſans ſic. Ex-
cipiens etiam de crimine ſe inſcribit: etiam ad pœ-
nam extraordinariam, ſi per exceptionem quis de-
ijcitur ab obtento : aliàs non. Et ad excipiendum de crimine
admittitur procurator. hoc dicit. Primo ponit tres modos,
per quos poteſt obijci crimen . Secundo illos proſequitur: ibi
quando crimen. Illa ſubdiuiditur. Primo proſequitur modũ
denunciationis, & accuſationis. Secundo modum exceptio-
nis ibi: cum autem . Illa etiam ſubdiuiditur : quia primò ſub-
diſtinguit, & membra proſequitur. Secundò infert vnum a-
1 liud dictum ibi: vnde per procuratorem. Nota tres modos, †
per quos opponitur crimen. ſcilicet , modum inquiſitionis,
& de hac infr. eod. qualiter. el ſecundo. vbi plene. Et de hoc
modo.ſcilicet, inquiſitionis non ponitur hic, ſed ponitur mo-
dus denunciationis, & de hac plene ſupr. de iudicijs, nouit.
vbi plene dixi. Habes duos alios modos in textu, ſcilicet , ex-
ceptionis, & accuſationis , & de vtraque aliquid dicam. No-
2 ta , quòd in cauſa denunciationis non eſt inſcriptio † neceſſa-
ria. Rationem quare, quia tendit ad correctionem. Ex quo
nota, quod inſcriptio locum habet, quando tenditur ad pœ-
nam, & ad vindictam. Nota in accuſatione neceſſariam eſ-
3 ſe inſcriptionem . † in verbo oportet. Dicam infra . Nota
4 in verſiculo cum autem , duplicem modum † excipiendi.
Aliquando enim exceptio nihil diminuit de iure eius, contra
quem excipitur , vt cum excipitur cauſa repellendi ab accuſa-
tione, vel teſtimonio. Aliquando diminuit , vt cum excipi-
tur contra beneficiatum , vt repellantur ab obtento. Nota,
5 quòd excipiens ſe obligat ad pœnam arbitrariam , in verbo
arbitrium, & dicit gloſſa , quod a pœna taliter impoſita poſ-
ſet appellari , & ſic quando aliquid reſidet in arbitrio iudicis,
ſi male arbitratur poteſt appellari , quod nota . Pro hoc in-
duco caſum ſupr.de dilatio. capitul.primo. Dilationes enim
ſunt arbitrariæ , tamen appellatur, vt ibi, quod declara, vt ibi
plene dixi. de quo etiam in capit. conſuluit. de officio delega.
Nota quod excipiens non ſe obligat ad pœnam talionis, & an
6 ſit verum, & quando ſtatim dicam. Nota, quod crimen † pro-
batum per exceptionem non repellit ab alijs beneficijs. In
verſic. ſed ob hoc. Nota , quòd non ſequitur, agitur de crimi-
7 ne, † ergo cauſa eſt criminalis. Per hoc infero, quòd denun-
ciatio ſit potius a qualitate, quam a ſubſtantia, vt ſcilicet pon-
deretur forma agendi, an crimen deducatur ciuiliter, & dici-
tur cauſa ciuilis, vel mixta . Simile ad primum dictum, quod
notat gloſſa in capitulo primo, infr. de colluſio. in eo, quod di-
cit , quòd Deus eſt remunerator aduerbiorum, non nominũ ,
quod non eſt aliud dicere , id eſt quòd a qualitate actus deno-
8 minatur. Nota, quod procurator † admittitur in cauſa crimi-
nali mota ciuiliter , quod plene dic, vt dixi in capit. ſup. proxi.
Oppono primò in principio, quod ſint, & alij modi opponen
di crimen, ſcilicet, modus inquiſitionis infr. capitul. qualiter.
primo, & ſecundo. Item cum proceditur ſuper notorijs, infr.
de ſymonia, licet heli. Solut. textus loquitur de modis oppo-
nendi crimen. Et in hoc proprie conſiderauit, quod oppoſi-
tio concernit partem. modus autem inquiſitionis, & noto-
rietatis reſidet in iudice, qui non dicitur opponere, ſed potius
procedere. Sunt ergo tres modi opponendi , ſed plures pro-
9 cedendi . Oppono ſecundò , quòd accuſans † non teneatur ſe
inſcribere.C. de abigeis, l.vna.C. de accuſa.l. ea quidem, cano-
nizata.4.quæſt.4.§.aliquando.Solut. regulariter ſe inſcribit, vt
in textu. fallit regula in contrarijs. Item in leuibus crimini-
bus , & quæ ſint leuia crimina ponit Specula. de libellorum
conceptio.§.nunc dicendum , verſic. 47. Alios caſus enume-
rat gloſſa ſecunda , & plures enumerantur 2.quæſt.8. in ſum-
ma.C.qui accuſa.non poſſunt.l.qui crimen.& ibi per Cynum,
& ibi per Ioannem Calder. tamen ad l. ea quidem. dici po-
teſt , quod non loquitur in accuſatione , ſed in denunciatio-
ne. Oppono tertiò in verſiculo, cum autem, in eo, quod dicit
in verſicul. licet enim, quòd non eſt cauſa criminalis , cum ex-
cipitur de crimine, quod immo ſit, requiritur enim præſen-
tia plurium epiſcoporum , ſicut in criminali.23.diſtinct.illud.
gloſſ. penultima ſtat contrario , & cum ea concordant docto-
res. Ex quo infert Abbas, quòd metropolitanus non poſſet
hanc cauſam terminare , per capitulum ſecundum ſupr. de
translatio. dic, quod crimen deductum ciuiliter facit cauſam
ciuilem , ſed non mere. Vnde non æquiparatur per omnia
cauſæ ciuili, immo in aliquibus cauſæ criminali, ſcilicet in de-
ciſorijs. Gloſſa eſt notabilis, & ſingularis ſupr. de teſtibus, tam
literis,

Digitized by Google

literis, & hoc tam reſpectu probationum: cum dicit non eſſe
locum delationi iuramenti, cum proceditur de crimine ciui-
liter. Ita dicamus, quod & in ſententia æquiparetur criminali:
& de crimine mota ciuiliter. Quæro, quia dicitur hic in verſic.
10 quando. ꝙ in accuſatione neceſſaria eſt inſcriptio. † An hoc in-
diſtincte procedat; & an ſit verum: dic ad primum, ꝙ procedit
cum diſtinctione per regulam, & fallentias: vt dixi in ſecundo
contrario. Ad ſecundum dicit Io. 4. quæſt. 4. §. inſcriptio. quod
eſt neceſſaria. Pro eo eſt ſecunda quæſtione octaua. quiſquis. gl.
C. de fide inſtrumentorũ. l. ſecunda. & de accuſationibus. l. fi. &
C. qui accuſare non poſſunt. l. qui criminẽ. Specu. de accuſatore
verſi. ꝙ non recte, dicit tales inſcriptiones non fieri neceſſario:
& non eſt de conſuetudine, de quo ibi in additionibus Specul.
ſed tamẽ nihil noui hic dicitur. Ego dico, quod eſt neceſſaria,
per illum textum in verbo, oportebit. & per capit. tuæ. de pro-
curatori. in ver. debet. & per textum in l. libellorum ff. de accu-
ſatio. & l. ſi cui. in princ. qui idem probat. Sed quæro ſtatim, qd
ſi non erit facta inſcriptio; an punietur accuſans pœna talionis.
Dic, ꝙ ſic; ſimile in appellante, qui tenetur petere Apoſtolos:
tamen ſi non petit, iudex tenetur tradere: vt in clement. quã-
tus, de appell. contra eſt: quia ſi debet neceſſario fieri inſcriptio
ad incurrendum pœnam talionis; quia iura præcipiunt, ſi defi-
cit eum punit tali pœna: vt l. libellorum, & l. ſi cui. in principio.
Quæro in verſic. cum autem. an ſit verum, ꝙ excipiens de cri-
mine non ſe inſcribit ad pœnam ordinariam. videtur, ꝙ non:
per textum l. fin. C. de fide inſtrum. ſecundum lecturam Marti
ni de ſulimanis, quod tenuit Dy. in l. ſi cui. in principio. ff. de
accuſa. pro hoc ratio: quia ſi per exceptionem aliquando ten-
ditur ad pœnam: vt cum excipitur contra producentẽ falſum
inſtrumentum: vt in caſu dictæ l. fin. & quod nota. per Innoc.
ſ. de exceptio. cum venerabilis. ergo ita debet inſcribi, ſicut in
accuſatione. ſol. Bart. in dicta l. ſi cui. diſtinguit: an exceptio cri
minis tendit ad pœnam. & ſit opus inſcribi: alias non: per iſtũ
textum. Sed iſte textus dicit cõtrarium. quia etiam ſi tendit ad
pœnam, vt quis deijciatur ab obtento, non ſit inſcriptio talio-
nis. ſed arbitraria. ibi ſecundum arbitrium. Vnde dico, ꝙ in l.
fin. verior eſt intellectus, ꝙ opponebatur falſitas agendo, nam
exceptio proprie non infert ad pœnam directam ſ. de ordine
cognitio. c. 2. pro hoc ille textus: quia crimẽ probatum per ex-
ceptionẽ ſolum repellit ad eo beneficio, ſuper quo agebatur, &
non alijs. In ver. ſed ob hoc. Dico ergo, ꝙ aliquando exceptio
criminalis non tendit ab diminutionem eius, contra quẽ ex-
cipitur: & nulla ſit inſcriptio; ſicut quando excipitur cõtra ac-
cuſantem, vt deſiſtat. vel cõtra inductum in teſtem. Aliquãdo
diminuit ius, & tunc inſcriptio eſt neceſſaria non talionis, ſed
arbitraria: vt eſt hic textus expreſſus, & in eo, ꝙ dicit dando e-
xemplum. Si opponitur contra conſecrandum. idem intellige
etiam de conſecrato, cui aliquid deficit: puta benedictio. ſ. eo.
meminimus. vel palium. ſ. de electio. ꝙ ſicut. vel quia nondum
adeptus eſt poſſeſſionem, & eam petit. ſ. eo. accedens, quod in-
tellige, vt ibi. Et nota in hoc textu, ꝙ confirmatus dicitur ade-
ptus prælaturam ibi: deiecit ab obtento. pro hoc. ſ. de electio.
11 tranſmiſſa. Quæro, an indiſtincte † admittatur quilibet contra
petentẽ ſe cõfirmari. Innoc. hic tractat arguens, ꝙ ſic. quia de-
bet admitti quilibet ad defenſam eccleſiæ. Itẽ quia ad excipiẽ-
dum admittitur quilibet etiam ſi ſua nõ interſit, licet ſecus ſit
ad accuſandum. Sed quidam diſtinguunt, an agatur de bene-
ficio curato. & admittitur quilibet: in auth. qũo oportet epiſco
pos, §. ſi quis autem. collatio. prima. & maxime parochiani. 8.
q. 1. licet 7. q. 1. factus eſt. Alij diſtinguunt, an opponatur cõtra
formam; & non admittuntur, niſi quorum intereſt: vt canoni
ci, ad quos pertinet electio. ſ. de electio. c. 1, qui ſoli poſſunt age
re de contemptu. eod. tit. quod ſicut. vel ſi qui alij, quibus com
peteret ius eligendi ex iure ſpeciali. An cõtra perſonam, & ad-
mittitur quilibet; quia publice intereſt, ne indigni admittanẽ
ad beneficia. Alij dicunt, ꝙ non admittuntur, niſi expreſſi in
iure. Hoſt. dicit hoc arbitrarium iudici, quos admittat. De hoc
plene dicitur. ſ. de electio. ꝙ ſicut. vbi pono. Et mihi ſatis videẽ,
quemlibet admittendũ; quia etiam nullo excipiente iudex in-
quirit de cõcernentibus perſonam, & formam, ſup. de electio-
nibus, cũ nobis. Eſt ergo hoc iuris publici: bene fateor, ꝙ qua-
tenus opponeretur aliquid concernens ſolennitatem. vt ꝙ ali-
qui non fuerunt vocati, ſoli contempti admittuntur, dicto ca.
ꝙ ſicut. vbi nota. Pro hoc etiam induco: quia tempore confir-
mationis mittitur edictum, vt omnes cõpareant contradictu-
ri, ſed addicitur, qui putãt ſua intereſſe. vnde videtur facere cõ-
tra: ſed ſatis intereſt, cum ſit actio popularis: vt nota. in c. ſuper
eo. de electio. obſeruatur in practica, vt admittantur, quorum
intereſt: vt canonici. de electio. cap. primo. & cap. vt circa. & ca.
cupientes: cum ſuis authenticis. eod. tit. libr. 6. vel parochiani,
vel patroni; & rationes quorum intereſt iure ſpeciali. In alijs
eſt arbitrarium iudici, quos admittat. Sed nunquid poſſunt

12 admitti plures opponentes † ſimul. Dicit Innocẽtius, quod aut
opponunt idem, & iudex eligit idoneiorẽ. ff. de popular. actio-
ne. l. tertia, aut diuerſa, & omnes audiuntur. C. ſi vt ſe ab hęred.
abſtineant. authen. ſi omnes. ſ. de teſtib. veniens. ſecundo, infr.
qui matrimo. accuſ. poſſunt. ca. fin. Quid ſi tempore cõfirma-
tionis aliqui ſe oppoſuerunt: nihilominus fuit facta confirma-
tio. An alij erunt audiendi tempore conſecrationis. videtur,
quod non, per dictum cap. ſi. qui matrimon. accuſ. poſſ. quod
tenent aliqui: vt refert Innocen. quod ſcilicet non audientur,
niſi in caſibus ibi poſitis. Innocẽ. tenet contrarium. Dic ratio-
nẽ: quia ius excipiendi durat cõtra electum, donec perfecte eſt
expedita electio. Sed non dicitur expedita, ſi deficit conſecra-
tio: quia nondum eſt plenus prælatus, ſupra de electione tranſ-
miſſa. Pone, quod obijcitur periurium petenti confirmatio-
nem: & ad hoc probandum producitur inſtrumẽtum, in quo
apparet obligatio electi facta alteri ſub iuramento ad certum
tempus: quod eſt iam elapſum: an ſufficienter infertur periu-
rium. videtur, ꝙ ſic ex quo enim conſtat de iuramento, niſi ap
pareat eſſe paritum, infertur periurus. Similis erit quæſtio, ſi op
ponatur excommunicatio, & producitur ſententia lata ſub
conditione: puta niſi ſolueret infra menſem: An ſi menſis eſt
elapſus, infertur ſufficienter excommunicatio: niſi doceat ele
ctus ſe paruiſſe conditioni. Innocentius dicit non ſufficere hęc
probare: ſed oportere, ꝙ excipiens probet negatiuam: ſcilicet
non eſſe paritum. Sed contra eſt: quia excipiens negatiue tranſ
fundit onus probandi in aduerſarium. ſupr. vt eccleſi. benefic.
cap. vno. Solut. ſecundum Innocentium: illud procedit in caſi-
bus expreſſis in iure: aliàs ſiue negatiue, ſiue affirmatiue: tene-
tur excipiens probare ſecũdum eum. Sed adhuc inſtabis: quia
per hoc ſequetur magnum abſurdum. Finge enim, ꝙ creditor
agit contra debitorem producendo inſtrumentum obligatio-
nis. debitor dicit ſe ſatisfeciſſe: creditor negat: vt pone in termi
nis ſuprapoſitis, quando tenebatur debitor ſoluere ſub iura-
mento; vel ſub pœna excommunicationis: ſi dicis, ꝙ incum-
bit onus creditori docere negatiuam, ꝙ non ſit paritum: erit ei
graue præiudicium. Item videtur hoc falſum: nam eo ipſo, ꝙ
conſtat de obligatione, fundatum eſt ius creditoris, ergo qui
dicit ſe ſatisfeciſſe, illud probet. Innoc. ſtat iſtis contrarijs dicẽs,
aliud eſſe in creditore, in quo verum eſt, quod debitor tenetur
probare ſatisfactionem: aliud eſt in excipiente: videamus ra-
tionem diuerſitatis, dico hoc ponderandum. Primo enim po-
no vnam regulam, ꝙ quilibet tenetur probare id, quod eſt cau
ſa, & fundamentum ſuæ intentionis: aliàs ſi non probat, nihil
obtinet. de fide inſtrumentorum, inter, in fine. Modo in pro-
poſito, quando creditor agit: fundamentum eius eſt obligatio
ipſa: ſed cum debitor excipit de ſatisfactione: ſatisfactio eſt
fundamentum, vt abſoluatur, eam ergo probet: aliàs condem-
nabitur. Sed quando excipiens excipit de periurio: fundamen-
tum ſuum eſt, quod iuratum eſt: & non paritum: ergo probet
hoc. Creditor autem non ſe fundat ſuper hoc, ꝙ non ſit pari-
tum: ſed ſuper obligatione: vnde bene fatetur, ꝙ ſi fundamen-
tum agentis eſſet ſuper aliquo negato: vt ſi ageretur ad periu-
rium: quod eo ipſo, ꝙ negaret reus ſe periurum dicens ſe ſatiſ-
feciſſe, incumberet agenti onus probandi negatiuam: ſed cre-
ditor, vt dixi, non tendit ad inferendum periurium: ſed vt cõ-
demnetur debitor ad ſoluendum, & in hoc ſufficit obligatio.
Aduerte etiam circa prædicta: quod multum refert inter reũ
voluntarium, & reum neceſſarium. Neceſſarius enim negans
illud, quod eſt cauſa intentionis agentis: ſemper transfundit
onus probandi in agentem: cum limitatione tamen eorum,
quæ dico in capit. vnico: vt eccleſi. beneficia. pręallega. & quod
nota. in regula ſine poſſeſſione, in quæſtione libri ſexti. Sed
reus voluntarius ante omnia debet fundare perſonam ſuam,
notat Innoc. ſupr. de exceptionibus, dilecti. pro hoc capit. cum
eccleſiaſticę. de except. quod ſic intellige, ſicut dicimus de ter-
tio, qui ſe opponit, quod ante omnia ſe fundat, docens ſum-
marie de iure ſuo. ſupr. de teſti. veniens. Ideo reus voluntarius
tenet locum actoris, quod optime probatur in dicto cap. cum
eccleſiaſticę. ſecundum intellectum meum. Propterea non
eſt mirum, ſi excipiens contra electum de periurio, vel excom
municatione: vel in caſu ſimili ſi non transfundit onus pro-
bandi in petentem ſe confirmari: potius eſt enim locus regulę
vt actore non probante, &c. vt ſcilicet ſi non probat excipiens
13 ſuccumbit: quia tenet locum actoris. Et quod excipienti † volũ-
tario incumbat onus probandi negatiuam; eſt textus. C. de fa-
bricenſibus, l. ſi quis conſortio. & de hac materia ponit Bart. in
14 l. hoc iure. ff. de verbor. oblig. Quæro, ſi obijcitur † electo, ꝙ non
eſt ordinatus, vel ꝙ nõ habuit cõmendatitias ad ordines, quis
probabit? Dicit Innoc. ꝙ ille, qui petit ſe confirmari pro hoc:
quia non eſt confirmandus, niſi ſit clericus; quod eſt verum,
quod debet probare, niſi cõſtaret, quod eſſet in poſſeſſione cle
ricatus, quia tunc talis poſſeſſio eum releuaret ab onere probãdi:
2. q. 1.

Digitized by Google

2.q.1.legum ſup.de præſumpt.illud. Sed hæc deciſio,quam te-
net Innoc.videtur repugnare præcisè præcedentibus:quatenus
dictum fuit,quòd excipiens de periurio tenetur probare,& nō
petens confirmari.Solutio:dico,ꝙ petens confirmari non fun
dat intentionem ſuper periurio, vel non; ſed ſuper electione,
vel habilitate ſuæ perſonæ. Ideo fundata perſona excipientis,
vt quia eſt admiſſus, tanquam cuius intereſt, ſi excipit ſuper
eo, ſuper quo ſe fundat petens, transfert onus probandi in pe-
tentem, vt quod ſit ordinatus, & aliàs habilis, quod nota. Et
in hoc comparatur reus voluntarius neceſſario,quòd ſicut ne-
ceſſarius excipiens negatiue ſuper eo, ꝙ eſt cauſa intentionis
agentis, transfundit in eum onus probandi, ita & reus volun-
tarius poſt fundatam eius perſonam. Et ſecundum hoc intel-
lige,quod dixi in præcedenti quæſtione. Pro hoc etiam nemi-
ne opponente,ſi electus non docet de ſua habilitate,repellitur
a confirmatione. Caſus eſt ad literam in capitulo cum nobis,
de electionibus. Sed quid ſi opponitur,ꝙ electio fuit celebra-
ta contra formam capituli,quia propter, quis probabit. Dicit
Innocentius,ꝙ opponens,quia ſolēnitates præſumuntur.ff. de
verbor.obligat.l.ſciendum.C. de contrah. & committ.ſtipul.l.
optimam. Notat Innocentius de eo,qui furt.ordi.rece.inno-
tuit.plene dixi de teſtibus ſignificauit. & de re iudic. ſicut. &
notatur in dicta.l.ſciendum. Quæro, quia dictum eſt, quòd
admittuntur contra electum,quorum intereſt,& non alij,niſi
15 arbitrio iudicis, quando† poſſit opponi hæc exceptio, ſua non
intereſt: Dicit Innocentius, quod poteſt opponi ante litem
conteſtatam C.de excepti.l.fin.& non poſt,quia eſt perſonalis,
& declinatoria, vt ibi, & facit inſtitutа de exceptionibus.§.fi.
quod intelligo verum, niſi aliquis veniret pendente iudicio
poſt litem conteſtatam, cum de nouo emergit.ſupr.de officio
delegati, inſinuante. Ita & hæc de non intereſſe. Sed quid ſi
fuit proceſſum cum eo, cuius non intererat, an ſententia præ-
iudicabit, quoad alios, videtur, quod non, ſicut ſententia lata
cum falſo procuratore non præiudicat domino, & quando-
cunque opponitur etiam poſt ſententiam ſup. de procurator.
in noſtra.C.de procurat.l.licet.Innocen.dicit contrarium, vn-
de ſecundum eum,aut fuit electio repulſa, & præiudicat hæc
ſententia repulſo reſpectu omnium, ita quòd prodeſt omni-
bus.ff. de inoffic.teſtamen. l. poſthumus,§. ſi quis, adeo quòd
nullo modo auditur amplius petens ſe confirmari. Aut fuit
confirmata, & tunc tenet confirmatio in præiudicium oppo-
nentis tantum non aliorum,argumen.l.etiam.in fine.ff.de mi
nor. Per hæc dic, quod repulſus a confirmatione poſt ſenten-
tiam non poſſet opponere contradicenti, quod ſua non inter-
fuit,nec eſt ſimile de procuratore falſo, quia procurator com-
paret nomine alieno, ideo non fundatur eius perſona illo non
ratificante. Sed ſe opponens excipit iure proprio, ideo funda-
tur eius perſona, ſi non opponitur ante litem conteſtatam. In
fine textus. Quærit Innoc.de quæſtione expedita, quia hic di-
citur admitti procuratorem, cum excipitur de crimine, an eſt
neceſſarium,vt habeat mandatum ſpeciale.Innoc.dicit,quod
ſic,quia tenditur ad diminutionem ſtatus excipientis, qui pu-
nitur,ſi deficit in probando.de elect.cap.1.lib.6. Et ita eſt deci-
ſum in clemen.non poteſt.de procurat.& dic,vt ibi notatur in
gloſſ. vel eligendi.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor generalis ſi debitum ordinem inquiſitionis non ſeruauerit: illum caute corrigere debet.*
2 *Iudex errorem ſuum corrigere dicitur.*
3 *Cautela commendari debet, per quam iudex conſeruat authoritatem ſuam.*
4 *Vilitas eſt inconſtantem, & mutabilem apparere.*
5 *Acceſſoria deſtructo fundamento deſtrui dicuntur.*
6 *Iudex via regia procedere debet.*
7 *Exceptio perſonarum in iudicijs eſſe non debet.*
8 *Forma iuramenti ſuper inquiſitione.*
9 *Teſtis de credulitate deponere dicitur.*
10 *Inquiſitio ſuper occultis criminibus fieri non dicitur.*
11 *Ordo in inquiſitionibus an ſit ſeruandus.*
12 *Iudex ſiue bene ſiue male iudicet, amplius ſe non intromittit.*
13 *Iudex delegatus diffinitiuam ſententiam corrigere poteſt.*
24 *Errorem ſuum quando quis reuocare poſſit.*
15 *Iudex an poſſit aliquid fingere.*
16 *Mandatum de inquirendo,intelligitur præcedente infamia.*

1 QValiter. Si generalis inquiſitor †debitum in-
quiſitionis ordinem nō ſeruauit: de-
bet caute corrigere.hoc dicit vſque ad §.forma.Ibi
ponit forma iuramēti, quæ exigitur a teſte in inq-
ſitione generali.Habet duas partes, vt duo dicta. Secunda in §.
forma.Prima ſubdiuiditur. Primò enim commendat inquiſi-
tores,ſi bene proceſſerunt.Secundò ſi minus bene; mandat,vt
corrigant; ibi ſi vero,tertio reuertitur ad primum membrum
ibi:ſi verò præſcriptum. Not, ꝙ in inquiſitione eſt ſeruandus
a ordo[a].co.cum oporteat.& cap.qualiter.ſecundo.Nota,quem
commendari de eo,in quo eſt obligatus,commendatur.n.hic
iudex,ſi fecit iuſticiam,ad quam faciendam tenetur. Nota,ꝙ
2 iudex†corrigit errorem ſuum,quod proſequitur gloſſa prima
& tertia.& dicam in tertia oppoſitione plene. Nota illud: non
debent naſci iniuriæ &c.concordā.in gloſſa. Nota textum ibi
b apud diſtrictum iudicem:in qua menſura[b]&c. habetur Marci
quarto.In verſic.ita ſcilicet. Nota ꝙ commendatur cautio ſeu
3 cautela,† per quam iudex conſeruat authoritatem ſuā, quod
4 declaro in primam quæſtione. Nota, ꝙ eſt magna vilitas†ap-
parere incōſtantem,& mutabilem. Nota illud generale ex his,
quæ inordinate ſunt acta &c. Ex quo nota,ꝙ deſtructo funda-
5 mento† deſtruuntur acceſſoria[c] ad illud ſ.de presbytero non
c baptizato.veniens. In verſiculo ſi verò præſcriptum. Nota ali-
quid dici præſcriptum.ideſt ſupraſcriptū:etiam ſi in genere tā-
tum de eo ſit facta mentio. nam in principio ſolum generali-
ter fit mentio de ordine inquiſitionis. Nota illa verba ſolum
Deum habentes præ oculis, quæ de more apponuntur in ſen-
6 tentijs.ad hoc de re iudi.cap.primo.libro ſexto. Item ꝙ iudex†
debet procedere via regia exponit gloſſa prima, a iuſtitia non
declinare. Dic,proprium enim eſt hoc regum,& iudicum. Vel
dicitur via regia:quia cum ſit iuſtitia, tenditur ad debitum re-
gimen,& per viā rectam:cum autem peruertitur,per obliquā,
7 & iniquam.Nota in iudicijs non debere eſſe exceptionē† per-
ſonarū,quod dic,vt ſup.de iudicijs,nouit. In §.forma.Nota for
8 mam iuramenti†ſuper inquiſitione. Nota,ꝙ argumentum a
d ſimili[d]validum eſt.ibi:in ſimilibus.ſ. de translatio. capit.2. de
9 confirmatione vtili. cum dilecta. Nota, ꝙ teſtis†deponit de
e credulitate[e]ibi:vel credunt,ſed directe hoc nō poteſt,cum de-
beat dicere de ſenſu appropriato obiecto, de quo deponunt ſ.
de teſtib.cum cauſam:, niſi deponat de perceptibilibus per in-
tellectum: ſecundum notata in capit.cum cauſam.Nota,quod
10 ſuper occultis criminibus non fit inquiſitio,†quod quomodo
intelligatur,plene declarabo in quarta oppoſitione principali.
Nota illa verba,meram, & plenam, quæ declarantur infr.cap.
proximo. Oppono primò in principio, quòd in inquiſitione
11 non ſit ſeruandus ordo: † quandoque enim fit inquiſitio ſu-
per notorijs,ſup.de electio bona. el primo. & in notorijs ordo
non ſeruatur.ſup.de iureiuran.ad noſtram. tertio. Solutio dic,
ꝙ in inquiſitione debet ſeruari ordo, qui ponitur in cap. qua-
liter.el ſecundo inf. eod. Cum autem proceditur ſuper noto-
rijs: verum eſt,quod non per omnia ſeruatur ordo: ſed ſerua-
tur ille ordo, qui requiritur in talibus, ſcilicet, notorijs, dicto
cap. ad noſtram, vt quòd interueniat citatio, de quo ibi nota-
tur. Oppono ſecundò, quòd Papa non debuerit cauſam re-
mittere ad iſtos iudices.Si enim non ſeruauerant iuris ordinē,
iuſte fuit ab eis receſſum: & erant iuſta ratione ſuſpecti. ſup. de
appel.interp.3.quæſtio.5.quia ſuſpecti. Solutio. non apparet,ꝙ
receſſum eſſet a iudicibus;forte enim fuit hoc intimatum Pa-
pæ citra appellationem. Item non apparet,qua occaſione du-
cti exceſſerunt ordinem iuris: forte enim ſecundum Innocen.
hoc fecerant propter nimiam infamiam epiſcopi: vel ex zelo
iuſtitiæ: non autem ex odio: Contraria autem procedunt,
quando ex odio: quia tunc ſurget ſuſpicio,& non fit remiſſio,
niſi de conſenſu partis grauatæ: vt in contrarijs. Oppono
tertio, quod iſti iudices non potuerunt reuocare, quod fece-
12 rant: quia iudex†ſiue bene ſiue male iudicet: amplius ſe non
intromittit.ff. de arbitris. l. quia arbiter, de re iudica. l. iudex,
ſupr. de offic. delega. in literis, gloſſa prima ſoluit dupliciter
contrarium: primo, quòd hoc potuerunt. quia erant genera-
les legati ad inquirendum. Quæ ſolutio non habet aliquod
robur,niſi gloſſ.intelligeret, quod erant ordinarij: & tunc non
eſſet vera:quia inquiſitor etiam generalis habet delegatam,&
non ordinariam. Secundo ſoluit gloſſa, quod potuerunt;
quia

ADDITIONES.

a Ordo adde cap.cum dilectus.de purga.can. Hoſt,in cap. bone. de elect.doct. in l.libellorum ff.de accuſa.Bar.in l.3.ff.de adult.Bar. in extrauaganti ad reprimendam in verbo,in inquiſitione,doc.inſti.de publi.iudi.

b Menſura. Adde glo.in verbo Deum in cap.1.de re iudi.lib.6.originaliter Matthæi 7. & Lucæ 6.

c Acceſſoria. Adde cap.cum paulus 1.q.1.gl.fi. in c.vbi ſancta fides 24.q.1. originaliter 1.ad Corinth.3.

d A ſimili.adde gl.in l.1.de lega.3.doct.in l.1.ff.de off.eius.Bal.in c.1.in § porro.que ſit prima cauſa bene.amit.

e De credulitate. adde Inn.in c.1.de appe. Anto.de Butri.in c.1.de teſti. & quantum probet teſtis deponens de credulitate.vide per Ioan.An.in addit.Spec. in tit.de teſte.in §.opponitur.verſ.itē quod depoſuit de credulitate. Cynus,& Bal.in l.teſtiū.C.de teſti.Bar.in l.in ſumma.in §. item labeo.ff. de aqua pl.ar.

Digitized by Google

quia nondum tulerant ſententiam, & hæc ſolutio eſt vera,
quòd nondum pronunciauerant: patet in verſiculo, ſi verò ꝓ-
ſcriptum: vbi mandat in negocio procedi. Hic ergo, textus ꝓ-
bat, quòd iudex poſſit corrigere interlocutoriam: & ſic intel-
ligit Innocent. gloſſ. tertiam: ibi ſi male interlocutus ſit: quæ
gloſſ. proſequitur alias concordantias in ſimili. triceſima quin
ta quæſtione nona. §. his ita. & ibi de hoc per gloſſam, & Ar-
chidia. & quod quis debeat ſe corrigere: probatur ſupr. qui
filij ſint legitimi. cauſam, ſecundo. Oppono quartò ad hanc
13 ſolutionem, quòd iudex † etiam delegatus poſſit corrigere, nõ
tantum interlocutoriam: ſed etiam diffinitiuam. ff. de arbi-
tris, l. quid tamen, in princip. vbi arbiter, qui non ſeruara for-
ma compromiſſi pronunciauit, iterum pronunciat: nec dici-
tur functus officio. pro hoc, quod notauit Innoc. ſupr. de re iu-
dic. capit. primo: vbi dicit, quod ſi executor ad prouidendum
prouidit de beneficio non vacante, quod putauit vacare, po-
teſt iterum prouidere. Solutio, aliquando ſententia diffiniti-
ua tenuit, & delegatus dicitur functus officio. Aliquando non
tenuit, & non dicitur functus, vt ſi non eſt ſeruara commiſſio,
vel ſi errauit in facto, vt in contrarijs. Secus ſi in iure: vt dicit
Innoc in dicto capitulo primo. & eſt notabile. Oppono quin-
tò ad hanc ſolutionem, quod etiam ſi ſententia tenuerit, non
ſit functus officio. ſup. de officio deleg. quærenti. Solutio: dici-
tur functus quoad principale, ſed non quoad acceſſoria: vnde
poteſt exequi ſententiam, ſi eſt delegatus principis, dicto capit.
quærenti. Item ea die, qua pronunciat, poteſt condemnari in
expenſis. ff. de re iudic. l. paulus. de appellatio. cum appellatio-
nibus libro ſexto. Oppono ſextò ad hanc ſolutionem, quòd
etiam ſi ſententia non tenuerit, non poſſit iudex reuocare etiã
ordinarius. C. de accuſat. l. abſentem Solutio. Aliquando non
tenuit propter turpitudinem iudicis: & tunc procedit contra-
rium, & tunc non ipſe, ſed ſuperior reuocat. Aliquando ſine
turpitudine iudicis: & ſi eſt ordinarius, idem ipſe pronunciat
de nullitate. C. de accuſat. l. ſi accuſatoribus. Ad quod oppo-
no, quod etiam citra turpitudinem iudicis non iudex profe-
rens, ſed ſuperior reuocet. ff familiæ erciſcun. l. quædam mu-
lier. de iure patron. l. Carmelia pia. Solut. Aliquando appel-
latur a iudice. & tunc iudex ad quem reuocat, vt in contrarijs,
quia omnis iuriſdictio in eum transfunditur. de appellatio. vt
debitus, & cap. Romana. & cap. cum appellationibus, eodem
titu libr. 6. Aliquando non eſt appellatum, & procedit, quod
dixi, quòd ſi ſententia eſt nulla, iudex ordinarius cognoſcit de
nullitate. Si autem eſſet aliqua, tranſit in rem iudic. ſupr. de
re iudic. cum inter. nec poſſet reuocari. Ad quod oppono de
l. ſecunda. C. de ſententijs ex periculo recit. vbi etiam valida
ſententia retractatur. Solutio: quidam dicunt ſpeciale in prin-
cipe, præfecto prætorio, & ſenatu, per illam l. quod reprobat ibi
gloſſ. & in l. iudex, præallegata. Solum enim inducitur ibi ſpe-
ciale: vt prædicti ferant ſententiam per alium: quod licet illu-
ſtribus, de re iudicata capit. final. libro ſexto. & ſic non probat
illa lex, quòd ſententia poſſit per eos corrigi. Vt autem, quo
ad hæc contraria, & ſimilia concludas plene hunc articulum,
14 cum quæritur, an & quando poſſit quis † reuocare errorem
ſuum: ſeu quod fecit, vel omiſit distingue: aut quæris extra iu
dicium: dixi plene in capitulo noſt. ſupr. de elect. & de clericis
coniugat. diuerſis, aut in iudicio: & aut quæris de parte, aut
de iudice. De parte dixi plene in capitulo finali. ſupr. de con-
feſſis, & hoc tam quando reuocat ſuam confeſſionem: quam
etiam ſi reuocat confeſſionem procuratoris, vel aduocati. De
iudice dic, quod aut vult corrigere interlocutoriam, aut diffi-
nitiuam. De interlocutoria plene dixi de appellationibus, cum
ceſſante. De diffinitiua dic, quod aut iudex vult eam corri-
gere interpretando: & de interpretatione dic, quòd cum in-
terpretatio ſumatur multis modis: de quo dic, vt dixi in capit.
ſecundo, de reſcriptis, & in cap. primo de poſtulatn. Et de in-
terpretatione in ſtatutis dixi in capitulo, cum dilectus, de con-
ſuetudine. Et quoad interpretationem ſententiæ dic, vt in
l. ab executore. ff. de appellat. & in propoſito dic, quòd quate-
nus interpretatio ſumitur pro congrua verborum expoſitio-
ne: poteſt iudex habens merum imperium interpretari ſuam
ſententiam: vt ſi pronunciauit condemnando aliquem de vio
lentia, poterit declarare: an intellexit de publica: an de priua-
ta. Quid autem ſit merum imperium, dixi de officio ordina-
rij, quod ſedem. Si autem non habet merum imperium: ſe-
cus. dicta l. ab executore. & ibi: hoc tenet gloſſa in verbo præ-
ſes, & Bart. Aut vult corrigere, aliquid addendo, vel mutando,
vel in totum aliter pronunciando: & aut in acceſſorijs, vt circa
expenſas: Et poteſt, dicto capit. cum appellationibus. Et dic, vt
ibi, vel in extrinſecis a ſententi a: vt in mulcta: & adhuc poteſt.
ff. de officio præſidis, l. illicitas §. final. Aut circa principale: &
aut quoad latinitatem: vt ſupplendo, vbi errauit: & poteſt. ff.
de re iudic. l. actorum. & notat gloſſ. in l. ſecunda. C. de ſenten.
ex peric. recitan. Aut quoad intellectum, & effectum ex verbis
reſultantem. & tunc aliquando reſeruauit ſibi poteſtatem, &
poteſt: vt quia dixit, ſaluo iure aliter pronunciandi. ff. famil.
erciſ. l. idem labeo. §. ſed ſi pure. vbi textus cum gloſſa ſingu-
lari, & non eſt alibi. Aliquando nihil reſeruauit. & tunc aut
fuit appellatum, aut non. ſi ſic, poteſtas reuocandi pertinet ad
iudicem, ad quem: vt in iuribus ſupr. ad hoc allegatis. Poſſet
tamen ordinarius pendente appellatione contra ſententiam
reſtituere: vt notat gloſſ. ſingularis in capit. quamuis, de reſcri-
ptis libro ſexto. Si non eſt appellatũ, aut ſententia tranſit in rẽ
iudicatam: vt quia fuit aliqua, & habetur pro veritate, & non
poteſt reuocari etiam a principe: nec eſt ſpeciale in principe, vt
ſup. dixi. Hoc tamen membrum deberet ſubdiſtingui, an eſſet
lata ſuper talibus, quæ eſſent de iure poſitiuo: quæ poteſt prin-
ceps immutare. Aut ſuper his, quæ ſunt de iure gentium, quæ
non immutat: quod plene proſequere: vt in cap. quæ in eccle-
ſiarum, in mea repetitione. de conſt. Dici tamen poteſt, ꝙ etiã
ſi ſententia ſit lata ſuper his, quæ ſunt de iure gentium: tamen
ipſa ſententia, & eius authoritas eſt de iure poſitiuo: & ſic põt
per principem immutari. de conceſſione præben. propoſuit. Si
aũt nõ trãſiuit in rem iudicatam, vt quia dicitur eſſe nulla, tũc
aut loquimur in delegato, vel in arbitro, quod idem eſt: aut in
ordinario. Primo caſu, aut nõ ſeruauerunt formam cõmiſſio-
nis, & poſſunt reuocare de facto, & iterum ꝓcedere, l. quid tñ,
præalleg. cũ limitatione, quã dixi, ſi errarunt in facto. Secus ſi
in iure. Aut ſeruarunt formam cõmiſſionis: & amplius ſe nõ
impediunt. C. quõ, & quando iudex. l. ſi vt proponis. ſecũda de
officio delega. in literis De ordinario autem dic: ꝙ aliquando
opponitur nullitas ſurgens ex eius turpitudine: & non ipſe, ſed
ſuperior reſormat. l. abſentem. præallega. Aut ex alia cauſa. &
tunc aliquando petitur ſimpliciter retractatio ſententiæ de fa-
cto: & poteſt peti coram eodem: & coram eius ſuperiore. l. ſi ac
cuſatoribus. C. de accuſationi. l. quædam mulier. & l. carmelia
pia. Aliqñ petitur non tamen retractatio: ſed quod iterum pro
nuncietur debite. & tunc ſecũdum Iacobũ Bu. hoc poterit idẽ
iudex, qui protulit, nõ autem ſuperior. quod reprehendit Bar.
in l. iudex, per l. abſentem. de accuſat. vbi dicit textus, ꝙ ſupe-
rior reformauit. ſed illa lex poteſt intelligi, quãdo nullitas ſur-
git ex turpitudine proferentis. vel ſi intelligitur generaliter:
intellige, ꝙ ſuperior reformabit, ſcilicet eam retractando: non
autem poterit de nouo pronunciare. Ratio: quia nõ poteſt co-
gnoſcere inter ſubditos iudicis ſibi ſubditi. ſup. de officio ordi-
nar paſtoralis. Per hæc habes pleniſſime hunc articulum vltra
omnes: de quo aliquid notat Cynus in dicta l. abſentem, & l.
accuſatoribus. Bart. in dicta l. iudex. Archid. 35. quæſt. 9. his ita.
Quartò oppono principaliter in §. formam. ꝙ non ſolum de
manifeſtis ſed etiam de occultis debẽt teſtes deponere ſup. de
teſti. præterea. Solut. aliquando fit inquiſitio generalis: puta in
capite, & membris. Aliquando ſpecialis ſuper certo crimine,
primo caſu procedit hæc litera, ꝙ ſolum de manifeſtis debent
deponere. Secũdo caſu interdum inquiſitio eſt ſpecialis de cri-
mine: ſed non de perſona: aut quia inquiritur de fornicatione
contra prælatum, non ſpecificata muliere, cum qua. & adhuc
idem, quod de occultis nihil dicetur. non enim tenebũtur te-
ſtes ſpecificare perſonam immo ſm Innoc. ſi ſpecificarent, de-
ponerent non iurati. & ſic non valeret. ꝭ. de teſti. de teſtib. & ca.
tuis. Aliquando eſt ſpecialis inquiſitio etiam de perſona: vt qa
inquiritur de fornicatione cum tali muliere facta: & tunc ſm
Innoc. debet teſtis deponere etiam de occultis circunſtantijs.
ſic loquitur cap. præterea de teſtibus. quod eſt verum, quando
fornicatio non erat occulta: ſed præceſſerat infamia, adeo ꝙ
poterat inquiri. Secus ſi eſſet occulta, vel ſi teſtis ſciret, non tã-
quam homo, ſed tanquã Deus: vt in foro pœnitentiali: qa tũc
nõ tenetur deponere, ꝭ de exceſſi. prælat. dilectus, per hoc intel
lige gl. Innocẽ. quæ eſt hic. Oppono, ꝙ etiam ſuper manifeſtis
non teneantur teſtes deponere, niſi ſint ſpecificata. ꝭ eod. qua-
liter. § debet. Sol. aliquando fit inquiſitio contra certam perſo-
nam, & procedit contrarium. Aliquãdo fit generaliter in capi
te, & in membris, & procedit iſte textus: Ex quo nota de inqui-
ſitione generali in capite, & in membris, de qua etiam loquit̃
capitulum ſequens. Materiam autem inquiſitionis plene pro-
ſequere. inf eod. qualiter, vbi apparebit in quo differat ab alijs
proceſſibus, quod proſequitur Specula. de inquiſitione. §. pri-
mo. in fine. & Barto. in extrauaganti ad reprimendam. in ver-
bo accuſationem. & in verbo denunciationem. Quæro, quia
dicitur hic, quòd debent iudices caute, & prudenter corrigere
errorem, inueniendo aliquam occaſionem de practica tenen-
15 da. Quidam † dicunt, ꝙ poterit aliquid fingere, quod non eſt
verum: quia non permittitur mendacium vnquam. 22. quæſt.
2. primum. Dic ergo, ꝙ inueniet occaſionem apparentẽ, non
autem falſam: vt puta poterunt ſuperſedere in procedendo, &
vocare grauatũ ad ſe, & quærere de quo grauetur. quo audito
ſi error

Digitized by Google

ſi error ſurrexit, ſine culpa iudicis: poterit ſtatim ſupplere: pu-
ta quia putauit citatum, qui non erat. per hoc enim eius au-
thoritas non vileſcit. Sed ſi ex culpa iudicis, poterit aliquantu-
lum differre. & deinde omiſſo illo proceſſu nouum inchoare.
pro hoc textus ibi ſuperſedeatis ad præſens: vel iterando. cun-
dem ſupplendo, quod deficiebat: ſed facere de nouo eſt cau-
tius. Quæro, quia dicitur in inquiſitione ſeruandum ordinē,
ſi fiet proceſſus inquiſitorius non præcedente infamia, an ſit
iterandus? Hoſtien. dicit, quòd ſic: niſi renuncietur expreſſe
per partem. tacite autem non renunciatur ſecundum eum: q̃d
non eſt verum per c. 2. J. eo. lib. 6. vbi probatur, quod ſi pars nō
opponit, valet proceſſus ſuper veritate non præcedente infa-
mia, de hoc dicam plenius. J. eo. cum oporteat. Quærit etiam
Hoſtien. de quæſtione tali. Papa dederat inquiſitores contra
aliquem epiſcopum, qui conqueritur Papæ de inquiſitoribus.
Dicit ei Papa: tu quæris ſubterfugia: quod audiens epiſcopus
dixit. ſe paratum reſpondere ſuper veritate criminum Nun-
quid per hoc intelligitur renunciaſſe proceſſui ſuper infamia.
quidam vt refert Innocen. quòd ſic. alias illa verba nihil opera
rentur. Contrarium tenet: quia verba generalia debent intelli
gi legaliter. l. quæro. §. inter. ff. locati. ṡ. de iureiuran. veniens, &
cap. quintauallis. Debet ergo intelligi, quòd obtulit ſe paratū
reſpondere ſuper veritate: ſcilicet de iure præcedente infamia.
Sic ſimili. Si quis offerat ſe paratum reſpondere ſuper accuſa-
tione: debet intelligi, ita tamen, quòd accuſator ſe inſcribat:
cum inſcriptio ſit neceſſaria ſup. ca. proximo, vel ſi dicit ſe pa-
ratum reſpondere ſuper denunciatione: intelligitur monitio-
ne præcedēte, quæ præcedere debet. ṡ. de iudicijs nouit. vbi ple
ne. Dicit ergo Hoſtien. quòd oblatio epiſcopi de reſponden-
do operatur, quòd non potent recuſare illos inquiſitores, &
alios effectus, quos facile eſt videre per ſe. Per hoc infert, quod
26 ſi mandatur † alicui, vt procedat inquirendo de veritate, debet
intelligi præcedente infamia: & ſecundum eum ſi expreſſe
mandaretur non præcedente infamia: reſcriptum præſume-
retur obreptitium: & eſſet mandans de nouo conſulendus. in
authen. de mandatis principum. §. deinde. collatio. 4. ad hoc. ṡ.
de reſcrip. ſi quando. hæc intellige cum limitatione, cap. 2. de
accuſatio. lib. 6. per quod probatur, vt prædixi, q̄ exceptio non
præcedentis infamiæ eſt dilatoria: adeo q̄ ſi non opponitur in
princ. valet proceſſus. & dic, vt dixi in. c. cum oporteat.

S V M M A R I V M.

1 *Monachus poteſt eſſe legatus apoſtolicus.*
2 *Infamia inquiſitionem præcedere debet.*
3 *Infamia prælati facit inquirere ſuper ſtatu eccleſiæ.*
4 *Inquiſitus præſtat duplicem formam iuramenti.*
5 *Iudici creditur ſuper actis coram ſe factis.*
6 *Argumentum a cauſa ad effectum.*
7 *Cauſa multis modis ſumitur.*
8 *Culpa leuis leuiter indulgetur.*
9 *Iudex debet examinare teſtes per ſeipſos.*
10 *Paria ſunt non eſſe, & non apparere.*
11 *Caſus, in quibus epiſcopus remouetur ab epiſcopatu.*
12 *Peccata ſuos authores tenere debent.*
13 *Prælatus, quando eſt infamatus de crimine, inſurgit infamia contra eius membra.*
14 *Inquiſitoribus an credi debeat.*
15 *Inquiſitus de homicidio ſi confiteatur ſe commiſiſſe, & poſtea vult probare, quòd ad ſui defenſam, an admittatur.*

CVm dilecti. Si is, cōtra quem inquiritur,
iurauit ad interrogata reſpō-
dere, poſt confeſſionem auditur, volens probare
excuſationem, quæ non perimunt: ſed exponitur.
Secus ſi iurauit plenam, & meram dicere veritatem. Primo
ponitur legati inquiſitio. Secundò dubium, propter quod fit
commiſſio. ibi: quia verò. Tertiò commiſſion. forma bimem
bris; ibi: alius. Vel aliter diuide in duas: quia in prima inquiſi-
tio, & deciſa querela. Secundo bimembris commiſſio ibi:
1 quia vero. Nota quod monachus † poteſt eſſe legatus apoſtoli
a cus.[a] Hic enim in principio duo monachi. P. & R. legati fue-
runt: delegatus autem apoſtolicus nō. de reſcriptis. ſtatutum,
in principio lib. 6. ſexto. & hoc niſi ex certa ſcientia Papæ. No-
ta, q̄ inquiſitor debet deſcendere ad locum. ibi: deſcendere. &
J. eod. qualiter. Nota, q̄ inquiſitionem debet præcedere infa-
2 mia, † & clamor frequens ibi: per frequentem clamorem. &
ibi: ſi clamorem. De hoc plene dicam in cap. ſequenti. Et per
hoc in inquiſitionibus apponitur, clamoſa inſinuatione præ-
cedente: non ſemel: ſed pluries &c. Nota ſingulariter, quod p̄-
3 pter infamiam prælati † inquiritur ſuper ſtatu eccleſiæ totius:
patet enim in principio, quod præceſſit infamia de epiſcopo.
Agaten. ibi de Agaten. epiſcopo, & nihil dicitur de canonicis.
tamen in verſ. quia verò patet proceſſum fuiſſe etiam ſuper
membris, & ſtatu totius eccleſiæ. ibi ſuper ſtatu eccleſiæ. No-
4 ta duplicem formam iuramenti † quod præſtat inquiſitus. vna
eſt, ſi iurat reſpondere ad interrogata. Altera, cum iurat di-
cere meram, & plenam veritatem: & hæc valde referunt; vt
probat textus, & tangit gloſſ. prima & antepenultima: & ple-
5 ne dicam in quarto contrario. Nota, quod iudici † creditur
ſuper actis coram ſe factis. ibi: ſed reſponſionem eorum: &
ibi tangit gloſ. & dicam in ſecundo contrario. Nota, quòd
confeſſus aliquid: volens illud limitare, & interpretari: debet
probare ſuam excuſationem. ibi: aut per depoſitiones &c. Se-
cus eſſet, ſi ſub eodem ſtructu ab initio confiteretur ſub certa
qualitate: tunc enim accipiendo confeſſionem cōtra ipſum,
debet accipi etiam pro ipſo: quod plene dixi. ſup. de poſtulan.
bonæ, ſecundo. Nota, quod in dubio cum aliquid poteſt intel-
ligi in bonum, vel in malum ponderatur cauſa productiua il-
lius. probat ver. & ideo. & dicam in tertio contrario. Et nota
6 argumen. a cauſa † ad effectum: vt talis cenſeatur effectus,
qualis cauſa productiua. Alibi arguitur a cauſæ ceſſatione ad
deſtructionem effectus. ſup. de iureiurando, & ſi Chriſtus, in
fine. Alibi econtra a deſtructione effectus ſeu conſequentis ad
deſtructionem cauſæ ſeu antecedentis. l. quod dictum. ff. de pa
7 ctis. Eſt autem cauſa † multiplex, & multis modis ſumitur. de
quo per Ioannem mona. in cap. vltimo. de iuramento calum-
niæ. lib. 6. Argumentum vero, quod a conſequenti deſtructo
ſupra antecedens ſeu cauſam: intelligitur antecedens: ex quo
infertur illud cōſequens. Secus eſſet de cauſa productiua, quæ
ſtat ſine ſuo effectu: ſed non eſt cauſa. Nota quod leuis culpa
8 † leuiter indulgetur. Ex quo nota contra nimis rigidos iudi-
ces, cum potius pœna debeat commenſurari delicto, & potius
eſſe mitis. regula in pœnis. libro ſexto. Nota in verſicu. quòd
ſi. ibi: cum in confeſſionibus ſuis nullam de illis fecerit men-
tionem: ad id, quod. ṡ. notaui. quòd ſi quis confitetur ſub vno
ſtructu cum certa qualitate ſtatur pro ſe, & contra ſe. Secus ſi
primò confitetur pure, & ex interuallo adijcit certam quali-
tatem: imm etiam ſi ſtatim ſub diuerſa oratione: quod ple-
ne declaraui in cap. bonæ. ſecundo. de poſtulan. Nota ibi: qui
9 ſe examinabat ab illis. q̄ iudex † ſeu inquiſitor debet examina
re teſtes per ſeipſos. ad hoc ſup. de officio delega. quoniam, ſe-
cundo. C. de fide inſtrumentorum. authen. apud eloquentiſſi-
mum. Sed non proprie probatur hic: quia iſte examinabatur, vt
reus: non vt teſtis. Dictum tamen eſt verum, q̄ iudex debet p̄
ſe examinare: ſed poteſt etiam committere examinationem.
10 clementi. iudices. de officio deleg. Nota, quòd paria † ſunt non
eſſe, & non apparere: quod colligit gloſſa vltima. licet ſub alijs
verbis. Pro hoc. ff. de contrahenda emptione. l. in lege. & l. ru-
11 tilia polla. Nota caſum, in quo epiſcopus † remouetur ab epi-
ſcopatu: ſcilicet in fine textus. Similem caſum habes ṡ. de do-
lo. veritatis. & J. de exceſſibus prælatorū, ex literis. plures ſunt
in hac compilatione. Ex qua nota, quòd rarò accidebat tem-
pore horum iurium, vt priuaretur epiſcopus. Refert tamen
Speculator de accuſatore. §. 2. q̄ Clemens quartus depoſuit ſi-
mul vndecim epiſcopos, qui adhæſerant Manfredo in occu-
patione Siciliæ: & interfuerant eius coronationi. Sed multo
plures depoſuit Vrbanus ſextus: maxime in regno Apuliæ, p̄-
pter adhærentiam antipapæ, & alias cauſas. & an iuſte, coram
iuſto iudice nunc rationem reddit. Oppono primò, quia hic
in principio apparet, quòd infamatus erat ſolus epiſcopus, &
tamen fuit formata inquiſitio ſuper ſtatu eccleſiæ, licet de
membris, id eſt de canonicis nulla præceſſiſſet infamia. ergo
quo ad eos inquiſitio fuit reprobanda. J. cap. proximo. & cap.
qualiter. el ſecundo. Solutio: poteſt exponi textus ibi, ſuper
ſtatu eccleſiæ, id eſt ipſius epiſcopi. Epiſcopus enim eſt in ec-
cleſia: & eccleſia in epiſcopo. 7. quæſtione 1. ſcire. ſecundum
Innocentium, & Hoſtienſem, vel ſecundum Innocen. hæc lite
ra probat id, quod dixi notando, quòd propter infamiam ſo-
lius prælati inquiritur de ſtatu totius eccleſiæ, tales enim præ-
ſumuntur ſubditi, qualis eſt prælatus. 6. quæſtione 1. ex meri-
to qualis enim eſt rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Eccle-
ſiaſtici decimo. pro hoc ſup de re iudica. cum I. & A. quod eſt
12 notabile. Sed Hoſtien. hoc redarguit; quia peccata † debent
tenere ſuos authores. ṡ. de his quæ fiunt a maiori parte capitu-
li. quæſiuit. Item quia licet prælatus ſit infamatus, non ſequi-
7 *Libellus infamationis an paret viam inquiſitioni.*
8 *Teſtis depoſitio an vitietur ex eo quod dicit, ꝙ eſt inimicus.*

Tertiæ.

Digitized by Google

TErtiæ. Contra non infamatum non inquiritur de veritate criminis, etiam ſi libellus famoſus contra eum in occulto ſit porrectus.
Et non creditur teſti, qui poſt iuramentum dicit ſe inimicum eius, contra quem inquiritur. Primò triplex qõ. Secundò earũ ſolutio ibi: ad hoc. Prima in tres, vt triplex qõ. Secunda ibi: & vtrum. Tertia ibi: & qñ fides. Secũda etiã in tres: vt eſt triplex ſolutio. ſecũda ibi: ad petitionẽ. tertia ibi: aut etiã.
1 Not. ꝙ teſtes † ſunt examinandi in ſecreto, quod colligit gl. inducens exẽplũ Danielis, quod habetur Dan. 13. & de hoc. ſ. de
2 teſti. c. 2. Not. ꝙ fama, † & clamor ponuntur pro eod. quoad effectũ formãdæ inquiſitionis, quod plene dixi. ſ. eo. cum oporteat. Pro hoc tex. ibi: infamia ſeu clamoſa inſinuatione: exponendo ſeu, pro id eſt: quod no. Archi. in ſimili de app. romana,
a §. cum aũt. lib. 6. Et de dictione, ſeu,[a] pleniſſime dixi in quæſtio
3 ne, quæ incipit, Corradus. Not. de dictione † ſolũmodo,[b] quæ
b eſt dictio taxatiua, quæ excludit in alijs caſibus ſimile in ca. cũ
4 eccleſia. ſ. de cauſa poſſ. vbi de dictione, tñ. No. ꝙ infamia † nõ cauſatur a paucis iungendo tex. in verſ. & vtrum. cũ dicit quorundam. & ſic paucorum. cum tex. in verb. nec ad petitionem. & hoc plenius probatur. ĩ. in fin. c. Not. ꝙ licet male dicantur de aliquo in occulto: non ex hoc infamatur. & ſm gl. tales detractores ſunt puniẽdi. 5. q. 1. quidam. de quo dic plene, vt ibi no. in ſumma. Inducit etiam gl. illud, detrahentem ſecreto &c. qđ
5 eſt in pſal. 100. Nota, ꝙ teſtis † debet interrogari, an ſit inimicus eius, contra quem deponit. Et de interrogatorijs teſtiũ, ſ.
6 de teſti. cum cauſam. No. ꝙ † non refert, an aliquid fiat expreſſe, quod eſt verũ, qñ taciti & expreſſi eſt eadẽ ratio. alias ſecus: de hoc. ſ. de præſump. nonne. vbi dixi. & quod plene nota. in regula is, qui tacet. lib. 6. No. in verſi. niſi fortan. ꝙ licet teſtis dixerit ſe inimicum, antequam iuret: non propterea excuſatur a teſtimonio, ſi ſurgit præſumptio, ꝙ illud dixerit in fraudem. Præſumptio aũt hæc attenditur ex cõiecturis: vt quia alias apparebat eſſe amicus, & ſic præſumitur ſe dixiſſe inimicum, ne cogeretur deponere. Ex hoc tex. no. ſingulariter limitationem ad id, quod alibi dr, ꝙ ſi teſtis dixit aliquid extra iudiciũ: & deinde dicit ꝯtrariũ in iudicio, ꝙ non valet dictum eius: & arguitur de falſitate. ff. de fal. l. eos. & quod ibi plene notat Bar. Similiter ſi quis dixit in vno iudicio, & contrarium dicat in ſequenti iudicio, ꝙ ſtatur primo dicto. vt not. ſ. de teſti. cũ cauſam. in glo. fi. & c. cum in tua, in gl. vlti. ꝙ oĩa illa debent intelligi, niſi poſſet præſumi, ꝙ primũ dictũ dixiſſet in fraudẽ. Finge. n. ꝙ aliqs, qui erat amicus titii, vt non cogeretur teſtificari ſuper debito ꝯ titiũ: dixit extra iudiciũ, ſe nihil ſcire. dico, ꝙ ſi ex coniecturis põt præſumi, ꝙ dixerit in fraudẽ, ne cogeret deponere, nihilominus cogetur, & valet dictum eius. quod ſingulariſſime nota. Erit aũt opus, ꝙ is, qui petit eũ cogi ad deponendũ, ꝓbet illam fraudem. de renunc. c. 2. li. 6. Oppono ad primũ dictum. hic. n. in primo dicto dr, ꝙ ꝯtra non infamatum non inquiritur ſuper veritate criminis. & ꝙ ſi teſtes deponunt ſuper crimine contra non infamatum, ꝙ pp hoc non eſt puniendus. vr enim eſſe ſine practica iſte tex. Aut enim erat formata inquiſitio cõtra non infamatum, & nõ excepit. & valet proceſſus ſuper veritate criminum. ĩ. eo. c. 2. lib. 6. Aut non erat formata inquiſitio. & tunc indubitatum eſt, ꝙ propter depoſitiones extraiudiciales non eſſet puniendus. Sol. poteſt intelligi ſm hi[illegible] ꝙ [illegible] inquiſitio formata criminalis in capite, & in membris ſuper qua aliqui teſtes interrogati depoſuerunt de criminibus alicuius de inquiſitis, de quibus non præcedebat infamia. de hoc ĩ. c. qualiter. in ſi. per hanc ſo. optime tollitur contrariũ, cum dr, ſi non excepit &c. non enim potuit inquiſitus excipere, cũ nõ eſſet ſpecialiter inquiſitus ſuper certis criminibus c. aũt ſm loquitur de ſpãli inquiſitione. Oppono ſecundo ad idẽ. quia vndecunq; crimina claruerint. &c. 24. q. 3. ecce. ĩ. de ſent. excom. vt famę. Sol. verum eſt, ſi claruerunt leg. time. i. per legitimũ ꝓceſſum: ſed hic minus legitime claruerũt. ſ. nõ præcedente infamia. Oppon. tertio ad ſm dictũ, cu dr, ꝙ per cedulas ſeu libel
7 lum infamationis † nõ paratur via inquiſitionis, ꝙ immo ſic: non enim refert, vnde ſurgat infamia. ſaltem enim debet formari inquiſitio, vt ſe purget: in qua purgatione deficiens puniatur, vt conuictus. ĩ. eo. accedens. vbi dicam. Sol. tales libelli, qui porriguntur in occulto, non generãt infamiam, de qua ſit curandum. põt etiam poni exemplum qñ datur cedula iudici. & abſq; ſe neſcit per quem: vt quia mittitur per incognitũ, in qua narratur de crimine alicuius, quod ſæpe vidi in practica, dum eſſem vicarius in ſpiritualibus Florentiæ. Attamen ſi in talib' cedulis erãt nominati aliqui teſtes, inquirebam ſecreto ab eis, ſi aliquid ſcirent. & cum hoc ex officio ab alijs, quos putabam debere ſcire de fama. & ſic non immediate formanda eſt inquiſitio ſuper veritate per tales cedulas: ſed tamen poſſunt parare principiũ: vt ſi inueniatur vera infamia, formetur inquiſitio. Sunt ergo potius quædam excitatio. Oppon. quarto ad idem, ꝙ immo propter tales cedulas poſſit procedi per additionem ex l. diffamari. C. de inge. manu. Sol. non poteſt procedi contra infamatum ſuper veritate criminis: vt in tex. Sed ad inſtãtiam infamati, qui vult declarare ſuam innocentiam, bene proceditur contra infamantes: & aſſignatur eis terminus, infra quẽ probent: alias imponitur eis ſilentium: & etiam puniuntur, vt in contrario. 5. q. 1. c. 1. & 2. Oppon. quintò ad tertium dictum, ꝙ habet non debere credi teſtibus, qui iurati dicunt ſe inimicos eius, contra quem inducuntur. Non enim teſtis debet interrogari ſuper crimine, an ſit, ſcilicet criminoſus. ſ. de teſti. cũ cauſam. de pœn. diſt. 1. non tibi dico. Sol. eſſe inimicum alteri' poteſt eſſe ſine crimine: vt quia ſine rancore: & ideo poteſt teſtis, & debet interrogari, an ſit inimicus. 4. q. 3. teſtiũ. & ex qua cauſa: quia non omnis inimicitia repellit. ſ. eo. cum ꝓpoſitum. De criminibus autem an teſtis debeat interrogari, vel teneatur reſpondere, tractat Inno. & ſimiliter tractat de accuſatore. nã ſecundum eum iudex ex officio in criminalibus debet ſe informare de idoneitate accuſatoris. Nam faciliter repellitur, ſi nõ eſt idoneus. ſ. eo. cap. 1. & 3. Similiter & de idoneitate teſtium: quia requiruntur teſtes integri ſtatus. ff. de popula. actio. l. popularis. An aũt teneatur teſtis reſpondere. plene dic vt in d. ca. cũ cauſam, & quod ibi dixi de teſte. Habet etiam locum de accuſatore: quia ſubeſt eadem ratio. Oppono ſextò ad idem: nam ſi teſtis iam depoſuerat, & poſtea dicit ſe inimicum, videtur, ꝙ propterea non debet tolli eius depoſitio. ſicut enim nõ poſſet reuocare teſtimonium expreſſe. ſ. de teſti. cog. præterea, in fine. Ita nec tacite: cum taciti, & expreſſi ſit eadẽ ratio: vt hoc expreſſe probatur. Sol. intelligo iſtum textũ ſui limitationem
8 illius c. præterea in fin. Et † vt concludas, diſtingue ſic. aliquando teſtis hoc dicit, antequam iuret: aliquando poſt. Si ante: aut ſurgit præſumptio, ꝙ dicat in fraudẽ, ne cogatur teſtificari: & nihilominus cogetur, & ei creditur: vt hic in fin. aliquando non ſurgit hæc præſumptio: & tunc non debet cogi. Non eñ debent recipi probationes, quæ non releuant. ſimile eſt, quod dicimus in ca. dilecto. ſ. de teſti. de iudice, qui dicit ſe nihil ſcire, quod non debet reuocari a iudicando, vt deponat teſtimonium. Et ex hoc habebis, ꝙ creditur teſti non iurato. ſed ſi creditur non ſuper principali, ſed ſuper hoc, an ſit inimicus ſemper, tñ dico, ꝙ poterit producens probare, quod falſum dicit, & in fraudẽ, & cogetur teſtificari, ſi hoc ꝓbet. aliqñ teſtis hoc dicit, poſtq̃ iurauit. & nunc aliqñ poſtquam depoſuit: aliquando prius. Secundo caſu non cogetur deponere: & ſi depoſuit, ſibi non creditur. Aut. n. dixit verum, & non eſt ei credendum, tanq̃ inimico. ſ. eo. cum oporteat. Aut dixit falſum, & non eſt etiam ei credendum ſuper principali: quia tanq̃ periuro. ſ. de teſti. teſtimonium. Si aũt poſtquam depoſuit: aut incontinenti, & dico, ꝙ tollitur fides depoſitionis in principali ratione ſtatim dicta, & ita ſeruatur, ꝙ in fine depoſitionis eũ interrogantur teſtes ſuper generalibus: interrogantur, an ſint amici vel inimici. an odio vel amore depoſuerint: aut ex interuallo depoſuerint: & tunc ſibi non creditur ſuper hoc, nec propter hoc ſuum dictum vitiatur depoſitio ſuper principali: ſicut nec vitiaret, ſi expreſſe diceret, ſe mentitũ fuiſſe d. c. præterea. in fine.

ADDITIONES.

a Seu. Adde gl. fi. in c. bonę. el 1. de poſtu. prælato. Archi. in c. 1. de ſta. reg. lib. 6. Bart. in l. ſi ita. ff. de aur. & arg. lega. Cyn. in l. conuenticula. C. de epi. & cler.
b Solummodo. Adde Card. in c. cum contingat. in 1. no. de æta. & qualit.

SVMMARIVM.

1 *Scientia, & credulitas qualiter differant.*
2 *Teſtis deponens de credulitate non probat.*
3 *Fama eſt ſufficiens probatio veritatis.*
4 *Purgatio indicitur infamato.*
5 *Infames ad hoc vt quis cenſeatur, debet eſſe apud viros honeſtos.*
6 *Infamatus ſi vult producere teſtes ſuper bona fama, an poterit.*
7 *Iudicis officium in inquiſitione latiſſimum eſt.*

QVæſiuiſti. Ad dicta teſtium de credulitate, & fama non punitur quis de crimine: & per dicta paucorum quis non infamatur: vel non debet a iudice infamatus reputari. Primo duplex quæſtio. Secundo vtriuſque ſolutio. ibi: ad quod. prima & ſecunda in duas: vt duplex quæſtio eſt: & duplex ſolutio. par
1 ticulæ patent. & Nota differentiam inter ſcientiã, & credulita
x tem. Scientia † enim eſt ſuper certis ibi: certam ſcientiã. credu
2 litas de ambiguis. Nota, ꝙ teſtis † dicens de credulitate,[a] non
3 probat. Nota, quòd fama † eſt ſufficiens probatio veritatis.
Nota,

ADDITIO.

a De credulitate. Adde Specu. tit. de teſti. in §. opponitur. verſi. item quod depoſuit de credulitate Cyn. & Bal. in l. teſtium. C. de teſti. Bar. in l. in ſumma. §. item labeo. ff. de aqua pluui. arcen.

Nota, quòd infamato indicitur purgatio. Item quòd purgatio
4 † eſt arbitraria, ſcilicet reſpectu numeri. ſ. de confeſ. cap. 1. j. de
5 purg. c. c. 1. & per totũ. No. ꝙ vt quis cẽſeaẽ infamis, † debet in-
famia eſſe apud bonos, & graues. Item quòd infamia eſt læſio
opinionis: ideſt quando male opinantur boni & graues de ali-
quo. Oppon. ad primum dictum, quòd propter infamiam, &
& credulitatem poſſit aliquis puniri: quandoque enim agitur
de crimine, quod non eſt probabile niſi per coniecturas: vt cũ
agitur de probanda copula carnali. ſ. de teſti. præterea. de præ-
ſump. literas, & cap. 3. Solu. licet tunc admittantur teſtes de cre
dulitate: tamen oportet, ꝙ deponãt de aliquibus perceptibili-
bus per ſenſum, ex quibus poſſit inferri credulitas d. cap. 3. vbi
textus probat expreſſe, ꝙ non ſufficit teſtes dicere de credulita
te: etiam in his, quæ non ſunt directe probabilia: quod ibi ple-
ne dixi. Qñque tñ admittuntur teſtes dicentes de credulitate,
ſcilicet cum inducuntur ſuper purgatione. j. de purg. c. cõſti-
tutis, ſed illud ideo eſt: quia non inducuntur ad probandam
veritatem, vt inducebantur hic. Oppo. ſecundo, ꝙ pp famã ſi-
mul cum alijs adminiculis: vt erant hic, poſſit ferri ſententia.
d. c. præterea, de præſump. illud. & quod no. gl. ſ. de ap. cap. 1. in
verbo fama. Sol. in criminalibus non ſufficit fama: quia debẽt
eſſe probationes luce clariores. C. de proba. l. ſciant. 2. q. 8. ſciãt.
Sed in ciuilibus fama cum vno teſte probat. dixi in c. cũ opor-
teat. & plenius, ſ. de teſtibus veniens. 1. Oppo. ad ſm dictum, ꝙ
immo per dicta paucorum probetur infamia: quis. n. ad indu
cendũ famã requirãtur plures, duo tñ probant eam inductã
eſſe. ſ. de teſti. tam literis. ſicut etiam ſubſcriptio ſeptẽ teſtium
in teſtamento probatur per duos teſtes. C. de bon. poſ. ſm tabu
las l. 2. nota. 2. q. 1. §. fin. in gl. 1. Sol. tex. hic in fin. poteſt intelligi
multipliciter. primo quia dicta paucorum non probant, quẽ
infamatum eſſe, & ſm hunc intellectum obſtat contrariũ. Sed
dic ſm Inno. ꝙ non probant, qñ ex aduerſo apparet de bona
fama. & de hoc conſtat iudici: vt ſit ſenſus, ꝙ ſi iudex inquirẽs
de fama alicuius in vna parochia recepit teſtes: quorũ aliqui
dicunt eũ infamatum: aliqui non infamatum: & perpendit iu
dex, ꝙ apud bonos & graues non eſt infamatus, non reputabit
eũ infamatũ. Alter intellectus eſt, ꝙ ad dicta paucorũ quis nõ
infamatur. i. ꝙ pauci non ſufficiunt ad inferendũ quẽ eſſe in-
famatũ. pp hoc dicit gl. ſi. quæ ſentit hunc intellectum, ꝙ fama
debet eſſe per totã parochiam in maiori parte viciniæ. quod
intellige diſtinguendo de perſona, quæ infamaẽ an ſit humi-
lis: an ſolennis: vt dixi in c. cũ oporteat. Sed oppo. quia ſi ſuffi-
cit maior pars viciniæ, poterit aliquando per duos inſurgere
infamia. Finge enim, quòd in vicinia erant ſolum tres com-
morantes: duo dicentur maior pars. poſſet ſtari contrario.
Vel dic, quod debet intelligi de vicinia, quæ facit plebem, vt
ſint ad minus 10. 2. q. 5. presbyter ſi a plebe. & quod no. 1 . q. 3.
vnio. ſ. de elect. c. 1. Vnde hoc caſu reſpicietur fama viciniorũ
locorum, vel poteſt tertio intelligi, quando duo, vel tres iurati
dicunt aliquem infamatum: ſed hoc eſt diuinare: vnde dic, ꝙ
præcedens intellectus eſt verior: ſed etiam primus eſt verus.
Per hunc intellectum dixi in c. cum oporteat. ꝙ is, contra quẽ
probatur mala fama, poteſt docere de bona fama, & eſt admit
tendus: immo ſecundum Inno. iudex ex officio debeẽ inquire
re de bona fama. vbi aduerte quia gl. Inno. eſt obſcura. Primo
enim dicit, ꝙ ſi per duos teſtes probatur infamia, non tenetur
iudex inquirere de bona fama. quia etiam ſi per multos proba
retur: tñ teneretur iudex ratione infamiæ indicere purgatio-
nẽ. Poteſt enim eſſe, ꝙ apud aliquos eſt malæ famæ: licet apud
alios ſit bonæ famæ. 2. q. 5. omnibus. & ibi nota. per Archid. Di
6 cit tñ Inno. ꝙ ſi infamatus † vult producere teſtes ſuper bona
fama iudex bene facit eos recipere, & morem ei gerere: quia
poterit inſtrui. ff. de probatio. l. circa. 2. q. 7. cum paſtoris. 12. q. 1.
ſint manifeſte. in authen. de monachis. §. cogitandum. dein-
de dicit, tamen credimus contra. & non dicit plus. & dicit Ar-
chidiac. ſic fuiſſe in originali: licet multi non habeant, quòd
verbum doctores dimittunt indeclaratum. & dicit Ioan. And.
quod male apparet quid velit Innocen. & non apparet, quod
contradicat primo dicto: an ſecundo. Ego intelligo, quòd vult
corrigere id, quod dixerat, iudicem non teneri inquirere de
7 bona fama: immo teneetur deſcendere, & videre † an clamo-
rem & c. j. eo. qualiter. quia in inquiſitione latiſſimum eſt offi-
cium iudicis: vt dixi, ſ. cap. cum oporteat. quod autem dixit
Inno. quòd ſi probetur bona fama, quòd nihilominus propter
malam eſt indicenda purgatio, eſt verum, quando deponitur
de fama reſpectu diuerſorum locorum. ſecus ſi eiuſdem loci:
quia non compatibilis bona fama cum mala. Per hoc dico,
ꝙ ſi probata eſt infamia talis, quæ ſufficit, vt in loco conuerſa-
tionis volens probare bonam famam alterius loci, non eſt ad-
mittendus: quia eſt probatio impertinens, nec releuat. ergo nõ
admittendus, ſup. de offi. delega. cum contingat.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio aliquando committitur ad inſtantiam ipſius contra quem fit.*
2 *Inquiſitio cum cõmittitur ſuper ſtatu monaſterij, qualiter intelligatur committi.*
3 *Inquiſitio cum committitur ſuper ſtatu monaſterij: quilibet de monaſte rio poteſt dicere exceptiones ſuas.*
4 *Inquiſitus citari debet.*
5 *Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata.*
6 *Iudex priuans prælatum debet dare licentiam electoribus, vt eligant.*
7 *Probationes factæ in vno iudicio faciunt fidem in alio.*
8 *Iuſtum aliquid eſſe non ſufficit, niſi fiat iuſte.*
9 *Inquiſitor tenetur ſeruare ordinem iuris.*
10 *Papa ex plenitudine poteſtatis ſupplet defectum ordinis iudiciarij.*
11 *Delegationi factæ ad inſtantiam ſuam poteſt quis renunciare.*
12 *Appellando recedens an dicatur manifeſtus contumax.*
13 *Citatus a iudice vna citatione dixit ſe nolle venire: an amplius erit citandus.*
14 *Citatio quarta an aliquando ſit neceſſaria.*
15 *Iudex quis poſſit citare.*

AD petitionem. Si inquiſitio ſup aliquo
committitur alicui ſpe-
cialiter a Papa, inferior etiam legatus de latere in-
tromittere ſe non poteſt: & ſufficit, ꝙ perueniat ad
eius noticiam quandocunq; ante ſententiam. hoc dicit. Et in
vltimo dicto eſt ſingularis caſus ſecũdum intellectum, quem
j. ponam. Primo facti narratio. Secundò diffinitio ibi: ſecun-
da cum igitur. Prima ſubdiuiditur: quia primò ponitur dele-
gatio: ſecundo legati inquiſitio ibi: verum. Tertio exceptio, re
cuſatio & appellatio ibi: idem. Quarto inquiſiti amotio & ſuc
ceſſoris electio ibi: quem. Secũda principalis ſubdiuiditur. Pri-
mo enim diffinit de amotione. Secundo de ſurrogatione ibi:
ſupradictum. [illegible] amouit. admoueo cum d, idẽ, eſt ꝙ approxi-
mo. amoueo ſine d [illegible] remoueo. Nota, ꝙ aliqñ committitur in-
1 quiſitio † ad inſtantiam ipſius, contra quẽ fit. hic enim ad peti
tionem Gulterii abbatis Papa commiſit inquiſitionem ſuper
ſtatu monaſterij. forte autem abbas hoc procurauit ad tollen-
dam infamiam ortam ꝯ monaſterium: vel pp aliquos mona-
chos indomitos: vel timens, ne legatus inquireret, quem habe
bat ſuſpectum: & ex quacunque fecerit, non refert. Nota, ꝙ cũ
2 committitur inquiſitio † ſuper ſtatu monaſterij, intelligitur
commiſſa in capite, & in membris. Dicit enim tex. ꝙ legatus
inquiſiuit ſuper ſtatu monaſterij. & in hac inquiſitione inqui-
ſiuit contra abbatem. Nota tertio ſecundum Inno. ꝙ quando
3 committitur inquiſitio † modo prædicto: ſcilicet ſuper ſtatu
monaſterij: quilibet de monaſterio poteſt proponere ſuas ex-
ceptiones: ſicut hic abbas ſuas propoſuit: quod procedit ſecũ-
dum eum de exceptionibus ſingulariter concernentibus ſin-
gulos: quia tunc quilibet proponit ſuo ſingulari intereſſe. Se-
cus ſi eſſent exceptiones cõcernentes omnes communiter: quia
tunc non a ſingulis: ſed a toto collegio vel maiori parte pro-
poni poſſunt. ad hoc 12. q. [illegible] qui manumittitur. de electio. in
genere. & hoc ſecundum Hoſt. niſi cauſa rationabilis aliud in-
duceret [illegible] vox vnius præiciatur toti conuentui. de his,
4 [illegible] par. cap. c. 1. Nota, ꝙ inquiſitus † eſt citandus.
[illegible] conuocaſſet. [illegible] qualiter. §. debet. & eſt danda ſibi poteſtas
opponendi [illegible] inquiſitionem. d. §. debet. Nota, ꝙ cardina-
lis poteſt recuſari [illegible] ſuſpectus: ſed ſecundum Hoſt. non de fa-
cili admittitur hæc exceptio contra cardinalem. ſ. de app. no-
uit. Sed ego dico, ꝙ admitti poteſt per dictum ca. nouit. & ff. de
offic. præfec prætor. l. vna. dixi in illo c. nouit & probatur hic. &
tenet hoc Inno. ſm quem hic non fuit admiſſa hæc exceptio:
quia debuiſſet proponi in principio litis. ſ. de re iudi. inter. Ego
dico, ꝙ non apparet, an fuerit admittenda: an non. & aliquid
5 j. tangam. nec de ea. j diſcutitur in textu. Not. ꝙ iudex † debet
iudicare ex agitatis, & probatis ibi: inſpectis, quæ probata fue-
rant ad hoc. ſ. de reſti. ſpolia. cum ad ſedem. ibi: prioris acta iu-
dicij recenſentes, & ſic non ſecundum conſcientiam ad hoc.
3. q. 2. iudicet. plene noto in c. paſtoralis. de offi. deleg. Nota, ꝙ
6 iudex, † qui priuat prælatum, debet dare licentiam electorib⁹,
a vt eligant [a] ibi, dando fratribus &c. ſ. de præben. de multa. verſ.
is quoque. Et not. de verbo, liberam facultatem. quod intelli-
gitur: id eſt, non vocato priuato. d. verſi. is quoque, & c. licet. 2.
de præben. lib. 6. quod intellige, vt ibi: tamen & ſi non daretur
hæc licentia: ipſo iure competit: ex quo vacat eccleſia, de elec.
ne pro defectu, & c. quia propter. de conceſ. præben. c. 2. cũ ſimi
7 libus. Nota, quod probationes † factæ in vno iudicio faciunt
fidem

ADDITIO.

a Vt eligant. Adde cap. ne pro defectu, & cap. quia propter. de electi. & in cap. ad apoſtolicæ, in ſi. de ſe iud. lib. 6.

a fidem in alio:[a] quod colligit glo.in verbo facta fides.plus dicẽs
quod factæ coram non iudice, vt hic coram legato , quæ fece-
runt fidem coram papa.aliter etiam dicit,vt ſtatim dicam.No.
8 ꝙ non ſufficit aliquid eſſe iuſtum,† niſi fiat iuſte.Iuſtum enim
erat Abbatem priuari;ſed tamen fuit reſtituendus propter or-
dinem iudiciarium non ſeruatum.pro hoc inf.de colluſio.c. 1.
9 & quod ibi not.glo.Nota,quod inquiſitor † tenetur ſeruare or
dinem iuris,quod colligit gl.in verbo non ſeruatum.& inf.de-
10 claro. Nota, quód papa † ex plenitudine poteſtatis ſupplet de-
b fectum ordinis iudiciarii[b] in verſi.prouidimus & inf.plene de
clarabo . Nota in ver.ſi ſupradictum, ꝙ quando aliquid habet
neceſſariam conſequentiam ex alio, quod diſponitur de illo ,
& de iſto dicitur diſpoſitum . Ex quo nota arg. a deſtructione
antecedentis ad deſtructionem cõſequentis.Sic enim papa ar-
guit hic, quod deſtructa priuatione Abbatis Gualterii deſtrui
tur electio ſucceſſoris: quia ſequitur,non tenuit priuatio:ergo
eccleſia non vacauit:ergo electio ſucceſſoris nulla.ſup.de con-
ceſſ.præben.cap. 1. Et nota caſum,in quo ſententia lata contra
vnum præiudicat alteri propter neceſſitatem conſequentiæ ,
quod declarabo in pen.cõtrario.Nota in fine,cum quis remo-
uetur a beneficio propter defectum formæ,poterit iterum eli-
gi . ad hoc ſup.de elec. ſuper eo. ſecus ſi propter vitium perſo-
næ,vt hic probatur . Oppono primò,hic enim in principio di-
citur,ꝙ legatus inquiſiuit non reclamante Abbate, & præſen-
te . & tamen inf.dicitur,ꝙ proceſſus legati non tenuit . Aut er-
go fundatur papa ſuper defectu poteſtatis legati,vt quia inqui-
ſitio erat commiſſa delegatis,& ſic extracta de poteſtate lega-
ti.ſup.de offi.legati.ſtuduiſti. & hoc dici nequit quia cum fuiſ-
ſet commiſſa ad petitionem Gualterij Abbatis comparendo
coram legato, & non excipiendo intelligitur renunciare . ſup.
de off.deleg.gratum.& de app.ſollicitudinem.l. ſed & ſi in ſer-
uum.& l.ſi quis in rem.ff.de arbit.alia iura allegantur in glo. 1.
in prin. Aut fundatur,papa ex defectu alterius ſolemnitatis. &
hoc dici nequit: quia in principio dicitur,quod legatus inqui-
rebat diligenter.Sol.ſuper quo fundatus fuerit papa,non appa
ret. Et ideo ſunt duæ lecturæ principales . vna Hoſt. quod pro-
pter defectum ſolemnitatis ordinis iudiciarij non ſeruati non
tenuit proceſſus,& in hoc ponderat,quod inſ.dicit tex.ibi,ordi
nem non ſeruauim . Et ad verbum diligenter,ſupplet,non ta-
men ſeruato ordine iudiciario,vt inf. patet,ſed diligenter , id-
eſt ſollicitè . Dat exemplum de ordine non ſeruato,vt quia nõ
prædiſcuſſo articulo infamiæ.ſup.c.cum oporteat,quod exem
plum non procedit , ex quo Abbas non reclamauit ab initio.
inf. eo. c.ſecundo.lib. 6. Alter eſt intellectus principalis, quod
ex defectu poteſtatis legati non tenuit proceſſus , ſecundum
quem ſummaui.& hoc tenet glo. 1.pro hoc inducit dictum c.
ſtuduiſti.de offi.leg.hunc etiam tenet Inn ſed gl.non ſoluit cõ-
trarium , niſi inducendo aliqua in contrario ad probandum ,
quod non ſequitur, licet aliquis nõ reclamet,quod propterea
conſentiat in iudicem . nam qui petit inducias, non ideo con-
ſentit in iudicem.ſup.vt lite non conteſt.ca. 1. vel qui petit ſibi
edi genus actionis.ff. de iudi l.non uidetur.ſed hæc procedunt
in initio litis.ſed ſi permittit pars procedi ad merita cauſę,non
eſt locus amplius exceptioni declinatoriæ iudicis. ſup.de re iu-
di.inter.vnde Innoc.aliter,& ſubtilius ſoluit contrarium . Pri-
mò dicit,ꝙ verum eſt,quod dicitur in contrarius , quando qui
comparet coram iudice,aliquid agit : ſecus ſi tantum patitur,
ſicut hic Abbas,de quo apparet ſolum, quod non reclamauit.
Contra hanc ſolutionem eſt, quia ſatis videtur agere , ex quo
non reclamat , & patitur procedi.de re iud. cum ſuper . & cap.
quamuis.Inn.ſoluit notabiliter valde,quem plenius declaran-
do dic,quod aliquando aliquis patitur aliquem eſſe in iudicio
de iure ad ſe non pertinente , & intelligitur tacite conſentire .
& ſic loquuntur contraria . Aliquando aliquis ſolum patitur
iudicem procedere,& non eſt aliquis, qui aliquid agat coram
iudice,& tunc procedit ſolutio data, quod nõ intelligitur con
ſentire vt hic.Per hoc ſoluit Inn.cõtrarium. ſimile de c.ex par-
te decani ſup.de reſcr.de l. 3.§. falſus.ff. rem ratam habe.quan-
do ſcilicet dominus patitur eum,qui non habet mandatum a-
gere ſuo nomine,quod intelligitur approbare , ex quo ille ali-
quid agit corã iudice.Secus in caſu noſtro : quia nullus aliquid
agit coram legato nomine Abbatis: ſed ipſe Abbas tãtum paſ
ſus eſt procedi per legatum. Oppono ſecundo ad eandem ſolu
tionem;quia tacens habetur pro conſentiẽte. 54. diſt.ſi ſeruus.
27.diſt.diaconus.glo.prima format hic in fin.& non ſoluit. do-
ctores remittunt ad c.nonne.& ibi plene dixi,ſup.de præſump.
& ad regulam is,qui tacet. lib.6. ſed per illam licet habes noti-
tiam huius brocardi ſeu generalis,non habes notitiam ſpecifi-
cam , quare hic in textu hæc taciturnitas non habuit vim con-
ſenſus,cum Abbas contradicendo potuerit prohibere,ſ. appel
lando a legato,ergo cum non contradixerit,videtur conſenſiſ-
ſe.ſup.de re iudic.ca.pen.de præſump.nonne.& quod ibi nota.

Reſpondeo , dando intellectum verum alias non animaduer-
ſum.Pondero enim,quod proceſſus legati non erat ſpecialiter
inchoatus contra Abbatem: ſed ſuper ſtatu monaſterii:licet er
go Abbas fuerit præſens , & non reclamans,non propterea in-
telligitur conſentire . Stabit enim forte , quod de ipſo nihil in-
quiret legatus,vel inueniet nihil corrigẽdum,& ſufficit, quod
talis proceſſus generalis non fiat ordine iudiciario.vnde dico ,
quod Abbas potuit excipere , quando fuit citatus ſpecialiter.
in verſi.& cum.& in ver.idem.& appellare ab exceptionib. reie
ctis.Si tamen inquiſitio ſuper ſtatu monaſterii fiat omnib. mo
nitus,non videtur hoc poſſe tolerari. vnde etiam aliter ſolue ſe-
cundum Inn. quod taciturnitas Abbatis aliquid non profuit :
quia ad hoc , vt prorogetur iuriſdictio non iudicis , oportet ꝙ
prorogans non erret nec in facto nec in iure.ff.de iuriſdi. omn.
iud.l. ſi per errorem.& no.ſup.de offi.deleg. P. & G. in materia
prorogationis iuriſdictionis.Sed hic ſecundum Inno.Abbas er
rauit in iure putans non poſſe declinare iuriſdictionem legati.
quam ſolutionem tamen dicit Inn.ſibi non placere: quia lega
tus bene erat iudex Abbatis . Ego dico meliori ratione.quia di-
uinat. nec debet præſumi ignorãtia iuris in prælato: ſed potius
ſcientia.ſup.de elect.cum nobis olim· quia debet eſſe literatus,
vt ibi.Propterea aliter ſoluit Inn.& valde ſingulariter.dicit.n.ꝙ
quandoque loquimur in ciuilibus,quandoq; in criminalibus.
11 In ciuilibus poteſt quis renunciare † delegationi factæ ad ſuam
inſtantiam. ſic loquitur c.gratum. & c.ſollicitudinem,& ſimi-
lia. Sed in criminalibus ſeu ſuper crimine,ſecus,vt ſi ad inſtan-
tiam alicuius commiſſa eſt inquiſitio contra ipſum, nõ poteſt
ren[illegible]re tali commiſſioni,etiam expreſſe , ratio quia intereſt
iuris publici, vt crimina puniantur.inf.de ſen.excom. ut famę.
Cum ergo Abbas expreſſe non potuiſſet renunciare delegatio-
ni,m[illegible]to minus tacite . & hæc ſolutio, & intellectus eſt ſingu-
laris Ex quo not. ſimul cum textu , quod licet ad petitio-
nem partis committatur cauſa criminalis contra impetrãtem,
non eſt in poteſtate eius recedere a tali commiſſione,nec intel
ligitur facta commiſſio fauore eius ſpecialiter, ſed fauore iuris
publici. Et ex hoc ego noto quod electus impetrauit confirma
torem qui cognoſceret de aliquibus , quæ opponebantur per-
ſonæ, ꝙ tali commiſſioni renũciari nequit per prædicta,quod
ſemper nota. Contra tamen eſt , quia ex quo commiſſio fit ad
inſtantiã impetrantis principaliter, videtur attendi fauor eius,
eo reſpectu, quod committitur illis iudicibus : ergo tali fauori
poſſet renunciari.ſup.de reg.ad apoſtolicam. Sol. quantum ad
tex.papa ad petitionem Abbatis committendo inquiſitionem
intelligitur reuocare negocium ad ſe.ſup.de conſtit.cum M. in
fi.& quod ibi pleniſſime dixi.de appel.vt noſtrum. vnde etiam
ſublata commiſſione facta iudicibus , non potuiſſet legatus ſe
impedire tanquam de negocio reuocato ad papam . Oppono
primò ad hoc,& fortiſſime:quia non apparet in tex. quod lega
tus ſciuerit de illa delegatione.ergo valuit eius proceſſus. ſupra
de appel.ſi duobus.in prin. vbi tenet proceſſus archiepiſcopi: li
cet negocium ſit coram papa. Sol.immo ſciuit.patet in verſic.
idem . quia Abbas hoc allegauit . Sed dices,ſero allegauit.i.tar-
de.quia iam erat finita inquiſitio,vt patet in verſic. & cum.dic
quód erat finita quoad examinationem teſtium , non ꝙ eſſet
in cauſa concluſum . alias non dediſſet legatus terminum Ab-
bati ad opponendum inquiſitioni,quod fecit. Adhuc inſtabis,
ex quo enim erant receptę probationes : non erat locus oppo-
nendi declinatorias.de re iud inter. Reſpondeo,quod immo.
hæc enim exceptio infert proceſſum nullum propter defectũ
poteſtatis legati : immo dico plus ꝙ vndecunque peruenitſſet
ad notitiam legati de illa delegatione , ſufficit. d.c.ſi duob.vbi
hoc probatur in verbo cognouerit,& non dicit per quem. Op-
pono ſecundo adhuc ad idem : quia ex quo legatus præuenit
delegatos,fuit locus præoccupationi. ſup. de appell.vt debitus.
Sol.illud in ciuilibus,in quibus eſt , quid imputetur parti , quæ
non fuit diligens.hic autem vt dictum eſt,Abbas etiam expreſ-
ſe non potuiſſet recedere a delegatis. ideo non fuit locus præoc
cupationi . Oppo. tertio principaliter, ꝙ exceptio recuſationis
non fuerit audienda,ex quo non fuit propoſita in initio litis. ſu
pra de re iud.inter. Sol.Inn.ſtat contrario,vt dixi notando, vel
poſſet dici, ꝙ cum inquiſitio ſuper ſtatu monaſterij non fuerit
ſpecialiter facta contra Abbatem: potuit Abbas excipere,quã-
do fuit citatus ſpecialiter,quia tunc primum ſi non excipit,vi-
detur tali exceptioni renunciare. Opp.quarto in verſi.cum igi-
tur . quod papa non debuerit dare fidem probationibus factis
coram legato,ex quo non erat iudex. ſup.de indic. at ſi clerici.
glo.

ADDITIONES.

a In alio, Adde doc.in c.cauſam quæ,de teſti.Bar.in l. 2. in §.fi.ff.de ver.obl Bal.
in l.cum lite mota.ff.de iu.ſoluen.
b Iudiciarij. Adde hoſt.in c.querelam.de elect.

glo.2.ſoluit, quod hoc potuit ex plenitudine poteſtatis, per quã
immutat ſubſtantiam rei. C. de rei vxo. ac. l.vna.in princ. Sed
hæc ſolutio non iuſtificatur ex text.nõ enim debet dici, papam
aliquid facere de plenitudine, cum aliter poteſt reſponderi. Ali
ter ergo ſoluit gl.in ver. vel dic, ꝙ non propter acta coram lega
to, ſed per acta coram ſe papa conſtitit de talibus, propter quæ
Abbas erat amouendus. Hanc ſolutionem tenent Inn.& Hoſt.
& inducit Hoſt.deciſam ſub & inf. quod præcedit immediate.
ver.cum igitur, dicens decidi ibi, ꝙ papa recepit aliquas proba-
tiones. Et ex hoc not.ꝙ etiam poſt concluſionem cauſæ iudex
ex officio poteſt recipere probationes. quod dicit procedere
non ſolum in papa: ſed etiam in alio inferiore, & ſpecialiter cũ
agitur de beneficijs. & ſecundum eum etiam partibus inuitis
hoc poteſt: quia vertitur periculum animarum. ad hoc de e-
lect.cum nobis.& de app oblatæ.in fi. quod dictum ſigna cum
mille ſignaculis & eſt veriſſimum. Et per hoc in arduiſſima cã
vſurarũ, in qua erat concluſum, obtinui, quod ſtaretur aliqui-
bus probationibus factis poſt concluſionem, ex quo conſcien-
tia iudicis informabatur, & ꝙ poſſet ſecundum illas pronun-
ciare, pro hoc ſit ratio, quia licet ſit concluſum: concluſio intel
ligitur facta quo ad partes: non autem quoad iudicem quin
poſſit etiam poſt concluſionem interrogare. ſup.de fi.inſtrum.
cum Ioannes quod declara, vt ibi dixi. Et de concluſione in cau-
ſa not.glo.in clem.ſæpe.de verb.ſig. Ego dixi ſup.de fi.inſtrum.
cum dilectus. vel ſi vis ſaluare, ꝙ coram papa non fuerint rece
ptæ probationes, dico, ꝙ proceſſus legati tenuit quo ad proba-
tiones, quia non apparet, ꝙ ſibi conſtiterit de delegatione fa-
cta, niſi poſt receptas probationes. declarauit iſtud in primo cõ-
trario. Oppo.quinto in eo, ꝙ papa voluit, vt Abbas Gualterus
remaneret priuatus, ꝙ immo debuerit omnino facere corrigi
proceſſum, in quo non erat ſeruatus ordo. ſup.eo. qualiter. glo.
3. format, & ſoluit dicens, ꝙ hoc fecit papa ex officio ſuæ pote-
ſtatis forte propter ſcandalum, propter quod aliquando differ-
tur reſtitutio. 3.q.6. hæc quippe, pro hoc, quod not. 3.q.1.in pri-
mis. in gl.2. Ex quacunque ratione fecerit, ex quo fecit, & ſic vo
luit, non poteſt aliquid opponi. Maxima enim eſt poteſtas papę
in his, quæ depẽdent a iure poſitiuo. pro hoc cle. vna, de immu.
ec.& quod notat glo. ſingularis, quæ dicit, ꝙ ſi papa reuocat, &
decernit aliquid haberi pro infecto, intelligitur reuocare, vt ex
tunc, adeo ꝙ ſit verum dicere, ꝙ omnia ſtatuta ex illa tollun-
tur, & illa gl.non eſt alibi. Sed contra eam eſt hic: quia papa pro
uidit hic Gualterium Abbatem remanere priuatum. & tamẽ
declarauit electionem factam de ſucceſſore non tenuiſſe. Sed
ſi prouiſio papæ intelligeretur, vt ex tunc, ſequeretur, quod va-
luiſſet electio tanquam facta ad eccleſiam vacantem, propter
hoc de illa gl. poſſet fortiſſime dubitari. quia nunquam debe-
mus diſpoſitionem papæ trahere ad irritationem prius geſto-
rum legitime. ſup.de reſti.ſpol.audita.de reſcr.quamuis.li 6.ad
hoc regula factum legitime.li.6. Et hoc niſi expreſſe exprimat.
Sed poteſt ſaluari gl. illam referendo ad textum ibi, vt quando
papa aliquid reuocat decernens illud, & omnia ex eo, vel ob id
ſecuta, eſſe nullius effectus. Si erat illud reuocatum de iure poſi
tiuo, intelligatur reuocatum vt ex tunc. tñ intelligo hoc, quate-
nus non agatur de præiudicio tertij. cui papa non intendit præ-
iudicare, niſi exprimat. Per hoc cõſului in quæſtione facti pen-
dente. Papa mandauit executori, vt cum miniſter prouinciæ
ſancti Antonij ordinis minorum re(?) renunciaturus in capi-
tulo generali, acceptaret talem renunciationem, quam etiam
papa acceptauit in commiſſione in illum caſum, & mandauit
alteri prouideri de prouincialatu, & ſic factum fuit. deinde pa-
pa reuocauit illam commiſſionem, & omnia inde ſecuta, &
voluit haberi pro infectis. an per hoc intelligatur primus mini
ſter remanere miniſter. Ex illa gl. oportet te dicere, ꝙ ſic. quod
eſt mirabile. quia ex quo papa acceptauit renunciationem pri-
mi, deſiit eſſe miniſter. quomodo ergo reſurgit ſibi titulus reuo
cando commiſſionem. Sed dic, ꝙ reſurgit: quia fingitur nõ
interueniſſe. tamen puto, ꝙ quæcunque fecerit ſecundus, non
debent eſſe reuocata. Finge enim, ꝙ aliquid alienauit in forma
debita, ſi talis alienatio eſſet reuocata, ageretur de præiudicio
tertij, forte laici, cui papa nõ poſſet auferre dominium in eum
tranſlatum, pro hoc, ꝙ teneant geſta interim, induco. c. quali-
ter. in fi. cum ibi nota. per me. de elect. concludendo ad textum
noſtrum dico, ꝙ hic prouiſio papæ, per quam voluit Gualteriũ
remanere priuatum, intelligitur ex tunc: quia non ſufficiunt ver-
ba expreſſa: ita vt in illa cle. Opp. ſexto, ꝙ propter ordinem non
ſeruatum non debeat inquiſitio non tenere: quia ſine ordine
valet inquiſitio inf. c. qualiter. in fi. quando proceditur contra
regulares, vt hic. debet enim procedi de plano, & abſque ſtrepi
tu iudiciorum. inf. eo. c. pen. glo. in verbo, non ſeruare. dicit, ꝙ
hic fuit peccatum in ordine. l. quia erogauit, qui non debuit. ſ.
legatus, vel aliter dic, ꝙ non eſt verum, ꝙ omnis ordo ſit ſubla
tus quo ad regulares: ſed non ita diligẽter proceditur, ſicut quo
ad ſeculares, vt d. c. qualiter. in fine. ibi. vſquequaque. & ibi di-
cam. Opp. in verſi. ſupradicto, ꝙ papa non debuerit remouere
electum ſubſtitutum: quia ſententia lata cum Abbate Gualte-
rio ſuper nullitate proceſſus legati, non debuit pręiudicare iſti.
ſup. de præb. dilecto. C. ne res inter alios acta per totum. glo. pe
nul. ſoluit hoc contingere propter connexitatem, & neceſſariã
conſequentiam. vnde ad c. dilecto. dic. ꝙ ibi non erat ita præci-
ſa connexitas. vel ſolue melius ſecundum Innoc. ꝙ iſte ſubſtitu
tus ſciuit litem agi, ſibi ergo pręiudicat permittẽdo Abbatem
Gualterium eſſe in iudicio. ex cuius priuatione pendebat ſua
electio. ſup. de re iudic. c. penul. ita notauit Inn. in c. veniens. ſu-
pra. de fi. presby. Sed dicet: hæc ſolutio non procedit: quia diui-
nat, ad quod reſponde, ꝙ non potuit ſubſtitutus ignorare pro-
babiliter: quia intereſt ſua ſcire de modo vacationis eccleſiæ.
ſup. de renuncia. poſt trãſlationem. vbi no. & c. fi. alias ſi datur,
ꝙ probabiliter ignoret, dico, ꝙ licet pronũcietur priuationem
non tenuiſſe per nota. præiudicatur ſibi abſenti, & ignoranti.
d. c. pen. de re iud. Oppono, ꝙ papa non debuerit amouere ſub-
ſtitutum, ex quo volebat ſtatim inſtituere. Sol. vt dicit gl. vltim.
hoc fit breui manu ſup. de cauſa poſſ. cum eccleſia & dicit glo.
quod eo citato fuit factum ꝙ ſi eſſet verum, ceſſat contrarium
præcedens. Sed dic, vt dixi, ẽt eo non citato, valuit amotio, ex
quo ſeruit: ſed ex eo ꝙ papa eum reſtituit in Abbatem: ſatis eſt
veriſimile, ꝙ erat præſens. Quæro, quia Abbas hic appellauit a
legato ante ſententiam, nec apparet, ꝙ legatus eum poſtea ci-
tauerit ad audiendam ſententiam: an hoc ſit verum generali-
ter, ꝙ iudex non teneatur citare appellantẽ ab interlocutoria,
cui nõ detulit? Inn. hic tractat, hodie eſt deciſum in c. cum qui.
de dolo & contu. lib. 6. ſ. ꝙ eum, qui fuit contumax in vno arti-
culo, debeat iudex citare in alijs articulis, & in ſententia: tamen
ſi appellando receſſit, non eſt expediens, vt amplius citetur:
quia appellando ad alium iudicem videtur aſſerere, ſe nunquã
velle venire coram primo in illa cauſa. Quæro, an talis recedẽs
12 ſcilicet appellando, dicatur manifeſtus cõtumax. [a] De hoc dic
plene, vt in cle. vnica, de dolo & contu. & quantum ad hoc ſi iu
dex reiecit appellationem ab interlocutoria, & a reiectione nõ
fuit appellatum, appellans inhærendo appellationi reiectæ eſt
manifeſtus & veriſſimus & euidens contumax, ſeu contumax
apparenter, & exiſtenter, quę omnia vocabula ſonãt in idem.
& ita not. glo. magna in d. cle. in prin. & ſic conſului in quęſtio-
ne facti in foro Iulij. Pro prædictis de vera, & ficta contumacia
quod not. ff. de app. l. ex conſenſu. §. fin. & ibi etiam Bart. nota-
uit. & in l. fi. ff. de reſtit. in integ. vbi etiam tangit gl. & C. de iud.
l. properandum. §. cum autem. vbi per C; .2. q. 6. §. ſunt quorum.
in prin. 24. q. 3. de illicita. de ſent. excom. reuerabilibus. §. ſecus.
& in Spec. de contuma. § 1. in additio. Spec. per Ioan. And. ꝙ au
tem iudex a quo poſſit pronunciare ſuper appellatione, an ſit
admittenda, vel non, probatur de app. cum appellationibus, in
prin. lib. 6. vbi patet, ꝙ reijcere poteſt & debet, ſi videt fruſtrato-
riam, igitur, & cognoſcere an ſit reijcienda, vt idem ſit iuris in
præparante, & præparato. de off. deleg. præterea cum ſimilib.
& hoc tenet Inn. de off. deleg. paſtoralis. in glo. mi(?) vbi not.
Vin, pro hoc, quod nota. de teſti. ex parte. Ad ſolutionem con-
trarij. c. interpoſita. de app. cum dicitur ibi, ꝙ non ſufficit ad iu-
ſtificandam appellationem oblatio probationum reiecta, niſi
& a reiectione ſit appellatum. Sic etiam conſuluit Io. Cal. in ſi-
mili per cle. vnicam, prælleg. dico tamen, & ſic dixi in illo con
ſil. quod ſi iudex a quo reijcit, non tollitur poteſtas iudici ad
quem cognoſcendi de appellatione, & procedendi prout dicit
in c. Romana. §. cum autem. & §. ſi vero. & §. cum ſi obijcia-
tur. de app. lib. 6. pro hoc glo. magna dictę clem. vnicæ. verſi &
ex his concludi poſſe. ſed ex quo non fuit appellatum a reie-
ctione, erit eius officium reijcere appellationem tanquam pro
nunciatam fruſtratoriam. Sed ſi pendente tali appellatione in-
teruenirſſet appellatio a diffinitiua, poſſet iudex ad quem etiam
reiecta appellatione ab interlocutoria, admittere appellationẽ
a diffinitiua, cũ poſſit ſubeſſe aliqua cauſa probabilis, quę excu
ſat appellantem a contumacia. de elect. c. 1. lib. 6. in fi. quod ex-
preſſe tenet gl. magna dictæ clem. vnicæ circa finem. verſi. item
valet, quia aliquod probabile dubium. per hoc ſit cautus appel
lans ab interlocutoria, ꝙ ſi reijcitur, appellet a reiectione. Vide
tur tamen eſſe magnus rigor dicere, ꝙ ſi nõ appellat a reiectio-
ne, valeat reiectio. adeo ꝙ remaneat euidens contumax. tamẽ
multi poſſent per hoc illaqueari putantes ſufficere, ꝙ appella-
uerint ab interlocutoria. ſed tamen non eſt rigor: quia ex quo
poteſtas iudicis a quo eſt in reijciendo, ſi uidet illegitimam. d.
c. appellationibus. Si reijcit, hęc eſt quędam interlocutoria,
a qua

A D D I T I O.

a Contumax. Adde Spec. iit. de dolo, & contu. §. 1. ver. & nota.

a qua ſi non appelletur, tranſit in rem iudicatam. & per hoc in-
fertur, appellationem interpoſitam haberi pro friuola manife-
ſte, & ex conſequenti, ꝙ appellans ſit contumax manifeſtus,
adeo ꝙ a diffinitiua non poſſit appellari. d.clem.vnica. Sed po-
13 ne, ꝙ citatus a iudice † vnica citatione dixit, ſe nolle venire, &
ita nuncius retulit, nunquid amplius erit citandus. dicit Innoc.
ꝙ non, & idem ſecundum eum, ſi impedit, ne ad eum perue-
niat citatio. vel ſi citatus dicit, ſe venturum, & non venit, in ta-
libus enim caſibus non expedit ſeruare ſolemnitatem de tripli
ci citatione, vel vnica, cum tribus interuallis. quia in rebus cer-
tis non eſt locus coniecturis. C. quomodo & quando iud. l. 2. ff.
de re iud. l. contumacia. ſecundum Inno. & procedunt hæc re-
ſpectu illius articuli, in quo citabatur. In alijs enim articulis de-
bet citari, quãuis fuerit contumax in vno. de dolo. & cõtu. cum
qui. lib. 6. Immo dicunt quidam, quod etiam quo ad illum ar-
ticulum debet iterum citari ad conuincendam eius contuma-
ciam, quod placet Io. And. in Spec. de dolo & contu. §. 1. præall.
Sed dictum Inn. videtur verius. quod tenet glo. ff. de appell. l. ex
conſenſu. §. fi. & C. quomodo, & quando iudex l. tres denuncia-
tiones. Sed nunquid per hoc, quod dicit citatus ſe nolle venire,
& nuncius ita retulit, infertur manifeſta contumacia? in tex. vi-
detur, ꝙ non, in c. venerabilibus. §. ſecus a contrario. de ſenten.
excom. lib. 6. cum dicit in iudicio. Secus ergo extra iudicium,
quod tenet ibi gl. In contrarium ſunt duæ gl. vna in l. ex conſen
ſu. §. fi. alia in l. tres denunciationes, alleg. in præce. q. Sed dic, ꝙ
illæ gl. debent intelligi, ꝙ infertur contumacia talis, ꝙ non ex-
pedit, vt amplius citetur, non autem vt per hoc cenſeatur ma-
nifeſtus contumax. Vbi aduerte, ꝙ ſi de tali aſſertione conſta-
ret iudicialiter, bene infertur vera contumacia, & manifeſta,
ex quo conſtat iudici, vt iudici. ſed verba nuncii referentis non
ſufficiunt ad faciendam hanc fidem. Patet primò, ſi tenemus
opinionem, quę habet, nuncio non credi, ſi pars dicat contra-
rium. de quo in c. quoniam contra. de prob. & de app. cum pa-
rati. Item tenendo, ꝙ ei credatur, idem procedit: quia creditur,
quatenus dicit ſe citaſſe. quia in hoc verſatur eius officium, nõ
verſatur in referendo verba, quæ dixi citatus, nec ad hæc aſſu-
mitur, & hoc tenet Io. And. in d. §. 1. præalleg. in Spe. Per hoc ſal
uatur gl. in §. ſecus. in d. c. venerabilibus. lib. 6. Et pro concluſio-
ne prædictorũ intelligo manifeſtã cõtumaciã, de qua cõſtat iu
dici, vt iudici. Aliam dico fictam pro hoc c. venerabilib. §. ſecus.
in verbo in iudicio. lib. 6. Quæro, an alias requiratur trina cita-
a tio?[a] Inn. dicit, ꝙ ſic, cum eſt procedẽdum ad diffinitiuam, vel
ad primum, vel ad ſecundum decretum, vel ad annotationem
bonorum in cauſa criminali, vel ciuili. De hac annotatione ha
bes in c. veritatis. ſup. de dol. Idem ſecundum Inn. in c. inquiſi-
tionis. & ſecundum eum debent hæ citationes habere interual
lum 30. dierum, & fit hæc per tria ædicta, vel per vnum habens
vim trium. ſ. cum interuallis, C. quomodo & quando iudex. l.
ea quę, 24. q. 3. de illicita. de ſent. excom. conſtitutionem. lib. 6.
Et quando fiunt tres citationes, non expedit, ꝙ apponatur ver-
bum peremptorium: quia tertia intelligitur peremptoria. l. ea
quæ. C. quomodo & quando. iudex. & authen. qui ſemel. ſecun
14 dum Inn. Sed nunquid quarta citatio † eſt neceſſaria? dicit In-
noc. ꝙ non: ſed ſolum eſt de vrbanitate. ſup. de offic. deleg. con-
ſuluit. ff. de iud. l. & poſt. Poteſt ne iudex moderari interualla ci
tationum. dicit Inn. ꝙ ſic. quia ſecundum eum interualla 30.
dierum. prædicta habent locum, quando citatur abſens, qui ci
tatur ad domum. plene no. in cap. ſi aduerſarius. ſup. de eo qui
mit. in poſſ. vbi pleniſſime diſtinxi. Sed ſi citatur præſens. i. qui
eſt in eodem domicilio, iudex poteſt moderari dilationes ſe-
cundum Inn. quod etiam tenet Bar. C. quomodo & quan. iud.
auth. qui ſemel. pręalleg. Et ſecundũ Inn. prudenter facit iudex,
ſi interſerat cauſam iuſtam moderationis. Si enim non interſe
rit, iuſte appellatur, & in appellatione oportebit partem pręſen
tem probare iuſtam cauſam moderationis. Item ſecũdum In-
noc. quando iudex vult procedere contra non comparentem,
vtile eſt, ꝙ pronunciet eum legitime fuiſſe citatum, & contu-
macem eſſe, & poteſt ferri talis interlocutoria cõtra abſentem,
ſicut & etiam poteſt fieri, & alius proceſſus. Et ſic no. quod non
expedit ad hanc interlocutoriam audiendam ſpecialiter am-
plius citare. ratio: quia intelligitur citatus ad eam audiendam
in caſu contumaciæ, ex quo iura ſic permittunt contra contu-
15 macem procedi. Quæro quis iudex † poſſit citare? Reſpondeo
ſecundum Inn. ꝙ quilibet habens iuriſdictionem, ſiue ordina-
rius, ſiue delegatus, vel ſubdelegatus. ſup. de re iud. cum Bertol
dus. de offic. deleg. ex literis. Pone, ꝙ non veniens poſtea com-
paret allegans iuſtam cauſam abſentiæ. dicit Inn. ꝙ reſtituetur,
d. c. cum Bertoldus. & quod not. ſup. de procura. querelam. dic,
vt dixi in c. cum Bertoldus.

ADDITIO.

a Citatio. Adde gl. in c. eccleſia Sanctæ Marię. de conſ. gl. in verbo perẽptoria. in
cle. ſæpe. de ver. ſig. gl. in c. de illicita. 24. q. 3. & gl. in c. cũ Bertol. de re iudic.

SVMMARIVM.

1 *Papa beneficia in curia vacantia per ſe confert.*
2 *Defuncti in curia qualiter intelligantur.*
3 *Infamia reddit crimen horribilius.*
4 *Accuſatio præfertur inquiſitioni.*
5 *Homicidium, & periurium impediunt promouendum.*
6 *Infamatus ſi deficit in purgatione, punitur vt conuictus.*

ACcedens. Exceptio criminum poſſeſſionẽ
beneficiati non retardat, niſi de
hoc ſit publice infamatus. Primò deciſe narrat fa-
ctum. ſecundò ſub certa forma diffiniendum com-
mittit ibi: mandamus. Secunda ſubdiuiditur: primò excipien-
tem repellit, niſi in certo caſu. ſecundò accuſatorem admittit
ibi, deinde. tertiò circa infamiam prouidet ibi, ſi vero. Hæc de-
cre. fuit in quarta compilatione ſub ri. de conceſſ. preben. Not.
1 ꝙ beneficia vacantia in curia Papa † per ſe confert. hic. n. con-
tulit præbendam H. ſubdiaconi defuncti apud ſedem apoſto-
licã, & hodie nullus inferior cõferre põt. de pra. ben. c. 2. lib 6. Et
2 quomodo intelligantur aliqui defuncti † in curia, dicitur ple-
ne in c. pręſenti. in tex. & glo. de præben. lib. 6. Et fuit hic duplex
ratio, propter quam hodie beneficia ſunt reſeruata papæ. vna:
quia H. ſubdiaconus erat officialis papæ, & beneficia omnium
officialium papæ ſunt reſeruata per extrauagãtes plurium Ro-
manorum Pontificum. Altera ratio; quia deceſſit in curia. No.
ꝙ nepos poteſt immediate ſuccedere in beneficio patrui per
collationem ſibi factam, & honeſtum eſt potius ſibi fieri ad cõ
ſolationem mortis defuncti. pro hoc in ſimili. ff. de iur. do. l. iu-
re ſuccurſum. vbi mortua filia dos reſtituitur patri in ſolatium
mortis filiæ. ad idẽ. C. de his qui ante aper. tabu. l. 1. Secus autem
eſt de filio, qui non poteſt ſubſtitui in beneficio patris, ſi pater
præfuit immediate. ſup. de fi. presbyt. ex tranſmiſſa. & cap. quo-
3 niam. & c. ad extirpandas. No. ꝙ infamia † reddit crimen horri-
4 bilius & maius. In ver. deinde, No. ꝙ accuſatio † præfertur inqui
ſitioni. ſi enim apparet accuſator, admittitur, quo deficiente iu
dex indicit purgationem ex officio, & per inquiſitionem. vt in
verſi. ſi vero contra. de hoc dicetur. inf. c. proxi. Nota, ꝙ ſi obij-
ciuntur plura, quorum alterum ſufficit ad inducendum effe-
ctum, ad quem opponuntur, ſufficit alterum probari. Oppoſi-
ta enim fuerũt periurium, & homicidium, & ſufficit alterum
5 probari ibi, vel eorum aliquod. No. quod homicidium † & per
iurium impediunt promouẽdum. ſup. eo. inquiſitionis, in prin.
6 & ibi dixi. No. † ꝙ infamato indicitur purgatio, in qua deficiẽs
punitur, vt conuictus, quod ſtatim declarabo. No. in fin. ꝙ exci-
pientes contra electum ſi deficiunt in probando, puniuntur in
expenſis, & hodie eſt addita pœna alia. inf. de elect. c. 1. li. 6. Op-
po. primo in eo, ꝙ papa vult admitti exceptionem de crimini-
bus ſuper quibus erat publice infamatus tantum, quod immo
de omnibus criminibus etiam ſuper quibus non eſt infama-
tus, debeat admitti. C. de procu. l. reum. 81. diſt. tantis Daniel. ſu
pra eo. omnipotens. Glo. 1. ſoluit, ꝙ contraria procedunt, cum
opponitur electo ante confirmationem. ſed hic cum opponi-
tur poſt iam conſecutum plenum ius per collationem, cui re-
ſtabat ſola poſſeſſio. pro hoc ſup. de app. cõſtitutus. 2. hoc enim
caſu non admittitur exceptio criminis, niſi de quo eſt infama-
tus. & dicit Compo. ſup. de elect. quod ſicut ꝙ ante omnia de-
bebit iudex recipere probationes ſuper infamia, quod eſt verũ,
& ſic intelligitur tex. in ver. mandamus. vſque ad verſi. deinde.
& ſi iudex inuenerit infamiam eſſe, tunc procedit ad diſcutiẽ-
dum de veritate criminis & ſi inuenerit vera eſſe, quæ oppo-
nuntur, amouebit ab adminiſtratione. Si autem non probabi-
tur veritas criminum, indicet purgationem infamato, vt hic,
in verſi. ſi vero. vſque ad fi. ſubaudiendo. Si autem inueneritis
eum infamatum &c. qui intellectus eſt verus in ſe. & ex hoc ha
bes, ꝙ infamia ſuper crimine habet tres effectus. vnus vt ſtatim
recipiatur probatio ſuper infamia. Secundus vt retardetur poſ-
ſeſſio. Tertius vt indicatur purgatio. Sed quia hic intellectus ex
torquet literam: dic aliter, vt dicam in ſequenti contrario. Op-
po. ſecundo ergo, ꝙ litera hæc inuicem cõtradicit. primò man
dat dari poſſeſſionem, ſi non ſubeſt infamia. ſecundo in verſic.
deinde. mandat audiri accuſatorem, ſi quis apparuerit. tertio
in ver. ſi vero, mandat indici purgationem, ſi erit infamatus &
iam pędixerat de non infamato. Sol. intelligendo textũ ſubau
diendo, & tranſponendo, vt dixi in præcedenti contrario ſecũ-
dum Hoſt. tunc ceſſat cõtrarium: ſed eſt extorſio literę. Poteſt
ergo litera intelligi clare ſic, quod ſi exceptor opponit crimen;
aut apparet de infamia, & auditur obiectio, & differtur poſſeſ-
ſio, & inquiritur de veritate criminum. & ſi probatur, excludi-
tur petens poſſeſſionem. Si autem non probatur, tunc punie-
tur opponens. vt in fi. verſi. ſi autem. Aut opponit exceptor cri-
men

Digitized by Google

men ſine infamia, & datur poſſeſſio, vt in ver. mandamus. deinde auditur accuſator, ſi quis apparuerit, vt in verſi. deinde. quo deficiente, iudex poteſt inquirere. vt in ver. ſi vero contra eum. ſi ſurrexit infamia, quæ forte ſurrexit poſt traditam poſſeſſionem, & indicet purgationem, vt ſequitur. Sed in hoc, quod dicitur in hac ſolutione, quod infamia forte ſurrexit poſt traditam poſſeſſionem. non videtur bene ſe conformare textui. propterea ſolue, & aliter vt in ſequenti contrario. Opp. 3. in ver. deinde, in eo quod dicit, deberi imponi ſilentium. reo enim non imponitur ſilentium, cum nihil petat: ſed imponitur accuſatori. pro hoc gl. in c. cum olim. de cauſa poſſ. & eſt glo. antepe. quam feci notare ſingulariter. Sol. Inn. exponendo verbum, accuſator. i. acceptor. Inn. tamen ſolum exponit verbum, accuſator, quod eſt in ver. Si vero. & ſic quo ad ver. deinde, non procedit hæc ſolutio. Ex hoc tex. iſte ſic debet intelligi. qa primo ponit caſum, quando ſubeſt exceptor, qui excipit de criminibus, de quibus nõ eſt infamatus. & tunc mandat executionem non deferri. ſed poſt eam factam, accuſatorem audiri, & procedit vt in ver. deinde. ſecundò ponit caſum, quando non ſubeſt exceptor exponendo in verſic. Si vero. verbum accuſator. i. acceptor, & is, contra quem eſt infamatus: tunc enim indicitur purgatio, vt in d. verſi. ſi vero. & ſecundum hunc litera plane procedit. Et per hoc habemus 3. modos concordandi literam, ne inuicem contradicat. vnum hic. alium in præcedenti contrario. tertium in ſecundo contrario præcedenti. & quicunque modus teneatur, non ſurgit iuris diuerſitas. Et dicit Inn. quod licet in ver. Si vero, nõ dicatur, tamen innuitur, quod ſi ante executionem appareret accuſator, differretur executio, ſi ille erat infamatus. quod puto verũ. ſed non probat hæc litera, niſi ab identitate rationis. Quò autem ad ver. deinde. exponendo verbum, accuſator. proprie dico quod verbum, imponatur ſilentium, improprie ponitur, vt intelligatur. i. abiudicetis ab eo præbẽdam. tamen ſi tenes præcedentem ſolutionem, no. caſum, quod contra prælatum poſſidentem poteſt excipi de crimine. Ad quod oppone de ca. conſtitutus. 2. ſup. de app. ex quo c. probatur, quod non debet audiri excipiens, poſtquam quis eſt conſecutus plenum ius. Sol. intelligit, quod auditur excipiens poſt collationem, quando non habuit tempus opponendi, antequam fieret collatio. Secus ſi habuiſſet tempus, vt quia volens conferre vocaſſet omnes volentes ſe opponere, ſicut facit confirmator de elect. c. ſi. lib. 6. tunc enim non audiretur, niſi ignoraſſet. ſup. qui ma. ac poſſunt. ca. fin. pro hoc quod no. Inn. de cauſa poſſ. cum olim. de do. & contu. cum olim. & Compo. de elect. quod ſicut, & Io. Cal. hic in additionibus. Si autẽ tenes, quod verbum, accuſator, ſtet proprie. Oppone, quia ſi per accuſationem probatur crimen, non ſolum debet accuſatus repelli a beneficio, vt dicitur in ver. deinde. ſed etiam deponi. ſup. eo. ſuper his. Sol. hæc nõ fuit accuſatio proprie, ſed actio ciuilis, vt priuaretur. ſed intelligendo, quod fuerit accuſatio proprie, oportet ſtari contrario, & hunc textum ſuppleri, & tũc inducitur iſte tex. ad illud, quod ſolet dici, quod deficiens in purgatione, priuatur, ſicut ſi eſſet directò conuictus in accuſatione. Papa enim accuſato mandat, ſi probabuntur crimina, imponi ſilentium, & idem mandat, ſi defecerit in purgatione. & dicit Abbas hoc melius hic, quam alibi. Sed dic, quod deficiens in purgatione debet puniri ſecundum modum agẽdi, vt ſi per viam exceptionis agebatur, repellatur ſolum ab illo beneficio. Si autem per accuſationem, tunc forte ſecus eſt dicendum. ſ. quod deficiens in purgatione non puniretur, ſicut ſi fuiſſet probata accuſatio. pro hoc tex. inf. de pur. can. inter ſollicitudines, & quod ibi no. in glo. ſi. Sed potius facit contra in eo, quod degradabatur ibi. tamen quia ibi non traditur curiæ ſeculari, ſed detruditur in monaſterium, potius probat illud c. quod non punitur deficiens in purgatione, ſicut ſi directò eſſet conuictus per accuſationem. vnde quia in hoc articulo dimiſerũt nos in ambiguo, oportet vltra eum intellectu procedere. Pro concludendo itaque hoc articulo pono vnam concluſionem nouiter excogitatam ſumma cum diligentia, & eſt talis. Deficiens in purgatione punitur ea pœna, qua puniretur ſi eſſet conuictus in inquiſitione. Hanc concluſionem probo, quia purgatio indicitur ex officio iudicis. d. c. inter, poſt prin. Indicitur, enim, accuſatore & teſtibus deficientib. de pur. can. c. nos inter. vbi expreſſe probat. Eſt ergo remedium ſubſidiarium, ad quod procedit iudex ex officio per inquiſitionem. Opp. primò ad hanc concluſionem, quod immo debeat imponi deficienti in purgatione ea pęna, quę imponeretur conuicto in accuſatione. probat hic tex. in verſi. deinde. vbi mandat probatis criminib per accuſationem imponi ſilentium ſuper præbenda. & eandem pœnam mãdat imponi deficienti in purgatione, in verſi. Si vero. Sol. in ver. deinde, exponis accuſator. i. exceptor, vt exponit Inn. in ver. ſi vero, ceſſat obiectio. Sed ſi ſtat proprie, vt tenui, dico, quòd accuſatio hæc & verbum accuſator accipitur improprie pro ciuili actione. probo, quia ſi ſtaret proprie, probato crimine, deberet imponi pęna degradationis. inf. c. proxi. verſi. verum. & tamen hic imponitur ſolum pœna ciuilis. ſ. priuationis beneficij. Si adhuc vis, quod ſtet proprie pro accuſatione, dico, quod pœna, quam papa mandat imponi, non tollit, quin & alia ſit imponenda. & tunc iſte tex. nihil facit contra concluſionem prædictam. hic enim deficiens in purgatione punitur vt conuictus in accuſatione quo ad illud, de quo in textu. ſed cum hoc conuicto de accuſatione debebit imponi maior pœna. dicto ver. verũ. Opp. a. ad eandem concluſionem de c. de hoc. inf. de ſymo. vbi dicit text. deficientem in purgatione puniendum tanquam authorem ſceleris, & ſic punietur, vt conuictus in accuſatione. reſpondeo quod cap. de hoc, debet intelligi cum limitatione concluſionis prædictæ. vbi aduerte, quod ratio, quare quod deficiens in purgatione punitur, vt cõuictus, eſt propter præſumptionem probabilem, quæ eſt contra eum propter infamiam criminis, quæ tranſit in violentam, cũ deficit in purgatione. hoc dicit glo. ſingularis ad hoc in c. inſinuatum, inf. de pur. c. & eſt glo. ſi per violentam enim præſumptionem bene fertur ſententia. ſup. de perſum. afferte. ſed præſumptio nõ poteſt operari plus, quam operaretur veritas, ſi de ea conſtaret. Sed ſi cõſtaret vere in proceſſu inquiſitorio, minus punitur inquiſitus, quam accuſatus. inf. c. proxi. ver. verum, quia inquiſitus non degradatur: ſed ab adminiſtratione remouetur, quod etiam notaui ſup. cap. inquiſitionis. in prin. ergo &c. Per hoc dico quod gl. vltim. in c. inter ſollicitudines. in eo, quod dicit minus puniri deficiente in purgatione, quam conuictum, non eſt vera, niſi intellecta ſecũdum prædicta, nec probatur ibi ex textu, vt ibi dixi. Dico tamen, quod quia contra deficientem in purgatione proceditur ex præſumptione, quãuis violenta, iudex debet multum temperare ſententiam, per glo. ſingularem Inn. ſup. de præſump. quia veriſimile. dixi. eo. tit. afferte. & per hoc dico, quod facilius remittit pœnam deficienti in purgatione, & facilius cum eo diſpenſabit, quam cum conuicto. Et hoc ſignes, & nunquam amplius errabis.

SVMMARIVM.

1 *Ius canonicum ſubalternatur iuri diuino.*
2 *Prælatus infamatus non poteſt adminiſtrare.*
3 *Inquiſitio antequam fiat, debet inquiri de clamore.*
4 *Fama inquiſitionem præcedere debet.*
5 *Et, copula aliquando ſtat pro, id eſt.*
6 *Fama præparatoria inquiſitionis qualis eſſe debeat.*
7 *Epiſcopus debet procedere in criminalibus cum capitulo.*
8 *Fama tenet locum accuſatoris.*
9 *Inquiſitio quando & qualiter fieri debeat.*

QValiter. Ponit theoricam, & practicã inquiſitionis melius, quam alia quæuis lex, vel decretalis. Diuiditur in partes quattuor. quia primò tractat, quando debeat fieri inquiſitio. ſecundo qualiter ibi. §. debet. tertio ad quid. ibi. §. ad corrigendos. quartò proteſtatur ſeu ſpecialem doctrinam de regularibus tradit ibi. §. hunc tamen. vſque ad §. debet. hoc dicit. Superior contra ſubditum maxime prælatum ſuper his inquirere tantum debet, de quibus eſt infamatus. vel breuius. Ad inquiſitionem nõ proceditur, niſi infamia præcedente, maxime contra pręlatũ. hoc dicit. noui, & veteris teſti auctoritates infra ponuntur. In Euangelio Luc. 16. In Geneſi. c. 18. deſcendam. ſ. per angelos, ſeu miniſtros. non tanquam, reſpondet tacitæ obiectioni, vt ſtatim dicam. Not. primo, quod ius canonicum † ſubalternatur iuri diuino, 1
& ex eo proceſſit, ſunt enim canonicæ ſanctiones diuinæ. 50. d. ſi quis diaconus. & ſuggerente ſancto ſpiritu promulgatæ, vt ibi. & not. ſup. de æta. & quali. tua. de iureiur. nimis. No. exemplum Euangelij de villico diffamato apud dominum. Not. quod prælatus † infamatus non poteſt adminiſtrare. i. nõ debet, ibi non poteris villicare. i. non debebis, niſi ſe purget. Not. quod antequam 2
fiat inquiſitio, † debet inquiri de clamore. & ſumitur hic clamor, vt idem ſignificet, quod fama ſecundum Inn. & ſic ponitur pro fama clamoſa. pro hoc de eo, qui co. conſan. vxo. ſuæ, ſuper eo. No. quod antequam procedatur contra inquirẽdum, debet primò ab eo inquiri veritas. ſicut dominus villici inquiſiuit a villico ibi, redde rationem. ita not. Hoſt. & ita ſeruatur, vt ante omnia petatur ab inquiſito de veritate, quam ſi confitetur, mitius cum eo agitur. 50. di. presbyterum. de ele. innotuit. hoc tamen fit, quando iam de infamia conſtat, vt infra plene dicam in fin. c. Not. quod 3
vt fiat inquiſitio, debet fama † præcedere, & innoteſcere iudici. ibi, ad aures, ſuperioris. Ex quo no. quod licet quis eſſet infamatus, ſi de 4

ADDITIO.

a Pro idem. adde gl. in c. cupientes in §. denique, de elect. lib. 6. gl. in clem. 1. de cau. poſſ. & proprie. glo. in l. 1. ff. ſi quis cau. Card. in c. peruenit. in 10. not. de fideiuſſo.

ſi de hoc ſuperiori non conſtitiſſet, non excuſaretur, ſi inquiſiſ-
5 ſet, immo eſſet redarguēdus, & puniēdus. No. ꝙ copula, & † ali
a qñ ſtat pro, id eſt, [a] ibi clamorē, & famā. licet. n. clamor aliquan
do dicatur ſurgere a paucis, & quando ſcitur author: fama aūt
a multis, & quādo author ignoratur, ad quod not. n. c. ſuper eo.
de eo, qui eo. conſan. hæc tamen ſumuntur pro eodem, vt ſup.
6 diai. No. qualis debeat eſſe fama † præparatoria inquiſitionis. &
a quibus ſurgere: quia nō a maleuolis, licet prouidis. Item non
ſemel: ſed ſæpe. & hoc ſæpe qūo intelligatur, eſt arbitrarium ſu
periori. vt dicit Spe. de inquiſitione. §. 1. poſt prin. No. ꝙ epiſco-
7 pus † debet procedere in criminalib. cū ſuo capitulo ibi, ſenio-
ribus. i. canonicis ſuis. & hoc niſi ex conſuetudine preſcripta cō
8 petat ſibi ſoli. de conſue. c. 3. l. 6. No. ꝙ fama † tenet locum accu
ſatoris in inquiſitione ibi, non tanquam &c. Et not. ꝙ culpæ. i.
delicta debent diſtrictione canonica coherceri. ad hoc 15. q. 7.
ſi quid. Not. ꝙ idem non poteſt eſſe accuſator, & iudex, & hoc
vſque ad §. licet. Opp. in eo, ꝙ papa dicit ſe olim aperte diſtinxiſ
ſe, & non dicit vbi. Sol. vt in glo. 2. Opp. ꝙ etiam ſi a maleuolis
ſurgat infamia, debeat procedi ſaltem ad inducendam purga-
tionem. de pur. ca. accedens. glo. in verbo, a maleuolis, ſtat con-
trario. ad hoc. inf. de adul. ſignificaſti. dic tamen, quod propter
talem infamiam non proceditur ad inquiſitionem, ꝙ latius
proſequar in materia inqſitionis. & hoc tenet. Hoſt. hic. Opp. ꝙ
idem poſſit eſſe accuſator, & iudex 2. q. 1. primo ſemper. vbi di
citur primo probate, poſtea iudicate. Sol. ibi verbum, probate,
exponitur. i. examinate. non ergo eſt idem accuſator, & iudex.
9 alias obſtaret c. forus. de verb. ſig. & 4. q. 4. c. 1. Quæro, † quādo,
& qualiter ſit procedendum ad inquiſitionem. glo. magna hic
pertractat: quia pars huius materię contingit maxime §. debet,
& duos. §. finales. ideo in fine c. totam expediam.

ADDITIO.

a Pro, id eſt. Adde gl. in c. cupientes. §. denique. de elect. lib. 6. gl. in cle. 1. de cau. poſſ. & propr. gl. in l. 1. ff. ſi quis caut. Card. in c. peruenit. in 10. no. de fideiuſſ.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus tenetur ex officio arguere.*
2 *Prælati dicuntur columnæ eccleſiæ.*

LIcet. Not. ꝙ prælati ſunt quaſi ſignum poſiti ad
a ſagittā, [a] habentur verba tren. 3. Itē ꝙ diffi-
cile eſt eſſe prelatum, cū non poſſit omnib. compla
cere. ſed nec curandum eſt. vnde apoſtolus ad Gala
tas primo. Si omnibus complacerem alijs hominibus, Chriſti
ſeruus nō eſſem. & c. 4. & inimicus factus ſum vobis, verum di-
1 cens. 47. c. ſi. No. ꝙ ex officio tenetur prælatus † arguere. ſ. admo
nendo & increpare. ſ. corrigendo, & comminando. & ligare. ſ.
per excommunicationem vel aliam pęnam cenſuræ eccleſia-
ſticæ, vel ſimile. Item ꝙ pauci diligunt iuſtitiam in ſeipſis, alias
non turbarentur contra prælatos. Not. ꝙ accuſatio prælati non
facile admittitur. 6. q. 1. Beatus. & c. ſacerdotes. & c. oues. Not. ꝙ
2 prælati † dicuntur columnæ. ſ. eccleſiæ, quib. concuſſis corruit
ædificium, & dicuntur firmę baſes eccleſię. de ele. fundamēta,
in prin. lib. 6. Opp. ꝙ ſi ædificium eccleſiæ. i. eccleſia non poſſit
corruere. 24. q. 2. non turbatur. & c. loquitur. Sol. patet in parte,
ſic loquitur tex. non ex toto, vt in contrario.

ADDITIO.

a Ad ſagittam. adde c. magnæ de voto.

SVMMARIVM.

1 *Iura contra delicta prodita ſunt.*
2 *Accuſatio tendit ad capitis diminutionem.*
3 *Degradatio dicitur capitis diminutio.*
4 *Inquiſitio accuſationem præcedere debet.*
5 *Inquiſitio debet a iudice formari ex affectu charitatis.*
6 *Inquiſitus amouetur tantum ab adminiſtratione.*
7 *Similitudinibus, & prouerbijs vti eſt licitum.*

VErum. No. prouidendum eſſe, ne prelati iniu-
ſte criminētur. i. de crimine deferātur.
1 No. ꝙ iura ſunt † prodita contra delicta, tanquam
medicina cōtra morbum. ad hoc in auth. hæc con
ſtitutio, quę innouat conſtitutionem in prin. 8. col.
2 & ſup. de iur. cal. cęterum. Not. ꝙ accuſatio † tendit ad diminu-
tionem capitis 2. q. 7. §. quia ergo. Ex quo not. ꝙ pęna diminu-
tionis capitis habet locum etiam de iure canonico. Not. ꝙ de-
3 gradatio † dr̄ capitis minutio. Not. ꝙ accuſationem debet pre-
4 cedere inquiſitio † ſup. eo. ſuper his. & quod ibi dixi. No. ꝙ tunc
demum inquiritur contra prælatū, qñ infamia, & clamor non
poteſt ſine ſcandalo tolerari, ſeu diſſimulari. Not. ꝙ inquiſitio
5 debet a iudice formari ex affectu charitatis. Ex quo no. ꝙ cōtra
iudicem poteſt opponi, ꝙ zelo nō charitatis, quod probabitur
ex coniecturis. vt ſi volebat extorquere pecuniam a ſubdito, ꝙ
ille denegabat, & iuſte, vel quid ſimile. Not. ꝙ per inquiſitionē
6 etiam † ſi exceſſus ſit grauis & probatus, non degradatur inqui
ſitus ab ordine: ſed tantum ab adminiſtratione amouetur. No.
7 licitum † eſſe loqui per prouerbia, [a] & ſimilitudines, ſicut hic
a papa. exemplum de villico traxit ad prælatum ibi, quod eſt
ſecundum ſententiam euangelicam &c.

ADDITIO.

a Prouerbia. adde c. & ſi Iudeos ibi per Io. An. & Io. de Anan. de iud. ext. & ibi Abb. in c. quemadmodum. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Contumaciter poteſt contra abſentem procedi per inquiſitionem.*
2 *Citari debet is, contra quem inquiritur.*
3 *Ordo iuris in inquiſitione eſt ſeruandus, quo ad ſeculares, non quo ad regulares clericos.*
4 *Nomina teſtium inquiſito debent proponi.*

DEbet. Inquirendus debet citari, & ſibi tradi co
pia articulorum & dictorum teſtium, &
nominū, & recipiendæ ſunt ipſius exceptiones. No.
1 ꝙ contra abſentem cōtumaciter poteſt procedi † p
inquiſitionem etiam ad ſententiam. ſup. vt lite non conte. quo
2 niam. §. ſunt & alij. Ex quo no. ꝙ debet citari is, † contra quem
inquiritur, ſi. n. dominus villici cū ad ſe vocauit, vt ſup. in prin.
ibi audiuit ab illo, redde &c. & ſic vides, qūo continuatur illatiue
iſte §. debet igitur eſſe præſens &c. No. ꝙ inquiſito exponun
tur capitula, ſuper quib. inquiritur: ſi tamen non facta ſibi tali
expoſitione confiteretur crimen, tenet proceſſus, nec poterit
eo prætextu impugnari. nec etiam ſi dicere velit, ꝙ non erat in-
famatus. inf. eo. c. 1. lib. 6. No. ꝙ in inquiſitione debet ſeruari or
3 do iuris, † ꝙ dicit gl. verum quo ad ſeculares clericos. quo ad rę
4 gulares non vſquequaque vt in fi. No. ꝙ nomina teſtium † de-
bent exponi inquiſito. fallit in cauſa hæreſis. de hær. c. vlt. li. 6. &
ibi eſt fauore fidei. No. ꝙ debet prouideri ne teſtes habeant cau
ſam deponendi falſum. Materia inquiſitionis proprie cadit in
hoc §. ſed quia duo ſequentes etiam attingunt materiam, ideo
reſeruo in fine.

Ad corrigendos. No. ꝙ prælatus debet aſſurgere ad correctionem ſubditorum. & ſup. in prin. habuiſti, quod debet deſcēdere corpore. No. modum loquendi, cum quis dicit ſe tacere, ꝙ exprimit, & eſt color rhetoricus, qui dicitur præoccupatio. No. cōtra breuitatem nimiam. ibi compendium, ad hoc illud Horatij. obſcurus fio, cum breuis eſſe laboro. Notanda eſt breuitas, non nimia, iuxta illud Horatij. quicquid dicturus es, eſto breuis, vt quicquid doceas cito capiant dociles animique fideles. No. prouidendum, ne inquirendus, ſeu accuſatus patiatur graue diſpēdium, quod incurreret ſi nimis perfunctorie admitteretur accuſatio, vel fieret alius proceſſus. No. de tribus modis procedendi ſuper criminibus. ſ. per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, & 4. annectit. ſ. in notorio. reperit, & quintus p viam. ſ. exceptionis. ſup. eo. ſuper his. Item textus. ſ. per viam actionis, cum agitur ciuiliter de crimine. de reſcr. ex parte 1. de iureiuran. querelam. de procu. tuæ. Not. ꝙ ſicut accuſationem præcedere debet inſcriptio: ita & denūciationem charitatiua monitio, & inquiſitionem infamia. Not. illud generale, iuxta formam iudicij debet dictari forma ſententiæ. Quærit gloſſ. qualis erit forma. & ſoluit, quod triplex, & proſequere, vt in ca & infra plenius dicam.

SVMMARIVM.

1 *Ordo iuris cum proceditur contra religioſum non eſt attendendus.*
2 *Regulares ſine cauſa ab adminiſtratione non ſunt amouendi.*
3 *Clericorum cętus eſt dignior, quam monachorum.*
4 *Ciuiliter agi de crimine quomodo cognoſcatur. & quando criminaliter.*
5 *Punitiones an ſint diuerſæ ex proceſſu inquiſitorio & denunciatorio.*
6 *Inquiſitionis modus.*
7 *Inquiſitio an indiſtincte formari poſſit.*
8 *Infamia ſi ſit proceſſa a maleuolis, an ſortiatur effectum.*
9 *Teſtes ſuper infamia quid deponere debeant.*
10 *Teſtes ſi diſcordant in aliquo, an tollatur eorum fides.*
11 *Citatio ad domum an ſufficiat.*
12 *Teſtium nomina an ſimul tradi debeant.*
13 *Suſpicio an poſſit opponi contra iudicem.*
14 *Teſtes publicatis atteſtationibus an poſſint recipi.*
15 *Pœnarum genera. §. hunc tamen.*
16 *Index an neceſſe habeat in ſententia pœnam exprimere.*
17 *Sententia cum eſt lata contra aliquem, an poſſit ſpoliari beneficijs.*

18 *Excommunicatio cui pœnæ æquiparatur.*
19 *Degradatio in quo differt ab amotione perpetua.*

HVnc tamen. In regularib.ad vnguem non obſeruatur ordo præmiſſus.
1 No.ꝙ cum proceditur contra religioſum ſeu regu
larem,non attenditur per omnia ordo † iuris. pro-
bat verbum vſquequaq; ꝙ idem importat,ꝙ per omnia . vel.i.
2 ad vnguem.No.ꝙ regulares † non debent amoueri ab admini
ſtrationib.ſine cauſa.ſed cum cauſa poſſunt.No.ꝙ facilius,& li
benus poſſunt regulares amoueri ab adminiſtratione, quã cle-
rici ſeculares: quia nec tot exceptiones recipiuntur : nec ita ad
vnguem ordo iuris ſeruatur . Ex hoc not.gl.ꝙ dignior eſt cętus
3 † clericorum,quam monachorum,quæ ad hoc ſingularis. ſed
poſſet dici,ꝙ ſe habent,vt excedentia,& exceſſa.Opp.primò,ꝙ
etiam in regularib.debeat ſeruari ordo iuris,quia niſi ſeruetur,
veritas relinquetur.Sol intellige non vſquequaque ſeruari ꝙ.ſ.
quo ad iuris ſubtilitatem.veritas tamen non eſt omittenda.de
verbo.ſi.cle.ſępe. Opp.ſecundo,ꝙ ẽt ſine cauſa poſſint regula-
res ab adminiſtrationib.amoueri.de ſta.mo.c.2.de cõfir.vti ad
noſtram.& c.porrecta.cle.quia regulares.de ſupplen.negli.pręla. Sol. aliquando ad inſtãtiam eſt temporalis & amouibilis ad
nutum.& de illa loquũtur contraria. Aliqñ non amouibilis ad
nutum,& tunc procedit hęc litera. Tractaturus materiã inqui
ſitionis pro introductione eius , quæro primo generaliter qũo
procedatur,& quot modis ſuper crimine inueſtigando, ſeu pu
niendo.So.dic duobus. Aliqñ ex iure ſpeciali.pone exemplum.
ſup.eo. ad petitionem . vbi papa ex officio prouidet,& interdũ
delet quicquid opponitur,quod poteſt ex plenitudine pſtãtis,&
idẽ eſt in alio iudice habente poteſtatem diſpenſandi, ꝙ dic,vt
ſup.de iud.at ſi clerici.§.1.& inſ.de pęnis licet.Aliqñ proceditur
de iure cõi, & de hoc mõ eſt intentio in propoſito,& tunc dic,
ꝙ duob.modis principaliter ꝓceditur.ſ.ciuiliter ſup.de procur.
tuæ.ſup.eo.ſuper his Et criminaliter,vt hic.§.veniñ. Et ſub vtro-
que mõ habemus ſex modos principaliter inueſtigandi, & pu
niendi crimen.de quatuor fit mentio hic in §. ad corrigẽdos.ſ.
cum proceditur per viam notorij,vel per accuſationem,vel de
nunciationem, vel inquiſitionem . duos addidi ibi.ſ.per viam
4 exceptionis,& per viã actionis ciuilis. Vbi quæro,qũo† cogno-
ſcetur, ꝙ de crimine agatur ciuiliter,& non criminaliter,vel e-
contrario. Sol. Innoc.ꝙ ciuiliter dr̃ agi,quando actio tendit ad
proſecutionem intereſſe agentis , quod probat diffinitio actio-
nis:quia eſt ius proſequendi in iudicio,ꝙ ſibi debetur inſtit. de
actio. in prin . & procedit hoc ex quocunque agatur ſiue ratio-
ne criminis furti,vel cõſimilis criminis.Siue ex cauſa mere pe-
cuniaria,ut actione depoſiti, vel ſimilibus . Ad quod oppone,
quia aliquando agitur ciuiliter,non tamen intenditur ad ſpãle
intereſſe alienius,vt in popularib.actionib.ff. de popularibus a-
ctio.l.1. & per totum. So. Inn.ꝙ in eis agitur ad ſpeciale intereſ-
ſe vniuerſitatis,ꝙ no.Criminaliter autem dr̃ agi,cum tenditur
ad pęnam,vel vindictam.C.qui ac non poſſunt. l.non ignorat,
& l.ſi quis.& hoc ſiue pœna ſit in corpore,ſiue dignitate vel fa-
ma.d.l.ſi quis.Siue bonorum ablatione.ff.de vi priuata l.1. Siue
etiam ad pœnam pecuniariam applicandam fiſco.ff.de pręua-
rica.l.3.§.fin. Ita enim eſt vindicta in pecunia,ſicut in corpore,
vel fama ſecundum Inn.quod no. Opp.ad hoc,ꝙ immo in cri
minali actione veniat intereſſe. ĩ auth.vt nulli iud.§.ſuper hoc ,
& auth.vt iud.ſine quoquo ſuffra.§.neceſſitatem, vbi iudicibus
male ſe habentib.imponitur pœna exilij,quę nõ imponeretur,
niſi criminaliter ageretur . & cũ hoc ẽt pecuniaria, vt reſarciat
damnum læſis. Rñdet Inn.ꝙ ibi fuit proceſſum inquirendo.&
in inquiſitione poteſt tendi ad vtrũque.ſ.intereſſe & pœnã . ar.
c.per inquiſitionẽ.ſup. de ele.ꝙ nõ facit multum,dictum tñ eſt
notabile.Et puto eſſe verum,qñ tenditur ad reſarciendũ inter-
eſſe nõ attento intereſſe tertii,ſed attẽta correctione delinquẽ-
tis.ſicut cõpellit eṗs vſurarium ex officio,vt reſtituat vſuras,nõ
attento intereſſe ſingulorũ : quia hoc reſpectu non poſſet,ipſis
non petentib.de iureiur.ad noſtram.2.& quod ibi no.Sed ex of
ficio poteſt attento fauore animæ vſurarii.vel aliter ſm Inn. in
illo.§.fit cõdemnatio ad duo per duplicem actionem.ſ. per in-
quiſitionem quo ad pęnã criminalem , & per actionẽ ciuilem
quo ad intereſſe. Et poſſent ſm Inn. etiam hæ actiones ſepara-
tim intentari,nec refert,quę pręmittatur.C.qñ ciuilis actio ꝑiu
dicet criminali.l.vnica.quod dic,vt ſup.eod.de his. vbi dixi . Et
ſm hoc dicit Inn. intelligendas multas leges , quæ in cã crimi-
nali dicunt pecuniam dandam læſo.C.ad l.Iul.repetundarum.
l.vlt.ff.de ſepulchro violato.l.3.§.qui ſepulchro.& §.ſequenti,vt
intelligamus ad intereſſe debere intẽtari actionem ciuilem, ꝙ
no.Hoc præmiſſo proſequor modos prętactos.de mõ quidem
notorii,dic plene,vt in c.veſtra.ſup. de coha.cleri.& mulie. De
mõ actionis ciuilis dic,vt in c.tuę.præall.de proc. De mõ exce-
ptionis dic vt ſup.eo. ſuper his . De mõ autẽ accuſationis etiam
ibi,& ẽt mõ denunciationis. Tamen circa modum accuſatio-
nis quæro de quæſtione facti.dr̃ in l.libellorum .ff.de acc. cano-
nizata. 2.q.8.ꝙ non expedit in libello poni diem commiſſi cri-
minis:licet debeat poni tempus.ſ.anni & menſis.d.c.tuæ.Quid
ergo ſi fuit dies appoſita,& probatum crimen,ſed non dies. Ri
char.malum.diſputauit & terminauit,ꝙ ſuccumbet accuſator
per l.habebat in prin.ff.de inſtitoria.quia ſe ad hoc aſtringit ad
hoc ſup.de prob.licet,de re iud. Abb.ad ſi.lib.6.ff.de cond.inde-
biti.l.ſi non ſortem.§.libertus. Item alteratio qualitatis facit vi
deri maleficium alteratum.l.denunciaſſe.§.qui tñ.ff. de adul.ꝑ
hoc de ele.ab eo.& hanc partem tenet Bart.ff. de pub. iud.l.is q
reus. dicens hoc procedere in actu reiterabili,vt adulterii,& ſi-
milium,& quando dies fuit adiecta termino propinquo cõclu
ſionis libelli. vt ſuper adulterio,de quo agebatur . Secus ſi adii-
ceretur termino remoto. vt ſi quis agens petitione hæreditatis
dicat defunctum obiiſſe tali die.licet non probet diem,nõ ſuc-
cumbet.ſufficit,ꝙ probet obitum. dies.n.hic eſt adiecta termi-
no remoto.debemus autem põderare id,ꝙ eſt eã proxima con
cluſionis libelli.ff.de libe.leg.l.Aurelius.Per ꝙ pridie in q̃ſtione
facti,cum repeterentur vſuræ ab hærede, & narratũ fuiſſet eun
dem ſucceſſiſſe in crimine vſuratum,& eſſe vſurarium,& peti-
tum eſſet,vt ſolet fieri,pronunciari prædicta vera eſſe.dixi.intel
ligendum de prædictis quę.ſ.tanquam eã proxima inferunt in-
tentionem,vt ſic ſufficeret probatum eſſe, ꝙ ſucceſſerit in cri-
mine, ẽt ſi non ſit probatum eum vſurarium . ſed in actionib.
non reiterabilibus , vt eſt homicidium , vel membri mutilatio
dicit Bar.nõ procedere dictum Richar.malum. quia in illis nõ
poteſt ſurgere alteratio criminis ex alteratione diei , cum non
poſſit committi,niſi ſemel. & ſic defectus probationis qualita-
tis diei ſuperfluo adiectæ,non impedit aliam probationẽ. quæ
dicta Bar.licet pulchra,videtur nõ procedere, quatenus diſtin-
guit inter actum reiterabilem & irreiterabilem. nam etiam in
actu irreiterabili non pręſumitur,niſi vnicus actus,niſi aliud vr-
geat præſumi pluralitatem. vt in caſu.c.cum tu.ſup.de teſt.præ-
terea dici poſſet, ꝙ aut accuſans adiecit illam clauſulam ſolitã,
nõ aſtringens me ad probandum , niſi quæ ſufficiant ad victo-
riam &c. & tunc debeat obtinere. ex quo de ſuperfluo dies fuit
adiecta.Aut non adiecit.& tunc præponendo crimen ſub certa
die ſub ſtructu vr̃ ſe aſtringere ad vtrumque probandum :ſecus
ſi ſub diuerſo.ſup.de prob.licet . & pone exemplum per ibi no.
in exemplo illo, cum opponitur teſtibus,ꝙ corrupti falſã dixe-
runt.Dicunt autẽ aliqui,ꝙ cautus aduocatus publicatis atteſta
tionib.cum videt diem non probatam , poteſt hãc qualitatem
detrahere per.§.ſi minus,inſt. de actio. & ff. de noxali. l.in deli-
ctis.§. ſi detracta Sed Io.And.in add.Spec.eo.tit. in rubrica dicit
hoc falſum. In aliis tamen criminibus pone,accuſat quis Titiũ
de percuſſione cum ſanguine.probat percuſſionem,ſed nõ ſan
guinem,publicato proceſſu vult detrahere illam qualitatem .
dicit ꝙ non poteſt.quia hodie poſt litem conte. libellus mutari
non poteſt.C.de edendo.l.edita.& ibi no.& ꝙ dixi de libelli ob-
la.c.2. pro hoc ratio , quia acquiſitum eſt ius aduerſario,vt ſuc-
cumbat proponens factum ſub qualitate,qui non probat quali
tatem.Caſus eſt de elect.ab eo lib.6.& cle.conſtitutionẽ. §.pen.
eo.tit.Ad §.ergo ſi minus,dic ꝙ non ob.per ibi notata in gl. Ad
§. ſi detracta . dic,ꝙ ibi non agitur de pręiudicio aduerſarii . ita
no.in c.ab eo.& hæc omnia ſigna. Propter quæ vides,vtilẽ eſſe
cautelam ,vt quis non adiiciat qualitatem,ad quam non tene-
tur. & ſi addidit, apponat per verba maxime,& ſubiiciat illam
clauſulam , non aſtringens &c. Cætera circa modum accuſa-
tionis dic,vt in l.libellorum. Circa modum denũciationis poſ-
ſunt plura quęri,de quib.plene dixi ſup.de iud.nouit. vbi plene
illam materiam expediui Quęro tamen,nunquid denuncians
teneatur pręmonere.gl.magna in prin.hic dicit,ꝙ nõ,vltra me
dium ver.& cum proceditur ad denunciationem . Sed Spec.de
inquiſitione.§.1. ver. ſed nunquid.tenet cõtrarium,quod tenet
Io.An.cum denunciatio eſt euangelica,vel canonica. Sed quã-
do fit ad parandum inquiſitionem,dicit gl.eſſe veram . de hoc
per Arch. 12.q.2.indigne.ſed proprie loquendo non eſt denun
ciator,ſed eſt coadiutor & inquiſitionis miniſter. ad hoc.ſupra
eo.cum oporteat.& quod ibi no.Quæro etiam,ad quid fiat de-
nunciatio.gl.3.§.ad corrigendos.dicit,ꝙ regulariter fit ad per-
agendam pęnitẽtiam, ꝙ eſt verum de euangelica.ſecus in iudi
ciali,vel canonica ſm Hoſt.de quo in Spe. de denunciatione §.
5 2.ver. vt autem . Quæro,an ſit † differentia in modo puniendi
inter proceſſum inquiſitorium,& denunciatorium. gl.eadem
ſol. dicens, ꝙ ſic,ꝙ patet ex ſolutione præcedentis quæſtionis :
quia denunciatio non tendit ad pęnã : ſed inquiſitio ſic,vt hic
in §.veniñ ꝙ dicit gl. procedere niſi in caſibus,qui impediunt
ẽt poſt pęnitentiam vt ſup.c.inquiſitionis.in prin. ſed idem dici
poſſet in quocũq; crimine,in quo ſola pœnitẽtia non ſufficit,vt
in furto,& rapina,vel ꝙ tendit ad depoſitionem . ꝙ dic,vt ſup.
6 de iudic.at ſi cleric.1. Venio ad modum † inquiſitionis.Quæro
de

Digitized by Google

de tribus principaliter. primò qñ perueniatur ad inquiſitionē.
ſecundo qño in ea procedatur. tertio quæ ſententia veniat feren
a da. Circa primum ante omnia quæro, quæ eſt inquiſitio.[a] & an
tequam hoc ſoluam, quæro quotuplex. Sol duplex. quędā, quæ
non concernit crimen, vt cum iudex per oculorum inſpectio-
nem iudicat de aliquo. ff. fi. reg. l. ſi irruptionem. Sicut de impe
dimento arctitudinis iudicant matronæ. ſup. de frigi. fraterni-
tatis. & iſte modus aliqñ fit ad priuatam vtilitatem regulariter,
ſed quæ ad vtilitatem priuatam prohibetur inquiſitio. fallit fa-
uore pupillorum. l. 2. & 3. C. de naui. c. li. 11. Aliqñ ad publicam
vtilitatem, ſicut inquiritur de electo & electione. ſup. de elec. cū
nobis, & c. fin. lib. 6. Qñque & ſecundò concernit inquiſitio cri-
men, & tunc aliqñ ad crimen inueniendum, & puniēdum, ſed
non immediate, aliquando immediate. de prima pone exem-
plum, vt eſt inquiſitio teſtium ſinodalium, de qua. ſup. de teſti.
co. præterea. 2. & inf. c. 2. de iſtis in l. ea quidem. C. de acc. De ſe-
b cunda dic, ꝙ eſt multiplex.[b] quædam generalis quo ad pſonas,
& quo ad delicta, vt cum iudex inquirit, an ſit aliquis crimino-
ſus in ciuitate ff. de off. præſi. l. congruit. ſup. de off. or. c. 1. Aliqñ
eſt generalis de perſonis, & ſpecialis de delicto, vel econuerſo.
Exemplum primi. Reperitur quis interfectus, iudex inquirit,
quis cōmiſerit. Exemplum ſecundi, vt cū iudex inquirit ꝯ tuto
rē generaliter de ſuſpecto, vel ꝯ prælatū. inf. de collu. c. fi. qñque
eſt ſpālis quo ad vtrumque quo ad perſonam & delictum. exē-
plum de ſe patet. Per hæc vides, ꝙ inquiſitio non ſemper fit ad
crimen puniendum. immo qñque ad inueniendum. qno. Inn.
ſup. de elect. bonæ. el 1. & patet ex prædictis. Alij aliter diuidunt,
vt Hoſt. ꝙ quædam eſt inquiſitio generaliſſima, vt cum in con-
ſilio prouinciali quæritur de ſtatu prouincię. inf. c. prox. Quędā
generalis de ſtatu eccleſiæ ciuitatis caſtri, vel loci in capite, &
in membris, vt cum prælatus viſitat. de off. or. c. 1. & c. irrefraga
bili. 10. q. 1. placuit de hæret. excōicamus. §. adiicimus. Quædā
ſpālis, vel ſingularis, & qñque nullo denunciante, ſed fama de-
ferente. qñque aliquo denunciante, vt hic in tex. diuiſio præce-
dens, quam dedi, eſt melior. Hoc præmiſſo, diffinio inquiſitio-
nem primò generaliter, ꝙ eſt proceſſus iudicis, qñque ex offi-
cio nullo coadiuuante, qñque alio coadiuuante, nulla tñ inſcri
ptione facta, in quo exuberat iudicis officium. vel ſpāliter quā-
tum attinet ad materiam capituli quatenus. ſ. inquiſitio fit ſup
crimine, dic, ꝙ eſt proceſſus ſuper crimine inueniendo, vel pu-
niendo ex officio iudicis effluens, qñque nullo coadiuuāte, ſed
ſola fama, ſeu clamore præcedēte, qñque aliquo coadiuuante,
non tñ ſe inſcribente, nec proprie agente, ſed veluti miniſtro.
7 Quæro † nūquid poſſit indiſtincte procedi per inquiſitionem.
gl. iuris ciuilis in l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. tenet, ꝙ non, quā te-
net ibi Dy. Bar. tamen ibi dicit, ꝙ cum inquiſitio fit ad crimen
puniendum, ēt de iure ciuili poteſt iudex procedere per inquiſi
tionem. quæ opinio probatur per ſtatuta terrarum, quæ hoc p-
mittunt ſimpliciter. ſed pro præcedenti facit glo. magna hic in
prin. ver. item & illud. quę dicit, antequam procedatur ad inq-
rendum, debere ſtatui terminum volentib. accuſare, vt ſi quis
appareat, audiat, de quo in c. inter. inf. de pur. can. in 1. glo. Io. tñ
& Goff. dixerunt iudicem poſſe inquirere, ēt non præfixo hoc
termino, ꝙ ſimpliciter refert Io. And. & aliud non dicit. Ego di
co, ꝙ de iure canonico certum eſt, ꝙ inquiſitio eſt proceſſus, q
fieri poteſt libere a prælato nō præmiſſo termino prædicto. pro
hoc tex. hic in §. ad corrigendos. & ſup. eo. ſuper his, in prin. Per
hoc decido aliam qōnem. Quæro. n. quid ſi inchoato proceſſu
inquiſitorio ſuperuenit accuſator, nunquid ſuperſedebitur in-
quiſitioni? Dy. in regula, factum legitime. lib. 6. dicit ꝙ ſic. quia
inquiſitio eſt remedium extraordinarium, ꝙ ceſſare debet cū
ſuperuenit ordinarium. ff. de mino. l. in cauſæ. 2. & quod no. de
off. or. conquerente. de reſt. in integ. conſtitutus. Cy. ꝯ. C. eo. ti. l.
ea quidem. quia proceſſus inquiſitorius eſt adinuentus, vt cri-
mina non remaneant impunita, ꝙ eſt fauorabile. de ſent. excō.
vt famæ. dñs Io. de li. hic tenuit opi. Dy. & eam tenet Bar in l. ſi
maritus. ff. de adul. & hoc de iure, ſed per ſtatuta diſponitur, ꝙ
cum habeat iudex poteſtatem inquirendi per ſuperuenientem
accuſationem, nō tollatur inquiſitio per ſtatuta dicta in q. pce.
Fortius ergo ſi iam incepit, non impeditur accuſatione ſuper-
ueniente. Quæro, quia dixi, ꝙ dēt præcedere infamia, nūquid
hoc ſit neceſſarium. quidā dicunt, ꝙ tenet inquiſitio, nō pcedē
te infamia. tñ ſi inqſitus appellaret, expedit corā iudice, ad quē,
vt iudex doceat infamiā præceſſiſſe. ꝙ tenet Spe. de inquiſitio-
ne. §. nunc tractemus. ver. hoc aūt ſcias. Hoſt. dicit hoc procede
re in ordinario, non in delegato: quia delegatus tenetur prædi-
ſcutere infamiā. ſup. c. cum oporteat, & cautum mēt eſt ordina-
rio prædiſcutere, vt poſſit coram ſuperiore probare, ſi appella-
ret inquiſitus. Inn. in c. ex part. ſup. de off. or. tenet ꝙ ordinarius
pp ſolā ſuſpicionē pōt cogere ſubditū ſuum, vt ſe purget, & ſic
vult, ꝙ ſuſpicio ſola ſufficiat ſine infamia, ꝙ tenet Arch. proce-
dere in ordinario. in c. 2. ꝯ. eo. li. 6. Ego dico, ꝙ ſi loquimur in de
legato, neceſſe eſt, ꝙ prædiſcutiat infamiā, & ꝙ infamia pcedat,
caſus eſt in c. 1. & 2. inf. eo. li. 6. vbi notanter pondero, ꝙ in vtro
que loquitur de delegato. hæc tamen neceſſitas non infringit
proceſſum ipſo iure: immo tenet, niſi appelletur. d. c. 2. De ordi
nario dico, ꝙ non eſt neceſſe, ꝙ præcedat infamia, ſed ſufficit,
ꝙ præcedat clamor, qui ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit. p
hoc iſta litera, & illa duo e. a ꝯrio. & circa hoc adde, ꝙ dico in
illo c. ex parte. Melius dic vt in ſeq. q. in fi. Et quo ad hoc dico, ꝙ
ēt ordinarius non inquirit, niſi præcedat infamia, quia hic cla-
mor, & infamia pro eodem ponuntur. ſup. in prin. c. ibi ſi p cla-
morem, & famam. vbi expoſui. & pro ideſt, ſed ſufficit in ordi-
nario, ꝙ ſubeſt infamia, ēt ſi nō inquiſiuit, vt quia ad aures eius
ēt non procedentis iudicialiter peruenit infamatus, vt hic in
tex. Delegatus aūt puniretur, qui non prędiſcuſſit, ſi inquiſitus
appellat per prædicta. Et procedunt hæc maxime in inquiſitio-
ne ꝯ ſpecialē perſonā. nam in inquiſitione generali, vt cum agi
tur de matrimonio ꝯhendo iux. c. fi. de clan. deſpon. vel cū pete
tur confirmatio electionis. de ele. cum nobis. & in ſimilib. cum
tunc procedit iudex ex officio, ēt nulla infamia præcedente. de
quo per Hoſt. in ſumma de inquiſitionib. ſub Rubrica de cri-
8 minib. ſine ordine puniendis. Quæro, quid ſi infamia † eſſet or
ta à maleuolis, ſeu maledictis, dicit Hoſt. ꝙ per eam non pcedit
iudex ſuper veritate, ēt ſi inquiſitus ſe non purget: immo dixe-
runt alij, vt Tan. Goff. & Phi. ꝙ non eſt indicenda purgatio. de
pur. can. cū in iuuentute. Inno. aūt dicit, ꝙ ēt ſi ab vno ſolo orta
ſit infamia ēt maleuolo, vel ſcandalum poteſt procedi ad inqſi
tionē. mouetur: quia ordinarius poteſt indicere purgationē, ſi
clericus eſt ſibi ſoli ſuſpectus. 2. q. 5. omnib. in fi. ad hoc qđ not.
in d. c. ex par. de of. or. ꝙ vr̄ verum, dummodo eps habeat ſuſpi
cionē probabilem. & dico probabilem per c. omnib. in fi. ſi ſub-
ditus eſt ſuſpectus ſoli prelato, & quod pōt ei purgationē indi-
cere. Moueor quia ibi alternatiue dicit, ſi eſt ſuſpectus epo, aut
ſuis. Sed ſi ſuſpicio non eſt probabilis, dico procedere opi. præ-
cedentem, vt non poſſit inquiri. hæc tamen intellige, vt dixi in
e. ex parte. qñ ſuſpicio hētur ab epo, non tanꝗ priuato, ſed tanꝗ
prælato. ꝙ dixi plenius ibi & in clem. 1. de of. or. q. 4. Et intelligo
ſuſpicionem ex fama ſurgentem, & ex clamore, qui nō poteſt
diſſimulari, vt in principio. e. in ver. verum, cui omnino ſtandū
9 eſt. Quæro, quid dicent teſtes † ſuper infamia. dicit Inn. ꝙ debēt
deponere, a quib. audiuerunt de infamia, ēt ſi non interrogen-
tur, alias. n. ſciri non poſſet, an illi eſſent graues, an maleuoli. q-
dam tñ vt refert, dicunt, hoc nō eſſe neceſſe, ſed ſufficere, ꝙ de-
ponant infamiam eſſe: quia reſeruatur parti aduerſæ facultas
probandi ꝯrium. ſ. ꝙ fuerint viles, ꝙ de facto obſeruatur. & eſt
verius vt ēt dixi. ſup. eo. cum oporteat: Et huius obſeruātiæ dic
rōnem, quia quilibet præſumitur honeſtus, niſi doceatur de ꝯ-
rio, de præſum. c. fi. Sed quid ſi vnus teſtis deponit, ꝙ audiuit a
duob. alter ꝙ ab aliis duobus, & ſic de aliis, dicit Inno. non eſſe
neceſſe, vt ambo teſtes audiuerint ab eiſdem prouidis, vel eo-
dem tpe, vel loco. ſufficit. n. ꝙ concordant in eo, ꝙ eſt probādū,
q. ſ. eſt infamatus. ff. de ędil. edic. l. 1. §. cā. de prob, ſi arbiter. non
. n. teneretur concordare in cauſis ſciæ: quia de hoc non eſt qō.
in Spe. de inquiſitione. §. 1. verſ. quid ſi vnus. dic verum, & hoc,
qñ tps non eſt de ſubſtantia probationis, ſic loquitur 3. q. 9. nihi
lominus. Si. n. eſſet de ſubſtantia, debet probari, vt ibi. & 25. q. 6.
de parentela. C. de ꝯhen. & com. ſtipu. l. optimā. ſup. de teſt. ex te
nore. & c. ſeries. Sicut in interdicto vnde vi, expedit probare, ſe
poſſediſſe die deiectionis. ff. de vi & vi ar. l. 1. § interdictum. de
quo dixi. & hoc declaraui in c. olim. 3. de reſt. ſpo. Per hoc dicit
Inn. in ſimili, ꝙ volens probare poſſeſſionem iuriſdōnis ſuffi-
cit, ꝙ per aliquos probat de exercitio vnius actus, per alios de
alio. refert tñ alios dicentes neceſſe eſſe, ꝙ teſtes concordent de
loco, & tpe, & de omnib. alias habentur pro plurib. teſtibus, &
dicuntur ſingulares, & non probant. d. c. nihilominus. ad hoc
ſup. de elect. bonæ 1. & c. cum dilecti. tū ſi teſtes interrogati de
loco, & perſona, & tpe dicunt ſe non recordari, dicit Inn. ꝙ faci
lius excuſabitur qui dicit de tpe. quia tps facilius recedit de me
moria. 7. q. 2. c. fi. vnde de loco, & perſona non vr̄ excuſabilis. qđ
10 no. Concludit, ꝙ ſi teſtes † diſcrepant in aliquo, ꝙ nō eſt de ſub-
ſtantia probationis, nō propterea tollitur eorum fides. Sufficit
. n. ꝙ concordent in eo, ꝙ ſufficit ad victoriam. allegatur ergo
hæc gl. ſemper, ꝙ in actib. ſucceſſiuis, vt in probanda fama, vel
iuriſdōnis poſſeſſione, vel decimarum, ſufficiant teſtes, qui nō
ſunt conteſtes. Secus in actib. particularib. & momentaneis. qđ
tenet glo. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſti. & dixi in materia
conſuetudinis. de conſue. c. fi. & ſepe in hoc cogitaui. Sed ſatis
poteſt ſuſtineri, ꝙ dummodo cuiuslibet teſtis inferat id, quod
pro-

ADDITIONES.

a Inquiſitio. Adde Inn. in c. dilecto. de ſen. excom. Dy. in regula actus. de reg. iur.
li. 6. doct. in l. congruit. ff. de off. præſ.

b Multiplex. Adde Bar. in l. 2. in §. ſi publico ff. de adul.

probandum eſt, ꝙ probant, nã id, pp quod teſtes ſingulares nõ
probant, eſt, quia ſe referunt ad diuerſos actus. exemplum in c.
bonæ 1. & c. cũ dilecti. præall. Si canonici dicunt ſe non citatos:
vel ſe nõ pſenſiſſe in ſcrutinio, quilibet dicit de actu diuerſo. ſ.
de ſeipſo. vnde ſi eſſent mille teſtes, non plus probant, quam ſi
vnus. Sed in actib ſucceſſiuis ceſſat hæc ratio. Exemplũ in pro-
banda copula, dicimus ſufficere, ꝙ teſtes viderunt per foramẽ
ſucceſſiue: quia bene dicunt de eadem copula: licet ſimul non
viderint. ad hoc de teſti. præterea. & quod ibi no. ita vr̃ dicendũ
de poſſeſſione iuriſdõnis, & decimarum, quilibet. n. teſtis iſert
poſſeſſionem. Sed in probanda fama ſi vnus dicit, ꝙ audiuit a
duobus, & tot ſunt, quot a maiori parte populi audiuerunt, nõ
erit probata fama: quia poſſet eſſe, ꝙ hi a quib. audiuit, primus
mutaſſet opinionem, antequam ſecũdus audiuerit, & ſic inſer
rent nunquam fuiſſe famam. Expediret ergo, ꝙ quilibet audi-
uiſſet a maiori parte. Similiter dixi in conſuetudine in ca. fi. de
conſue nec eſt verum dicere, ꝙ in probãdo actu ſucceſſiuo ſint
ſingulares, licet non ſimul viderint. nam in cã immediata om-
nes teſtes de mundo ſunt ſingulares. nam ſi tu, & ego vidimus
Titiũ pcuti per Semproniũ: neſcio an videris, nec tu de me. im-
mõ poſſet eſſe, ꝙ non vidiſſes, & fuiſſes præſens, & tñ pbamus.
Ergo non refert, ex quo circa eũdem actum dicimus, ꝙ eodem
tpe viderimus. de hoc ponit Bal. in l. 1. C. de teſtam. Conclude in
hoc, ꝙ aut quęritur de probando actum momentaneũ, & tunc
expeditur, ꝙ teſtes concordent in loco, & tpe. Aut actum ſuc-
ceſſiuum, & tunc habet ſucceſſium quoad tps tm̃: ſed non quo
ad locũm. Aut quo ad vtrumque. primo caſu exemplum in co
pula: quia non poteſt pro parte fieri eadem copula in vno loco,
pars in alio, & hoc caſu debent teſtes eſſe conteſtes de loco, pa
tet de teſtibus contra Suſannam, de teſti. c. 2. ſed non expedit, ꝙ
de tpe eodem pręciſe ſint conteſtes, quia ſufficit, vt prædixi, ꝙ
teſtes ſucceſſiue viderunt per foramen. ſecundo caſu non expe
dit, ꝙ ſint conteſtes de loco, nec de tempore, ſed ſufficit, ꝙ con-
cordãt in eo, ꝙ probandum eſt, vt in poſſeſſione iuriſdõnis, &
ſi. iura pro iſtis membris ſupra allegata ſunt. Viſo qũo ad inqui
ſitionem perueniatur, videamus, qũo ad eam procedatur, ſeu
in ea, vbi primo quæro, an citandus ſit inquiſitus. text. hic vr̃, ꝙ
ſic in §. debet, ꝙ tenet Spe. de inquiſitione. §. 1. ver. quæritur, an
ꝯ: vel diſtingue, vt in gl. magna. Pro cuius glo. intellectu aduer-
te, quia gl. primò tractat, qñ poſſit inquiri. ſecundò qualiter in-
quiratur. ſecunda ibi, & tũc diſtingue. & ibi diſtinguit an ex offi
cio procedat iudex, an alio promouẽte. & vltimo format duas
qõnes. Quantum ergo ad propoſitum glo. dicit, ꝙ ſi ex officio
procedit, dẽt deſcẽdere ad locum. ad hoc. inſ. de ſymo. licet He-
li. Si aũt ad inſtantiã alterius, adhuc dicit idem in ver. ſi proce-
dat. Sed dic melius, ꝙ tunc demum deſcenditur ad locum, qñ
conuenientius poteſt veritas ibi inueniri: puta cum proceditur
ſuper capite, & membris. ſup. eo. qualiter. 1. & c. cum dilectꝰ. quę
inquiſitio fieri poteſt ẽt, cum ſolus prælatus eſt infamatus vt te
net hoc gl poſt prin. ibi vel ẽt cũ prælatus. ꝙ probatur in c. cum
dilecti. & ibi dixi. Sed ſi veritas æque haberi poteſt extra locũ,
non expedit ad locum deſcendere, & ita ſeruatur, vt iudex ad
locum ſoliti tribunalis citet inquiſitum. qñque ẽt nulla citatio-
ne facta procedit, vt ſuper notorio, in quo nulla cadit excuſa-
tio. ſup. de te iud. cum olim. & ꝙ ibi dixi de transla. quanto. &
11 quod ibi etiã dixi. Quæro, an ſufficit citatio† ad domum. [a] In-
a no. dicit, ꝙ non. ſup. de eo qui mit. in poſſ. c. fin. ꝙ plene ibi dixi,
qñ ſufficiat. Quero, quid ſi citatus non veniat. dic, ꝙ procedi po
terit, vt hic in §. debet. Et eſt caſus, in quo proceditur ad ſenten
tiam ꝯ abſentem ẽt lit. non conteſt. ſup. vt lit. non conte. qm̃. §.
ſunt & alii. Quid ſi mittit procuratorem. dic, ꝙ admitteretur
ſm Hoſt. cum cã ſit non criminalis. ſup. eo. ſuper his. & hoc niſi
fuiſſet citatus perſonaliter. 1. vt perſonaliter veniat. ſup. de dolo
cum dilecti, quam citationem quis facere poſſit. dic, vt in c. 1.
de iud. li. 6. Item ſm Hoſt. niſi eſſet crimen, ꝙ impediret execu-
tionem poſt peractam pęnitẽtiam. ſup. c. inquiſitionis. in princ.
ꝙ no. ibi tñ tenui ꝯrium, ꝙ probatur in c. veritatis. ſup. de dolo.
Veniente citato, vel eius procuratore, exponenda ſunt ei capi-
tula, de quib. inquiritur, vt in §. debet. vbi quæro, qñ exponun-
tur, nunquid. n. expedit, ꝙ ſint appoſitæ circunſtantiæ. & idem
eſt quærere, nunquid in inquiſitione hoc ſit neceſſarium. Inn.
dicit ꝙ nõ in c. fi. inſ. de pur. can. Sed Bar. ff. de adul. l. 3. §. ſi publi
co. dicit idem ſeruãdum in inquiſitione, ꝙ in accuſatione, præ-
terquam quo ad inſcriptionem, cum ſuccedat loco accuſatio-
nis. & hoc ſi tendit inquiſitio ad aliquem puniendum. Sicut ſi
tendit, vt aliquis amoueatur ab adminiſtratione. quia tũc ſuffi-
cit generalis inquiſitio, ẽt de iure ciuili. ff. de ſuſpec. tu. l. hæc. n.
& talis fuit in d. c. fi. Sed qñ inquiſitio eſt ſpãlis, ſi nõ apponeren
tur circunſtantiæ, ageretur de graui pręiudicio inquiſiti, & tol-
leretur ei defenſio, cum tñ permitti nõ debeat, vt quis vagetur
cum aliena iactura. ff. de iureiur. l. prætor. in prin. ꝙ eſt verũ. vñ
poſſet inquiſitus, ſi to hic grauaretur, appellare. Quæro, nunqd

12 ſimul tradi dẽnt nomina† & dicta teſtium. Hoſt. dicit, ꝙ ſic, ſm
quem non debent noĩa dari, antequam teſtes depoſuerint: qa
per hoc poſſent induci inquiſiti ad corrumpẽdos teſtes. ad hoc
inſ. c. olim. Et per hoc habes caſum, in quo non expedit citari
eum, ꝯ quem teſtes recipiuntur. ſ. in inquiſitione. Ego aũt dico,
ꝙ in proceſſu, qui fit ſuper infamia, nunquam citatur inquiſi-
tus: ſed inuẽta infamia ſeu clamore, citatur vt in §. debet. & pri
mo ei traduntur capitula inquiſitionis: quia ſi confiteretur, nõ
expedit vlterius procedi ad hoc ſup. in prin. ibi audiuit, ab illo.
& ibi notaui. immo, & ſi ẽt non traditis capitulis confiteatur,
ſtatur confeſſioni. nec põt opponere de non traditis capitulis
inf. eo. c. 2. lib. 6. Deinde proceditur, ſi non confitetur, & cũ erit
tps recipiendorum teſtium, monetur inquiſitus, ſicut in ciuili-
bus: nec iſte tex. dicit ꝯrium, vñ ſtandom eſt. c. 2. ſup. de teſti. qđ
indiſtincte loquitur: nec viget illa rõ. ſ. de metu corruptionis.
Fortior. n. eſt rõ de metu falſitatis, quia teſtes forte falſum dice-
rent, & ſanctius eſt nocẽtem abſoluere, quã innocentẽ cõdem-
nare. ff. de pœnis l. abſentem. Quæro, an verum ſit, ꝙ inquiſitio
concludat ſpãlem pęnã. dic, ꝙ non, ſicut nec in accuſatione. ff.
eo. l. libellorum. ita tenet Bar. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. &
dñs Io. de lig. hic, niſi ſm eum, qñ proceditur ad pœnã ſurgen-
tem ex ſtatuto municipali, quia tunc dẽt cõcludi ſpecifice. Ego
dico, ꝙ ſufficit concludi generaliter, vt iudex dicat, quã inqui-
ſitionem formamus & intendimus inuentum ſontem punire,
prout iuris fuerit tam ſm iura, quã ſm conſtõnes ſinodales, vel
ſtatuta. & hoc cum pęna eſt ſpecificata in iure cõi, vel munici-
pali. Sed ſi eſt arbitraria, tunc videretur exprimenda, tñ cũ ſciri
non poſſit, qũo ſit iudex arbitraturus, niſi finito proceſſu, dico
idem, ꝙ in præcedẽti caſu. Quæro, an ꝯ iudicẽ poſſit opponere
13 de ſuſpicione † glo. magna hic tenet, ꝙ ſic. pro hoc ſup. de cler.
coniug. diuerſis. per qđ. c. hoc tenet Bar. in §. ſi publico. in l. 2. ff.
de adul. & facit hoc mõ, quia remouetur ibi iudex, cũ præſumi
tur nimis amicus: ita & ſi ſit inimicus. ad hoc ſup. eo. cũ opor-
teat. & de ap. cum ſpãli. Sed an põt opponi, ꝙ ſit criminoſus. gl.
ea. dicit, ꝙ ſic per c. iudicet. 3. q. 7. qđ tenent Io. Cal. Vincen. &
Goff. ſed Spe. de inquiſitione ad fi. primæ col. tenet ꝯrũ, vt non
poſſit remoueri pp hoc, ex quo ĩ officio toleratur. ꝙ eſt verius,
pro hoc 8. q. 4. nonne. 1. de cle. ex. c. fi. Quæro, an ꝯ proſequentẽ
inquiſitionem poſſit opponi crimen, quaſi per recõuentionẽ.
gl. eadem. in ver. Itẽ nunquid. tenet, ꝙ non: quia proprie inqui
ſitio fundatur in officio iudicis, quam not. Contra tñ facit ſup.
eo. illa. & dic, vt ibi. ſ. ꝙ bene admittuntur exceptiones ꝯ denun
ciantem: ſed non probatur ibi, ꝙ poſſit fieri reconuentio. Per
hoc decido aliam qõnem. Quid ſi opponitur proſequẽti, ꝙ ſua
non intereſt, vt quia non eſt de parochia. gl. eadem in fin. dicit
exceptionẽ admittendã. Pro hoc dictũ c. illa, in verbo, intereſt.
Diſcuſſis exceptis, ſi reiiciuntur, proceditur in cã, & inquiſitus
cogitur rñdere inquiſitioni. vbi quæro, an indiſtincte cogatur.
vr̃, ꝙ non tenetur detegere crimen ſuum. de pęni. di. 1. non tibi
dico. dic ꝯ per tex. ſup. in prin. ibi redde. &c. Et ad c. non tibi, rñ-
det Hoſt. ꝙ loquitur de non infamato. vel loquitur in foro pœ-
nitentiali, quia & ponitur in tractatu de pęnitentiis. auditur. n.
confeſſio pęnitentis ſuper aliquib. criminibus: licet ſuper oĩb.
nolit confiteri. de pœnitentiis officii. prima ſolutio eſt melior.
pro hoc, ꝙ notauit Inn. ſup. de cle. dudũ. 2. & de confeſſis. c. 2. &
vtrobique dixi, qñ teſtis dẽt ex crimine rñdere. & rñdet confi-
tendo, ſumus expediti: ſed ſi negat, procedit in cã. Vbi quæro,
an expedit litẽ conteſtari. dic, ꝙ non, vt probatur hic in §. debet,
quia põt procedi ꝯ abſentem, lite non conte. pro hoc ſup. vt lit.
non conteſt. qm̃. §. ſunt alii. & dic vt ibi. Quæro, an publicatis at
b teſtationib. [b] poterunt recipi teſtes, † dicit Bar. in d. §. ſi publico.
14 ꝙ ſic. ad hoc. ff. de quæſtionib. l. 1. in fi. Dic melius, ꝙ ex officio
recipi poterunt. ſup. de teſti. cum clamor. Sed ſi ad inſtantiam
ſecus. eo. ti. fraternitatis & no. in d. c. cum clamor. Alias ẽt diffe
rentias aſſignant aliqui doctores inter inqſitionẽ ex officio, &
ad iſtãtiã; ſed hęc eſt potiſſima, licet ſm eos eſt & alia, qa qñ ex
officio, reus cogitur iurare ad delationẽ iudicis. Secus qñ ad in-
ſtantiam, quæ dr̃ a iure non probatur. vtroque m̃ caſu poteſt
reus petere terminum ad deliberandũ ſup reſponſione ſecun-
dũ Hoſt. vt poſſit peritos cõſulere, quamuis interrogetur de fa
cto ſuo. Aliam differentiam aſſignant, ꝙ cum ex officio non
ſit litis conteſtatio. vt ſupra dixi. ſed ſi ad inſtantiam, ſic, ſicut ſi
procederetur in cauſa ciuili, quod not. ad hoc inf. de pur. can.
c. pen. dico tamen, quod non eſt proprie litis vera conteſtatio,
cum

ADDITIONES.

a Ad domum. Adde Hoſt. in c. cũm. de dolo & contu. Spe. ti. de cita. in §. ſequitur. ver. ſed nunquid ſuffici: Doc. in cle. 1. de iud. Doc. in cle. cauſam. de elect. & an cita. ad domum ſufficiat, vt poſſit procedi ad receptionem teſtium, vide per Io. an. in regula præſumitur, de reg. iur. li. 6 in merc.

a Atteſtationibus adde tex. in c. i. auri. de proba. & in c. ſeries, de teſti. & vtrobique per doct.

Digitized by Google

cum ẽt ꝯ abſentem per contumaciã procedi poſſit, vt hic in §.
debet. Completa inquiſitione peruenitur ad ſnĩam, viſo ergo
quõ in ea procedatur, videndum eſt, quõ ad ſnĩam perueniat.
Et quidem ſi non eſt probatum, abſoluitur inquiſitus, & proſe
quens condemnatur in expenſis, ad hoc ſupr. c. cum oporteat.
Sed ſi probata eſt: quæro, quæ ſnĩa ſit ferenda. Rñdeo, ꝙ punit̃
inquiſitus ſm qualitatem criminis, vt hic in §. ad corrigendos.
Vbi quæro, quæ pęnę poſſint imponi. Inn. hic enumerat 7. ge-
nera pœnarum, quæ enumerat Azo in ſumma de pœnis, quæ
ſunt proditæ de iure ciuili. tamen ſecundum ll. antiquas erant
15 12. genera † pęnarum, quæ enumerat. C. de hæredi. inſti. l. 1. Sed
proſequendo Inno. quo ad 7. genera prædicta, tres pœnæ ſunt
capitales, & quatuor non capitales. Prima eſt pœna mortis na-
turalis, quę multis modis infligitur. ff. de pœnis, l. aut damni. §.
vita, & l. ſupplicij, & l. capitalium, §. idem princeps, & §. famo-
ſos. Secunda eſt pęna mortis ciuilis per deportationem in me-
tallum, vel in opus metalli, quæ eſt eadem pęna, niſi ꝙ depor-
tati in opus metalli ſubijciuntur leuioribus vinculis, vtrique ta
men perdunt libertatem, & ciuitatem. Quidam ẽt damnãtur
in miniſterium metallorum. i. ad ſeruiẽdum damnatis in me-
tallũ, & iſti perdunt ciuitatem, & ẽt libertatem, ſi in perpetuũ:
ſed ſi ad tempus, ſolam ciuitatem. ff. de pœnis, l. aut dãni. §. eſt
pœna. & §. ſeq. Tertia pœna capitalis eſt deportatio, & in opus
publicum damnatio, non tamen in metallum: & iſti nõ liber-
tatem, ſed ciuitatem tantum amittunt. ff. de pœnis, l. quidam.
a An autem banniti noſtri temporis æquiparentur deportatis[a],
dic, ꝙ non, quia eſt pœna noua, quæ variatur ſecundum varie-
tatẽ ſtatutorum municipalium diuerſarũ terrarũ, quod tenet
Bal. C. de hęredi. inſti. l. 1. vbi plene proſequitur de quatuor nõ
capitalibus. prima eſt relegatio ad tẽpus, vel in perpetuum, &
hi bona non amittunt, ſed ciuitatem tantum, & eſt triplex mo
dus relegandi ſeu dãdi exilium. ff. de interdic. & relega. l. exiliũ.
ſecunda eſt infamia. tertia dignitatis amiſſio, vel interdicta a-
ſpiratio ad dignitatem, vel officium ſeu forum. quarta verbe-
b rum experimentum[b]. i. fuſtigationis. ff. de pœnis, l. ſi quis forte,
§. vlt. & l. ſeq. & l. aut damni. & l. fin. & l. relegatorum, §. ad tem-
pus. ff. de interdi. & rele. Secundum ordinem harum pęnarum
enumerat Inno. pęnas de iure canonico. & primo quo ad pri-
mam pęnam capitalem prędictam. ſ. mortis, dicit eam de iure
canonico nõ imponi. 50. di. c. 1. & 2. ſed imponitur pœna quaſi
ſimilis, cum. ſ. quis relinquitur iudici ſęculari puniendus. de cri
mine falſi, ad falſariorum, de iudi. cum non ab homine 11. q. 1.
illud: aliàs aliud. Secunda pœna prædicta damnationis in me-
tallum, vel opus metalli, vel miniſterium metallorum nõ in-
uenitur ſm canones impoſita: ſed ſi imponeretur, teneret. de
calum. l. 1. & ei æquiparari poteſt pęna carceris, quam eccleſia
infligit pro grauiſſimis criminibus, de hęret. c. pen. & de pęnis
quamuis lib. 6. vel pœna, per quam quis redigitur in ſeruitutẽ
32. diſt. eos. vel per quam traditur curiæ ſeruituti 12. q. 1. ſta-
tuimus, vel venditur 81. diſt. quidam clerici. quæ tamen pęnæ
rariſſime, aut nunquam imponuntur. Tertia pęna, quæ eſt de-
portatio, non inuenitur, ſm canones impoſita, ſed ei æquipara
ri poſſunt pęnæ ſtatim dictæ: quò aũt ad pęnas nõ capitales, pri
mo de relegatione dicit Inn. ꝙ ſm canones nõ eſt in vſu: ſed ei
ſuccedit detruſio ĩ monaſteriũ, de qua. 50. di. ſi eps. 80. diſ. Ro-
manus, vel pœna depõnis, vel degradationis, de qua hic in §.
verũ, & 11. q. 3. eps, vel ꝙ interdicatur, vt ad nullam dignitatẽ
aſſumatur, ſed remaneat in prius habita. ſ. de elec. ſuper eo. vel
ꝙ non ordinetur in certa eccleſia 2. q. 1. in primis, & quod ad
ſuperiores ordines non aſcendat, de tẽ. or. ex tenore. vel cũ qs
ſuſpenditur ad tempus, vel in perpetuum: vel ab officio, a be-
neficio, vel ab alio: vel ab ingreſſu eccleſiæ, & multæ ſunt ſimi
les pœnæ ſm canones. Quò ad aliam. ſ. infamiã dicit Inn. ꝙ p-
cedit ẽt ſm canones, adeo vt quicunq; ſm leges eſt infamis, ſit
ẽt infamis ſm canones 2. q. 3. §. hinc colligitur 6. q. 1. infames,
ꝙ no. ſingulariter: quia nõ eſt alibi. Sed ẽt ſm Inno. vltra infa-
miã ciuilem eſt infamia canonica. de qua ſ. de teſtib. teſtimo-
nium. vbi dixi. Tertia aũt pœna. ſ. dignitatis amiſſio, vel inter-
dicta ad dignitatẽ, vel officium aſpiratio habet locum ſm ca-
nones, patet ex ſupradictis: quia ſit degradatio, & interdictio
dignitatis de iure canonico. Quarta pœna. ſ. verberum experi-
mentum. i. fuſtigationis ẽt in ſurma imponit poteſt, ſm cano-
nes 25. diſt. c. vlt. 45. diſt. cum beatus. Quæro, nunquid prædictę
pœnæ poſſint imponi in quocunq; modo agendi. dicit Inn. ꝙ
nõ: ſed tunc demũ, cum quis directe eſt accuſatus, & cõuictus,
de ſymo. dilectus 2. tñ dic, ꝙ ẽt per inquiſitionem aliqñ impo-
nunt. ſ. c. inquiſitionis, in prin. Quæro, an contra abſentẽ poſſit
ad eas procedi, dicit Inn. ꝙ non, niſi ad pœnas, quæ ſunt vſque
ad relegationem. ff. de pœnis, l. abſentem 3. q. 9. decernimus, a-
liàs monemus. Sed quid ſi reus pręſens confiteretur. dicit Inn.
ꝙ quæcunque imponi põt de prædictis, ẽt ſine directo proceſ
ſu. ff. ad l. aql. l. proinde 2. q. 1. c. 1. ſ. de confeſ. c. 2. ꝙ eſt ſingula-
re, vt teneat ſnĩa lata in confeſſum, ẽt ſi proceſſus nullus pceſ-
ſit: vel ſi præceſſit non debite ordinatus, pro hoc caſus de reſti.
ſpo. piſanis, de hoc diſtinguit Bar. ff. de cu. re. l. ſi confeſſus. dixi
de iudi. at ſi clerici. in repetitione. Sed quid ſi crimen eſt noto-
rium, dicit Inno. idem, ſicut ſi reus eſſet confeſſus, ꝙ ẽt no. pro
hoc. C. qui ac. nõ poſſunt, l. ſi quis, quod ſingulariter notaui in
repetitione c. at ſi clerici. de iudi. Quæro, an in foro pñiali ha-
beant locũ pœnæ prædictæ, dicit Inn. ꝙ aliquæ ex prædictis lo-
cum habẽt. 50. diſt. ſi ille, & nõ refert quoad aliquas de prædi
ctis pœnis, an lis ſit conteſtata, quia etiam citra conteſtationẽ
imponuntur ſ. de offi. deleg. ſane. vt lit. non conte. tuę. Quæro,
16 an ſit neceſſe, ꝙ iudex † in ſnĩa exprimat pœnã. dicit Inn. ꝙ nõ:
ſed ſufficit ꝙ pronunciet ſuper crimine, & pœna intelligitur
inflicta, quę in iure exprimitur 2. q. 3. §. notandum, quamuis. n.
eſſet caſus, in quo iudex potuiſſet moderari pœnam diſpenſan
do, tñ ex quo non fuit moderatus, ſtabitur pœnæ de iure infli-
ctæ, ad hoc 45. diſt. omnis inf. de pœnis, licet. Ex quo dicto aliq
etiam probiſſimi errauerunt, ꝙ dixi in c. poſtulaſti, dicentes ſp
ſufficere pronunciari ſuper crimine: ꝙ tñ nõ eſt ſimpliciter ve-
rum, ſed dic, vt inf. 3. q. ſeq. Quæro, nunquid lata ſnĩa ſuper cri-
mine, ſtatim dicatur habere executionẽ, dicit Inn. ꝙ ſi eſt pœ-
na, q̃ aufert libertatẽ, ſtatim ſortit̃ effectũ, qa amplius nõ vale-
bit illi9 teſtimoniũ, & erit incapax ex teſtõ. ff. de le. 3. l. 1. §. a pſe
ctis, de pęnis l. qui vltimo. & l. ad beſtias, & hoc quo ad aliquos
effectus prædictos, non aũt, quò ad oẽs, vt dictis iuribus. Iuxta
hoc quæro. qd ſi eſſet aliqs prælatus, vel alius habens officium
publicũ, nunquid poſtq̃ eſt damnatus, tenebunt acta per eũ: di
cit Inn ꝙ ſic, quandiu toleratur 8. q. 4. nonne, qa cõtrarium di-
cendo, ſequeret̃ abſurditas: nã condẽnatus in actione depoſiti
eſt infamis. ff. de infa. l. furti. §. pen. quo caſu abſurdũ eſſet dice-
re, ꝙ propter hoc eius ſnĩa nõ teneret: ad hoc 3. q. 7. c. 1. donec
. n. toleratur in officio, dẽnt oĩa tenere. ff. de of. pto. l. Barbarius,
& hoc niſi ſnĩa ſit lata per eũ per quem ſit depoſitus, vel ſpolia-
tus inſignibus dignitatis: tunc. n. non tenet, quod agit deince-
ps. ff. de infa. l. 2. §. igitur, non. n. poteſt dici toleratus, ſed potius
intruſus, quod declarabo pleni9 in ſe. q. Quæro ergo, an ex quo
17 lata eſt ſnĩa † contra aliquem ſuper crimine, poſſit ſpoliari be-
neficijs. Inn. dicit, ꝙ ſic, ſm quem eps, vel prælatus, ſub quo ha-
bet beneficium, poteſt eum ſpoliare illo ſiue ciuiliter ſiue cri-
minaliter actũ fuerit, ad hoc 2. q. 1. multi. debet tñ eum vocare
ad hoc ĩ. de præb. licet 2. lib. 6. & ſi non inuenitur, poterit nihi-
lominus contra eum procedere, quia per ſnĩam crimen fuit fa
ctum notorium, de coh. cle. veſtra, & c. tua, & c. ſi. Opp. ad hoc
de c. ſuper his ſ. c. vbi non poteſt ſpoliari alijs beneficijs. Solu.
Inn. illud pcedere, cũ per viã exceptionis pcedit: qa tũc iudex
nõ põt ſup alio iudicare ĩ. ti. 2. licet, & hic. §. pen. Sed prædicta
intelligunt̃, cũ proceſſum fuit p accuſationẽ, vel inquiſitionẽ,
quo caſu ſm Inn. ſnĩa inducit̃ nõ ad pbationẽ, ꝙ p eã dicat̃ pri
uatus, ſed ꝙ per eã dicat̃ crimẽ factũ notorium, & ꝙ cenſeatur
infamis, vt poſſit repelli a teſtimonio, & ab ordinibus d. c. teſti-
monium. Ex hoc nota, ꝙ ſnĩa lata in vno iudicio ſuper crimi-
ne, facit notorium quò ad aliud iudicium, & per hoc tollitur
illud, res inter alios acta &c. quò ad hunc caſum, pro hoc quod
no. Frede. de ſenis in concilijs, capitulo 23. & Io. Cald. de elect.
ſuper eo. in repetitione, in 5. oppoſitione, & ibi dixi. Dictum
autem præcedens intelligo ſane, cum crimen, ſuper quo eſt la-
ta ſententia, tale eſt, quòd inducit priuationem beneficij: aliàs
enim nunquam procedit dictum Innocen. quia ſi crimen eſt
tale, ꝙ propter hoc clericus non venit priuandus beneficio: vel
cuius pœna eſt in arbitrio iudicis, vt ſæpe contingit, de offic.
deleg. de cauſis, requiritur ſententia priuatoria beneficij, ſicut
in iure ſæpe fertur, vt propter reſidentiam. de cleri non reſi. ex
tuæ. Sic intelligo, quod dicitur ſupr. 3. quæſt præcedenti. quod
plenius dixi in c. poſtulaſti. de for. compet. Per hoc dico, quòd
l. 1. ff. ad turpil. quæ dicit ſufficere, vt pronuncietur ſuper cri-
mine, debet intelligi, quando pro illo crimine eſt certa pœna
de iure impoſita. quando autem non eſt impoſita certa, dico,
quod nulla intelligitur impoſita, ſed remanet in arbitrio iu-
dicis. dict. cap. de cauſis, & l. 1. ff. de iure deli. Et tunc iudex de-
bet pœnam exprimere in ſententia: tamen ſi ſolum pronun-
ciatur ſuper delicto, videtur ſufficere, ſicut cum iudex pronun
ciat ſuper expenſis, reſeruata taxatione, vt dixi de dolo, finem,
nam pęna delicti eſt executio ſententiæ: vnde ſufficit, ꝙ iudex
arbitretur, qñ vult exequi. & dato, ꝙ nihil dicat, videtur arbi-
trari de ea, quam imponit: & ſecundũ hoc ſaluabit̃ indiſtinctè
dictum

ADDITIONES.

a Deportatis. Adde gloſſ. inſti. quibus mo. ius pa. pote. ſo. in §. relegati. Bart. in l. illicitas, in §. qui vniuerſas. ff. de off. præſi. Bar. in l. ſi qua. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.

b Experimentum. Adde Angel. in l. abſentem, in vlt. col. C. de accuſ.

Digitized by Google

dictū Inn de quo. ſ. 3. q. & ꝙ dicit l. 1, ad turpil. tñ tutius eſt, ꝙ in
ſententia exprimatur, & ſic obſeruatur, de quo dixi de for. cōp.
poſtulaſti. Quæro circa hoc eo caſu, quo pena eſt impoſita pri-
uationis beneficij, nunquid hi, ad quos pertinet, poterunt eli-
gere. dicit Inn ꝙ nō, niſi ſuperior eis dederit licentiam, vel am
monerit inſtitutū per depoſitionem, vel priuationem perpe-
tuam, de cle. nō reſi. ex parte, & c. qualiter, & quod nota. de cō-
ceſ. præb. cum noſtris, quod multum facit pro eo, quod tenui
in q. ſtatim præcedenti: tñ ſecundum Inn. ſi eſſet lata ſuper cri-
mine, ꝙ irrogat ipſo iure infamiam: ſatis videtur, ꝙ ſtatim poſ
ſint eligere. ff. de decurio. l. 2. & l. ad tempus. Ego tamen dico
contra, ꝙ nunquam poterūt eligere, niſi ſit expreſſe remotus:
quia licet deſtitui poſſit, & nō poſſit de iure in beneficio inſti-
tui, nō propterea ſequitur, ꝙ ipſo iure vacet beneficiū, & hoc
ēt ſi incurrit infamiam. In alio aūt crimine Inno. ēt fatetur, ꝙ
nō ſufficit ſentētia, vt alius poſſit eligi loco damnati: vt ſi quis
condemnetur, quia tumultum fecit in concilio 5. q. 4. in loco.
Quid ſi eſt crimen, quod infamat, citra ſententiam, dicunt ali-
qui, vt refert Innocen. ꝙ idem erit, ſicut ſupra dictum eſt, cum
qs eſt dānatus per ſententiam. ff. de infam. l. ictus fuſtiū. maior
. n. & euidētior eſt infamia, ꝗ ex pœna procedit, ꝗ ꝗ ex ſñia, q̄d
18 ſigna, & ſimura, vt ſ. dixi. Quæro cui penæ æquiparatur † excōi-
a catio[a]. Dicit Inn. ꝙ eſt maior oībus ſuperioribus, & nō tātum
b eſt pena, ſed ēt medicina[b] 2. q. 1. multi, & ſtatim habet effectū,
vt beneficia eccleſiaſtica ſibi vbiq; denegentur, de ap. paſtora-
lis, in fi. & hunc effectum habere dicunt quidam, vt refert Inn,
quælibet ſñia de crimine lata. de hoc vltimo dic, vt ſ. tribus p-
ximis quæſtionibus. De excōicatione dic, ꝙ eſt verum, ꝙ ſim-
pliciter ſit maior prædictis, ſed habent ſe, ſicut excedentia, &
exceſſa, quod perpendi pōt cōſiderando, a quibus interdicatur
excōicatis, & quę ſibi liceant, quod plene dixi in c. veritatis, de
dolo. & cōtu. Quæro vltimò de differentia pronūciandi, cum
proceditur accuſando, vel denunciando, vel inquirendo. Sol.
vt in gl. in §. ad corrigendos, & ſ. c. inquiſitionis, in prin. in glo.
2. & gl. ibi videtur formare, ꝙ qñ crimē poſt peractam pñiam
impedit executionem, in inquiſitione proceditur ſicut per ac-
cuſationē, & ſic propter enormitatem criminis deponet reus,
ēt in cauſa inquiſitionis, de dolo veritatis, vbi expreſſe hoc dr̃.
Inn. autem in d. c. inquiſitionis, dicit, ꝙ per illud c. comparatur
inquiſitio accuſationi ſolū in hoc, ꝙ ſicut in accuſatione depo
netur: ita in inqſitione ppetuò amouebit̃ ab adminiſtratione
p c. illud & pro Inn. vr̃ caſus expreſſus hic in ver. verum, cū di-
cit, ꝙ per inquiſitionem, & ſi nō degradet ab ordine, ab admi
niſtratione tñ amouetur oīno. ſ. officij, & beneficij. Vbi quæro
19 pro intellectu prædictorū, in quo differt degradatio † ab amo-
tione perpetua. Reſpondeo pręmittendo, ꝙ pro degradatione
intelligo depoſitionē verbalem, cuius actualis degradatio eſt
executio, hæc probantur de pęnis c. 2. lib. 6. Et tunc dico, ꝙ dif-
ferūt degradatio, ſeu verbalis depoſitio, & amotio: quia in pri-
ma requiritur ſolemnitas numeri eþorum, de quo no. gl. in d.
c. 2. & de re iudi. non poteſt. Item depoſitum non poteſt eþs q
depoſuit, reſtituere. de cle excom. c. 3. vbi hoc not. gl. Sed amo-
tio licet cōtineat eundē effectū, quē depoſitio, tñ de ſui natura
non concernit ordinē, nec priuat ordine, ſed executione ſola:
depoſitio autem priuat ordine per omnem modum, per quē
eccleſia priuare poteſt, licet caracter non poſſit auferri. de quo
in d. c. 2. de pœnis, lib. 6. Item in amotione non requiritur nu-
merus eþorum, quia non eſt iure expreſſum. Item epiſcopus
amouens pōt reſtituere, & tollere amotionē, niſi natura crimi
nis repugnet: vt qa tale eſt, quod impedit executionem, etiam
poſt peractam pęnitentiā, tunc. n. non poterit eþs, qui amouit
reſtituere: non quia impediat eum amotionis ſñia, ſed crimi-
nis natura. Per hoc dico, ꝙ regula eſt ea, quæ colligitur in ver.
verum, ꝙ accuſatio ad depoſitionem, inquiſitio ad amotionē
tendit. Sed qñ proceditur ſuper crimine, ꝙ etiam poſt pñiam
impedit executionem: tunc quia non refert, an deponat, an a-
moueat, ex quo non poteſt reſtituere. Dico, ꝙ in inquiſitione
poteſt ſicut in accuſatione procedi, quò ad hoc, ꝙ poterit depo
nere. ſic intelligitur c. inquiſitionis, & probatur in ca. veritatis.
Et eſt ratio, quia in hoc nō poteſt reus conqueri niſi de ſuo cri-
mine, cuius eſt talis natura. Vidi ſcholarem meum dicentem,
ꝙ in c. veritatis, fuit depoſitus propter contumaciam, quæ ſu-
peruenit pendente iudicio. pro hoc ibi omnem inobedientiā
vlciſci volētes, ſed nō tollit, quin ibi p proceſſum inquiſitionū
fiat depoſitio. vnde dico, vt prius: & prædicta nemo tangit.

ADDITIONES.

a Excommunicatio, adde Io. An. in c. decernimus, de ſentē. excom. Card. in repe
ti. c. perpendimus. de ſent. excom.

b Medicina adde cap. 1. de ſenten. excommun. lib. 6. gloſſ. in verbo monitus in
cap. nemo epiſcoporum 11. quæſt. 3. gloſſ. in verbo diſciplina in cap. notan-
dum 24. quæſtio. 3. gloſſa in verbo, ſibimet in cap. dilecto. de ſenten. excom-
munic. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Concilium metropolitanum ſingulis annis celebrari debet.*
2 *Iura condere non ſufficit, niſi obſeruentur.*
3 *Publicatio quam diœceſani facere debent.*
4 *Viſitatores vnde ſumptus habere debeant.*
5 *Relationi viſitatorum an ſit ſtandum.*

SIcut olim. Metropolitani ad correctionem
exceſſuum, & reformationem
morum ſingulis annis celebrare debent prouin-
ciale concilium, in quo ſtatuant perſonas idoneas,
& prouidas per ſingulas diocęſes, quæ inquirant, & referant
ſequenti concilio, quæ corrigenda fuerint, & negligentes hoc
facere ſuſpenduntur ab executione officij. Primo diſponit de
prouinciali concilio celebrando, & de agendis in illo, ſecundò
de teſtibus ſynodalibus, & eorum officio, ibi vt autem. Tertio
de pęna non conſeruantium hoc ſtatutum. ibi quiſquis. No. in
1 principio, ꝙ concilium † metropolitanum debet celebrari ſin-
gulis annis, ſimiliter & ſynodus eþalis, vt ſequitur infra in tex-
tu in ver. & quæ ſtatuerint. pauci tñ metropolitani hoc ſeruāt:
& pauci eþi. Aliqui. n. nunquam faciunt. aliqui ſemel tantum.
aliqui raro. Inducit aūt glo. ſecūda in ſimili de concilio Abba-
tum, quod fit de triennio in trienniū. j. de teſta. regula. in ſingu
lis, quod eſt innouatum in cle. ne in agro. de ſtat. mona. No. de
concilio generali ibi, generali concilio. & hoc generale conci-
lium fuit Inn. tertij. habuimus ēt cōciliū lateranē. quod fuit A-
lexādri. Et in cōcilio illo fuerūt promulgatę 71. cōſtitutiones.
Sed in generali. 70. inter quas eſt hæc. Alias alij colligūt, ſed pa-
2 tet in hoc volumine. No. ꝙ nō ſufficit iura † cōdere: niſi obſer-
uent̃. de elec. vbi periculū, §. ꝑterea. Dicit aūt Hoſt. ꝙ in cōcilio
prouinciali legent̃ cōſtitutiones cōcilij gñalis, & ēt aliquę aliç,
quas enumerat, ꝙ erit arbitrio ꝑſidentis. In ver. vt aūt, no. de te
ſtibus ſinodalibus, ſeu de perſonis idoneis, & prouidis ſtatuen-
dis in cōcilio. & ſtatuunt̃ per pręſidentes cōcilio. de ſtat. mo. in
ſingulis ver. ordinentur. Alij dicunt, ꝙ ſinguli eþi ſtatuent in
ſua diocę. 35. q. 6. eþs in ſinodo. ſed primū verius, quia vt dicit
Hoſt. ibi de alijs perſonis, ꝗ cōſtituuntur ab eþis: ꝗ conſtitutio
nō tollit quò minus in concilio prouinciali ēt aliæ ſtatuantur.
Et pone prouidas, quaſi procul videntes honeſtas. i. nō corru-
ptibiles, & ꝗ de facili alios infament. & harū perſonarū officiū
durat, nō poſtea ſm Hoſt. debent illę eligi, vt vitetur ſuſpicio:
& melius eſt, ꝙ ſint de diocęſi, vbi ſtatuuntur. No. ꝙ iſtę perſo-
næ nō habent iuriſdictionem, ſed procedunt ſimpliciter, & de
plano. Et de expoſitione horum verborū, quid importent, ple-
ne in cle. ſępe. de verbo. ſign. No. ꝙ debent inueſtigare, quę ſint
corrigenda, ſ. quò ad exceſſus: & quę reformanda. ſ. quò ad mo
res. ſimile ſup. de offi. ordi. irrefragabili. No. ꝙ in concilio pro-
uinciali non ſolum interſunt ſuffraganei, ſed etiam alij. ibi &
ad alios puta procuratores capitulorum eccleſiarum cathedra
lium. qui debent admitti, & etiam vocari ſup. de his, quæ fiu. a
præla. c. vlt. Et ex hoc dicit Inn. ꝙ etiam alij, quam prælati acce
dunt ad concilium d. c. fi. & de præb. graue. Alij tñ dicunt con-
trarium hic colligi. aliàs. n. fruſtra fieret publicatio in ſinodis, ſi
alij accederent ad concilium, tene primum per iura præalleg.
Fit autem publicatio in ſinodis, quia non omnes clerici acce-
dunt ad concilium: ſed ſuffraganei, & procuratores capitulo-
rum cathedralium eccleſiarum tantum. No. de publicatione,
3 quam debent diocęſani † facere de geſtis in concilio in ſuis ſi-
nodis, & debent facere infra ſex menſes 18. diſt. cap. fi. Oppon.
primo in verſi. vt autem, in eo, ꝙ dicit, ꝙ perſonæ prouidæ ſta-
tuendæ non habent iuriſdictionē per hoc. n. non poterunt ali-
quem citare, quia poſſet eis dici: Ingreſſus es, vel ingreſſi eſtis,
vt aduenæ, non iudicetis 3. q. 6. leges: ita allegat gloſ. 2. in princ.
ſed melius diceret 3. q. 5. accuſatores 2. ſequitur ergo, ꝙ eorum
officium erit ſine effectu ſup. de offi. deleg. ex literis. Solut. dic,
ꝙ ſunt meri informatores, & poterunt ſe informare neminē
citando, tanquam priuatæ perſonæ. Oppon. 2. ꝙ debuiſſet ſta-
tui, vt prius referrent ordinario immediato, quam concilio.
eſt enim confuſio iuriſdictionis, & ſtatus eccleſiaſtici, ſi ſua iu
riſdictio vnicuique non ſeruatur 11. q. 2. peruenit gl. vlt. in verſ.
Item quare format hoc contrarium, & ſoluit, dicēs, ꝙ referūt
ſolam famam, ex qua infertur epiſcopum eſſe negligentem, ꝗ
non correxit: quo caſu metropolitanus poteſt corrigere 9. q. 3.
cum ſimus §. vlt. alleg. & alia iura. Inno. autem inducit 27. q. 1.
ſi cuſtos, & c. ſi homo eſſes. Concludit gloſſ. ꝙ hodie non poſ-
ſunt metropolitani corrigere, niſi fiat relatio per perſonas cō-
ſtitutas: vt dicitur hic in textu, ꝙ non eſt verum: nam metro-
politanus etiam epiſcopo non negligente poteſt viſitare pro-
uinciam, de cenſi. c. fi. lib 6. vnde aliter ſolue contrarium, ꝙ hic
nihil dr̃ de metropolitano, & ſic nihil iuriſdictionis aufert ſibi.
Item

Item hic dr̄ ſolum, ꝙ iſtæ perſonæ referunt toti cōcilio, in quo
interſunt metropolitani, & ſuffraganei. vnde ſm̄ Innocē. licet
Archiepiſcopus nō poſſit cognoſcere de delictis ſubdictorum
ſuorū ſuffraganeorum, tn̄ totum concilium hoc pōt, vt hic, &
4 18. diſt. propter. Quæro quis procurabit iſtas perſonas, gl. penu.
dicit, ꝙ illi, quos viſitabunt: quia officiū ſuum non debet eis eſ
ſe damnoſum. 4. q. 3. §. venturis, ad hoc de reſcrip. ſtatutum, in
fi. lib. 6. de elec. cum non deceat. e. lib. In contrarium inducit, ꝙ
epīs teneatur, per c. inter cętera. de offi. ord. & non ſoluit, niſi, ꝙ
dicit, ꝙ debēnt petere moderatos ſumptus. Vinc. dicit aliter: vi
delicet, ꝙ ſi ſunt de parochia, in qua inquirunt, debent viuere
ſuis ſumptibus, quaſi aſſumpti ſint in partem ſollicitudinis. 2.
q. 6 quieſcit. Sed ſi viſitant aliam parochiam, tunc debent ha-
bere ſumptus a delegante. i. mittente. in authen. iuſiurandum,
quod præſtatur ab his, §. 1. col. 2. & in auth. de man. prin. §. illud
quoque. pro hoc 17. q. 2. charitate. Hoſt. ſimpliciter tenet cum
gl. dicit tamē, ꝙ ſi denegabitur eis procuratio ab eccleſijs, quas
viſitant, non poterunt eas coercere, ſed implorabunt officium
epiſcopi. Mihi placet diſtinctio Vincen. Et tradidit Vinc. quā-
dam regulam, ꝙ nunquam debentur ſumptus tranſeunti per
dioce. niſi in caſibus expreſſis a iure: vt cum viſitat, vel inqui-
rit, inſ. de ſymon. cum ſic. & quod ibi no. in gloſſ. 1. & ſuper ea,
quod dictum nota. Per prædicta reſponde ad c. inter cætera. ſ.
inductum ad contrarium, quod loquitur in alio caſu: quod
dic, vt no. in ca. ſi epiſcopus, de offic. ordi. libr. 6. loquitur enim
c. inter cætera, qn̄ ipſe epiſcopus mittit perſonas per dioce. hic
quando concilium, vel dic, vt dixi in c. inter cætera. Quæro,
5 nunquid relationi† horum viſitarorum ſtabitur. gloſſ. vlt. in fi.
dicit, ꝙ ſic: niſi probetur contrarium, poteſt autem probari cō
trarium: quia non ſunt iurati. ſed ſecundum Hoſt. tutum eſſet,
vt iurarent, quando ſtatuuntur. argumento ca. in ſynodo 25. q.
6. & ſup. de teſti. cap. præterea. & ſm̄ enim creditur in notorijs,
in quibus debent aſſiſtere iudici. l. 1. §. denunciatores. ff. ad tur-
pil. in talibus enim ſine inſcriptione admittuntur. C. de accu. l.
ea quidem 4. q. 4. §. aliquando. Si autem crimina ſunt non no-
toria, aut ſunt non iurati, & non creditur eis, quin poſſit pro-
bari contrarium, vt in gl. aut iurati: & aut ſunt plures, & eis cre
ditur ſimpliciter, ſup. de teſti. c. præterea. poſſet tamen probari
contrarium indirecte, ſicut contra teſtes, ſup. de teſti. ex tenore.
Aut eſt vnus, & ei non creditur quò ad plenam probationem.
C. de accuſa. l. ſinguli. Quæro, an iſtæ perſonæ tenentur præ-
monere, antequam denuncient. videtur, ꝙ ſic. ſupr. de iudi. no-
uit. & quod ibi not. dic contra, quia relatio iſtorum non eſt ꝓ-
prie denunciatio: ſed quædam informatio, quam faciunt in
concilio: denunciatio enim tendit ad correctionem, relatio
iſtorum ad reformationem, & impoſitionem poenæ. Quæro
nunquid poſſint referre etiam ſuper quibus erat inchoatus ꝓ-
ceſſus per immediatum ordinarium. gloſſ. vlt. in fi. dicit, quod
ſic, quod eſt verum: nam proceſſus ordinarij non impedit pro
ceſſum concilij; aliàs poſſet ordinarius immediatus inchoare
proceſſum in fraudem. Ad hoc, quia inquiſitio immediati p̄-
lati eſt ſpecialis. Inquiſitio concilij eſt generalis, vna ergo non
tollit reliquam 80. diſt. non debere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio poteſt facere, vt denuncians proſequatur denuncia-
tionem.*
2 *In cauſis religioſorum abſque ſtrepitu iudicij procedi debet.*
3 *Monachus dicitur reſtitus.*
4 *Monachus non habet proprium.*

OLim. Sententiæ excommunicationum, vel ſu
ſpenſionum, latæ per Abbatē denuncia-
tum, vel alium nomine ipſius in monachos denū-
ciantes, vel eis adhęrentes, relaxantur, ſpoliati re-
ſtituuntur: relaxantur etiam iuramenta de neceſſitate tacēda.
dicta teſtiū denunciato traduntr̄, & monachi lite pēdēte obe-
diūt Abbati ſine p̄iudicio litis, & monachis proſequētibus de
bonis monaſterij expenſę miniſtrant̄, partes patent, vel primo
deciſiue narrat factū. ſecūdo ꝓuidet in plurib⁹, ibi ne igitur, &
illa ſubdiuidit̄ in plures particulas, & in pluribus ꝓuidet: & pri-
1 culę in textu patēt. No. ꝙ iudex† ex officio prouidet, vt denun-
cians poſſit denunciationē proſeq. Itē ꝙ incepta lite denūciat⁹
ēt habens aliàs ptātē in denunciantē hēt iuriſdictionē ſeu ptā-
tē ligatā quoad procedendū ꝯ denunciantē, ſi per id denūcia-
tio impediretur. Et intellige negocium cęptum per ſolam cita
tionem. pro hoc cle. 2. vt lit. pen. & hoc quo ad effectū huius c.
2 No. ꝙ in cauſis religioſorum† proceditur abſque ſtrepitu iudi-
cij. Et quid importent hæc verba. vel etiam cum adduntur ver
ba alia, vt verbum figura. nota. in c. fi. in 4. gloſ. de hæreti. libr. 6.
& expeditur in cle. ſępe. de verbo. ſign. No. etiam, quod mona-
3 chus† reſtituitur. Item ꝙ non ſolum dr̄ fieri contra aliquem,
cum ipſe grauatur: ſed etiam ſi grauatur eius adhęrens, ibi ad-
hęrentes. qđ facit pro cōſuetudine appellantium, qui ſolent di
cere pro me, & mihi adhęrentibus, vel adhęrere volentibus.
pro hoc ſup. de poſtula. c. 1. Item quia etiam ad nocendum at-
tenditur adhęrentia ſup. de offi. deleg. c. 1. ergo fortius ad pro-
deſſendum, vt hic. ad hoc regula odia. lib. 6. No. de inquiſitio-
ne in capite, & in membris, de hac ſup. c. cum dilecti. In verſ. ſi
iuramentū, & ver. prouiſo. collige, quod dixi ſummando. No.
in fine, ꝙ ſi monachus accipit aliquid de bonis monaſterij, cau
ſa faciendi ſumptus in denunciatione Abbatis, non cogitur il-
lud reſtituere. patet quia hic ſibi remittitur, pro hoc, quia dēt,
ſi nihil accepit, miniſtrari, ꝙ ſufficiat pro ſumptibus. Ex hoc
nota, ꝙ Abbas non poſſet excipere de hac ſpoliatione, petens
ante omnia reſtitui, licet aliàs hoc liceat. ſupr. de ordi. cog. c. 2.
4 Not. ꝙ monachus† non habet proprium, ſup. de ſtat. mona. c. 1.
Oppono primò, ꝙ excommunicātio nō potuerit relaxari per
delegatos, cum non eſſet eis hoc commiſſum ſup. de offi. dele.
cum olim. Solut. poſſet dici commiſſum per hoc mandatum
nouum, vel ſecundum Innoc. hoc eſt ius commune, vt ex offi
cio delegationis hoc poſſit, quia cui committitur principale,
& acceſſorium, de offi. deleg. prudentiam, §. pen. & fin. ſeruato
tamen quod ibi dicitur, cuius dicti ratio colligitur ex gl. 1. quæ
ponit neceſſitatem huius relaxationis, vt ſcilicet poſſint teſti-
ficari cum melius ſciant alijs, ad hoc. C. de repudijs, l. conſen-
ſu. ff. qui & a quibus, l. proſpexit, ſup. de excep. apoſtolicę. Oppo
ne ſecundo, quatenus mandat relaxari ſuſpenſiones: quia in il-
lis ceſſat ratio dicta in præcedenti contrario. Hoſt. ſoluit, ꝙ im
mo locum habet, colligens hic, ꝙ ſuſpenſio inhabilitat a teſti-
monio, ſicut excommunicatio: ꝙ intelligit de ſuſpenſione ho
minis ſecundum notata. ſup. de conſuet. cum dilectus, de cle.
excomm. c. fi. Ego non puto hoc verum, quia edictum de teſti-
bus eſt prohibitorium, ſufficit ergo, ꝙ non reperitur hoc exp̄ſ-
ſum. Dico itaque, ꝙ mandantur relaxari ſuſpenſiones, tanquā
quid innouatum lite pendente: ſicut infra mandatur reſtitu-
tionem ablatorum fieri. Opp. 3. ꝙ lite pendente tenuerint prę-
dictæ ſententiæ, cum interim non tollatur iuriſdictio, ſeu po-
teſtas exiſtendi in poſſeſſione ſ. vt lite pendente c. 1. & 2. & plu-
ribus iuribus allegatis hic in glo. 2. gl. illa ſoluit, ꝙ reuocantur,
quia iniuſte factæ, per hoc dicens, ꝙ ſi ex iuſta cauſa, teneret, ꝙ
dicit Hoſt. verum ſi fiant ſuper alio, quam ſuper articulo: de
quo pendet quęſtio coram ſuperiore, in illo. n. in nullo ſe impe
dit. Item nec in alio, ſi ex iuſta cauſa poteſt recuſari. ſ. de appel-
latio. ad hæc, & ſ. e. cum dilectus. Ego dico, ꝙ oīa tenent, per q̄
non p̄iudicat̄ proſecutioni litis: ſed ſi præiudicatur, non, & ſic
intelligo textum: quod autem ponderat textus, ꝙ contra iuſti-
tiam, dico eo ipſo eſſe contra iuſtitiā, ꝙ non apparet iuſta cau-
ſa ſubeſſe: vel ſi præiudicat proſecutioni litis. Oppono quarto,
quatenus mandat monachos reſtitui. monachus. n. nihil ha-
bet inſ. in fin. 12. q. 1. nolo. & c. non dicatis. Item monacho nō
videtur competere ius agendi, cum actio ſit ius proſequendi,
quod ſibi debetur, & ipſe nihil habeat. Solut. dicit Innoc. quòd
reſtitutio ſit potius ex officio Papæ, quam ex vi petitionis iu-
ris. Hoſt. dicit, ꝙ etiam ex vi iuris propter vim denunciationis.
ad hoc, quod notatur ſupr. de reſcriptis, cum dilecta. ff. de offi-
cio præfec. vrbis, l. 1. §. quod autem, quod videtur verius, vt ſal-
tem per officij implorationem hoc petere poſſit. Intelligit au-
tem Innoc. hanc reſtitutionem fieri quò ad clauſtrum, quo. n.
ad prioratus, & obedientias hoc petere nō poſſet, de ſtatu mo-
nachorum, cum ad monaſterium §. tales. Hoſtienſis dicit, ꝙ
etiam ad prioratus, quando cępto negocio, id eſt iudicio ſpo-
liantur: dicens eo ipſo eos contra iuſtitiam intelligi ſpoliatos,
ad hoc ſupr. eo. cum dilectus, de conſtitut. cum M. quod vide-
tur verius, vt talem reſtitutionem petere poſſit, tanquam præ
latus, nomine autem proprio non poteſt, cum nihil poſſideat.
de hoc dic, vt in d. c. cum dilecta. in fine, vbi dixi. In verſi. iura-
mentum. Oppono, ꝙ relaxatio iuramenti de tacenda verita
te, non fuerit neceſſaria: quia ipſo iure non tenet, de officio or
dina. quia plerique, libro ſexto. Solut. hodie ſta contrario. Op-
pone, quia debuiſſet Papa mandare puniri extorquentem tale
iuramentum, tanquam qui videtur contemnere iudicem ſub
trahendo probationes, de teſtibus, conſtitutus 3. quæſt. 7. §. 3.
& §. ſi vero. Solutio, hoc non prohibet litera, & de hoc non
pertinebat ad quæſtionem: vel non fuit inſtitutum. Et nota
in illo verſic. textum ibi, ita tamen. pro eo, quod ſupra dixi in
ſecundo contrario in principio, quòd hic fiunt relaxationes
quatenus impediretur litis proſecutio. Ex hoc nota, quod
ſi Abbas mandaret, quod non exirent clauſtrum, vel quòd
vadant ad certum locum, inde non exituri ſine ſui licentia, ꝙ
non tenentur parere. quod tenet Ioan. And. In verſic. Si vero.
Oppone, quia mandat, de teſtibus producendis contra Abba-
tem, copiam dictorum fieri: & nihil dicit de producendis

Digitized by Google

contra monachos, cum tñ inquireretur in capite, & in membris, vt ſ. patet. Solu. ſm Hoſtienſem cõtra clauſtrales procedit ſimpliciter ſm regulã: ideo eis nõ fit prædicta copia. Sed quò ad Abbatẽ, ad cuius remotionẽ ab adminiſtratione tenditur, debet ſeruari ordo iuris, quatenus conſiſtit in veritate, non in ſubtilitate. vnde etiam, quò ad eum non vſquequaq; ſeruatur ordo. ſ. eo. qualiter, 2. in fine. per hoc dicit Hoſt. ꝙ ſine infamia ad inquiſitionẽ contra prælatum regularem procedi poteſt. ſ. de ſtatu monachorum, in ſingulis, & c. ſequenti. Sed contra eſt ſup. c. ad petitionem, tñ non multum obſtat. poteſt ergo teneri dictum Hoſt. & nota ipſum. Ordo autem, qui conſiſtit in veritate ſeruandus eſt, vt dixi. & per hoc dicit Hoſt. ꝙ admittuntur legitimę defenſiones: vt hic, & ſup. de ſtatu mona. c. final. quia ẽt excõicato reſeruantur, de exceptionibus cũ inter. Oppono, quia dicit tantũ de copia dictorũ, & nõ nominũ cum ẽt nominum fieri debeat. ſup. c. qualiter, §. debet gl. penult. ſtat contrario. Hoſt. dicit, ꝙ notanter dixit de ſolis dictis, quia traditio copiæ nominũ teſtium cõſiſtit in ſubtilitate iuris, quæ in regularibus nõ eſt ſeruanda. Dicit tñ arbitrariũ, vt cõſideratis circunſtantijs fiat, vel non fiat, ꝙ quondam ſcholaris dixeram: & põt ſuſtineri per textum iſtũ. gloſſa eſt equior per. §. debet, poteſt. n. multum præiudicare ſi copia non fiat. Itẽ ſpeciale in crimine hæreſis, vt neceſſariò non fiat, de hæreticis, c. fin. li. 6. ergo regulariter fieri debet. In ver. prædictis. Oppone quatenus mandat denunciantibus, vel alijs aſſumptis ad proſequendum fieri expenſas: quia ex hoc videtur, ꝙ poſſit fieri mutatio proſequẽtis inquiſitionem, cum tñ actore non proſequente, reus debeat abſolui. ſupr. de dolo. prout, & c. cauſam. C. q̃ſo & quando iudex auth. qui ſemel. Sol. poteſt mutari ꝓſecutor inquiſitionis, vt ſup. c. cum oporteat, & contraria loquuntur in cauſis ciuilibus, & per hoc dicit Inn. ꝙ ſi in cauſa appellationis, vel alio modo inquiſitus dicat proceſſum nullũ, non eſt neceſſe vocare illum, qui promouit inquiſitionem, de procuratoribus in noſtra, quia vocaretur ſolum ratione ſui intereſſe, ſed ſua non intereſt: aliàs non poſſet mutari. prudenter facit iudex, ſi eum vocat, vt cum inſtruat ſup. c. cum dilec. Per hoc dicit Inno. decidi quæſtionẽ, an proſequuror poſſit appellare: quia ſm eum appellare poteſt, & erit in optione ſua, an proſequatur, ſicut procurator appellare poteſt, & debet: ſed non tenetur proſequi. de procuratoribus non iniuſte, & ſi non proſequitur alius de collegio proſequi poterit. Diſtingue melius per notata in ca. cum clamor, ſup. de teſtibus, & ſup. c. cum oporteat, an ſi proſequẽs principaliter impetrauerit iudicem: an vero ſit tanquam miniſter. Primo caſu eo remoto abſoluitur inquiſitus. Secundo caſu non, & procedunt tunc prædicta. Oppone ad idem, ꝙ nõ debuerint admitti plures denunciatores, ſed debuit eligi idonior. ff. de popula. actio. l. 3. Sol. ſecundum Inno. plures poſſunt eſſe denunciatores, & accuſatores, & exceptores J. c. proxi. ſ. e. licet, de excep. dilecti. licet. n. eligatur idonior: per hoc alij non prohibentur, ſed poterunt aſſiſtere, & iurare. & ſic poteſt hic intelligi. ad hoc de teſti. inſuper. & hoc de eligendo idoniorem, hẽt locum, cũ plures per ſe denunciãt, vel accuſant. ſed ſi p procuratorem ab oĩbus conſtitutũ: tunc ſm Inno. non cogetur ꝓcuratorẽ eligere, cuius noĩe proſequatur, quia ceſſat ratio, non. n. fit diuiſio in plures aduerſarios, ad hoc. ff. de exerci. l. ne in plures, iudicatum ſolui. l. iam tñ, §. in hac. & ſequenti. & §. fi. Itẽ ſi ex diuerſis cauſis plures denunciant, adhuc non habet locũ electio idonioris, ſed oẽs proſequuntur. C. e. l. qui de crimine. & pro hoc, quod no. ſup. c. ſuper his. Et no. textum ibi, cũ propriũ non habeant per quem dixit Vincẽ. ſecus in habentibus proprium, ad hoc de maio. & obed. cum dilecti, ſed Goſ. ſupplet, maxime cum procurent vtilitatem eccleſiæ. primum puro, ꝙ ceſſaret ratio capituli. Fateor bene, ꝙ proſequens ſi obtinebit, habebit expenſas tanquam victor: ſed pendente lite, ꝙ miniſtrentur, hoc operatur ratio carentię proprij, putarem tamen, quòd quando mandaſſet alicui, vt canonico, vt proſequeretur inquiſitionem, quod poteſt, vt hic. ibi duxeritis aſſumendos, quod no. quòd tũc etiam interim, quamuis habeat proprium, debebuntur expenſæ tanquam proſequendi vtilitatem eccleſiæ: vt ſup. de electione, vt præteritæ.

S V M M A R I V M.

1 *Plures inquiſitiones proſequi poſſunt.*
2 *Prodigalitas eſt vitium.*
3 *Celeritas multum eſt commendanda.*
4 *Prodigus quis dicitur tantum fama.*
5 *Infamia aggrauat peccatum.*
6 *Inquirens ad locum perſonaliter accedere debet.*
7 *Inquiſitio quandoque committitur, infamia non prædiſcuſſa.*
8 *Iudices aliquando per ſeipſos ſcribunt.*
9 *Relationi plurium iudicum ſtandum eſt.*
10 *Relatio incluſa remitti debet.*
11 *Iudex referens aſſignat terminum partibus ad referendum.*
12 *Prælatus pro ſuis ſumptibus, an poſſit alienare.*

PRælatorum. Contra prælatum infamatum de dilapidatione inquiritur de veritate, & interim interdicitur omne genus alienandi. Primo epiſcopi denunciatio. Secundo inquiſitionis commiſſio. ibi diſcretioni. Et ibi
primò mandat inquiſitionem fieri, & remitti. Secundo inquiſito terminum aſſignari. ibi eidem. Tertiò alienationem
1 interdici. ibi poteſtatem. Nota, ꝙ plures † poſſunt denunciare, & inquiſitionem proſequi. ibi quatuor, quod dic, vt ſupr. c.
proximo. Nota, quod etiam ſi dicatur prælatus intruſus: tamẽ
contra eum procedendum eſt via iuris, ſic enim opponebant
denunciantes, quod erat minus canonice inſtitutus, & tamen
infra inquiritur debite: & de minus canonica inſtitutione poteſt poni exemplum, vt quia dicebatur intruſus per potentiam
laicalem. de elect. quiſquis, vel per ſymon. de elect. cap. penultimo. vel alio modo. Eſt autem ratio dicti præcedentis, quia
non creditur opponenti, niſi probet 86. diſtinct. ſi qui. ſupr. de
2 conceſ. preben. cum ſuper. Nota, quòd prodigalitas † eſt vitium
3 ſupr. de conſuetud. ex parte. Nota celeritatem † commendari.
ibi celeriter. de quo plene in cap. final. de elect. lib. 6. ad hoc ſupra, de locato, potuit. Nota, quòd etiam fama quis dicitur
4 prodigus † non tantum bonorum; propterea dicitur crudelis,
a qui negligit famam [a], 12. quæſt. prima, nolo, quam grauius eſt
perdere, quam res 6. quæſt. prima, ex merito, & capit. deteriores, per hoc etiam dicitur quandoque quis ſibi inimicus 45.
diſtinct. & qui emendat, nõ vr̃ ſeipſum deſtruere, 15. diſt. ſicut.
5 Ex quo nota, quòd publicitas, & infamia † aggrauant delictum: hinc dicitur. Si non caſte tamen caute. pro hoc ſupr.
de cohabitatione clericorum, veſtra, & cap. fin. Nota contra
6 ducentes vitam diſſolutam. Nota, quòd inquirens † debet ad
locum perſonaliter accedere. ſupr. eod. qualiter, el 2. in princip.
ſed hic omnino tenentur, quod tamen hic fortius attenditur,
quia in mandato fuit expreſſum: hinc dicit gloſſ. quòd non
poſſent alijs committere. adde nec extra locum inquirere:
niſi in caſu cap. ſtatuimus 2. de officio delega. libr. 6. Nota ca-
7 ſum, in quo committitur inquiſitio ſuper veritate, non prædiſcuſſa infamia. ibi veritatẽ. dicit tñ Hoſt. ſupplendũ, ꝙ primò
inquirant de infamia. ſ. e. cũ oporteat, ſed ſummando poſui, ꝙ
iſte erat infamatus, vel poſſet ſingulariter ex textu notari, ꝙ inquiratur ſuper criminis veritate non prædiſcuſſa infamia, qñ
periculũ eſt in mora, vt erat hic periculũ dilapidationis: & tũc
eſt hic caſus ſingularis: & hẽt multã æquitatẽ. Et ſm hoc aliter
8 dẽret ſummari. No. ꝙ aliqñ iudices † p ſeipſos ſcribũt. ibi cõſcribẽtes, qđ poſſet opari forma mãdati, aliàs dẽnt adhibere publicã pſonã: vel duos viros idoneos de ꝓb. qm̃ cõtra. No. ꝙ ſtatur
9 relationi † pluriũ iudicũ, & eorũ ſigillis, de quo plene de fide in-
10 ſtru. c. 1. de ꝓba. poſſeſſionẽ, vbi dixi. No. ꝙ relatio † dẽt remitti
ĩcluſa. de off. dele. cũ olim 2. ſ. de appellatio. intimaſti. cũ ibi no
11 taris. No. ꝙ iudex † referẽs aſſignat terminũ partibus ad cõparendũ corã iudice, ad quẽ fit relatio. & dẽt talis terminus eſſe
perẽptorius, aliàs iterũ oporteret partẽ citari. ff. de iudicijs. l. peremptoriũ, & l. ſequenti. de off. dele. cõſuluit. Spec. tñ de remiſſionibus. §. 2. in princ. dicit, ꝙ intelligitur perẽptorius, qđ dixi ĩ
c, conſuluit. qa oĩs dilatio ad media cauſę intelligiť perẽptoria.
ſed qa terminus, q dať in remiſſione ſępe dať ad ſñiam audiẽdã, vt hic. tũc dẽt eſſe perẽptorius, & dic, vt dixi in c. conſuluit.
No. ꝙ verbũ, meritũ, aliqñ cõcernit actũ nõ virtuoſum. ibi pro
meritis. i. demeritis, ſed dñr merita, qa mereñť poenã. Et nota,
quod dr̃ in gl. pen. Not. in fine id, qđ dicit gl. vlt. Opp. primò, ꝙ
non ſit opus mittere relationẽ ſub ſigillis, dẽt. n. ſufficere, ꝙ ſit
ſcripta p tabellionẽ, cui crediť ſup actis, de prob. qm̃. Sol. adhibent ſigilla pluribus de cauſis. Primo qa poſſet denegari ſcribẽtẽ fuiſſe tabellionẽ ad hoc de elec. ſcriptũ, ſed huic rõni obſtat,
qa pariter poterint negari ſigilla. Rñdeo, ꝙ nõ ſic frequenter
ſolẽt negari. Itẽ p plures cognoſcunť, multi ergo poterũt inueniri in curia, ſi ad Papã fit relatio, q poterũt probare, q tñ nihil
ſcirẽt de notario. Itẽ probanť p cõparationẽ aliorũ ſigillorũ. Secunda ratio, vt acta mittantur incluſa, de off. deleg. cum olim
2. quæ incluſio ita cõmode fieri nequit ſine ſigillis, & ſic eſt caſus hic, ꝙ plus operať ſigillũ q̃ inſtrumentũ: & hoc quò ad effectũ p̃miſſum, qđ tenet Hoſt. ad hoc, qod notatur in c. 1. de fide
inſtrumen-

A D D I T I O.

a Famã. adde gl. in verbo, prodigã in prohe. decretaliũ gl. in l. cũ eadẽ. ff. ex qbus ca. maio. vbi dicit multos legim' apud hiſtoricos elegiſſe mortẽ, q̃ cũ dedecore viuere. Et dicit Io. And in c. vr̃a, de coha. cle. & mult. ꝙ magis expedit mori, q̃ famã pdere. Et Apoſt. ad Corin. -. Expedit magis mori, quã vt quis gloriam meam euacuet. tranſumptiue habenť iſta verba in c. ſacerdos 1. q. 2.

inſtrumento.vel dic,ꝙ ſufficit Papã ſic mandaſſe, vt ſub ſigillis remittat,rationes potuerunt eſſe prædictæ, vel alia: vt qa non faciliter habent notarij in illo loco: vel habentur laici. vt ergo non ſciant crimina prælatorum: honeſtius ſit, ꝙ iudices per ſe conſcribant,pront mãdauit hic Papa,& ſtatur eis,quia plures, & quia Papa mandauit, vt reſcriberent. Op.ſecundò in fine,ꝙ non debuerit interdici alienario: ſed dari coadiutor. de officio deleg.venerabili. Vel debuit prælatus remoueri ab adminiſtratione.3.q.2.qa ea.vel potius deponi.12.q.2. Apoſtolicos,& ca. diaconi. Solutio ſuper modo procedendi cõtra ſuſpectum de dilapidatione,variant iura,vt patet ex iuribus ſtatim allegatis, ſed reducuntur ad cõcordiam ſecundum diuerſitatem modi procedendi,quod dico plene ſup.de officio delega. venerabili. Oppono tertiò,ꝙ nullo modo debuerit alienatio interdici ſaltem indiſtinctè,cum multa ſint, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt. C.de adminiſtr.tutorũ.l.lex quæ tutores,de clericis ægrotantibus.c.vnico.lib.6. & quod ibi notatur in gl.vltima,eſſet ergo grauiſſimum præiudicium eccleſię,ſi talia deperdantur,& corrumpantur. Inno.reſpondet,quod talia poterit alienare,cũ adhuc adminiſtret.ad hoc.ſ.de officio deleg.venerabili. quod nota.& pro hoc dicto facit verbum bona. non dicit fructus: de hoc etiam infra dico in quæſtionibus.Quæro,quia Papa mandauit iudicibus,vt in relatione aſſignarent terminum inquiſito ad comparendum coram Papa,nũquid hoc potuiſſent,ſi in literis nõ fuiſſet expreſſum? Inno. quod ſic,quia ex quo cõnutitur remiſſio,vr̃ & cõmiſſum de termino aſſignãdo, ne cauſa remaneat ſine termino, pro hoc,quia iudex a quo appellauit, præfigit talem terminũ. ſ. de appellati. perſonas. Fortius ergo is,q remittit,a quo nõ eſt appellatum,quod tenet Spe.de remiſſionibus,§.videndum.poſt principium ver.hũc quoq;. Quid ſi a iudice dato,vt remittat cauſam inſtructã,fuit appellatũ:nihilominus proceſſit,nõ delato appellationi. nunquid cũ vult remittere,poterit talẽ terminũ aſſignare? Inn.dicit,ꝙ nõ.non.n. poteſt hoc ſuper appellatione, cui nõ detulit ſm Inno.pro quo facit,quia videretur ſibi cõtrarius, ex eo,quia nõ detulit. Aſſignando.n.terminũ vr̃ appellationẽ approbare,dic tamen contra ꝙ poteſt,nec eſt contra ius,vt in ca.cum appellationibus,de ap.lib.6.Et hoc tenet Spec.de ap.quarta parte.§.ſequitur videre in forma. Reuerendo vel ſanctiſſimo,& pro hoc, quia regula eſt,ꝙ iudex ad quem poteſt pręfigere terminum appellantibus, de ap.perſona,& c.cum ſit.quę capitula loquuntur indiſtinctè. Item ſecundũ Inn. ſuper cauſa principali nõ poſſet terminum aſſignare,quia fruſtra aſſignaretur. nũ enim procedetur ſuper principali,niſi prædiſcutiatur appellatio.de ap.vt debitus, & c. interpoſita.adeo,ꝙ etiam iudex,ad quẽ fieret remiſſio,nõ poterit procedere,ẽt ſi ignoret de appellatione:nã appellatus,qui tacuit de appellatione, eſt in dolo. de qua ſi expreſſiſſet,iudex nõ pceſſiſſet,in hoc tamẽ Inn.nõ pciſe ſtat: immo tenet infra cõtrariũ,vt dicã ı.q.2.in fi.& de hoc i Spe.dicto.§. vidẽdũ, ver. verũ ſi prius,nec hoc dictũ eſt verũ per c.ſi duobus.ſ.de app.& per id,quod infra dicã.Quæro,retento hoc themate,quid ſi appellans nullã cauſam aſſignauerat ſuæ appellationis? dicit Inn. ꝙ tunc iudex a quo bene poteſt procedere:& cum faciet remiſſionem aſſignando terminum appellanti ad cõparendũ ſuper remiſſione coram iudice ad quẽ,& ad procedendũ ſuper ea.dicit tñ in hoc nõ ſufficere,ſi pręſenti tantũ aſſignat terminum, licet ſufficeret ad hoc, vt teneat receptio teſtiũ, ꝙ fiat præſente parte. ratio primi, quia talis aſſignatio plus fit ratione iudicis ad quẽ,quã a quo. vult dicere,ꝙ debet iudex a quo intimare terminum iudici ad quem: de quo in Spec.d.ver. verum. & intelligo,ꝙ ſit talis intimatio:quia iudex ad quem aliàs nõ poſſet arctare partẽ,niſi eã de nouo citaret: ſed aſſignatio termini habet vim citationis,vt hic. Quæro retento eodem themate, ſi iudex, ad quem fit remiſſio, citet appellãtẽ ſuper principali, an tenetur comparere? dicit Inno.aut citat,facta mentione de appellatione,& citatio non tenet propter errorem in ea expreſſum in hoc,ꝙ velit procedere ſuper principali,omiſſa cauſa appellationis: nec tenetur citatus mittere excuſatorem:quod intelligo verũ,niſi citanti conſtaret appellationẽ oĩno friuolam: & iudicẽ a quo nõ detuliſſe,tunc.n.citare poſſet, non ob.appellatione, quæ eſt nulla etiam hoc expreſſo,nec eſſet vllus error. Aut de appellatione mentionem non fecit: & tunc ſm Innoc. debet appellans mittere excuſatorem, qui dicat citationẽ non tenere: vel iudicem nõ poſſe procedere, obſtãte appellatione, quã ſuo tempore proſequi intendit,& hoc niſi tranſiuiſſent fatalia, vt ſic ſit deſerta appellatio: quia in caſu indiſtinctè poteſt iudex ad quẽ, & potuit iudex a quo procedere ſuper principali.quod ponit Spec.de citatione.§.ſequitur.in fi. Recitat tamen quo ad hoc Inn.in fine ſuæ glo. opinionem aliquorũ dicentiũ, ꝙ citatio delegantis. i. iudicis ad quem tenet etiam non facta mentione de appellatione,ſicut etiam citatus debet comparere,& ſua excuſationes proponere: ſicut etiam quis tenetur ire ad allegandũ priuilegiũ ſuũ.ff.de iudi.l.ſi quis ex alieno:& hoc eſt verius,quia iudex ad quẽ,eſt verus iudex. & valet eius pceſſus,niſi legitime doceatur de appellatione valida. Sed præſuppoſito,ꝙ citatio non teneat,qñ nõ fit mentio de appellatione: & ꝙ ſufficiat mittere excuſatorem; quæro qd habebit proponere? dicit Inno.nõ ſufficere,ꝙ proponat, prout dixi in præcedenti qõne: ſed debet oſtẽdere qualẽ appellationẽ emiſerit,argu.ſ.de teſti. veniens, aliàs ſequeretur abſurdũ, ſi nõ teneretur de qualitate docere:& de veritate appellationis. Inno. dicit,ꝙ nõ,ſed ſufficit,ꝙ proponat.non.n. appellationẽ proſequit̃: nec eſt ſuper hoc citatus,ſ. ſuper facienda fide. Sed dic,ꝙ immo tenet̃ fidẽ facere. paria.n. ſunt non proponere, vel proponere. & nõ probare.de cõceſ.præb.cũ ſuper. Quæro quid ſi non mitteret excuſatorem.dicit Inn.ꝙ tenebit proceſſus iudicis ad quẽ, ſi ignorauit.de app.& appellatus nihil doloſe fecit.Secus ſi doloſe,vt ſubticuit de appellatione,cum ſciret.ff. de iudi. cũ prætor. de ap.ſi duobus,ſed illud c.probat cõtrarium, ꝙ ſ. tenet pceſſus,dummodo iudex ignorauerit,nec tenebatur appellatus proponere de iure aduerſarij.Quęro,quia hic opponebatur,ꝙ fuerat minus canonice aſſecutus præbendam. Quid ſi per formam canonicam non fuit in electione ſeruata? Dicit Inn.ꝙ in confirmatione omnia ſupplentur, ſicut defectus per interlocutoriam, de elec.cum dilecti. pro hoc quia ſnĩa lata cõtra ius litigatoris tranſit in rem iudicatã: ſed de hoc articulo dic pleniſſime,vt dixi de elec.ꝙ ſicut. hoc tñ dictũ aliqui non habent in Inn. Quæro,quia in fine interdicitur alienatio,nunquid poterit alienare mobilia. Hoſt.dicit,ꝙ non:nã de immobilibus ẽt citra interdictionẽ prohibita eſt alienatio de iure, de rebus ecc. non alie.nulli.de ferijs,c.2.& c.per tuas. Ego dico hoc decidi p

a tex.in verbo bona,quod cõprehendit mobilia,& immobilia[a],

& ſe mouentia.ad hoc.ff.de verb.ſign.l.monẽtiũ.Sed nunquid

12 pro ſuis ſumptibus †poterit alienare? dicit Hoſt.ꝙ ſic per c.clerici.de peculio cle.& c.fi. melius facit,ſ.de pigno.c.1. & tale dr̃ verſum in vtilitatẽ eccleſię.e.ti.c.3.de pigno.& quod ibi no. & per hoc.ſ.de pręb.cum ſm,quod no. Nunquid intelligit̃ phibita alienatio,q̃ fit quò ad vtile dominiũ, & per quã non transfertur directũ? dic,ꝙ ſic,de re.ec.non alie.nulli.C. de rebus alie. nõ alienãdis,l.ſancimus, ſm Gof. Ego dico hoc probari in tex-

b tu ex verbo qũolibet[b] hic verbũ alienandi intelligitur generaliter,prout ponitur,in d.c.nulli,& no. de illo verbo,qũolibet, de quo pridie fuit in facto. Conſtituit quis aliũ procuratoratẽ ad petendam hæreditatem titij, & in fine mandati promiſit procurator reddere medietatẽ eius,quod de illa hęreditate qũolibet cõſequeret̃: deinde procurator per quandã trãſactionẽ factam cũ poſſidente hæreditatẽ obtinuit aliquã partẽ hęreditatis: non tñ fuit adiectũ,ꝙ procuratorio noĩe tranſigeret, dicebatur, ꝙ nihilominus dẽbatur medietas mandati per verbũ, qũolibet. In ꝯriũ induxi.l.ita ſtipulatus §.griſogonus,in fi ff.de verbor.oblig.vbi probat̃,ꝙ clauſulę regulant̃ ſm naturã ꝯctus, & per pcedentia.pro hoc.ſ.de ap.ſecũdo requiris.Dicebã ergo debere intelligi,qũolibet,ſ.pcuratorio noĩe,& ita vt puto pronũciabit̃,hic tñ in tex.intelligitur, ſuper qũolibet alienatione: qa nõ pcedit aliqua qualitas,quę poſſit reſtringere.Quid ſi iſte platus nihilominus alienauit nõ obſtãte inhibitione,dicit Inn. ꝙ nõ tenebit alienatio.de dolo,veritatis,quia pro eodẽ dẽt haberi,cũ lex viua phibet.l.iudex,ſicut & lex mortua. Sec⁹ tñ eſt in prohibitione facta p nõ iudicẽ: vt de ea,q̃ fit p pactũ, p quod quis ſe obligat nõ alienare:nihilominus tenet,qd plene no. per Inn.& ego ibi plenius pono de teſtĩs Raynaldus. Quid ſi fuiſſet iſte pręlatus nõ ſuſpectus de dilapidatione. dñt aliqui,ꝙ pẽdẽte inquiſitione,nõ impediret̃ alienatio:de ſymo.licet. Sed dic plenius,vt dico in c.venerabili. De mõ pcedendi ꝯ talẽ de quo per Archid,12.q.2. vulteranę. Quæro de qõne facti. data fuit

c ptãs iudici pcedendi de iure,& de facto[c], prout voluerit, ſuper hoc facto ſtatuto municipali. an poterit per inquiſitionẽ procedere,deciſum fuit, ꝙ nõ in qõne facti Florentiæ quãtum ad cõcernẽtia intereſſe priuatõ: qa licet verbũ,voluerit, importet volũtatẽ abſolutã ſine fraude, & dolo.l.fideicõmiſſa.§.qq.ff.de legatis 3.mandati.l.creditor.§.ſina. hoc tamen eſt verum reſpectu præiudicij concedentis: ſed quatenus concernit præiudicium tertij, importat voluntatem ſubmiſſam rationi, ita ſ.ꝙ alter non lędatur enormiter.ff. de mili.teſta,l.prima. iuncta,l. in fraudem,& l.cum filio.& de offi.delegat.ex parte.2. Et per verbum,de facto, datur poteſtas iudici in his, quæ ſunt præter legem

ADDITIONES.

a Immobilia Adde Ab.in c.2.in vlt.col.de poſtu. Ab.in c.1.de his,quę fi.a pręl.

b Quomodolibet. adde Io.An.in c.indemnitatibus,in §. ſi qua vero.de ele.li.6, in nouella.idem Io. An.in c.ſtatutum,in §.nullo de reſcript.eod.lib. idem in c.1.in §.plane de cle.ęgro.eod.lib.

c Et de facto. Adde,qd iportãt iſta verba vide Bar.i l.ſtipulatio iſta i pri.ver.ſ.ꝙ ff.de ver.obl.Bal i l.ſi.C. de actio.emp. Pet de Anch.cõſ.83.i omiſſo 1.dub.

legem non contra: quia in generali commiſſione intelligitur,
ne quid fiat de iure illicitum, vt in iuribus allegatis. pro hoc gl.
quæ eſt in clemen. ſæpe de verbo. ſignifi.

De calumniatoribus. Rubrica.

Quia accuſatores, & denũciatores aliquando, & plerunque
calumniantur, ideo &c. de materia 2. q. 3. 7. q. 8. 5. q. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Nequitia inulta relinqui non debet.*
2 *Iniuria grauatur ex perſona.*
3 *Eccleſia imponit pœnam exilij.*

CVm potius. Hæc decret. ſecunda fuit
in titu. de accuſa. in pri-
ma compilatione. in ſumma dicit. Subdiaco-
nus calumnioſe accuſans diaconum ſubdia-
conatu priuatur, & verberibus publice caſti-
gatur, in exilium mittitur. primò ponit, & ag
grauat culpã iudicum, ſecundo imponit pœ-
nam calumniatoribus illi, quia ergo. vos. ſ. iudices. attendite,
quam ſitis culpabiles, adeo, in tantum nulla pœna, ſ. a vobis,
calumniatorem, id eſt calumnioſum accuſatorem: & melius,
1 vt conueniat rubro. Not. ꝙ nequitia † non debet eſſe inulta. 28.
diſtinct. quia ſunt 23. q. 4. eſt iniuſta. No. quod dicit gl. 2. & col-
2 ligit arg. ꝙ ex perſona † grauatur iniuria, & all. concord. & in ea
ibi in publico. i. capitali. ff. de pu. iud. l. 2. & in ti. C. de epiſcopis,
& cle. ſi quis in hoc genus non, vt in gloſſ. 3. & vide ipſam. No.
3 ꝙ eccleſia † imponit pœnam exilij[a], vt in gloſſ. fin. & pro ea eſt.
a 3. q. 4. hi qui. & infr. de pœnis, fœlicis lib. 6. Oppon. 1. quod hæc
decret. non ſit ſub congruo titu. & oppone, vt gloſſ. 3. gloſſ. ſtat
contrario. dic melius, ꝙ proprie hic ponitur, quia hic de pœna
calumniatoris. Oppon. 2. vt opponit gloſſ. antepenult. de l. 1. C.
de calumnia. quæ ſoluit quatuor modis. Primo, ꝙ hoc ſpecia-
le, quod nihil eſt, nam Papa hic de iure decidit, & nulla ratio
ſpecialitatis apparet. Secundo ſoluit, ꝙ iudices condemnaue-
rant: ſed non puniuerant, exemplum: vt quia dubitarunt, quæ
pœna eſſet imponenda propter inæqualitatem ordinum: quia
accuſans erat ſubdiaconus, & accuſatus diaconus, & hæc gloſ.
vult ſufficere pronunciatum eſſe ſuper calumnia. & pro hac
eſt litera ibi, ſufficit iudicem pronũciare ſuper crimine, etiam
ſi non determinet certam pœnam, nam pœna venit imponẽ-
da, vt iuris eſt, vt dixi in c. poſtulaſti, de for. compe. & tetigi ſup.
tit. 1. qualiter el 2. vbi tangit Innoc. Tertiò ſol. gl. ꝙ hoc fit cauſa
exempli, quod nihil eſt: quia non debet puniri, qui nõ tenetur,
ad exemplum aliorum, ſed hic non tenetur finito iudicio, vt
dicta l. 1. Quarta ſolu. ponitur, ne negligentia iudicum ei pro
ſit. pro hac ſo. eſt, quod no. in §. notandum 2. q. 3. in gl. ſed non
valet, ſicut nec præcedens. Quintò ſoluit extra gloſ. ſecundum
Vincen. ꝙ crimen calumniæ hic erat notorium, quę ſo. non
placet, quia notorietas licet releuet a probatione, non pro-
pterea dat poteſtatem puniendi in caſu non licito. Sextò ſolui-
tur per Inn. accuſatus appellauit, & ſic non erat finitum iudi-
cium, quæ ſo. diuinat. Item contra eam eſt, quia cauſa non fuiſ
ſet remiſſa iudicibus primis. de appe. accepta. ad quod reſpon-
detur, ꝙ iudices fuerant ſine culpa, quod etiam eſt diuinare.
ſolue ergo melius, quia hic non apparet, ꝙ finitum eſſet iudi-
cium, nam poteſt detegi calumnia, etiam ante finitum iudi-
cium. Vel præſuppoſito, ꝙ finitum eſſet, dic, ꝙ licet ex officio
non poſſit iudex punire calumnioſum: quia finita lite, extin-
guitur officium eius mercenarium tanquam deſeruiens liti,
de offic. iudi. cap. 2. ſic loquitur l. 1. aſſignata pro contrario, ta-
men directo per accuſationem ſi accuſatur calumnioſus, puni
ri poteſt, ſecundum hoc intellige, quod no. glo. C. de libe. cau-
ſa, ſi tibi ſeruitus, quod tenent omnes. Ia. Butri. Bar. & cæteri in
d. l. 1. Per hæc deciditur quæſtio facti. Teſtis laicus depoſuit te-
ſtimonium falſum coram epiſcopo, epiſcopus pendente iu-
dicio non puniuit cum de falſo ex officio mercenario, quod
poterat. C. de teſt. l. nullum. ad hoc de teſti. co. pręterea. & quod
ibi no. vult eum punire finito iudicio. dic, quod non poteſt,
cum non poſſit directò cognoſcere de crimine laici: ſed opor-
tebit, quòd agatur coram iudice laico, quod not. & ita tenet
Iac. Butri. in d. l. 1. Eodem modo dico infr. cap. noſtro, quod iu
dex eccleſiaſticus poſt finitam litem non poterit eum punire
directò, ſed iudex laicus ſic. Oppon. quòd non debuerit man-
dare Papa imponi verbera, cum per verbera perueniatur ad
pœnam ſanguinis contra ca. de rapto. in Archiepiſcopatu.
Solut. intellige hoc ſecundum illud, quod verberabitur ſine
ſanguinis effuſione, & dic, quòd debent verbera dari per cle-
ricum, non per laicum, de ſent. excommun. vniuerſitatis: aliàs
verberans, & mandans ſunt excommunicati, vt ibi. Quod ca.
quamuis loquatur de abbate, tamen intellige de quocunque
iudice eccleſiaſtico citra Papam: quia ſubeſt eadẽ ratio. quod
tenet gloſſ. in c. non liceat 86. diſt.

A D D I T I O.

a Exilij. Adde tex. & ibi doc. in c. accedens 50. diſtin. glo. in c. 1. 15. q. 7. docto. in
c. cum non ab homine. de iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Proceſſus iudicum remiſſus ad curiam facit fidem.*
2 *Monitio legitima quæ dicatur.*
3 *Calumniam abeſſe a denunciando quomodo probetur.*
4 *Calumniam an euitet probans per vnum teſtem.*

CVm dilectus. Cõiter intelligitur, ꝙ lo-
quitur de denunciatore
calumnioſo. & ſecundum hoc dicit. Denuncia-
tor criminum in probatione deficiẽs, ab officio,
& beneficio ſuſpenditur, donec ſe purget. Primò
denunciatio, & cauſæ commiſſio. ſecundo examinatio proceſ
ſus, & abſolutio denunciati ibi, cum autem. tertiò pena denũ-
1 ciantis ibi, vobis cõmiſimus. No. ꝙ proceſſus † iudicũ remiſſus
a ad curia facit fidem[a], ibi proceſſum negocij, pro hoc ſ. ti. 1. c. fi.
de reſt. ſpo. cu ad ſedẽ ad fi. vbi de hoc, quod plene dixi de pbæ.
poſt ceſſionẽ. No. ꝙ ſi accuſans, vel denuncians probat aliqd;
ſed nõ ſufficienter, nõ euitat pęnã calumniæ. probat verbum
ſufficiẽter, de quo tñ infra dicam. Opp. ad textũ, ꝙ purgatio ni-
hil profit. nã & poſt purgationẽ puniri debebit 2. q. 3. §. notan-
dum ad fi. So. ſm Inn. hic nõ negatur, quin ẽt poſt purgationẽ
puniatur, quę ſo. nõ placet. nam verũ eſt, ꝙ immo negatur, qa
mandat imponi pœna, donec ſe purget: ergo poſt purgationẽ
erit ſublata, vel aliter ſm Inn. in contrario, nõ dr̃ de denunciã-
te, ſed de accuſato, quia proprie dr̃ tergiuerſari: ſed denũciator
nõ tergiuerſatur, ẽt ſi deſiſtat non impetrata abolitione, quod
no. tñ nõ placet per hunc tex. vel tertio ſm Inn. hic nõ fuit ter-
giuerſator: qa nõ deſiſtat ante finẽ litis, immo fuit proſecutus,
ſed ſuccũbit. ad contrariũ loquit̃ de tergiuerſante. Quæro, qd
hẽt facere denunciator, vt admittatur. ſolue, vt in gloſ. 1. ꝙ dẽt
pmittere monitionẽ, quod eſt verũ: qñ dẽt procedi per iudicẽ
in modũ denunciationis ſ. tit. 1. cum dilectus. Secus ſi per mo-
dũ inquiſitionis. ſ. tit. 1. cum oporteat, & c. fin. vel accuſationis
2 ſ. tit. 1. licet, & c. veniens. Quæ autẽ monitio † dicat̃ lgitima, ple-
3 ne dixi in c. nouit. de iudi. Quæro, quõ † probabit iſte ſe non ca-
lumnioſum. gl. ſoluit, ꝙ propter ſacramentũ ſuum. Quæ ſo. nõ
placet, quia p hoc fruſtraretur iſte titulus. vnde aliter dic, ꝙ pro-
babit probando ſe fuiſſe deceptum per teſtes, ad hoc 2. q. 3. pau
lum, & ff. de leg. 2. l. qui ſolidum §. etiam. Vel ſi vis defendere
pręce. ſol. dic ſecundum Hoſt. ꝙ hic ſufficit iuramentũ: qa licet
non probauerit ſufficienter, probauerat quoquo modo, aliàs
ſi nullo modo probaſſet, non reciperetur eius purgatio: ſed pu
niretur in auth. de iudi. §. oportet. 6. collatione. pro hoc ſ. c. pxi.
vbi nihil mandatur de purgatione recipienda. hæc defenſatio
non placet: quia ſi ſuffeciſſet iuramentũ, nõ fuiſſet opus mitte-
re pro purgatione. iſte. n. pręſens corã Papã potuiſſet ſe purga-
re: ſed forte nõ erat pſens: tñ quicquid fuerit in facto, puto non
ſufficere iuramentũ: ſed requiri teſtes, vel alias coniecturas p-
pter vehementẽ pſumptionẽ, q̃ ſurgit, cõtra eũ, quia nõ proba
uit. pro hoc, quod no. in c. calumnia. j. de penis. vnde dic, ꝙ pur
gatio præſtabitur ad arbitrium iudicis, vt dicit glo. in verſi. hu-
4 ius. Quæro ſi probaſſet per vnum teſtem, an euitet pęnam ca-
lumnię. Vin. tenuit, ꝙ ſic ad hoc, quod no. de ele. cum dilecti.
ad fi. & in Spe. de accuſatore in fi. contra quod opponit de hoc
textu in verbo ſufficienter. Sed dic, ꝙ poteſt eſſe probatio non
ſufficiens, quæ tamen non eſt ſemiplena: quod facit ad mate-
riam expenſarum. Quæro, quid ſi probauit ſufficienter: ſed te-
ſtes fuerunt reprobati. dic, ꝙ excuſatur a calumnia. pro hoc, qđ
not. Spe. e. tit. in fi. Quæro, ꝙ hic imponitur pœna, donec ſe pur
get, quid ſi deficit in purgatione. dic, ꝙ iſta qõ eſt non neceſſa-
ria: nam remanebit ſuſpenſus ab officio, & beneficio. vnde in-
telligo, ꝙ hæc fuit pęna ipſius calumniæ, & ex hoc colligimus
pęnam quandam extraordinariam calumnioſi denunciato-
ris: ex quo colligit Inn. ꝙ calumnioſus denunciator acrius pu-
nitur, quam ipſe denunciatus, ſi probaſſet: qui ſolus teneretur
ad pęnitentiam peragendam ſup. ti. 1. ſuper his. Ego dico illud
verum, quando proceditur per denunciationẽ, ſed ſi fit denũ-
ciatio, vt fiat inquiſitio, ſecus: tunc enim punitur inquiſitus,
prout habes in c. inquiſitionis, & ca. qualiter, el 2. §. debet, & ſe-
quen. ſup. tit. 1. per hæc habes intellectum huius c.

A D D I T I O.

a Fidem. adde plene, & diffuſe per docto. in c. cum dilecta, de confir. vti. vel inut.

De

Digitized by Google

De ſymonia. Rubrica.

Præmiſſo de accuſa.& eius calumnia:de tribus eſt videndū:
& quia inter cętera crimina,ſymonia primum locū obtinet, 1.
q.vlt.patet.Ideo prius de illa. Et quia vſitatū malum eſt 1.q.1.
reperiuntur,ideo exaggerandū.ff.de pęnis,l.aut facta,§.fi. Gof.
de materia plene io prima cauſa per oēs qōnes 6.q.1.§. porro.
a 7.q.1.pñtium,& c.ſancitū 15.q.3.ſane.Quęro,qd eſt ſymonia,[a]
vnde dicaē quib.modis cōtrahatur,quis admittaē ad accuſan-
dū in ea,& q̄ pęna imponatur,& q̄ diſpenſatio circa tales adhi
beatur.de oībus dic,vt no.1.q.1.in ſumma.in prima gl.& de vl
timo de diſpenſatione.ſ.plene dixi in diſtinctione in c.poſt trāſ
lationē.ſup.de renunc.& de elec.c.penul. Quæro, quot modis
aliquid dicitur ſpirituale,& quando poſſit in ſpiritualibus mu
nus interuenire, de hoc dic, vt no.1.q.1. in ſumma in gloſſ.2.

A D D I T I O.

a Symonia.adde gl.in c.ſi quis ordinauerit inf.e.docto, in c.nemo.e.tit. Sanctus Tho.2.2.q.1.Tho.in 4.ſen.diſt.1.art.21.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus notarium facere poteſt.*
2 *Papa poteſt vendere titulum beneficij.*

IN ordinando. Breue eſt,vel aliter p conferendis ordinib.
vel inſtrumentis ſuper eis cōficiendis, nihil exi
gi dēt, & idē de palij datione. hēt duo dicta. ſe-
cundū,ibi pro ordinatione. No.ꝙ eps,&c.vt in
ſummario,nec mirū,quia idē ēt eſt in iudice ſe
culari,in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffra.§.hic quoniam,&
1 §.ſic igitur.coll.2.No.ſm Hoſt.ꝙ eps † pt facere notariū. ibi,no-
tarius,ſed nō ꝓbatur hic,ſed de hoc in c.ſicut te.ſup.ne cle. vel
mo.& de fide inſtru. cum P. & de ptāte talis notarij no. de ſor.
comp.ratio.§.contrahentes li.6. Op.vt gl.3.in verſ.ſed quare,&
ſolue,vt in ea,& verior eſt ſolutio prima,ꝙ hic loquitur,qñ no
tarius recipit ſalariū de publico. vnde dicit Ion.ꝙ Papa hic vo
luit tollere malam conſuetudinem quarundā partiū, in quib[9]
pro ſingulis officijs aliquid exigebaē,hic ergo prouideē quoad
miniſtros, ad quos pertinet aliquid adminiſtrare ratione offi-
cij.vt nihil exigant. Secus ſi eſſent tales,ad quos nō ptineat rō-
ne officij. Ego tñ dico,ꝙ ſic,ar.huius literæ: immo,quia exp̄ſſe
hoc dicit,poteſt defendi ſolutio Laurentij,vt nulli notario,vel
miniſtro liceat aliquid capere. Et ad cōtrarium gl.ꝙ quis non
tenetur de ſuo facere beneficium.Rñdeo,ꝙ non debet ſe inge
rere illicite ad officiū,ꝙ debet eſſe gratuitum.vnde teneñ epi
deputare aliquos,qui hoc liberaliter expedirent,qui hoc nō fa
ciūt,& minus bene. Opp.ad idem,quia in Romana curia ſunt
taxata ſalaria ſcriptoribus,& notarijs ꝫ hunc textū. Sol.nō hēt
ibi locū iſte titulus, ſicut nec l. Iulia de ambitu, locū hēt in cu-
ria principis in vrbe.ff.ad l.Iuliā de ambitu.l.vna, ad quod eſt,
ꝙ no.82.diſt.presbiter.1.q.6.c.vlti.quod eſt verū reſpectu prius
principis Papæ,vel imperatoris: ſed reſpectu aſſidentium nō:
quia illi nō ſunt ſoluti legibus,licet princeps ſic,l. prīceps.ff de
legi.de cōceſ.pbē.propoſuit:Dico tñ,ꝙ ſcriptores recipiēdo ta-
xā limitatā de cōſcia Papæ nō incidunt hūc ti. ſed ſi duplicāt,
a vel plus exigūt,nō excuſanē.Per hoc infero,ꝙ Papa nō incidit[a]
hūc ti. qd eſt verū quo ad eā quibus ius poſitiuū inducit ſymo-
niā,q̄ ſymonia eſt, qa prohibita,ſed in prohibitis, quia ſymo-
niaca,Papa nō excuſaē,de offi.dele.ex parte el 1.& ibi gl.p hoc
2 infero,ꝙ † Papa pōt vendere titulū beneficij:qa tituli ſunt de iu
re poſitiuo:ſed tñ res eſt mali exēpli,& dēret curia abſtinere,&
boni pōtifices abſtinēt,ꝓ hoc de vita,& ho.cle.cū ab oī.Quęro
quid vult dicere textus ibi,manū imponi.Solue,vt in glo.vt ſit
ſenſus,ꝙ pro impoſitione manuū,q̄ fit in dandis ordinibus,ni
hil debet exigi. Quęro de intellectu tex.ibi,miniſter vocē.ſol-
ue,vt in glo.2.vel loquitur de voce promouendi,qua vocātur,
vel de illa inſtructor rñdet ſm formā decr. vnicę de ſcrutinio,
vel expone miniſter.i.dyaconus 23.diſt.dyaconus, & ꝙ dicit
vocē,dic.i.lectionē euangelij,quod conſonat antiquæ, in qua
dr̄ pontifex manum imponi, & euangelicam lectionem mini
ſter legi,confirmationis epiſtolam notarius ſcribit. Mihi pla-
cet expoſitio ſecunda, & tertia, qua vocantur, &c. vel qua dr̄,
poſtulat &c.Quid ſi gratis,&c.vt in gl.in verbo, vendere,& vi-
de ipſum,vel dic,vt ſ.dixi de notario, & de alijs miniſtris,dic,
ꝙ nihil debent recipere etiam ſponte oblatum, quando dareē
tanquam pro compenſatione,ſed ſi ex interuallo ex charitate,
& gratitudine poſſunt:vt inf.c.& ſi quæſtiones.

A D D I T I O.

a Papa non incidit.adde glo.in c.cum pridem.de pac.Archid.& Dom.in c.3.12. diſt.Io.de turrecre.in tract.de poteſtate Pap.q.65.Sāct.Tho.2.2.q.100.ar.1.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna ſymoniæ eſt depoſitio.*

1 QVialium. Breue eſt.†Not.pęnā ſymoniæ, q̄
a eſt depoſitio[a]. Quæro,an indiſtin
ctè ꝓcedat pęna,de qua hic, vt deponaē. dicūt aliq
ꝙ nō,ſed tūc tātū, cū de hoc fuerit accuſatus 2.q.1.
ſicut,& c.nihil,ſm Goff.Hoſt.idem dicit,ſi per inquiſitionem
conſtiterit.ſ.tit.2.inquiſitionis 1.reſponſo.quod eſt verum.

A D D I T I O.

a Depoſitio.adde an iſte qui meretur deponi, deponitur eo non citato,vide Calde.conſi.4.in titu.de dila. Pet.de Anch.conſi.269.incip. ad declarationem. Card.conſi.65.& conſi.64.& conſi.76.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis omnis catholicus admittitur contra ſymoniacum.*
2 *Teſtes debent eſſe rogati.*

1 SI dominus. Omnis†catholicus admittiē ꝫ
ſymooiacum.h.d. Magiſter.ſ.
Chriſtus,prima Petri.2. pro hoc, qd not. de magi-
ſtris,cū ſit,in tertia gl.dedit.Io.18. No.arg.a mino-
a ri[a],de quo in gl.2.& dic,vt de elec.cū in cūctis,vbi gl.No.quate-
2 nus hic loquitur de teſte, ꝙ teſtes† dēnt eſſe rogati. probat ver-
b bū,exorādus,& C.de teſti.auth. rogati[b],quod verū eſt in certis
caſibus,quos colligit Spe.de teſte §.1.ver.itē ꝙ nō rogatus,in a-
lijs nō exigitur,ſed vtile eſt, vt ſint rogati: & ſic ſeruatur. Rota
tñ videtur decidere ſemp requiri,vt ſint rogati. Oppone de c.
cum P.ſup.tit.2. vbi laicus non admittitur contra clericū. Sol.
prout ibi nn. in gl.1. & ibi dixi. & quo ad textum dic,ꝙ poteſt
loqui duobus modis,primo vt loquatur de accuſatore,& tunc
procedit cōtrarium,& dic,vt in d.c.cum P. poteſt etiam loqui
de teſte:& adhuc procedit:& dic,vt ibidem. Sed hoc ſecundo
tantum caſu procedit,quod dixi de teſtibus rogatis.

A D D I T I O N E S.

a A maiori.adde c.ſi.44.diſtin.
b Rogati.adde glo.in authen.de tabellio in §.nos autem. Cy.in l.hac conſultiſſima.C.de teſtam.Bar.in l.ſciendum.ff. de verbor.obligat. Bart. in l. domitius labeo.ff.de teſtam.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatus de ſymonia an interim poſſit eligi.*

ACcuſatum. Hoc ca. cū ſequenti poteſt du-
pliciter legi, prout infra dicā,
& habeē hæc pro palea. 2.q.5.accuſatū. Secundum
aūt lecturā,q̄ placet, hoc dicit. Accuſatus de ſymo-
nia interim ſuſpenditur a celebratione miſſæ. hoc dicit cū ſe-
quenti. Op.vt gl.& ſolue,vt in ea. Op.ad hanc ſo.vt in eadē glo.
verſ.ſed ratione,& ſolue,vt in ea. Et clarius aut quærimus de ſy
mnniaco in ordine, aut in beneficio. Secūdo caſu procedit gl.
in fi.in ver.ſi vero.primo caſu procedit prima pars gl. pro hoc,
quod no.1.q.1.reperiuntur, in gl ar.ꝙ.& per Arch.1.q.1.qbiſ-
dam,& procedunt hæc oīa,quatenus verbum, prohiberet, in-
telligitur de ſuſpenſione. Sed poteſt legi alio modo, vt loquaē
citra ſuſpenſionem de nuda prohibitione, prima tñ lec.magis
placet:quia prohibitio diuinorum eſt ſuſpēſio. pro hoc de ſen.
exc.is cui,lib.6.Et tunc no.caſum,in quo ſuſpenſus adhuc ſuſpē
ditur:qa ipſo iure ſymoniacus eſt ſuſpenſus,ſic & aliàs excōica
tus excommunicatur,de Iudæis,ita quorundam. Oppone de
hoc c.ad ſequens de ſuperfluitate. Sol. vt ibi ſtatim dicā. Quæ-
1 ro,nūquid accuſatus† de ſymonia interim poſſit eligi.[a] de hoc
a no.Innoc.hic.ſed dixi.ſup.tit.2.omnipotens.

A D D I T I O.

a Eligi.adde gloſſ.in verb.donec in c.quia ea.3.q.2.gl. in verſ. dilapidatione. in c.licet heli.infr.eo.glo.in verbo, ſuſpectus,& ibi per Io. de Imola in c.venerabili.de off.deleg.Domi.in c.1.in 3.coll.de accuſa.lib.6.

S V M M A R I V M.

1 *Symonia an ſit hæreſis.*

QVotiens. Oppone de ſupfluitate propter c. p̄-
cedens.So.ibi loquiē de accuſato,ꝓ-
bat verbū accuſatū. hic de inquiſito. ꝓbat verbum,
ꝑuenit cū gl.q̄ ſupplet p famā, aliàs citra famā non
1 fit inquiſitio ſ.tit.2.qualiter,2. Oppo.ꝙ ſymonia† nō ſit hæreſis,
ſunt.n.diſtinctæ ſpecies: probat diſtinctio titulorum huius,

Digitized by Google

& tit. de hæreticis, pro hoc. ſup. in procemio. Sol. dr̃ hæreſis ſymonia propter magnitudinem criminis, cuius comparatione cætera pro nihilo habentur. ỹ. e. per tuas, non autem, ꝙ velit, vt omnis ſymoniacus ſit hæreticus: ſed ſecundum Innocẽ. tunc eſt hæreticus, quando credit, quòd gratia ſpiritusſancti ſit venialis: & quòd precio poſſit acquiri, vt in aliquem deſcendat, vt putauit Symon Magus.

Sicut ſymoniaca. Symoniæ crimen tãquam maius cęteris,
a ita & citius corrigendum. Not. de dictione, ſicut,ª
quæ hic ſtat in vim cauſæ: de eadem dictione de
ſum. trinit. c. 2. & de iudi. quia vero. No. ꝙ vincere poteſt eſſe in
bonum, & in malum. Oppo. vt glo. 1. de c. quid in oĩbus, ſolue,
vt in ca. vel aliter, vt no. in c. at ſi clerici. §. 1. tamen hæc ſolutio,
quæ eſt in glo. eſt vero. Opp. ad idem, quia homicidium, & ſymonia
æquiparantur gl. eadem ſtat contrario. de quo dic plenius,
vt no. l. diſt. in ſum. & de homici. ſicut dignum, vel aliter
quò ad vtrunq; cõtrarium, dic ꝙ ſymonia vincit alia crimina
quo ad reddendũ caracterẽ ordinis ſic recepti vitioſi, ſm Hoſt.
Opp. ꝙ non ſufficiant ſigna, vt vult textus: quia in cribus requiruntur
probationes luce clariores. C. de prob. l. fi. 5. q. 6. epiphanium.
Sol. ſpãle in hoc crimine. ſic & in hæreſi ſufficit, argu. C.
de hęreticis l. 2. tñ oportet, vt plene probetur illud, arg. de præſump.
literas ſm Inn. qui tñ dicit plus ſibi placere, ꝙ ẽt ſi nulla
ſint ſigna, ſufficit infamia, ꝑ d. c. litera, hæc dico vera quò ad pęnam.
c. præcedentis, & c. accuſatum, ſed quo ad pęnam directã
de qua. ſ. c. 2. dico ſtandũ cõtrario, ꝙ requiruntur probationes
clariſſimæ, vt in alijs criminibus. pro hoc induco textũ in ver.
eliminari. i. extra limen eijci. & in verb. propelli. i. procul pelli.
qa hęc non eſt pęna ordinaria. vel aliter: ꝙ dicit ſigna, intellige
ſufficientia ad cõuincendũ 11. q. 3. coram, & l. fi. præallegata.

ADDITIO.

a Sicut. adde gl. verbo ſicut in c. 1. de ſacra vnctione. gloſ. in verbo ſicut in c. cleros 21. diſt. Io. An. in c. damnamus, in §. cum ergo. de ſumma tri.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix ſymoniacum accuſare poteſt.*
2 *Seruus accuſans dominum an audiatur.*
3 *Simoniacus an ſit, qui dat pecuniam, aliàs obtenturus beneficium.*

1 Tanta eſt. †Symoniacũ accuſare pñt ſeruus,
criminoſus, & meretrix. primo rõ
dicti, & dictũ, ſecũdo alia ratio, ibi. Itẽ labes, iõ dr̃,
quia multi in ea labuntur, vt ỹ. per totũ. alibi peſtis.
ſ. c. proxi. alibi hęreſis, ỹ. c. quoties, vel rabies, ỹ. c. ſi dñs. Opp. ꝙ
2 ſeruus† nõ audiatur accuſans dñm. ff. de iud. l. vix certis. So. regulariter
nõ admittitur, vt in cõtrario, licet poſſit ſe defendere
ꝯ dñm tã in criminali, q̃ in ciuili 3. q. 4. c. pe. vbi de hoc, ſed ſpãle
eſt hic: ſic & aliàs ſeruus accuſat dñam, q̃ cõmittit ſtuprũ cũ
ſeruo ſuo. Secus ſi cũ alieno. 12. q. 2. qui. vbi no. Op. ꝙ ẽt alij peccatores
ꝑter ſymoniacũ prohibeantur celebrare miſſam: vt notorij
fornicarij, & c. vt in prin. gl. magna. ſolue, vt in gl. q̃ ſoluit
quatuor modis, ſed prima ſol. & vlt. ſunt veriores, & magis ꝑtinentes
ad textũ. Opp. cõtra primã ſolutionẽ: quia ẽt peccator
nõ pręciſus ẽt petens prohibetur celebrare, de renunc. niſi. §. ꝑpter
conſciam, de accuſa. inquiſitionis 1. nñ. Sol. hęc prima ſol.
gl. procedit in criminibus, quæ poſt pęnitẽtiã nõ impediunt
executionem. Opp. cõtra vltimã ſolutionem quatenus gl. dicit
ſymoniacũ poſt pęnitentiã poſſe exercere ſuũ officiũ. d. ca. niſi,
& d. c. inquiſitionis, & de hoc textu, qui ĩdiſtincte eũ prohibet.
So. gl. procedit de ſymoniaco in beneficio: quia licet ante pœnitentiã
ſi eſt manifeſtus, ſit ſuſpens⁹ oĩbus ordinibus 32. diſ. §.
verũ. poſt peractã pęnitẽtiã nõ impedit ad miſſam, vt tenet gl.
& tenet Inno. Sed de ſymoniaco in ordine procedunt contraria:
ille. n. ſi celebrat, licet conficiat. 1. q. 1. ſi fuerit, & c. ſeq. tñ de
iure celebrare nequit ẽt poſt pęnitẽtiã, ſm Inn. Sed adhuc op.
quia idem in homicida, vt in c. inquiſitionis, nõ ergo procedit
textus, qui excipit ſymoniacum tantum. So. põt ſtari cõtrario,
vel ſecundũ Inn. differũt ſymoniacus in ordine, & homicida,
quia homicidæ occulti non euitantur in diuinis, ſicut nec excõicati
occul. pro hoc 6. q. 2. ſi tantũ, de cõſe. diſt. 2. nõ ꝓhibeat.
niſi aliquis abſtineret, vt propter erubeſcẽtiã deſiſteret a peccato
agentes pñiam. de cohab cler. vr̃a. Sed ſymoniaci in ordine
ẽt occulti ęquiparant fornicatio notorio, cuius officia ſunt reſpuenda
d. c. veſtra. & c. tua 32. diſt. §. verũ. de quo dixi in d. c. veſtra.
quo ad fornicarios ẽt notorios concludens, ꝙ audiens ab
eis diuina antequã præceſſerit monitio epiſcopi hoc prohibẽs
non peccat mortaliter, dando nouum intellectum illis canonib.
ꝙ dic, vt ibi dixi. Quæro quid de dantibus aliquid pro beneficio,
de hoc inf. c. dilectus, & c. pe. & per Hoſt. in ſum. e. tit. §.
3 qua pęna. Quid † ſi dedit pecuniam illis, qui etiã alias erat obtenturus
beneficium? dicam inf. c. nobis.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacum eſt, aliquid exigere pro ingreſſu religionis.*
2 *Symonia prohibetur tam in recipiente, quam in ſuffragante.*
3 *Dans, vt aliquid recipiat, æque peccat, vt pecuniam recipiens.*

1 Non ſatis. †Symoniacum eſt exigere preciũ ꝓ
ingreſſu religionis, prioratibus, vel
capellis cõcedendis, vel ꝑlatis inſtituendis. Sepultura
chriſmate, vel oleo benedictionib⁹ nubẽtiũ, vel
alijs ſacramẽtis, nec excuſat cõſuetudo. h. d. cũ ſeq. primo ponit
diuiſim triplicẽ diuiſionẽ. Secũdò cõiunctim aliã triplicẽ dãnãs
cõſuetudinẽ, & cauſam reddẽs ibi, pro ſepultura. Pecunia
ſumitur generaliter pro quocunq; cõmodo tꝑali 1. q. 3. totũ habiturũ,
2 ad hoc actuũ. 8. No. ꝙ prohibetur ſymonia† tam in recipiente,
quã in ſuffragante, ibi, vel cõſenſerit pro hoc 1. q. 1. ſi quis
epũs, & dic cõſenſerit, vt mediator, vel tractator, vel aliàs quolibet,
pro hoc de offi. deleg. c. 1. de ſen. ex. quantę. Quæro, prout
quærit gl. 1. in ver. ſed ſi monaſteriũ, & ſolue, vt in ea. ſed quatenus
dicit, ꝙ propter paupertatẽ licet exigere pecuniam pro receptione
monachi, cõtrariũ notauit ỹ. c. tua nos, de quo dicet,
ỹ. c. quoniã, vbi de hoc in 1. glo. Quæro, qd ſi requiritur taxatio
ꝯſuetudinaria. So. ẽt ſi nil requirat, ſolutũ ꝑtextu cõſuetudinis
vr̃ exactũ. ỹ. c. dilectus 2. in fi. & cõſuetudo eſt illicita. ỹ. c. c. in fi.
ꝙ tenet Hoſt. Sed ad oĩa hæc fit fraus, qa nõ fit pactio, ſed ĩ executione
recipiendus, vel recipiẽda offert pecuniã ſuper altari.
Quæro, quid ſi monachi hñt beneficiũ ꝑpetuũ, cuius ſunt patroni,
& fructus pñt ĩ ſuos vſus cõuertere. pone exẽplũ per c. de
monachis de ꝑb. cũ ibi notatis, an licebit paciſci cũ inſtituẽdo
ad curã. Inno. dicit, ꝙ ſic: ẽt ſi in ꝑpetuũ inſtituat, nõ. n. per hoc
cõſequet administrationẽ perpetuã, vel aliquod ius ſpũale, qđ
hic prohibet, ꝓ hoc ỹ. c. cõſuluerc. de præb. in lateran. de dona.
cõſultationibus, & c. paſtoralis, de priuile. paſtoralis. Ad quod
op. de c. prohibemus, & c. ſignificauit ỹ. de cenſib. Sol. aliud eſt
cenſum nouũ imponere, quod in illis iuribus prohibet, vel antiquũ
augere, quod ẽt ibi prohibetur. Aliud vendere fructus,
vel locare, quod permittitur. ỹ. tit. 1. c. fi. & de locato veſtra. Cauendũ
eſt m ſm Inn. vt cõtractus nõ miſceantur, de re. permu.
ad qõnes pro prędictis, quia ſm Inn. põt ẽt clericus recipere ꝑciũ,
vt deſeruiat in capella. ꝙ ẽt notaui. ỹ. ti. 1. c. pe. dixi de ꝑbẽ.
3 ſignificatũ. Quæro, an dãs, †vt aliqd recipiat, ęq̃ peccet, vt pecuniã
recipiẽs, vr̃, ꝙ ſic per totũ, qui ęquiparat ibi tã, q dederit,
quã qui receperit. In contrarium, quia in vſura nõ indiſtincte
peccat tribuẽs, de vſuris ſuper eo. & quod ibi no. licet recipiens
ſic. Sol. rationem diuerſitatis inter vſuram, & ſymoniam dicã.
inf. c. fi. & dixi de vſuris in ciuitate in repetitione.

SVMMARIVM.

1 *Gratis oblatum recipi non prohibetur.*
2 *Presbytero non volenti baptizare an licitum ſit dare pecuniam.*

Cum in eccleſiæ. Ponit factum horribile,
& excuſationẽ conſuetudinis.
ſecũdo ipſum prohibet, quia ſymoniacum,
ibi, ne igitur. No. in verbo requiratur, ꝙ gratis
1 oblatum †recipi non prohibetur ſm Inn. Op. ꝙ pro ſacramentis,
maxime pro benedictionibus nubentium poſſit aliquid
exigi: ſicut exigitur dos pro matrimonio, & c. vt in glo. 3. ſolue,
vt in ea, ſed quatenus dicit non conferri gratiam in matrimonio,
contrarium tenui ſup. de ſacra vnctione, c. vno. circa prin.
& ideo poteſt ad contrarium aliter reſponderi. non eſt enim
ratio, vt prohibeatur datio pecuniæ in ſacramentis: quia per ipſa
conferatur gratia. nam per electionem, vel beneficij collationem
gratia non confertur, tamen pecuniæ datio prohibet,
& ſymonia, inf. c. de hoc, & c. Matthęus. Idem eſt in ſepulturis:
vt hic, & ibi. dicit autem Goff. ꝙ adeſt gratia ſpiritus ſancti in
matrimonio quo ad meritum: ſed non quò ad pręſentiã, quia
exhorret ſpiritusſanctus præſentiam in copula carnali, in qua
homo aſſimilatur brutis, quod nihil eſt. nam non coinquinat
a talibus, de cohab. cle. veſtra. vnde dico, ꝙ etiam copula poteſt
eſſe meritoria: & ſine concupiſcentia 32. q. 4. dixit ſarra. Quæ-
2 ro an liceat dare† pecuniam ꝑbr̃o, qui non vult aliter baptiza-
a re.ª de hoc 1. q. 1. baptizandos, in gloſſ. penult. Quæro, an liceat
dare pecuniam paganæ, vt baptizetur, de hoc 1. quæſt. 2. quam
pio. immò hiſtoriam Gezi de qua in gloſſ. vltima habes. quarti
regum quinto.

ADDITIO.

a Baptizare. Adde Sanctum Tho. in 4. ſen. diſt. 2. q. 2. ar. 2. & per Step. de gaieta in ſuo ſacramentali in §. 1. vbi tractat de ſacramento baptiſmi in 16. q. ſanctus Tho, 2. 2. q. centeſima. art. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Procuratio an præſtetur pro reconciliatione eccleſiæ.*
2 *Eccleſiæ conſecratio an ſit ſacramentum.*

CVm ſit. Pars huius, de appell. cum ſit. Oppo-
no, quod etiam procurationem non
liceat recipere, quia ſimoniacum eſt, ſi quid tem-
porale pro ſpirituali. 1. q. 1. ſtatuimus. Sol. ꝙ recipi-
tur pro labore, pro hoc quod no. 1. q. 2. placuit in glo. 2. quæ io.
non procedit, quia idem diceretur in alijs ſacramentis, vt pro
labore baptizandi, vel ordinandi aliquid reciperetur, quod ta-
men non licet. vnde verior eſt alia ſo. quam ponit glo. ꝙ per-
mittitur procuratio: quia a iure eſt expreſſum. & in hoc per-
mittitur, quia ſpecifice eſt permiſſum. non enim ſufficit gene-
ralis diſpoſitio diſponens, vt dentur præmia pro labore, vel di-
ſponens, ꝙ quis nõ cogitur ſuis ſtipẽdiis militare. de præſum.
cum ex officij. nam ſpecifice eſt depoſitum, vt pro ſacramen-
tis nihil recipiatur. vt ſupra duobus c. proximis. Et ad illud de
labore, reſpondetur, ꝙ ſępe exiguus eſt: ſi enim pro labore viæ
daretur: aliquando enim locus, ad quem accedit epiſcopus,
eſt vicinus: & tunc ceſſaret ratio. Si autem pro labore perſo-
næ, ad hoc tenetur epiſcopus, & ideo ceſſat ratio: debet ergo
ſe procurare, quod eſt verum, ſi poteſt. Si autem non poteſt:
tunc procurabitur ab eccleſia, cuius fauore miniſtrat aliqua ſa-
cramenta. ſic ergo permittitur hic procuratio pro cõſecratio
ne eccleſiæ, quia expreſſum eſt: alias nunquam, niſi inuenia-
tur eodem modo expreſſum. 1. q. 3. vendentes. & c. non ſolum.
de vita & ho. cle. cum ab omni. Quid ſi eccleſia conſecranda
non poteſt epiſcopum procurare. Solue, vt in glo. cum qua te-
net Innoc. & pro ea eſt de reſcript. ſtatutum. §. prouiſurus. lib. 6.
Quæro, nunquid pro reconciliatione eccleſiæ præſtabitur pro
1 curatio. † dic, vt in c. propoſuiſti. de conſecr. eccl. vel alta. vbi di-
xi. Quæro, quare pro conſecratione eccleſiæ, & non pro actu
baptiſmi permittitur exigi procuratio. dic vt no. 1. q. 3. relatũ.
2 Quæro, an conſecratio † eccleſiæ ſit ſacramentum. dic ꝙ non,
ſtricte accipiendo. de ſacra. non iteran. in rubro, vbi enumera-
ui. ſed large ſumendo, ſic: quia in ſacræ rei ſignum. 1. q. 3. c. ſi.
nec in ea debet interuenire pactio, vt not. 1. quæſtione. 4. ec-
cleſia.

SVMMARIVM.

1 *Conuictus de ſimonia deponendus eſt.*
2 *Pauper, qui dedit pecuniam pro ſimonia, an poterit ſibi reſtitui, vt inde de viuat.*

1 DE hoc. Conuictus, † vel confeſſus de ſymonia
deponendus eſt, & idem in infamato,
qui ſe purgare nequit. Communis diuiſio. ſecunda
ibi tuæ. & ibi primo tractat de clericis. ſecundo de
laicis ibi, regem autem, poſſent, & aliæ particulæ ſignari. Opp.
primo quatenus dicit de archidiacono, cum archidiaconus
a non habeat vocem in electione, ª quia pertinet ad canonicos.
de elec. cap. 1. Solu. habebat hic de iure ſpeciali. Opp. ſecundo,
ꝙ ad punitionem non ſufficiat crimen eſſe manifeſtum. nam
& in manifeſtis debent fieri probationes. 1 1. qõ. 3. eorum. 3. q.
5. quia ſuſpecti. Sol. vt in glo. exponendo manifeſtum. i. noto-
rium. Opp. 3. ad hanc ſo. quia ſtatim ſubiungit de confeſſione,
quæ facit crimen notorium. de coha. cler. c. ſi. & ſic incongrue
ſtat diſiunctiua, aut, quæ debet cadere inter diuerſa. l. aut ille. ff.
de verb. ſig. So. ꝙ procedit de manifeſto. i. notorio, intelligitur
de notorio facti, vt quia ſecundum Inno. in conſpectu populi
facta fuerunt inita. ad hoc de elec. c. 2. quod autem ſequitur de
confeſſione, procedit in notorio iure, vel ſi id quod procedit,
intelligis de notorio iuris, dictio, aut, ſtat pro id eſt. Oppo. quar
to in eo, ꝙ exigit textus pecuniam fore promiſſam, & receptã,
quia ſufficit promiſſio. 8. q. 2. illud. & q. 3. talia. nam ſimonia di
citur ſtudioſa voluntas. &c. vt dicam ꝗ. c. nemo. So. ſta contra-
rio, vt in gl. 2. Opp. 5. quod non debuerit æqualiter punire con
feſſus, & conuictus, vt fit hic, quia mitius agi. debet cum cõfeſ-
ſo. 56. diſt. col. vl. 1. q. 5. c. ſi. ꝰ. de elec. innotuit. & aliis iuribus all.
in glo. in verbo. confeſſi. in ver. videtur contra. Sol. vt in glo. ꝙ
contrarium procedit in ſponte confeſſo, non autem in non
ſponte, pro hoc. 13. q. 2. quam præpoſterum. 15. q. 8. in ſumma.
24. diſt. c. vlt. Simile dicitur de elec. dudum. in fi. & idem deci-
ditur de ceſſione. infra c. per tuas. vel aliter ſecundum Hoſtien.
etiam cum confeſſo non ſponte, agitur mitius in aliquo, & in
quanto eſt arbitrarium. ad hoc de tranſac. c. fi. quod not. ſed ta-
men textus repugnat, vnde verior eſt præcedens ſolutio. Opp.
ſexto quatenus dicit regem, & principes conſenſiſſe electioni,
cum fuerint laici, quibus hoc non licet. de elec. ſacroſan. Sol. vt
in glo. pen. quam nota in eo, quod non fuiſſet licitum redime
re conſenſum illorum ante, vel poſt electionem. dicit tamen
illa, quod alias licuiſſet redimere vexationem. infra cap. dile-
ctus. de quo ibi dicam etiam infra eo. ad aures. vel dic ad con-
trarium, quod pecunia fuit data regi, & principibus, vt præſta-
rent aſſenſum. i. vt cum electoribus hunc eligi aſſentirent, &
fauerent, ſeu procurarent, vel vt inducerẽt canonicos, vel fuit
data regi, vt quia rex erat patronus, qui habebat aſſentire prin
cipibus, vt regem inducerent, vel etiam principes erant patro-
ni, vel melius qua cauſa data fuerit non refert: quia etiam ſi
nullo iure ad eos pertineat conſentire, tamen committeretur
ſimonia. Oppo. ſeptimo, quod rex & principes debuerint non
tantum ad receptam pecuniam, ſed ad pœnam duplici tene-
ri, in auth. de ſan. epiſcopis, in §. ſi vero laicus. Sol. vt in glo. ma-
gna in prin. quæ ſtat contrario. & dic etiam, quod debent cade
re a dignitate in auth. quomodo oportet epiſcopos. §. ſi quis au
tem extraneorum. Oppono octauo, quod non debuerit pecu
nia reſtitui eccleſiæ, ſed danti. infra c. veniens. Sol. vt in glo. quę
dupliciter ſoluit, ſed vera eſt ſecunda ibi, tu dic. & aliter etiam
ſoluitur. d. c. veniens. vel ſecundum Hoſt. poſſet dici pecuniam
certo caſu confiſcandam, quando eccleſia tota fuit in culpa,
cum tunc non debeat dari eccleſiæ, vt dicit glo. in fine, & fiſcũ
dicit Romanam curiam, vt inde erogetur pauperibus. ad hoc
de vſuris cum tu. Ego dico fiſcum eſſe ſuperiorem illius eccle-
ſiæ, & melius, quod non fiet erogatio in fiſcum, ſed ſtatim di-
ſtribuetur in pauperes, & ſi diſtributio non poteſt commode
fieri, ſtatim deponetur vel in ædem ſacram, vel in alio loco tu
to, quod etiam fuit de mente Hoſtiẽ. Cætera proſequere, vt in
hac glo. & in ea ibi, ſi quis in atrio. vbi de hoc. & 22. diſt. c. pen.
& ibi dixi de hoc. 1. q. 3. ſi quis dato. Oppo. nono, quod non ſo-
lum debuerint rex, & principes induci, ſed etiam cogi, cum te-
nerent in periculum ſalutis hanc pecuniam, & per hoc erant
de foro eccleſiæ propter peccatum, de iudi. nouit. Solu. de hoc
non conſtitit. & dic plene de hoc, vt dixi in contrario. Quæro
2 quid, ſi is, qui dedit pecuniam † eſt pauper, an poterit ſibi pecu
nia reſtitui, vt inde viuat. Hoſti. dicit, quod ſic, quia potuit er-
rare in iure, vel in facto, Quod nullo modo placet. nam dignũ
eſt, vt male meriti egeſtate laborent.

ADDITIO.

a In electione. Adde quod hoc fallit, ſi ſit de capitulo, vt per Innoc. in cap. tua. de his quę fi. a præl. Archi. in cap. 1. 60. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium eccleſiaſticum pro obſequio temporali promittere, eſt ſimonia.*
2 *Beneficium ſperare propter ſeruitia, an ſit licitum.*
3 *Simoniacum an ſit prouidere de beneficio clerico, qui ſeruit conſtituta certa mercede, donec ſibi prouideatur.*

CVm eſſent. Simoniacum eſt pro tempo-
rali obſequio eccleſiaſticum
1 beneficium † promittere. primo deciſa cõtrouer
ſia, & procuratoris datio. Secũdo diffinitio, & eius
cauſa ibi, cunque. Oppono ꝙ Guillelmus non debuerit citari,
cum eſſet laicus coram papa, de iudi. nouit. So. non apparet, an
fuerit citatus, nec qua cauſa foret in curia; ſi tamen vis intelli-
gere, quod ad inſtantiam R. fuerat perſonaliter citatus, tunç
ſubaudi, quod ex cauſa legitima, quę pertinebat ad eccleſiam.
Opp. ad hanc ſo. quia ſi erat citatus perſonaliter, & comparue-
rat, non debuit poſſe recedere dimiſſo procuratore. So. habuit
forte ius reuocandi forum de fo. compę. cap. ſi. vel ſecundum
Hoſti. perſonaliter citatus licet teneatur comparere, non tene-
tur perſonaliter in iudicio perſiſtere. ſufficit enim, quod dimit
tit procuratorem, vt hic, quod eſt dictum ſingulare. & pro
hoc quod no. de elec. cupientes. §. quod ſi, in verbo, petere, in
glo. lib. 6. Ego tamen dico, quod expedit, vt recedat cum licen
tia iudicis, alias haberetur pro non comparente de offic. dele.
conſuluit. & quod ibi no. nam citatus tenetur ad duo, vt com-
pareat, & perſiſtat. d. c. & quod ibi no. Oppo. quod pactio fue-
rit licita, quia procurare negocium in curia coram Papa eſt
non temporale. Sol. poteſt eſſe temporale, & quamuis ipſum
negocium eſſet ſpirituale, ipſum procurare eſt temporale. vn-
de hodie quicunque curialis, vel alius qui facit vel recipit pro-
miſſionem de aliqua vtilitate pro obtinenda gratia, vel iuſti-
tia apud ſedem apoſtolicam pro aliquo, excommunicatus eſt
ipſo iure per extraua. Bonifacij, excommunicamus. Oppono
2 ad idem, quia licitũ eſt propter ſeruitia † ſperare beneficium.
1. q. 1. ſunt nonulli. So. vt in glo. & vt no. in contrario. & plene
dixi in c. tuam. de ætate & quali. Opp. ꝙ ex alio debuerit iſte R.
cleri-

Digitized by Google

a clericus puniri ex eo,ſ.quia fuerat procurator laici[a] in authē.de ſanc.epiſcopis.§.alium.So.in foro ſæculari procedit contrariū: ſed in foro eccleſiaſtico licet,de poſtulando.c.1.a contrario de quo no. ff de procu.l.femina. & in Specu.de procuratore.§.t. ver. Item quod ſi epiſcopus.& dixi in d.c.t.& ne cler.vel mon.
3 c.3. Quæro ſi epiſcopus † recipit aliquem clericum ad ſibi ſeruiendum,conſtituta certa mercede,donec illi prouideat de beneficio,ſi poſtea prouidet,an ſit ſymoniacum.videretur,quod ſic,quaſi commutetur hoc ſpirituale pro illo temporali.cōtrarium tenet Hoſti.quia nulla eſt commutatio,cum merces fuerit conſtituta ad tempus,quod deſijt,nec fuit illicitum ſperare beneficium, vt hic in glo. Ego dico quod licet ſit licitum ſperare,non licet in pactum deduci, vt hic videtur deductum, vt gratis ſeruiat pro beneficio,quod habet ad hoc,quod hic dicit glo.& iura,quæ allegat.& quod dixi in c.tuam.de æta.& quali. per hoc enim,ꝙ recipit beneficium, videtur remiſiſſe mercedem. ergo eſt ſymonia. de teſti. veniens.1.J.c.quærelam. licet Hoſtien.ad hoc reſpōdeat,quod non remittit mercedem,quę non erat cōſtituta in vlterius tempus, ſed dic,ꝙ ſufficit, ꝙ erat conſtituenda,cum eſſet ſeruiturus gratis.

ADDITIO.

a Procurator laici. Adde,an clericus poſſit eſſe procurator laici, vide Archid. in c.peruenit.86 diſt.Abb.in c in noſtra. de procu.Ioan. de Imo.in ca.accedens,de præben.Fede.de ſenis.conſ.163.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacus notorius priuatur beneficio.*
2 *Crimen ſymoniacum eſt de maioribus.*

1 INſinuatum. Notorius ſymoniacus † in beneficio eo priuatur,idem ſi eſt infamatus,& ſe purgare nō poteſt, primo ponit relationem ſibi factam. ſecundo mandat prouidere diſtinguendo inter notoriū,& famoſum.ibi vnde.Opp. primo,& ſoluo vt in gl.pen.& nota verſus,quos ponit,qui etiā ponuntur.J.de pur.ca.inter.Oppo.ſecundo, quod deficiens in purgatione non poſſit priuari beneficio,quia propter præſumptionem probabilē non debet ferri ſententia, de præſumptio. afferte.& c.literas.So.probabilis tranſit in violentam, cum deficit in purgatione,vt dicit glo.vlti.quam no.in ſimile eſt.infra de hæreticis.cum contumacia.lib.6. per violentam autem bene fertur ſententia dicto c.afferte. Quæro, nunquid epiſcopus poſſit reſtituere taliter priuatos, prout in textu dicitur. dic, ꝙ nō propter verbum perpetuo in fi.textus.nam infamia perdurante hoc etiam fieri non poſſet ſine ſcandalo.2.q.5.presbyter ſi.& c.ſi mala.& c.omnibus.ante fi.J.de pur.cano.c.2. ſecundū Hoſti. Ad quod oppono de c.quamuis. & quod ibi no. glo. de reſcript.lib.6. vbi habes, quod epiſcopus reſtituit contra ſuam ſententiam. Solue per ibi notata in glo.& dic quo ad hunc tex
2 tum, ꝙ nō poſſet hic reſtituere: quia † crimen ſymoniæ eſt de maioribus, in quibus non diſpenſat epiſcopus de iudi. at ſi clerici.

SVMMARIVM.

1 *Simonia quid ſit.*

NEmo. Symoniacum eſt precio,vel fauore peccatorem celare, vel reconciliare ante pęnitentiam vel poſt pęnitentiam a reconciliatione remouetur. habet quatuor dicta. ſecūdum ibi nec. tertium ibi nec quamquam.quartum ibi, vel quocunque. vel aliter. primo ponit quatuor dicta,quorum tria prima in idem recidunt. ſecundo rationem eorum,ibi quia ſymoniacum.detractet.i.tardet.ibi pęnitentem.alias impęnitentem,ſed prima melior. No.ꝙ terminus vniuerſalis,ſeu dictio exponitur particulariter,quia dictio quolibet,exponitur,ideſt aliquod de quibuslibet,vt hic in glo.prima,cuius eſt ſenſus,quod hic non ſtat collectiue,vt requirantur plura emolumenta,ſed diſtributiue, vt ſufficiat vnicum,qualemcunque. pro hoc no.pro intellectu ſtatutorum,& contractuum. No.quod verbum emolumentū eſt generale,& comprehendit lucrum,& redditum, & fructū, & quodcumque ad hoc de teſta. ſi hæredes. & idem verbum de teſti. c.1.lib.6.in clemen.ſtatutum.de elec.& Malachiæ vlti. No.ratione conſanguinitatis, & familiaritatis aliquid contra aliquem præſumi, de accuſatio. repellantur. de teſti.in literis. ſecundum Hoſti.Sed non colligitur hic, ſed ſolum, quod hoc prætextu non licet aliquid illicitum committere.quatuor autem modos, quibus peruertitur humanum iudicium, ponit textus in c. t.de re iud.lib.6. Oppo.primo, quod non ſit ſymonia aliquid emolumētum capere propter celare peccatorem. primo,quia ipſum celare nihil eſt. Secundo, quia præſuppoſito,quod eſſet aliquid,nō eſt illicitum.l.ſolent. ff.de præſcriptis verbis.Sol.vt in glo.2.quæ dicit ad primum, quod celare eſt aliquid facere.pro hoc.ff.de reg.iur.l.qui non facit.vbi de hoc.& 90.diſt.alienus.Sed melius dico,ꝙ nō eſt aliquid facere, ſed eſt aliquid faciendum relinquere, propter quod etiam committitur delictum.regula delictum.lib.6.Ad ſecundum reſponde, prout dicit glo.pro cuius ſolutione eſt, quod no. J. de furtis. ꝗ cum fure. Oppo.ſecundo ad hanc ſo.quod non ſit ſymonia celare peccatorem. nam ſymonia eſt ſtudioſa voluntas cum effectu emendi, vel vendendi ſpiritualia. 1.q.1.qui ſtudet. quod hic non fit.Solutio dicunt aliqui, quod non eſt proprie ſymonia, ſed quaſi ſymonia, quia ad modum ſymoniæ punitur. Alij, quod hoc eſt ſymoniacum: quia prohitum, quod nihil eſt. nec etiam præcedens ſo. eſt vera per textum hic in fi.vnde alij,vt Tan.& Vincen.dicunt, ꝙ illa deſcriptio non eſt authentica,quod reprehendit Hoſti. & diffinit triplicem ſymoniam, ſcilicet,mentalem,quam diffinit,vt prædixi, dicens,quod ponitur cum effectu in diffinitione,ſeu cum opere ſubſecuto,quod eſt idem, quia nuda voluntas non inducit ſymoniam dicto c. qui ſtudet.& c.reperiuntur. & c.eos. & c.ſi quis neque. ſ.de bigamis nuper. & c.fi. J.c.fi. Item cōuentionalem diffinit dicēs, ꝙ eſt ſpiritualium vel annexorum ſpiritualibus pręcedente pacto promiſſionis,cōditionis, modi,ſeruitij, precum vel cuiuſlibet temporalitatis receptio ſeu donatio. 1.q.2.quam pio. & q.1.ſi quis neque.de rerum permu.quæſitum. de æta. & quali. tuam.de pactis.c.fi.poſſet, & tertio dicl ſecundum eum, quod inuenitur ſymonia quaſi conuentionalis, de qua infra c. & ſi quæſtiones. Oppo.tertio ad has diffinitiones,quia nulla eſt ſymonia mentalis.J.c.fi.Item diffiniendo, vt diffinit, non complectitur proprie textum noſtrum. Ego igitur ſimpliciter om-
1 nem ſymoniam ſic diffinio. Symonia † eſt peccatum, propter quodcūque geſtum, vel omiſſum circa ſpiritualia vel ſpiritualibus annexa, ex quo aliquod emolumētum temporale etiam non æſtimabile,quis cōſequitur. Peccatum ponitur vt genus, quia omnis ſymonia eſt peccatum,& non econuerſo. geſtum vel omiſſum,quia & faciendo & omittendo committitur, vt hic in textu & iuribus all.in gl.2. Emolumentum terminus generalis,vt hic in principio. & dixi notando temporale. quia ſi eſſet ſpirituale non prohiberetur. nam ſpiritualia inter ſe cōmutationem recipiunt,de rerum permu.ad quæſtiones. Opp. quarto,quia textus videtur contradicere ſibiipſi,quia in verſu, nec quamquam,punit eum, qui reconciliat pœnitentem. & in ver.fi. punit prohibentem reconciliationem. So.aliqui habent impęnitentem ibi,quemquam pœnitentem, & tunc cōtrarium non procedit: ſed communis litera eſt pœnitentem. vnde tunc dic, quod participium præſentis temporis ſimpliciter prolatum denotat rem imperfectam. vnde eſt ſenſus pęnitentem,ſ.qui nondum pœnituit. ſed prolatum cum aliquo adiecto limitatur ſecundum illud. vnde in ver.fi.dicit non ſimpliciter pœnitentem,ſed digne pęnitentem,i.qui condignam pœnitentiam peregit: quod no. vt ſcias allegare. ex hoc patet ſolutio. Opp. quinto ad idem, quia ſi reconciliare pro emolumento temporali eſt ſymoniacum. ergo non reconciliare eſt non ſymoniacum,quia contrariorū eadem diſciplina. 32.diſt. hoſpitiolum.in fi. Sol. plerumque duo contraria in idem recidunt vitium, & recipere pecuniam propter accuſare, vel propter non accuſare.J.q.1.ad fi.2.q.1.prohibentur.vel melius vt aliqua ſint contraria,expedit, quod opponātur reſpectu eiuſdem medij,reconciliare ergo propter pecuniam, & non recōciliare propter pecuniam,non ſunt contraria quo ad effectum punibilitatis. ſed reconciliare pro pecunia, & reconciliare gratis bene ſunt contraria quo ad effectum meriti, vel demeriti. pro hoc regula,qui ſentit,in princip.lib.6. Oppono ſexto ad idem, quod reconciliare pro pecunia, vel non reconciliare non ſit ſymoniacum, ſed ſacrilegium. 1.q.1.ſunt quidam.Solu.eſt ſacrilegium, & cum hoc ſymoniacum, inducitur iſte textus ad quæſtionem, an per presbyterum probetur quis emendatus de crimine. quod ſic facit hæc litera, de quo eſt glo. de teſti. teſtimonium vbi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Monachi poſſunt agere pro monaſterio ad reuocationem alienatorum pro abbatem.*
2 *Prælatus ius eccleſiæ acquiſitum reſignare non poteſt.*
3 *Eccleſia pecunia redimi non poteſt.*

QVerelam. Eccleſia emi,nec redimi poteſt. primo querela monachorum. ſecūdo cauſæ commiſſio cum inſtructione iudicum in cauſa principali,& in cauſa contumaciæ. ſecunda ibi, vnde, & illa

in

Digitized by Google

in duas,vt duo dicta cõtinet,quæ prædixi.ibi manerium, alias
māſum,quod idem eſt.de cenſibus. c.primo. Nota monachos
1 poſſe agere † pro monaſterio ad reuocationem alienatorum
a per abbatem [a] ſecundum Innoc.probat hic principium quere-
2 lam monachorum.Nota,quod prælatus † reſignare nequit ius
eccleſiæ acquiſitum.Nota quod inſtrumenta bonorum eccle
ſiæ retinentur per prælatum.ibi,chartam.& debent prælati ta-
lia cuſtodire. 16.q.1.in canonibus.& peccant aliis tradentes, vt
hic.vnde etiam tenentur ad intereſſe, ſi talia tradiderunt ad-
uerſario. 12.q.2.ſi quis de clericis. ſic, & alias tenetur crimine
falſi is, qui perdidit inſtrumenta alicuius eius aduerſario,ſi te-
nebitur ad eorum cuſtodiam.l.1.§.is qui.ff.de falſis,propter qđ
crimen falſi clericus deponitur. 46.diſt.clericus. No. quod ec-
3 cleſia † non poteſt redimi pecunia,ideſt per pecuniam reſigna
ri,ita nec per tranſactionem proprie ſumptam eadem ratione,
de pactis.ſuper eo.No.quod inductus in poſſeſſionem debet in
ea conſeruari.ibi nec permittatis,&c.per quæ verba dicit Inno
cen.delegatos eſſe conſtitutos conſeruatores, quod nota ſingu
lariter pro executoribus beneficialibus,cum apponitur in lite-
ris,vt defendas inductum.de quo dic, vt infra. Oppo. primo ꝙ
illicitum fuerit monachis de Agra acquirere eccleſias ſub an-
nuo cenſu. ȝ.e.non ſatis.ver.nec prioratus. Sol. hic non proprie
eccleſia,ſed eius fructus fuerunt acquiſiti. vel ſecundum Hoſt.
eccleſia bene poteſt concedi loco religioſo ſub annuo cenſu &
in perpetuum.de religio.domi.cõſtitutus. ſed ſingulari perſo-
næ non,niſi ad eius vitam : immo nec ad eius vitam debet ſub
annuo cenſu concedi.non enim per hoc euitatur, quin vacet,
niſi concedatur in titulum.de ſup.negl.præl.c.2. & hoc etiam
ſi ſit de menſa concedentis ſecundum eum, quod non eſt ve-
rum : quando eſt plene de menſa, quia tunc vacare nõ poteſt,
quia non eſt titulus.de exceſ.prælat.clem.frequens.& quod ibi
no.glo.Oppo.ſecundo ad idem de cap.1.ȝ.ne cler.vel mo.de c.
1.96.diſt.vbi prohibetur monachis conducere alienum.Sol.in
dictis iuribus.& ȝ.de decimis dilecti.poſſunt enim conducere
aliena cum ſua non ſufficiunt.Oppo.tertio, quod eccleſia po-
tuerit hic emi pecunia ſub vniuerſitate manerij. ȝ.de iure patr.
ex literis.& c.cum ſeculum.Sol.vt in glo.3.quæ dicit eccleſiam
hic non tranſiuiſſe cum vniuerſitate, ſed principaliter propter
principium literæ ibi,manerium cum pertinētiis, &c. vt in gl.
ſed dic meliorem rationem, quia copula,&,denotat copulatũ
venire principaliter. ff. de iuris & fac. igno. in glo. reipublicæ.
Item præſuppoſito,quod cum vniuerſitate tranſiuiſſet,dico,ꝙ
contractus non teneret. Et ad contraria dic, quod loquuntur
in iuribus non ſpiritualibus, ſed quaſi ſpiritualibus, vt in iure
patronatus. ſecus in ſpiritualibus vt decimis,& eccleſia,prout
notat Innoc.in d.c.ex literis.vbi dixi. Oppo.quarto,quia ſecun
dum prædicta, ex quo de manerio & eccleſia fuit ſeparatio in
contractu ſaltem quo ad manerium debuit manere contra-
ctus, cum ſit temporale.Solue,vt in ea.glo.in fi. quod hoc ope
ratur defectus poteſtatis, quia prælatus ſolus ſine capitulo hoc
non poteſt. pro hoc,de his quæ fi.a præla.c.2.& 3. Oppo.quin-
to ad idem,quia ſi non tenuit redemptio : ergo nec emptio.&
ſic contra monachos agentes fuit pronunciatum, & melior
erat conditio poſſeſſorum. Item monachi in hoc allegauerũt
contra ſe.Solutio.Ad vltimum dic, quod illa verba ibi ſcituri,
quod emi &c. ſunt verba Papæ,non monachorum. Ad aliud
dic, quod contractus potuit eſſe licitus quo ad monachos de
Agra,vt quia receperunt a monachis de Achadamo ſimul cũ
ſuo prælato,ſed redemptio monachorum de Achadamo non
tenuit,quia ſine prçlato,vt prædixi.vnde dico,quod quantum
ad caſum hic nulla fuit ſimonia. nõ enim fuit empta eccleſia,
nec redempta, ſed propter monitionem Papæ ibi ſcituri, &c.
facit ad titulum. vel quomodo fuiſſet redempta non conſtitit.
poterat enim eſſe,quod illicite. Oppono ſexto, quod non de-
buerit mandare Papa miſſionē fieri in eccleſia, de eo qui mit.
in poſ.cum qui,lib.6.Sol.hic agebatur de eccleſia iure proprie-
tatis. contrarium loquitur quando iure tituli. Oppono,quod
iudices cum non eſſent delegati, non habeant prohibere mo-
leſtationem,ne iuriſdictio extendatur in perpetuum. Solue,vt
in glo.vlti. quod hoc poſſunt vſque ad diffinitiuam, quia hæc
miſſio eſt interlocutoria.nam & poſt diffinitiuam durat pote-
ſtas delegati, vſque ad annum de off. deleg. quærenti. per hoc
non expedit, quod dicas, quod fuerint conſeruatores, prout
dixit Innocen. tamen eius dictum eſt notabile quo ad alia,
quæ dixi.

ADDITIO.

a Per Abbatem. Adde quod facit ad hoc,habetur in c.ſi quis presbyterorum,
de re.eccle.non alie.

SVMMARIVM.

1 *Variatio vocabulorum non immutat rei ſubſtantiam.*
2 *Variatio nominis non prohibetur.*

LA quæ. Pro criſmare ab eccleſijs pretium exi
gere,ſymoniacum eſt,nec excuſat cõ-
ſuetudo, pars huius de cenſibus,ea quæ. primo fa-
ctum reprehenſibile.ſecundo illud prohibet, & cõ
trafacienti pœnam comminatur ibi, quia vero. No.quod va-
1 riatio † vocabulorum non immutat rei ſubſtātiam,quod col-
ligit glo. 2. & eum in fi. alle. c.geſta. alias eſt ver. ſub c.plerique.
a Ex hoc no.quod variatio † nominis non prohibetur,quod eſt
verum in nominibus proprijs. ſed in appellatiuis ſecus.ff. de le
gatis primo. l.4. Item in proprijs permittitur, niſi fiat in frau-
dem.C.de mutatione nominis.l.vna.dixi in proœmio. No. ꝙ
authoritas prælati,ſeu eius iniunctio non excuſat crimen, ibi,
vel prælationis,immo in talibus iniuſtis non eſt obediendum,
de tempo.ordi.ad aures. Quæro,quia hic prohibet exigi pecu
niam pro criſmate,nunquid ſaltem pro liquore criſmatis poſ-
ſit exigi. Reſpondeo,non probat litera, quæ prohibet exigi ab
eccleſijs, quibus traditur criſma. non ergo tantum prohibet a
criſmando,quatenus eſt ſacramentum. pro hoc. 1.q. 1. placuit.
2.ſed hoc eſt,quia criſma non eſt purus liquor. ſed dicitur criſ-
ma poſt confectionem,& poſtquam eſt conſecratum. Quæro
quid importat litera ibi,periculum ordinis.glo.dicit,quod de-
poſitionem. intellige ab officio, & beneficio,quod probat lite-
ra ibi ordinis, & dignitatis.

SVMMARIVM.

1 *Petitio honeſta exaudienda eſt.*
2 *Homagium an ſit permiſſum in ſpiritualibus.*
3 *Conſtitutiones canonicæ, ſunt diuinæ.*
4 *Homagium quid ſit.*

EX diligenti. Pro habēdis ſpiritualibus ho-
magium facere,ſymoniacum
eſt. primo ſupplicātis narratio, petitio, & oblatio.
ſecundo petitionis exauditio cum limitatione, &
1 literarũ datione ibi,quo circa. No.quod petitio † honeſta exau
a dienda eſt. [a] Ad quod Ioan. 16. petite, & accipietis. ad hoc in-
fra de pur.cano.cum in iuuētute. Oppono, quod homagium
2 † permittatur in ſpiritualibus.infra de exceſ.præla.graue. Solue
b vt ibi in glo.2. Oppo.quod iſtud homagium [b] præſtitiſſe nõ ſit
contra diuinas leges,quia nullibi in iure diuino, de hoc tracta
c tur. Sol.expone diuinis.i.canonicis [c], vt in glo. Ex qua not.quod
3 † conſtitutiones canonicæ ſunt diuinæ.de accuſ. qualiter. 2. in
prin. vbi dixi.de iureiur.nimis, vel aliter dicit gl. quod ſtat pro-
prie, quia eſt contra vetus teſtamentum, quæ ſolutio non eſt
vera,cum hic fieret homagium pro titulo beneficij, fuit ergo
ſymoniacum,quia prohibitum de iure poſitiuo. pro hoc,ꝙ di
xi ſupra eod.cap. 1.tertio ſoluit Hoſti.quod dixit diuinis,vt cõ-
prehenderet regulas theologicas,& canonicas, inducit ſimile
de iuramen.caluum.cap.1.contra quam ſo, eſt eadem obiectio,
quæ eſt contra præcedentem,ideo tene primam. Oppo. quod
abſolutio Papæ ab homagio fuerit ſuperflua,quia ipſo iure nõ
tenebat obligatio.de reg.iur.c.fi.Solu.vt in glo. in verbo ſolui-
mus,quæ ſtat cõtrario,& expone,vt in ca.vel dic, quod hic ab-
ſoluit reſpectu culpç,quam contraxerat præſtando homagiũ,
quæ ſolutio tollitur per ver. verum. Item quia illa culpa fuit
ſublata per contritionem, præterquam quoad infamiam, ſu-
per qua infra diſpenſat. vnde verior eſt ſolutio gloſſæ. Oppo.
d quia innuit, quod non ſemper ſymoniacus fit infamis [d] ibi,ne
infamia poſſis reſpergi, quaſi poſſit & non reſpergi, cum ta-
men omne crimen ita graue infamet. ad hoc de teſti.teſtimo-
nium.6.q.1.infames.& ſpecialiter de ſymonia probatur. 1.q.3.
cap.vlti.Sol.duplex eſt infamia iuris,& facti, quod dixi in c.te-
ſtimonium.contraria probant de infamia iuris,& maxime de
infamia canonica, de qua etiam dixi in d.c. ſed papa hic pro-
uidet de infamia facti, ne ſurgat,quæ etiam potuit non ſurge-
re. Prima autem, ſcilicet canonica tollitur per pœnitentiam
vt dicit hic glo.pen.quam ſic intellige in fi. pro hoc.6. q. 1. c.2.
& 3. Sed infamia iuris non tollitur ſine diſpenſatione princi-
pis, vt dicit eadem glo. quod reprobat Hoſti. dicens,epiſcopũ
poſſe diſpenſare per cap.pen.ȝ.de elec. quod c.loquitur de non
ſymoniaco,qui obtinuit beneficium ſymoniace,ſed hic de ſy-
moniaco.i.qui conſenſit: qñ tñ, & qũo,& quo ad quid, & per
quem

ADDITIONES.

a Exaudienda eſt. Adde Doc.in c.examinata.de iudi.
b Homagium. Adde,an illud homagium præſtatur in ſpiritualibus,vide glo.in
verbo homagium in c.1.de regu.lib.6.
c Id eſt canonicis. Adde, quod lex canonica large dicitur diuina in c.nimis. de
iureiur.c.vlti. 16.q.4.
d Infamis.Adde c.1.15.q.3.glo.1.in c.1.de teſt.lib.6.

Digitized by Google

a quem poſſit diſpenſari cum ſymoniaco[b], dixi in d.c.pen. & de renunicia. poſt tranſlationem, ſed etiam præſuppoſito, ꝙ cum ſymoniaco certo caſu diſpenſet inferior principe, ſuper infamia tamen diſpenſat ſolus princeps, vel alij, quibus ſpecialiter in iure permittitur ȝ. de re iud. cum te. vbi plene dixi. Quæro
4 primo, quid eſt homagium: † reſpondeo quod eſt cum aliqs ſit homo ligius alterius, vel ſimpliciter, vel ſaluo iure alterius domini, & quomodo fiat, & plura circa hoc, dic vt in Spec. de feu. §. 2. pro hoc clemen. paſtoralis. de re iudi. & quod ibi no. in §. turins. in prima glo. & de ſta. mo. recolentes in verbo hominis. Quæro ſecundo, cur reprobatur in ſpiritualibus, cum tamen fidelitas non reprobetur: immo præſtatur. ſupra de iureiur. nullus. & c. ego. N. de re iudi. cũ inter. ȝ. de priuil. antiqua. de verbo. ſig. cum clerici. Sol. dicit Inno. quod homagium pręſtatur in tẽporalibus, ideo reprobatur in ſpiritualibus. ita no. infra de reg. iur. c. ſi. quæ ratio petit principium. nam præſupponit id, quod quæritur. Dico ergo aliter, quod reprobatur homagium: quia eſt quaſi ſpecies ſeruitutis. & ex hoc continet temporale commodum eius, cui præſtatur. propterea in ſpiritualibus reprobatur. ad hoc de rerum permu. ad quæſtiones. Sed fidelitas eſt, cum quis iurat, quod alteri erit fidelis. & quid contineatur nomine fidelitatis, habes in c. præall. Ego. N. & 22. q. 5. de forma. & no. de feudis. c. primo. vnde cum fidelitas non intantum obliget, vt homagium, nec proprie contineat commodum temporale eius, cui præſtatur, ideo permittitur. dicit tamen Innoc. quod forte non licet clerico facere fidelitatem, niſi pro eccleſia ſua. Ex hoc infertur, quod non debet eam pręſtare laico. quandoque tamen laici exigunt, vt principes a clericis ſuſpectis ſuper facto ſtatus ſui. ȝ. de iureiur. petitio. Quæro, quale fuit beneficium, quod hic promiſit Archidiaconus. So. dic, ꝙ fuit titulus alicuius annuæ penſionis. Si enim fuiſſet qd mere temporale, non fuiſſet ſymoniacũ. ſicut aliquando concedunt domini tẽporales feuda annalia, vt feudum de camera, ideſt, quod vaſallus tantum percipiat, vt decem annuatim de camera domini. 10. collatione. quibus modis feudum amittatur. primo reſpõſo. & §. ſi quis feudũ in curte. De feudo guardiæ ſeu gaſtaldiæ. Quæro, quia dicit hoc fuiſſe contrarium humanis legibus, quæ ſunt illæ. Alanus dixit non recolo me legiſſe, ſed glo. allegat §. ſed neque. in authẽ. de ſanctiſſimis epiſcopis. facit etiam §. pro omnibus. vſque ad §. pro conſuetudinib.

ADDITIO.

b Cum ſymoniaco. Adde Spec. in titu. de leg. in §. nunc oſtendendum. ver. 14. Domini. in c. §. verum. 32. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Modus reſpondendi quæſtionibus.*
2 *Oblatio munerum dicitur, quæ fit ſponte.*
3 *Vinum clericis non prohibetur, ſicut mulieribus.*
4 *Conſuetudo Romanæ eccleſiæ eſt attendenda.*
5 *Munus qualiter differt a dono.*

ET ſi quæſtiones. Licet confirmatori, vel ordinatori, vel tradenti per alium aliquid non ex pacto detur etiam prius, non ex hoc confirmatio, vel ordinatio, vel pallij traditio eſt ſymoniaca. hoc dicit. primo cõmendat quærentem. ſecundo narrat factum ibi in hoc. tertio reſpondet dubitationi ibi, ſi ergo. quarto ſoluit tacitam obiectionem ibi, ꝙ autem. vel diuide in duas in quæſtionẽ & ſolutionẽ. ſecunda ibi ſi ergo. & vtraque pars in duas, & partes non mutantur. ibi frater tuus. ſ. rex Vngariæ, vt in regiſtro. Nota modum reſpon-
1 dendi † quæſtionibus, vt commendetur quærens ante omnia, ex quo no. permitti commẽdationem, quod eſt verum, ſi fiat non ex ſubdola palpatione. No. non debere excitari, vbi non expedit, Pſal. 13. Trepidauerunt, vbi non erat timor, ex quo nota contra illos, qui habent ſcrupuloſam conſcientiam nimis, tamen non debent cõtra eam facere, ſed eam deponere. infra c. per tuas. 2. ad fi. de ſent. excom. inquiſitioni. No. illud, beatus,
a qui excutit[a] &c. Iſaiæ 33. dicit autem ab omni munere, quia triplex eſt, lingua, manu, & obſequio, de quo in gl. in verbo mu-
2 neribus. No. ꝙ oblatio munerum † dicitur, quæ fit ſponte in
3 verbo offerat. pro hoc. 1. q. 1. ſicut epiſcopũ. No. ꝙ clericis † non prohibetur vinum. ad hoc de iureiur. & ſi Chriſtus. No. ꝙ munera debent eſſe talia, quæ non inclinent, moueant, vel inuertant recipientes ad aliquid illicitum. alias prohibentur, vt hic in fi. & ff. de off. præſi. l. plebiſcito. & hic in glo. fi. & de reſcript.
4 ſtatutum. § inſuper. lib. 6. No. conſuetudinem † Romanæ Eccleſiæ attendendam ibi, non tamen Eccleſia Romana conſuetur. pro hoc de re iudi. in cauſis. Opp. primo quatenus allegando leges dicit tenui religione. lex enim dicit ſubtili reuerẽtia. C. de fide inſtru. l. vlti. ad fi. Solu. hæc verba idem ſonant, vt in glo. 1. ex quo arguit Hoſti. non reprehendendos docentes, vel allegantes, ſi quandoque verba immutant, quia de verbis non eſt curandum, dummodo de mente conſtet, de verb. ſig. intelligentia. Ego dico commendandos, vt non appareant inhærere tantum corticibus. & hoc niſi formalitas verborum ſit de ſubſtantia, vt in caſu c. primi. de baptiſmo. ſic enim debet obſeruari vſque ad vnũ iota, vt ibi no. & pro hoc. ff. qui, & a qui. l. proſpexit. de lega. 3. l. non aliter. 5. q. 3. ſcriptum. Opp. ſecũdo, ꝙ Cardinalis non debuerit cenſeri legatus, cum haberet vnicã commiſſionem in dando pallium: at legatio prębet iuriſdictionem ordinariam de off. leg. c. 1. & 2. lib. 6. Solu. proprie fuit nuncius. ad hoc. ȝ. de elec. ſignificaſti. vel fuit ſibi commiſſa legatio, licet principaliter accederet propter dandum pallium, quod eſt verius. Opp. tertio, quod non debuerit mitti pallium, quia non apparet, quod petierit. de elec. ſignificaſti. Sol. præſupponi debet, quod petierat. Opp. quarto in eo, quod ponderet tex. quod ignorante epiſcopo datus fuit equus. nam idem ſi ſcienter. infra c. de ſymoniace. & c. de regularibus. Sol. ſta contrario, & ſupple maxime. quia vt infra dicitur in textu, actus non fuit ſymoniacus. Oppo. quinto, ꝙ Papa fuerit diminutus, dum diſtinguendo qualitatem perſonarum in dandis muneribus omittit quartum membrum, quando a paupere datur pauperi. So. ſecundum Hoſt. fuit omiſſum. quia de pauperibus parum curant multi iudices. 11. q. 1. pauper. vel dic quod omiſit, quia raro contingit, & ad ea quæ raro emergunt. ff. de legibus. l. nam ad ea. de deſpõ. impuberum. literas. Op. ſexto, quod ex traditione equi fuerit ſymonia. nã etiã ſex ſolidi dati inducunt ſymoniam. infra c. ex tuæ. gl. non ſoluit. dic, quod ibi pactum interuenit, hic non. Oppo. ſeptimo in eo, quod Papa interpretatur intentionem dantis, & recipientis. nam de occultis alieni cordis, &c. Hiere. 18. alias 17. & in iuribus, quæ alle. gl. in verbo intentione ſolue, vt in ea. Oppo. octauo ad idem, quia innuit, ꝙ ſi corrupta intentione fuiſſet ſymonia, cum tamen ex ſola mente non committatur infra cap. ſi. Sol. ſta contrario. ſed Papa voluit oſtendere, non tantum non fuiſſe ſymoniam, ſed nec peccatum. Opp. nono, quod etiam ea, quę ſunt modici precij, non liceat recipere. iudex enim, neque eius domeſticus, vel manipularius, vel ſocius debẽt aliquid recipere a ſubditis. C. ad l. Iuliam repetundarum. l. 1. immo recipiens multipliciter punitur. C. de contractibus iudicũ. l. vna. & de aſſeſſoribus. l. 3. & l. nullus iudicum. in auth. vt iudices, ſine quoque ſuffra. §. ſic igitur a nobis. & §. ſi quis autem. & §. neceſſitatem. coll. 2. in auth. de collatoribus. §. iubemus autem, & ſequenti. ſic nec Archiepiſcopus viſitans. de cenſibus. cap. 1. §. antepen. lib. 6. So. contraria loquuntur de iudice extorquente. tex. de recipiente oblatum liberaliter. vel loquuntur de habentibus ſalarium de publico. textus cũ concor. de non habentibus, ſecũdum Hoſti. prima ſo. eſt verior. Oppo. decimo, quia potuit mens Cardinalis fieri corrupta ex receptione. So. propter conſuetudinem Eccleſiæ Rom. interpretamur in contrarium, vt in fi. textus. & ſecundum Hoſti. quandoque Romana Eccleſia tolerat, vt offerãtur res maioris precij, quam ſit equus. Ego dico, quod illud tollere, eam deſtruxit. No. tamen in iudicando aliquid eſſe ſymoniacum, inſpiciendam eſſe cõſuetudinem. Quæro primo,
5 quid eſt munus, † & in quo differt a dono.[b] Solue, vt in glo. vel
b dic, ꝙ donum eſt ſine cauſa. i. ꝗ datur non præcedentibus meritis donatarij: munus autem ex cauſa. de matrimonio contract. contra inter. ec. c. 1. pro quo eſt, quod not. Archi. 1. q. 1. iudices. vel donum exiguum, munera precioſa. tamen frequentia dona tranſeũt in munera. de dona. apoſtolicę. in fi. quæ munera excæcant oculos iudicum, dicit Hoſti. maxime Cardinalium. quia autem gl. dat verſum de conſiderandis in donis. vide alios verſus de dona. c. 1. & ad exemplum glo. ibi Senc. dicit lib. 2. de beneficiis. c. 2. & ibi cynicus, quaſi reprehẽſor a cynos, quod eſt canis. quaſi mordax, vel caninus, vnde dicuntur cynici, ribaldi, & viles. qui dicti, ſunt cynici quidam philoſophi publice reprehendentes alios, & ducentes vitam tenuem. vt Diogenes cynicus. Item quia hic reprehenditur rex Antigonus, inducitur aliud exemplum contrarium de Alexãdro, qui donauit ciuitatem cuidam tenui: qui reſpondit non conuenire humili ſuæ naturæ. cui Alexander, nõ quæro, quid oporteat recipere, ſed quid me oportet dare. quem etiam redarguit Seneca, vbi ſupra dicens tumidiſſimum animal, ſi illum accipere hoc non decet, nec te dare, cum virtus vbique medium ſit, & mo-

ADDITIONES.

a Excutit. Adde text. in cap. qui recte. 11. quæſt. 3. & in capitu. ſunt nonnulli. 1. quæſt. 1.
b A dono. Adde tex. & glo. in c. 1. de matri. contracto cont. interdic. eccle. doc. in l. plebiſcito. ff. de off. præſi.

Digitized by Google

& modus, æque petatur, quod excedit, quam quod deficit. Ex
prædictis not. quod munera debent eſſe conformia perſonis,
vt in textu, & quantum ad caſum noſtrum, vt euitetur ſymo-
nia, debet eſſe ſine poſtulatione. pro hoc textus in verbo non
petenti. quod dic, vt in glo. in illo verbo & in ea ibi a poſt. act. 2.
ad idem de cele. miſ. cum Matth. Et no. ex textu cum glo. quod
hic permittitur dari hiſtrioni, quod alibi redarguitur, ſed Pa-
pa, hoc poſuit cauſa exempli.

SVMMARIVM.

1 *Symonia committitur pro modica pecunia.*
2 *Actus ſpiritualis geſtus per ſymoniã, tenet in præiudicium ſymoniaci.*

VEniens. Abbas, & maiores de conuentu qui
pro receptione monachi pecuniam
receperunt ex pacto, ab officio ſuſpenduntur. Re-
ceptus vero reſtituta pecunia in alio monaſterio
debet deſeruire. primo querela presbyteri, ſecundo dat iudi-
cem, cui tria mandat ibi, quoniam. No. quod pro exigua pecu
1 nia committitur ſymonia †, & hoc intelligendo literam de ſo-
a lidis vulgaribus, non de legalibus, qui ſunt ducati [a], vel floreni.
No. grauius puniri maiores vniuerſitatis, quando tota delin-
quit in verbo maiores, & in gl. Oppono primo de c. præceden-
ti. vbi datum fuit maius. ſequus. & non fuit ſymonia. Sol. ibi li-
beraliter, & inter maiores. hic ex conuentione, & inter mino-
res: ſola enim conuentio inducit ſymoniam, vt hic in verbo
conuenit. & infra eo. nobis adeo, ſecundum Hoſti. quod & ſi
nihil detur, eſt ſymonia, probat verbum, conuentione facta.
Opp. ſecundo, quod nõ debuerit iſti reſtitui pecunia, ſed rema
nere monaſterio. ſ. cap. de hoc. Solu. ibi, vel hic omnes delique
runt, probat textus ibi, abbas, & fratres ibi non omnes. vel hic
redditur pecunia, ne ſit oneroſus ſecundo monaſterio. Oppo-
no tertio ad hoc, & ad finẽ textus, quia ex hoc apparet, quod
tenuit monachatus ſaltem in genere. vnde obſtat illud. cap. de
hoc. & plura. c. huius titu. Confirma, quia quod monachus ha
beat pecuniam, eſt cõtra ſubſtantiam monachatus, de condi.
appo. c. ſi. Solu. glo. vlti. tangit ſecundum, & non ſoluit. ſed dic
ad vtrumque, quod potuit tenere monachatus, quia in hoc eſt
eius præiudicium, vt per hoc notemus, quod actus ſpiritualis
2 geſtus per ſymoniam tenet in præiudicium ſymoniaci, quod
eſt ſingulare. Redditur autem pecunia non tibi, vt ſit propria,
ſed vt ſit ſecundi monaſterij, & ſic ceſſat contrarium.

ADDITIO.

a Ducati. Adde l. pen. C. de don. Pau. de Caſt. in l. fin. C. de commu. deleg. & diffuſe per Feli. in c. conquerente. in princ. de off. ordi.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas proueniens ex delicto non tollitur per ingreſſum religionis.*
2 *Secretum exceſſum punire non eſt tutum.*

EX tuæ. Si ordinandus præſentatori ſuo dedit
ex pacto, ſymoniacus eſt, nõ tamen de-
ponitur, ſi eſt occultum. Communis diuiſio. ſecũ-
1 da ibi ſuper quo. Nota, quod irregularitas † pro-
a ueniens ex delicto non tollitur per ingreſſum religionis. [a] pro-
bat textus ibi poſt ingreſſum &c. iniungit, vt perpetuo abſti-
neat a beneficio. de hoc infra de apoſtatis. cap. 2. No. quod non
2 eſt tutum punire ſecretum † exceſſum: immo periculoſum
eſt, ne fiat reuelatio, quæ eſt prohibita, cum ſcit, vt Deus, de pę-
ni. omnis. & ſi etiam ſciat, vt homo, non eſt iuſtum. 6. q. 12. ſi
tantum. c. placuit. & q. 1. deteriores. & quod no. de appel. ſoli-
citudinem. Oppo. primo, quia Papa hic reuelauit confitentẽ,
cum ſciret ex confeſſione, vt hic in prin. & ſic contra. infra de
pœni. omnis. Sol. non fuit facta in foro pœnitentiali. Sed tunc
oppono ſecundo, quia ex confeſſione poterat damnari. ſ. cap.
tanta. & c. accuſatum. Sol. hæc confeſſio non fuit iudicialis, &
talis, quæ poſſet probari, illo negante. Oppo. tertio, quod non
fuerit ſymonia propter ſolutionem ſex ſolidorum. primo, qa
hoc potuit facere non ex pacto, & tunc nulla ſymonia. ſ. c. &
ſi quæſtiones. & in pluribus aliis c. ſecundo, quia hæc fuit exi-
gua quantitas, quæ non inducit ſymoniam. d. c. & ſi quæſtio-
nes. So. ad primum dic, quod ſuppleri debet in textu, quod ſol-
uit ex pacto. & ita dixi ſummando. Ad ſecundum reſponde,
vt in glo. prima, quæ concludit attendendam intentionem:
non tamen putes, quod intentio ſola faciat actum ſymonia-
cum. infra cap. ſi. Sed conſideratur intentio ex coniecturis di-
cto cap. & ſi quæſtiones. & in hac glo. ibi. cap. vlti. illud probat,
quod in re modica committitur furtum. ad idem 17. quæſt 4.
cap. 1. 24. quæſt. 1. odi. ſupra de appell. cap. de appellationibus.
& ibi iudices. vbi de hoc. & ibi placuit. 2. & ibi plerique. vbi de
hoc, & conclude, quod maius eſt furtum in re leuiori propter
maiorem furis affectionem, de quo notat glo. ſupra in proe-
mio ad ſi. Sed in re exigua non facile præſumitur ſymonia. di-
cto cap. & ſi quæſtiones. & quæ ſit exigua conſideratur ex con-
iecturis, vt ibi. Oppono quarto, quod etiam ſi ſit occultus ex-
ceſſus, quod poſſint coerceri ab officio. de tempo. ordi. ad au-
res. Solu. vt in glo. 2. quia ibi de prohibendo ſuſcipiendos ordi-
nes: hic de prohibita executione ſuſceptorum. ratio quia mul
ta impediunt promouendum, quæ non deijciunt iam promo
tum. de iureiur. quemadmodum. Oppo. quinto vt opponit gl.
tertia, quæ non ſoluit, ſed dic ſtandum contrario. & quod hic
dicit coercere, reſpicit ſententiam iudicis exequentis, quod
eſt iuris. Oppono ſexto ad hanc ſolu. de cap. accuſatum. & c.
quotiens. ſupra eod. vbi dicitur, quod debent ſuſpendi ab ho-
mine. Soluit Hoſtien. quod ibi de infamato. hic de occulto,
quod nihil eſt. Sed dic, quod ſuſpendũtur exequendo ius. Op-
pono ſeptimo, quod etiam ſi ſit ſecretum, ſint ſuſpenſi per c.
inquiſitionis, primo reſponſo. ſupra titu. 2. Solu. illud procedit
quo ad ſe. ſed non quo ad alios, vt hic. Oppono octauo, quod
non debeat imponi pœnitentia ſecreta, ex quo non abſtinent
ab officio, cum remaneant in peccato &c. vt in glo. penult. &
ſolue vt in ea. & dic, ꝙ hæc pœnitentia eſt conſultoria, & pęnę
reuelatoria, non autem vera. pro hoc c. cum quidam. de pęni,
& remiſ.

ADDITIO.

a Religionis. Adde Cardin. Alex. 56. diſt. in glo. ſummæ, vbi optime diſtinguit in iſta materia, quia eſt diuerſitas gloſſarum, quia aliquæ tenent, quod tollitur, aliqua vero non quas omnes pro vtraque parte allego in meo tractatu Hieroſolimitano in 9. q. principali. in prima col.

SVMMARIVM.

1 *Criſma pure & ſine precio conferri debet.*
2 *Symonia an detur pro benedictione calicis, vel veſtium.*

1 AD noſtram. Nota, quod pro criſmate † ni-
hil debet exigi. quod dic, ſine
concedendo, ſiue vtendo. nam etiam pro liquore
non licet exigere. ſupra cap. ea quę. Nota, quod pro
hibetur ſola exactio, probat verbum exigans: non ergo prohi
betur liberalis oblatio. ſupra cap. & ſi quæſtiones. & infra c. di-
lectus. Quæro, quid vult textus per illa verba, pro miniſterio ec
cleſiaſtico. dicit Innocẽ. exponendo, vt pro accolitatu, vel ſub
diaconatu. dic idem de aliis ordinibus, vel eccleſiaſticis digni-
tatibus, quæ dicuntur miniſteria, vt eſt archidiaconatus, deca-
natus, & ſimiles. de elec. cum in cunctis. §. inferiora. Quæro, an
2 ſi quid detur pro benedicendo calice, † vel veſtibus commit-
tatur ſymonia. de hoc dicam infra c. conſulere. & nota Goffr.
in ſumma eo. titu. §. ſed nunquid ſymonia.

SVMMARIVM.

1 *Symoniace quis ordinari an poſſit.*
2 *Inferior Papa non diſpenſat ſuper dignitate adepta ſymoniace.*

DE ſymoniace. Cum ſymoniace ordina
to, qui ſymoniacus non
eſt, diſpenſati poteſt. No. quod dubiæ quæſtioni. i.
intricatæ non poteſt recte reſponderi. de ſpon. de
muliere. ex quo no. quod quæſtio debet eſſe aperta: non qui-
a dem, vt ſit ſine dubio, [a] quia tũc eſſet fruſtratoria. C. de fur. l. an-
cillæ. d. c. de muliere. ſed vt ſit nõ intricata, vt hic. C. de trãſac. l.
vt reſponſum. Ex quo nota contra eos, qui faciunt poſitiones
b ſeu concluſiones obſcuras [b] in vocabulis, vel ſententiis. Oppo-
no primo, quod ordinati ſymoniace, quamuis non ſint ſymo-
niaci, non poſſint remanere in ordinibus. 1. q. 1. præſentium.
Solue vt in glo. ꝙ hic per diſpenſationem, & ita ſummaui, qđ
intellige reſpectu ordinum ſymoniace ſuſceptorum: ſed reſpe
ctu aliorum non eſt neceſſaria diſpẽſatio: & hoc reſpectu iam
ſuſceptorum. & idem eſt in beneficiis, prout in ordinibus. Sed
reſpectu ordinum, vel beneficiorum de nouo acquirẽdorum,
ſecun-

ADDITIONES.

a Sine dubio. Adde Baldum in l. poſt rem. de tranſa. Pet. de Ancha. conſ. 207. incip. diſcutiendum eſt primo.
b Obſcuras. Adde, quando dicitur obſcurum. dic, quod intelligi non poteſt, vt eſt glo. in l. veteribus. ff. de pac. & tex. in l. 2. ff. de his, qui pro non ſcrip. ha.

Digitized by Google

ſecundum Innoc. niſi præcedat diſpenſatio, ſunt non habiles,
quia dicerentur per ſaltum promoti, ſi antequã diſpenſaretur
ſuper ordine ſymoniace ſuſcepro, alium reciperẽt. 53. diſt. c. 1.
quæ ratio nõ vrget quo ad beneficia, ſed quo ad illa ſubeſt idẽ-
titas rationis. Quæro, quomodo poteſt quis ordinari ſymonia
1 ce: † & non eſſe ſymoniacus. Sol. quando pecunia data fuit eo
ignorante, ſed quando eo ſciente, aut expreſſe contradicit, &
idem infra eo. ſicut. aut conſentit, & eſt ſymoniacus, & ſymo-
niace ordinatus. 1. q. 1. qui ſtudet. & c. quibuſdam. & cap. repe-
a riuntur. Quæro quis poſſit diſpenſare cum ſymoniaco.[a] diſtin
gue, vt in glo. & plenius, vt dixi in c. pen. de elec. & de renuncia.
poſt tranſlationem. In quo tamen nota. ſecundum Inno. quod
is, cum quo cõmiſſa eſt ſymonia, nunquam diſpenſare poteſt.
2 Inferior Papa † non diſpenſat ſuper dignitate adepta ſymo-
niace. 1. q. 1. erga. ſed dic vt in dictis cap.

ADDITIO.

a Cum ſymoniaco. Adde c. erga. 1. q. 1. Spec. tit. de leg. in §. nunc oſtendendũ. verſi. 14.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas turbata voluntas eſt.*

MAtthæus. Si contradicentes electo propter
pecuniam de voluntate electi ſibi
traditam, a cõtradictione deſiſtit, electus poſtea cõ
firmatus ſymoniacus eſt, & renunciare tenetur. Cõ
munis diuiſio, ſecunda ibi, quia igitur. verba Matth. 16. Lu. 19.
No. tex. in fi. ibi, nihil prodeſt, &c. ad hoc, quia huius ſeculi bre
uis eſt fructus. futuri vero æternum ſupplicium. 1. q. 1. cito tur
pem. in fi. Oppono primo, quod Cardinalis non debuerit re-
uelare ſecreta: & ex hoc fuerit puniendus. de pœni. omnis. So.
non apparet, ꝙ Cardinali fuerit hoc reuelatum in pęnitentia.
& dato, ꝙ hoc appareret: potuit reuelare Papæ ſub ſigillo pę-
nitentiæ, & in ſecreto, prout fecit, prout probat verbum, ſecre-
ta. & ex hac cauſa Papa non reuelat, cui ſcribat. Oppono ſecun
do, quod ſymonia hic commiſſa non fuerit: cum iſte eſſet iu
ſte electus, quia a maiori parte, nec aliquod ius ſpirituale con-
ſecutus fuit ab opponentibus, qui nec erant audiendi, cum eſ-
ſent minor pars. ſupra de his quæ fi a maio. par. ca. c. 1. So. pote-
rant ſe opponere ex cauſa rationabili, vt dicit gloſſ. 2. Sed In-
noc. dicit non referre, an iuſta vel iniuſta fuerit contradictio,
quia ante confirmationem nihil dare licuit. ad hoc de electio.
ſignificaſti. quod puto verum, nam per hoc conſecutus fuit
electus citius confirmationem, quæ eſt quid ſpirituale. Oppo-
no tertio ad hoc, quia licitum eſt redimere ſuã vexationem. ȷ̃.
co. dilectus. Sol. vt dicam in c. ſeq. Oppono quarto, ꝙ pecunia
data ſine voluntate electi non faciat eum ſymoniacum. ȷ̃. eod.
ſicut, Sol. fuit data de cõſenſu eius, ex quo ſciuit, & non diſſen-
ſit: & dans erat eius amicus. ſecus ſi inimicus, vt in cõtrario.
& ſi eo expreſſe contradicente, vt ibi, quod etiam vult hic glo.
1 ſecunda colligẽs, † ꝙ turbata voluntas, voluntas eſt, quod nota,
adeo quod non excuſat a crimine, vt hic. & poteſt poni exem-
plum, ſicut contingit ſępe in facto, vt quod videns illos contra
dicere amico ſuadenti de danda pecunia, vt deſiſterent: tur-
bata voluntate reſpondit: des eis in malo puncto, vel pecunia
ſit tecum in perditione. Oppono quinto, quia papa ſolum iſti
cõſuluit, cum debuiſſet præcipere, vt abſtineret a beneficio, tan
quam ſymoniacus. ſupra eo. in pluribus. c. maxime. in ca. inſi-
nuatum. Sol. vt in glo. antepe. ad quam adde, quod no. de ęta.
& quali. ad aures. in vlt. gl. Oppono ſexto, quod non poſſit iſte
dimittere adminiſtrationem ſine licentia ſuperioris. infra ca.
2. Sol. vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Simonia an committatur, dando aliquid pro abſolutione ab excommu nicatione.*
2 *Abſolutio ab excommunicatione per quem fieri poſſit.*

AD aures. Symoniacum eſt, ſi precio exigitur
pro abſoluẽdo excommunicatum,
qui ſatisfecit. Primo querela. ſecundo dat iudices.
ibi, quoniam. No. ſummariũ, & eius eſt ratio, quia
ſpiritualia, nec emi nec redimi poſſunt. ȷ̃. c. querelam. Et bene-
ficium abſolutionis eſt quid ſpirituale, vt dicitur in princ. Op.
primo, quod liceat excommunicatori exigere precium, ſicut
& alias pro redimendis maleficijs. de off. ordi. dilectus. de ver.
ſign. ex parte. Sol. fateor, quod ad pœnam delicti hoc fieri poſ-
ſet. per hoc dicit Hoſtiẽ. ꝙ tenet conſuetudo, quæ eſt in multis
regionibus, vt in Francia, quæ habet quod excommunicatus
pro quolibet menſe, quo ſtetit in excommunicatione, ſoluit
10. libras, antequam abſoluatur. Refert tamen aliquos dicen-
tes, quod tunc deberet primo fieri abſolutio gratis, & deinde
compulſio ad ſoluendum. pro prædictis ȷ̃. c. ad apoſtolicã. Ex
his poteſt tex. intelligi, quando ſine ratione pro ipſa abſolutio
ne exigitur precium. pro hoc tex. ibi, pro abſolutione. & ibi, ab-
ſolutionis beneficium redimatur &c. Quæro circa hoc nun-
1 quid ſimpliciter ſit verum, quod committatur ſymonia dan-
do aliquid pro abſolutione ab excõmmunicatione. glo. deci-
dit hic, quod ſic. Ad quod oppono primo, quia ſi excommu-
nicator non vult aliter abſoluere, licet ſe redimere. ȷ̃. eod. dile-
ctus. el primo. Sol. ſecundum Innoc. regula eſt, quod pro ſpiri-
tuali beneficio obtinendo, vel ſpirituali poenitentia redimen-
da, nunquam licet aliquid tribuere. 1. q. 1. nullus epiſcopus. ſu-
pra cap. nemo. non enim debet committi peccatum etiam mi
nus, vt ceſſet maius. 32. q. 5. ita ne. ȷ̃. quod metus cau. ſacris. qđ
nota. Ad contrarium autem reſponde, quod quando vexatio
eſt omnino de facto, poteſt quis redimere vexationem: vt ſi lai
cus iniuſte vexat prælatum, vel non permittit decimas ſolui:
licite dabitur aliquid, vt deſiſtat. ad hoc de decimis, prohibe-
mus. & c. ſi. quia vt ibi probatur, non poteſt habere ius in deci-
mis. nihil ergo ſpirituale per hoc ab eo obtinetur, nec ab alio
citius. Circa hoc quæro, quid ſi quis ſpoliauit aliquem de fa-
a cto poſſeſſione beneficij, nunquid licet dare pecuniam,[a] vt re-
ſtituat. Innoc. refert ſecundum quoſdam, quod non, licet poſ-
ſeſſori liceat aliquid dare, ne ſpolietur, vel ſuper poſſeſſione
moleſtetur. ratio diuerſitatis, quia primo caſu non eſt redem-
ptio ceſſationis tantum, ſed recuperatio poſſeſſionis, quod eſt
dictum ſingulare. Ex quo nota, quod nõ licet dare pecuniam,
vt conſequaris poſſeſſionem nudam etiam facti alicuius iuris
ſpiritualis. ratio eſt, quia licet non ſit quid ſpirituale, habet cõ
mixtionem cum ſpirituali, in quibus connexis etiam cõmitti-
tur ſymonia. ȷ̃. eo. conſulere. & c. nemo. vbi dixi. Per hoc infe-
ro ſtandum deciſioni glo. vt nullo caſu liceat dare excommu-
nicatori pro abſolutione. licet alij dicant alio modo, quod etiã
innuit gl. in ver. nihil, cum dicit, quod directe nihil eſt dandũ:
ergo indirecte hoc fieri poſſet. Io. Andr. dicit, quod dictum gl.
cum dicit non cõmitti ſymoniam ibi, poteſt dici, ꝙ non pro-
cedit, quando imminet graue periculum, vel damnum ex di-
latione abſolutionis, vt quia fiat ſequenti die. quia debet fieri
electio, quia habet ius eligendi, vel præſcribitur contra eum,
niſi agat, quod facere nequit excommunicatus. Ego dico, ꝙ
etiam his caſibus eſſet ſimonia, & non licet. vnde dicit Innoc.
recurrendum ad ſuperiorem. de iure patro. nullus. Ego dico, ꝙ
proteſtari debet contra non abſoluentem de ſuo intereſſe, ad
quod ſibi tenebitur. de ſent. excommu. ſacro. Quæro, an poſ-
ſit dari aliquid pro ſumptibus aduerſarij, ad cuius inſtantiam
b fuit excommunicatus. dic, quod ſic: immo tenetur,[b] vt in gl.
quam nota in ver. idem etiam credo. in eo, quod dicit idem in
2 iudice. Quæro, per quem poſſit fieri abſolutio † ab excommu
nicatione. Hoſti. dicit, ꝙ per ſolum ſacerdotem. dic contra, ꝙ
etiam per non ſacerdotem. de quo in c. cum deſideres. de ſent.
excom. Quæro de ordine ſeruãdo per iſtos, quibus Papa com-
mittit abſolutionem. So. requirent excommunicatores & aſſi
c gnabunt terminum[c] infra quem abſoluant: poſt quem ſi non
abſoluent, ipſi abſoluent. probat verbum, requiſiti. quod dic vt
ſupra de reſcript. ab excommunicato.

ADDITIONES.

a Pecuniam. Adde Archid in c. decimas 16. q. 7.
b Tenetur. Adde glo. in verb. fuerit. in c. ex literis. de off. deleg.
c Terminum. Adde, quod excommunicatus ad tempus finito tempore, debet abſolui, vt eſt gl. ſingu. in verbo donec, in cle. 1. de deci. quam ibi. alleg. ſing. Abb. in c. 1. in §. notab. de iudi. Ia. Zochus in c. vlt. de mat. contrac. contra interd. eccl. Domi. in c. in primis. in §. de perſona. 2. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Monachus habet ius monachatus.*
2 *Monachus an poſſit renunciare iuri monachatus.*
3 *Symoniacus an poſſit dimittere beneficium ſine licentia ſuperioris.*

DE regularibus. Monachi per ſymoniã
recepti, ſi ſymoniaci
ſunt, ad arctiora monaſteria transferuntur: alias
poſt renunciationem in eodem loco, vel alio eiuſ-
dem ordinis pterunt collocari. Communis diuiſio: ſecunda
1 ibi, quicunque. Nota, quod monachus † habet ius monacha-
tus. patet, quia hic coguntur renunciare monachatui. Et no.
2 caſum notabilem, in quo monachus † ſimpliciter renunciat
iuri monachatus, ſed tamen hic renunciat reſpectiue. ſiuri, qđ
habet

Digitized by Google

habet in monaſterio. dicit tex. ibi renunciando loco eidē, per
hoc ergo non tollitur, quin ſint monachi in genere. fit autem
hæc renunciatio, vt purgetur vitioſum initium. Et ex hoc no.
aliquando permitti circulum. videtur enim circulus, quod re
nuncient, & iterum recipiantur. ſed non eſt circulus inutilis.
immo neceſſarius ratione prædicta. No ordinem tex. vt primo
recipiantur in eodem monaſterio, ſi poteſt fieri ſine ſcandalo.
alias in alio eiuſdem ordinis. pro hoc ſ. de regula c. fin. Oppo.
quia quæſitum fuit, quando monachis ſcientibus. & Papa re-
ſpondet etiam de ignorantibus, & ſic vltra quæſitum. contra
id. C. de tranſac. l. vt reſponſo. de ſponſa. de muliere. Sol. fecit
ad vberiorem doctrinam, ſicut & alias pluries. ſ. de ſacra vn-
3 ctio. c. vno. cum ſimilibus. Quæro an ſymoniacus † poſſit di-
mittere beneficium ſine licentia ſuperioris. Sol. vt in gl. 3. & in
ea ibi, & niſi cum pridem. §. 1. vbi de hoc. Quæro, quia gl. dicit,
quod inferiores epiſcopis renunciant in manibus prælati. quid ſi
ſunt exempti. dic, quod idem quod in epiſcopis. poſſunt ta-
men renunciare etiam in manibus legatorum, quod non po-
teſt epiſcopus. de elec. ſi abbatem. li. 6. Quæro, quid ſi prælatus
non vult recipere reſignationem. gl. dicit, quod nihilominus
debet ſignare. Innoc. dicit melius recurrendum ad ſuperiorē.
de regul. licet. ver. ſi vero. de iure pat. nullus. interim tamen ab-
ſtinebit a bonis eccleſiæ, ſecundum Innoc.

SVMMARIVM.

1 *Simonia non infertur ex pecunia ſola, niſi pactum concurrat.*

EX inſinuatione. Si is, qui canonicatum
per ſymoniam ignorā
ter adeptus, ipſum renunciat, de nouo ad illum aſ-
ſumitur ex prima receptione, nil ſibi poterit vendi
care. Communis diuiſio. ſecunda ibi, taliter reſpondemus. &
erat olim hæc decre. in ſecunda cōpilatione. de renuncia. Op.
primo, quia ſi interuenit pecunia, non propterea infertur ſy-
1 monia, niſi ex pacto ſupra eod. ad hoc. Sol. ſta contrario, & ſup
ple, quod ex pacto. vt in glo. 1. Oppo. ſecundo ad hanc ſol. quia
ſecundum hoc ipſi canonici fuerunt ſymoniaci: ergo non po
tuerunt iterato eligere. ſ. c. veniens. Sol. potuit interuenire pe-
cunia, & dari alij, quā electoribus, vel ſi fuit data electoribus,
hodierni canonici non erant illi, ſed eorum ſucceſſores. alias
ſtaret contrarium, quod non admitterentur venientes contra
factum proprium. ſ. de cle. coniug. diuerſis. Oppo. tertio, quod
cum iſto etiam ſi renunciet, non potuerit diſpenſari. infra cap.
proxi. in fi. Sol. ſupplendo, quod iſte ignorauit, vt in glo. 2. pro
quo eſt tex. quia erat impubes. ibi, cumque ad annos diſcretio-
nis. Ad hanc ſolutionem oppono, quia ſi fuit ignorantia, in
nullo puniri deberet. de conſti. cap. 2. tamen punitur, quia co-
gitur renunciare. Solue vt in glo. 3. Et adde, quod fuit etiā hoc
ſtatutum ad occurrendum fraudibus, quia fieret interpoſitio
perſonarū. 46. diſt. ſicut non ſuo. & difficile foret probare ſcien
tiam electi. ff. de proba. l. verius. Opp. quarto, quod non tenue-
rit reſignatio in manu præpoſiti, & fratrum, cum requiratur
cōſenſus epiſcopi, ſicut requiritur in confirmatione, quia om
a nis res[a] &c. J. de reg. iur. cap. 1. 19. queſt. 3. ſtatuimus. C. de ac. &
oblig. l. ſicut. So. ſecundū Inno. poſſibile eſt, quod iſti canonici
non recipiunt confirmationem a ſuperiore. ideo etiam ſine
ipſo reſignant, vel dic, vt dixi ſupra cap. proxi. & in manibus
cuius debeat fieri reſignatio, dic, vt dixi in cap. quod in dubiis.
de renunci. Opp. primo, quod non potuerit iſte eligi ſecundo,
niſi præcedente diſpenſatione epiſcopi. infra cap. proxi. Sol. vt
in glo. 4. in verbo eligere, quæ ſoluit tripliciter. Sed ex prima ſo
lutione, colligitur, capitulum poſſe diſpenſare cum ſymo-
niaco. Ad quod obſtant ſupra de elect. c. pen. & 1. q. 5. præſen-
tium. Dic ſecundum Hoſti quod poſſet capitulum diſpenſare
in ſimplici beneficio, quādo capitulum eſt exemptum. quod
tamen non approbat. Alanus dixit, quod diſpenſare poteſt ca-
pitulum, quando nec dans, nec recipiens beneficium, vel ordi
nem ſymoniam committit, ſed alius, & ita dicit fuiſſe hic. Tu
dic ſimpliciter, quod cum diſpenſatio iuri repugnet, nūquam
permittitur, niſi inueniatur permiſſum. ſupra de off. ordi. dile-
ctus. At ſoli epiſcopo de iure communi permittitur. ſupra de
iud. at ſi clerici. vnde tene ſecundam ſolutionem glo. quod de
conſenſu epiſcopi. Oppo. ſecundo in eo, quod in ſecunda ele-
ctione fuit adiecta conditio per illa verba. Ita, ſcilicet, &c. quæ
cōditio inducit ſymoniam in ſpiritualibus. pro hoc quod no.
de elec. ſignificaſti. Sol. non omne pactum reprobatur, vel ſy-
moniam inducit in ſpiritualibus. d. c. ſignificaſti. de ſeruis non
ordi. nullus. de præben. ſignificatum. 10. q. 1. c. 1. hodie tamen
omnis conditio vitiat electionem. per c. 2. de electio. lib. 6. Sed
non propterea ſymoniam inducit. Op. tertio in fine de c. cum
ceſſante. de app. vbi cauſa extincta a iudice a quo propter ap-
pellationem ſublato grauamine reuiuiſcit. Sol. vt ibi no. in gl.
Et ad cōcordantiam huius tex. & ſupra de renun. ex tranſmiſ-
ſa. & ratio huius in hoc c. eſt, quia cauſa nō vitioſa non accedit
vitioſæ. vel nec econuerſo. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. Pompo-
nius. §. vlt. prima ergo receptio vitioſa non validatur p ſecūdā.

ADDITIO.

a Omnis res. Adde tex. in c. omnis res. 27. q. 2. gl. fi. in c. cum aliquis. 11. q. 3. glo.
in verb. iuit. in c. baptiſmi vicem. de conſe. diſt. 4.

SVMMARIVM.

1 *Symonia per ſolam promiſſionem committitur.*

NObis. electio ſymoniaca eſt caſſanda, ſi electo-
ribus propter hoc ſit promiſſa pecunia:
licet electus ignoret, niſi hoc factum fuerit in frau-
dem electi. Habet duo dicta: ſecunda ibi, in §. ad
vltimum. Prima ſubdiuiditur in quæſtionem, & ſolutionem.
a ſecunda ibi, quia igitur. Nota, quod per ſolam promiſſionem[a]
1 committitur ſimonia, probat verbum, promiſerunt. pro hoc
ſupra cap. veniens. & c. de hoc. Oppo. quod cum iſte alias eſſet
eligendus, datio pecuniæ non inducat ſymoniam, cum ſine ea
eſſent electuri, ſupra de re iud. cum I. & A. vbi videtur expreſ-
ſum. C. ſi ex fal. inſtru. l. 3. Sol. vt in glo. 2. quæ tenet cōtrarium.
nec reſpondet ad ar. vnde Goff. tenuit primum. ad quod facit
de æta. & quali. tua. quod tenuit Hoſt. ſupra c. tāta. eo caſu, quo
pecunia ſit data alteri, quam electori vel ordinatori. Tu tene
glo. licet c. cum I. & A. multum faciat pro primo, cum ibi non
ſufficiat probare conſpirationem, niſi probetur iudicem ſecu
tum dicta conſpiratorum, ſed illud eſt aliud. conſpiratio nāq;
poteſt eſſe nō criminoſa, vt dixi de ind. exhibita. Symonia nō.
Item tenendo primum facile fierent fraudes per medias per-
ſonas, ne facile poſſet probari contrarium. Item hic non appa-
ret de certo, quod canonici eſſent illum electuri, ſed tantum
erat ſpes, vt in tex. Quæro, quid ſi iſte ignorauit, ſed poſtea ra-
tum habuit. Sol. vt in glo. 1. quam coniunge, vt in glo. 3. & dic,
quod etiam ſi aliquis dederit pecuniam malitioſe, tamen ſi pro-
babitur, quod iſte poſtea ratum habuerit, præiudicatur ſibi. ſed ſi
non habuit ratum, tunc refert, an malitioſe, & electio non eſt
nulla, vt in tex. ex quo habes caſum, quod non ſemper ſymonia
reddit actum electionis nullum, quod nota. Aut non malitio-
ſe, & tunc tenet electio, vt textus expreſſe dicit. rationem dixi
in c. præcedenti. Eo autem caſu, quo malitioſe factum ſit, tene
tur malicioſus ad damna inde prouenientia. 84. diſt. honoratū,
vbi nota. Sed quomodo conſtabit de fraude. dic quod per conie-
cturas probādo, quod alias is, qui dedit, erat eius inimicus. Quæro,
quia tex. dicit, quod promiſſa fuit pecunia, vni vel omnibus. an ali
quid refert. dic quod non quo ad conuincendam ſymoniam, &
& vitiandam electionem. ſed quo ad pœnā committentium
ſic, quia plures punientur, quando pluribus data fuit.

ADDITIO.

a Promiſſionem. Adde tex. in c. diſpēdia. de reſcr. li. 6. & doc. in c. quorundam.
de ſol.

Ad vltimum. Oppone, quod epiſcopus poſſit diſpen-
ſare. ſ. c. de ſymoniace. Sol. vt in gl. &
in ea ibi, poſt tranſlationem. & 1. q. 3. ex multis. & q. 5. c. vlt. Et
in fine dicit Tan. & Inn. quod electio fuit hic caſſata per ſententiā,
pro hoc verbum reprobatis. Opp. ad idem de c. præſentium. 1.
q. 5. Sol. ibi de eo, qui ignorauit, cum quo diſpenſet epiſcopus,
hic de ſciente ſecundum vnam lecturam glo. vel illud, quādo
inſtat neceſſitas eccleſiæ, vel corrigitur illud c. & de hoc arti-
culo plene dixi in c. pen. de elec. & de renun. poſt tranſlationē.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus iuſte vel iniuſte, quomodo cognoſcatur.*

DIlectus. Qui dedit prælato pecuniam, ne de fa
cto moleſtet, illam repetit, ſi præla-
tus promiſſa non ſeruet. vel aliter. Pro redimenda
vexatione facti datio pecuniæ non inducit ſymo-
niam, adeo quod non ſeruato promiſſo, repetitur. Primo partis
querela. ſecundo dat iudices ibi, ideoque. Oppono primo quod
non debuerit competere repetitio, quia in pari cauſa turpitu-
dinis potior eſt conditio poſſidentis. regula in pari. de reg. iur.
lib. 6. Sol. vt in glo. 1. & in ea ibi, nullus epiſcopus vltimum. vbi
de hoc. & ibi, quæſitum. vbi de hoc. & ibi ad autem. de quo ibi
plenius dixi poſt Innoc. & ibi in acquiſito, ſecus in acquirēdo,
infra eo. ſicut. ſ. c. Matthæus. & ibi apoſto. ad Ephæſ. 5. & ibi, de-
cimas. 3. vbi de hoc, & ibi redimere decimas. facit quod no. 1.
queſt. 3. cap. pen. vel ad contrarium dic, quod eſt intellectus textus,

q

ꝙ contractus fuit licitus, vt quia factus per compoſitionem de
authoritate ſuperioris. ſ. de tranſact. c. 2. & fuit contractus inno
minatus. do vt facias. i. vt patientiã præſtares. & ideo quia ille
non patuit, cõpetit repetitio per actionem præſcriptis verbis.
vel agetur ad intereſſe. ff. depoſi. l. 1. §. in locatione. de præſcrip.
verbis. l. 1. quamuis enim ꝭ. dicatur tantum de reſtitutione pe-
cuniæ, non tollitur ſecundum Inno. quin & ad intereſſe, ſi plus
eſſet, agi poſſet. vel ſi intelligis, ꝙ cõtractus fuit illicitus ex par-
te recipientis, non autem dantis, quod ſentit glo. Ideo compe-
tit repetitio per condictionem ob turpem cauſam. l. quarta. §.
quotiens. ff. de condictione ob turpem cauſam. Præcedens ta-
men intellectus potior eſt in dubio, quia Papæ non conſtitit.
nec de hoc diſcutit, an ille Archidiaconus illicite receperit.
Opp. ſecundo ad prædicta, quod etiam contra non ſeruantem
pactum non competit repetitio. quia etiam non ſeruanti fidẽ
fides ſeruanda eſt. 33. q. 5. quod Deo. Solu. quia glo. non ſoluit.
dic de hoc, vt dicitur in c. peruenit. de iureiur. Illa glo. vltima
ibi, maxime. idem alii, vt Gof. Inno. & cæten. quia ſi dedi pecu
niam, ne mihi calumniam faceret: repeto, quod dedi, & pœnã
quadrupli, quamuis peccauerim. ff. de calum. l. 1. & l. generali-
ter. §. pen. vel dic, vt prædixi in præcedenti contrario. & ibi fal-
ſas. & ꝭ. de reg. iur. peccatum lib. 6. Quæro, quia gl. 1. diſtinguit,
1 an quis ſit iuſte † excommunicatus, an iniuſte, quomodo ſcie
tur. poſt abſolutionem enim videretur hoc impoſſibile. dic ꝙ
immo facile, viſa ſententia, & tenore, ſecundum caſum. c. ſacr.
ꝭ. de ſen. excom. & c. 1. de ſent. excom. lib. 6. poſſet eſſe tamen
cauſa, quæ non conſtaret. Et tũc in dubio quis relinquitur ſuæ
conſcientiæ. ſ. tit. 2. qualiter. 1. ꝭ. eo. per tuas.

SVMMARIVM.

1 *Benedictiones nubentiũ & exequiæ mortuorũ ſine precio fieri debent.*

1 Sva nobis. Pro † benedictionibus nubentiũ,
vel exequiis mortuorũ nihil exi-
gi poteſt. Primo querela, ſecundo dat iudices ibi,
diſcretioni. Oppono, quod pro exequiis poſſit ali-
quid recipi, ſicut ſacerdos locat operas ſuas pro officiis diui-
nis, & inde capit precium. de quo in c. ſignificatum. de præben
dis. & hic in glo. 1. Solue vt in glo. & in ea ibi, cum ab omni. &
de reſcript. ſtatutum. §. inſuper. lib. 6. ibi operas. De hoc dic vt
in d. c. ſignificatum. ibi, nõ detur actio. ſimile no. 1. q. 7. exigũt.
in prima glo. Hoſt. tamen dicit, ꝙ etiam datur actio, de quo in
d. c. exigunt. & facit c. ad apoſtolicam. ꝭ. eo.

SVMMARIVM.

1 *Multitudini non eſt ſemper parcendum.*
2 *Officialis tenetur, & punitur pro delicto deſimili.*
3 *Epiſcopi ſuo metropolitano conformari debent.*
4 *Sentẽtia lata cõtra dantes pecuniã, an debeat præiudicari recipiẽtibus.*
5 *Abbates propter ſymoniam amoueri debent.*
6 *Vniuerſitas an poſſit puniri de crimine.*
7 *Vniuerſitas an poſſit accuſari criminaliter.*

Dilectus filius. Si per accuſationem cõſtat
monachum ſymoniace eſ-
ſe receptum: receptus, & recipiens deponuntur.
ſed ſi per inquiſitionem, receptus in arctius mona
ſterium detruditur. recipienti, & maioribus pœnitentia impo
nitur: & ab executione ſacrorum ordinum ſuſpenduntur, do
nec pœnitentiam peregerint. h. d. Communis diuiſio. ſecũda
ibi, nos igitur, & ibi ſoluendo diſtinguit, & membra proſequi-
tur. poſſent tamen & aliæ particulæ aſſignari. No. ꝙ non ſem-
1 per parcitur † multitudini [a] ad hoc concor. in glo. & in illis de
2 hoc. No. ꝙ pro delicto prælati tenetur, & punitur eius officia-
2 lis, † probatur ver. abbatibus in verb. officialibus. quod intelli-
git Innoc. quando ipſi hoc faciunt, vel ſciunt, & tolerant. No.
3 ꝙ epiſcopi † debent conformari ſuo metropolitano, vt hic in
ver. iniungens. & de ſpon. duorum c. fi. 12. diſt. de his. No. quod
gratis oblatum pro ſpirituali poteſt ſine metu ſymoniæ recipi.
No. de taxatione, quæ vt dicit glo. eſt quædam venditio: & in
propoſito infert quandam exactionem, & ꝙ id, quod traditur
ſit exactum. Opp. primo, vt in ſuperſcriptione Papæ loquitur
Archiepiſcopo Cantuarien. ſed Archiepiſcopus non eſt iudex
ſubditorum ſuffraganeis. de off. ord. paſtoralis. So. Cantuarien.
cui loquitur, eſt legatus in tota ſua prouincia. de off. leg. c. 1. ſm
Inno. vel melius ſm Ioã. And. hic non permittit ſibi niſi circa
ſuam dioce. probat verbum Cantuarien. dioce. poteſt tamen
Archiepiſcopus viſitare totam prouinciã, ſeruata forma c. 1.
de cenſi. lib. 6. Op. ſecundo, ꝙ liceat aliquid dare pro monacha
tu, ſicut licet dare, vt quis fiat Chriſtianus. 23. q. 4. c. pen. Sol. vt
in gl. 1. ꝙ illa cõditio eſt bona, de quo no. 1. q. 2. ꝗ pro. vel aliter
dic, ꝙ caſus nõ ſunt ſimiles, quia ibi datur pecunia, vt quis fiat
Chriſtianus: hic exigitur, vt quis fiat monachus: ſed ſi poneres,
ꝙ abbas dedit pecuniã, vt fieret monachus: tunc procedit cõ-
trarium, ſed dic, ꝙ negari põt, & dici, non eſſe licitum dari pe-
cuniam ex pacto, vt quis fiat Chriſtianus, quod tenuit hic Phi.
dicens contrarium hic intelligi, qñ ſine pacto, ſed præſuppoſi-
to, ꝙ ex pacto detur: dico, ꝙ non eſt ſymonia, quia nullus titu
lus ſpiritualitatis acquiritur, & ſic poſſerẽt dici in Abbate dã-
te pecuniã, vt quis fiat monachus, ꝙ nulla eſt ſymonia. nã per
hoc nullum ſpirituale traditur, vel ſi vis facere differentiam,
aliud eſt in monachatu, quia ſine religione poteſt quis ſaluari.
a 2. q. 4. §. ſi. ad fi. ſed nõ ſine baptiſmo. de bapti. per totum. ma-
xime in c. maiores. ſm Hoſt. cuius eſt hic vltima ſo. ſed præce-
dens eſt mea, quæ magis placet. Et cõtra ſol. Hoſt. eſt, quia præ-
textu boni malũ nõ eſt faciendum. ne cle. vel mo. non magno.
ideo ſi eſſet illicitum, non liceret etiam pro fide. Op. primo, ꝙ
4 ſententia † lata contra dantes pecuniam non debeat præiudi-
care recipientibus, vt opponit glo. in verbo danti. in ver. ar. cõ-
tra. confirma per regulam: res inter alios acta. glo. ſoluit, vt in
ea. ibi dicit Io. hoc no. in c. tantis. & in c. hoc quippe. all. in glo.
& ibi cauſam agi. pro hoc de teſti. veniens. 2. & quod ibi no. in
glo. ſed quare. & ibi c. pe. de hoc plene ibi dixi & in fi. idem no.
2. q. 5. interrogatum. Mihi placet ſo. Vin. & Tan. poſita in glo.
& probo per text. qui dicit aduerſus eos, qui labe fuerint huiuſ
modi maculati, ſi coram te accuſatio fuerit, quæ litera notabi-
liter concernit dantes, & recipientes. Opp. ſecundo, ꝙ eodem
modo debuerint puniri accuſati de ſymonia, & inquiſiti. de
accu. inquiſitionis. in princ. gl. in verb. amotos. opponit, & non
ſoluit, ſed remittit ibi, & dic, vt ibi dixi, vel poſſumus dicere il-
lud in ſecularibus: hoc in regularibus, quod ſentit eadem glo.
in fi. pro quo eſt ratio, quia cũ grauẽtur regulares in vno, quia
non cum tanta diligentia, & ita exacte proceditur contra eos,
ſed facilius ꝗ cõtra ſeculares ſ. titu. 2. qualiter. in fi. ergo in alio
releuentur. de tranſla. c. 2. de parrochiis. c. 1. ff. de iureiur. l. eum
q. Melius tamen dic, vt dixi in d. c. inquiſitionis. ꝙ ſimilitudo,
quam ibi ponit tex. non per omnia procedit. Opp. tertio in eo,
ꝙ papa ſe fundauit ſuper conſcientia iſtius monachi , qui ſi ēt
faceret conſcientiam ſibi de miniſtrando in ſuſceptis deberet
abſtinere,vt probat finis literæ,ſed facilius debet deponere cō-
ſcientiam quoad ſuſceptos propter rationem Inn. quam quo
ad ſuſcipiendos,per hæc dico,ꝙ ceſſante conſcientia potuiſſet
de nouo recipere . ꝙ probat litera expreſſe ibi, ſed contra con-
ſcientiam ad ſuperiores non aſcendat. Circa quod quæro,nun
a quid in † dubio poſſit quis cum dubitat,an prælatus ſit ſymo
a niacus,ab eo recipere ordines.[a] Reſpondeo ꝙ poteſt:noo.n.po
teſt euitare, niſi ſit ſymoniacus notorius : quia tunc poteſt &
idem de fornicario:quia ſi eſt occultus,nō debet euitari. Si,no
torius,ſic.de coh.cle.veſtra.Sed quid ſi non eſt notorius ſub di-
tis:tamen pro certo ſcit eum ſymoniacum. Inn.hic dicit,ꝙ nō
debet ab eo ordinari:ſed potius humiliter pati excōicationem
ad hoc de ſent. excom. inquiſitioni. quia.ſ.faceret ꝯ conſcien-
tiam . hoc dico verū ,niſi ex hoc ſurgeret ſcandalū.tunc. n.dēt
potius deponere conſciam,& obedire prelato recipiēdo ordi-
nes,donec toleratur. Sed quid ſi p̄latus eſt ſuſpenſus,vel excōi-
catus,vel depoſitus ēt occulte? quidam dicunt non recipienda
ſacr̄a a tali,vt refert Inn. Excipiunt duo,vt baptiſmū & eucha-
riſtiā . de quo no. de hæreti.fraternitatis.dicunt tñ iſti,ꝙ ſi aliqs
depoſitus,vel ſuſpenſus , vel excōicatus occultus petit ſacr̄a in
publico.non dēt prohiben.de con.diſt.2.non prohibeo.1.q.1.
Chriſtus. quia tales nō ſunt vitandi in publico.de off.ord. ſi ſa-
cerdos. alias proderentur, ꝯ illud c. & d. c.Chriſtus. ſup.c.tanta.
inf.de pęn.oīs.§.caueāt.2.q.1. ſi peccauerit. Per hoc inferūt iſti,
ꝙ prælatus talis adminiſtrare pōt tpalia,quandiu toleratur ab
eccleſia.de coha.cle.veſtra. de cle.nihil eſt. Alij vt refert Inn.te
nent ꝯtrium,de quo remittit ad no.in c.1. inf.de ſciſmati.& ibi
dicā,plus ſibi placere,ꝙ ibi no.quā quod hic, dic ergo, vt ibi di-
cā:quia ibi latiſſime aperio hanc materiā, & diſtinguo. ſed pro
nunc principaliter inſto ad ordinandū verba Inn. Quæro,qd ſi
prælatus eſt criminoſus occulte . dicit Inn.ꝙ licet ſit ſuſpenſus
quoad ſe.ſ.eo.c.fi.q.i.ſacerdotes.tñ ſacr̄a eius non ſunt vitāda,
ex quo nō eſt ꝓhibitus ab hoīe,vel canone,q̄ ſola ꝓhibitio facit
hoc illicitū.32.di.§.verū.Ex hoc innuit Inn.ſecus in notorijs cri
minoſis.Ad q opp.de c.ſi q ſūt.81.di.vbi ēt notorij nō neceſſa
rio euitanr̄,ſi p̄cedat monitio . Inn.hic dicit notoriū vitādum,
ſi eſt

ADDITIO.

a Ordines.adde diffuſe per Io.de Ana.hic.

ſi eſt ſymoniacus, vel fornicarius. per §. verum. In aliis criminoſis etiam notoriis dicit ſecus, quandiu ab eccleſia tolerantur per dictum §. verum. & 15. q. vltim. c. ſi. Hoſt. autem dicit idem in quolibet notorio criminoſo: maxime ſi eſt peccatum, quod impedit executionem poſt peractam pęnitentiam, vt ſi eſt notorius homicida, vel hæreticus. de renunc. niſi. §. propter conſcientiam. de accu. inquiſitionis. Tu dic, quod etiam de fornicario, & ſymoniaco notorio. Aut quæritur, an ſint vitandi, ao non vitans peccet, & dico ꝙ non peccat ante monitionem i. antequam ſit prohibitum illis communicari. ſic intelligo c. ſi. qui ſunt 81. diſt. Aut quæritur an ſint vitandi. i. quod vitans nō peccet. & dico ꝙ de quolibet notorio criminoſo, quando crimen eſt tale, propter quod deberet amoueri, non peccat vitās, niſi forte ex hoc ſurgeret magnum ſcandalum, tunc enim debet potius vitare ſcandalum: quia forte cum talibus eſt diſpenſatum, vel ſufficit ꝙ prælatus eorum non corrigit. de hoc plenius dico in cap. veſtra. Quæro, an monachus in caſu huius c. egeat diſpenſatione, ad hoc vt poſſit in ordinibus ſuſceptis miniſtrare. Inn. dicit ꝙ non, cum non conſtet, quod pro certo ſciuerit ordinantem eſſe ſymoniacum. deinde multis interiectis quaſi oblitus eius dicti, dicit Inn. diſpenſationem requiri etiā ſi quis ignoranter ordinetur a ſymoniaco, quod eſt verius per c. 1. & 2. ſup. de ordi. ab epi. qui renun. epiſcopatui. & per cap. ſi quis ſymoniacis. 1. q. 1. vnde ſecundum Inn. diſpenſauit papa cum monacho hic. quia ignorans fuerat per dictum c. ſi quis a ſymoniacis. Quæro quid de ſcienter ordinato, dicit Inn. quod ordinatus a ſymoniaco in ordine etiam occulto, vel in beneficio manifeſto non recipit executionem. ſup. eo. tanta. 32. diſt. verum. Sed hoc non eſt mirum: quia vt dixi in præcedēti quæſtione etiam ignoranter ordinatus non recipit executionem: ſed facile cum eo diſpenſat. Quæro, in quo ſit ſuſpenſus ſymo-
3 niacus. † dicit Innoc. quod ſymoniacus in ordine etiam occultus, vt quia recepit aliquem ordinem ſymoniace, vel in beneficio notorius perdit executionem ordinum. 1. q. 1. quibuſdam. d. c. tanta. inf. c. pe. & non tantum perdit executionem ordinis recepti ſymoniace: ſed omnium, adeo, quod etiam perdit adminiſtrationem temporalium. 81. diſt. eos. ſecundum Innoc. Opp. primo ad hoc, quod tantum illius ordinis & nō aliorum debeat perdere executionem, quia de ſeparatis non eſt illatio. ſup. de transla. c. 2. l. fi. ff. de cal. cōfirma. quantum ad ſymoniacūm in beneficio: quia ſi fuit legitime confirmatus, recepit adminiſtrationem ſm̃ ius. ſup. de elec. tranſmiſſam. Sol. ſm̃ Inno. hoc inducitur; quia ſuſpenſus eſt a canone, vt probant iura ſupra inducta. & huius poteſt eſſe ratio: quia vnicū eſt ſacramentum ordinis: licet ordines ſint plures. Opp. ſecundò adhuc ad idem, & ad ſolutionem pręmiſſam de c. pe. inf. eo. Sol. ibi de ordinante ſymoniace, qui ſuſpenſus eſt tantum per triennium. quod dixi, procedi de ordinato ſymoniace, vel ibi ſpeciale, & dic, vt ibi dicetur. Quæro, quia dixi de ſymoniaco in beneficio notorio i. qui recepit beneficium ſymoniace, de quo notorie conſtat. quid ſi eſt occultum. dicit Innoc. ꝙ licet non ſit ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus. 1. q. 3. c. 2. & 3. tamen ratione illius beneficii ſymoniace quæſiti non miniſtrabit ſine peccato ſiue ſpiritualiter ſiue temporaliter, vt ſi emit epiſcopatum. i. dignitatē epiſcopalem, & tanquam epiſcopus conferat ordines, ſed ordines collati non carent effectu. Sed ſi eſſet ſymoniacus in ordine, vt quia recepiſſet ordinem epiſcopalem ſymoniace, ordines ab eo collati nullum haberent effectum. 1. q. 3. ea quæ. ratio, quia ſuſpenſus eſt, vt dixi in pręcedenti quæſtione. Sed quę eſt ratio, quod ſymoniacus in beneficio occultus peccat adminiſtrando, cum tamen non ſit ſuſpenſus. dicit Inn. quod ideo peccat; quia cenſetur fur. 1. q. 1. ordinationes. & ſic ei non eſt licitum rem alienam cōtrectare. de elec. dudum. 2. i. adminiſtrare in beneficio, cuius non habet titulum propter ſymoniam. Sed quid ſi habet alia beneficia non ſymoniace quæſita. dicit Inn. ꝙ quo ad illa non eſt ſuſpenſus, quę locutio eſt impropria, cum ſup. dixerit ſimpliciter eum non eſſe ſuſpenſum, ſed magis proprie diceret, quod in illis tenet adminiſtratio, cum in eis habeat titulū. de hoc tamen dic, vt dixi in c. pe. de elec. & de renun. poſt translationem. Quæro in quo errauit iſte monachus, putando ſe non debere adminiſtrare in ſuſceptis: an in iure: an in facto. Videtur, ꝙ in iure: quaſi haberet opinionem, quod ſymoniacus in beneficio etiam occultus, & qui ordinem per ſymoniam recepit, perderet executionem omnino, ad hoc. 1. q. 1. reperiuntur. & c. quibuſdam. hāc enim opinionem ſuam erroneam ſequens hic monachus, ordinari nolebat, ſed errabat per hoc in iure, dictis iurib. ſtatim alleg. & inf. c. pe. Innoc. dicit plus ſibi placere, ꝙ errauit in facto, credens, ꝙ quia conferens ordinem ſymoniace ſuſpenſus eſt ipſo iure, vſque ad triennium inf. c. pe. quod dic vt ibi dicam. & cū haberet hic monachus probabilē præſumptionem ex relatione quorūdam, vt in text. ꝙ diœceſanus ordines ſymoniace multoties contuliſſet: ideo putabat non tenere ſuam ordinationem, ſed papa cōſuluit ꝙ deponat hanc conſcientiam tanquam ſcrupuloſam nimis: quia. ſ. non habebat ad hoc neceſſarias coniecturas. Et ex hoc no. ſecundum Hoſt. ꝙ per vana dicta in præiudicium alterius non eſt conſcientia informanda. Secundo not. ꝙ ſi taliter ſit informata, eſt ad prælati conſilium deponenda, vt hic. Tertio ꝙ ſi deponi non poteſt, modis omnibus eſt ſequenda vt hic in fi. ſup. de temp. or. ad aures. inf. de ſentē. excom. inquiſitioni. No. quarto ꝙ virtus animi de conſcientia ſcrupuloſa poteſt bo-
4 nam facere, & vilitas animi econuerſo. Ex hoc not. quinto † ꝙ in indifferenti poteſt quis informare conſcientiam prout ſibi placet. Quæro quid ſi monachus iſte errаſſet in iure. dicit Inn. ꝙ non per hoc commiſiſſet mortale peccatum, male intelligendo canonem, cum hoc ſit de iure poſitiuo, & hoc ſit ſingulare, & nō ſit alibi in rerum natura. Sed poſtquam de iure fuiſſet edoctus, grauiter eſſet puniēdus, ſi contemneret obedire. 19. di. nulli. Sed quid ſi papa faceret canonem, quod quilibet poſſet recipere ordines ab occulto ſymoniaco? dicit Innoc. quod
a poſſet, & ſi quis negaret eum poſſe, eſſet hęreticus,[a] 19. diſt. nulli. quod no. etiam glo. de elec. generali. lib. 6. Sed quid ſi papa aliquid aſſerit gloſſando: non per hoc intendendo derogare aliorum opinionibus, prout facit in c. literas. de reſt. ſpo. dicit Inn. ſecus, quod nota. & c. literas. facit ſolum quo ad hoc: quia papa ibi proteſtatur reſeruando opiniones in ſuo ſtatu, tamen. papa ibi loquitur decidendo potius: ergo pone exemplum de gl. In-
5 nocen. quarti quę reprobantur aliquando. Quæro, quid † ſi aliquis coactus recepit ordines a ſymoniaco, dicunt aliqui ꝙ recipit executionem. per c. conſtat. 1. q. 1. quod non eſt verum, ſed ibi fuit diſpenſatum. ſicut etiam ſup. dixi, ꝙ requiritur diſpenſatio, etiam cum ignoranter ordinato, quod tenet hic gl. vltim. in fin. per c. ſi quis a ſymoniacis. 1. q. 1. & ibi de hic. & 19. q. 1. c. 2. Sed vt dixi facile diſpenſatur; quia probabilis ignorantia excuſat. inf. de cle. excomm. mi. apoſtolicæ. ad hanc materiam vide quæ dico. inf. de hæreticis. fraternitatis. & de ſchiſmaticis. c. 1.

ADDITIO.

a Eſſet hæreticus. adde Arch. in c. violatores. 25. q. 1. Car. in cle. ne in agro in §. ſi quis. in 32. q. de ſtatu mona. Card. in cle. 2. in 9. q. de ætat. & quali. Domi. in c. 1. de conſtit. lib. 6. Io. de Imo. c. cum continga. de iureiur. Abb. in cap. cler. el 2. de vita. & hon. cleri. Sanctus Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt. 43. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Lex rebus imponi debet, non verbis.*

IN tantum. Pro criſmate, vel eccleſiarum inueſtitura nihil debet exigi, & conſuetudo, vel nominis variatio non excuſat, hoc dicit. Prouidet autem contra duo. ſecunda ibi: ratam, etiam prima ſubdiuitur: quia primo narrat exceſſum. ſecundò præcipit corrigi. & puniri ibi, cum ergo. precioſam. i. quę pretio diſtrahitur. decani. rurales de quib. ſup. de off. Arch. ad hæc in fi. No. quod lex debet imponi rebus nō verbis. quod probat tex. qui non excuſat delictum propter variationem nominis. ad idem de elect. commiſſa. §. porro. lib. 6. Aliæ concor. ſunt hic in gloſſ. 2. Not. quod præſumitur ex ordine facti: quia præſumitur ſymonia ex eo, quod prius datur pecunia. ad hoc 21. diſt. §. 1. Oppo. quia loquitur archiepiſcopo, in præſcriptione & mandat, vt corrigat officiales epiſcoporum, cum tamen non habeat iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum. de offi. ord. paſtoralis & de offi. vica. ca. 1. li. 6. Sol. intellige hoc, quando negligunt epiſcopi, vel quando delinquunt, vt officiales epiſcoporum, vt tunc ſubſint archiepiſcopo, tanquam facientes idem conſiſtorium cum epiſco. de quo in d. c. 3. in glo. 3. lib. 6. In glo. 2. in fi. de hoc de priuile. quamquam. In glo. 3. ibi: non prodeſt. aliquando prodeſt. de ſpon. tuę. ibi: in fraudem. de hoc de arbit. dilecti. In glo. in verbo prius. in fin. dic, quod poteſt aliter fieri, quam dicat glo. vt quia caueбitur de re tradenda, ſi pretium infra certum tempus numeratum non fuerit. ff. de redhibitoria actione. l. ędiles. §. fi. & l. ſeq. In glo. fi. in fi. & ſup. eo. c. 1. & c. veniens.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris an excuſet.*

PEr tuas. Ordinatus in ſubdiaconū, qui prius præſentatori promiſit, quod ab eo nil peteret, in ſuſceptis miniſtrare & ad ſuperiores aſcendere non poteſt, etiā ſi peccare non credidit. Communis diuiſio. Secunda ibi. nos. No. ꝙ ēt minores clerici

poſſint

Digitized by Google

poſſunt aliquem præſentare ad titulum ſuarum eccleſiarum, ſicut fecit hic iſte presbyter ad titulum ſuæ eccleſiæ. Nota, ꝙ ordinatus poteſt petere, vt præſentato cogatur aſſignare ſibi portionem in ſua eccleſia.i.vitæ ſuſtentationem.de fil.presbyt.
1 propoſuit. Nota, quod non excuſatur ignorantia † iuris.[a] quod
a colligit glo. 1. & alleg. concordantias ad idem, regula ignorantia.lib.6. Oppono primò, quod non poſſit præſentatus ad ordinem petere portionem in eccleſia præſentatoris: quia ex hoc fieret ſectio: contra.c.maioribus.de præben.& c.cum non ignores.eo.titu. Solu.non eſt ſectio: quia fiet nouus titulus.quod fieri poteſt ex cauſa.intellige tamen, quod hoc fiet ſine præiudicio patronorum, ſi quos habet eccleſia, de iurepatro. c.penult. Oppono ſecundo, quod hic nulla fuerit ſymonia, quia non interuenit munus, vel pecunia, vel quid ſimile. 1.quæſt.1.ſunt nõnulli. & c.ſi quis neque. Solu.pactum de remittenda portione inducit ſymoniam: quia portio continet quid temporale, cum poſſit quandoque etiam laico aſſignare. de inſtitu.c.2.& remittere eſt idem, quod dare. ſup.eod. querelam. & ſic videtur adeptus ordo, dato aliquo temporali, & per conſequens fuit ſymonia. Ex hoc infertur, quod ſi iſte ordinandus ſolum exoraſſet presbyterum vt cum præſentaret, non intercedente pacto ſuper promiſſione portionis, ꝙ non fuiſſet ſymonia. Quæro, quid ſi facultates eccleſiæ non ſufficiunt, vt inde poſſit aſſignari portio præſentato ad ordines? dicit Hoſtien. quod præſentator cogitur facere de ſuo, ſi habet. de præben. cap. 2. & c. cum ſecundum. alias tali præſentato non prouidebitur, qui etiam priuari poteſt, ſi de nouo incipiant facultates non ſufficere. vel ſi nõ reſidet, de cle. non reſi. conquerente. de hoc dic, vt in c. accepimus. de æta. & quali. vbi dixi, quomodo tenetur præſentator, vel ordinator.

ADDITIO.

a Iuris. adde c.ſciendum de pœnit.diſt.1.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratio eccleſiaſtica an pecunia licite tradatur.*
2 *Pecunia data pro adminiſtratione eccleſiaſtica, cui reddenda ſit.*

Conſulere. Breue eſt, vel per alia verba hoc dicit. Emens vel vendens adminiſtrationem habentem aliquid ſpiritualitatis, vt ſymoniacus punitur, & ab eccleſia, vbi eſt adminiſtratio, excluditur. Oppono, quia reperitur vicedominatus pro officio mere laicali, in quo non cadit ſymonia. Item reperitur adminiſtratio eccleſiæ, quæ eſt temporalis, vt cum quis emit fructus eccleſiæ ad tempus, quod non prohibetur. de loca. c.2. inf. ne præla. vices ſuas. c.ſi. Sol. quod dicit tex. de vicedominatu, intellige cum habet aliquid ſpirituale annexum. 1.quæſt.1.ſi quis epiſcopus. ſecundum Inn. quod dicit adminiſtrationem, intellige de perpetua. Et prout dicitur in c.ſaluatur. 1.q.3. vt hic
1 in glo. 1. & ea.q.§.1. Quæro igitur nunquid in † qualibet adminiſtratione eccleſiaſtica, ſi intercedat pecunia, cõmittatur ſymonia. Solu. dic, ꝙ ſic, quocunque includat aliquid ſpiritualitatis. vbi conſidera, ꝙ aliquid dicitur ſpirituale, aliquid ſpirituali annexum. probatur diſtinctio. de iudic. quanto. De primo dic, ꝙ quædam ſunt ſpiritualia ſecundum eſſentiam, i. in ſubſtantia, quædam ſecundum qualitatem. de primis dic, quod quædam ſunt incorporalia, quædam corporalia. de incorporalib. exemplum in donis, & virtutibus. 1.q.1.c.1.& c. iudices. & q.3. ſaluator. de ſecundis. ſ. corporalibus, exemplum in reliquiis ſanctorum. De ſpiritualibus ſecũdum qualitatem dic, ꝙ reperiuntur plura diuerſo reſpectu. nam quædam dicuntur ſpiritualia per cauſam, vt ſunt ſacramenta ſtricte, vel large ſumpta, quæ ſunt cauſa gratiæ, quædam ſunt ſpiritualia reſpectu ſtatus, ſeu inſtitutionis, vt religio. inf. c. quoniam. quædam quia deſcendunt a ſpirituali poteſtate. inf. eo. audiuimus. quædam quia concernunt eccleſiaſtica officia, de quibus hic. De annexis ſpiritualib. dic, quod poteſt eſſe duplex annexio. vna præparatoria, vel quia sũt aliqua ſpiritualia, ſeu annexa, ex eo quod ſunt deputata ad ſpiritualia, vt vaſa ſacra ad vſum ſacramentorum, & veſtes & huiuſmodi. quædam ſunt annexa, quia ſpiritualibus inhærent, vt ius patronatus. de omnibus ſupradictis ſtat regula, quod non licet aliquod temporale pro eis dari ſine vitio ſymoniæ. De ſpiritualibus ſecundum eſſentiam incorporalibus probatur. 1.q.1. c.1.& ca. iudices. 7.q.3. ſaluator. De corporalibus ſpiritualibus ſecundum eſſentiam probatur. ſup. de reliq. c.1.& not. 1.q.1. qui ſtudet. De ſpiritualibus per qualitatem vel reſpectum. primo de his, quæ ſunt per eam, vt ſacramẽta. probatur. 1.q.1. dictum. inf. c. proxi. de his, quæ ex inſtitutione, vt religio probatur. inf. c. quoniam. de his, quæ deſcendunt a ſpirituali poteſtate, probatur inf. eo. audiuimus. De his, quæ ſunt circa officia eccleſiaſtica, probatur hic. Ex quo c. infertur, ꝙ quæcũque ſit adminiſtratio eccleſiaſtica, ſiue ſit officium oſtiarij in claudendo fores eccleſiæ, ſiue pulſandis campanis, vel quid ſimile, ſymoniacũ eſt aliquid dare temporale. De annexis ſpiritualibus. primo de ordinatis ad ſpiritualia probatur, ꝙ ſi quid temporale datur, ſit ſymonia, de conſecra. diſt. 1. ligna. & c. veſtimenta. de religio. domi. ad hæc. De inhærentibus ſpiritualibus, vt iure patronatus, probatur de iure patro. cum ſeculum. & ca. de iure. licet poſſit tranſire cum vniuerſitate. de iure patro. ex literis. Quæro, quia in textu dixi voluerint, an ſufficit voluntas? glo. vlt. dicit, quod non. de hoc in c. qui ſtudet, allegato in glo. & ſup. eo. nemo. & di
2 cetur inf. c. ſi. Quæro ſi † data fuit pecunia pro adminiſtratione eccleſiaſtica, cui reddetur? dic ꝙ eccleſiæ, in cuius contumeliam data eſt. ad hoc ſup. c. de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo an aliquo caſu excuſet.*

Sicut. Symoniacum eſt aliquid exigere pro conſecrationibus epiſcoporum: benedictionibus Abbatum, vel pro ordinationibus clericorum: nec excuſat conſuetudo. Primo narrat exceſſum, & ipſius excuſationem. Secũdò excuſationem reprobat, exceſſum prohibet, & pœnam addit: ibi ſecunda tantum igitur. pſonis forſan miniſtris epiſcoporum. In templo. Matt. 21. collatis. tollit opinionem illorum, qui dicunt licere poſt factũ: ſed non prius. Aliquid temporale vel quaſi, ſed ſpirituale onus annecti poteſt. de ele. ſignificaſti. de præben. ſignificauerunt. ibi: exigere. hoc iuſtificat de c. Inno. ibi, dederit vel conſenſerit. ſup. eo. ſatis. Oppono, ꝙ in conſecrationibus epiſcoporum poſſit exigi aliquid. de elect. vt preteritæ. Solu. ibi de expenſis, quæ fiunt ex cauſa electionis, quæ exiguntur a dignitate ad quam facta eſt electio, hic de eo, quod exigitur pro collatione ordinis, vel conſecrationis, vel ſacramẽti, ſiue exigatur a conſecratore, ſiue ab
1 eius miniſtris. Quæro, an conſuetudo † aliquo caſu excuſet. dixit Vincen. ꝙ ſi eſſet conſuetudo, ꝙ cenſus alias debitus epiſcopo, portaretur ſibi tempore criſmatis, nõ eſſet abſurdum: quia ſubditi tenentur ad cenſum. de cenſi. omnis. quod eſt indubitatum: tamen ſi hoc prætextu epiſcopus ordinaret, vel conſecraret, alias non facturus, non euitaret ſymoniã, cum pro hoc conſequatur citiorem ſolutionem, quæ eſt quid commodi. Hoſt. dicit pluſquam Vin. ſm quem, ſi de conſuetudine eſſet, ꝙ ordinandus ſolueret aliquid temporale, quod applicaretur eccleſiæ: puta ad fabricam, non eſſet ſymonia ad hoc inf. eo. ad apoſtolicam. de quo etiam inf. eo. Iacobus. Ego do concluſionem, ꝙ prohibetur perceptio commodi temporalis, per quam epiſcopus ordinat, alias non ordinaturus, vel ſaltem non ita cito, alias non eſt ſymonia, ſi vel liberaliter offerret etiã epiſcopus: vt ſup. in pluribus capitulis.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas an excuſet peccatum.*
2 *Monialium nomine venit abbatiſſa.*
3 *Ignorantia iuris excuſat moniales.*

Quoniam. Religioſi recepti pretio vna cum recipiẽtib. de monaſterio expelluntur, & in arctioribus monaſteriis detruduntur: ſed recepti ante hoc concilium ponentur in aliis locis eiuſdem ordinis: niſi multitudo ſit in cauſa. Primo prouidet circa futura. ſecundò circa præterita ibi: de his. tertio prorogat ibi: hoc etiam. quartò publicationem fieri præcipit ibi: verum. paupertatis. hodie in monaſteriis non mendicantium monialium nõ poſſunt recipi, niſi quæ poſſunt abſque pecuniaria ſuſtentari. de ſta. reg. c. vno. §. ſanc. lib. 6. locis. & non arctioribus vt
1 differat a proximo caſu. Not. ꝙ paupertas † non excuſat peccatum. quod proſequitur glo. 1. quæ inducit cõcordantias. Nota
2 ꝙ nomine monialium † venit Abbatiſſa:[a] probat verbum mo
a niales, hic in prin. cum eo quod ſequitur ibi, ſiue ſit ſubdita ſiue prælata. ad hoc inf. c. ſi. & dic vt ibi. Nota clauſulam ſine ſpe reſtitutionis, & ſimile. ſup. de dolo. veritatis. vbi dixi, quid operetur. Nota in ver. de his. ꝙ illud faciendum eſt quod commode
3 fieri poteſt, ad hoc de elect. quia propter. Nota in fine, quod
b ignorantia iuris excuſat moniales,[b] ideo præcipitur hoc concilium

ADDITIONES.

a Abbatiſſa. adde gl. in verb. moniales. in cle. attendentes. de ſta. reg. & per Barba. in c. at ſi clerici. in §. de adulteriis. in 14. col. de iud.
b Moniales. adde gl. ſummæ. 32. diſt. & in §. notandum. 1. q. 4. & in l. ſi emancipata. C. de iur. & fac. ign.

Digitized by Google

cilium ſingulis annis publicari. pro hoc, quia mulieres excuſantur per ignorãtiam iuris. ff. de prob. l. cum de indebito. §. ſin autem. Oppono primo in princ. quod non indiſtincte debeant expelli. ſup. eo. dilectus. Sol. vt in glo. 2. in prin. ſtandum contrario, & diſtinguendum, vt ibi, & idem Innoc. Oppono ſecundò ad hanc ſolutionem, prout opponit eadem glo. de c. inquiſitionis. Sol. vt in gl. & quatenus dicit, quod intelliguntur monachi depoſiti eo, quod in ergaſtulo detruduntur. dicit Hoſtiẽ. quod non tamen ſic faciliter diſpenſatur, vt cum iſtis, & ſic proprie non ſunt depoſiti. ſed dic, quod dicuntur depoſiti: quia carent executione cum effectu. Quero, quid ſi monaſterium eſt adeo tenue, quod non ſufficit de nouo recipiendis: an tunc licet hoc eis dicere, vt ſecum portent. glo. 1. tenet, quod ſic: licet in additione ibi, ſed tutius. dicat, tutius, vt abſtineatur. ad idem quod nota. ſup. eo. non ſatis. & 1. q. 2. in ſumma. in 1. glo. & per Arch. ea. q. quam pio. Sed contra eſt; quia debuerunt potius velle mori fame, quam ſymoniam committere. 32. qu. 4. ſicut ſanctus. Sol. iſta contrario. licet enim paupertas excuſet a furto. infra de fur. ſi quis. non propterea excuſat a ſymonia. Eſt enim in furto ratio, quę ponitur in c. ſi quis. quia tempore neceſſitatis omnia ſiunt communia. & hoc tenet Inn. in c. tua. ſup. eod. tua. dicens, q etiam non valet pactum, vt receptus non petat id, quod de iure ſibi competit. ſup. eo. per tuas. 3. inf. c. pen. de iure autem ſibi competit, vt recipiat ſicut cæteri. de conſt. cum omnes. de præben. relatum. Quęro eo caſu, quo expelluntur de monaſterio, nunquid reſtituetur pecunia, quam dederunt. Solu. vt in glo. 2. quæ remittit ad c. de hoc. vbi dixi. Quæro, cum debent detrudi in arctiora monaſteria, quid ſi non inueniantur? Solu. vt in eadem glo. vel dic, quod detrudẽtur in ergaſtulo infra ſepta monaſterij, ad agendam pœnitentiam, ſecundum Hoſt. quod placet. Quæro, quia hic in fin. excuſantur moniales per ignorantiam iuris, quid de monachis? videtur idem dicendum: quia ſunt inexperti forenſium rerum, id eſt pertinentium ad forum vbi redditur ius. de poſtulando. cap. 2. de ſindico. c. vno. de accuſa. olim. C. de epiſ. & cler. l. repetita. dicit Hoſt. q excuſantur, ſi nunquam exiuerũt clauſtrum: ſed cum hodie multi exeant, & iura etiam audiant, non de facili excuſabuntur. Ex hoc conclude hoc arbitrarium ex conuerſatione ipſius monachi.

S V M M A R I V M.

1 *Abſtinendum eſt ab omni ſpecie mali.*

2 *Pœna dupli reſtituendi.*

AVdiuimus. Epiſcopi nil debent exigere, vt in eccleſiis ſibi ſubiectis permittant rectores inſtitui, monachos profiteri, vel mortuos ſepeliri. alias exacta reſtituent duplicata. Primò narrat. ſecundò prouidet ibi, cum igitur. tertiò punit. ibi quod ſi quis interdicto. vt redimatur abſolutio, vt ſup cap. ad aures. inſtitui. quod nec ſine ipſis fieri poteſt de iure communi. de offi. Arch. cum ſatis de cler. perc. cap. fin. & quod vtrobique dixi difficultates ingerunt, vt quia interdicunt, excommunicant, vel conquerentibus iuſtitiam denegant. ſupra eodem dilectus. de priuileg. cap. 4. & c. quanto. & de pœnis licet Apoſtol. actuum 8. diſpendium. ſic ſup. eo. conſuluere. Not.
1 ab omni ſpecie mali abſtinendum † gl. aſſc. ad idem de eo qui
2 cog. conſang. veniens. el 2. No. de pœna † dupli reſtituendi. Glo. vlt. ad idem alleg. de Iudęis ad liberandam.

S V M M A R I V M.

1 *Sacramenta ſunt libere conferenda.*

2 *Conſuetudo facit licitum quod alias videtur illicitum.*

1 AD apoſtolicam. Sacramenta † ſunt libere conferenda, cogit tamen ordinarius laicos laudabiles conſuetudines obſeruare. Primò ponit exceſſum laicorum, & ſecundu contra vtrumque prouidet. ibi: quapropter. No. quod prætextu impietatis &c. vt in gloſſ. 1. ad hoc, ne cle. vel mona. non magna. vbi de hoc. Nota cupiditatem prohibitam in clericis. de præben. auantiæ. de dec. c. 1. de cenſi. ca quæ. Nota quod
2 † conſuetudo facit licitum, quod alias ex pacto non licet. pro hoc, quod hic dicitur in glo. fi. & quod ſtatim plene dico. Oppono, quod etiam prætextu conſuetudinis non liceat aliquid exigere, quia ſi cogetur ſoluere quis, erit ſymoniacũ: ſicut. n. ex pacto eſſet ſymoniacũ, ita & ex conſuetudine, quia nõ excuſat peccatum. de conſuet. c. fin. reſpondet Inn. quod tex. iſte debet intelligi, quando laici volunt immutare antiquas conſuetudines ſtatuendo, vel ſollicitando, vt nihil detur pro ſepultura, vel ſimilibus: quia hoc ſapit hæreſim, vt in text. ad hoc de ſen. excom. nouerint. Fatetur tamen quod nolens ſoluere non cogetur per c. non ſatis. ſup. eo. pro hoc eſt verbum libere: quia ſacramenta debent libere conferri. non ergo poterit exigi pecunia: adeo quod licite clericus abſtineat a conferendo ſacramenta, ſi non ſoluitur, & hoc etiam tenet Hoſtien. ſed hæc opinio videtur contra textum, qui dicit cogendos laicos. Sol. textus dicit per epiſcopum: non ergo ſacerdos poterit cogere indirecte abſtinendo, vt prædixi. vel poteſt aliter intelligi textus, prout dicit glo. vltim. in verſi. vel poteſt intelligi. vel ſecundum Innoc. forte laici volebant prædicare contra id inf. de hæreti. cum ex iniuncto, vel volebant lites eccleſiaſticas dirimere contra id, de conſtit. eccleſia. de rebus eccleſi. non alienan. cap. final. Quęro quæ ſint laudabiles conſuetudines. pone exemplum, vt ſi in exequiis ſolet dari cereus: in benedictionibus nubentium panis, vel pecunia, vel quid ſimile. Quæro nunquid indiſtincte poſſint cogi laici ad ſoluendum talia. Innocen. generaliter loquendo tenet, quod non. vnde dic non cogendum quem ad ſoluendum id, quod tempore collationis dari conſueuit: quia ſpecies eſt mali, & præſumitur ſymonia. ſupra eo. ſicut. Hoſtien. dicit contrarium per hunc tex. & adducit conſuetudinẽ Venetiarum, ſecundum quam in tempore mortis exigit epiſcopus decimam omnium, quæ habet defunctus, quod tamen hodie de facto non poteſt. An autem conſuetudo illa ſit licita. diſputat Hoſtien. & dicit, quod non; quia poſſet eccleſia damnificari in eum, qui longo tempore viueret, & hoc niſi approbata ſit per papam, ſecundum notata de deci. a nobis. & ca. tuam. per quæ notata reſpondi domino meo Angelo tunc epiſcopo caſtellano, nunc patriarchæ, ex authoritate papæ poſſe conſuetudinem reduci ad minorem quotam, contra quod maxime inſtiti, inducendo multa per textus Bibliæ: ad quos reſpondi. & pro omnibus ſufficit hæc reſponſio, quod papa habet plenam diſpoſitionem orbis: vnde imminente ſcandalo puro, quod ex toto poſſet remittere decimas alicui loco, vt in dictis capitulis. Quæro, ſi habet conſuetudo eccleſiæ, quod epiſcopus in conſecratione eccleſiæ habeat certam partem de oblationibus, & clerici, qui interſunt, reliquã, nunquid epiſcopus poterit agere ex conſuetudine contra clericos? dicit Innocen. quod ſic tam petitorio, quam poſſeſſorio. pro hoc 10. queſt. vltim. Eleutherius. & ca. ſeruitium. & quod dixi in conſecratione eccleſiæ, idem in ſimilibus, vt in ſepulturis mortuorum. de ſepul. certificari. Quid ſi non eſt conſuetudo generalis, ſed ſpecialis alicuius epiſcopi, vt in conſecratione eccleſiæ recipiat magnam quantitatem, vt centum marchas? dicit Innocent. tunc male præſumi, nec eſſe ſeruandam conſuetudinem. pro hoc tamen ſecundum eum non debet inferri, quin epiſcopus poſſit aliquid recipere pro expenſis: quia non cogitur ſuis ſtipendijs militare. 10. queſt. vlt. relatum. 12. quæſt. 2. charitatem. & ſic ſi accedit ad villam, vbi ſit conſecratio, vel vbi alia ſacramenta ſunt præſtanda, habebit ab illa ſumptus. 10. quæſtio. 3. cauendum. Oppono ad hoc de c. nec numerus. eadem. q. Sol. ibi baptizandi acceſſerunt ad domum baptizantis, & ſic nihil fecit expenſæ: vnde nil petere poteſt. Vel ſecundum Innocent. poſſum dicere generaliter, quod nihil debet peti: etiam ſi ſit conſuetudo generalis, per ca. in tantum. ſupr. eo. & quæſtiones duę pręcedentes, & iura in eis inducta intelligi debent de oblationibus, quæ ſiunt tempore conſecrationis eccleſiarum, vt in illis poſſit conſuetudo diuiſionis induci modo prædicto. Ego puto, quod etiam poſſit induci de conſuetudine, vt debeatur aliquid pro ſacramentis, adeo quod poterunt cogi hi, a quibus miniſtrantur, non quidem prius, nec per hoc impeditur adminiſtratio, quæ debet eſſe libera, vt in textu: ſed ex poſt facto ſic: maxime ſi illud exactum conuerteretur ad vſum pium, vt fabricę. ſic intelligo textum, & quod dixi ſupra. quæſt. prima. ſecundum Hoſtien. Sed præſuppoſita conſuetudine diuiſionis oblationum, quęro, quid ſi dicunt clerici epiſcopo, quod nolunt iuuare, niſi ſint ſecum de ſua parte. dicit Innocen. quod peccant per cap. cum in eccleſiæ. ſupra. eodem. Oppono primo ad hæc de c. quia ſancta. Sed reſpondeo ſecundum Innocen. quod licet per illud c. dicant aliqui, quod clerici poſſint paciſci, vt ſupra, & etiam petere, vt epiſcopus cogatur, & comminari ſe non iuuaturos. pro quo eſt c. eſto. 94. diſtin. & 45. diſtin. cum Beatus. tamen verius eſt ſecundum Innocen. quod non licet clericis ob hoc negare obſequium, & ſi negauerint, poteſt epiſcopus contra eos agere, nec obſtabit exceptio prędicta: quia non inuenitur in iure: ſed ſecundum Inno. bene poſſunt clerici petere epiſcopum cogi ad obſeruandum conſuetudinem prædictam. Oppono ſecundò ad hoc: quia ſi epiſcopus poteſt cogi, vt obſeruent: igitur ſi non obſeruant; poteſt ſe ſubtrahere ab obſequio, quia priuilegium meretur amittere, qui abutitur. 11. quæſtione tertia, priuilegium. Reſpondet Innocen. notabiliter, quod aliud in priuilegio. aliud in cap. quod de iure communi vel conſuetudinario debetur, nam hoc difficilius perditur, quàm id, quod eſt gratia quod perpetuo nota. per hoc enim habes limitationem ad multa,

Fatetur

Digitized by Google

Fatetur tamen Innoc. ꝙ bene poſſent clerici agere contra epi-
ſcopum, vt pronunciaretur eos non cogendos præſtare obſe-
quium: niſi epiſcopus ſoluerit, quod eſt eis debitum, & ſic in-
telligit cap. eſto. & ca. cum beatus, ſed qua actione potent agi,
tam in caſu cap. noſtri. cum petitur laicos cogi, vt obſeruent
conſuetudinem, quàm in caſu proxime dicto. Glo. vlt. dicit, ꝙ
per implorationem officij. pro hoc, quod notatur 47. diſ. ſicut
hi. in vlt. glo. 1. q. 7. exigunt. & intellige, ꝙ implorabitur de pla-
no, & ſine libello. pro hoc. 43. diſt. quia ſancta. ff. de petitio. hæ-
redi. l. hæreditas §. 1. Hoſtien. dicit, ꝙ per modum denunciatio
nis poterunt petere. de qua de iud. nouit. Primum placet per
verbum epiſcopum. quod eſt in textu: cum enim verba diri-
guntur ad iudicem, debet intelligi, vt detur officij imploratio.
de officio iudic. cap. 2. & ibi dixi. Decem quæſtiones circa
materiam huius, ca. & alia plura circa hoc ponit Hoſt. in ſum-
ma. eo. tit. §. qualiter commutatur. ver. quid de his, qui habent
diuerſa. & verſi. quid ſi clericus.

SVMMARIVM.

1 *Verbis narratiuis Papa fides adhibetur.*
2 *Epiſcopo mandanti aliquid contra ordinem religioſorum, an ipſi te-
neantur obedire.*

NE Dei. Iungendo gl. primam cum textu. hoc
dicit in ſumma. A Ciſtercienſibus
abbatibus pro inſtallatione nihil debent epiſcopi
exigere. hoc dicit. Primò prohibet abbates Ciſter-
cien. ſolenniter inſtallari. Secundo ponit formam obedientię,
quam promittunt epiſcopis ibi: ego ibi: ſubiectione. per hoc
recognoſcit epiſcopum in dominum ibi: reuerētiam. per hoc
recognoſcit eum in patrem. ibi, obedientiam. per hoc reco-
gnoſcit eum in iudicem. patribus. qui ordinauerunt Ciſter-
cium volentes, quòd ex quo regula foret per Papam approba-
ta, nulli liceret mandare monachis aliquid contra ipſum ſecū
1 dum Innoc. Nota, ꝙ verbis † Papæ creditur etiam narratiuis.
patet hic, quia creditur, ꝙ forma obedientiæ ſit talis, vt ſequi-
tur: de hoc plene de proba. clemen. literas. alias regulariter nō
creditur exemplo: ſed oportet exhiberi originale authenticū.
C. de eden. authen. ſi quis in aliquo. ꝫ. de fide inſtrum. c. 1. Not.
attendenda, & obſeruanda eſſe originalia ordinum ibi ab ori-
gine. pro hoc. ꝫ. de ſtatu monach. recolentes. Nota, ꝙ de iure
communi Ciſtercien. non ſunt exempti: patet, quia iurant obe
dientiam epiſcopis: ſi ergo prætendunt exemptionem, debent
de ea docere producendo priuilegia. de priuileg. cum perſo-
næ. lib. 6. Not. ꝙ dicitur aliquid perpetuum, quod durat ad vi-
tam alicuius. debet enim exponi perpetuo in fine textus. i. quā-
diu vixero, & abbas permanſero. de elec. venerabilem. ad finē.
Oppono primo, ꝙ hæc decreta. non pertineat ad titulum. &
ſic contra. ꝫ. in prohe. Solu. quomodo faciat ad titulum, colli
ge ex gloſ. 1. & prout dixi ſummando: & ex illa glo. nota priui-
legium abbatum Ciſtercien. vt in eis non exigatur inſtallatio-
nis ſolennitas. habent, & aliud priuilegium, de quo in cap. 1. ꝫ.
de ſupplen. negli. præla. Oppon. ſecundò ad hanc ſolutionem
de cap. vt noſtrum, de offic. archi. vbi dicitur abbates, & abba-
tiſſas inſtallandos. glo. 2. hic dicit hoc ſpeciale, vt non requira-
tur in abbatibus Ciſtercien. Vin. autem dixit per hunc tex. ge-
neraliter probari religioſos nō inſtallandos: quod reprobatur
per cap. vt noſtrum. Goſ. autem dicit, ꝙ etiam in Ciſtercienſi-
bus non prohibetur hic inſtallatio: ſed inſtallationis ſolenni-
tas. poterunt ergo ſecundum Hoſtien. ciſtercienſes inſtallari
de plano per ſuos monachos, in quo ſtandum erit interpreta-
tioni conſuetudinis per tempora obſeruatæ. Oppono tertiò
in eo, ꝙ dicit profeſſionis. nam ſi non erant profeſſi, non po-
tuiſſent eligi in abbates. de elect. cum in magiſtratum. eod. tit.
nullus. lib. 6. Item profeſſionem facere debuiſſent, non in ma-
nibus epiſcopi, ſed alterius habentis incorporare religioni. de
regula. porrectum. vbi notat Innoc. Solu. verbum profeſſionis
expone, vt in glo. 3. id eſt aſſertionis, ſeu confeſſionis de obediē
tia, quæ ſequitur in textu. Quæro, quia dicit in textu, canonice
a ſubſtituentus, quid de intruſo?[a] Solu. vt in gloſ. penult. quod
tali non tenebitur pro hoc. & 9. diſt. cap. 2. & ꝫ. de elect. quiſqs.
& idem dicit in quolibet minus canonice inſtituto: vt per ſy-
2 moniam. Quæro, quid ſi precipit epiſcopus † aliquid contra
regulam. dic, quòd non tenebuntur parere. probat verbum,
ſaluo ordine. immo ſecundum Innocen. etiam ſi Papa man-
b daret aliquid, quòd eſſet cōtra ſubſtantialia ordinis,[b] vel quod
eſſet peccatum, non tenerentur obedire. de ſtatu monacho. cū
ad monaſterium. in fine. hanc intelligo in his, in quibus Papa
non poteſt diſpenſare: in alijs ſecus: prout dixi in dicto c. cum
ad monaſterium. in fine.

ADDITIONES.

a Intruſo. Adde quis dicatur intruſus. Adde Ioan. And. & docto. in cap. cum
ſatis. de off. Arch. Innoc. in cap. nihil. de elect. Hoſtien. in cap. in literis, de re-
ſtit. ſpol. & quot modis dicatur intruſus, vide per Felyn. in cap. veniens. in 1.
column. de accuſ. in verſic. no. ſecundo Felyn. in cap. in noſtra. de reſcrip. in
8. colum. verſi. quot modis dicatur intruſus.
b Ordinis. Adde tex. in cap. qui reſiſtit. cap. ſi dominus, cap. Iulianus. & in ca.
ſi is qui præeſt. 11. q. 3. doct. in cap. ex parte. de regu. Card. Alexand. in cap.
teſtimonium 6. diſt. verſ. quod ſi prælatus.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus & præbendatus in duabus eccleſiis quis eſſe poteſt.*
2 *Differentia inter prouentus, & præbendam.*
3 *Canonici in prouentibus & præbenda pariter debent tractari.*

IAcobus. Prætextu conſuetudinis non po-
teſt exigi prandium a canonico
de nouo recepto. vel ſecundum dominum Lappū
Abbatem, qui hoc capitulum repetijt. hoc dicit.
Recepto in canonicum pręhenda debetur, & prouentus, quā-
uis non ſoluat prandium recipientibus: quod ſibi ex conſue-
tudine deberi pretendunt. Fuit autem motus ad repetendum;
quia dicit ꝙ Lappus in vulgari ſonat idem, quod Iacobus. Di-
uide. primo ponitur facti narratio, quæ tria continet. Iacobi
receptionem. recipientium denegationem: & conſuetudinis
allegationem. ſecundo ponitur deciſio, etiam tria continens.
papalem commiſſionem: conſuetudinis reprobationem: &
canonicorum compulſionem. Nota, quòd quis poteſt eſſe ca-
1 nonicus, † & præbendatus in duabus eccleſijs:[a] & hoc quate-
a nus habes in textu in eccleſia Abrutina: ſed aliqui habēt a pue-
ritia: & tunc ceſſat argumentum. quomodo autem liceat eſſe
pluralem, dixi de præben. cum iam dudum, & cap. de multa:
2 pleniſſime de reſcrip. clemen. gratię. Nota differentiam † inter
prouentus, & præbendam: poſſunt enim dici prouentus, qui
percipiuntur in communi: & poſtea diuiduntur in ſingulos
de capitulo. de verbo. ſignifi. olim. & fit duplex diuiſio, quan-
doque particularis, quæ fit intereſſentibus diuinis, & vocatur
diſtributiones. de cler. non reſiden. cap. vno, lib. 6. quandoque
non fit particularis: ſed certo tempore anni alicubi ſemel tm:
alicubi bis, vel ter: & dicitur menſa groſſa. Præbenda autem
proprie eſt id, quod dixi de conſtit. cum omnes. & melius in c.
3 cum M. Nota, ꝙ omnes canonici † in prouentibus, & præben
da debent pariter tractari. ibi: ſicut vni ex alijs. pro hoc de con-
ſti. cum omnes. de maio. & obe. ſtatuimus. & dic, vt vtrobique
dixi. Oppono ſecundo, ꝙ licuerit canonicis ex vi conſuetudi-
nis exigere prandium. ꝫ. eo. ad apoſtolicam. Sol. dicit Hoſti. ꝙ
quandoque conſuetudo inducit, vt clerici exigant a clericis,
quandoque vt clerici exigant a laicis: de alijs membris, quan-
do laici a laicis, vel laici a clericis non expedit dicere quo ad
hoc cap. Primo caſu, quandoque conſuetudo inducit, vt pro
ſpiritualibus clerici exigere poſſint aliquod temporale, quod
ſapit vtilitatem propriam exigentium, & reprobatur: vt hic. &
de conſti. ex parte. ꝫ. eo. ſicut. & cap. in tantum. Aliquando id,
quod exigitur, concernit cultum diuinum, vel fabricam eccle
ſię: & tenet conſuetudo. pro hoc de teſtamentis. officij. & cap.
fin. de his quæ fiu. a maio. parte cap. c. fin. Exemplum, vt ſi ha-
bet conſuetudo, ꝙ tempore receptionis canonicus ſoluat plu-
uiale, vel aliud paramentum: quo caſu poſſet exigi cautio de
ſoluendo, antequam recipiatur. ad hoc de præben. ſignifica-
tum, de ele. ſignificaſti. & quod nota. de cenſi. quanto. pro hoc
quia videtur ſpirituale pro ſpirituali commutare: quod licet.
de rerum permu. ad quæſtiones. Secundo caſu quando cleri-
ci a laicis. Dicit Hoſtien. quod tenet conſuetudo, vt clerici poſ
ſint exigere etiam aliquid concernens vtilitatem propriam,
vt in contrario. Oppono ſecundò ad hanc ſolutionem, ꝙ non
debeat diſtingui inter clericos, & laicos: quia ita magnum iu-
dicabis &c. de iudic. nouit. Sol. ſecundum Hoſtien. poteſt red-
di triplex ratio diuerſitatis. Prima: quia cum clerici petunt a
clericis, hoc eſt priuatæ vtilitatis: ſed cum laicis, eſt publicæ. ꝓ
hoc. 1. diſtinc. ius publicum. At publica fortior eſt priuata. de
foro compe. ſi diligenti. de regula. licet. Secunda ratio: quia
laici ſunt infeſti clericis, & mille modos inueniunt de fraudan
di clericos, & eccleſias. fiat ergo compenſatio, maxime, quia
per hoc prouidetur laicorum ſaluti. ꝫ. de decimis. cum non ſit.
Tertia: quia clerici ſunt adinuicem magis obedientes, quàm
laici. in quo adducit Hoſtien. ſimilia, quæ non curo: quia non
vera. Quartam rationem adducit Ioan. And. per ca. cum apo-
ſtolica, de his, quæ fiunt a præla. quia non refert, quæ eccleſia
habeat: dum tamen laici non habeant pro hoc, quod notauit
Hoſt. in ſumma. eod. tit. §. qualiter. verſic. ſolutio. Hæc ſolutio
cum

ADDITIO.

a In duabus eccleſijs. Adde Doct. in c. ſanctorum 70. diſtin.

Digitized by Google

eum ſuis rationibus mihi non videtur vera. & fauet auaritiæ clericorum, in quibus maxime reprobatur. de præben. auaritiæ. de electio. auaritiæ, lib. 6. Sed dico, ꝙ conſuetudo hic non tenuit: quia non eſt rationabilis: cum per eam induceretur, vt nõ aſſignarentur prouentus recepto, niſi dato prandio per eũ. ipſi ergo canonici faciebant ſibi ius: & in eo, quod ſapit minorem moderationem morum: vel minus moderatam honeſtatem morum. Sed in contrarium præſupponitur conſuetudinem fuiſſe rationabilem: nec per eam ibi differtur collatio ſacramentorum: nec clerici dicunt ſibi ius: ſed ſuperior ex officio cogit laicos ad obſeruandum. quod dic, vt ibi dixi. Sed qd ſi non exigeretur prandium: ſed ex liberalitate daretur. dic, ꝙ non eſſet ſymonia. pro hoc, quod dicit glo. ibi: exigit. & probatur in multis cap. huius tit. ſ. eo. & ſi quæſtionis. cum ſimilibus. Oppono ad hoc, quia dare eſt quandocunque dare. 1. q. 1. eos. Sol. illud, quando præceſſit pactio. Quid ſi præbendæ eſſet annexum onus prandij? dicit Vincen. ꝙ tunc deberetur, per l. 1. C. de dona. quæ ſub modo. & per cap. ſignificatum, & cap. niſi, de præben. quod tenet Ioan. And. quia poſſet deberi tota præbenda. de reſcrip. ſi propter. lib. 6. cum limitatione extrauagantis ſuſcepti. Ioannis 22. quod tolerari poteſt. ita tamen, ꝙ non fiat exactio quaſi compenſando temporale cum ſpirituali: qđ reprobatur hic. Quæro, quid veniet in compulſione canonicorum? dic, vt dixi de æta. & quali. accepimus. pro hoc de præben. ſi epiſcopus. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Ordinator, & præſentator ad ordines tenentur ad dandam prouiſionẽ ordinato.*

2 *Actus nullus in pœnam facientis non cenſetur nullus.*

3 *Ordinator an plus puniatur, quam ordinatus.*

SI quis. Legitur duobus modis. vno modo, ꝙ hic imponitur pœna minor, quam ꝓ ſymonia: quia crimen fuit occultum. & hanc lecturam ponit glo. 2. in fin. Secundo legitur, ꝙ ideo imponitur pœna minor: quia non fuit hic ſymonia. & hanc lecturam ponit Innoc. Sed ſummo in nube ſic. Qui ordinauit aliquem ſub promiſſione de non petenda prouiſione, a collatione: præſentator vero ab executione ordinum per trienniũ ſuſpenſi ſunt. Ordinatus vero perpetuo ab ordine ſic ſuſcepto. & per ſolam ſedem apoſtolicam cum eis diſpenſatur. Primò ponit pœnam ordinantis, & præſentantis. ſecundò ordinati.
1 ibi: & ordinatus, & ordinatus. Nota, ꝙ ordinator, † & præſentator ad ordines tenẽtur ad dandam prouiſionem ordinato. pro hoc de præben. cum ſecundum. & de æta. & qualit. accepi-
2 mus. Nota caſum, in quo † actus non tenet, & tamen ei ſtatur in pœnam facientis, de quo in glo. 1. Nota, ꝙ plus punitur hic
3 ordinatus, quàm ordinator † quoad tempus: quia ordinator & præſentator ſunt ſuſpẽſi per triennium tantum, quo elapſo pœna remittitur ipſo iure ſecundum Innoc. ordinatus autem perpetuo. ſed in alio plus punitur ordinator & præſentator: qa ſuſpenſi ſunt ab omnibus ordinibus. probat textus, qui dicit ordinum indiſtincte. pro hoc. ſ. ca. per tuas. 2. & quod ibi dixi, quod tenet Hoſt. licet Goſ. intelligat de ordinibus ſic collatis: ſed primum verius. Ordinatus autem ſuſpenſus eſt ſolum ab ordine ſic ſuſcepto, ratio autem quare quo ad illum eſt ſuſpenſus perpetuò: poteſt eſſe, quia caracterem habet vitioſum: ſecundum Pet. de ſan. & Boatinum. pro hoc quod notauit Archid. 32. diſt. ad hæc. Oppono primo in eo, ꝙ Papa non ſtetit hic iuramento: cum tamen debeat obſeruari. de iureiur. ſi vero. glo. 1. ſoluit, ꝙ non tenuit: ſicut nec tenuit principale. id eſt promiſſio de non petenda prouiſione. Oppono ſecundo ad hoc: nã bene poteſt ordinatus renunciare iuri, quod habet de petendo prouiſionem: ſicut ſæpe qui ordinatur ad titulum patrimonij. dict. cap. cum ſecundum, de præben. & cap. tuis. Sol. contrariũ eſt verum, niſi quando promiſſio fit in ipſa ordinatione: ita ꝙ ordinator, quaſi videtur paciſci, & commutare ordines pro illo commodo temporali. Secus eſſet ſi poſt ordinationem ordinatus renunciaret. ad hoc. ſ. cap. ad apoſtolicam. Oppono tertio ad idem, ꝙ etiam ſi non teneat promiſſio, debeat tenere iuramentum. de iureiur. debitores. glo. 1. format, & non ſoluit. dic, vt ibi dixi. Et quantum ad hoc. c. ſubeſt peccatum: ideo etiam iuramentum non tenet. dict. cap. ſi vero. Oppono quartò ad idem: quia ſi non tenuit promiſſio, nec iuramẽtum, nulla pęna deberet imponi: quia quod nõ habet ſubſtantiam, nõ producit effectum. de reſcrip. ex tenore. regula non præſtat. li. 6. glo. 1. in verſic. licet talis. ſenſit hoc contrarium licet obſcure. & ſoluit: quia hoc fit, vt puniatur, in quo peccauit, pro hoc de præben. ſi epiſcopus. in glo. vlt. lib. 6. vel dic melius, ꝙ etiam ſi actus non teneat, nõ poteſt negari, quin commiſſum ſit delictum, & ideo puniendum. non enim pęna cauſatur a delicto tanquam a ſua cauſa: immo producta eſt a iure ad coercenda delicta. pro hoc quod not. C. de legi. l. non dubium. Oppono, ꝙ debuerit ordinatori, & præſentatori & etiam ordinato imponi maior pœna, ſcilicet depoſitionis. ſ. eo. de hoc, cum ſimilibus. propter hoc contrarium, vt præmiſi, legitur hoc c. duobus modis. primo, ꝙ ideo hic imponitur minor pęna: quia crimen fuit occultum. hanc lec. ponit gloſ. 2. in fin. Et ibi, & hoc intellige. & fuit additio: ſed hæc lectura diuinat. Item eſt cõtra tex. qui loquitur indiſtincte. Legitur ergo ſecundo modo, ꝙ hic non fuit ſymonia. hanc lec. ſequitur Innocẽ. & ponitur in gl. eadem. ſcilicet ſecunda, a principio vſque ad verſ. & hoc intellige. redditur ratio huius lect. in glo. quia hic nihil fuit datũ. ſed ſolum remiſſum. Oppono ad hanc lect. ꝙ remittere eſt dare. de teſti. veniens. el 1. glo. ſoluit illud verum, quando remittitur ius, quod competit de præſenti: ſecus ſi de futuro, vt hic. hæc ſolutio impugnatur per omnes: quia in cap. veniens. 1. remiſſum fuit ius, quod nondum debebatur. Ego ſaluo, ꝙ ibi ſuberat obligatio iam nata: licet non poſſet adhuc peti. Remittitur ergo ibi ius de præſenti. i. ipſa obligatio. At hic ante ordinationem nulla ſuberat obligatio. poteſt ergo teneri iſta lect. quam ſequitur Innoc. dicens, ꝙ non committitur hic ſymonia directe in ordine: ſed in beneficio, vel in conſecutione ordinis, quia ordinator vult ordinare, & ordinatus ordinari nullo dato. Ideo imponitur hic ſpecialis pęnitentia, alias procederet, ꝙ perpetuo deberet ordinans & recipiens eſſe ſuſpenſus: & non tantum ab ordine ſic ſuſcepto: ſed ab omnibus. ſ. eod. per tuas, ſecundo. Et hic intellectus eſt verus, quando per illam remiſſionem aliquid commodi pecuniarij applicatur parti, cui remittitur: quod hic non fit. nam ordinans antequam ordinet, ad nihil tenetur. nihil ergo ſibi applicatur per remiſſionem: quod plenius declaro in dict. c. veniens. 1. Quæro, nunquid qui promiſit non petere prouiſionem vt in textu: poſſit agere, vt ſibi remittatur prouiſio. videtur, ꝙ ſic, per cap. 2. J. de magiſtris. contrarium tenet Innoc. quia obſtat petenti ſua turpitudo. pro hoc de cler. coniug. diuerſis. Ad cap. 2. patet reſpõſio, per id, quod ibi dicitur. Quæro qua pœna punietur hic laicus præſentans? dic, ꝙ in terminis ca. laicus non præſentat ad ordines: licet præſentet ad titulum beneficij. de iurepatro. per totum: ideo tantum de pręſentatore clerico procedit tex. probat pœna, quæ imponitur, cum ſuſpenditur ab executione ordinum.

SVMMARIVM.

1 *Symonia an committatur per ſolam intentionem.*

2 *Monachorum nomine in qualibet diſpoſitione an contineatur abbas.*

MAndato. Habet duo dicta. ſecundum ibi: & ad reſignationem. primum dictũ non facit ad titulum. Sed in ſecundo dicto hoc dicit. Sola mens recipiendi aliquid temporale ꝓ ſpirituali receptione non ſecuta, ſymoniam non inducit punibilem pęna ſymoniæ hoc dicit. dato, promiſſo, vel retento: de teſti. veniens. 1. de transla. ſuper eo. Nota de præpoſitione,
a in, ibi,[a] in monaſterijs. de hoc de præben. clem. 1. Oppon. primo, ꝙ diſpenſatio permiſſa ſuper monachis non extendatur ad abbates: quia ſi conceditur, quod eſt minus: nõ per hoc cõceditur maius de decimis. ex parte. glo. 2. tangit, & non ſoluit: nec aliqui de ſcribentibus. Ego dico, ꝙ nomine monachorũ venit ita abbas, ſicut non abbates: quia abbas non deſinit eſſe monachus, vnde etiam in pęnalibus nomine monialium venit abbatiſſa, ſ. ca. quoniam. Fortius ergo in non pęnalibus, & maxime, quia hic non fuit conceſſio reſtringibilis, ſed potius fauorabilis: quia non facta mentione de monachis, cum quibus erat diſpenſandum. fuit ergo gratia facta ei, cui mandabatur, pro hoc de præben. ſi cui. lib. 6. & per hoc ſoluitur contrarium ſequens. Oppono ſecundo ad idem. de cap. fin. de præb. vbi fit reſtrictio; vt nomen beneficij non includat rectoriam, vel dignitatem; ita ergo hic, cum ſit caſus odioſus de diſpenſatione facienda. de fil. presby. cap. 1. lib. 6. de præben. non poteſt. eo. lib. Hoſt. ſoluit conſiderandam intentionem Papæ. de off. delega. ſuper eo. quæ ſuit hic, vt tam abbates, quam monachi abſoluerentur. cuius eſt ratio ſecundũ Innoc. quia nulli fiebat per

ADDITIO.

a In ibi. Adde de hac dictione. nota. in l. 1. §. meritò, de iuſti. codi. confir. & per Bar. in l. Gallus. §. ille caſus. de liber. & poſthu. & in l. 1. §. in flumine. de flu. & in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de cloa. & in l. quibus. § terminus. de condi. & demonſt. Bart. in conſ. incipi. in Chriſti nomine amen. Accur. Flo. in l. 1. §. hęc verba. de his qui deiec. vel effud.

Digitized by Google

gl. hoc c. intelligitur ſm illud: de ſeruo empto cauſa mercimo
nij expoſito venditioni infra trimeſtre, qui interim factus eſt
chriſtianus, vel fieri vult: talis redimitur pro precio, de quo in
textu. ſi ſeruus fuit emptus non cauſa mercimonij, ꝙ præſumi
tur eo ipſo, ꝙ intra trimeſtre a die emptionis non exponitur
venditioni, dict. c. fraternitati. tunc redimitur ſine vllo precio.
Oppo. in eo, ꝙ dicit datis 12. ſolidis, quia ſeruus nihil habet, cũ
quicquid acquirit, ſit dn̄o ſuo: ff. de ſtipulatione ſeruorum. l. 1.
cum ſequentibus J. de ſeruis non ordi. c. 3. & in pluribus c. ibi.
Sol. tex. non dicit de ſolidis datis a ſeruo: immo ſufficit a quo-
cunque chriſtiano dentur. Oppo. ꝙ non poſſit ſeruus ad inge-
nuitatem redimi, quia ingenuus eſt qui cum ſtatim naſcitur,
liber eſt inſti. de ingenuis in princ. So. hic accipitur ingenuitas
improprie pro plena libertate. & per hoc infertur, ꝙ non tene
bitur iſte redemptus ad aliquod ſeruitium primo dño: nõ eñ
fit libertus, ſed plene liber. Quero, quales debent eſſe iſti ſolidi,
1 dicetur. J. c. fi. Quæro, nunquid † redemptus erit ſeruus redimẽ
tis chriſtiani, vr̄, ꝙ ſic in verbo ſeruitium. gl. 2. tenet contrariũ,
& verius: & dic, vt in ea. Quid ſi concurrunt plures emptores?
glo. eadem ſoluit, ꝙ erit locus gratificationi, vel dic, ꝙ eps loci
eliget magis idoneũ. ff. de accu. l. ſi plures. de pro cu. ſi duo li. 6.
niſi alter offert meliorẽ ↄditionẽ: quia tũc præferretur. p hoc
de reſcrip. duobus. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Adſcriptitij non ſunt grauandi tallijs.*
2 *Originarij qui dicuntur.*

MVltorum. Iudæus chriſtianum in ſeruũ ha
bere non pōt. Sed in adſcriptitiũ
ſic. habet duo dicta ibi, ſecunda qui vero. dominio.
ideſt perſonali ſeruitio: ſecus de reali, vt ſequitur.
Seruetur. i. in libertatem eripiatur. viris. ſ. iudęis, quibus, cum
ſint permiſſa dominia terrarũ, per cõſequẽs & adſcriptitiorũ:
quia res tranſit cum ſuo onere. de deci. paſtoralis. No. ꝙ adſcri
1 ptitij † non ſunt grauandi tallijs. nam a talibus nihil eſt exigẽ-
dũ vltra q̃ præcipiunt iura, vt ibi. facit de immu. eccle. non mi
2 nus. & c. aduerſus. No. ꝙ originarij † ſiue adſcriptitij ſunt libe-
ri. & dñt originarij nati ex adſcriptitijs. Adſcriptitij aũt, q ſunt
adſcripti ſolo, vt qui 30. annis ſteterunt in ſolo, de quo not. 54.
diſt. generalis per hoc infertur, cum ſint liberi, ꝙ poſſunt teſta
ri. quod tenet Spec. de inſtrumen. edi. §. cõpendioſe. poſt princ.
Sed nota contra transferentes pedagium de loco ad locum,
quia tales amittunt ius pedagij arg. huius literę in fin. de quo
per Hoſt. in ſumma. de cenſi. §. ex quibus cauſis. Oppon. ꝙ ad-
ſcriptitij. & originarij non ſint liberi, quia non poſſunt ordina
ri. 54. diſt. ſi ſeruus. 2. Solue vt in glo. 2. ꝙ non pro hoc infertur,
quin ſint liberi, vel dic, ꝙ illud c. nõ tenet, vt no. eo. di. quicũq;.
Oppo. ꝙ nõ fiat quis adſcriptitius, q̃uis diutius adhęſerit ſolo:
quia tempus non eſt modus inducendę vel tollendæ obliga-
tionis, de cenſi. peruenit gl. 3. ſoluit, ꝙ hoc caſu ſufficit tempus
20. annorum. Ad quod opponit de l. vlt. C. de reſcrip. quæ pro
libertate, & non ſoluit. dic, ꝙ quandoque nulla fides fieri pōt
de libertate originarij: & procedit, quod dicit glo. quandoque
fieri poteſt, vt procedit lex finalis, vel nõ loquitur lex finalis in
adſcriptitio, q eſt liber: & talis obligatio bene acquiritur ex tẽ
pore: ſed in ſeruo. & ſic probat, ꝙ ſeruitus nõ acquiritur ex tpe.

SVMMARIVM.

1 *Oppoſitum ſicut operatur in oppoſito ſic propoſitum in propoſito.*

IVdæi. Ibi de ciuitate. ſ. Ianuen. nam contine-
batur in antiqua, eos conqueſtos Pa-
pæ, ꝙ non permittebantur in antiquis ſynagogis:
Nota de ſynagoga,[a] quæ dicitur congregatio, &
conuenit peccatoribus. ſed eccleſia dicitur conuocatio, & con
uenit tm̄ catholicis, de conſe. diſt. 1. eccleſia. vbi per Archidia.
1 No. ꝙ ſicut † oppoſitũ in oppoſito: ita ꝓpoſitum in propoſito,
quia ſicut non permittunt iudæi facere nouas ſynagogas: ita
non prohibentur habere veteres. & per hoc nota, ꝙ in ciuitati
bus nouiter factis poſt hæc iura non poſſunt habere ſynago-
gas, niſi interceſſerit licentia Papæ. inferior enim non poſſet
diſpenſare contra hæc iura. In gloſ. vlt. in fin. ſimile 18. q. 2. de
monachis. & cap. ſequenti.

ADDITIONES.

a Synagoga. Adde, quæ differentia ſit inter ſynagogam, & eccleſiam, vide per Ioan. Ãnd. in c. fundamenta in ver. militantis de elec. lib. 6. in nouella. Item ſynagoga appellatur templum iudæorum ſecundum Abb. in rubrica de cõſe. eccle. vel alta. in 1. col. verſ. templum. vero.

QVod ſuper. Ibi paraſceue. i. ſexta feria, quæ
ſic appellatur: quia iudæi ea die,
quæ erant neceſſaria ſabbato præparabant: & ſic pa-
raſceue, quaſi præparatio eſcarum.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani ſeruientes in domibus iudeorum ſunt excommunicandi.*
2 *Conuerſi ad fidem coguntur ſolum dimittere illicite aquiſita.*
3 *Conuerſi ad fidem an recuperant ſeruos.*

IVdæi ſiue. Excommunicari debent chri-
1 ſtiani, † qui in domo ſeruiunt
iudęis vel ſarracenis. hoc primo. & etiam ſeculares
principes, qui iudæos baptizatos bonis ſuis ſpolia-
ri pmittunt. hoc ſecundo. ſecunda ibi, ſi qui obtentu. ꝙ omnino prohibetur. J. eo. ad hęc. domibus. de colonis autẽ. ſ. eo. c. 2.
inſpirante, qđ præſumitur, etiam ſi dolus interueniat. de ↄuer.
coniuga.

Digitized by Google

coniuga.dudum. hæreditatis vndecunque prouenientis. No. contra eos, qui dicunt iudæos, vel alios infideles nouiter
2 conuerſos cogi ad dimittendum omnia bona. quod ſo-
a lum procedit de his, qui habebant bona acquiſita illicite,[a] vt per vſurariam prauitatem, prout habent communiter. Sed ſi alias licite quæſiuerunt, non debent moleſtari, vt hic in verſ. ſi qui. Ex quo habes, quod melior debet eſſe conditio eius, qui conuertitur ad fidem, quam non conuerti. Sic etiam melior eſt conditio conuerſi ad religionem. in authen. de ſan. epiſ. §. antepenult. & penul. C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. Oppo. primo ad textum, iuncta glo. 1. ꝙ immo liceat Chriſtianis ſeruire iudæis, & ſarracenis. 1. ad Thimot. 6. vbi dicitur, ſi qui ſerui sũt ſub iugo infidelium eos honore dignos arbitrentur. & prima Petri ſecũdo. Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum etiam dominis diſcolis. de maio. & obe. ſolitæ. Solu. illud procedit ſecundum antiqua tempora, quando pagani nõ trahebant ſeruos ad ſuos ritus: hodie quia id faciunt, diſſoluitur titus ſuę ſeruitutis, cum etiam diſſoluatur ius matrimonij. 28. q. 2. ſi infidelis. vel illę authoritates intelliguntur, iuxta c. 2. ſupra eo. de his, qui ſeruiunt in agris. interpretatur enim Papa dicta euangelij & apoſtoli. 28. q. 1. iam nunc. Goff. Oppo. ſecundo in eo, ꝙ Papa procedit contra iudæos, quia nihil ad nos de his, qui foris ſunt. 2. q. 1. multi. Gl. ſecunda ſoluit, ꝙ in aliquibus habet eccleſia poteſtatem contra eos. & enumerat aliquos caſus, inter quos dicit, ꝙ repellit eos a legitimis actibus. dic, vt a teſtimonio, vt de teſti. iudæi. & in c. alieni. allegato in glo. & ad de alios caſus, ſcilicet vt vſura reddat Chriſtianis. de vſuris poſt miſerabilem. & c. quamquam. & vt alia debita ſoluant. C. eo. l. iudæi. & vt per habitum a nobis diſtinguantur. infra eo. in nõnullis. ad hoc clemen. iudæi. de teſti. & de matena. 28. q. 1. ſæpe. Oppono tertio, vt glo. antepen. de c. cum tu. de vſuris. & ſolue, vt in ea, ꝙ ibi de male acquiſitis, vt per vſuras. & dic idem, ſi alio modo, vt furto, vel violentia. 14. quæſt. 6. ſi res. Oppono quarto ad hoc, quod crimina delentur in baptiſmo. de diuor. gaudemus. Solu. delentur quo ad culpã, ſed non quo ad actiones aliis competentes. vt ibi nota, & 26. diſtin. deinde. Oppono quinto in eo, ꝙ Papa præcipit poteſtatibus ſecularibus contra id de elec. venerabilem. de iudi. nouit. qui fi. ſint legi. per venerabilem. Glo. penult. ſoluit, ꝙ hoc facit ratione fidei. Inno. aliter, ꝙ hoc facit, quia de nouo conuerſi finguntur perſonæ miſerabiles. de verb. ſignifi. ſuper quibuſdam. quod no. non tamẽ probatur in illo c. Et contra hoc eſt, quia poſſunt eſſe conuerſi de nouo, qui ſunt diuites, quo caſu dicit Inno. de offic. deleg. ſignificantibus. ꝙ etiam ſi alias ſint perſonæ miſerabiles, de eis iudicat iudex ſecularis per c. ex tenore. de fo. compe. quod etiã no. vt requiratur cum miſerabilitate, ꝙ ſint pauperes. ita ergo dico de conuerſis nouiter, ꝙ ſi ſunt pauperes vt contingere ſolet, procedit dictum Inno. alias non. Quæro ſi principes ſeculares per ſeipſos ſpoliant cõuerſos de nouo. dic, ꝙ contra eos habet locum, vt poſſint excommunicari, quia non debent facere id, quod debent in alijs prohibere, vt hic, & infra de na. ex li. ven. c. vno. Quæro, an conuerſi ad fidem † recuperant ſeruos, vel vxorem prius conuerſos. de ſeruis. glo. vltima dicit, ꝙ non. de vxore dic, vt in c. gaudemus. ad fi. ſ. de diuor.

A D D I T I O.

a Illicitæ. Adde Mari. de ſenis in c. de his. in 6. col. de accuſa. ꝙ vtile eſſet ſtatuere, vt non teneantur ad reſtitutionem, & ꝙ ſtatutum fuit in concilio Baſilienſi, quod poſſint retinere tot bona, vndecunque acquiſita, quæ ſibi commode ad viuendum ſufficiant.

S V M M A R I V M.

1 *Chriſtiani miniſtrantes ſarracenis ſunt excommunicati.*
2 *Gloriari de bonis an ſit licitum.*
3 *Pœna contra deferentes ferrum ſarracenis an ſit de iure ciuili.*
4 *Excommunicatus an difficilius reſurgat ad gloriam, quam non excommunicatus.*

1 ITa quorundam. Chriſtiani † deferẽtes ſarracenis merces prohibitas, vel miniſtrãtes in eorum nauibus, excommunicati ſunt, & rebus ſuis ſunt priuandi, & capientium fiunt ſerui. primo ponit duplicẽ exceſſum Chriſtianorum, quem ſecundo punit tripliciter ibi, tales. No. ſeruitutem induci de iure canonico, de quo in glo. in verbo, ſeruos.
a Inducitur etiam de iure ciuili[a] inſti. de iure perſonarũ. §. penul. & de hoc prima diſt. ius gentium. Oppo. primo in eo, quod dicit, ꝙ iſti gloriabantur de Chriſtiano nomine. facile ergo erit eis euitare hanc pœnam, ſed non gloriando. infra de exceſ. prę la. quam ſit graue. Solu. hic reſpicit factum. vel dic gloriantur, ideſt gloriari poſſent. Ex quo nota, ꝙ gloria eſt eſſe Chriſtia-
a num. Nota etiam, quod licet gloriari † de bonis, de quo in cap. niſi. de renunciat. Oppono ſecundo, quia per arma delata ad ſarracenos, vel per alia, de quibus in textu, non ſemper impugnantur Chriſtiani. Sol. ſufficit, ꝙ impugnari poſſunt, ideo eſt locus pęnis, de quibus in textu, qui ponderat cupiditatem lucri. ad hoc ſupra titu. 1. quanto. & quod dicitur infra eo. ad liberandum. Alij intelligunt, vt iacet, quod hac mente detulerint, vt impugnarentur Chriſtiani, pro quibus infra cap. ſignificauit. primum placet. & cap. ſignificauit. recte intellectũ non facit contra. Oppono tertio, quod non debuerit Papa punire laicos. de iudi. nouit. glo. in verbo, priuauit. dicit, quod potuit ratione criminis. dic, quia eſt eccleſiaſticum fauore fidei. C. de epiſco. & cleri. authẽ. clericis, cuius tuendæ Papa eſt princeps, tanquam Chriſti vicarius. de transla. cap. 1. Oppono quarto in eo, quod mandat in fine proferri excommunicationem contra eos, qui iam erant excommunicati ſupra in textu. qui enim eſt extra eccleſiam, non poteſt amplius eijci, & nihil ad nos de his, qui foris ſunt, ſecunda quæſt. prima. multi. glo. vltima alle. pro, & contra, & concludit, quod bis poſſit quis excommunicari. pro hoc eſt, quia ſemel bannitus poteſt iterum banniri, vt not. in l. 2. C. vt intra certum tempus criminalis quæſt. quod tenet Bart. ff. de no. oper. nunciat. l. de pupillo. §. ſi in pluribus. & de hoc in Specu. de accuſa. in fi. Ad contraria reſpondet gl. ponẽdo duplicem effectum excommunicationis. Hoſti. latius dicit, cuius verba reducendo ad formam. dic, quod aut excõmunicatio eſt nulla, aut aliqua. Si nulla, & hoc certum ſit, nullius eſt effectus. de off. deleg. cum contingat. de exceſ. præla. cũ ad quorundam. de ſent. excom. per tuas. & eo. titu. ſolet. lib. 6. Si aliqua, aut iuſta, aut iniuſta. ſecundo caſu vnicum effectum habet, ſecundum Hoſt. vt excommunicatus euitetur, donec p iudicem ſuper hoc decernatur. pro hoc c. ſacro. de ſen. exc. Ego dico, ꝙ interim habet omnem effectum, quem habet excommunicatio iuſta per ea, quæ plene dixi de reſcript. ab excõmunicato. Si autem eſt iuſta, licet glo. ponat duplicem effectum tantum, Hoſti. ponit triplicem. Primus, quia per eam declaratur ſeparatus a Deo excõicatus, qui etiam prius, non tamen publice erat ſeparatus per peccatum. Secundus, quia ſeparatur a communione eccleſię. Tertius, quia ſic ſeparatus ab omnibus catholicis euitatur, donec fuerit abſolutus. de ſent. excom. a nobis. & c. nuper. & iſti tres effectus habent locum, quando quis excõmunicatur primo. ſed ſi ſecundo, non habet ſecunda excommunicatio effectum declarandi de nouo, niſi ꝙ declarat nouum delictum. hæc verba Hoſti. coincidunt cum glo. & gl. melius dicit. vel adhuc magis proprie dic, ꝙ ſi excommunicatur excommunicatus, ꝙ excommunicatio non habeat effectum eijciendi de eccleſia, & a communione, non eſt ex defectu ſententiæ, ſed ex defectu materiæ ſuſceptibilis, & potius ex defectu accidentis. vnde in veritate ligatur excommunicatus, ſicut non excommunicatus. ſaltem enim fortius eſt extra cõmunionem, ſicut ſi vinctus vno vinculo ligetur alio, indubiũ eſt, ꝙ fortius eſt ligatus. hinc dicimus, ꝙ duplex funiculus eſt fortior, & difficilius ſoluitur. de vſu pallij, ex tuarum. Op. quinto ad hoc de l. qui bis. ff. de verbo. oblig. vbi qui bis promittit idem, ipſo iure non tenetur amplius, quam ſemel. Solutio ibi, quia præſumitur, ꝙ noluerit plures obligari ex vna cauſa. hic autem plurium excõmunicationum diuerſæ ſunt cauſæ pro prædictis. infra de ſen. excom. cum pro cauſa. & quod ibi dixi. & eo. titu. officij. Quæro, an de iure ciuili ſit prodita illa pęna
3 contra deferentes ferrum ſarracenis.[b] gl. 2. dicit, ꝙ ſic. & dicit,
b quæ ſit pęna. & eadem pęna eſt in his, qui docẽt eos facere naues. l. fi. C. de pœnis. Quæro, nunquid cum iſti capti, fiunt ſerui, vt in tex. poſſint capientes eos liberare. Specu. eo. tit. ver. ſed nunquid. dicit, ꝙ nõ, per l. 2. C. quibus ad liber. procla. nõ licet, vbi dicitur de quibuſdam famulis latronum, qui fiunt ſerui capientium, ꝙ capientes non poſſunt eos liberare: nihil ergo facit. ſed dico, ꝙ facit ex eo, quia probat generaliter, ꝙ factus ſeruus capientis in pęnam ſui delicti non poteſt a capiente liber fieri: ſic intelligo l. illam. & ſm hoc eſt caſus notabilis. & ſit ratio, vt ſicut non poſſet capiens illum facere immunem a pęna, ita nec a ſeruitute. pro hoc dico, ꝙ ſi capiens renunciaret dñio, ꝙ habet in captũ, non deſinit captus eſſe ſeruus, & cedet
4 occupanti. quod no. Quæro, nũquid excõicatus † difficilius reſurgat ad gratiam, quã non excommunicatus peccator. Hoſti. dicit, ꝙ ſic. de quo per eum in ſumma de pęnitentiis. §. an ficte. & in

A D D I T I O N E S.

a Ciuili. Adde c. cum Redemptor. 23. q. 2. c. cum multæ. 15. q. 8. Archid. in c. quo iure. 8 diſt.
b Sarracenis. Adde tex. & ibi Bald in l. 2. C. quę res expor. poſ. vbi bona talis confiſcantur, & traditur morti, tanquam proditor ſui domini, & ibi dicit Bal. hoc fuiſſe ſeruatum Florentiæ.

Digitized by Google

& in titulo de remiſſionibus. §. 1. & §. ad quid valet. Egodico
contra, & ꝙ Immo facilius, ſi non contemnit excommunica-
tionem, non traditur ſathanæ, vt ſaluus fiat. pro hoc de appel.
cum ſit, iuxta illud. Obediens creſcit per meritum. Inducitur
iſte textus hic per glo. 3. in argumentum, pro homicida habe-
tur, qui pugnantibus arma miniſtrat. quod intellige ſecundũ
notata ne cleri. vel mona. clericis. & c. ſententiam. Quid ſi non
pugnantibus & ad defenſam. dic, ꝙ ex coniecturis conſidera-
bitur, an fuerit in culpa miniſtrando, & tenetur, vt homicida:
alias non. de quo in dictis iuribus.

SVMMARIVM.

1 *Facere de nouo, & iam factum reficere, diuerſa ſunt.*
2 *Synagogas antiquas quare permittitur iudæis reficere.*

COnſuluit. Iudæi veteres ſynagogas in pri-
ſtinũ ſtatum reparare poſſunt:
nouas conſtruere nõ poſſunt, hoc dicit. habet duo
dicta. ſecundum ibi, verum. Pars huius de app. cõ
1 ſuluit. 3. Nota, ꝙ aliud † eſt, quid de nouo facere: aliud iam fa-
ctum reficere. de quo in glo. 2. pro hoc de his, quæ fi. a præla.
cum apoſtolica. de feudis. c. 2. & per hoc dicit lex, ꝙ reficiẽs nõ
impeditur per noui ope. nuncia. ff. de no. oper. nunc. l. de pupil-
lo. §. ſi quis riuos. Simile etiam inducit glo. vltima de vſufru-
ctuario, qui non poteſt transformare poſſeſſionem pro vſufru
ctu conceſſam. Ex quo no. ꝙ maiorem poteſtatem habet cle-
ricus in res beneficij, quia transformare poteſt. de peculio cle.
cap. fin. vbi not. in gl. 2. Quæro, qua ratione permittitur iudæis
2 reficere antiquas ſynagogas, dic, vt facilius trahãtur ad fidem.
45. diſt. qui ſincera & quia ſecundum Hoſt. parati ſunt, vbique
ſeruire, pro quo eſt glo. prima hic, quæ dicit iudæos ſubiectos
ſeruituti per Conſtantinum, quod eſt verum de facto. nam de
iure hoc fecit mors Chriſti. infra cap. ſi iudæos in princ. & in
fine. & de Conſtantino not. 96. diſt. imperialis. & de Iuliano de
quo etiam in gl. 11. q. 3. Iulianus. Inducitur hæc decre. ad que-
ſtionem, an epiſcopus clericum per ſe remotum a beneficio
poſſit reſtituere inuito patrono. videtur enim ꝙ ſic, quia aliud
reſtituere, aliud inſtituere. ſed dic plenius, vt nota. de reſcript.
quamuis, lib. 6. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Præuideri debet quod contingere poteſt.*

AD hæc. In familiari ſeruitio iudæorum Chri-
ſtiani eſſe non debent. primo dictum,
1 ſecundo cauſam ibi, quoniam. Not. ꝙ † præuideri
debet, quod contingere poſſet, de ſeruis non ordi.
cap. 1. Item ꝙ cum ſancto ſanctus eris & c. pro hoc de accu re-
pellantur. Oppo. quatenus prohibet continuum ſeruitium in
domibus iudæorum, ꝙ interpellatum extra domum prohi-
beatur. infra eo. & ſi iudæos. In ver. ſi vero. Sol. poteſt intelligi
c. & ſi iudæos. vt concordet cum iſto, ꝙ cum ibi generaliter di-
cit de nutricibus Chriſtianis dimittendis a iudæis, intelligitur
de his, quas habent in domibus. nam ſi extra domum, ceſſat
ratio, de qua in textu. Item c. multorum. ſ. e. non reprobat aſſi
duitatem, immo approbat indiſſolubilem aſtrictionẽ, quod
ſemper intellige extra domum, vt ceſſet ratio, de qua in textu,
licet glo. 2. hic in verbo in domibus, dicat eandem prohibitio-
nem extra domum. ſed primum verius præterquam, quoad
exceſſum, de quo loquitur c. & ſi iudæos. qui conuenit etiam,
quando extra domum. Quæro, an epiſcopus poſſit ſuper hoc
a diſpenſare[a]. fui de hoc interrogatus. reſpondi ꝙ non, quia nõ
diſpenſat contra ius, vbi hoc nõ eſt iure expreſſum. de tempo.
ordi. dilectus. vbi no. ſ. de iudi. at ſi clerici.

ADDITIO.

a Diſpenſare. Adde Archid. in c. licet canon. de electio. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Fugientes ad eccleſiam ſunt defendendi.*
2 *Conſuetudines prauæ iudæis non ſunt tolerandæ.*
3 *Filij iudæorum an inuitis parentibus poſſint baptizari.*

SIcut. Iudæi voluntarij baptizandi ſunt, inuiti
ad hoc cogendi non ſunt, nec ſine iudicio
puniendi, nec ſpoliandi, nec in ſuis feſtiuitatibus
perturbandi: nec ipſorum cęmiteria violãda, nec
eorum corpora exhumanda. partes patent. No. quod fugien-
1 tes † ad eccleſiam, & ad fidem ſunt defendendi. de ſecundis
hic. de primis de immunitate eccl. inter. & ratio pro ſecundis,
quia precioſior eſt anima, quam corpus. de pęniten. cum infir
2 mitas. No. quod prauæ conſuetudines † non permittuntur iu-
dæis, quia hic permittuntur bonæ tantum, de quo in glo. 4. &
pro hoc quod no. 45. diſt. qui ſincera. No. de non violandis ſe-
pulchris etiam iudæorum, de quo in glo. pen. & pro hoc, quod
no. 3. q. 7. §. tria. ver. porro. No. duplicem pœnam, quæ permit-
titur alternatiue in optione iudicis, vt hic in fi. iuncta glo. vlt.
Ex quo no quod quando plures pœnæ imponuntur alternati-
ue, eſt electio iudicis, non autem puniendi, de quo no. per Bar.
in l. 1. §. expilatores. ff. de effracto. No. etiam id, quod no. eadem
glo. vlt. in fine, pro qua eſt de elec. quod ſicut. in fine. Quæro,
quia hic prohibet de iudæis inuitis baptizandis. nunquid eorũ
3 filij † paruuli inuitis parentibus baptizari[a] poſſunt. glo. 28. q. 1.
iudæorum. dicit, quod nõ, quia ceſſaret id, quod dicitur, quod
in diebus illis ſaluabitur Iuda. Sed quidam intelligunt illam
glo. quando iudæi eſſent liberati, ſed cum ſint ſerui. Gen. 9. Ma
ledictus Cham, ſeruus ſit fratrum ſuorum. facit 24. q. 1. §. ſed
quid. 23. q. 8. diſpar. infra eo. & ſi. poſſunt ergo domini ſine in-
iuria filios auferre, & baptizari facere, cũ poſſent illos, & aliis
vendere. de hoc per Archid. 45. diſt. qui ſincera. Ego puto gloſ-
ſam prædictam indiſtincte veram per iſtum tex. nam filij iu-
dæorum ſunt iudæi, cum filius ſequatur parentes. de ſeruis nõ
ordi. c. fin. & dicuntur paruuli inuiti, ſi inuiti ſunt parentes, ſub
quorum poteſtate ſunt. nec eſt verum, quod iudæi ſint adeo
ſerui, quod non habeant filios in poteſtate, nec quod ſint ſer-
ui, vt poſſint vendi, quia non probatur iure, & præſuppoſito,
ꝙ eſſent, potius eſſent ſerui principis, quam ſingulorum. Ideo
per ſingulos cogi non poſſent.

ADDITIO.

a Baptizari. Adde Domi. in c. qui ſincera. 45. diſt. Cardi. in clem. 1. in fi. de iu-
dæis. Cald. conſil. 3. in tit. de iudæ. incipien. an filij Iudæorum. Sanctus Tho.
2. 2. q. 10. art. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Conuiuium quare magis prohibetur cum iudæis, quam cum paganis.*

QVam ſit. Ponit duas indulgentias illorum,
qui paganis prædicant. ſecũda ibi,
inſuper. Socijs. concor. de vita & ho. cler. Deus, qui
gentibus, id eſt paganis vel gentilibus contradictio-
ne. forte prælati in cuius dioc. prædicant. No. pro gratiarum
a actione facienda poſt cibum[a]. de conſe. diſt. 5. in omnibus. 44.
diſt pro reuerentia. in quibus probatur etiam miſcendam le-
ctionem ſacrarum ſcripturarum pendente refectione. Oppo-
no primo in eo, quod dicit textus. concedimus, & c. quia de iu-
re hoc licet. pro hoc id, quod apparuit beato Petro de diſco
pleno animalium varijs generis. Solu. Alanus exponit conce-
dimus, id eſt conceſſum oſtendimus. Inno. dicit, quod ſtat pro-
prie per rationem de qua in glo. 1. quod eſt verius. Opp. ſecun-
do, quod nullo modo hoc liceat. 28. q. 1. nullus. & c. omnes. Sol
ue, vt in glo. prima. quod illud de iudæis: aliud de alijs paga-
nis, cum quibus licet exemplo domini. Luc. 5. & de hoc nota
in c. ad menſam. 11. q. 3. Op. tertio, quod non ſufficiat licentia
requiſita, niſi obtineatur de iuribus alle. in glo. vlt. Solu. ſta con
trario. & pro hoc de elec. ſi religioſus. lib 6. quod etiam facit
contra. Opp. quarto etiam ad ſolutionem prædictam de c. li-
cet. de regula. de c. cum olim. de arbi. gl. format, & non ſoluit.
dic ad c. licet. quod aliud cum religioſus tranſit ad aliam reli-
gionem, quam cum tranſit ad prędicandum. hæc enim habẽt
ſe, ſecundũ Goff. vt excedentia & exceſſa. Ratio, quia in tranſ-
eunte ad religionem ſtrictiorem nullus timor, ſed ſi ad prædi-
cãdum, eſt timor, ne corrumpat, vel inficiat proximum, quod
nihil eſt, ſed dic rationem, quia tranſiens ad aliam religionem
non recedit ab obedientia, ſed ſi ad prędicandum, ſic. Ideo pri
mo caſu ſufficit licentia requiſita. Secundo requiritur obten-
ta, alias eſſet apoſtata. Ad c. cum olim. dic, quod ibi hoc ope-
ratur forma arbitrij, quod obligabat ad cõſilium tantum, nõ
ad conſenſum. Quæro, quare magis prohibetur conuiuium
1 † cum iudæis, quam cum paganis. glo. prima ſoluit, quia iudęi
diſcernunt cibos noſtros, id eſt ſpernunt aliquos. Deutoro. 14.
concludit tamen gl. idem de alijs paganis. quod eſt verum, vt
dixi in primo contrario. & hic ſunt ſpecialis indulgẽtia. Quæ-
ro, quare magis permittitur colloquium, quam conuiuium
cum eis. glo. reſpondet dando rationem. alia ratio no. in c. om
nes. 28. q. 1. quia maior familiaritas in conuiuio, quam in col-
b loquio[b], & facilius quis decipitur inter epulas. 22. queſ. 4. vnuſ-
quiſque.

ADDITIONES.

a Cibum. Adde c. non liceat & in c. quoniam, el 1. 44. diſt.
b Colloquio. Adde Ioan. de Iantu. in c. ad menſam. 11. q. 3. & Specu. titu. de iu-
dæis, ad finem.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Arma ſarracenis deferri an poſſint pro articulo redemptionis.*

SIgnificauit Pro redimēdis captiuis, licet
ire Alexandriam iurantibus,
quod nil deferrent ſubſidij. extra redemptionis ar
ticulum portans vel mittens merces prohibitas
etia poſt treugam excommunicatus eſt. Et pacis appellatione
non venit treuga. habet tria dicta. ſecundum ibi illi. tertium
ibi ad vltimum.cauſa lucrandi.maxime ſecūdum Goff. ſecun
dum alios ponitur proprie. ꝙ eſt verius per pręcedens reſpon-
a ſum. No.in verſ.illi.ꝙ qui per alium facit[a] &c. de quo in gl.an-
te penult.& per hoc arguit Alanus, ꝙ ratum habēdo quis inci-
dit in excommunicatione.quod probatur de ſen.excom.cum
quis.lib.6.Et ad primum eſt regula,qui. per alium lib.6. Oppo.
ad fi.de c.illi,qui.24 q.3. Sol.textus poteſt intelligi duobus mo
dis. vno modo de his, qui iurant non ire cum mercibus, niſi
fieret pax,qui accedūt, facta treuga cum mercibus prohibitis,
& iſti ſunt excommunicati per cap.ita quorundam.& periuri.
Alio modo de his, qui iurant niſi facta fuerit pax, vel treuga:
& iſti nō ſunt periuri,ſed excommunicati. pro hoc vltimo in-
intellectu, quia de ſola excommunicatione hic loquitur: ta-
men præcedens magis conſonat textui. etiam ſecundum hæc
no.ꝙ treuga eſt tempus medium inter guerram,& pacem,per
quod poteſt decidi multiplex quæſtio. Quęro, an pro articulo
1 redemptionis poſſint deferri arma ſarracenis.† gl.prima dicit,
ꝙ non: licet arguat in cōtrarium per textum hic in principio,
& pro hac parte ꝯtra. C.de ſacroſan.eccl.l.ſācimus.la prima.de
pignoribus.c.1.& infra proximo reſponſo.Item,quia aliæ mer
ces non prohibitæ etiam ſine cauſa portari poſſunt, dummo-
do non ſit guerra.infra cap.proximo. Item quia pręſuppoſito,
ꝙ per arma delata cauſa redemptionis poſſint offendi chriſtia
ni,hoc non intendunt deferentes. & hāc partem tenent Inno.
& Hoſti.Goff.dicit ante factum tenendum,quod dicit glo. ꝙa
hac de cauſa ſarraceni non permitterent redimi Chriſtianos
ſine talibus mercibus: poſt factum tenendum, quod tenent
Inno.& Hoſt.quaſi neceſſitas redemptionis excuſet a culpa.de
obſeruan.ieiuni. conſilium.de iureiur. verum. de ſen.ex. inter
11.q.3.quoniam. Ego puto glo.indiſtincte veriorem.quia c.ita
quorundam. indiſtincte prohibet de talibus mercibus, & hic
expreſſe non permittit. Item per abſurditates ſupradictas.

ADDITIO.

a Facit. Adde tex.iuncta glo.in verbo, authoritate. in capitu.muliere,de ſent.
excomm.glo.fin. in c.ſi archiepiſ. de temp. ordi. & in l.quod iuſſus alterius.
ff.de regu.iur.& in l.ita.in §.geſſiſſe.ff.de admi.tut.

SVMMARIVM.

1 *Abſoluere quis poſſit præbentes ſarracenis ſubſidium tempore guerræ.*

QVod olim. Excommunicati ſunt, qui cum
ſarracenis tempore guerræ ha-
bent commercium, vel aliquod eis præbent ſubſi-
dium. primo excommunicat. ſecundo hortatur
illos,quibus ſcribit ibi,veſtræ igitur. Op.primo, quia prohibet
delationem mercium tempore guerræ,& ſic permittit tempo
re pacis.contra id ſupra cap.ita quorundam. So.tempore guer
ræ prohibentur omnes merces, probat verbum generale ibi,
aliqua ſubſidia, ſed ceſſante guerra, durat prohibitio in aptis
ad bellum.de quibus in contrario. & infra eo.ad liberandam.
Opp.2.quia dicit ſupponimus. nam iam erant excommunica
ti per cap.ita quorundam. gl.2. dicit, quod hic additur alia ex-
communicatio.contra glo.eſt,quod dicit tex. in fi. ibi in excō-
municationem illam: non dicit iſtam, ſed ſaluando glo.expo
ne,illam geminatam, per hunc textum, potius tamen puto, ꝙ
hic innouetur illa diſpoſitio, quia non eſt veriſimile pro eadē
culpa duplicem excommunicationem ferri. Quæro, quis ab-
ſoluet tales. glo. ſecunda dicit, quod epiſcopi.quod eſt verum
quo ad ſententiam canonis: non quo ad ſentētiam hominis,
ſi qua lata foret,quia illa tollitur tantum a proferente, vel eius
ſuperiore.de offic. ordi. ad reprimendam. Hodie Papa diebus
ſolennibus, quibus ter in anno facit proceſſus generales excō-
municat tales: & ſic abſolui non poſſunt ab alio.pro hoc quod
no.infra tit.1.excommunicamus.§.ſane.

SVMMARIVM.

1 *Prouerbia vulgaria loco iurium allegari poſſunt.*
2 *Familiaritas parit contemptum.*
3 *Iudæi cur faciebant lac effundere poſt communionem Euchariſtiæ.*

ETſi iudæos. Iudæi nutrices vel ſeruientes
chriſtianos habere nō debēt,
contra facientibus interdicitur Chriſtianorum cō-
mercium. primo exordium. ſecūdo facti narratio
ibi,accepimus.tertio,prouiſio ibi inhibemus. quarto pęna ibi.
Si vero coniurarunt. Ioannis 11.quos ſcilicet Chriſtianos. No-
1 ta pro vulgaribus prouerbiis, † ꝙ poſſunt allegari loco iurū[a],
a vt nie. & ff. de off.proconſulis.l.ſolent.§.fi.de leg.3.l.ſi chorus.
de conſecra.diſtin.5.ne tales.de iureiur.quemadmodum. No-
2 ta,quod familiaritas † parit contemptum.glo.3. alle. concor.
quod eſt verum inter non veros amicos. ſed inter amicos au-
getur amicitia: quia confabulatio, & conuictus inducunt, &
nutriunt amicitiam. 8.Ethicorum. pro hoc ſupra de accu. re-
pellantur.& ff.de verbo.ſign.l.late.§.amicos. Ad primum eſt,
quod dicit Valerius lib.ſecundo, cap.primo, in fi. quicquid in
excelſo faſtigio poſitum eſt, vt ſit venerabilius, humili & trita
conſuetudine vacuum eſſe conuenit. No. contra domeſticos
inimicos,ibi ſuis hoſpitib. vñ illud. Nulla peſtis efficacior,&c.
3 de hoc 93.diſtin. ſi inimicus. Quęro, cur iudæi † faciebant lac
effundere poſt communionem Euchariſtiæ. gl.in verbo,effun
dere.dicit,quia forte credebant corpus Chriſti in ſtomachum
b deſcendere[b]. quod dicit falſum. Oppo.ad hoc, de cap.ſacram.
de conſecra.diſt.2.vbi dicit, ꝙ incorporatur. Solutio ibi expo-
nitur, ꝙ ſumens incorporat, ideſt ſeipſum de corpore eccleſiæ
facit.ad hoc de reliquiis,& ver.ſanctorum.cle.ſi dominū,verſ.
hic panis. Quæro, quæ fuit illa libera, & quæ ancilla. de quibus
hic glo.ſoluit, & habetur Gen.22.

ADDITIONES.

a Iurium. Adde Ioan.Andr.in cap.1.de tor.Ioan.And.in c.conſuluit, de vſur.
Ioan. Andr. in c.ſuper ſpecula. de priuile.

b Deſcendere. Adde glo.in cap non iſte panis, de conſe.diſt. 2. & ibi Archid.c.
tribus.ead.diſt.in c.tanta.de conſe.diſt.1.Ioan.de Ioan.in clem. ſi dominum.
de reli.& ver.ſan. Archid.epiſco.Flo.in 3.parte ſuæ ſummæ.c.de miſſa.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus percutiens clericum qualiter puniatur.*

1 POſtulaſti. Iudæus, † qui percuſſit clericum
temporaliter punietur. & ſi hoc
non fiet, interdicitur ei Chriſtianorum commer-
cium, donec ſatisfaciat. Communis diuiſio. ſecun-
da ibi,ad quod. Alias, ideſt ſi pecuniam non habet, vel ſi habet
non ſufficit, alioquin, ideſt ſi non fuerit de tua iuriſdictione.
No.ꝙ iſte,qui eſt punitus aliqua pęna, non liberatur, niſi prius
ſatisfaciat læſo.quod colligit glo.2. & pro hoc de foro compe.
c.2.de ſen. excom. cum deſideres,ad fi. Oppo ꝙ debuerit pro-
nunciari iſte Iudæus excommunicatus per c. ſi quis ſuadente.
17.q.4. glo.1. ſoluit, quod non eſt capax. pro hoc de diuortiis
gaudemus. Ex hoc no. ꝙ eſt melioris conditionis in hoc, quā
Chriſtianus,quod operatur eius incapacitas. ſed nec ex hoc eſt
a melioris conditionis, quia excommunicatio eſt medicinalis[a].
de ſenten.excom.c.primo,libro 6.& ipſe punitur pęna tempo-
rali. Oppo.ad hoc,quia apparet hic, ꝙ iudæus poſſit ſubijci iu-
riſdictioni eccleſiaſticæ ibi,tuæ iuriſdictionis.Sol.intellige tem
poralis, quam habent prælati quandoque. infra de homi.præ-
latis.lib.6. Quæro, qua alia pęna poteſt puniri iudæus, quā pe-
cuniaria. Sol. pęna perſonali, vt fuſtigatione, quā poteſt etiam
iudex eccleſiaſticus facere fieri, dum tamen moderate. de ra-
pto.in archiepiſcopatu. Ex hoc & ex textu noto, ꝙ qui non po-
teſt luere in pecunia, luit in corpus, pro hoc de dolo, finem. in-
fra eo.ad liberandam, de maledi.ſtatuimus. Quæro, quomo-
do apparebit de negligentia domini. ibi dominus neglexerit.
dic, ꝙ per aſſignationē termini, vt hoc faceret, iam elapſi. pro
hoc de offi. ordi. irrefragabili. & quod dixi de elec. cum eccle-
ſia vulterana. & hoc caſu poteſt dominus excommunicari. ſu
pra eo.iudæi.2.

ADDITIO.

a Medicinalis. Adde c.multi.2.q.1.glo.in verbo, mortis, in c.nemo epiſcoporū.
11.q.3.glo.in verbo,diſciplina, in c.notandum.24.q.3.glo.in verbo, compel
las.in c.ex literis.el 2.de ſpon.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo locorum ſpiritualium facit ius commune.*
2 *Infideles quare per principes ſeculares coercentur.*

INnonnullis. Iudæi,& ſarraceni vtriuſq;
ſexus in terris Chriſtiano-
rum debent vti habitu, per quem a Chriſtianis co-
gnoſcantur. hoc primo. In die paſſionis non exeāt
in publicum. hoc ſecūdo. Nec in cōtumeliam creatoris proſi-
liāt. ſecūda ibi, in diebus. tertia ibi, alludāt. No. cōuenieñs eſſe, vt

Digitized by Google

a qui diſtinguuntur ritu, diſtinguantur habitu[a]. pro hoc cõcor.
in glo. 1. Sic & clerici a laicis diſtinguuntur. de vita & hone.
1 cle. clerici. No. quod conſuetudo † locorum ſpiritualium fa-
cit ius. conc. ſimile infra de clan. deſpon. cap. ſi. No. coercen-
dam illuſionem. Sic enim coercentur iudæi, ne illudant in die
paſſionis dominicæ, ne defectu noſtro irridere videantur. de
b priuile. petiſtis. Et quamuis omnis illuſio ſit reprobanda[b],
de poſtulatione bonæ. el 2. Iſta tamen plus, ad hoc infra titu. r.
c vergentis. No. coercendam blaſphemiam Dei[c]. glo. allc. & per
leges eſt pęna capitalis in auth. vt non luxu. contra naturam.
primo reſponſo. & §. 1. 6. coll. No. quod per ſeculares principes
2 coercentur infideles, † ne illudant fidei. concor. co. titu. cle. ce-
dit. vbi dicitur, quod principes, in quorum terris ſarraceni mo
rantur, pati non debent, q̃ Chriſtianis audientibus publice in-
uocent machometum, vel &c. vt ibi.

ADDITIONES.

a Habitu. Adde cap. ſi iudex laicus. de ſent. excom. & in l. apud Labeonem. §.
ſi quis virginem. ff. de iniur.
b Reprobanda. Adde c. cum olim. de re iudi. & in cle. 1. de renunciat.
c Dei. Adde c. quid ergo. 23. q 2. & in §. auctoritas. iuncta glo. de pęnit. diſt. 4.
doc. in c. ſtatuimus. de cle. percuſ.

SVMMARIVM.

1 *Corrigere ſingulos de prouincia ad quem ſpectet.*
2 *Honores debent iudæis interdici.*
3 *Reſtitutio interdictorum ſpectat ad dioceſanum.*
4 *Patri hæretico, an potius Chriſtiano indigenti debeat ſubueniri.*
5 *Diſtributio incertorum ſpectat ad ſolum epiſcopum.*

CVm ſit. Præponẽs iudæum vel paganum pu-
blicis officiis per concilium prouin-
ciale punitur, & præpoſito vetatur Chriſtianorum
commercium, donec dimittat officium. & inde ſu
ſcepta reſtituat. primo prohibet, & cauſas reddit. ſecundo pu-
nit præponentem ibi, ſi quis. tertio præpoſitum ibi, officiali.
quarto prorogat ibi, hoc idem Innouamus. idem verbum de
& pace. c. 2. de præben. cap. 1. lib. 6. quoniam. poſuit vnam ratio
nem io ptin. hic aliam ſubijcit. Eſt & tertia, ne filij libere, &c.
ſupra eo. & ſi iudeos. tale. ſ. publicum. vt gaſtaldionatum vel
exactionem aliam. de quibus officijs. infra de pęnis in quibuſ-
1 dam. No. q̃ ad concilium prouinciale ſpectat corrigere † ſin-
gulos de prouincia. & hoc etiam ſecundum iura ciuilia in au-
then. de ſan. epiſcopis. §. vt autem omnis ſtatus. 9. collatione.
2 Nota, iudæis interdici honores. † glo. 2. allegat ad hoc. C. eo. l. fi.
3 Nota, q̃ reſtitutio † incertorum ſpectat ad dioceſanũ, ibi dio-
ceſani epiſcopi. de quo in fra io ſecunda quæſtione. Oppono
primo, quod iudæi poſſint admitti ad honores. ff. de decurio.
l. generaliter. §. fi. Solu. ſm Goff. ibi loquitur de non iudæis, qui
tamen vitam & ſuperſtitionem iudaicam ſequuntur. vel lo-
quitur de quadam ſpeciali promiſſione. vel verius corrigitur
illa l. per l. fin. C. eo. vbi hoc tenet gl. vel poteſt dici, quod inter
ſeipſos procedit lex generaliter. §. fi. Sed quod habeant officia
inter Chriſtianos, prohibetur hic. Oppono ſecundo, quod de-
beret fieri reſtitutio, non pauperibus, ſed his, a quibus eſt extor
tum. infra de vſuris cum tu. glo. vlti. ſoluit. vel melius ſecũdũ
Ioan. Andr. contrarium procedit, quando illicite extorquetur
ab eo, qui non debet. hic cum illicite per eum, cui hoc non li-
cet, tamen a vero debitore. Oppo. tertio, ad hoc, quia per hoc
punietur is, cui pecunia ratione officij exacta eſſet applicanda.
Solu. textus ſolum mandat reſtitui, quod eſt abdicatum infi-
deli. ibi a Chriſtianis adeptus. & erit ſenſus, quod ſi pro officio
chriſtianus habuiſſet de ſalario pone centum, ſi hoc exegit
infidelis, cogitur reſtituere pauperibus, nõ autem ſoluentibus,
quia vere debebant, vt præcedenti contrario. Item ipſi etiam
ſunt in culpa. pro hoc infra de vſur. ſuper eo. ſed ratio pręcedẽs
4 melior. Quæro, quia hic dicitur, q̃ † pauperibus Chriſtianis
debet fieri erogatio, quid ſi quis habet patrem hæreticum in-
a digentem, an potius patri, quam Chriſtiano iodigenti[a] debet
ſubuenire. quod non, inducitur hic tex. pro hoc, quod no. 86.
diſt. nos ſatis. In contrarium quod no. glo. 30. diſtin. c. primo. &
hoc tenet Hoſti. in ſumma de tempo. ordi. §. hæc cui. ver. quid
ſi pater. ſub §. 7. & Specu. ponit, qui ſi. ſint legi. ver. quid ſi pater.
& de hoc. 42. diſtin. quieſcamus, pro hoc ratio, quia tenemur
patri de iure naturali, ſecundum quod non procedit diſtin-
ctio fidelis ab infideli. Ad hunc tex. reſpondeo quod parum
facit. Item hic inhibetur commercium, non obſequium ſeu
ſubuentio. Quæro, an ad ſolum epiſcopum ſpectat diſtributio
5 incertorum. Hoſti. tenet, quod ſic. pro hoc textus hic, & C. de
epiſcopis, & cleri. l. nulli. communia de ſucceſſio. authen. om-
nes. de teſta. tua. in auth. de eccleſiaſt. titulis. §. ſi autem pro re-
demptione, collatione 9. Pro hoc numeri 5. vbi dicitur, cum
non ſubeſt, cui reſtituatur, dãdum ſacerdoti. Item periculum
eſt, ſi ſimplices ſacerdotes hoc faciant, ne imburſent ſecundũ
Hoſti. quaſi de epiſcopis hoc contingere non poſſet. Sed pro-
pter maiorem prouidentiam dioceſanatũ magis pro eis præ-
ſumitur. pro hoc de offic. archid. ad hæc. de off. archipresby. c.
ſi. de ſent. excommu. monachi. nam & generaliter habet epi-
ſcopus diſpoſitionem totius dioceſis. & dicitur ſua parrochia.
de rapto. cap. primo. Archidiac. de teſta. cap. 2. lib. 6. multis ra-
tionibus tenet, quod diſtributio talis fieri poſſit per executo-
res teſtamenti deputatos a defuncto. Ioan. Andr. ibi tenet pri-
mum. pro hoc, quia conſtitutiones ſinodales communiter in
hoc prouident. Ego dico, quod per quemcunque fiat diſtri-
butio, dummodo de hoc doceatur, & ſit prouide facta, de-
bet approbari per epiſcopum, ſicut non refert, per quem fiat
ſolutio. ff. de nego. geſtis. l. ſoluendo, ſicut non attendimus, per
quem preces porrigantur regulariter. licet quandoque atten-
dimus, de hæreticis. cap. 2. lib. 6. ſed ante factum poteſt epiſco-
pus cogere debentem, ad deponẽdam pecuniam pro diſtribu-
tione faciẽda, & interdicere, ne faciat, quia ad officium ſuum
pertinet, vt probat hic textus, & infra de vſur. cum tu. & poſt
præceptum errogans, etiam alias prouide non excuſaretur.

ADDITIO.

a Indigenti. Adde glo. 1. in c. ſicut. el 1. 22. q. 2. Abb. in c. ſi quis, in primo nota.
de hære. & in c. cum habere. tit. de eo qui dux. in ma. & ibi Card. Alexã. poſt
eum. Troil. Mal. in tracta. de oblatio. l. 2. dubio in 5. col. d. dubij. ver. & idem
dicit Ange. Sanctus Tho. 2. 2. q. 32. artic. 3.

SVMMARIVM.

1 *Acquiſitum in commercio ſubiacet reſtitutioni.*
2 *Luat in corpore, qui non habet in ære.*
3 *Papa loquens Cardinalibus appellat eos fratres.*
4 *Modica læſio dicitur fieri creditori per dilationem datam debitori.*
5 *Familia gaudet priuilegio domini ſui.*
6 *Agentes & conſentientes pari pœna plectuntur.*
7 *Excommunicatus poteſt emere, & vendere.*
8 *Poteſtas eccleſiæ, cum non ſufficit, recurritur ad brachium ſeculare.*
9 *Contritio ſine oris confeſſione non ſufficit.*
10 *Concilium generale dicitur ſinodus.*
11 *Deus plus indulget, quam puniat.*
12 *Contritio qualiter differat a confeſſione.*

AD deliberandam. Decretalis hęc ha-
buit loogam deci
ſionem, quam ponit Hoſtien. & eam gloſauit. &
quia quædam vtilia continet, eam proſequar. ſed
quo ad ſummarium, & diuiſionem ſummo, & diuido ſolum
textum, qui hic continetur. Io ſumma ergo dicit. Concilium
generale repetit concilium Lateranenſe ſupra cap. ira quorun
dam. & addit pœnam imponendam tempore abſolutionis.
hoc dicit. habet duo dicta. ſecundum ibi & talibus, Vel me-
lius duas partes, vt in ſummario. ſecunda vbi ſupra. Primo au-
tem legam textum, & expediam eius materias, ſecundo expe-
diemus deciſionem, & infra deciditur id, quod dicam proſe-
quendo ſecundum de deciſa ſub hoc. & infra. Præterea reſpi-
cit deciſam in qua excommunicauerat non ſoluentes vigeſi-
mam, vel quia excommunicauerat hæreticos. infra titu. 1. ex-
communicamus eis. ſ. ſarracenis. cenſemus, hæc pęna per ſæcu
lares poteſtates imponitur. Innocen. & talibus. hic additur cõ-
cilio Lateranen. ſ. capitulo. Ita quorundam. & ſecundum In-
no. pœnitentia imponitur per eccleſiam. Aperiatur ſi contra
fiat, tenet, ſed reduci debet in excommunicationem, niſi hoc
1 faciat ſecundum Egidium. No. quod acquiſitum † ex commer
cio damnato ſubiacet reſtitutioni, & comparat gl. 3. acquiſitũ
hoc caſu lucro vſurario. Hoſti. dicit, quod magis aſſimilatur
lucro ſymoniaco, quod redditur eccleſiæ, in cuius contume-
liam datum fuit. de ſymo. cooſuluit. & cap. audiuimus in fi. Ex
hoc no. & ex textu, quod quicquid lucratur excommunicatus
in mercimonijs, ſit erogandum pauperibus, cum excommu-
nicato ſit interdicta cõmunio. de cle. excom. min. illud. de quo
per eum in ſumma de pœniten. §. fi. ſub §. quid de his, quæ ex-
communicatus. hoc puto non eſſe verum, cum excommuni-
catus ſit capax acquiſitionis ex contractu. de ſent. excõ. ſi vere.
Quod plene dixi de dolo. c. veritatis. & hic tex. & c. ſupra proxi-
mum, quod etiam induxit Hoſtien. faciunt contra Hoſti. quia
hic exprimitur, quod acquiſitum tale reſtituatur. ſed de excõ-
municato non eſt iure expreſſum. & in caſibus iſtis ſi non ex-
primeretur, contrarium eſſet dicendum præterquam quoad
id, quod dico in primo contrario. Nota, quod qui non poteſt
2 luere † in pecunia, luit in alio. & dicit glo. penult. quod tales po
terunt ſubijci verberibus, pro hoc verbum caſtigetur. & vltra
iura, quæ allegat glo. concor. de dolo finem. de maledic. cap. ſe
cundo. Oppono in eo, q̃ mandat, vt tantũdem de ſuo in ſubſi-
dium

Digitized by Google

dum terræ ſanctæ tranſmittat. nam bona talium ſunt confi-
ſcata, vt ſupra ibi rerum priuatione mulctari. Solu. confiſcatio
non fit hic ipſo iure. quod ergo dicit, quod reddant tantum-
dem de ſuo, procedit ante confiſcationem. pro hoc, quia pę-
nam hanc imponit Eccleſia: ſed pęnam confiſcationis impo-
nit iudex ſecularis, vt dixi in textu. vel dic, quod etiam poſt cō
fiſcationem poteſt procedere textus quo ad bona poſt confi-
ſcationem acquiſita, quæ non ſunt confiſcata. infra de pęnis.
felicis. §. venim. lib. 6. Quæro, quid ſi chriſtiani exercent pyra-
a ticam[a] curam cum ſarracenis, non tamen contra Chriſtianos.
dicit Innoc. quod non eſt locus huic diſpoſitioni, probat per
verbum in diſpendium terræ ſanctæ. Alij dicunt contrarium,
quod ſentit Hoſtien. dicens, quod verbum, diſpendium terræ
ſanctæ, concernit ſolum illa verba. aut quibuslibet alijs &c. pri-
mum placet, quia clauſula debet concernere omnia præceden
tia, ſi ſpecialis ratio non repugnat. de appel. ſecundo requiris.
vel niſi præcedentia habeant ſpecialem clauſulam. de dono.
dilectus, pro hoc, quod dixi ſupra titu. proxi. cap. fin. Quæro, in
quo differt hoc cap. a præcedenti. ſo. ibi reddit ſimplum, tan-
b tum hic duplum, vt probat verbum, tātundem[b]. Item ibi ero-
gatur pauperibus: hic in ſubſidium terræ ſanctæ. hic ergo eſt
grauior pęna, quo ad primū, ex quo infertur, quod & grauius
eſt delictum, pro hoc iura allegata in glo. 4. & de vita & hone.
clericorum. verſ. ſtatuimus. Venio ad deciſam. Et primo po-
nam textum eius. ſecundo declarabo ipſum. Eſt autem textus
talis. Ipſis autem clericis indulgemus, vt beneficia ſua integre
percipiant per triennium, ac ſi eſſent in eccleſijs reſidentes. vt
ſi neceſſe fuerit ea per idem tempus pignori valeant obligare,
& ſequitur. Cupientes autem alios eccleſiarum prælatos, &
clericos vniuerſos in merito eos, & in præmio habere partici-
pes & conſortes, ex communi approbatione concilij ſtatui-
mus, vt omnes omnino clerici, tam ſubditi, quam prælati vi-
geſimam eccleſiaſticorum prouentuum, vſque ad triennium
integre conferant ad ſubſidium terræ ſanctæ per manus eorū,
qui ad hoc fuerint apoſtolica prouidentia ordinati. Quibuſ-
dam religioſis exceptis, quos enumerat. & ſimiliter his, qui aſ-
ſumpto, vel aſſumendo crucis Chriſti ſigno ſunt perſonaliter
profecturi. Nos autem & fratres noſtri ſanctæ Romanæ Ec-
cleſiæ Cardinales plenariam decimam perſoluemus, ſciant ſe
omnes ad hoc fideliter obſeruandum per excommunicatio-
nis ſententiam obligatos, ita quod illi, qui fraudem ſcienter
commiſerint, ſententiam excommunicationis incurrant. Sa-
ne, quia iuſto iudicio cęleſtis Imperatoris obſequiis inhæren-
tes, ſpeciali debent prærogatiua gaudere: cruce ſignati a colle-
ctis, vel talliis aliiſque grauaminibus ſint immunes, quorum
perſonas, & bona poſt crucem aſſumptam ſub beati Petri, &
noſtra protectione ſuſcipimus. Statuentes, vt ſub epiſcoporū,
& archiepiſcoporum, ac omnium prælatorum in eccleſię Dei
defenſione conſiſtant propriis ad hoc nihilominus protecto-
ribus deputandis. Ita vt donec de ipſorum obitu vel reddi-
ditu certiſſime cognoſcatur, integra maneant & quieta. Et ſi
quiſpiam contra præſumpſerit, cenſura eccleſiaſtica compe-
ſcatur. Si qui vero proficiſcentium illuc ad præſtandas vſuras
iuramento tenentur aſtricti, creditores eorum, vt remittant
eis præſtitum iuramētum, & ab vſurarum exactione deſiſtāt:
eadem præcipimus diſtrictione compelli. quod ſi quiſquam
creditorum eos ad ſolutionem coegerit vſurarū, cum ad re-
ſtitutionem ipſarum ſimili cogi animaduerſione mādamus.
Iudæos vero ad renunciandas alias ad remittendas vſuras per
ſecularem compelli præcipimus poteſtatem. & donec illas re-
miſerint ab vniuerſis Chriſti fidelibus, per excommunicatio-
nis ſententiam eis omnino communio denegetur. his autem,
qui iudæis ſoluere debita nequeunt, in præſenti ſi principes ſe-
culares vtili dilatione prouideant, quod poſt iter arreptum
vſque quo de ipſorum reditu, vel obitu certiſſime cognoſca-
tur, vſurarum commoda nō incurrant, compulſis iudæis pro-
uentus pignorum, quos interim perceperint in ſortem expen-
ſis deductis neceſſarius computare, cum huius beneficium nō
multum videatur habere diſpendij, quia ſolutionem ſic pro-
rogant, quod debitum non abſorbet. Porro eccleſiarum pre-
lati, qui in exhibenda iuſtitia cruce ſignatis, & eorum familiæ
negligentes extiterint, ſciāt ſe grauiter puniendos. Cæterum,
quia aduerſarij, ideſt piratæ nimis impediunt ſubſidium ter-
ræ ſanctæ capiendo, & ſpoliando tranſeuntes ad illam, & re-
deuntes ab ipſa: Nos eos & principales adiutores, & fautores
eorum excommunicationis vinculo innodamus ſub intermi
natione anathematis inhibentes, ne quis cum eis ſciēter com-
municet in aliquo venditionis vel emptionis contractu, & in-
iungentes rectoribus ciuitatum, & locorum, vt eos ab hac ini-
quitate reuocent, & compeſcant. Alioquin, quia nolle pertur-
bare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere, nec caret ſcrupu-
lo ſocietatis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare in
perſonas, & terras eorum per eccleſiarum prælatos ſeuerita-
tem eccleſiaſticā volumus, & præcipimus exerceri. Sequitur,
excōmunicamus prætereà, &c. vt in toto tex. vſque ad finem.
Poſtea ſequitur. Quia vero ad hoc negocium exequēdum eſt
permaxime neceſſarium, vt principes, & populi Chriſtiani ad
inuicem pacem obſeruent ſancta vniuerſali ſinodo ſuadente,
ſtatuimus vt ſaltem per quadriennium in toto orbe Chriſtia-
no pax generaliter obſeruetur, ita quod per eccleſiarum præla
tos diſcordantes reducantur ad veram pacem, aut treugam
inuiolabiliter obſeruandam, & qui acquieſcere forte contem-
pſerit, per excōmunicationem in perſonas & interdictum in
terras arctiſſime compellantur, niſi forte tanta fuerit inimico
rum malitia, quod ipſi non debeant tali pace gaudere. quod ſi
forte cenſuram eccleſiaſticam vilipenderint, poterunt imme
rito formidare, ne per authoritatem eccleſiæ tanquam in per-
turbatores negocij crucifixi ſecularis potentia inducatur. Nos
ergo de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri, &
Pauli authoritate confiſi ex illa, quam nobis licet indignis cō-
tulit Deus ligandi atque ſoluendi poteſtatem omnibus, qui la-
borem iſtum in propriis perſonis ſubierint, & expēſis plenam
ſuorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde con-
triti, & ore confeſſi, veniam indulgemus. & in retributione iu
ſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmētum. Eis autem, qui
non in perſonis propriis illuc acceſſerint, ſed ſuis duntaxat ex-
penſis iuxta facultatem, & qualitatem ſuam viros idoneos de-
ſtinauerint: illis ſimiliter, qui licet in alijs expenſis in propriis
tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus vē-
niam peccatorum. huius quoque remiſſionis volumus, & cō-
cedimus eſſe participes iuxta quantitatem ſubſidij, & deuotio
nis affectum. Omnes qui ad ſubuentionem ipſius terræ de bo
nis ſuis congrue miniſtrabunt, aut circa prædicta conſilium,
& auxilium impenderint oportunum. Omnibus etiā pre pro-
ficiſcentibus in hoc opere ſancta & vniuerſalis ſinodus oratio-
num, & beneficiorum ſuorum ſuffragium impartitur, vt eis
digne proficiant ad ſalutem. Datum lateranen. 19. kal. Ianua-
rij Pontificatus noſtri anno 10. Aſſignemus primo partes. ſe-
cunda ibi cupiētes. tertia ibi nos autem. quarta ibi. ſane. quin-
ta ibi. Si qui vero. ſexta ibi cæterū. ſeptima ibi, qa vero. octaua
ibi, nos igitur. vltima ibi datis. Colligo notabilia. No. in ver.
3 cupientes. quod quando Papa † loquitur omnibus Cardina-
c libus ſimul, vocat eos fratres[c], ibi fratres noſtri. de hoc no. de
off. lega. cap. 1. lib. 6. In verſ. ſane, quia. No. de collectis. ſeu tal-
liis prohibitis. & hodie generaliter ſunt damnatæ in auth. de
eccleſiaſticis titu. §. ad hæc ſancimus. & auth. vt nulli iudicum.
§. nulli vero liceat, collatione 9. de quo per Hoſti. in ſumma de
immu. eccle. §. a quibus. In ver. ſi qui vero. No. quod modica
4 dicitur læſio † fieri creditori per dilationem datam debitori.
pro hoc C. de precibus impera. offe. l. quotiens. & l. reſcripta. &
5 quod nota. de off. dele. ex parte 2. No. ꝙ familia † gaudet codē
d priuilegio cum domino ſuo[d]. pro hoc de off. Archid. c. fin. In
6 ver. cæterum. No. quod agentes, † & fauentes pariter puniun-
e tur[e]. de hoc de off. deleg. c. primo. Nota de verbo ſub intermi-
natione, quod eſt comminationis, non autem ſententiæ latę.
de iure patro. relatū. de ſagittariis. c. vno. & vtrobique de hoc.
7 No. ꝙ excōmunicatus † poteſt emere, & vendere, & alios con-
tractus inire. probat prohibitio, quæ hic fit ibi, ne quis ſcien-
ter communicet in aliquo contractu. Hoſti. tamen dicit con-
trarium, ſecūdum quem hæc prohibitio fit ad maiorem exag-
gerationem, quia multa ſæpe ſpecificantur, quæ ſunt de iure
communi. de procur. quia in cauſis. de iureiu. & ſi Chriſtus. pri
mum verius per id, quod plene dixi de dolo veritatis. No. tex.
illum nolle perturbare peruerſos, &c. vſque ibi in perſonas. ꝓ
hoc. 86. diſt. fauentes, infra de hære. cap. 2. & de ſenten. ex. q̄ te.
Nota de ſeueritate eccleſiaſtica, quæ idem importat, quod cen
ſura, licet poſſit notari aliqua differentia. de quo no. de homi.
pro humani. ver. cum igitur. lib. 6. In ver. quia vero. No. quod
ad officium prælatorum ſpectat reducere diſcordantes ad cō-
cordiam. nonageſima diſt. cap. 1. quinta q. 2. ſi primates. No. de
authoritate eccleſiæ ibi, ꝑ authoritatē eccleſiæ. & quāta ſit, ha-
betur

.ADDITIONES.

a Piraticam. Adde, ꝙ iſti pirates ſunt proprie hoſtes, & æquiparantur hoſti-
bus fidei, vt eſt tex. in authen. nauigia. C. de fur. & ibi dicit Bald. quod tales
piratæ ſunt ipſo iure diffidati, & poſſunt a quolibet impune derobari. Item
piratę dicuntur militare, ſicut Catulus in ſylua, vt no. in l. prima. ff. de bo.
poſſeſſ. ex teſta. mili. & per Barba. in c. lator. circa fin. vlt. colum. de pigno.

b Tantumdem. Adde quid importat hoc verbum tantumdem, vide l. ſi quis
libertatem. de ſta. lib.

c Fratres. Adde tex. in c. licet. el tertio. in princ. de teſti.

d Suo. Adde glo. in c. 4. 11. quæſt. 1. Innoc. in c. ſi. de verbo. ſign. lib. Alberi. de
roſa. in l. 1. C. de epiſ. & cleri.

e Puniuntur. Adde tex. in c. nuper, & in c. quantæ præſumptionis. de ſenten.
excommu.

Digitized by Google

betur ex præall. c. pro humani. ver. ſacri, cum ibi notatis. No.
6 quod cum non ſufficit poteſtas Eccleſiæ, † recurritur ad ſecu-
lare brachium, ibi ſæcularem potentiam. pro hoc de iudi. cum
non ab homine. & de offic. ordi. c. 1. vbi dixi Innoc. in ver. Nos
9 igitur. No. quod non ſufficit contritio † ſine oris confeſſione. de
pœni. diſt. 1. conuertimini. & diſt. 3. ſcindite. Item requiritur
operis ſatisfactio. de pœnit. diſt. 3. perfectum. No. quod ſufficit
non habenti pecuniam, vt accedat perſonaliter in ſubſidium
terræ ſanctæ. Et not. Hoſti. quod pauperes facilius ſaluantur, quam
diuites, quia citius faciunt, quod poſſunt. & dominus cor inter
rogat, nō manum 14. q. 5. ſi quid inuenit. 15. q. 6. c. primo ad fi.
Infert etiam ad ſocietatem, quando vnus ponit perſonā, alius
pecuniam ad commune lucrum, inſti. pro ſocio. §. de illo, pro
hoc textus qui æquiparat euntes perſonis mittentes etiam ſuis
10 ſumptibus. Nota, quod concilium † generale dicitur, ſinodus,
quod verbum bis repetitur hic. pro hoc de accuſa. ſicut olim.
& infra cap. proximo. Nota ex data, attendendam datam. pro
hoc de reſcriptis eam te. & plura circa hoc dic, vt in data ſexti
libri. Venio ad materiam, quam proſequor per particulas in
principio. Oppono primo in eo, quod dicit integre per hoc
enim videtur, quod etiam quotidiana habere debeant. vnde
obſtat, quod nota. de præben. licet, de cleri. non reſi. de cætero.
de verb. ſign. olim. & probatur de cler. non reſid. c. vno. lib. 6. in
quibus patet, quod ſolum intereſſentibus diuinis dari debent. Sol.
dicit Hoſtien. quod hic plus dicitur, quā in iuribus præalleg. quia
dicitur, quod percipiant integre ſuos prouentus, ac ſi eſſent reſi-
dentes in eccleſijs. quæ clauſula debet aliquid operari. de pri-
uilegi. ex ore. vbi not. & probatur de priuile. ſi Papa lib. 6. Con-
cludit ergo Hoſtiē. illis deberi diſtributiones, licet non debean
tur in caſibus contrarijs, in quibus ſolum dicitur, quod perci-
piant prouentus, non autem adijcitur, ac ſi eſſent reſidentes.
Contrarium tenet Ioan. Andr. remittendo ad notata in dicto
c. vno. de cler. non reſi. lib. 6. & ibi hoc probatur in textu. quia
non pro reſidentia, ſed pro intereſſentia diuinorum dantur
quotidiana. & per hoc reſpondetur ad clauſulā, ac ſi eſſent reſi
dentes. pro hoc, quod no. in d. c. vno in verbo, affuerint, in gl. &
in Spec. de hæreticis in fi. Quæro, quia dicit clericis. an religio-
ſi habentes adminiſtrationes quo ad earum prouentus, gau-
deant hoc priuilegio. dic, quod ſic propter identitatem rationis.
pro hoc quod no. ſ. de voto. cap. fi. Quæro, quæ neceſſitas ſuffi-
ciat, vt poſſint pignorare prouentus beneficiorum. dic, quod
debet eſſe talis, quod ſine pignoratione non poſſit ſeparare ad
acceſſum, pro hoc: quia tunc legem non habet. de obſeruatio-
ne ieiuniorum, conſilium ante finem. Quid ſi moritur intitu-
latus ante lapſum tempus pignorationis. dic, vt dixi ſupra ne
prælati vices ſuas. c. fi. ver. cupientes. Oppono in eo, quod dicit
ſcienter. nam nullo modo poteſt hoc fieri ignoranter, quia in
facto proprio non eſt tolerabilis ignorantia. de reſcriptis ab ex-
communicato. Nemo præſumitur ignorare vires ſui patrimo
nij. l. quiſquis. de reſcin. vendi. So. verum eſt prima facie, quod
præſumitur ſcire. poſſet tamen ex cauſa ignorare propter va-
rios euentus fortunæ in auth. de nuptijs. §. quia vero. In dubio
tamen conſuluit Hoſt. vt potius dent plus, quam minus, quia
tutius de benignitate reportare præmium, quam de auaricia
reddere rationem. ad hoc. 26. q. vlt. alligāt. Quæro circa hoc, cū
deputentur aliqui ad exigendum hanc vigeſimam: nunquid
poſſint diminuere, vel remittere eam. dic quod non, niſi hoc
ſit eis expreſſe commiſſum. nam in generali poteſtate non ve-
niunt requirentia ſpeciale mandatum. de procu. qui ad agen-
dum. & c. fi. lib. 6. de offi. vica. cū in generali. eo. lib. Sed poteſtas
donandi exigit ſpeciale mandatum. ff. de dona. l. filius. primo
reſponſo, de procu. l. procurator tutorum. nota glo. in d. c. qui
ad agendum. Inducit Hoſti. hanc literam ex eo, quod dicit fra
tres noſtri Romanæ eccleſiæ Cardinales ad quæſtionem. An
Cardinales habeant collegium? & dicit, quod ſic, per hanc li-
teram. nam dicuntur Romanæ Eccleſię Cardinales nulla alia
ſpeciali Eccleſia expreſſa, vt hic. & 23. diſt. In nomine Domini.
79. diſt. oportebat. & c. ſi quis ex epiſcopis. pro hoc, quia habent
arcam communem, & ſpecialem camerarium. & ſummum
ius eligendi ſummum pontificem, quod ius eligendi compe-
tit collegio, non ſingulis. de elec. c. primo. & cap. licet. & c. quia
propter. Item vulgariter appellatur collegium. ergo pro tali ha
bendum. ad hoc de ſpon. ex literis. ff. de fluminibus. l. 1. nam no
mina debent eſſe cōſequentia rebus. C. de codicillis. l. ſi idem.
de præben. cum ſecundum. Itē dicitur Eccleſiæ Romanæ gre-
mium. dicto cap. In nomine Domini circa mediū. ibi eligatur
de Eccleſiæ gremio. Sed nihil facit, quia intelligitur gremio. i.
quod non ſit extra catholicam eccleſiam. i. non catholicus. In
contrarium tenent aliqui dicentes, quod Cardinales ſunt tan-
quam ſinguli, cum habeant titulos ſingulares. Aliqui epiſco-
patus. Aliqui presbyteratus. Aliqui diaconatus. primum
verius, vt probatur in clemen. ne Romani, in princ. in verbo
cætum. & ibi glo. & ſæpius repetitur illud verbum in eadem
clemen. de quo ibi dixi. In verſic. ſane quia. Quæro, quem vo
cat celeſtem imperatorē. dic, ideſt Deum. vndecima, quæſt. 3.
Iulianus. Non eſt autem mirum, ſi inſeruientes Imperatori
cœleſti priuilegiantur hic. cum etiam ſeruientes Papæ & aliis
prælatis priuilegientur. de cle. non reſi. de cætero. & c. cum di-
lectus. Quæro, quę bona comprehenduntur in eo, quod dicit
quorum perſonas, & bona. Reſpondeo, quod non ſolum pro-
pria, ſed etiam aliena, quę habēt quo ad poſſeſſionem non vi-
tioſam. nam & de iure tuendus eſt poſſeſſor in poſſeſſione. ſ.
vnde vi. l. ſi quis in tātam, ſupra, vt lite pen. c. primo. & ſecūdo.
Quęro, quia priuilegia, donec certiſſime conſtiterit de obitu,
vel redditu, quę certitudo requiritur. dic, quod talis, ſub qua
non poſſit eſſe deceptio. vnde licet ſufficiat aliquando pręſum
ptio. de ſpon. in pręſentia. aliud erit in caſu iſto. & ſit ratio,
quia maior eſt fauor fidei, quam matrimonij, pro hoc quod
no. infra eod. cap. fin. In ver. ſi qui vero. Oppone, quod nullum
ſit priuilegium in eo, quod precipitur, vt creditores deſiſtant
ab exactione vſurarum contra tales. nam quo ad omnes de-
bent deſiſtere. de iureiuran. cap. 1. & c. debitores. Sol. ſecundum
Hoſtien. fiet quoad iſtos celerior iuſtitia. pro hoc ver. quod ſi
quiſquam, qui ſtatim ſequitur. Oppone in eo, quod decernit
iſtos non incurrere incommoda vſurarum, donec redeunt.
nam hoc etiam eſt de iure. de iureiuran. ad noſtram. 1. & 2. de
pigno. illo vos. de empt. & vendi. ad noſtram. de vſuris per to-
tum. Solu. hęc ſpecialis prohibitio operabitur, vt nec de facto
cogantur ſoluere. nam datur eis terminus per hunc textum,
vt dixi notando. In ver. cęterum. Oppone, quod non debeant
puniri fautores, tanquam principales. pro hoc quia non om-
nis fauor obligat fauentem tanquam principaliter facientem.
de offic. deleg. cap. primo, vbi no. So. tex. ſoluit, cum dicit prin-
cipales adiutores, & fautores. In ver. quia vero. Quęro, quę
malitia poteſt excuſare rumpentem pacem. dic, quod poſſent
eſſe hęretici, vel in malitia obſtinati, qui debent eſſe diffidati a
pace eccleſiaſtica. de homicid. cap. primo, lib. 6. pro hoc de iu-
di. cum non ab homine. de hęreticis excommunicamus. de ra-
pto. cap. 2. Inducitur iſte textus pro authoritate eccleſię, quę
in hoc indicit pacem toti mundo, & comminatur cōtra per-
turbatores. pro hoc de homici. cap. primo. libro ſexto. & eſt
hoc iuſtum bellum, quod fit pro pace authoritate eccleſię, pro
hoc quod no. de iureiuran. ſicut 3. In ver. Nos ergo. quęro, vn-
de iuſtificatur remiſſio generalis omniū peccatorum quam
facit hic Papa. Et idem hic quęro de remiſſione, quę fit in an
no indulgentię quem dicimus Iubilęum. Et idem quęro de
remiſſione particulari, quę conceditur a Papa aliquibus, vt in
articulo mortis poſſint plene abſolui cum plena remiſſione,
quę vulgo dicitur pœnę & culpę. Et generaliter quęro de qua-
cunque remiſſione peccatorum, ſiue a Papa fiat, ſiue ab aliis.
Primo tamque videtur, quod nulla remiſſio aliquid operе-
tur iuxta illud. Anima, quę peccauerit ipſa morietur, ideſt
ęternaliter, ſi non pœnitebit, vel temporaliter conteretur per
pęnitentiam. Ad idem quia nullum malum impunitum.
pro hoc de ſenten. excommu. vt famę. At videtur inconue-
niens, quod dans ſubſidium terræ ſanctę ſiue magno ſuo in-
commodo quandoque, conſequatur remiſſionem pęnę om-
nium peccatorum ſuorum, ad quam luendam multis annis
ſtetiſſet in purgatorio: cum pro quolibet mortali debeatur
pęnitentia ſeptennis. ad hoc de accuſa. accuſaſti. & quod ibi
no. Dic contra, vbi pro intellectu præſuppouendum eſt, quod
eccleſia militans eſt vnum corpus. & dicitur vna ſpōſa vni ſpō
ſo Ieſu Chriſto. de biga. debitum. Sicut ergo in vno corpo-
re ſunt multa membra habentia diuerſos actus, tamen om-
nia tendunt ad conſeruationem corporis. de præben. cum ſin-
gula. lib. 6. Ita & in corpore myſtico militantis eccleſiæ omnes
ſumus vnum corpus ſecundum apoſtolum. pro hoc dictum c.
cum ſingula. Præſuppone ſecundo, quod iſtius corporis ali-
quod eſt caput. quia non datur acephalitas. 93. di. nulla, de pręſ-
ſcrip. cum non liceat. & ob hoc redemptor noſter poteſtatem
tāquam capiti dedit Petro, & cæteris apoſtolis tanquam coad
iutoribus per illud. quodcumque ligaueris &c. Matth. 18. li-
cet enim generaliter dicta ſint illa verba omnibus apoſtolis,
tamen ſpecialiter Petro, tanquam capiti, vnde Petro ſoli dicit
Ieſus: tu vocaberis cephas, ideſt caput eccleſiæ. 24. q. 1. roga-
mus. & quod habuerit Redemptor noſter cōtemplationem
ad Petrum non ſingulariter conſideratum, ſed ſub ratione di-
gnitatis in hoc concernens etiam ſucceſſores, ſubeſt ratio:
quia durat eadem neceſſitas prouidendi de ſalute animarum.
Item quia creata fuit ſumma poteſtas in Petro, de cuius pote-
ſtatis natura eſt, vt nō extinguatur, de reſcriptis, ſi gratioſe. li. 6.
Item etiā ſi ſoli Petro conceſſa fuiſſet ſumma poteſtas. tā cum
Petrus impartitus fuerit authoritatē ſuā ſucceſſori, non poſſet
reſiſti, quin tenuerit illa cōceſſio: alias nō habuiſſet Petrus ſū-
mam

Digitized by Google

mã poteſtatem, & non verificaretur illud, quodcũque ligaueueris, &c. Pro prædictis. 24. q. 1. quodcumque. & c. cum beatiſſimus. & cap. ſequentibus. Præmitto tertio, quod ſicut nullum malum impunitum: ita nullum bonum irremuneratum. im
11 mo bonitas diuinæ pietatis † plus indulget, quam puniat. pro hoc quia dicimus Deum miſericordem, quia proniores debemus eſſe ad abſolutionem, & quo ad Deum: probant hoc multa exempla teſtamenti. nam voluit Deus ad iſtantiam Abrahæ parcere Pentapoli, ideſt quinque ciuitatibus ſubmerſis, ſi ibi reperirentur decem boni viri. Item pepercit Niniuitis. & & ſic de multis aliis. Sed in Eccleſia militante Redemptor noſter totum ſuum Corpus ſubiecit flagellis. vnde illud. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in me ſanitas. & totũ precioſum ſanguinem ſuũ fudit, cuius ſanguinis minima gutta ſufficeret ad redimendum mundum. immo plures mundos, quia non poteſt fieri digna proportio inter res humanas, & humanitatem Chriſti, quę habuit ſummam gratiam, quã maior nulli creaturæ communicari poteſt, vt dicit Anſelmus in lib. cur Deus homo. Inſuper in Eccleſia militante eſt ſanguis martyrum, qui innocentes interempti ſunt, & ipſorum cũcta merita. Item merita omnium iuſtorum. quæ omnia merentur pro toto corpore Eccleſiæ militantis. Debet autem fieri debita diſpẽſatio. & hanc Papa vniuerſaliter, & cæteri prælati particulariter. de vſu pallij. ad honorem. & eſt ſumma poteſtas ea, quæ competit Chriſti vicario. vt patet de ſent. excom. a nobis. 2. hinc ſurgunt remiſſiones. habet enim Papa poteſtatem indulgẽdi plenam remiſſionem omnium peccatorum, adeo quod cuicumque indulgeat, dum tamen claue non errante, ſtatim ſi moreretur euolaret ad gloriam. & ita indubitanter credendum eſt. & hoc operatur diſpenſatio, quam intelligitur facere Papa de theſauro meritorum præmiſſorum, cuius portionem communicat eis, quibus remiſſionem præmiſſam indulget. Et per hoc non remanent peccata impunita. Idem eſt in cæteris prælatis, quo ad remiſſiones non plenas, ſed limitatas. prout dicitur in c. cum ex eo. infra de penitẽtijs. nam de talibus remiſſionibus tenendum eſt, quod operantur idem, quod ſonant. vt no. infra de pœni. quod autem. vbi dixi. & ſurgit iuſtificatio harum remiſſionum ex particulari poteſtate diſpenſandi theſaurum præmiſſum quem habent prælati. Per hæc patet clara ſolutio ad contraria. Debent tamen & Papa & prælati cauere, ne indiſcrete, & ſine rõne faciant remiſſiones: quia tunc & ſi non debeãt ſubditi reſiſtere, ſed parere. de tẽpo. ordi. ad aures. tamen vel non valent, vel quatenus acceptantur a Deo, ipſi ſunt rei totius pęnæ. quando ergo ſatisfacient vnũ in prædictis, iuuat eos, quia pœnitẽtiæ ſunt arbitrarię. de pęni. Deus qui. ſed tamen debent arbitrari non proprio capite, & ſine ratione, quia hoc non eſt mere dependens ab eorum poteſtate, ſed intelligitur arbitrio boni viri. pro hoc dixi de dila. c. primo. Et de hac materia per Hoſti. in ſumma de pęnitentijs ſub rubrica, de remiſſionibus. §. ſi. Pro prædictis eſt hic textus in eo, quod Papa ſe fundat in miſericordia Dei omnipotentis, dicens ſe confiſum authoritate beatorum Petri, & Pauli, & poteſtate vniuerſali, quam habet Papa. Hodie autem pleniores rationes exprimuntur, vt patet in indulgentia, quæ fuit milleſimo tricenteſimo. & milleſimo tricenteſimo quinquageſimo. & nuper per Vrbanum Sextum. Quæro, in quo differt
12 contritio † a confeſſione. & quid vtraque operetur. Sol. ad primum patet ex textu cum dicit corde contriti, & ore confeſſi. & ſic contritio eſt cordis: confeſſio oris. Ad ſecundum dic, ꝙ per contritionem tollitur culpa, & pœna, quæ debebatur perpetua, commutatur in temporali luẽda hic, vel in purgatorio. de pęni. diſtin. 1. multiplex. & c. quem pœnitet, in fine, & c. verbum. & c. ſi peccatum. & c. ſi primi hominis. & diſt. 5. conſideret, in fine. & diſt. 6. c. ſi. in qua pęnitentia temporali poteſt habens poteſtatem clauium, vt prælati, & curati diſpenſare, & arbitrari. de pęniten. Deus qui. & in praec. quæſt. Oris autem cõfeſſio fit ad denotandum veram contritionem. de pœni. diſt. prima, conuertimini. & diſt. 3. ſcindite. & infra, de pęniten. omnis. & adeo eſt neceſſaria, quod habens facultatem, eam contẽnens, habetur pro non contrito. Operatur etiam confeſſio partem ſatisfactionis propter erubeſcentiam, & confuſionem, quam habet peccator dicto cap. quem pœnitet. de quo nota. in dicto cap. omnis.

ADDITIO.

a Nullum malum. Adde Flor. de ſancto Petro in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, & Pagani poſſunt emere redditus Chriſtianorum.*

EX ſpeciali. Iudæi, vel Pagani publicis officijs præferendi non ſunt. & ſi eis regalia iura vendantur: Chriſtianus non ſuſpectus[a] ad illa colligenda præficiatur. Primo deciſe ponitur regis culpa, & excuſatio. ſecundo contra vtrumque prouidet ibi, mandamus. deputet ipſe rex, non iudæus, ne fiat aliquid fraudis. pro hac oppoſitione eſt, quia loquitur in ſingulari. & ſic eſt verbum, regem, quod præcedit. verbum autem, iudæis, vel paganis, eſt in plurali, & eccleſijs, nec alijs Chriſtianis: vt ſequitur, & ſupra eo. cum ſit, regalia. ideſt, per regẽ vendita. No. effectum iudicis prodeſſe ibi, affecit. & per hunc quandoque remittitur pœna. de offi. lega. niſi. No. quod iudęi,
7 † & pagani poſſunt emere redditus Chriſtianorum. Oppono ad hoc, quia nec Chriſtianis hoc licet, vt emant iuriſdictionẽ ſupra ne prælati vices ſuas. c. primo. Sol. hic de iuriſdictione nõ dicitur, ſed de redditibus tantum.

SVMMARIVM.

1 *Solidus legalis intelligitur de auro.*
2 *Iudæus ſi vendit ſeruum Chriſtianum, ad quid tenetur.*

NVlli. Habet tria dicta ſe ſummantia. nam primo ponit dictum. ſecundo prouidet mercatori, ſeu mercationi ibi, quod ſi quẽ. tertio prouiſionem determinat ibi, ſi autem. vel ſumma ſic. Seruus iudæi volens fieri Chriſtianus, nullo dato precio, liberatur, niſi emptus fuerit cauſa mercimonij, quia tunc datis duodecim ſolidis liberatur, & præſumitur cauſa mercimonij tunc tantum, quando intra trimeſtre a die emptionis venalis exponitur. hoc dicit. Notabilia collige ex ſummario. No. etiã,
1 ꝙ ſolidus † legalis intelligitur de auro[a], de quo in glo. 3. quæ tamen hoc non dicit, ſed infra dicam. Oppo. primo de c. fraternitatem. 74. diſt. & de §. hoc tunc. alias hoc tamen, eadem diſt. ſo. quod hic dicitur, debet intelligi cum diſtinctione, quæ ibi fit. Aut enim eſt ſeruus natus de ancilla iudæi, aut emptus. ſecundo caſu, aut emptus cauſa ſeruitij: aut cauſa mercimonij. Si cauſa ſeruitij, indiſtincte liberatur ſine precio, ſi vult fieri Chriſtianus. vel ſi eſt, vt hic in principio. Si cauſa mercimonij, aut erat Chriſtianus ante emptionem, & idem, quod in caſu proximo. aut non erat Chriſtianus: tunc liberatur datis duodecim ſolidis, ſi vult fieri Chriſtianus. vt in textu: apparet autem quod cauſa mercimonij per id, quod dixi in ſummario. Primo autem caſu dic, quod liberatur nullo dato precio, ſi vult fieri Chriſtianus. Opp. ſecundo ad hoc de c. iudas. 17. q. 4. So. aut emptus dicit ſe Chriſtianum, & non creditur ſibi. ſed de hoc debet inquiri, vt ibi & ſic intellige, quod dicit principium. c. in verbo baptizatum. Aut dicit quod vult fieri Chriſtianus, & non expedit alia probatio: ſic loquitur, quod dicit textus ibi, baptizari volente. Primo autem caſu non tenet emptio, ſi Chriſtianus erat ante contractum. C. ne Chriſtianum mancipium. l. vna. Quæro, de qua moneta intelligitur, quod dicit duodecim ſolidis. glo. 3. dicit de illa, quæ eſt in vſu in illo loco. Vincen. hic dicit de ſolidis aureis, ideſt ducatis, vel florenis, quod tenet glo. C. de ſeruis fugi. l. quicunque. & Goff. hic per l. ſi mulier. ff. de mino. inſtit. de pęna temere litigantium in fi. pro hoc, quia dicit. l. cum ex falſis. ff. de manu. teſtam. viginti duos ſolidos dandos, ne libertas præſtita reuocetur. & l. Papinianus §. vlti. ff. de inoff. teſta. dicit aureos. pro hoc. C. de ſportulis. l. omnibus. de falſa moneta. l. ſi quis nummos. Et ad iura, quæ allegat glo. probantia debere intelligi de conſueta moneta. dic, quod loquitur de precio appoſito ab homine, ad hoc quod no. de ſeruitio quinquennij. §. eo. cap. 1. Quæro circa hoc, quot ſolidi. i. aurei faciunt libram. dic quod. 72. C. de ſuſceptoribus, & archariis. l. quoties. lib. 10. Quæro, quomodo computantur tres mẽſes, de quibus in textu. quidam dicunt, quod a tempore, quo potuit exponi venalitati, quod tenet Hoſtien. Alij quod a die ſerui empti. & traditi. arg. inſti. de rerum diui. §. per traditionem. C. de pac. l. traditionibus. primum verius, quia non valenti agere non currit præſcriptio. de conceſſ. præben. quia diuerſitatem. Sed ſi nullum fuit impedimẽtum procedit alia opi. Quarto, quid ſi iudæus † vendit ſeruum Chriſtia-
2 num ignoranti. glo. vlt. in fi. vult quod emptor poteſt agere ad intereſſe, & poteſt intelligi de ignorante, vel quia ignorat Chriſtianum eſſe, vel quod cuperet fieri Chriſtianum, vel credit, quod emptus fuit cauſa mercimonij, & expoſitus venalitati infra trimeſtre. vt quia hoc ſibi aſſeruit iudæus.

ADDITIO.

a De auro. Adde Feli. in c. conquerente. in 1. colum. de off. ordi.

De hæreticis. Rubrica.

Viſo de his, qui baptizari contemnunt, & Chriſtum non recognoſcunt, immo male colendo blaſphemant. Subijcit de his, qui poſt fidem, vel baptiſmum in hæreſim incidunt. De materia. 24.q.1.per totum. & q.3. §.qui vero. vſque ad fi.1.q.7. 23.q.7. & quod no. infra cap.3. in glo.1. Reperitur in ſexto & clementinis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus an cenſeatur errans in fide tenui articulo.*

DVbius. Habet duo dicta. ſecundum ibi
nec. primum ſe immutat. ſecun
dum legitur varijs modis. ſed ſecundum lec.
veriorem. hoc dicit. Ignorantia in articulis
a fidei non excuſat. No. de dictione omnino[a],
quæ propter negationem præcedentem idē
ſonat, quod nullo modo. ſimile de iura. calū. in pertractandis.
Oppo. primo ad primum dictum, quia non eſt hæreticus, niſi
qui pertinaciter defendit hæreſim. de ſumma tri. c.2.§.in fi. du-
bitans autem poteſt non pertinaciter defendere. Sol. textus in-
telligi debet de dubitante cum pertinacia, & animi delibera-
tione. ſi enim dubitaret ex ſcrupulo cōſcientiæ, vel per primos
motus, vt ſæpe contingit, nō tamen inhæret, ſed potius credit
id, quod credit Eccleſia Catholica, non eſt hæreticus. nam in
primis motibus non eſt proprie meritū, vel demeritum. 6.diſ.
ſed penſandum. & c.teſtamentum. dixi de eo, qui mit. in poſ.
cap.1. Sed meritum eſt reſiſtendo, ſi ſunt praui iuxta illud Pſal
mi. Beatus qui tenebit, & allider paruulos ſuos. i. primos cogi-
tatus prauos ad petrā: petra autem eſt Chriſtus. & ſi contra-
rium diceretur, non eſſet dare fidelem, qui non fuiſſet hæreti-
cus. ad hoc. 24.q.3. dixi. & quod dico ꝫ.e.cū Chriſtus. Op. ſecun
do ad ſecundum dictum. quia ignorātia excuſat, regula igno-
rantia. lib.6. Sol. tex. in hoc dicto intelligitur pluribus modis.
primo, ꝙ non eſt credendum ei, qui fidem veritatis ignorat. i.
infideli, ſi producitur in teſtem. ſic intelligit glo. vlti. & quod
dicit de dubio in fide, procedit, ſiue ſit baptizatus, ſiue non ba
ptizatus. pro hoc de teſti. c.primo. & hic intellectus eſt verus,
ſed non conuenit titulo. Secundo modo legitur de ignorante
veritatem fidei. i. qui baptizari non vult. vel ſi eſt baptizatus,
errat pertinaciter in articulo fidei. & ſecundum hunc intelle-
ctum dicit, quaſi idem, quod in primo dicto. Tertio legitur de
catholico, qui ignorat veritatem negocij, de quo quæritur, cui
ignoranter, & credendum non eſt. de iura. calum. in pertractā-
dis. Quarto lego prout iacet, ꝙ non excuſat ignorantia, ſi quis
dicit ſe neſcire articulos fidei. pro hoc no. de ſum. tri. ſuper ru-
brica. & quod no. glo. ꝫ.e. cum prius, & no. in dicta regu. igno-
rantia. habet enim locum, ꝙ dicitur, qui ignorat, ignorabitur.
1 Quæro quid, †ſi aliquis tenui articulo ſeu argumento errat in
b fide.[b] Sol. vt in glo.2. & expone, quod dicit articulo. i. argumen
to. & de hoc dic, vt dixi de præſumpt. literas, ad finem.

ADDITIONES.

a Omnino. Adde glo. in verbo, omnino, in clem. 1. de vi. & ho. cle. glo. in verbo, omnino. in c. & ſi Chriſtus. de iureiur. glo. ſingula. in verbo, omnino. in l.1. in §. ſi pecuniam. ff. depo. quam alle. pro ſingu. ibi Bald. & vide Fely. in c. ex parte. cle. 1. de off. dele. in prima col. vbi dicit, qđ iſta dictio, habet. 12. 5. ſing.
b In fide. Adde Inno. in c. ſicut. ſupra de ſymo.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus cenſetur non corrigens errantem in fide, cum poteſt.*

QVi alios. Breue eſt, & ſe ſummat. vel per alia
1 verba. hoc dicit. Non corrigens † er-
rantem in fide cum poteſt, hæreticus eſt. Oppo. pri
mo, quia nō facit titulum cum multiplex ſit error.
Sol. quod dicit errore, dic in fide. & fortius tenetur, ſi defende-
ret errantem. Oppone ſecundo, quia correctio ſpectat ad ſupe
riorem, non ad pares, vel inferiores. de maio. & obe. cum infe-
rior. Solu. vt in glo. quæ diſtinguit inter crimen committēdū,
& cōmiſſum. vt de primo ad ſolos prælatos pertineat. De ſe-
cundo ad quemcunque, pro hoc quod not. ꝫ. de ſent. excom.
quam te. vel dic indiſtincte quo ad errantem in fide, vt ſit ſpe-
ciale fauore fidei: maxime contra perſeuerantem in errore.
vel ſecundum Hoſti. Aut quæris de iudiciaria correctione, &
procedit contrarium, vt in iuribus al. in gl. Aut de euangelica.
& hæc pertinet ad omnes, de quo nota. de teſti. in omni. de co
gnat. ſpirituali. tua. Et hæc ſolu. placet. & de multiplici denun-
ciatione dixi de iudi. nouit.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus perſeuerans æternaliter damnatur.*
2 *Hæreticus & ſciſmaticus æquiparantur.*
3 *Catholici omnes dicuntur vnum corpus.*
4 *Hæreticus & ſciſmaticus ſunt extra corpus eccleſiæ.*
5 *Bona opera non proſunt hæretico.*
6 *Hæreſis vnde dicitur.*

1 FIrmiſsime Hæreticus † perſeuerans æter-
naliter damnatur, cui nec pro-
deſt baptiſmus, eleemoſina, vel martyrium. habet
duo dicta, ſecundum ibi omni. Nota, ꝙ hæreticus,
2 † & ſciſmaticus æquiparantur quo ad pęnam. differunt tamen
vt probat diuerſitas titulorum. Sed quodammodo poteſt hæ-
reticus dici ſciſmaticus diuidēdo ſe ab eccleſia, quæ eſt vnica.
3 Nota, ꝙ omnes catholici † ſunt vnū corpus ibi, incorporatus.
pro hoc, quod dixi in c. ad liberandam, in deciſa ad finem. No-
4 ta, ꝙ hæreticus, † & ſciſmaticus eſt extra corpus eccleſiæ, dici-
tur enim membrū abſciſſum. 23.q.7. quemadmodum. 1.q.7.
conuenientibus. verſi. Item Ioannes. vbi dicit. ꝙ hæreſis ſepa-
rat omnem hominem ab eccleſia. ad idem. 23.q.5. ſi vos. 24.q.
5. hæretici. & c. alienus. & c. omnis qui. & c. quicunque. Nota,
ꝙ quando adducitur aliqua authoritas, quæ tantum pro parte
facit, debet ſuccidi id, quod non facit, probat verbum. & poſt
pauca, ꝙ ſonat idem, quod & infra, vel &c. Nota, ꝙ hæretico,
5 vel ſciſmatico non proſunt bona opera, † adducit gl.2. dictum
apoſtoli primæ ad Corinthios 13. Oppone, ꝙ exiſtēti extra ca-
tholicam vnitatem prodeſſe poſſint bona opera. 22.q.2. ſi quę
libet. in fi. de pęni. diſt. 3. §. poteſt, ad fin. Sol. non proſunt quo ad
ſalutem. vt in textu, intelligēdo de ſalute æterna, vt in gl. fi. ſed
proſunt quo ad alios effectus. vt in eadem gl. vnde etiam ſi vi-
uens reducitur ad vnionem catholicam, bona opera reuiui-
ſcūt. de pęni. diſt. 3. pium. de quo per Hoſti. in ſumma, de pęni.
§. & an ficte. primo reſponſo. Quæro, nūquid hæreſis ſit vnica,
an plures facit textus in verbo omnem hæreticum. vbi dic, ꝙ
quantum ad hunc titulum hæreſis proprie eſt vnica in gene-
re. ſed habet multas ſpecies, quarum aliquas enumerat gl. pri-
ma. Et vltra glo. dic, ꝙ aliquando large loquendo dicimus iu-
dęos, & gentiles. ideſt non iudæos, nec chriſtianos eſſe hæreti-
cos, ex eo, quia non tenent articulos fidei. & de hoc no. 24.q.3.
§. quia vero. Dicitur etiam hæreticus, qui detrahit priuilegio
Romanæ Eccleſiæ, per quod præeſt omnibus. 22. diſt. omnes
qui. Item qui non recipit quatuor concilia. C. eo. l. quicunque.
& de ſumma. tri. l. fi. Item qui præcepta ſedis apoſtolicæ perti-
naciter tranſgreditur. 19. diſt. nulli. & ſic qui pertinaciter con-
tradicit canonibus, eſt hęreticus. pro hoc in auth. de priuilegio
dotis, hæreticis mulieribus non præſtando, poſt princ. 8. colla-
tione. de quo per Hoſt. in ſumma. eo. tit. §. primo. Ex prædictis
infertur, quod omnes hæretici ſunt excommunicati, quia gen
tiles & iudæi non ſunt excommunicati. Circa quod quæro,
de qua ſpecie hæreticorum loquitur hic titulus. Solutio pro-
prie loquitur de hęreticis, qui nouam ſectam confingunt, vel
ſequuntur cōtra catholicam vnitatem, vel qui male ſentiunt
de articulis fidei, vel de ſacramētis, & generaliter de omnibus,
qui ſunt obligati catholicæ vnitati per baptiſmum, & ab ea
pertinaciter recedunt dogmatizando vel immutādo aliquid
contra vnitatem prædictam. de ſumma trin. cap.2. Ex hoc infe
ro, ꝙ non eſt hæreticus, niſi qui eſſe vult. probat hoc dictum
cap.2. in fi. de ſum. trin. & quod ibi dixi. Quæro, vnde dicitur
6 † hæreſis?[a] dic, ꝙ dicitur ab electione erroris, vt probatur in c.
a hereſis. 24.q.3. vel ab erro erras, vel ab hæreo hæres, vel ab erci-
ſco, ideſt diuido ſicut dicitur familiæ erciſcundæ. prima expo-
ſitio eſt magis propria, vt patet ex ſtatim dictis in præcedenti
quæſtione.

ADDITIO.

a Hæreſis. Adde doc. ſupra in rubrica. & per Hoſti. in ſumma huius titu. in §. primo.

SVMMARIVM.

1 *Scripta damnatorum de hæreſi an poſſint recipi.*
2 *Sacramenta recepta ab hæreticis an valeant.*
3 *Sacramenta ſcienter ab hæreticis recipientes an peccent.*
4 *Diuina ab hæreticis audire an ſit licitum.*
5 *Conſtitutus in mortis articulo an licite recipiat ab excommunicato ſacramenta.*

Frater-

Digitized by Google

FRaternitatis. Breue eſt. Sed per alia verba hoc dicit. Scripta per hæreticos non habent fidem authenticam. hoc dicit, vel aliter. Damnato authore damnãtur eius opera, ſeu libri, uel ſcripturę. Primò ratio. ſecũdo dictum ibi quomodo. quomodo, ſuſpenſiue legitur, quaſi dicat, ꝙ non. Opp. primò, ꝙ Epheſina ſinodus non debuerit allegari per Papam, cũ fuerit reprobata. 16. diſ. quoniam ſanctæ. So. hoc c. refert ſe ad primam ſinodum epheſinam. contrarium loquitur de ſecunda.

1 Op. ſecũdò, ꝙ ſcripta † damnatorum de hæreſi ſi ſint alias bona, pñt recipi 1. qu. 1. Dominus declarauit. & c. nõne, vbi ſunt concordantiæ ad hoc, confirma contrarium, vt in gl. So. dicit hic gl. ꝙ nõ ſunt recipienda, niſi ex ſpeciali permiſſione, & approbatione, ſicut fit de aliquibus ſcriptis Origenis, qui fuit dãnatus poſt mortem, de hoc Origene dicunt aliqui eum, excuſabilem, quia errores inſerti in ſuis libris, non per eum ſed per hæreticos aliquos appoſiti fuerunt ad offuſcandũ nomen ſuũ, quam excuſationem improbat beatus Hieronymus in epiſt. ad Pammachium. Fuit tamen Orig. multæ commendabilitatis in vita, vt in hiſtorijs patet. Et dicit Hier. ſe legiſſe ſex millia voluminum eum feciſſe. Sed per ſolutionem gloſſæ non tollitur contrarium, vnde dic melius, ꝙ ſcripta damnatorum non recipiuntur tanquam auctorizabilia, ſicut recipiũtur ſcripta approbatorum, vt Auguſtini, & aliorum patrum. Sed ſi ſunt alias rationabilia, recipi poſſunt nõ habito reſpectu ad authores, vt in contrarijs. Ex vtraque ſolutione infert, ꝙ ſublato principali tollitur acceſſorium, ad quod glo. in fi. all. c. & hæc diximus, & ibi de hoc, & de noui op. nunc. c. 2. dixi in c. debitores de iureiuran. no. in regula acceſſorum. li. 6. Op. tertiò ad idem; nam licet tabellio fecerit aliqua inſtrumenta falſa; tamẽ quãdiu tolleratur, tenent alia inſtrumẽta. ad hoc. 8. q. 4. nonne. melius de cohab. cle. veſtra. Ergo eodem modo dato, ꝙ aliqui ſint hęretici, licet in erroribus non ſtetur eorum dictis, in alijs ſtari poteſt. Sol. ſecũdum Inn. tex. hic intelligitur in expoſitionibus ſcripturarum, & in alijs geſtis ab his, qui non habent officium publicum, vt tunc damnato authore, & illa damnentur. 9. diſ. ſi. ad ſacras. 16. diſt. c. primo. 37. diſt. ſi quid. Sed in habentib. officium publicum, vt eſt tabellio, procedit contrarium, & hoc propter publicam vtilitatem, & ne veniẽtes ad tales decipiantur. ff. de off. præt. l. barbarius. ad macedonianũ. l. 3. primo reſponſo. de off. præſ. l. ſi forte. C. de lat. lib. tol. l. una, §. ſed & ſi qs. de teſtamentis. l. 1. ad hoc, de elec. querelam, de iu. pat. conſultationib. Opp. quartò ad hoc de. c. cura. 9. q. 3. de conſecr. diſt. 4. non liceat, & expreſſius in d. c. ſi ad ſacras. ff. de ædilitio edicto. l. cum eiuſdem. So. ſecundum Inn. ſi inſtrumentum, vel dictũ teſtis in vno reprobatur, non tantum quoad illud, ſed in totũ reijcitur, vt in contrarijs. Sed quod dictũ eſt, procedit de alijs inſtrumentis. Oppo. quintò ad hanc ſolutionem, quia dato, ꝙ inſtrumẽtum in vno c. reprobetur, poteſt tenere in alio, habet enim vim plurium inſtrumentorum de fi. inſt. c. 3. vbi dixi. So. aliquando reꝓbatur inſtrumentum circa ſubſtantialia, vel circunſtantias ſubſtantiales negotij, de quo agitur, vt ſi cum ageretur de predio inter cõtrahentes, tabellio ſcripſit de pecunia, vel cum ageretur inter. A. & C. ſcripſit inter. B. & C. & tunc ex toto reprobatur, & ſic ꝓcedit, quod dictum eſt, per hoc de reſcriptis ſignificante, & quod ibi no. Et eſt ratio, quia non debet notarius in inſtrumento ponere niſi id, de quo fuit rogatus, vt dixi de fi. inſtru. c. primo. & 2. Idem & in teſtimonio, quia non debet teſtis dicere niſi de eo, quod per ſenſum percepit, de teſti. cum cauſam. 9. q. 3. teſtes. Aliquando etiam ſuit circa acceſſoria, vel circa circunſtantias non ſubſtantiales, & tunc non per hoc vitiatur inſtrumentum, vel teſtimonium, vt ſi dicatur contrahentes eſſe de alio lõco, quam ſint. ratio, quia locus nõ alterat diſpoſitionem, de elect. quod ſicut. de iud. cum deputari, & licet in hoc videatur contradicere c. ſignificante, præalle. dic, ꝙ non obſtat per ea, quæ ibi dixi intelligendo, ꝙ per alias coniecturas ibi non poterat de perſona conſtare. quod dic, vt ibi dixi. hæc ſunt in effectu verba Inn. licet formalius recitata. Ego autem dico, ꝙ quoad dictũ teſtis, ſi quid aſſertiue dixit, in quo cõuincitur de falſo, teſtimonium totum uitiatur, quia per hoc infertur periurus attento eo, quod iurat, de quo de teſti. fraternitatis. Periuro autem in nullo creditur de teſti. teſtimonium. Sed quò ad inſtrumentum dico, ꝙ aut continet vnũ negotium tantum, & procedit diſtinctio prædicta, & eſt notabilis. Aut continet plura capitula diſtincta, & tunc aliquando falſitas eſt in aliqua parte concernente totum inſtrumentum, vt in ſubſcriptione tabellionis, vel in annis Domini, & tũc adhuc procedit diſtinctio prædicta: tamen de annis Domini, & indictione, an error in eis vitiet. dic, vt de fide inſtrume. inter. ver. ſed contra, aut uitium eſt in aliqua parte non concernente totum inſtrumentum, vt in aliquo capitulo diſtincto ab alijs, & tunc niſi cũuincatur, falſitatem fore commiſſam per tabellionem, licet vitietur illud capitulum, cætera tenent, pro hoc de teſt. Rainutius, & Rainaldus, de arb. cum tempore, & quod dixi in c. 3, de fide inſtrumentorum. Oppo. ſexto ad prædicta, ꝙ imo indiſtincte reprobato uno inſtrumento, omnia inſtrumenta eiuſdem tabellionis reddantur vitioſa, ſicut ſi teſtis fuit damnatus, non creditur ei, etiam in alio iudicio, de teſti. teſtimonium. Sol. ſecundum Inn. verum eſt contrarium, quando tabellio, vel alia publica perſona fuit de falſo accuſata, & condemnata, quia ex nunc in futurum nulla per eum geſta tenẽt. Alij autem, vt refert Inn. diſtinguunt prout no. de fi. inſtr. ex literis, an. ſ. falſitas ſit commiſſa circa præiudicialia, an non. Alij an in inſtrumento ſint diuerſa capitula, & ſeparata. An ſit unum capitulum, uel plura connexa, vel quorum vnum eſt acceſſorium ad reliquum, vt primo caſu cætera non vitientur. ff. de minorib. l. etiam, de neg. geſt. l. atque natura, & l. eum actũ, de app. vna. Inn. autem approbat dictum primum, & eſt verũ, quia authoritas inſtrumentorum dependet ab authoritate tabellionis, vt dixi de fide inſt. cum Ioannes. Sed duæ diſtinctiones præcedentes ſaluari poſſent ſecundum ea, quæ dixi in ſolutione præcedentes contrarij. Opp. ſeptimò adhuc ad prædicta,

2 & ad textum ſimul, quia ſi recipiuntur ſacramenta † ab hæreticis, valent quoad eſſentiam. 33. diſt. §. verum, & etiam conferunt gratiam ſi ignoranter recipiuntur, 1. q. 1. eos qui. Ergo & ſcriptis hæreticorum ſtari poteſt. Sol. contrarium procedit de ignoranter recipientib. in quibus attendimus fidẽ recipientis & uim ſacramentorum potius, quàm miniſtrum per id, quod infra dicam. Sed quoad ſcripta per hæreticos, ut eis ſtetur tanquam aucthenticis, procedit textus declarando, ut dixi in primo contrario. Quæro circa ſtatim dicta, nunquid ſit uerum, ꝙ teneant ſacramenta collata ab hæreticis, uel ab alijs inhabilibus, ita ꝙ conferant gratiam, hanc quæſtionem proſequendo gl. Inn. valde intricatam, & eam clare declarando proſequor per plures qõnes. Quæro itaque primo, quid ſi aliquis ignorãter, vel coacte recipit ſacramenta ab hæreticis, an recipit gratiam, & an tenet collatio quoad omnia, dicit Inno. ꝙ ſic, nam iudex fuit hæreticus. 1. qu. 1. eos, & tamen baptizati ab eo receperunt gratiam, alias qui eum miſit ad hoc, decepiſſet illos, qđ nõ eſt dicendũ, 1. q. 1. Chriſtus, & c. dedit, & hoc quo ad ignoranter recipiẽtes, ſed quo ad coacte recipientes, diſtinguit Inn. an fuerit precisa, & idem, quod de ignorantibus, pro hoc 1. q. 1. Dñs declarauit, ad fin, ꝙ metus cauſa, ſacris. Aut fuit conditionalis, & tunc non excuſat, & ſic non tenet collatio, nec confert gratiã, 50. diſt. presbyteros. Ad prædicta eſt, quia ſicut non tenet collatio, quando præciſe reſiſtit, de baptiſmo maiores, ver. pen. & fi. Ita nec debet teneri ad pœnam peccati, & ſic intellige, quod dixi præciſe coactum excuſari, non tamen recipit gratiam, ſicut recipit ignorans, quia collatio non tenet, pro hoc etiam, eſt quantum ad ignorãter recipientes, quod dicitur de infantibus, 1. q. 4. c. 2. & 3. Opp. ad hoc de c. etiam, & tribus ſeq. 1. q. 1. vbi dicitur ignorantibus gratiam non conferri. So. ſecundum Inn. illud procedit, ſi poſtea ſciuerunt, & non reconciliãtur eccleſiæ per manus impoſitionem, & hoc ſi habuerunt facultatem. 1. q. 4. c. 2. & 3. 24. q. 3. notandum: nam tunc peccant, & ſic carent gratia, vel aliter dicit Inn. quòd ſi ſacerdos bonus eſt, per eius meritum gratia confertur. Si autem fictus eſt, licet fides eccleſiæ, & virtus ſacramenti proſit: meritum tamen ſacerdotis non proſit. 1. q. 1. per Eſaiam. Quæro, quid de ſcienter

3 recipientibus ſacramenta † ab hæreticis, dicit Innoc. quod peccant, & non recipiunt gratiam, d. c. etiam. 1. q. 1. & tribus ſequẽtibus. Sed quid eſt cauſa tollendæ gratiæ? dicit Inno ꝙ conſtitutio eccleſiæ, quæ hanc prohibet: ſurgit autem prohibitio, quia permittit de ſacramento baptiſmi, ꝙ ex cauſa neceſſitatis poſſit a talibus recipi. 32. diſt. §. verum: quia non attenditur, qualis ſit miniſter: ſed Deus ſolus dat gratiam, ergo de alijs ſacramentis intelligitur prohibitum. ad hoc de præſump. nõne, 25. diſt. qualis. Quæro quid de excommunicatis, depoſitis vel ſuſpenſis, dicit Inn. ꝙ non debent recipi ſacramenta ab eis, ſicut nec ab hæreticis, pro hoc, qđ no. de ordi. ab epiſcopo c. 1. & 2. Oppone ad hoc, quia fornicarius, & ſymoniacus notoriꝰ ſunt ſuſpenſi, de cohab. cle. veſtra, & tamen in caſu neceſſitatis corpus Chriſti, & baptiſmum conferunt. 32. diſt. §. verũ. Sol. quantum ad baptiſmum cõtrarium non obſtat, quia vt dixi etiam ab hæretico recipi poteſt in articulo neceſſitatis. Sed quantum ad corpus Chriſti; dicit Inn. ꝙ a prædictis. ſ. depoſitis, excõmunicatis, & ſuſpenſis excipitur fornicarius, & ſymoniacus notorius, qui hoc poteſt; ſed cum tantum de euchariſtia ſibi permittatur, ad alia ſacramenta non debet fieri extenſio, quia qđ de vno dicitur, de alio negatur: de præſump. nonne. Sed quo ad euchariſtiam, ex quo licet ab eis recipere, licitum eſt eis tangere ſecundum Inn. non tamen conficere ſecundum eum, ratio quia non inuenitur permiſſum. Circa hoc ponit Innoc. quædã alia, quæ omiſit Io. An. quia Archidiaconus dixit ea non eſſe

in

Digitized by Google

in originali Inn. de quibus omnib. remittit Inn. ad notata in c.
commiſ. infra de ſciſmaticis, & dicit ibi notata plus ſibi pla-
cere, tamen quia in libris Inno. habentur, ea recito. Quæro ita-
4 que quid, ſi quis audit diuina† ab hæretico, dicit Inn. ꝙ licitum
eſt, quamdiu tolleratur. 8. q. 4. nonne. Quæro de ſuſpenſis alio
modo, quam propter fornicationem, vel ſymoniam notoriã,
dicit Inno. quòd etiam a talibus, ſi tolerantur licitè audiuntur
diuina, & hoc ſiue ab homine, ſiue a iure ſint ſuſpenſi, imo ſe-
cundum Inno. idem dici poſſet in depoſitis: quia ſimilis eſt ra-
tio in omnibus pro hoc, C. de diuerſis reſcriptis, l. ſi libellum,
vbi ſi in ſupplicatione fuit petitum pro pluribus: & in conceſ-
ſione fuit reſcriptum pro vno ſolo: tamen intelligitur conceſ-
ſum omnibus propter rationis identitatem, ibi tamen ſubeſt,
& alia ratio. ſ. paruitas præiudicij, quæ facit, vt perſona intelli-
gatur repetita, aliàs eſſet ſecus, vt ibi no. Bar. Quæro, an ab hæ-
5 retico, vel excommunicato in mortis articulo conſtitutus† li-
cite recipiat corpus, dicit Inn. ꝙ nõ per c. ſuperueniente, 1. q. 1.
licet ſupra aliud dictum ſit de baptiſmo: nam in baptiſmo eſt
alia ratio. ſ. maioritas periculi, per hoc dicit Inn. quod ſicut nõ
peccat recipiens baptiſmum a talibus: ita nec ipſi dãtes, quod
no. Quæro de omnibus ſacramentis, per quæ non confertur
executio. i. per quæ non habilitatur ſuſcipiens ad ea alijs mini-
ſtranda: ſicut eſt pœnitentia, & extrema vnctio. dicit Innocẽ. ꝙ
etiam ſi recipiantur a ſuſpenſo quocunque, donec toleratur,
confertur gratia: quia gratiam operatur ſolus Deus, arg. ca. Iu-
das, 1. q. 1. Quid de ſacramentis conferentibus executionem,
vt eſt ordo, dicit Inno. ꝙ recipiens a ſuſpenſo non ſuſpenditur
ab ordinatione, de ſym. per tuas, vbi de hoc, ſed tamen execu-
tionem non recipit: quia ille ſuſpenſus dare non potuit, quia
nemo dat, quod non habet, 1. qu. 7. daibertum, de iu. pat. quod
autem. Quæro, quæ eſt ratio diuerſitatis, quia in caſu præce-
denti confertur gratia, & in hoc caſu non confertur executio,
dicit Inn. ꝙ eſt, quia executio cõfertur ab ordinatore: qđ patet,
quia dat ea, quæ ſunt ſigna executionis, vt planetam, ſtolam,
& ſimilia, 23. diſ. per totum, & melius. 11. q. 3. Epiſcopus. Sed vt
dixi in quæſtione præcedenti gratiam non conferri a collato-
re, ſed a Deo. Sed oppone ad hoc, quia ſequeretur, ꝙ ſi Archi-
diaconus tradit vrceolum ſubdiacono, vt facere debet, 23. diſt.
diaconus, & ipſe Archidiaconus ſit ſuſpenſus, ꝙ ſubdiaconus
non reciperet executionem, quod eſt falſum. Item ſequeretur,
ꝙ ſi Paganus baptizat, non conferretur character baptiſmi, quẽ
non habet Paganus, quod eſt falſum, vt probatur de conſecra.
diſt. 3. Romanus. So. ad primum dicit Inn. ꝙ executio confer-
tur ſubdiacono, non ab Archidiacono, ſed ab Epiſcopo ordi-
nante. Ad ſecundum dicit, ꝙ in baptiſmo agit ſolus Deus 19.
diſt. ſecundum. Quidam tamen, ut refert Innoce. dicunt indi-
ſtincte ꝙ omnes ſuſpenſi occulti, & etiam ab homine, & om-
nes ſuſpenſi a iure conferunt executionem, de quo dicetur in
c. primo, de ſciſmaticis, & dicit Inno. ſibi magis placere quod
ibi dicit, quam quæ ſuperius dicta ſunt. Ego autem ibi ponam
veritatem tam quoad notata in hoc c. quam in c. per tuas, 2. de
ſymonia.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus inſtituens hæreticos excommunicatus eſt.*
2 *Damnatur quandoque aliquis poſt mortem.*

SI quis epiſcopus. Secundũ lectu. gloſę
i ſumma hoc dicit.
1 Epiſcopus†, qui hæreticos ſiue extraneos ſiue con-
ſanguineos inſtituit hæredes, excommunicatur:
nec nomen eius inter Dei ſacerdotes recitabitur. Primò the-
ma, ex quo quęſtio, & exceſſus, ſecundo ſolutio, & pœnæ iniũ-
ctio ibi, ſaltem epiſcopus, idem de quolibet clerico inf. ca. pro-
ximo. Saltem quaſi dicat, nedum in vita. Recitetur, forte erat
aliquis liber, in quo ſolebant poni nomina epiſcoporum de-
functorum, & pronunciari annuatim diem obitus, vel dic re-
citetur. i. inter catholicos non enumeretur, ſed cenſeatur hæ-
reticorum fautor. Oppon. primò, quod non debeat puniri
epiſcopus ex hoc, quod inſtituit extraneos: quia in bonis pro-
prijs poteſt inſtituere, quem vult. de teſta. c. primo. Solu. textus
legitur duobus modis, vno modo, vt loquatur in bonis eccle-
ſiæ. Alio modo, vt loquatur in bonis proprijs epiſcopi. Quò
ad primum modum obiectio non procedit: quia de illis non
teſtatur epiſcopus dicto c. primo, ſed quò ad ſecundum modũ
procedit. Item hoc ſecundo modo legitur duobus modis, pri-
mò prout iacet litera & tunc eſt ſenſus, ꝙ ſi Epiſcopus inſtituit
extraneos, i. non conſanguineos, non inſtituta eccleſia, debet
anathematizari vt hæreticus, & hanc lecturã quidam ſuſten-
tant dicentes, quòd præſumitur contra eum, ꝙ non dilexerit
eccleſiam, ex eo, ꝙ præpoſuit extraneos, ſed hæc lect. eſt duriſ-
ſima, nec habet radicẽ veritatis, quia ſtat cõtrarium primum.
Vnde legitur alio modo per tranſpoſitionem, ut legit glo. pri-
ma, vt verbum hæreticus concernat verbũ extraneos, & ver-
bum conſanguineos, & hanc tenent Ala. Laur. Inn. Hoſtiẽ. &
omnes, & eſt vera. & ſecundum eam ſummaui. Pro hac lec.
induco tex. in dictione, etiam, quæ eſt implicatiua. Op. Secun-
dò ad hanc lec. nam poſſibile eſt, ꝙ ignorauit inſtitutos eſſe hę-
reticos, & probabilis ignorantia excuſat. de ele. ex. mi. apoſtoli-
cę. Sol. intellige de ſciente. pro quo eſt verbum prætulerit. Op.
tertio, ꝙ decretalis hæc non pertineat ad titulum. Sol. pertinet
ad verbum paganos per id, quod dicit gl. 2. ꝙ idem iuris, quod
de hæreticis, ſicut & aliàs parificantur pagani Iudæis ſup. tit. 1.
cum ſit. Oppon. quarto, ꝙ poſt mortem non poſſit damnari.
32. diſt. quorundam 24. quæſt. 2. cap. 1. e. tit. accuſatus §. ſi vero.
in fi. lib. 6. Sol. vt in gloſſ. fin. pro qua eſt, quod notauit Hoſt. in
ſumma de accuſa. §. ſi quis accuſari, & Spe. de accuſatore. ad fi.
ver. Item quòd reus, & de hoc 24. q. 2. in ſumma. Ex prædictis
2 habes caſum, in quo damnatur† alicuius memoria poſt mor
tem. Oppon. quintò ad hoc, quia debet præſumi pœnituiſſe in
vltimo articulo. pro hoc, quod no. 88. diſt. neque. Sol. vt ibi: po-
tius enim præſumitur impœnitens. pro hoc regula ſemel li. 6.
Et pro intellectu, quem poſui, eſt expreſſe c. ſequens.

IN eos. Hoc c. declarat precedens, & probat in-
tellectum verum ibi poſitum, extendẽ-
do illud, non tantum ad paganos inſtitutos: ſed ad
omnes non catholicos. Oppon. in eo, ꝙ dicit de epi
ſcopis, & presbyteris dictum eſſe, nam in ca. præcedenti dixit
ſolum de epiſcopo. So. refert ſe ad principium huius c. vbi epi-
ſcopi, vel presbyteri, & quod dicit de reliquis clericis, idẽ dic
etiam de alijs non clericis, per rationem gloſſ. vlt.

S V M M A R I V M.

1 *Chriſtus eſt perfectus Deus, & homo.*
2 *Homo conſtat ex anima rationali, & corpore.*
3 *Papa an poſſit facere nouos articulos fidei.*
4 *Articulos fidei quomodo quis teneatur credere.*

1 CVm Chriſtus. Chriſtus † eſt perfectus
Deus, & perfect⁹ homo:
quod qui negat, hæreticus eſt. Primò ponit dictũ,
ex quo ſecundo mandat, ibi mandamus. tertiò ra-
tionem reddit, repetens primum dictum ibi, quia ſicut. No. ꝙ
a Chriſtus eſt verus homo[a], & ſic non fantaſticus, vt dicebant
Manichei de cele. Miſſarum, in quadam, in prin. No. ꝙ homo
2 conſtat ex anima rationali, & corpore, & anima rationalis† p
ſe, & eſſentialiter eſt corporis forma, de ſum. tri. cle. vna. i prin.
Quæro, quę fuit ratio dubitandi. dic, ꝙ quidã dicebant contra-
rium per id, quod dicitur ad Philippenſes ſecundo. in ſimilitu
dinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. vnde
dicebant, ꝙ aſſumpſerat humanam formam, vt habitum, &
ꝙ potius continebatur ſub prædicamento habere, quam ſub
prædicamento ſubſtantiæ. quod hic reprobatur. Et ad autho-
ritatem reſponde, ꝙ non negat ſubſtantiam: quia non dicit ha
bitu tantum, nec aliquid aliud, quod inferat negationem ſub-
ſtantiæ. De dictione autem inferente negationem habes, de
cauſa poſſeſſionum eccleſia. Opp. primo in eo, ꝙ mandat ſub ana-
themate. potius namque deberet iudicare hæreticos hoc te-
nentes, & per conſequens excommunicatos ipſo iure. gloſſ. ſtat
contrario tractans de articulis fidei. de quibus dixi de cele. miſ.
& de ſum. trin. ſuper rubrica. Oppon. ſecundò in eo, ꝙ dicit de
cętero. nam conſtitutio hæc cum ſit iuris diuini, debet reſpice-
re præterita. de conſti. c. fi. & de vſuris, cum tu. So. ſta cõtrario.
3 Circa hoc quæro, an† Papa poſſit facere nouos articulos[b] fidei.
b videtur, ꝙ ſic per hunc tex. in verbo de cętero. In contrarium
eſt, ſi exponis, vt in contrario præcedenti. vbi not. ꝙ articulus
fidei poteſt accipi ſtricte large, & largiſſime. Primo modo, di-
citur articulus id, quod & nunc, & ſemper credi debuit, & ſe-
cundum hoc dicuntur articuli, qui ſunt in ſymbolo apoſtolo-
rum, quos omnes fideles tenentur ſcire explicite, vt in iuribus
all. in glo. Large dicitur articulus id, ꝙ ſurgit per diffinitiones
factas per ſummos pontifices, vel concilia: vt tres perſonas eſſe
æquales, & alia multa, de quibus 15. diſt. c. primo. ſecundo, &
tertio. de conſe. diſt. 4. c. pen. fin. & iſtos neceſſe eſt credere im-
plicite: ſed explicite tenentur ſoli prælati, qui debent ſcruta-
biliter ſcire legem: vt in iuribus all. in gloſſ. Largiſſime dicitur
articulus

A D D I T I O N E S.

a Homo. adde c. nouit ſup. de iudi.
a Articulos. adde Zenzel. in extrauaganti Io. 22. incip. inter nonnullos. Sanctus
Tho. 2. 2. q. 1. idem in quarto ſen. diſt. 17. q. 4. 2.

articulus omnis vera ſententia concernens fidem, etiam ſi nõdum ſit diffinita. Ex hoc ſoluitur quæſtio, quod Papa poteſt facere nouum articulum ſecundo & tertio modo. & proprie tertius modus quo ad hoc, coincidit cum ſecundo, per hoc infertur, quod de aliquibus articulis licitum eſt dubitare, ſeu nõ illicitum: vt de nondum diffinitis, & poteſt poni exemplum ꝑ extrauagantem Benedicti, quæ incipit Benedictus Deus, & eſt de iuſſione diuina: licuit enim ante illam dubitare. Et iſtos articulos Spe. vocat articularia fidei. de leg. §. nunc breuiter. verſi.
4 de ſecundo. Quomodo† autem teneatur quis credere articulos no. Inn. de ſum. tri. in c. primo. & ego ibi dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Mentio generalis de priuilegiis, ſufficit, vt ipſis derogetur.*

SIcut autem. Hæretici receptatores, & fautores ipſorum ſunt excõmunicati. & decedentes in hoc peccato in cimiterio eccleſiæ ſepeliri non debent, nec debet pro illis orari. Tholoſanis non ſolum quo ad iſtos, ſed etiam quò ad omnes eſt canon latæ ſententiæ Inno. Receptatores ſimile de homi. pro humani, libr. 6. Negociationem idem in non excommunicatis 11. quæſt. 3. ſicut, & c. ſequentibus, de paganis dictũ eſt ſup. tit. primo, quam ſit. Quibuſcunque, vt templarijs, & hoſpitalarijs. Sepulturam & contrafacientibus, & loco infligitur
1 pœna inſt. co. cap. 2. primo reſponſo lib. 6 Not. de textu, quòd†
a ad derogandum priuilegijs ſufficit generalis mentio[a] de ipſis, ibi priuilegiorum, de hoc plene per Io. An. de exceſſibus prælatorum c. vno lib. 6.

A D D I T I O.

a Mentio. adde. Ab. in cap. cum inſtantia ſup. de cenſibus.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreticus cenſetur ſentiens de ſacris eccleſiæ aliter, quam eccleſia.*
2 *Epiſcopus de hæreſi inquirere tenetur.*
3 *Diœceſis nomen includit ciuitatem.*
4 *Capitulum ſuccedit epiſcopo in iuriſdictionalibus.*
5 *Hæretici omnes ſunt excommunicati.*
6 *Hæretici ſunt obumbrati.*
7 *Clericus propter hæreſim, an ſit tradendus curiæ ſeculari.*
8 *Pœna hæretici, quæ dicatur.*

AD abolendam. Diuiditur in partes ſex, ſecũda in §. qui vero. tertia in §. illos, quarta in §. ſtatuimus, quinta in §. ciuitas, ſexta in §. ſi qui vero. principium. h. d. Hæreticus male ſentiens, vel docens de ſacramentis eccleſiæ, excommunicatus eſt, niſi ſe corrigat, & errorem abiuret. & ſi eſt clericus, degradatur, & traditur curiæ ſeculari per quam laici legitime puniuntur. Clerici epiſcopi, id eſt capitulum eccleſiæ cathedralis. Fuſcatus inf. cap. accuſatus in fin. lib. 6. Nudetur inf. e. cap. 1.
1 lib. 6. No. quòd ſentiens† de ſacramentis eccleſiæ aliter, quam eccleſia, eſt hæreticus, & hoc quò ad omnia ſacramenta, licet enumeret tantum tria in ſpecie ſcilicet ſacramentum eucharistiæ. de quo tractatur de conſe. diſt. 2. per totum, maxime in cap. cum omne. & ſup. de cele. Miſſarum. per totum. Et baptiſmum de quo de conſe. diſt. 4. & ſupr. de baptiſmo per totum. Et confeſſione, de qua de pœnitentia per omnes diſt. & inf. de pœnitentijs per totum. Reliqua ſacramenta ſunt confirmatio in fronte. Ordo, extrema vnctio. De matrimonio ponitur in textu, de quo de biga. debitum. Et de omnibus in rubrica de ſacra. non iterandis. No. quòd quilibet tenetur credere in pertinentibus ad fidem, prout credit Romana eccleſia. con-
2 cor. in gloſſ. prima. Not. quòd epiſcopus † tenetur de hæreſi inquirere. hic tamen ſolum probatur, ꝙ poſſit, ſed ꝙ teneatur, & puniatur negligens, probat c. excommunicamus, & c. iſtud in fin. non tamen poſſunt epiſcopi dubia fidei decidere: quia ſunt reſeruata Papæ 24. quæſt. 1. quotiens. de baptiſmo maio-
3 res. No. ꝙ nomen diœceſis† includit ciuitatem[a], ibi per diœce-
a ſes, ad hoc de offi. ordi. cap. primo, de rerum permut. c. vno. li. 6. Not. ꝙ epiſcopus inquirit de hæreſi cum conſilio clericorum, id eſt ſui capituli: quod debet requirere in arduis, de conſue. c. 3. lib. 6. & non expedit, ꝙ expectet conſenſum de his, quæ ſiu. a
4 præla. nouit. & c. quanto. Not. ꝙ capitulum † ſuccedit epiſcopo
b in iuriſditionalibus[b] ſup. de ma. & obed. hiſque, & c. cum olim,
5 de quo inf. dico. No. ꝙ omnes hæretici† ſunt excommunicati[c]
c ipſo iure ibi, perpetui anathematis innodamus, & dic perpetui donec reſipiſcant, & abſoluantur, de cohabi. cle. clericos, & ibi concordantiæ. Not. de vicinis epiſcopis aduocandis, ad hoc 7.
6 quæſt. 1. pontifices. Not. ꝙ hæretici† dicuntur obumbrati: eſt enim in eis obumbratio, & non veritas de conſue. quanto. Oppon. primò in princ. cũm dicit vniuerſos, per hoc enim cõprehendit Iudæos, & cæteros non Chriſtianos, qui tamen non ſunt capaces excommunicationis, quia nihil ad nos de his, qui foris ſunt, id eſt extra fidem 2. quæſt. 1. multis, de diuor. gaudemus, licet alijs pœnis quandoque coerceantur ſup. tit. 1. Iudæi 2. vbi de hoc. Sol. dic vniuerſos, ſ. Chriſtianos, vt fiat relatio ad titulum, vt fieri debet ſup. in procemio, & quod ibi dixi. Soli namque Chriſtiani poſſunt cenſeri hæretici. Opp. ſecundò, ꝙ
7 clericus † propter hæreſim non ſit tradendus curiæ ſeculari[d],
d quia etiam ſi nudetur prærogatiua ordinis eccleſiaſtici, vt in textu, quod ſit per depoſitionem, per hoc non deſinit gaudere priuilegio clericali; niſi ſit incorrigibilis 81. diſt. dictum, de iudi. cum non ab homine. Solu. quò ad hoc an depoſitus gaudeat priuilegio clericali. glo. in verbo prærogatiua. ponit duas opi. vnam Laurentij, quam reprobat. Alteram Hug. diſtinguẽtis, vt in gloſſ. & pro hac eſt, quod no. in cap. dictum præalle. & quinquageſima diſt. accedens inf. de ſen. excommu. contingit primo. & hodie eſt deciſum per cap. 2. de pœnis lib. 6. in fin. per hoc infertur, ꝙ ſi quis percutit clericum depoſitum non incorrigibilem, eſt excommunicatus ex quo nondum eſt traditus curiæ ſeculari. Quo autem ad aliud, quomodo hic ſtatim traditur curiæ ſeculari, gloſſ. in verbo relinquatur, ad quam quotidie fit remiſſio, dicit ſpeciale hic, ponens, & alios duos caſus. Quidam tamen dicunt in omnibus caſibus poſitis in gl. quòd ſi eſt non incorrigibilis, non debet tradi curię ſęculari, & quod tex. debet intelligi de incorrigibili. pro hoc ꝙ not. gloſſ. 2. q. 7. ſi qui ſunt in additione Brixien. & de hoc 11. quæſt. 1. ſi quis ſacerdotum, quod placet quo ad id, quod dicit tex. ꝙ traditus curiæ ſeculari punietur animaduerſione debita. nam propter hęreſim non punitur hæreticus vltimo ſupplicio, niſi ſit relapſus, & dummodo velit corrigi. infr. §. illos, & inf. co. accuſatus, li. 6. & ſecundum hoc nullum ſpeciale hic, ſed quatenus intelligeremus textum de alia pœna, quam vltimi ſupplicij, poſſet dici, quod depoſitus etiam non incorrigibilis hoc caſu ſtatim traditur curiæ ſęculari, & hoc expreſſe innuit hęc litera. & tũc dico, quod eum percutiens nõ eſt excommunicatus. pro hoc, quia textus dicit, quòd nudatur prærogatiua totius clericalis ordinis, ſed priuilegium canonis, ſi quis ſuadente, conceditur ordini. Sed præcedens intellectus eſt verior, & expreſſe probatur in ver. niſi. Ex quo concludo, quòd ſi vult corrigi, non debet deponi, nec tradi. ſed ſi perſiſtit in errore, ſtatim deponitur, & traditur curiæ vltimo ſupplicio puniendus: poteſt tamen pœnitere vſquequo punitur: & ſic de facto obſeruatur in non relapſo. & tunc, ꝙ nihilominus remanebit de iudicio ſęculari. ex quo traditus fuerat, & non gaudebit priuilegio canonis, ſi quis ſuadente. Pro hoc, ꝙ dicit gloſ. in verbo ſponte recurrere. Opp. tertio ꝙ non ſufficiat iſti redeunti ab hęreſi ad arbitriũ epiſcopi abiurare, ſed debet hoc facere in concilio 1. qu. 7. ſi qs epiſcopus. So. vt in gl. in verbo ad arbitrium, & de hoc, 50. diſt. de eo. Opp. quarto in verſ. laicus, quatenus laicus abiurare debet, prout dictum eſt, id eſt ad arbitrium epiſcopi, cum potius deberet hoc fieri per ſuum iudicem, de iudi. nouit. qui filij ſint legi. per venerabilem. Sol. crimen hæreſis eſt eccleſiaſticum, i. prius quam puniatur laicus per ſuum iudicem, debet damnari per eccleſiaſticum iudicem, vt probat hic tex. & dicit gloſ. in verbo laicus, & eſt expreſſum, infr. eod. cum ſecundum, libr. 6. Quæro, quia in principio dicitur, quòd ſede vac. ſuccedit capitulum, qui ſuccedat alteri. & hic generaliter quæro de omni habente poteſtatem, quis ei ſuccedat ſi mortuus eſt. Innoc. reſpondet, quòd in iuriſdictionalibus, antequam conſtituatur ſucceſſor, ſuccedit ille, a quo defunctus habebat illa: & ſic defuncto Archidiacono, qui gerit vicem epiſcopi de offi. Archi. cap. primo. ſuccedit epiſcopus, pro hoc de maior. & obed. hiſque, de inſti. cum veniſſet. Quid de non iuriſdictionalibus, dicit Innocẽ. idem, ſi ſunt talia, quæ neceſſe, vel vtile ſit expediri, non expectato ſucceſſore, argum. 12. quæſt. 2. hoc huius placiti, & cap. ſi qua de rebus, aliàs expectabitur ſucceſſor. ff. de iudi. l. mortuo. C. de iudi. l. properandum, §. ſin autem, maxime ſi de proximo ſit ſucceſſurus, arg. l. pen. §. fin. ff. de vacatione munerum. Dicit tamen Hoſt. ꝙ quo ad mouendas lites, expectabitur ſucceſſor. ne ſe. va. c. ſi. niſi inſtet neceſſitas. & tunc deputabitur actor auctoritate ſuperioris, vt ad repetẽda alienata. 12. quæſt. 2. vobis, & ca. vulteranæ. art. l. ſi plures, & l. primæ, & 2. ff. de

A D D I T I O N E S.

a Ciuitatem adde gl. in cap. accepimus, de ęta. & qual. Card. in cle. ne Romani. § §. ſane de electio. Ab. in c. Rodulphus, in primo not. de reſcrip.
b In iuriſdictionalibus. adde Inno. in c. cum acceſſiſſent. de conſti. Abb. in c. bonæ in 3. col. de appell. Ab. in c. cum dilectus. de conſue.
c Excommunicati. adde gl. in verbo, qui vero. in c. inſ 24. q. 1. Ray. in ſumma tit. de ſen. exc. in §. & eſt ſciendum. Card. in c. 1. in 1. col. de teſti.
d Sęculari. adde Ab. in c. at ſi clerici, ſup. de iudi.

de curatore bonis dando. inſtit. de auth. tutorum. §.fi.Sed dic per hoc non tolli quo minus epiſcopus poſſit agere: quia poteſt de ſucceſſio. ab inteſt. c.fi. Quæro circa prædicta, ſi ad capitulum ſpectat electio archidiaconi.dicit Inn.ꝙ mortuo archidiacono capitulū exercebit archidiaconalia. idem dicit Hoſt. ꝙ ſi ad archidiaconum cum capitulo ſpectat electio canonicorum, ꝙ hæc poteſtas pertinebit ad ſolum capitulum.arg.c.paſtoralis, de conceſ. præben. dictum Hoſti.eſt verum per c.vnicum,ne ſe.vacan.lib.6.& c.fi.de voto. eo.lib. Sed dictum Inno. non eſt verum, licet enim Innoc. dicat, ꝙ capitulum eo ipſo, quòd ſibi conceditur poteſtas eligendi archidiaconum,intelligitur habere poteſtatem iurium archidiaconalium. dico, ꝙ verum eſt,ꝙ habet: ſed non formaliter. ſic diximus,ꝙ capitulum cathedrale habet iura epiſcopalia virtualiter ex hoc, ꝙ eligit epiſcopum.non tamen formaliter: quia non omnia epiſcopalia ad capitulum deuoluuntur ſede vacante. de quo dixi de elec.c.1. Sed qđ ſi archidiaconus ſuo iure habebat aliqua exercere: vt ſi fundauit eccleſiam de bonis archidiaconatus, & ſic erat patronus.dicit Inn.quòd non ad capitulum:ſed ad ſucceſſorem deuoluet hoc ius. ne ſe.va.illa. de teſt. relatū.2. pro hoc qđ no.de offi.del. quoniā abbas.de exceſ.præla.c.2. Quid ſi habebat archidiaconus aliqua ab epiſcopo: aliqua a capitulo.dicit Inn. quòd epiſcopus in ſuis, & capitulum in ſuis ſuccedent per dictum.c.relatum,in fi.& 12. q.3.& 4. per totum. Per hæc infert Inno.quòd cum epiſcopus,& capitulum ſint vnum corpus, cuius epiſcopus eſt caput. de præſcrip. cum non liceat.de his quæ fi.a præla.c.fi.de verb.ſig.cum clerici.& inter eos ſit ſpirituale coniugium.de teſta.requiſiſti. melius de tranſlat. licet. dicendum eſt, ꝙ ea, quæ ſpectant ad epiſcopum ſolum,deuoluuntur ad capitulum ſede vacante ipſo iure. ſicut eſt iuriſdictio,prælatorum confirmatio, de maio.& obe.cum olim. Sed ſi epiſcopus non ſolus, ſed cum alijs exerceret prædicta, nō ad capitulum, nec ad ſuperiorem, ſed ad collegas fit deuolutio. 65.diſ.c.fi.C.quando non petentium partes.l.vna, ꝙ vltimum non placet, niſi talis poteſtas tali modo competat epiſcopo cū alijs, ꝙ inter eos ſit locus iuri accreſcendi vt in.d.l.vnica: alias potius ſtat regula in contrarium,ꝙ quando poteſtas aliqua cōpetit pluribus non in ſolidū, vno defuncto neceſſario ſucceſſor expectatur. de off.dele. quoniam abbas. vel ſi erat conceſſa ratione perſonæ tota extinguitur.de off.dele. vno delegatorum. Quæro,quia dictum eſt,qui ſuccedat defuncto:quid de abſente: dicit Innoc.idem, ſiue ex iuſta cauſa,ſiue iniuſta ſit abſens, quod no. pro hoc, quia abſens æquiparatur mortuo & hoc cū non de proximo eſt reuerſurus ne ſe. va.c.vno.li.6. Et pro hoc, quod no.de offic.dele.ſi contra vnū.lib.6. Quid de negligente. dic,vt not.c.cum olim de teſti. & de conceſ. præben.c.2. & de ſupplen.negli.præl.per totum.& de hac materia ſup. de maio. & obe.hiſque.& c.cum olim.& c.vnico. lib.6.& ne ſede va.illa. & c.fi.& c.vno.lib.6.& de elec.cum in cunctis in fi.Quæro quia
8 text.dicit pœna † debita.quæ ſit pœna hæretici.[a] dicit Hoſt.ꝙ
a concrematio [b] per illud Io.25.alias.15.Si quis in me non man-
b ſerit mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum & in ignem mittent,& ardet.Item per l.arriani.C.eo.quæ imponit vltimum ſupplicium ,quod interpretatur.i.mortem. ff. de pœnis.l.vltimum. & alia lex dicit, ꝙ viui crematio eſt vltimum ſupplicium.ff.de pœnis.l.capitalium.& hanc pęnam interpretata eſt generalis conſuetudo. & pro hoc ſup. eo.firmiſſime. quod intellige de nolente corrigi, vt dixi in contrarijs. vel de relapſo vt inf.§.illos.

ADDITIO.

a Hæretici.adde gl.fi.in c.inter ſollicitudinem. de pur. cano. c.1.de hæret.lib.6. l.1.C.de ſumma tri.& in l.vltimum ſupplicium. ff.de pœnis.
b Concrematio. adde an hæretico combuſto cineres poſſint poni in cimiterio; dic,quòd non, ſecundum Io.an.in c.ſtatutum.de hær.lib.6.in nouella.

Qui vero. Eadem eſt pęna ſuſpectis,qui ſe non purgant,prout poſita eſt in præcedenti reſp. Not.ꝙ deficiens in purgatione punitur tanquam conuictus. Op.ad hoc de c.inter. ad fi.& quod ibi no.inf.de pur.cano.Sol. tex.iſte debet intelligi, prout dicit inſ. c.excommunicamus.§. qui autem. & tunc non obſtat. tamen de hoc articulo,an deficiens in purgatione puniatur, vt conuictus. dic vt dixi in. c.accedens.de accuſatio.

SVMMARIVM.

1 *Audientia denegatur relapſis in hæreſim.*

1 ILlos quoque. Relapſis in hæreſim audictia† denegatur.vel ſic, relapſus in hæreſim non auditur volens ſe corrigere quò ad euitandam pœnam hæreſis. hoc dicit.dicimus in decciſa.ſi non habes.ver.qui vero.ſicut,quidam non habent:ſed ſolum habent hunc verſ.inf.eo.excommunicamus. Opp.ꝙ non ſit deneganda audientia relapſo volenti pœnitere,prout opponit glo. Solue, vt in ea.& melius dic, ꝙ hodie in nullo auditur quò ad euitandam pęnam temporalem. inſ.eo. ſuper eo.lib.6. vbi reſpondetur ad illud, ꝙ eccleſia non claudit gremium redeunti,& ſic cremabitur vt ſup.in prin. huius.c.in vltima quæſtione.ſed prodeſt ei pœnitentia quo ad ſalutem æternam. Et quis dicatur relapſus,dic,vt in c.accuſatus.in prin. inſ.eo.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Principes ſeculares nolentes iurare de eccleſia contra hæreticos defendenda,dignitate priuantur.*

1 STatuimus. Sęculares † principes, qui iurare nolunt de eccleſia contra hæreticos defendenda,a dignitate priuantur: excommunicantur,& terræ ipſorum interdicuntur. hoc dicit. Not.caſum, in quo Papa ſtatuit de laicis.& pro hoc §.eſt c.per hoc.& c. vt officium,in fi.inſ.eo. lib.6.quod enim hic dicit de commonitione epiſcoporum,ſuppletur ibi, & inquiſitorum. Opp. ꝙ de laicis non debuerit Papa ſe intromittere,de iudic.nouit.Sol.vt ſup.in prin.in vltimo contrario. Nam hoc crimen eſt eccleſiaſticum, de iudæis, ita quorundā. Alij ſecundum Inn. dicunt hæc ſtatuta valuiſſe,quia princeps. i.Imperator conſenſit, primum verius.

SVMMARIVM.

1 *Caſus,in quo ciuitas priuatur epiſcopatu per ſententiam.*

CIuitas. Ciuitates reſiſtentes his, de quibus in §.præcedēti. & in toto c. aliorum commercio, & epiſcopali dignitate priuētur. hoc dicit. Not. ꝙ ciuitas poteſt habere commercium aliarum ciuitatum. ſed debet exponi ciuitas pro omnibus ciuibus,non pro loco muris concluſo. ad hoc de ſen. excomm. ſi
1 ciuitas.lib.6.Nota caſum, in quo ciuitas† priuatur epiſcopatu per ſententiam. Aliquando ipſo iure.de elect.vbi periculum.§. ciuitas.lib.6.de pœnis fœlicis.eo.lib.

SVMMARIVM.

1 *Caſus,in quo exempti priuantur priuilegio exemptionis.*
2 *Caſus, in quo epiſcopus iudicat de ſubditis Papæ.*

SI qui. Exempti coercentur pęnis præmiſſis per epiſcopos tanquam delegatos apoſtoli-
1 cos.hoc dicit. Nota caſum,in quo exempti † priuātur priuilegio exemptionis: & poteſt poni exemplum de Templarijs olim ſecundum Innoc.quod impugnat Hoſt.per c.veniens.de verb.ſig.lib.6.pro hoc quod not. de priuile.recepimus.vel pone exemplum de Clunacenſibus, Ciſtercienſibus,& Cartuſienſib.Not.ꝙ exempti regulariter in nullo poſſunt iudicari,niſi a ſede apoſtolica ibi ſoli. pro hoc de ſtat. regula ele.attendentes. & ꝙ ibi no.in glo.iſtorum. No.caſum,
2 in quo epiſcopus † iudicat de ſubditis Papæ. & quod dicit de epiſcopis,fortius de inquiſitoribus.inſ.eo.per hoc.lib 6.& ſimilis caſus inſ.de ſta.regula c.vno,ad fi.li.6.Inducitur per aliquos hic textus, ꝙ propter delictum perdat quis priuilegium. pro hoc de clerico ægro.c.vno. lib.6.de ſta. mo. c.vno,ad fi. eo. lib. de ſup.negli.præl. clemen.quia regulares. de ſta. mo.cle.attendentes,poſt prin.de religio.do.ele.quia contingit.Sed gloſ.vlt. dicit,non colligi hic,quia epiſcopi non iudicant,vt ordinarij, ſed vt delegati apoſtolici. Hoſt.autem dicit, ꝙ cum hæc delegatio ſit generalis,& vniuerſalis,cenſenda eſt iuriſdictio ordinaria.argu.l. cum prætor. ff.de iud. & verbo delegationis vſus fuit Papa ſecundum eum ad placandos exemptos. non eſt autem facienda vis in verbis. C.cōmunia de leg.l.2. in fi. de elec. commiſſa.§.porro.lib.6. Et ſic ſecundum eum hoc faciunt epiſcopi ſuo iure.Io.and.tenet contrarium ſequens glo.Pro cuius veritate tria ſunt indaganda. primum eſt hoc, quod præmiſi, an iuriſdictio ſit delegata, an ordinaria. ſecundum an defuncto epiſcopo in hac ſuccedat capitulum. tertium an ab epiſcopo hoc caſu, & ſimilibus ſit appellandum ad Papam, an vero ad immediatum ſuperiorem. Ad primam arguitur,ꝙ ſit ordinaria. quia ſi eſſet delegata,expiraret morte delegantis. & tamen non expirat, hanc rationem ponit gl. in c.irrefragabili.§. cæterum. ſup.de off.ord. & per hanc ita ibi tenet, & fuit opi. Io.ibi. Confirmatur.quia hæc delegatio videtur eſſe quædam

reſti-

Digitized by Google

reſtitutio. nam ordinarij habent poteſtatem contra omnes de ſuis dioec. a qua excluduntur quoad exemptos propter priuilegia exemptionum. 16. q. 1. frater. Et ad primum eſt c.primũ, de offi.ord. Sed in hoc caſu, & ſimilibus per delegationem poteſtas, quæ erat ſublata, reſtituitur. ergo eſt ordinaria, ſicut erat prima. de reſcrip. quamuis. lib.6. cum concor. pro quo eſt quod dicimus de beneficio ſuppreſſo poſtea renouato in cle. literas, in gl. pone. de reſcrip. & no. de conſt. cum acceſſiſſent. Tertio, quia negari nequit, quin iuriſdictio contra exemptos habeat primordium ordinariæ: quia ante exemptionem contra eos habebant epiſcopi ordinariam. pro hoc. ff. de leg. 2. l. cũ filius. §. hæres. Cauſa autem primordialis debet attendi, & debet ſecum trahere, quod ſequitur tãquam acceſſorium. pro hoc de conſe. ec. vel alta. ꝙ in dubijs. in fi. cum concor. ibi poſitis in gl. & de regulis iuris, acceſſorium. lib.6. In contrarium, quia non eſt recedendum a proprietate verborum. l. non aliter. de legatis. 3. 6. q. 3. ſcriptum. de verb. ſign. intelligentia. & c. præterea. & ibi not. gl. Sed hic exprimit, ꝙ epiſcopi ſint delegati. ergo non ordinarij quoad hoc. pro hoc de decimis ad audientiam. quia ſi voluiſſet, ꝙ eſſent ordinarij: non expreſſiſſet, ꝙ delegati. Cõfirmo ſecundò: quia in pluribus caſibus, in quibus in iure fiunt epiſcopi delegati, exprimitur, ꝙ procedant auctoritate apoſtolica. ergo iuriſdictio non eſt ordinaria: quia ordinarius procedit iure ſuo, non alieno. l. & quia. ff de iu. om. iu. quod dixit in c. quoniam abbas. de off. dele. in. q. 2. probatur primum de cle. ægro. c. vnico. lib.6. in prin. iuncta gl. ſingulari in verbo, auctoritate apoſtolica. Io. an. tenet hãc partem nõ per iſtas rationes, ſed ſolum dicens, ꝙ amicatur litteræ. ſ. quæ vtitur verbo, delegatis. Ad contraria reſpondetur ad illud: quia nõ expirat morte. Reſponde ꝙ iſti non ſunt delegati Papæ: ſed ſedis apoſtolicæ, quæ non moritur. de reſcrip. ſi gratioſæ. lib.6. Item delegatio hic fit dignitati non perſonis; & dignitas non moritur. d. c. quoniam abbas. Ad illud, ꝙ eſt quædam reſtitutio, dic, ꝙ potius eſt delegatio. Item non eſt verum, quando res fuit ex toto ſublata, ꝙ reſtitutio habeat naturã primæ: ſed potius eſt quid nouum: vt dixi in c. cum acceſſiſſent. præal. & in d. cle. litteras, & per hoc reſpondetur etiam ad tertiam rationem. Io. tamen cal. ſentit contrarium hic in additionibus: vt dicam in ſequenti quæſtione. Circa ſecundam quæſtionem arguitur, ꝙ ſuccedat capitulum, quia ſuccedit in omni iuriſdictione epiſcopali. de maio. & obe. hiſque & c. cum olim & c. vno lib.6. In contrarium quia non eſt epiſcopalis, ſed papalis, cum procedant epiſcopi, tanquam delegati apoſtolici. pro hoc caſus expreſſus de reſcrip. cum aliquibus. lib.6. Io. mo. in d. c. vno, tenet primum: dicẽs, ꝙ in omni alio caſu, in quo epiſcopus habet delegatam generalem a iure, ſuccedit capitulum. inducit. c. primum in fi. de præben. lib.6. licet ſecus ſit ſecundum eum in his, quæ competunt epiſcopis de gratia. de quo in d. c. vnico, & dixi in c. cũ olim. præallegato, hanc opi. ſequitur Io. cal. vt ſtatim ſubijcio. Io. and. tenet contrarium. Sicut enim nulla iuriſdictio delegata epiſcopo tranſit in capitulum, ſed in ſucceſſorem. de offic. deleg. quoniam abbas. ſed ſola ordinaria, quam habet epiſcopus: vt hic in prin. c. Ita & hæc delegata a iure tam quoad hoc c. quàm in ſimilibus. Et ad c. primum de præbẽ. dicit ꝙ parum facit: quia aliud eſt dare epiſcopo delegatam ſuper exemptos: vt hic. Aliud iubere epiſcopum aliquid non facere etiam ad petitionem exemptorum, vt ibi: tunc enim nil delegatur, ſed officium epiſcopi inſtruitur. de offic. ord. licet. dicit autem Io. an. ex verbis Inn. poſitis ſupra in prin. c. in pluribus quæſtionibus, non bene poſſe decidi, quid in hoc ſenſerit. ſed dico, ꝙ inhærendo verbis eius, quatenus dixit, ꝙ ſuccedit capitulum in his, quæ ſpectant ad epiſcopum ſuo iure, videtur ſenſiſſe, ꝙ in hac delegata non ſuccedat capitulum: quia epiſcopi non procedunt ſuo iure, ſed auctoritate Papæ. Io. cal. in additionibus hic tenet cum Io. mo. ad quod inducit clem. multorum. eo. tit. vbi patet, quod ad tormenta, vel ad ſententiam procedere debet inquiſitor cum epiſcopo: ſeu eius ſede vacante capituli delegato: & non diſtinguit an contra exemptos, an non exemptos: certum eſt tamen ꝙ inquiſitor procedere poteſt tanquã delegatus apoſtolicus, etiam contra exemptos. Ad c. quoniam abbas. reſpondet, ꝙ aliud de poteſtate ſpeciali delegata ab homine, vt ibi. Aliud de generaliter delegata a iure: vt hic & in caſibus ſimilibus. pro hac opin. induco, quia delegatio hic fit iuriſdictioni epiſcopi, extendendo eam ad exemptos: ſed iuriſdictio epiſcopalis deuoluitur ad capitulum: ergo & hæc. Pro hoc quia extenſum ſuſcipit naturam primi. ff. de præcario. l. cum præcario. ſicut dicimus de iuriſdictione prorogata, quod habet naturam primæ. de off. deleg. P. & B. vbi not. gloſſ. Item prin. c. huius quoad poteſtatem procedendi ſuper hæreſi comparat epiſcopum, & capitulum: ergo delegatio facta hoc in fi. epiſcopis debet trahi, & ad capitula. Tertio, quia contrarium dicendo, inducitur dilatio, quæ fiet, ſede vacante, quæ perículoſa eſt, maxime in multum præiudicialibus: vt eſt factum fidei, propter quam rationem vltimam maxime multum mihi placeret, ꝙ defendi poſſet hæc opinio. Sed omnibus libratis verior eſt opinio Ioan. an. nam iuriſdictio iſta non eſt epiſcopalis, ſed Papalis vt probaui in quæſtione præcedenti: nec hic fit extenſio iuriſdictionis ordinariç: ſed cõceſſio nouæ, quæ eſt alterius ſpeciei: quia prima ordinaria: hæc delegata. & ꝙ ſint diuerſæ ſpecies, probat titulorum diuerſitas. ſup. de offi. deleg. & ſup. de offi. ord. pro hoc ſup. in prohæmio. §. ſanc. & de poſtulan. c. vno, lib.6. Ad tertiam quæſtionem patent ar. pro, & contra ex dictis in duabus præcedentibus quæſtionibus, & patet etiam deciſio: quia ſi hæc iuriſdictio eſt noua, & dicitur papalis: appellandum eſt ad delegantem. i. papam. pro hoc de cler. ægro. c. vno. lib.6. §. ſi autem. vbi dicitur, ꝙ omnis difficultas contingens debet reduci ad papam: & ibi eſt delegata iuris, ſicut hic. pro hoc, ꝙ not. de ſuppl. negl. præl. cle. vna. in gl. auctoritate, in fi. Oppone ad hoc de c. Romana. §. debet. de appel. lib.6. vbi ab epiſcopo appellatur ad archiepiſcopum etiam in cauſis non ſpectantibus ad epiſcopum de iure communi, ſed ſpeciali. Soluit Ioan. and. ꝙ ibi epiſcopus cognoſcit vt ordinarius, non vt delegatus. pro quo induco id, quod ibi not. gl. quia quãdo cognoſcit epiſcopus iure ſpeciali tanquam dominus feudi, debet recurri ad ſuperiorem feudi: pro hoc etiam, ꝙ dicit hic gl. vlt. in fine, cum dicit epiſcopos perinde cognoſcere, ac ſi papa per ſe cognoſceret. Ex quo infert, ꝙ ratione delicti non perditur priuilegium ipſo iure in hoc c. ſed miniſterio huius iuris, de quo art. 6. quæſt. 3. c. vlt. de priuileg. c. 1. lib.6. Per hæc infertur ad aliam quæſtionem. Quid ſi archiepiſcopus impedit epiſcopum in caſibus, in quibus procedit tanquam delegatus: poterit ne epiſcopus cohercere archiepiſcopum. Si tenemus, ꝙ ſit vera delegata, dici oportet, ꝙ ſic: quia maior eſt quolibet ordinario in hoc. de offi. deleg. ſanc. 2. Et ideo conclude in omnibus quæſtionibus, ꝙ iuriſdictio epiſcoporum in hoc caſu, & ſimilibus eſt vere delegata non ordinaria: & hoc quoad primam quæſtionem: & per hoc ſede vacante ſuccedit papa, non autem capitulum: ſed expectatur ſucceſſor epiſcopi. Et hoc quoad ſecundam quæſtionem, & non poteſt appellari niſi ad papam. Et hoc quoad tertiam: & pro hoc facit ſecundum Io. an. quia ſi poſſet appellari ad archiepiſcopum, oporteret pariter dici, ꝙ & de archiepiſcopo ad patriarcham, ſi eſſet, & ſic derogaretur exemptioni: quia vbi contra exemptionem reducuntur in iuriſdictionẽ epiſcoporum: tu eos reduceres ad tres iudices. non eſt autem derogandum, niſi quatenus reperitur expreſſum. de ſta. mo. c. vno. in fi. lib.6. & eo. tit. clement. attendentes. verſ. ad quæ omnia. & clemen. quia contingit. verſ. nullo. de religio. do. Concluditur vltimò, ꝙ maior eſt epiſcopus in his quolibet ordinario citra papam, & ſic quemlibet reſiſtentem punire poteſt. de offic. deleg. c. 1. Et hæc ſunt vtilia in multis. & ſecundum hæc intellige, quod dixi in c. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ord. Et ad hæc tenenda moueor maxime, ne recedatur a proprietate verborum per id, quod dixi in 1. quæſ. de iſtis quatuor. non autem me mouet c. quoniam abbas. inducendo vt dixi in 2. quæſt. nec ad illud reſponderem tenendo cum Io. mo. vt reſpondet Io. cal. vt in d. q. dixi. Sed potius, ꝙ nihil facit: quia ibi delegatio fuit facta dignitatibus, quibus non competit ordinaria iuriſditio, id eſt abbatibus, qui non habẽt ordinariam. niſi in ſuos conuentus. & quantam in illos habeant, dixi de offi. ord. quanto. Aliam autem ordinariam non habent, niſi ex iure ſpeciali: vt præſcriptione. de præſcriptio. auditis. vel iure ciuili. Si ergo fit delegatio abbati, non eſt mirum, ſi non ſuccedit capitulum, quod non ſuccedit in alia iuriſdictione, quam nec habet abbas. Et ſic rationes, quæ vrgent de epiſcopo ad ſuum capitulum, in hoc locum non habent: poteſt tamen ſuſtineri etiam Io. cal. reſponſio: ſed mea verior.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreticorum bona confiſcantur, etiam ſi habeant filios catholicos.*
2 *Papa in caſu hæreſis iudicat de laicis.*
3 *Progenies delinquentis aliquando punitur.*
4 *Inſons aliquando punitur.*
5 *Feuda an veniant in confiſcatione bonorum.*
6 *Filius an priuetur priuilegio eccleſiaſtico propter crimen læſæ maieſtatis a patre commiſſum.*

1 VErgentis. Bona hæreticorum † confiſcantur etiam ſi catholicos habeãt filios. primo deciſum exordium. ſecundo ſtatutum de publicatione, quod probat a minori, ibi in terris. tertio ſoluit obſtaculum: ibi nec huiuſmodi, & inf. non ſolum

Digitized by Google

lium ſapiunt elementa corrupta : ſed etiam homo teſtatur : & de hoc magnum exordium eſt in antiqua, noſtræ. Hoſt. habuit veſtræ ideo dixit, ꝙ loquebatur prælatis eccleſiarum; Publicari, etiam poſt mortem. ſup. eo. ſi quis. inf. eo. accuſatus. §. in eo. lib. 6. Fallit de præſcripti c. 2. in fi. eo. lib. In alijs terris, quæ non ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ. Seculares: appræhenſio tamen bonorum non fiet niſi primo pronuncietur ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticum, inf. eo. cum ſecundum, li. 6 & ibi exprimitur, ꝙ hodie bona hæreticorum ſunt confiſcata ipſo iure: licet ſecundũ hoc c. requireretur ſententia, vt probatur in verſ. cum enim, in verbo confiſcantur, ſed melius, ſup. in eo, quod præcipit publicari. Chriſtus, de hoc de elect. ſignificaſti. de ſacra vnctio. c. vno. verſ. in veteri. Seueritatis. i. publicationis bon. caſibus etiam iſto minoribus, diuinum iudicium, ꝙ nec fallit, nec fallitur, de ſen. ca. a nobis 2. progenie, ex cuius pœna pater affligitur, vt ex propria ff. ꝙ metus cauſa. l. iſti quidem

2 Nota, ꝙ Papa † iudicat de laicis in caſu hæreſis, concor. in gl. 1. Nota textum ibi, longe ſit grauius, & c. concor. in glo. 5 ad idem 23. q. 4. ſi is qui ſup. tit. 1. in nonnullis, in fi. de deci. rua. 2. Et ad finem illius gl. facit, quod no. de maled. c. 2. 3. 1. gl. Not ꝙ

3 quandoque punitur progenies † delinquentis, ſententia tamẽ per quam damnatur poſteritas alicuius, nõ deſcenditur ad deſcendentes per lineam fœmininam, de pœnis vbicunque, lib. 6. no. inf. eo. ſtatutum. 2. eo. lib. Ex hoc no. ꝙ aliquãdo punitur in-

4 ſons † conc. in gl. vlt. & multa exempla de hoc ponũtur in §. Itẽ peccato, alleg. in gl. Opp. ꝙ bona hæreticorum non ſint confi-

a ſcanda,[a] cum habent filios. C. eo. l. manichæos, & l. cognouimus, gl. pen. ſoluit, ꝙ aliud de iure canonico: cui dicit ſtandũ, pro hoc quod no. 23. q. 7. in ſumma, & approbatur, inf. eo. cum ſecundum, lib. 6. Alij dixerunt vt Tan. & Goſ. ꝙ leges ſeruãtur in foro ſuo. canon. in ſuo, de quo per Hoſt. in ſumma eod §. qua pœna, ſed per gl. eſt auth. gazaros, quæ conſonat huic textui, & in hoc cum tractetur de fide præualet canon. pro hoc, quod not. de ſecundis nupt. c. pen. & fi. de noui operis nuncia.

5 c. 1. Quæro, nunquid in confiſcatione † bonor. veniant feuda.[b]

b de hoc inf. de pœnis in quibuſdã, & no. Spe. de feudis §. 2. verſ. 40. Quæro nunquid propter crimen læſæ maieſtatis commiſ-

6 ſum a patre priuetur filius † beneficio eccleſiaſtico,[c] gl. 61. di.

c ſatis peruerſum, dicit, ꝙ non: & ratio eſt, quia clericus eſt exem-

d ptus a iuriſdictione imperatoris,[d] ad hoc quod not. de æta. & quali. indecorum. Sed Io. cal. in hoc diſtinguit, ꝙ aut tempore paterni delicti erat clericus: aut non. Si ſic, nõ impeditur acquirere beneficium: multo minus debet perdere adeptum. & l. quiſquis. C. ad l. iuliam maieſtatis, non afficit clericos. 96. di. bene quidem, & ſic eſt intelligenda prædicta gl. Si non erat clericus, aut erat in poteſtate patris, & non poterit fieri clericus, & per conſequens nec beneficium acquirere per l. quiſquis. Aut non erat in poteſtate patris, & tunc non tenetur ex crimine paterno, ſed in iſtis duobus membris poſſet dici contra, vt pena l. quiſquis, non poſſit concernere beneficia eccleſiaſtica, & ſic non refert, an ſit in poteſtate patris, an non. Item etiam de exiſtente in poteſtate patris iam nato tempore delicti paterni nõ procedit pœna. l. quiſquis, vt not. Cyn. poſt Petrum in dicta. l. quiſquis.

ADDITIONES.

a Confiſcanda. adde, an bona damnatorum ſint de fiſco ſeculari, vel eccleſiaſtico. vide eleganter per Fely. in c. cum nobis, in 6. col. verſ. conſidera, quòd iſta non ſunt neceſſaria, de præſcrip.

b Feuda adde Bart. To. ro. & Ioan. de immo. in l. ſi finita. in §. de vectigalibus. ff. de damno infecto.

c Eccleſiaſtico. adde in c. quanto. in fi. de iud. Abb. in c. cum laici, de iure patr. Io. de immo. in l. ſi inſulam. ff. ſol. mat.

d Imperatoris. Adde gl. in verbo diſcuti in c. ſi imperator Adrianus. 96. diſtin. Inn. & doc. in c. 1 de ma. & obe. Card. in rep. c. perpendimus, de ſen. ex. Ab. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ in 3. col. de conſt. Ab. in c. propoſuit, de conceſ. præben.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati hæreticorum dicuntur infames.*
2 *Fautor an ſemper de iure puniri debeat.*
3 *Tabellio dicitur ſcriniarius.*
4 *Creditores poſt confiſcationem bonorum hæretici, contra quem agent.*
5 *Excommunicato an fauor quilibet prohibeatur.*

1 SI aduerſus. Aduocati, † vel notarij hæreticorum, vel ipſorum fautoribus fauẽtes, vel litigantib. ſub eis patrocinãtes, vel pro eis inſtrumenta ſcribentes infames ſunt, & ab illo officio ſuſpenſi, primo deciſum exordium, ſecundo prohibitio, ibi quia plus, tertio plena, ibi quod. ſi generaliter hoc vult, quia generaliter omnibus eſt prohibitum præbere fauorẽ hæreticis, iſtis vero ſpecialiter prohibetur. Imperatur. concordat de exceſſ. præla. cle. frequens in fi. In cauſis. i. criminalibus. Factis, i. quibuſcunque negocijs ſiue in iudicio, vel extra, inf. de verb ſig. forus, verſ. negocium. Aliquibus etiam catholicis. Eorum, ſ. hæreticorum, qui nec iudicare, nec publica officia poſſunt exercere, inf. eo. excõicamus. §. credentes. Officio veſtro. ſ. aduocationis, vel tabellionatus. ſuſpenſos, qua ſententia durãte non valebunt inſtrumenta confecta. inf. excõicamus. §. credentes, verſ. ꝙ ſi forte 10. diſt. vides cum ſimilibus. Not. caſum,

2 in quo punitur fautor † ipſo iure, ibi fautoribus, & ibi defenſoribus, & tales etiam ſunt hæretici. d. c. excõicamus. §. credentes. Nota etiam hoc principium, plus timeri ſolet & c. cõcor. in gl.

3 1. ad hoc de proc. qui ad agendum, lib. 6. Not. ꝙ tabellio † dicitur ſcriniarius, de quo in gl. 2. ad hoc de præſump. aliàs de præſcriptio. ad audientiam, & de multis nominibus notarij dixi, de proba. quoniam contra. Opp. ꝙ auxilium non debeat interdici hæreticis, quando conueniuntur, ſicut nec excõicatis interdicitur, de exceptio. cum inter. gl. pe. ſoluit. Sed dic melius, ꝙ aliud in excõicatis, de quibus loquitur contrarium cum ſimilibus. Aliud in hæreticis, de quibus loquitur hic, nam hæreticis bona ſua auferuntur, vt in gl. Ad quod oppono de c. ſicut iudæi, ſup. tit. proximo. Sol. aliud in iudæis, de quibus ibi. Op. in eo ꝙ Papa in fi. ſubijcit infamiæ laicos, quia de laicis non iudicat, de iudicijs, nouit. Sol. hoc caſu poteſt, vt dixi in præcedenti c. vel dic ꝙ ſimpliciter poteſt papa infamiam irrogare, quia poteſt, & tollere, vt dicit gl. vlt. de quo dic, vt no. de re iud. cum te. Op. ad hoc, ꝙ tollere non poſſit, vt opponit gl. de §. hinc colligitur. Sol. ibi de infamia facti. Quæro, quid ſi contra hæreticos agitur de alijs cauſis, q̃ de hæreſi. dicit Hoſt. ꝙ tunc non denegabitur eis iuſta ſententia. Oppono ad hoc de authen. de priuilegio dotis poſt medium coll. 6. vbi dicitur, ꝙ nec beneficijs iuris, nec priuilegijs poſſunt tales ſe iuuare. Sol. illud quantum ad accuſationem hæreſis, vel defenſionem, ſecus in alijs. Item licet hic prohibeatur patrocinium aduocatis, & ſcriptura ſcriniarijs, non tamen iuſticia iudicibus. Opp. ad idem, ꝙ quæſtio non procedat, quia hæreticus ſtatim, cum eſt depræhenſus, debet puniri, ſup. eo. ad abolendam. Sol. ſi redeat, poteſt recipi & in monaſterio detrudi. inf. eo. excommunicamus. 2. & tunc accuſatus ſuper alio crimine, q̃ hæreſis poterit ſe defendere, ar. C. de his qui ad ecc. confugiunt. l. fi. ſecundum Hoſt. qui tamẽ dicit, ꝙ alius quàm iudex in cauſis, vel factis eorum nõ poteſt eis participare, niſi quæ ſpectent ad ſalutẽ. Sentit Hoſt. per præmiſſa, ꝙ prohibitio, de qua in textu, cõcernat etiam hæreticos emendatos, cuius contrarium tenet Io. And. quod eſt verius per c. ſtatutum, ſecundo reſponſo, inf. eo. lib. 6. de hæreticis autem non emendatis non procedit quæſtio, quia ex quo perſiſtunt, puniuntur vltimo ſupplicio, ſup. eo. ad abolendam. §. 1. 2. & tertio. de quo ibi dixi. Quæro poſt confiſcationem bono-

4 rum hæretici, contra quem agent creditores † eius. dic, ꝙ contra fiſcum. C. de bonis proſcriptorum. l. ſi vt proponis, ad l. iuliam de vi. l. tutoris. de fideiuſſoribus, l. 1. & 3. C. eo. tit. l. 2. ff. ſoluto matr. l. ſi marito. Quæro, nunquid quilibet fauor prohi-

5 beatur excõmunicato, ſicut hæretico. † Vinc. hic diſtinxit inter exceptionem fauorabilem vt Velleianum, & hæc non permittitur excõmunicato, & odioſam vt Macedonianũ, & hæc permittitur. ad hoc. ff. de cond. indeb. l. qui exceptione, quod reprobat Goſ. quia quælibet permittitur, quod eſt verius, ſup. de exceptio. cum inter & c. a nobis, & ibi dixi. Quæro, nunquid aduocatus, vel tabellio poſt ſuſpenſionem, de qua in textu exercentes ſuum officium fiant irregulares, dic, ꝙ non, quia non ſunt actus concernentes diuina, de ſent. excomm. is qui, lib. 6. de quo in c. fi. de cler. ex. & de exceſſ. præla. c. fi. vbi dixi. Quæro, quia vt dicit inſtrumenta confecta poſt talem ſuſpenſionem ſunt nulla, quid de aduocatione, dicũt quidam, ꝙ ſententia per illam lata eſt irritanda. Alij contradicentes ſummũ pontificem conſulendum, ad hoc qui fi. ſint leg. per venerabilem, dic, ꝙ ipſum patrocinium eſt illicite præſtitum, adeo ꝙ lucrum eſt illicitum, & ſubiacet reſtitutioni, vt erogetur pauperibus, ſup. eod. tit. 1. cum ſit, & quod ibi not. & in c. ibi ſequentibus, pro hoc, quod dixi de dolo veritatis, ad fi. Sed ſententia non per hoc eſt irrita vel irritanda, quia nullo iure hoc eſt expreſſum, ſed iudex qui debuit talem, ſi ſciuit etiam ex officio remouere, ſupra de re iudi. ad probandum, puniendus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Doctor debet docere ſtans in alto.*
2 *Delinquentem an ſit licitum manifeſte reprahendere.*
3 *Sacerdos cum debet remoueri, debet agi ordinariè.*
4 *Beneficiorum inſtitutio ſpectat ad epiſcopum.*

Cum

Digitized by Google

Vm ex iniunсto. Laici occulta conuenticula nõ faciãt, nec prædicent, nec ſacerdotes reprehendant, primo ponit triplicem laicorum reprehenſionem, quam ſecundò proſequitur,& primò primam,ibi deus, ſecundo ſecundam,ibi ſicut enim,tertiò tertiam,ibi licet autem. Et inf. ſequebatur in antiqua,nobis apoſtolatus officio ſcimus ſecundum apoſtolum.ſ.ad romanos primo.Sapientibus,& inſipientibus debitores pro vniuerſorũ ſalute nos oportet eſſe ſollicitos,vt malos retraham⁹ a vitijs,& bonos in virtutib.foueamus. Tunc autem opus eſt diſcretione maiori, cum vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrant,& poſtea ſequebatur,quomodo Metenſis epiſcopus inſinuauerit papæ, ꝙ multi laici, & mulieres euangelia, epiſtolas Pauli, moralia Iob, pſalterium, & libros alios fecerant transferri in gallicum,facientes poſtea, quæ ſequuntur, & ſimile in cle.cum de quibuſdam, de rel.do. & de hæreticis,ad noſtrum commendandum,de magiſtris,ſu
a pra ſpecula.ne cle.vel mo. ſuper ſpecul. conuenticula,[a] quæ in eccleſia,vel extra fieri non debẽt. C.de ſumma trini.l.2. de epiſcopis,& cle.l.conuenticulam,alias capitalis eſt pena. C.de his qui ad ecc. confugiunt.l.denunciamus, nec de fide publice di-
b ſputandum.C.de ſumma trini.l.3.inf.eod. c.2.§. 1. Lux vera.[b] Ioannis primo,tenebrarum,ſic ſup. de offi.del.conſuluit.creaturæ. Matthæi vlt. dicens Matthæi 10. Apoſtolum, primæ ad Corinthios.12.ad fi.ad Ephæſios.4.doctorum. 1.prædicatorũ, probat verbũ prædicationis,quod ſequitur. Apoſtolus,ad Romanos. 10. præcepit. Lucæ. 10. nudæ.1.ſine ſigno miraculoſo, vel ſufficienti ſcripturæ teſtimonio,ipſius aũt ſolius iuramento non credetetur, tum quia ſolus, tum quia in re propria, de teſti.licet.1.4.q.3 nullus. Vellent.exodi.7.dicẽs Ioannis primo. Iſaiæ 4.c.in principio.Propheticum,Malachię 2.ex ore.debet ergo talis eſſe,q ſciat omni petenti reddere rationem.36. diſ.§. ecce quod, ante fi.Scolaſticis. 1.ſcolaribus etiã prouectis, multo minus ab alijs ſubditis 6.q.1.oues.Lege.Exodi 22.in fi.Ioan. 10.Euangelicam.Matthæi 18.etiam dicit Matthæi 5.Innocentia,ſicut Chriſtus qui peccatum non fecit, prima Petri 2. Subditus,ſine aliqua commiſſione ſuperioris, obſequendi, i.obediendi, ſicut ſup.de rebus ecc.non alie.c.fi.cum concot Sacerdotum, & aliorum clericorum beneficiatorum, omnis enim res &c.inſ.de regulis iuris omnis. Not.in principio in verbo,
1 tecta. argumentum, ꝙ doctor † debet docere ſtans in alto. ad hoc 2.q.7.§.de his verſ.is ita.No.in verſ.licet, ꝙ correctio ſecundum euangelium cuilibet eſt in præcepto,ibi, ꝙ quiſque tenetur efficere, de quo in gl.magna, & in ea ibi, Apoſtolus,ſecundæ ad Thimotæum tertio, & ibi in omni negocio. vbi de hoc dixi, & ibi ſi peccauerit, vbi de hoc & plenius dixi, de iudicijs nouit.Et ad fi.gl.pro hoc ꝙ nota.ſup.eo.c.2.& in d.c.nouit.No-
2 ta ꝙ non debet quis † reprehendere manifeſte ſuum fratrem
c delinquentem,ſed occultè,[c] & de triplici reprehenſione.ſ.improperioſa,ſociali & temeraria, not gl.11.diſt. nolite. Hoſt.in princ.ſuæ ſummæ. Nota, ꝙ cum debet remoueri prælatus ſeu
3 ſacerdos,† debet agi ordinariè apud epiſcopum, ꝙ dicit gl.penul.intelligendum,per denunciationem.Ex qua no.ꝙ denunciatio eſt proceſſus ordinarius,ad quod ſingulariter eam tene
4 mem. Not. ꝙ ad epiſcopum ſpectat inſtitutio † & deſtitutio
d beneficiorum[d] ſuæ dioce. de iure communi, vt probat textus in fi. ſed Lappus de Caſtigliun. qui diſputauit in hoc Studio determinauit contrarium, reſponde textum iſtum intelligendo de inſtitutione proprie ſumpta, prout eſt collectio non libera.ad hoc de inſtitutionibus,c.2.li.6.de præben. cum in illis, eod.lib. Ego teneo primum, de quo per Fredericum in conſilio 227.& plene dixi, de elec.cum eccleſia vulterana. Ex his not.gl.vlt.ꝙ ad quem pertinet inſtitutio,& deſtitutio.concordantiæ in ca.quod declara,vt inf.in vltimo contrario. Oppo. in verſ.Sicut enim, ꝙ ſingula officia ſingulis non committantur,ſed omnia vni melius ſit committere 94.diſ.c.1.Sol.vt no. in contrario in gl.1. Oppo. in eo, quod dicit neminem prædicare debere,niſi ſit miſſus, quod intelligitur gl.in verbo,alias, & in verbo rogatæ, ita etiam ſi ſit ſacerdos, qui eo ipſo dicitur miſſus. Ad quod oppono de c.in ſancta.92.diſt.Sol.vt ibi no.gl. quæ tripliciter ſoluit. Oppono ad idem de c.2.vltra medium, 9.diſt. Sol.vt ibi,quia ibi ponitur quis vel qualis prædicare poſſit. In verſ.licet. Oppo.quatenus inducit exemplum Balaam, quia nõ exemplis,ſed legibus eſt iudicandum.C. de ſententiis & interloc.l.nemo. Sol. vt not.in c.in cauſis,ſup.de re iud.& in propoſito, dic, ꝙ induci poteſt exemplum hoc, cum ſit de ſacra ſcriptura,pro hoc de elect.venerabilem, verſ.ꝙ autem. Et illud exemplum Balaam, ponitur numeri.22.Opp.in eo,quod permutit prælatum poſſe ſe ſubijcere accuſationi ſubditorũ, de e.contingit.1.inſ.de ſent.ex.ſup.de iureiur. ex reſcripto. Solu.aliud eſt, ꝙ prælatus ſubijciat ſe correctioni verbali, quod permittitur hic,nec tunc poſſunt notari ſubditi de iniuria, vel detractione, quia non inferuntur ex quo prælatus ſcit, & vult regula,ſcienti,lib.6. Aliud,quòd ſubijciat ſe correctioni reali.i.percuſſioni, & hoc non licet, vt in contrarijs, licet ipſi ſuperiori hoc liceat,inſ.de ſenten.excomm.vniuerſitatis,poteſt tamen clericus de licentia ſui iudicis ſe ſubijcere non ſuo iudici,de fo.comp.ſignificaſti, ſine licentia autem non,etiam quò ad forum pœnitentiale,inſ.de pœnit.omnis. Ex quo infertur, ꝙ id,quod ſtatim dixi,prælatum poſſe ſe ſubijcere correctioni verbali,procedit in correctione extraiudiciali, quod tenet Hoſtien.& hæc procedunt in inferioribus Papa. Ipſe autem Papa non ligatur iuribus,de conceſſio. præben.propoſuit, ideo poſſet ſe ſubijcere correctioni iudiciali 2. q.7. nos ſi incompetenter,pro hoc quod not.& dixi de offic.deleg. ſane 2. Oppono in fine, quod non ad eum pertinet deſtitutio, ad quem pertinet inſtitutio, cum ſæpe de iure ſpeciali competat vnum, & non reliquum.Solu.ſta contrario,nec textus contradicit,qui loquitur de habente inſtituere de communi, pro hoc, quod notat Pau.& dixi in cle.vnica, de renunciatio.& quod nota. ſup. de offic. archi.cum ſatis. De materia autem fraternæ correctionis, & denunciationis multa ponit hic Ioan. cal. in additione. Sed dic,vt dixi de iud.nouit.

ADDITIONES.

a Conuenticula. Adde c.conſpirationum, & coniurationum 11.q.1.Card. in c.cum ab eccleſiarum,in 8.q de off.ord.
b Lux vera. Adde tex.Iſidori,in c.clericos 21.diſt.
c Occultæ. Adde tex.in c.ſi peccauerit 2.q.1. & in c.nouit, de iud. originaliter. Matthæi 18.c.& Lucæ 17.
d Beneficiorum. Adde gloſ. in c. auctoritate de inſtit. gloſ. in c. cum ſatis, de offic. archiepiſc.

SVMMARIVM.

1 *Cura de nomine non eſt habenda.*
2 *Superbia dicitur fundamentum hæreſis.*
3 *Hæreticus non dicitur niſi pertinaciter inſiſtens.*

Xcommunicamus. Diuiſio capituli patet ex §. Principium vſque ibi, damnan, in ſumma dicit. Excommunicati ſunt omnes hæretici,quibuſcunque nominibus nuncupentur.Nota non curandum de nomi-
1 ne, † ſed de effectu.[a] ad hoc de procur. petitio. Et de pluribus
a nominibus hæreticorum habetur 24.q.3.c.penul.Nota, quòd in quibuſcunque ſubeſt rationis identitas, locum habet eadem diſpoſitio. nam ſuper hac ratione fundatur textus, ibi quia de vanitate conueniunt ad imponendum vnam pœnam omnibus hæreticis, etiam ſi pro diuerſis cauſis ſint hæretici. Ex quo nota, ꝙ hæreſis eſt vnica attenta radice. Ad primum facit de conſt. translato.de confir. vti.cum dilecta. Nota fun-
2 damentum hæreſis, † & radicem quæ eſt vanitas, & propriè eſt ſuperbia in eo, quòd reſiſtunt fidei catholicæ perſiſtentes, & corrigi nolentes, ſup. de ſumma trin. damnamus,ad fi. pro hoc verbum extollentem ſe aduerſus catholicam fidem, Ex
3 hoc not.ꝙ non eſt hæreticus, † niſi pertinaciter inſiſtens errori,& nolens corrigi,dicto c. damnamus,vbi dixi. Oppono de incertitudine contra id de ſpon. de muliere. C.de tranſactio.l. vt reſponſum.Eſt autem hic incertitudo, cum dicit ſe ſuperius expoſuiſſe,& non dicit vbi: gloſ.prima ſoluit dicens vbi, ſcilicet in c.1.& 2.de ſumma trin.& hæc conſtitutio ſequebatur illas immediate, & fuit tertia in concilio, per hoc ſoluitur, & aliud contrarium, quod fieri poſſet de dictione, itaque, quæ eſt illatiua, & ſic non debuit poni in principio, nam hoc c.veniebat illatiue poſt c.damnamus.

ADDITIO.

a De effectu. Adde Card.in c.petitio,in tertio nota.de proc.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticum priuatus punire poteſt.*
2 *Bona hæreticorum an per ſententiam confiſcari debeant.*

Amnati. Damnati de hæreſi per ſæcularem iudicem puniuntur, ſi tamen erant clerici, prius degradentur, & bona laicorum hæreticorum confiſcantur, ſed clericorum applicantur eccleſijs, vbi erant beneficiati,hoc dicit. Vel ſumma, vt in textu, quia ſatis ſe ſummat. Nota ex verbo Bailiuis,
1 quod etiam priuatus † poteſt punire hæreticum, de quo not. inf.eod præſidentes,lib.6. Oppono primo, quod non debeant puniri hæretici per ſæculares, niſi eum nolunt corrigi.ſup. eo,
ad

Digitized by Google

ad abolendam.§.præſenti,inſ.eo.c.penult.Sol.ita contrario, &
intellige textum de nolentibus corrigi. Oppono ſecundò, ꝙ
2 bona hæreticorum † non debeant confiſcari per ſententiam,
vt hic innuit in verbo,confiſcentur,ſed ſint ipſo iure confiſca-
ta,inſ.eo.cum ſecundum,lib.6.Sol.hodie ſta contrario.Oppo-
ne, ꝙ ſicut bona laicorum hæreticorum confiſcantur, ita de-
a berent & bona clericorum confiſcari fiſco eccleſiæ, [a] pro hoc,
quod no.de conceſ.præben.quia diuerſitatem, in gloſ.antepe-
nult. quæ dicit bona clerici damnati deuolui ad fiſcum eccle-
ſiæ,& eſt ſingularis. Solut.de hoc ſtari oportet textui,vt appli-
centur eccleſijs a quibus ſtipendia receperunt,vnde inquiſito-
res non poſſent applicare fiſco eccleſiæ, & hoc facientes ſcien-
ter excommunicati ſunt,inſ.eo.cle.volentes,poſt prin.

ADDITIO.

d Fiſco eccleſiæ. Adde Cardin. in clemen. 1. de hæret. in verſ.inquiſitoribus, in 6.quæſt.

QVi autem. Suſpectus non ſe purgans de hæ-
reſi excommunicatur,& per an-
num in excommunicatione perſiſtens, vt hæreti-
cus damnatur. Not. præſumptionem ſurgentem
a ex lapſu anni, [a] ſic & alias quandoque lapſus anni inducit iu-
ſtam condemnationem 11.q.3.rurſus, & c.quicunque. quo-
rum capitulorum intellectum poſui de ætat. & qualita.cum
bonæ. Quandoque etiam lapſus anni aufert vni poſſeſſionem
vetam,& in alium transfert etiam ſine facto vtriuſque, vt lite
non conte.quoniam.§.in alijs,quandoque proprietatem.C.de
requirendis reis.l.2. Nota violentam præſumptionẽ, quæ ſur-
git ex lapſu anni, per quam perſiſtens in excommunicatione
per annum, damnatur vt hæreticus, & dicit Hoſti.quod dici-
tur in textu,ꝙ velut hæretici condemnentur,quia poſſibile eſt
ꝙ non ſunt hæretici,ſimile de iudicijs nouit. verſ.ſed dum do-
minus, ibi ſit tibi ſicut ethnicus. Sed dic, ꝙ quo ad eccleſiam
militantem ſunt vere hæretici,ex quo pro talibus damnantur.
Sed quo ad triumphantem propter ſuam contumaciam cre-
dendum eſt eos eſſe damnatos vt hæreticos. Oppo. primò, ꝙ
qui deficit in purgatione, ſtatim ſit puniendus, vt conuictus,
ſup.eod.ad abolendam.§.qui autem, inf.de pur.ca.inter, & ſic
non debeat differri per annum. Solut.intellige textum de his,
qui non ſe purgant per negligentiam,contrarium procedit de
volentibus ſe purgare,& deficientibus in purgatione,& an de-
ficiens in purgatione habeatur indiſtincte pro conuicto. dic,
vt dixi de accuſatio.accedens.Opp.ſecundò,ꝙ immo nec poſt
lapſum anni poſſit, vt hæreticus damnari per ſolam præſum-
ptionem,de præſump.literas. Sol.vt in gloſ.in verbo condem-
nentur. Et in ea ibi violentiſſima præſumptio. idem not.gloſ.
ſup.de ſymo.inſinuatum. Oppono tertiò ad idem de l.annus.
ff de requirendis reis.Sol.vt in eadem gl.in verſ.ſecus, & ibi an
notata ſunt de hoc no.ſup.de dolo veritatis. Oppono quartò
ad idem,quia debet ſæpe admoneri,vt redeat. 1.q.7.conueniẽ-
tibus. Solut. vt in eadem gloſ.& in ca ibi,in mandatis, de hoc
24.q.3.dixit apoſtolus,& quod dicit glo.in verſ.nec intelligas,
probatur in c.cum contumacia, de hæret.lib.6. Quæro, nun-
quid poſt annum ſit neceſſaria ſententia,videtur,ꝙ ſic per ver-
bum condemnentur, ꝙ eſt futuri tẽporis, ex quo arguit Vinc.
ꝙ ante latam ſententiam poterit purgare vitium, ſicut is, cui
legata eſt optio. qui non elegit infra tempus, poteſt & poſt eli-
gere,ſi mancipia non ſunt diſtracta.ff.de optione legata.l.man
cipiorum,ad hoc de præben. ſi tibi abſenti, lib.6.Hoſt. vero te-
net ſententiam non neceſſariam, quia ſunt condemnati ipſo
iure per auth.gazaros. C.eodẽ, quod eſt verius, & d.auth.pro-
bata eſt per canonem,inſ.eo.vt inquiſitionis,in prin.li.6. Quæ-
ro, quid ſi ſuſpecto de hæreſi aſſignat iudex eccleſiaſticus ter-
minum ad præſtandam purgationem, nunquid per hoc vide-
tur indixiſſe purgationem, vt ſic eam non præſtans, ſi propter
hoc excõmunicetur,& perſiſtat per annum,condemnari poſ-
ſit vt hæreticus. Hoſti.refert quoſdam dicentes, ꝙ ſic,quia ex
quo non venit ad recipiendum purgationem indicendam, eſt
ac ſi indicta eſſet,ar.ff.de cond. & demon.l.iure ciuili, & l.qui-
bus diebus. Sed dic,ꝙ quæſtio eſt expedita per ca.cum contu-
macia, libro 6.immo & per hunc textum, niſi intelligas quæ-
ſtionem ꝙ datus fuit terminus ad præſtandam purgationem,
ideſt infra quem veniret, vt elapſo termino indiceretur, & tũc
etiam poſt lapſum anni non poteſt dici contumax in non ſe
purgando, cum nondum ſit indicta purgatio. ſed potius non
veniendo,& ſic non eſt locus huic c.ſed poteſt eſſe locus c.cum
contumacia,& dic vt ibi. Quid ſi dicat iudex volumus,& man
damus, quod ſuper tali ſuſpitione hæreſis te purges, & ad præ-
ſtandam hanc purgationem talem terminum, quem expri-
mit,peremptorium aſſignamus, in quo ſi non veneris, vel nõ
ſatisfeceris, quantum de iure poterimus, procedemus, & illo
non veniente, iudex excõmunicat. dicit Hoſtie. ꝙ erit locus
huic §. Ad quod oppono, quia non debuit excommunicari
abſens. Solut potuit excommunicari propter contumaciam,
quæ facit eum cenſeri præſentem in ſuum præiudicium. C.de
iud.l.properandum,in pluribus §.de dolo,veritatis, de elect.c.
1.lib. 6.de eo qui mit. in poſſeſ. cum qui,eo. lib. pro hoc de ap.
cum ſit romana,in fi. Quæro, quid ſi ob aliam cauſam, quàm
propter ſuſpitionem hæreſis excommunicatur, an ſi ſtetit in
excommunicatione per annum, poteſt condemnari,vt hære-
ticus, gl.in verbo condemnetur in fi.dicit, ꝙ non.pro hoc iſte
textus a contrario, & c.cum contumacia præall. etiam a con-
trario.In contrarium eſt,inſ.de pœnis grauem,vbi dicitur per-
ſiſtentem in excommunicatione præſumi ſuſpectum de hæ-
reſi. Hoſtien.in dicto c.hoc tenet, ꝙ cenſeatur de hæreſi ſuſpe-
ctus, illud tamen c.loquitur de perſiſtente per biennium, ſed
dic,ꝙ id,quod dicit de biennio eſt facti narratio.vnde idem de
anno,quod probat ibi Hoſt. pluribus rationibus, dico tamen,
ꝙ talis ſuſpitio non eſt violenta, per quam poſſit damnari vt
hæreticus vt tenet ibi Innoc. ſed eſt probabilis adeo, ꝙ poterit
ei indici purgatio,quam ſi præſtare recuſauerit,& in perſiſten-
b tia per annũ ſteterit, poterit hæreticus condemnari [b] per hunc
tex. & dictum c.cum contumacia, quod no.quia optime pro-
batur ex dictis iuribus, & ita conſuluerunt omnes quaſi aduo-
cati ciuitatis Florentię in quęſtione facti.In quo tamen aduer-
te,quia cum procedetur contra talem,competent illi exceptio
nes,per quas excludat pertinaciam,nam ſuper pertinacia fun-
datur dictum c.graue. finge ergo, ꝙ erat excommunicatus,
quia non ſoluebat, poterit excipere de impotentia ſoluendi,
& idem in ſimilibus exemplis, ceſſantibus autem exceptioni-
bus,ideſt ſi nullas proponit,procedit,quod dixi, quod eſt vtil-
limum contra contemnentes claues eccleſiæ,vt habeantur in
reuerentia, & vt neruus eccleſiæ non vileſcat, ad hoc de con-
ſue.cum inter. de exceſ.præl.c.fi.

ADDITIONES.

a Anni. Adde c.fi.& ibi do.de pęni.
b Condemnari Hoſt.in ſumma ti.de voto, & in ti.de hære. Ab.in c.grauem in 3.no.de penit. Conſta.in c.1.de ſent. ex.lib.6. Aſteſanus in ſua ſumma, lib. 7.tit.10.

SVMMARIVM.

1 *Officia rectorum ſecularium poſſunt eſſe perpetua.*

MOneantur. Poteſtates ſæculares perpetui,
vel temporales iurare tenẽtur
vniuerſos hæreticos ab eccleſia damnatos pro viti
bus exterminare.No.de iuramento poteſtatum,vt
in ſummario,qđ iuramentum hodie pauci,aut nulli pręſtant,
quod procedit ex negligentia epiſcoporum,vel inquiſitorum
hæreticæ prauitatis,maxime in terris,in quibus aliqui ſunt in-
famati de hæreſi,in quibus ſolis poteſt intelligi, quod hic dicit
de iuramento præſtando ſecundum Hoſtien. ad hoc inſ.§.ad-
dicimus. Ego tamen generaliter intelligo de quibuſcunque
1 terris,prout generaliter loquitur. No.ꝙ officia † rectorum ſæ-
cularium poſſunt eſſe perpetua,ibi ſiue perpetuam, contra ta-
men eſt, de iud.c.fi.cum ibi notatis, quibus ſtandum eſt: quod
hic dicit, poteſt intelligi de habentibus dignitates, vt comita-
tus,ducatus, principatus, quæ ſunt perpetuæ.de voto, licet,vel
ſi intelligis de officialibus tantum,poteſt hoc contingere ex iu
re ſpeciali alicuius municipij. Quæro nunquid teneantur præ-
ſtare hoc iuramentum etiam non requiſiti, dic,ꝙ non, ſaltem
quò ad hoc, vt non præſtantes puniantur, vt inſ.§.ſequenti in
verbo, requiſitus.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſuſpecti de hæreſi an poſſint publicari.*
2 *Hæreticos non corripiens punitur tanquam hæreticus.*
3 *Delictum vnius an alium punire faciat.*
4 *Bellum iuſtum indicere an poſſit inferior a papa vel principe.*
5 *Iudex eccleſiaſticus an poſſit inuocare brachium ſeculare.*

SI vero. Temporalis dominus nõ purgans ter-
ram ſuam hæreticis excommunica-
tur, & ſi perſtiterit in excommunicatione per an-
num, nuncietur Papæ,qui fideles eius a iuramento
abſoluat, & eius terram occupandam catholicis exponat,ſal-
uo iure domini principalis, niſi & ipſe ſit in culpa. Not.caſum
reſeruatum Papæ,ibi ſummo pontifici, quod fit ratione graui
tatis negocij,& grauis pœnæ infligendæ. Not.ꝙ propter hęre-
1 ſim ſeu ſuſpitionem hęreſis bona ſuſpecti † publicantur, pro
2 hoc ſup.eo.c.§.damnati.No.ꝙ non corripiens hæreticos † cum
ad

Digitized by Google

ad eum pertinet, punitur tanquam hæreticus, ſeu ſaltẽ tanquã
de hæreſi ſuſpectus. Nota de proteſtatione ibi, ſaluo iure. pro
hoc de conſti.cum M.de elec. Cumana. Not.ꝙ propter delictũ
3 †vnius alius puniri non debet.concor. in glo.vlt. Oppo.in eo,
ꝙ dicit per Metropolitanum debere excommunicari dñm tẽ
poralẽ &c.ꝙ hoc poſſit etiam epſ.ſ.eo.ad abolendã.Item qñq;
poteſt epſ,& non Metropolitanus, vt ſi ille dñs eſt dioceſanus
epi,cum non habeat Metropolitanus iuriſdictionem in ſubdi
tos ſuffraganei.de offic.ordi.paſtoralis.in prin.Solu.ſm Hoſti.
textus habuit reſpectum, vt Metropolitanus hoc faciat in pro
uinciali concilio.ſ.tit. 1.cum ſit nimis,de preben.graue,& ha-
bet hoc locum,ſi ille eſt magnus princeps,qui habet ſub ſe me
tropolitanũ:ſunt enĩ talia grauia rõne perſonæ:& ſic in conci
lio tractanda. in auth. de ſan.epis.§.vt aũt omnis.18.diſt.ꝑpter
1.& 2.alias aũt hoc poteſt epus,vt in contrario,niſi propter ſcã
dalum, vel negocij grauitatem oporteat certos epos conuoca
ri:& excõicatus a ſolo epo ad requiſitionem epi a cęteris epis
vitabitur.4.q.5.c.vno, vbi de hoc.18.diſt.placuit, quod facit ẽt
in contrarium:ſed ſolutio ibi patet.58.diſt.ſi quis,ad hoc.ſ.de
offic.ordin.ad reprimendam,vel dic,ꝙ ſimpliciter debet ſtari
huic textui,& c.ad abolendam,non contradicit,non enim lo-
quitur de dño temporali, ſed de alijs. contra tñ hoc facit dict.
c.§.ſtatuimus: ſed ibi non dicit de dño vniuerſali:ſed de comi
tibus,& baronibus. Item non traditur ibi forma procedendi
contra tales,verius tamen puto, quod dr̃ in ſolutione pręcedẽ
ti. Oppono ſecundo,ꝙ non ſit opus nunciare Papæ ſi perſiſtũt
per annum in excommunicatione: ſubeſt enĩ aliud remediũ,
vt condemnentur tanq̃ hæretici.ſ.§.qui autem. So.Ioan.And.
ſtat contrario,ſed dic verius, ꝙ ibi de excommunicato,ꝑp ſu-
ſpitionem hæreſis: ſed hic non dicitur, ꝙ dominus tempora-
lis negligens purgare terram hæreticis ob hoc ſit ſuſpectus de
hæreſi,nec excõicatus propter ſuſpitionem hæreſis, ſed ꝑpter
contumaciam non parendi,vnde non eſt locus di §.niſi vt ibi
dixi.de excõicato propter alias cauſas,q̃ propter hæreſim. Op
pono tertio in eo,ꝙ proteſtatur ſaluum eſſe ius domini princi
palis,de c.vergentis.ſ.eo.gl.in verbo ſaluo iure format,& non
ſoluit.dic,ꝙ ibi de filijs,qui non ſunt domini: licet ſperent fie-
ri domini.hic de dominis habentibus directum dominiũ, &
dic, vt not.in ca.quæſiui.alle. in glo.de his quæ fi.a maiori par
te cap.Oppono quarto ad idem: quia debuiſſet Papa diſpone
re,quid iuris de bonis mobilibus talium, quæ fortius deberẽt
ſubiacere catholicis occupanda,tanquam quæ facilius perdũ-
tur.Solutio.dicit Hoſtien.ꝙ immobilia erunt prioris domini.
ff.de capt.& poſtli.reuerſis.l.ſi captiuus. Mobilia autem fiunt
occupantium,eo.tit.l.antepenult. de acquir.rerum dominio.
l.transfuga.C.de captiuis.l.ab hoſtibus,& ſic Hoſtien.ſtat con
trario, dic ergo formaliter contrarium, ꝙ de mobilibus non
dixi,quia erat minus dubium. Oppono quinto ad hoc, quia
nondum condemnatus erat iſte, vt hæreticus, ergo bona ſua
non ſunt occupanda. Solu. ex quo perſtitit in excommunica-
tione per annum,cenſetur hæreticus.ſ.eod. cap.§.qui autem.
Oppono ſexto ad idem,ꝙ bona iſtius non debeant cedere oc-
cupantibus: quia non in quolibet bello fiunt bona occupan-
tium,23.q.5.dicat, & q.7.ſi de rebus. Sol.hic cedunt occupan-
ti,quia bellũ eſt iuſtum, & authoritate Papę indictum, ſi qua
ergo bona eius ſunt propria,fiũt occupantium: ſed ſi qua ſunt
feudalia,occupabuntur ſaluo iure domini Inno.ff.de captiuis.
l.5.§.in pace, de acquir.rerum domin.l.naturali.§.fi.& dict.ca.
dicat. & ſi de rebus. Si aũt bellum eſſet iniuſtum,non fiunt bo
na occupantium, dict.l.ſi captiuus.pro hoc de homic.pro hu-
mani.ibi diffidatus,lib.6.de quo not.de iureiur.ſicut,3. & dixi
4 in c.olim.1.de reſtit.ſpo. Circa hoc quæro, nunquid † inferior
a a Papa, vel principe poſſit indicere bellum iuſtum,[a] de hoc in
dicto ca.olim. & aliquid in §.ſequenti dico. Quæro, nunquid
dioceſanus poteſt bona ſui ſubditi excommunicati & rebellis
per annum,& per annum expectati,vt in textu exponere occu
panda. Hoſtien.dicit,ꝙ ſic.per cap.pro humani.verſ.ſitque,cũ
ſuis ſimilibus,lib.6.probat,quia in minoribus criminibus hoc
poteſt,de iudicijs,cum non ab homine, de verborum ſign.no
uimus,quæ probant, ꝙ poteſt perſonam clerici tradere ſecula
ri: ergo & laici: & ſi perſonam,fortius bona,quia perſona eſt
dignior.12.q.1.ꝓcipimus,de don.inter vir.& vxo.c.pe.de deci
5 mis ex parte.el 3. Item iudex eccleſiaſticus † inuocat brachiũ
ſeculare generaliter in perſonas, & in res. de homicid.poſtu-
laſti,de cleric.excommunic.cap.2.hoc intellige ſecundum ca,
quæ dixi ſup.in primo contrario.Inducitur ille text.per abba-
tem ad quæſtionem de rege Aragonum, vt ſibi non præiudi-
cet occupatio facta per regem Francorum de comitatu Tho-
loſano ad mandatum eccleſiæ: quod quærere eſt facti, ſed ad
ſciendum quid iuris: videndum eſt,an fuerit in culpa,an non:
vt hic in verſi.dummodo.

ADDITIO.

a Iuſtum. Adde Innocẽ. in c.ſicut,de iureiuran.Hoſt.in ſumma titu.de treu.& pace.in §.quid ſit bellum. Ioan.de lign.tract.de bello.Baro. tractatu de pugna. Sanctus Tho.2.2.q.40.art.1.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia accedentium in ſubſidium terra ſancta qualis ſit.*
2 *Bellum contra inimicos fidei,an poſſit indicere quilibet prælatus.*

1 CAtholici vero. Quæro,qualis ſit indul
gentia † accedentium
in ſubſidium terræ ſanctæ.So.cõſequuntur remiſ-
ſionem peccatorũ, & alia de quibus in ca.ad libe-
randam,in deciſa.ſ.nt.1.vbi dixi. de conſuetudine autem ob-
ſeruatur,quod dixit hic textus, vt concedatur talis indulgẽtia
aſſumentibus ſignum crucis ꝯ hæreticos, etiam ſi non inſtet
hæreticorum perfidia,vel potentia. Quæro circa priuilegium
horum cruce ſignatorum, an recipiant fructus beneficiorum
a in abſentia,[a] & quid de quotidianis diſtributionibus.de primo
probat textus ꝙ ſic, in deciſa præallegata. De ſecũdo dixit hic
Vinc.idem ꝙ tenet Spe.eo.tit.verſ.in fauorem. & in fi.contra-
rium dixi in d.cap.ad liberandam. Inducit glo.textum in ar.ꝙ
authoritate eccleſiæ poſſit indici bellum contra inimicos fi-
2 dei.† Vbi quæro,an poſſit hoc quilibet prælatus,dic,vt dixi in
c.olim. 1.de reſtit.ſpol.Si tamen eſt bellum,propter quod prę-
dicatur crux:hoc prælium fieri nequit ſine ſpeciali licentia Pa
pæ, ſicut nec votum crucis aſſumendæ, niſi a Papa immuta-
tur,de voto ꝙ ſuper,& cap.ſeq.pro hoc quia principaliter ſpe-
ctat ad Papam decidere dubia fidei: & per conſequens eius ac
ceſſoria expedire.24.quæſt.1.quotiens. Item quia in tali prædi
catione conceditur plena remiſſio, quam nullus præter Pa-
pam concedere poteſt: de quo per Hoſtien.in ſumma. eod.§.
in quo caſu & a quo crux. Et quid operetur hæc plena remiſ-
ſio,& vnde cauſetur, dixi in dicto c. ad liberandam.

ADDITIO.

a In abſentia. Adde text.& doct.in cap.ſuper ſpecu.de magiſt.

SVMMARIVM.

1 *Fautores,defenſores,& receptatores qualiter differunt.*
2 *Differentia inter ineligibilem actiue & paſſiue.*
3 *Excommunicatus & hæreticus in aliquibus pęnis conueniunt.*
4 *Sententia per hæreticum lata dicitur nulla.*
5 *Communicare cum excommunicato antequam ſit denunciatus, an ſit peccatum mortale.*
6 *Sepultura in quo caſu denegatur.*
7 *Hæreticum nullus reconciliare poteſt ſine Papæ licentia.*

CRedentes præterea. Hic ponit pœ-
na credẽtium,
receptatorũ,& fautorũ.Itẽ ẽt cõicantiũ excõicatis
vſq; ad §. qa vero. In ſimilib. põt facere cõparatio-
nẽ ad ſimilia officia,& ad ſimiles perſonas: vt ꝭ.dicet. Regula-
res. ſubaudi caueãt a ꝑdictis, ac ſi dicerent, clerici grauius pu-
niunt,q̃ laici: qa grauius peccant. Sic religioſi grauius, q̃ cleri-
ci ad hoc.ꝭ.eo.accuſat ad fi.lib.6. No.differentiã inter recepta
1 tores,† defenſores,& fautores.de quo per archi.ꝭ.eo.ti.c.a.li.6.
Nota pęnas,q̃ imponunt ꝑdictis: & inter cęteras eſt pęna infa
miæ: habent ẽt inquiſitores vnã cõſtitutionẽ Frederici,q̃ in ef
fectu vult,ꝙ bona receptatorũ ſunt publicata, & ipſi ſunt rele
gati in perpetuũ,& ipſorũ filij ab honorib. excluſi.No.differẽ-
2 tiã † inter eſſe eligibilem paſſiue,& actiue,ponuntur enĩ hic vt
diuerſa.ibi nec ad publica &c.& ibi nec ad eligendos.pro hoc
de clerico exc.ſi celebrat.Ex hoc no.ꝙ licet nepos damnati de
hæreſi nõ poſſit habere bñficiũ eccleſiaſticũ, vel publicũ offi-
ciũ.ꝭ.eo.c.2.l.6. Eligere tñ põt ad illa.Sufficit.n.ꝙ non eſt pro-
hibitũ. Nota etiam,ꝙ in pluribus pęnis hic enumeratis conue
3 niunt hæreticus, † & excõicatus, ſicut eſt, ꝙ non põt eligi: &
in alijs pluribus.de aliquibus aũt eſt q̃ſtio: ſicut in hoc,ꝙ hære
a ticus eſt inteſtabilis, [a] nunquid ẽt excõicatus prohibeat facere
b teſtamentum, [b] in quo dicit,ꝙ non,quod plene no.Ioan.And.
de ſen.exc.decernimus.li.6. Inn.poſuit in c.pia.de excep.eo.lib.
Nota,

ADDITIONES.

a Inteſtabilis. Adde Abb. in rubr. de teſta. in 12.prohibitione.
b Teſtamentum. Adde Pet.de Anchar in cap.pia.de exceptio.lib.6.idem Petrus in regula,nemo poteſt,in 7.quæſt. de regu.iur. eod.lib.Bald. in cap.intelleximus,de iudic. Abb.in rubrica de teſtam.Freder. de ſenis conſilio 71. incip. vetus querela.

Digitized by Google

4 Nota, ꝙ ſententia † lata per hæreticum eſt nulla. Idem de no-
a torio excõicato ᵃ de re iudi. ad probandum. Saluo, ꝙ habetur
J. eo. preſidentes, lib. 6. Et dicit Ioan. ꝙ lata per hęreticum etiã
inter ignorantes eſt nulla: licet in contrariũ faciat. 3. q. 7. §. 3. in
princ. Sed ratio primi dicti eſt: quia eſt lata a non iudice. Nota,
5 ꝙ cõicare excõicato † antequã ſit denunciatus ᵇ non eſt mor-
b tale, ſed veniale: quod colligunt aliqui in verſ. Si qui, in verbo
denotati. de quo in cap. ſacris, ꝙ metus cauſa, vbi dixi, ꝙ etiam
poſt denunciationem non eſt indiſtincte mortale. non autem
colligitur hic, quia loquitur de hæreticis. Nota in verſ. Sane. ca
6 ſum, † in quo denegatur ſepultura: & contra ſepelientes hic ꝓ-
hibitos emanauit pœna cap. 1. 1. reſpon. eo. tit. lib. 6. ſunt enim
excõicati, vt ibi. Oppono primo in eo, quod dicit tales creden
tes &c. non poſſe alijs ſuccedere in hæreditate, vt in authen. vt
cum de ap. co. §. generalem, & ſequentibus. 8. colla. Sol. corrigit
in illa parte. ꝭ. eo. vergentis, & quod ibi dixi in primo cõtrario.
Oppo. ſecundo in verſ. Si vero, quia non magis punitur cleri-
cus, q̃ laicus, cuius ꝯrium hic dicit, maiores namque pęnę sũt
præcedentes, q̃ pœna depoſitionis ab officio, & beneficio Sol.
pœnis pręcedentibus ſubiacent etiam clerici, pęnæ aũt depo-
ſitionis adhuc ſubiacent vltra illas. Oppono tertiò in verſ. Sa-
ne. ꝙ propter delictum regularium ſepelientium prohibitos,
hic non debuerint tolli ipſorum priuilegia: quia delictum per
ſonæ &c. regula delictum lib. 6. nec delictum iſtorũ debet pre-
iudicare non culpabilibus. Sol. oportet intelligi, ꝙ maior pars
conuentus in hoc deliquerit, & tunc tenetur cõuentus, & ec-
cleſia. de ordi. co. c. 2. & quod ibi not. in gl. 3. de ſymo. dilectus.
& quod ibi not. vel dicit Hoſt. hic ſpeciale in crimine hęreſis,
in quo punitur quis pro delicto alterius. ꝭ. eo. vergentis. ad hoc
de offi. archid. ca quæ. regulariter autem ſecus, de his, quæ fiu. a
ma. parte ca. quęſiuit. Hæc ſolutio non placet: quia non proba
tur ex textu, & contra regulas non debet veniri per argumen-
ta: ſed præcedens vera eſt. Vel poſſet hic loqui de priuilegijs ꝯ-
ceſſis ſingularibus perſonis, & tunc fateor, quod ſoli delinquẽ
tes ea perdunt. Quæro, qua ratione motus eſt Papa ad perſe-
quendum receptatores, & defenſores hæreticorum. Sol. vt in
glo. 1. & in ea ibi etiam ſi eſſent conſanguinei. in quibus tamẽ
temperatur pęna in alio crimine, q̃ hæreſis. ff. de receptat. l. 2.
quomodo autem, & qua pœna puniantur defenſores, ſeu cõ-
ſentientes crimini. dixi plene in cap. 1. de offi. deleg. & ibi gloſ.
Quæro, quomodo debent ſatisfacere, & hoc circa textum, ſi
ſatisfacere contempſerint. dic, ꝙ conſiſtit, in hoc ſatisfactio, vt
abiurent hæreſim, & purgent ſe ſi tantum ſunt ſuſpecti. inf. §.
addicimus, tenentur etiam ſatisfacere vlterius, ſi erant excõi-
cati ꝑ notoriam cãm ſm Hoſt. quia debent ſatisfacere de om
nibus iniurijs, & ſequelis hac occaſione alicui factis. de reſtit.
ſpol. grauis. de verb. ſign. ex parte. 1. ad hoc regula acceſſoriũ.
lib. 6. Quæro, quid de alijs ſcripturis, q̃ de inſtris tabellionum,
quæ hic reprobantur, gl. in verbo, cum authore, ſoluit, & in ca
ibi exceptione: de hoc ibi dixi, & not. de ſent. excom. decerni-
mus in vlt. gl. lib. 6. & ibi ſimilibus, quæ verba expone pro qui-
buſcunque publicis officijs, cuiuſcũque nominis, quæ omnia
comprehendit, & interdicit. nam & omnes actus legitimi in-
terdicti ſunt: vt dicitur in gl. hic in prin. & in fi. dic verius, ꝙ re-
ſcriptum eſt nullum. de reſcrip. c. 1. lib. 6. Quæro in eo, ꝙ Papa
ſibi reſeruat diſpenſationem. in verſ. Sane clerici. nunquid po
teſt epiſcopus ſaltem reconciliare tales, gl. in verbo ſpeciali. di-
cit, ꝙ ſic: ꝙ eſt verum quoad ſñiam canonis, ſed quo ad ſñiam
oris Papę, quam profert ter in anno, videtur ſecus: per ca. cum
inferior. de maio. & obe. Ex quo infertur ſm Hoſt. ꝙ nullus †
7 citra Papam poteſt ad plenum recõciliare hæreticum ſine ſpe
ciali Papę licen. quod dicit not. dignũ, niſi dicamus talẽ ſñiam
eſſe canonem gnalem, & ſic tolli põt per inferiorem, ex quo
Papa ſibi non reſeruat. de ſen. excom. nuper. pro hoc, quod no.
in c. vt officiũ. co. tit. lib. 6. Seruatur de facto, ꝙ inferiores abſol
uunt: non eſt tamen verum, ꝙ ſñia oris Papę ſit canon. refert
enim inter ſententiam canonis, & ſententiã vocis viuæ vt dixi
in c. a nobis t. de ſent. exc. & de rapto. c. 1. & de conſti. c. a. lib. 6.

ADDITIONES.

a Excommunicato. Adde Do. in c. fi is cui. de off. deleg. lib. 6.
b Denunciatus. Adde tex. in c. fin. de cle. exc. mi. & per Archiepiſco. Flor. in 3. parte ſuæ ſummæ. tit. 25. cap. 25.

SVMMARIVM.

1 *Prædicandi licentia non poteſt dari ab inferiore ab epiſcopo.*
2 *Vſurpare quid ſit.*
3 *Prædicare quibus ſit licitum.*

QVia vero. Prędicans ſine ſuperioris licentia, ex
cõmunicatũ, & niſi reſipuerit, alia pę-
na plecti debet. Ait ſecũde ad Timotheũ tertio. Dicat.
ad Rom. 10. Nota ſummarium; hodie aũt a ſede Apoſtolica
per cle. dudum. de ſepul. tradita eſt ptãs fratribus pręedicatori-
1 bus, & minoribus ꝑdicandi. Not. ꝙ licentia prædicandi † non
poteſt tradi ab inferiori epiſcopo. ibi epõ: & ſic ſm Inn. non li-
cet hoc abbati: quia ꝙ de vno permittitur &c. de præſum. nõ-
2 ne. pro hoc de exceſſ. præla. accedentibus. Nota, ꝙ vſurpare †
eſt, cum quis ſe immiſcet officio, ad quod non eſt deputatus.
Oppon. quia quilibet curatus poteſt concedere alteri ſacerdo-
ti, vt miſſam celebret in eccleſia ſua. de cle. peregri. c. 3. ergo for
tius, ꝙ prędicet, quod vr̃ eſſe minus. So. ſm Inn. immo eſt plus.
maius namque periculum imminet in prędicatione. pro hoc
3 hic tex. & ꝭ. c. prox. Quæro gñaliter, quibus ſit licitum † prædi
a care, ᵃ dicit Hoſt. ꝙ omnibus habentibus ad hoc authoritatẽ a
dño, tales ſunt epĩ, qui hñt authoritatem generalem euangeli-
zandi omni creaturæ. Matthæi vlt. 21. diſt. in nono. & de talibꝰ
ſacerdotibus, ideſt epĩs põt intelligi. 6. q. 1. ſtatuimus, 19. diſtin.
ſm. & hoc niſi prohibeantur ab eo, cuius eſt diœceſis. 6. q. 3. ſcri
ptum, vel ſm Hoſt. poſſet ad hunc dici, ꝙ nõ pñt prohiberi quo
ad hoc, cum habebant ptãtẽ a deo. ꝑ hoc. ꝭ. c. prox. verſ. Ioann.
dum tñ caueant ab errore, maxime quia verbum dñi non eſt
alligandum, ſecundæ ad Thimothæũ ſecundo. primũ placet.
tñ etiam ſm põt ſuſtineri, vt intelligantur permiſſi epĩ vbiq;.
& ſic prædicent, niſi prohibeantur. Oppono ad hoc de. c. quod
aũt. J. de pęniten. Sol. aliud de indulgentijs, quas non concedit
epiſcopus nõ ſubditis vt ibi. aliud de prædicatione, per quam
in nullo grauat, nec vſurpat epiſcopus iuriſdictionem alterius
prædicando ſubditis eius: immo facit eius conditionem me-
liorem, lucrifaciendo animas illi commiſſas, 95. diſt. ecce, per
quod videretur hoc poſſe illo inuito. ff. de neg. geſt. l. ſoluendo.
quod tamen non eſt verũ, tunc enim præiudicaret, immiſcen
do ſe alterius officio, cum non debeant occupari termini alte
rius, de vſu pallij ex tuarum, & per hæc habes de epiſcopis. De
inferioribus autem dicit Innoc. ꝙ ſi perſona volens prædicare
eſt nota, ſicut magiſter in theologia, vel alius idoneus prædi-
cator, vt per epiſcopum approbatus, & deputatus ad curam,
talibus licet: & ſecundum Innoc. talibus quilibet curatus dare
poterit hanc authoritatem, ſcilicet in loco ſuæ curę. ad hoc de
offic. ordin. cum ab eccleſiarum, ſed epiſcopus generaliter po
teſt in tota diœce. de offic. ordi. inter cæteras.

ADDITIO.

a Prædicare. Adde, ꝙ prædicare eſt officium curæ, vt eſt glo. in verbo officia in clem. 1. de reg. gloſ. in verbo prædicare. in clem. 1. de reli. do. Abb. in cap. inter cætera in 1. no. de off. ord. & doct. in clem. dudum de ſepul.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt per alium viſitare.*
2 *Teſtes tres in crimine hæreſis requiruntur.*
3 *Vniuerſitas iurat.*

ADdicimus. Hic ponitur viſitatio, & perſe
tio hęreticorum. Nota, ꝙ epĩs
1 † põt viſitare per alium. ᵃ debet tñ eſſe honeſtus. ꝑ
a hoc de offi. archi. c. 1. de offi. ordi. inter cętera: & ſal
tẽ ſemel debet viſitare. ibi ſaltem ſemel. ad hoc de offic. archi.
mandamus. Nota ſm aliquos, intendit hic litera in eo, quod
dicit tres vel plures, ꝙ in crimine hæreſis requirantur neceſſa-
2 rio tres teſtes † ad minus, & ſic ſit caſus ſpecialis, in quo nõ ſuf
ficiunt duo. ſimiles caſus not. 2. q. 4. in prin. pro hoc ratio, quia
videtur graue, per duos quem condemnari de ita graui crimi
ne, maxime: qa nõ cõpetũt tot remedia ꝯ teſtes hoc caſu, quot
in alijs J. eo. c. fi. lib. 6. ſed dic, hoc non probari hic: qa loquitur
de teſtibus ſup inquiſitione generali, q̃ ſit ꝯ neminem, de qua
dixi de elec. bone. el 1. plenius de accu. qualiter. 2. In hac quan-
to a pluribus quæritur, facilius inuenitur, pro hoc de offi. dele.
prudentiam, §. addicimus. Not. in eo, ꝙ dicit compelli viciniã
3 iurare, quod † vniuerſitas iurat. & dicit gl. argumentum colli
gi, ꝙ iuret de calumnia. de quo in cap. imperatorum. de iura.
calum. Sed expone viciniam. ideſt omnes de vicinia, ſi expe-
diet: & tunc non colligitur: nec eſt verum, quia vniuerſitas eſt
corpus non verum, ſed repreſentatum, & ſic non capax iura-
menti. ꝑ hoc de ſen. exc. romana. §. in vniuerſitatem. lib. 6. & ꝙ
dixi de ſymon. dilectus. Oppono, ꝙ non ſe purgans nõ debeat
puniri, vt hęreticus. ꝭ. eod. §. qui vero. Sol. ibi de negligentibus.
hic de volentibus, & deficientibus, quod dic vt ibi. Quæro,
qui dicuntur deſidentes a vita, & moribus fidelium, dic per
exempla: vt quia laici non profeſſi portant habitum regula-
rem: vel ſunt incedentes nudi toto corpore, vel pedibus: cum
ex regula eis nõ conueniant: vel non viſitant eccleſias: vel nõ
audiunt verbum dei: non colunt dominicam, ſed ſabbatũ: vel
meridie

ADDITIO.

a Per alium. Adde Franc. Pauinum in tractatu de viſitatione.

Digitized by Google

meridie comedunt cum lumine, vel abhorrent panis eſum: vel die dormiunt, & nocte vigilant: ſed proprie procedit textus de deuiantibus a communi conuerſatione in his, quæ ſunt pertinentia fidei: tamen contra quemcunque ducentem vitã ſingularem, niſi conſtet de eius perfectione pręſumi poteſt, & inquiri debet, vt hic. Et nota perpetue hunc textum, ꝙ quis nõ debet in aliquo pręuaricari communem conuerſationem. vnde nota ſingulariter caſum, in quo nulla præcedente infamia fit inquiſitio contra aliquem, & eſt ſufficiens ſuſpitio hęc ſola, ꝙ eſt deſidens a communi conuerſatione fidelium; quod alibi nõ probatur: & eſt ſingulariſſimum, gl. tamen alle. aliquas concor. ſed in illis non æque colligitur.

SI qui. Hic ponitur pęna iurare nolenti. Oppono, quia multi ꝑpter religionem ex honeſtate renuunt iurare, de teſti. nuper. de iureiurã. & ſi Chriſtus, ad fin. Sol. hic damnantur, vt hæretici illi ſoli, qui per obſtinationem iurare reſpuunt, forte dicentes hoc mortale. & ideo ex hac pręſumptione damnantur. ad hoc, C. de hęreticis. l. 2. & quod nota. de pręſum. literas. ad fin. Sed ſi ex honeſtate, & non obſtinate, illud eſt laudabile.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſuper hæreſi debent eſſe vigiles.*
2 *Caſus, in quo epiſcopus deponitur.*

VOlumus. Hic ponitur pœna epiſcoporũ nõ perſequentium hęreticos. Nota, ꝙ
1 epiſcopi † debent ſuper hæreſi eſſe vigiles, pro hoc
Lucæ ſecundo de paſtoribus vigilantibus: adiunguntur hodie inquiſitores de quibus in cap. per hoc, infr. eod. lib. 6. Et hoc nota pro diligentibus contra negligentes: & ſomno ocioque ſepultos, qui ſunt mortui viuentes: maxime autẽ in pręlatis deteſtãda eſt negligentia: & ideo in pręlato eſt mortale: vt dicit gloſ. ſingularis. de offic. Archid. ea quæ. Nota
2 caſum, † in quo deponitur epiſcopus: quod tamen faciet ſolus Papa, nec in hoc habent inquiſitores poteſtatem. J. eod. inquiſitores, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Laici prædicare non debent.*
2 *Laici decimas percipere non debent.*
3 *Laici oblationes non debent percipere.*
4 *Laici non debent habere cognitionem cauſarum eccleſiaſticarum.*
5 *Laici in ſpiritualibus eligere non debent.*
6 *Laici reſignationem beneficij a clerico recipere non debent.*
7 *Laici inueſtire non debent.*
7 *Vitia ſub ſpecie virtutum quandoque occulte ſubintrant.*

SIcut in vno. Laici cuiuſcunque ſint profeſſionis prædicare non debent, præmittit exceſſum, quem interdicendum mandat ibi, madamus: vel ibi nos, & J. deciditur, quod habet. ȝ. eo. cum ex iniuncto, verſ. ſicut enim. verendum, ideſt timendum vel cauendum. quandoque ponitur, per verecundia. 8. quæſt. 1. vereor. Subintrent. quaſi inter bona, & ſancta verba occulte per tales ſeminentur. Doctorum, ideſt prædicatorum quo ad propoſitum. Ordinis. ideſt profeſſionis: vel
1 ideſt habitus, ſeu cuiuſcunque conuerſationis. Nota laicis †
2 interdici officium prædicandi, ª quod eſt, quia eis interdicunt
actus ſpirituales, & talis eſt prędicatio, vt hic, & ſup. eod. cum
2 ex ioiuncto, ſicut etiam interdicitur † perceptio decimarum,
3 16. q. vlt. decimas. Item oblationum. † 10. q. 1. quia & c. ſancto-
4 rum. Item cognitio cauſarum † eccleſiaſticarum. de iudicijs,
5 c. 2. Item eſſe compromiſſarium † in ſpiritualibus, de arbi. ꝯ-
tigit. Item eligere. de elec. quiſquis & c. ſacroſancta. Item reci-
6 pere reſignationem † beneficij a clerico. de renun. ꝙ in dubijs.
7 Item inueſtire † 16. q. vlt. ſi quis deinceps, licet poſſint præſen-
tare de gratia. de iure patro. c. 3. Et interponere partes ſuas ele-
ctioni tractandę, eo. tit. nobis. Ad prædicta, quod no. in di. cap.
8 contigit. de iud. c. 2. & 3. Nota, ꝙ ſub ſpecie virtutum † quando-
que occulte ſubintrant vitia, quod proſequere, vt in gl. 1. Et in
ea ibi Iſaias. 6. c. & ibi mitte me. in hoc facit ad propoſitũ, alias
videretur facere contra: quia ſe obtulit: quia non obtulit prædicationi: ſed miſſioni. In glo. vlt. ibi, ad hæc. quod intellige, vt ibi notatur.

ADDITIO.

a Prædicandi. Adde glo. in verbo laico in ca. bene quidem 96. diſt. Abb. in cap. decernimus. in 6. col. de iudi. Sanctus Tho. 2. 2. q. 10. art. 6.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas non eſt de genere malorum.*

EXcommunicamus. Hoc principiũ & totum in ſummatur, vt ſup. eod. excommunicamus. in prine. &
1 idem dicit. Paupertas † non eſt de genere malorũ.
15. q. 1. illa: not. de reſcript. ſtatutum. §. inſuper. lib. 6. ſed nec bonorum, quia ſola rationalia ſunt ſuſceptibilia harum qualitatum proprie loquendo: licet generaliter omnia entia quatenꝰ exiſtunt, bona ſint, iuxta illud gen. primo. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat & erant valde bona: ſed moderata paupertas eſt bene cauſa virtutum & ſcientiæ acquirendarum. iux. illud Senecę. Multis ad philoſophandum obſtitere diuitię, ad hoc. 12. q. 2. Socrates, alias crates. Arnaldiſtas. iſti forte dicuntur a nominibus authorum: ſicut Donatiſtæ a Donato. idem de præcedentibus. Diuerſas. 24. q. 3 cap. pen.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus ſolus iudicat de hæreſi.*
2 *Clerici prius ſunt degradandi, quam per ſecularẽ iudicem puniantur.*
3 *Hæretici, qua pœna puniantur.*

DAmnati. Summa vt in c. excõicamus. §. dã-
1 nari. ȝ. eo. No. ꝙ de hæreſi † iudicat
ſolus eccleſ. iudex. ibi per eccleſiã. eſt. n. crimen eccleſiaſt. J. eo. vt inquiſitionis. lib. 6. §. ꝓhibemus. Et
noĩe ecclę intellige iudices, quibus hoc cõpetit, vt ſunt dioceſani, & inquiſitores, qui ſimul cõicant ꝓceſſus, ꝙ dic, vt in cle.
2 multorũ, eo. ti. No. ꝙ cler. prius ſunt degradandi, † q̃ per ſecula
rem iudicẽ puniant, & fiet degradatio hoc caſu per epm etiã
3 nõ adiunctis alijs epis. J. eo. c. 1. lib. 6. Quæro, qua pena † puniã
a tur hæret. ª gl. ſoluit: ſed plenius habuiſti ȝ. eo. ad abolendam,
§. laicus, vel. §. pñn, & in hac glo. ibi doceret. ad hoc. J. de priuil. ſuper ſpecula. & ibi intelligitur. idem not. 26. q. 5. aliquanti, & in fin. de hoc per Hoſt. in ſumma. eod. §. qua pœna.

ADDITIO.

a Hæretici. Adde gloſ. fin. in cap. inter ſollicitudinem, de pur. cano. & in c. 1. de hæret. lib. 6. in l. 1. C. de ſumma Trin. & in l. Arriani. C. de hæret.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator deficiens in probando hæreſim, qua pœna puniatur.*

SI qui autem. Not. pœnã redeuntis ab hæreſi, vt detrudatur in perpetuo carcere. põt autem hæc pęna mitigari, & mutari. quod dic, vt J. eod. vt commiſſi. verſ. & illorũ, lib. 6. Quæro circa id, quod dicit tex. deprehenſi, qñ dicantur deprehenſi. gl. vlt. ſoluit. Et in ea ibi vt hic patet, quod limita p
1 c. ſuper eo. J. eo. lib. 6. Quæro, quia vt hic, vides, rediens † ab hæ
reſi non punitur vltimo ſupplicio: quid de accuſatore, qui defecit in probando hęreſim. videretur non puniendus vltimo ſupplicio, ſed detrudendus in carcerem, ſi pęnitet, ſicut detruditur hæreticus pęnitens. Iac. de Are. in l. fi. C. de accuſa. vbi de hoc per Cyn. dicit obtentum contrariũ. nã ſpãle eſt in crimine hęreſis, ꝙ licet pęnitere vt hic: ſed accuſans non punitur vt hęreticus: ſed de calumnia, i. quo crimine non eſt ſtatutum per pęnitentiam euitari pęnam, per hoc quod no. Cy. C. de cuſto. reorũ. l. pen. hæc deciſio eſt pulchra: ſed nõ probat̃ rõne præinducta: nã licet accuſans, & deficiens teneat̃ de calũnia, pęna calũniæ debet cõmẽſurari pęnæ imponendæ accuſato, ſi ꝓbatũ foret. ꝓpterea dr̃ tallionis. i. talis oneris. de procur. tuę. ſicut ergo pęna accuſati qualificat̃, vt poſſit euitari: ita deberet, & accuſatoris. Sed defendendo dic, ꝙ pęna accuſati qualificatur ex facto ſuperuenienti: ſed attenta natura dãnationis erat vltimũ ſupplicium: at pęnitentia talis non habet locum in accuſatore, cuius culpa iã eſt finita, & irreuocabilis terminato proceſſu, ſed crimen hæreſis, quod habet partes ſucceſſiuas, tolli poteſt per pęnitentiam. putarem tamen miſericordius agẽdum cum accuſatore propter pręmiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Lapſus in hæreſim quando quis manifeſte dicatur.*
2 *Hæreticus ſi reconcilietur, an fidelitates recipiat.*

ABſolutos. Obligati aliquibus per eorum hęreſim ipſorũ iure liberãt. Omni, quid ſit, dr̃ de ſymo. ex diligenti. de reg. iur. c. ſi. Abſtricti. abſoluti ſunt ẽt a prima ptãte. J. eo. c. 2. in fi. lib. 6. Oppono de c. qñ. 11. q. 3. & de ſent. excom. inter alia. Sol. ȝria loquuntur de excõicato, non de hr̃tico. nam ab hęretico ẽt vxor recedere poteſt, non autem ab excõicato. 24. q. 1. ſi cũ.

Digitized by Google

Quæro, quid important verba illa textus totius obſequij. dicit
Goffr. ꝙ important, vt familiares ſerui liberti, & mercennarij
ſint abſoluti. dic latius, ꝙ important quemlibet de quolibet
obligatum per verba ſequentia: ibi, aliquo pacto &c. Quæro,
nunquid ſint abſoluti ipſo iure. glo. 1. dicit, ꝙ ſic, & dicit Hoſt.
ꝙ hoc non erat olim ita expreſſum, ex hoc not. iungendo glo.
ad textum, ꝙ participium præteriti temporis ſignat diſpoſitio
nem ipſo iure, & ſine hominis miniſterio cõſummari: & hoc
quia verbum cui hic adiungitur, non exigit aliquod miniſte-
rium. alibi autem ſecus. ſ. de ſo. compe. ſi diligenti. & quod ibi
not. in gl. in verbo perdant: & quod ibi dixi. & de iura. calum.
1 c. fin. Quæro, quando dicetur quis manifeſte lapſus † in hære-
ſim. Sol. per notata in c. veſtra. de coha. cle. vbi dicitur, quid ſit
manifeſtum. Et quo ad propoſitum dic, manifeſtum, quod ꝓ-
bari poteſt. pro hoc de verborum ſig. cum olim Si autem eſſet
omnino occultum, & non probabile: ſecus. de ſymon. ſicut no
bis. in fin. quia occulta ſoli deo ſubijciuntur: vt eccleſia. bene.
2 c. vno. Quæro, quid ſi hæreticus † reconcilietur, nunquid ipſo
iure fidelitates recuperat: videtur, ꝙ ſic. ar. l. primę. & fin. C. de
ſententiam paſſis. 2. q. 3. §. notandum. in fin. Hoſt. tenet contra
rium, ſicut nec recuperaret ſi vaſalli fuiſſent per ſentẽtiam iu-
dicis abſoluti. arg. c. de illa. de diuor. & hoc quia ſententia hu-
ius textus non eſt lata ad tempus. Secus eſſet ſi ad tempus: vt
quando diu perſiſteret. de pœnis, cap. vlt. in fin. tunc enim ab-
ſolutus recuperaret. pro hoc, quod not. de vita & honeſt. cler.
cap. fin. Oppono ad hoc de cap. quia diligentia, ſ. de electio. &
quod ibi nota. dicit Abb. ꝙ illud cap. procedit in eccleſia. hoc
in priuato. melius dic, & plenius, vt ibi dixi. Et pro hoc, quod
not. ſ. eod. vergentis. Quæro, vt quærit glo. vlt. & ſolue, vt in ca.
Et in fin. de hoc not. 15. quæſt. 6. nos ſanctorum. & per Hoſtiẽ.
in ſumma de ſenten. excommun. §. ſi. ver. quid ſi teneor ſacra-
mento. dixi de dolo veritatis.

De ſciſmaticis, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Sciſmatici qui dicantur.*
2 *Sciſmaticus an dicatur inſurgens contra epiſcopum.*

Quia ſciſma inducit hæreſim ex eo, ꝙ intendit omne ſciſ-
ma coſtituere ſibi eccleſiam, & vniuerſalem eccleſiam impu-
gnare, quæ vna eſt. 24. quæſt. 1. loquitur. Ideo peccat in articu-
lum fidei, & in vnam ſanctam catholicã eccleſiam. Ideo &c.
Goffr. de materia. 1. quæſt. 7. quotiens. 2. q. 1. factus, & duobus
cap. ſequentibus, & c. denique. 9. q. 1. ordinationes. 24. q. 3. inter
hæreſim, & cap. clericus. 2. quæſt. 1. in pluribus cap. Repetitur
1 in ſexto. Quæro, qui dicantur ſciſmatici. † dic, ꝙ poſſunt dici
a largiſſime, large, & ſtricte. largiſſime omnes criminoſi.[a] 24.
quæſt. 3. cap. dicit apoſtolus. 1. quæſt. 1. ſacerdos. Vnde & dicũ-
tur ſciſmatici, qui coniurant contra ſuum prælatum: licet in
eis non ſit locus penæ cap. primi huius tit. vt ibi tenet Innocẽ.
Non enim ſunt ſuſpenſi, ſed ſuſpendendi, & etiam deponen-
di, pro hoc quod not. ſ. de iudic. exhibita. Large ſciſmatici di-
b cuntur excommunicati,[b] ex quibus aliqui quandoque nõ pec
cant: vt quia ſatisfaciunt conſcientiæ de reſtit. ſpol. literas. de
c ſent. excomm. inquiſitioni. Stricte dicuntur ſciſmatici,[c] qui
diuiſi ab vnitate eccleſiæ faciunt ſibi eccleſiam, faciendo ſibi
presbyteros, epiſcopos, & cõſtitutiones 7. quæſt. 1. nouatianus.
2 Sed nunquid qui inſurgit contra ſuum epiſcopum, † vt pro ſe
habeat epiſcopatum, dicitur ſciſmaticus. Quidam, vt refert
Innoc. ſ. eod. cap. 1. dicunt, ꝙ non, per cap. ſcire. 7. quæſt. 1. 24.
quæſt. 3. inter ſciſma. Alij contra per eadem iura. Hoſtien. te-
tenet primum, dum tamen talis inſurgens recognoſcat vni-
uerſalem eccleſiam, quod eſt verum per id, quod prædixi in
quæſtione præcedenti. immo ſecundum Hoſt. etiam ſi talis
ſit acephalus, & per hoc dicatur reus & improbus: non tamẽ
ſciſmaticus. 93. diſtin. nulla. 18. q. 2. abbatibus. Si intelligit ace-
phalum ex eo, ꝙ nõ recognoſcit epiſcopum, ſed vniuerſalem
eccleſiam, ſic verum dicit. Secus ſi nec Papam recognoſceret
per ſuperius dicta.

ADDITIONES.

a Criminoſi. Adde cap. audi denique, 11. q. 3.
b Excommunicati. Adde text. & ibi doct. in cap. cum excommunicato. 11. q. 3. doct. in cap. ab excommunicato. de reſcrip.
c Sciſmatici. Adde cap. loquitur dominus ad Petrum. 24. q. 1. & in cap. inter ſciſma. 24. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia collata a ſciſmaticis carent effectu.*
2 *Iurantes tenere ſciſma an puniantur.*
3 *Ordinati a ſciſmaticis an recipiant executionem.*
4 *Character an ſemper a conferente transfundatur.*
5 *Symoniaci in beneficio ſint infames.*
6 *Caſus, in quibus impeditur collator dare executionem.*
7 *Intruſi an ſint ineligibiles.*

Qvod a prædeceſſore. Irritæ ſunt ordinatio-
nes beneficiorum: collationes eccleſiaſticarum re-
rum: alienationes factæ a ſciſmaticis, & ab ordine,
& dignitate ſuſpenditur, qui iurat ſciſma tenere. hoc dicit. ha
bet quatuor dicta. ſecundum ibi adijcientes. tertium ibi, alie-
nationes, quartum ibi illos. hæreſiarcis, id eſt ſciſmaticis. Inn.
Manere. ſiue iuramentum ſeruauerint, ſiue non. 22. quæſt. 4.
diffinitio. & cap. ſequenti. Suſpenſos, quia temere iurauerũt,
quamuis iuramentum non obliget. 22. quæſt. 4. per totũ. Gof.
1 Nota, ꝙ beneficia collata † a ſciſmaticis carent effectu, ꝓ hoc
inf. de hæreticis, cap. 2. §. ad hæc. lib. 6. Nota in verſi. illos, ꝙ pu-
2 niuntur † ſponte iurantes tenere ſciſma. ſecus ſi non ſponte,
50. diſtinct. presbyteros. ꝙ metus cauſa. ſacris. Oppono ꝑmo,
ꝙ Guido, & Octauianus non poſſunt dici ſciſmatici: ſed po-
tius ſi qui ab eis diuerterunt, fuerunt ſciſmatici, cum ipſi fue-
rint pontifices, & rexerint eccleſiam. pro hoc quod dixi in ru-
brica. Soluit Hoſtien. ꝙ ſe intruſerunt tempore Alexandri ter-
tij canonice electi. & per hoc incurrerunt pœnas cap. in nomi-
ne domini. 23. diſt. & de elec. licet, ſed cap. licet. nondum ema
nauerat. dicuntur autem ſciſmatici, quia ſe diuiſerunt a Pa-
pa. Item etiam Apoſtatici. 79. diſtinct. ſi quis. 1. & cap. ſi quis
pecunia. & tempore talium, quo ad ipſos cenſetur eccleſia va
care ſm Hoſt. Fuit autem Guido Cremenſis, & vixit annis tri
bus: menſibus quatuor; diebus vigitinquatuor: cui ſucceſſit
Ioan. de ſtruma, qui & Calixtus vocatus eſt: cui ſucceſſit Lan-
do: qui & Innoc. vocatus fuit: & omnes ab Alexand. excõicati
fuerunt, & mala morte perierunt: quorum tres fuerũt presby-
teri cardinales, hæc patent ex cronicis: licet hic tm̃ de duobus
fiat mentio. Oppono ſecundo in verſ. alienationes, ꝙ licet lai-
ci faciant alienationẽ de rebus eccleſiæ, nõ per hoc ſint excõi-
cati: ſed excõicandi. ſ. de foro cõpe. conqueſtus. Sol. hic loquit
de alienationibus factis authoritate prædictorum ſciſmatico-
rum. Oppono tertio, ꝙ non expedierit excõicare: ſunt enim
excõicati ipſo iure, qui fauent hæreticis. ſ. tit. 1. excõicamus. §.
credentes. Sol. hæc ſententia põt reſpicere eos, qui non faue-
bant in errore, & tunc non eſſent excõicati, niſi quia excõican
tur per hunc tex. Si autem in errore, procedit ꝯtrarium de quo
per Hoſt. in ſumma. eod. tit. & tunc quo ad caſum iſtum dicit
Hoſt. ꝙ iſte canon eſt localis, quatenus excõicat ipſo iure, alias
requiritur ſententia. 23. diſt. in nomine domini. Ego intelligo
verſ. ſi quis autem, de cõtrauenientibus. ſ. in futurũ poſt tp̃s hu-
ius c. 1. de his, qui reſtituiſſent, & voluiſſent obſeruare alienatio
nes factas per illos: & ſic intelligendo, contrarium non proce
dit. Quæro primo, quod remedium habent hi, in quos factæ
fuerunt alienationes. Sol. ſm Vin. habent recurſum cõtra alie
nantes, ſicut & alias contra falſum tutorem. ff. ꝙ cũ falſo tuto-
re. l. falſus. §. ſi doli. Quæro ſecundo, vt quærit gloſ. vlt. verſ. ſed
pone. Solue, vt in eod. & idem not. de elect. nihil. in fin. & dic
vt ibi dixi. Quæro, quia hic dicitur, quod ordinationes factæ
ab Octauiano, & Guidone hæreſiarcis, & ab ordinatis ab eis
ſunt irritæ, nunquid ſunt irritę quo ad omnia, gl. 2. dicit, ꝙ nõ.
tenent enim quo ad caracterem, & hoc vult dicere gl. cum di-
cit, ꝙ conferunt ſacramenta, dummodo in forma eccleſiæ: &
per hoc dic ſecus, ſi formam eccleſiæ non obſeruant: quia &
tunc caracterem non conferunt. 1. q. 1. extra catholicam. ca. q.
detrahe. ſ. de baptiſmo, ca. 1. & pen. Sed quo ad executionem
ſacramentorum collatorum a ſciſmaticis, gl. diſtinguit, ao re-
cepta fuerint ignoranter: & cum talibus diſpenſabitur. 1. q. 2.
ſi quis a ſymoniacis. An ſcienter, & hoc non exprimit glo. ſed
ſatis innuit, ꝙ tunc diſpenſabitur. pro hoc. ſ. de ordi. ab epiſco.
qui re. epiſcopatui. ca. 1. & 2. Ad huius materiæ examinationẽ
ponit hic Innoc. latam gloſſam, quam primo expediam que-
rendo, & addendo aliqua: ſed in fine dicam, de hac materia
3 quid ſentio. Quæro tertio itaque, quæ eſt ratio, ꝙ ordinati †
a a ſciſmaticis non recipiunt executionem.[a] dicit Innocẽ. quod
quia ſunt excommunicati ipſo iure, cum nominentur hæreti
ci: vt hic, & 1. q. 3. inter 24. quæſt. 1. alienus, & hæretici ſunt ipſo
b iure excõmunicati.[b] 24. q. 1. c. 2. ſ. de hæret. excõicamus. qui-
dam

ADDITIONES.

a Executionem. Adde doct. in cap. ſi celebrat. de cler. excom. mi. Abb. in cap. fraternitati. inf. eodem.
b Excommunicati. Adde glo. 1. in c. cum Chriſtus. ſup. de hær. gl. in verbo qui vero. cap. 1. 24. q. 1. Ray. in ſumma, tit. de ſenten. excom. in §. & eſt ſciendum. Cardinalis in c. 1. in 1. colum. de teſti.

dam tñ, vt refert Innoc. dicunt ꝙ ſciſmatici de quibus hic, nõ
ſunt excommunicati, ſed excommunicandi, per c. in nomine
domini. 23. diſt. vbi dicitur, damnentur. & ſic fuit hic: quia ab
Alexandro fuerunt iſti excommunicati, de alijs autem ſciſ-
maticis, qui ſegregant ab vnione eccleſiæ, bene fatentur iſti, ꝙ
a ſunt excommunicati ipſo iure, [a] vt in iuribus præalleg. & 19.
diſt. nulli. Ego dico primum dictum eſſe verum, quãdo dubiũ
aliquod probabile defendit tales ſciſmaticos, qui ſic intrudũt
in ſedem apoſtolicam: ſed cum certum eſt eis ius non cõpete-
re, ſunt excommunicati ipſo iure ꝑ intruſionem. de elec. licet
ipſi excõicationi ſubiaceant. pro hoc quod dixi. ſ. ſuper rubri-
ca in 1. q. Quãm cũ ergo. ad c. iſtud, quia iſti intruſi non habue
runt probabilitatẽ dubij, fuerunt excõicati ipſo iure. & per cõ-
ſequens caruerunt executione officij: per id, quod. j. dicitur, &
ſic non potuerunt in ordinatos a ſe executionẽ conferre. Quę-
4 ro generaliter, nunquid ſit † dare crimen aliquod, per qd im-
pediatur conferens transfundere caracterem vel executionẽ:
de caractere dicit Inn. ꝙ non. cuius ratio. j. apparebit. De exe-
cutione dicit Inno. ꝙ bene eſt aliquod crimen, propter quod
conferens impeditur: vt licet tradat executionem, tamen tra-
dit ligatam. ſicut ſi conferens eſt homicida, qui habet ligatam
executionem per conſtitutionem, quæ dicit homicidam irre
gularem, de tempo. ord. c. fin. nec per pęnitentiam reparatur:
ſed ſolam diſpenſationem, dic. c. & de accuſation. inquiſitio-
nis. Quęro circa hoc de alijs criminoſis: vt de adultero, fure,
periuro & ſimilibus. dicit Inno. ꝙ licet iſti quãdiu ſunt in pecca-
to, celebrare non debeant: tamen ligatam non habent execu-
tionem nexibus conſtitutionum, quin quando peregerint pę-
nitentiam ſiue recõciliationem per diſpenſationem liceat eis
exequi ſuum ordinem, ſeruata diſtinctione: nota. in c. ex teno-
re. de tempo. ord. quod dic, vt ibi dixi, & in c. fin. illius tit. Quid
de irregularitate ordinatoris, vel ordinati? dicit Inno. ꝙ non
impedit executionem, quin cõnferatur habitu, & exercitio:
ſed ſine actu. ar. 56. diſt. apoſtolica, & c. cenomanenſe, & c. fin.
de renuncia. niſi. §. perſonæ, quod intelligo de irregularitate ꝓ
ueniente ſine crimine: vt quia eſt illegitimus: vt in c. cenoma-
nenſe. cum quo tamen, vt promoueri poſſit, requiritur diſpen
ſatio: vt in dictis iuribus. Sed de irregularitate proueniente a
crimine, vt propter homicidiũ, dic vt. ſ. q. 2. præcedenti. Quid
de infamibus? dicit Inn. idem, ꝙ de ſtatim præcedentibus. ſ. in
5 duabus proximis quæſtionibus. nam ſymoniaci † etiam in be
neficio ſunt infames. C. de epiſ. & cler. l. ſi quenquam. in fi. vbi
textus notabilis, & tamen tales conferunt executionem. de ſy
mon. per tuas. el. 2. Quid de excommunicatis occultis: dicit
Innoc, ꝙ quandiu tolerantur ab eccleſia, conferunt executio-
nem, arg. 6. q. 5. c. 2. & 3. quæ parum faciunt, 1. q. 1. Chriſtus, qd
facit melius, dicit tñ Inn. ꝙ ordinati a talibus recipiunt execu
tionem ligatam, ſicut dictum eſt de homicida, ſ. quinta præce
denti quęſtione. & ſunt indigni. de conſe. diſt. 2. non prohibeo.
quod c. generaliter loquitur de omnibus peccatoribus dicens
eos indignos participatione euchariſtiæ. Oppo. ad hoc, ꝙ im-
mo ordinatio facta ab excommunicato non teneat 9. q. 1. c. 1.
2. & 3. de ordi. ab epiſcopo qui re. epa. c. 1. & 2. Soluit Innocẽ. ꝙ
hæc contraria loquuntur in nõ tolerato ab eccleſia, qñ per ſen
tentiam & denunciationem erat ei interdicta executio: vnde
alteri eam dare nequit. quæ ſolutio repugnat ca. fi. de ordin. ab
epo. vbi dicit de ignoranter recipiente, & probatur ibi ꝙ diſpẽ
ſatio eſt neceſſaria. pro hoc, ꝙ dicit etiam hic Inno. quod dico
in quæſtione ſequenti, per quã plenius declarabitur iſta. Quæ-
ro, ſi prælatus excommunicatus qui toleratur: licet de excom
municatione bene probari poſſet, vocat ſubditos, vt recipiant
ordines, dicit Innoc. ꝙ poteſt vocatus dicere, non recipiam or
b dines, cum ſis excommunicatus, [b] nec debeo tecum participa
re, & ex hac cauſa legitima erit appellatio, quod plenius decla
ro in duabus ſequentibus quæſtionibus. Quæro de alijs inhabi
libus non excõicatis: puta infamibus, irregularibus, & ſimilib.
dicit Innoc. ꝙ contra tales nõ procederet exceptio, de qua in
præcedenti quæſtio. ſufficit enĩ, ꝙ ab eccleſia tolerantur, 8. q. 4.
nonne. Quæro de ratione diuerſitatis. dicit Innoc. ꝙ eſt, quia
excõicato participari non poteſt ſine periculo: alijs autem ſic.
Oppono primo ad hoc: quia idem videtur de notorio ſornica
rio, & ſymoniaco notorio, quod in excõicato. 32. diſ. §. verum.
Solu. dicit Innoc. ſtandum contrario, & ꝙ ſurgit hoc a authori-
tate iuris: quia permittitur a talibus propria authoritate rece-
di. Oppono ſecundo ad hanc ſol. de c. ſi qui ſunt. 82. diſtin. vbi
requiritur, ꝙ præceſſerit monitio ſuperioris ad hoc, vt licite
poſſit a talibus recedi. Solu. ibi loquitur de non notorijs: licet
Archidia. in c. nullus 32. diſt. dicat illud c. procedere contra in
notorijs: ſed primum verius: quod plenius declaraui de coha-
bi. cler. veſtra. Circa hoc tñ vr̃ Inn. aliter ſentire tam de excõi-
catis, quam de fornicarijs, & ſymoniacis notorijs: vt. j. dicet.
6 Quæro, qui ſint illi caſus, † in quibus impeditur collator date

executionem. Inno. enumerat, ſecundum quem ſuſpenſus ab
officio, & a collatione ſacramentorum depoſiti per ſententiã
hominis, propter crimen, quod remouet ab officio, ſine quo
officio non poſſunt ordines conferri. 71. diſt. Maximianus, &
c. ſi quis clericus. & c. ſi quis presbyter. Item eps̃, qui renuncia-
uit loco, & ordini epiſcopali. de ordin. ab epo, c. 1. & 2. omnes
iſti non conferunt executionem. Quid ſi remoti ſunt prælati
tantum ab eccleſia, vel adminiſtratione? quidam vt refert In-
noc. dicunt idem, ac ſi renunciauerit loco, & ordini: ſed meli⁹
videtur ſecundum Innocentium, ꝙ niſi ſuſpendantur ab ordi
ne, vel officio non ſunt ſuſpenſi, & conferunt executionem: li
cet peccent: ſicut dicitur de illo, qui renunciauit loco tantum,
non ordini, qui retinet executionem, & conferre poteſt eam,
ſi de mandato alterius celebrat ordines. de ordi. ab epo. ca. pri-
mo. Quæro, quia dictum eſt, ꝙ ordinati a ſuſpenſis ab officio,
& ſimilibus executionem non recipiunt, quid ſi iſti ordinant
alios? dicit Innocentius, ꝙ in infinitum non confertur execu
tio: id eſt per quotcunque manus hoc tranſeat: & hoc niſi fue
rint reconciliati per diſpenſationem, ſed idem Innocẽtius in
fine gloſſæ mutat opinionem: quia non videtur æquum: vt ta
lis prohibitio extendatur niſi ad ordinatos a nominatim præ-
ciſis. quaſi velit Innocentius, ꝙ hæc pęna non tranſeat ad ter-
tiam perſonam, ſicut nec excommunicatio. Contra tamen
eſt lex dicens idem iuris eſſe, per quotcunque manus tranſeat
res. ff. de minoribus. l. in cauſę. prima, in fine, & l. ſequenti. nam
de radice infecta bonus fructus egredi nequit. prima, quæſtio-
ne prima. fertur. ſecundum Hoſtiẽ. & Ioannem And. quod eſt
verius pręſupponendo, ꝙ ordinantes primi non haberent exe
cutionem: non ergo potuerunt in alios transfundere. de dona
tio. inter virum & vxor. nuper. & ſic nec ordinati in alios, & ſic
vlterius. Quæro, quæ eſt ratio, quare executio non confertur
per illos, de quibus. ſ. quæſtione tertia præcedenti. dicit Innoc.
quod quicquid alij dicant, ſola ratio eſt, quia ſic eſt conſtitutũ
ab eccleſia. 22. diſtinct. §. verum. alias eſt, cap. ad hoc, verſ. cęte-
rum ſciſmatici. Quæro, cur de caractere non idem ſtatuit ec-
cleſia. dicit Innoc. ꝙ ratio eſt: quia non eſt ſub poteſtate Papæ,
pro hoc de pœnis. c. 2. lib. 6. & quod ibi no. Quid de excommu
catione minori. dicit Innoc. ꝙ licet ſint ſuſpenſi a participatio
ne ſacramentorum: non tñ a collatione: quod probat tex. de
cler. excom. c. fin. Ideo ſi conferunt, tradunt executionẽ. Quid
c de intruſis. [c] dicit Innoc. ꝙ licet ſint ineligibiles, † & ſuſpen-
7 dendi, nõ tñ ipſo iure ſuſpenſi: ideo tradunt executionem. Opp.
primo ad hoc de c. 1. & 2. 62. diſt. Soluit Innoc. ꝙ intruſus non
confert executionẽ: quia ſit pręciſus ab eccleſia: ſed quia in nõ
ſubditos nõ põt executionẽ cõferre. Oppon. ſecundo ad hanc
ſolutionẽ, de c. ꝙ translatio, de tempo. ordi. ibi dr̃, ꝙ talibus in-
terdicenda eſt executio. ergo eã habent. Sol. ſta ſolutioni præce
denti: quæ probatur. 70. diſt. neminẽ. vbi dr̃ ordinationẽ taliũ
eſſe vacuã. & gl. exponit. ſ. quo ad executionẽ, & ad c. qđ trãsla
tionẽ, rñde, ꝙ interdicit̃ executio ibi: ad effectũ: vt poſtea cele-
brans fiat irregularis, qui non fieret ꝑ interdictionem iuris,
ex quo non eſt iure expreſſum, de ſent. excom. is qui. lib. 6. pro
hoc de tempo. ordi. eos. in gl. in verbo, ſtatuit: q̃ gl. communi-
ter oẽs tenent. Oppon. tertio ad ſuperius dicta, quatenus dictũ
eſt, ꝙ occulte impediti: vt occulte excõicati, & ſimiles confe-
runt executionẽ, de his, quæ notauit Inn. de ſymon. per tuas, 2.
& de hæret. fraternitatis. Sol. dicit Inno. ea, quæ præmiſſa ſunt,
plus ſibi placere, q̃ quæ notauit in dictis cap. Oppo. quartò ad
hanc ſol. ꝙ immo ſit verius, quod dicit Innoc. in illis cap. nam
ordinatus a ſymoniaco etiam nõ ſymoniace toleratur de mi-
ſericordia. 1. q. 1. ſi qui a ſymoniacis. & ſic opus eſt diſpenſatio-
ne: quamuis ordinantes ſint inhabiles occulte. Sol. ſecundum
Inn. c. ſi qui. loquitur de notorio ſymoniaco. quod patet ex eo,
ꝙ ibi cogit̃ ordinatus probare ſe ignoraſſe, ꝙ ordinans eſſet ſy
moniacus: ad quod nõ cogeret̃, niſi cõtra ipſum eſſet pręſum
ptio ſcientiæ: ex eo ꝙ alij ſciebant. ꝓ hoc inducit Hoſt. de poſtu
la. pręla. c. 1. de elec. innotuit. ff. de verb. ſig. l. latæ culpæ Sed cõ-
tra hanc ſol. oppone de eo, qđ dr̃ in c. ſi qui. vbi dicitur, ꝙ tem-
pore ordinationis habebantur pro catholicis: ergo non erant
notorij. Sol. ſm Inno. non dicitur ibi, ꝙ nõ haberentur pro ſy-
moniacis: ſed ꝙ nõ habebant̃ ꝓ hęreticis: & vult hoc dicere c.
illud: ꝙ ſiue ordinantes eſſent notorij ſymoniaci: ſiue hęretici
damnati

ADDITIONES.

a Ipſo iure. Adde c. licet. in verſi. ſi quis autem, de elect. & ibi doct. & in cap. 1.
& ibi doct. de iudi.

b Excommunicatus. Adde in §. verum. 32. diſt. c. per tuas, de ſymon. & in cap.
fraternitatis. ſup. de hæret.

c De intruſis. Adde quis dicatur intruſus. vide text. in cap. quia diuerſitatem,
de conc. præb. Innoc. in cap. tranſmiſſam, de elect. Ioan. And. & doct. in c.
cum ſatis. de offic. Archid.

dannati non eſt diſpenſandum cum ordinatis ab eis: niſi probent ſe ignoraſſe eos ſymoniacos. poteſt autem ſecũdum Hoſtien. eſſe probabilis ignorantia: vt quia ordinans eſt de alienis partibus, vel ordinans eſt extra locum ſuæ prouinciæ: quia bene ſtat aliquid eſſe notorium alicubi, & alibi occultum. de elec. bone. 1. ver. licet. vbi nota. Vel dic in cap. ſi qui, probatur ignorantia eo ipſo, ꝙ non probatur ſcientia: & ad probationẽ ignorantiæ ſufficit, ꝙ tempore ordinationis habebantur pro catholicis. id eſt pro non ſymoniacis. & hanc ſol. ponit ibi gloſ. autem Innoc. non videtur procedere. nam notorius ſymoniacus non poteſt haberi pro catholico: cum ſymonia ſit quædã hæreſis. ſ. de ſymon. quotiens. quod tamen intellige: vt ibi dixi. De ſubtilitate tñ iuris bene poſſet defendi opinio Inn. Oppono ſexto adhuc ad ſuperius dicta, quatenus dictum eſt, ſuſpenſos ab homine, vel a iure non poſſe conferre in alios executionem ordinum: nam ſequerentur ex hoc infinita abſurda. tot enim ſunt vincula, ꝙ vix aut nunquam aliquis haberet ordinis executionem. Soluit Hoſti. ꝙ quamuis durante ignorantia præferatur opinio veritati: quod eſt ideo: quia in fide Chriſti purgantur omnia, de cohabi. cler. veſtra veritate tamẽ comperta, modis omnibus a talibus abſtinendum eſt, de coq duxit in matrimonium, veniens, de ſecund. nup. c. 2. de preſb. non bapti. cap. 1. 2. & 3. pro hoc, quod no. de excep. cum venerabilis, verſic. intelleximus. probabilis. n. ignorantia excuſat, & eſt legitima cauſa diſpenſandi: maxime cũ multitudo eſt in cã. de ordi. ab epo, c. 1. & 2. de tempo. ord. c. 1. de cle. excom. mi. latores. Inn. idem ſentit. nam ſm eum ſi prælatus meus eſt homicida, vel excõicatus, & nullus ſcit, niſi ego: non per hoc debeo recuſare ordines a tali recipere. 6. q. 2. c. 2 & 3. Inducit exẽplũ: quia Chriſtus miſit Iudam cum alijs: quem non miſiſſet, ſi ſuſpenſi occulti nõ haberent executionẽ ordinis. 1. q. 1. Chriſtus. Inducit ad idem opinionem Hugi. & Martini Hiſpani, q hoc tenuerunt: vt not. in c. ſi qui a ſymoniacis, & ca. reperiuntur. 1. q. 1. Refert etiam Innoc. quoſdã plus dicere: ꝙ ẽt nominatim excommunicatus, vel hæreticus damnatus, vel depoſitus: non ſolũ ordinem: ſed etiam executionẽ conferunt ſuſcipientibus ignoranter: quod expreſſe innuitur. 9. q. 1. ordinationes, qđ probatur ẽt ex alio: quia ordinator nihil in ordinatione confert: ſed Deus ſolus. 32. diſt. §. verum. pro quo inducit Hoſti. qa cor interrogat Deus, non manum. 14. q. 5. ſi quid inueniſti. 15. q. 6. ca. fin. alias. 1. vnde ſm Inn. cum ordinatus recipiat ordinẽ, de quo non eſt dubium: per conſequens recipit poteſtatem faciẽdi ea, quæ pertinent ad ordinẽ. ad quod inducit diffinitionem ordinis: quia ordo eſt ſacrũ ſignaculũ, quo confertur ſpiritualis poteſtas; & officium faciendi ea, quæ pertinent ad illum ordinẽ. habet ergo ordinatus hanc põtatẽ: niſi ꝑp aliã cãm impediaſ. ad idem inducit: quia ſm oẽs ſi hæreticus excõicatus, vel depoſitus q̃tuncunq; notorius conficit corpus Chriſti: cõſectũ eſt. J. de cler. excõ. mi. c. 2. vbi no. in gl. 1. & ſimiliter ſi ordinat, recipiens ordinatus eſt: licet peccet ipſe exequens: vult dicere, ꝙ per hoc ſequiſ, ꝙ ordinatus executionẽ recipit per rõnẽ pręcedentẽ. ad idẽ inducit Inn. quia iura antiqua, quæ puniunt ordinatos a talibus: puniunt tm ſcienter recipientes. 1. q. 1. qui ꝑfectionem. & c. ventũ. 32. diſt. §. porro. Itẽ quia talis pęna nõ eſt impoſita a iure naturali: ſed potius ɔ̃: cũ Deus ſolus in collatione ordinis operetur; non ergo debet imponi pœna recipienti ignoranter per vicarium Chriſti. i. Papæ: quia eſſet ɔ̃ c. alligãt, 26. q. fin. q̃ pœnam iuſte imponunt iura recipientibus ſcienter propter contemptum. Ex quibus rationibus inhęret Innoc. ei, quod dictum eſt. Sed in ɔ̃rium inducitur. ſ. de ord. ab epo. c. 2. vbi requiritur diſpenſatio etiã cũ ignoranter ordinatis. Innoc. reſpondet, ꝙ ibi ignorantia fuit ſupina, quod tñ non probatur ibi; ſed aliqualiter facit ex eo, ꝙ ibi ordinati fuerunt ꝑ non ſuos epiſcopos: quod ſi intelligis ſine commendatitijs, tunc ſubeſt ibi alia rõ: ſed quia hæc foret diuinatio; nec tunc decretalis illa eſſet cõgrue ſituata. Poteſt alio modo dici, ꝓut. J. dico. Inducitur ẽt in contrarium, c. primũ. ſ. de ordi. ab epo. vbi dr, ꝙ ſi nõ ſit ignorantia ſupina, põt eps diſpenſare: & ſic ẽt cum ignorãte requiritur diſpenſatio. Soluit Innoc. ꝙ ibi ordinatus nõ poteſt eſſe ſine ſuſpitione ſcientiæ, poſtq̃ eps renunciauerat manifeſte: nec ibi probabitur ignorantia probabilis: qua probata non fuiſſet diſpenſatio neceſſaria. 9. q. 1. ordinationes, quia ſi ɔ̃rium diceretur per dictum c. 1. & c. 2. eo. tit. tollerentur iura: quod non eſt ſentiendum. de electio. eccleſia. 2. verſ. deniq;. Ex hac ſolutio. patet, ꝙ Innoc. ponit ignorantiam non probabilẽ: quæ tñ non eſt ſupina & craſſa: ſed iura non faciunt hanc differentiã: quia diſtinguunt ſolũ de probabili, & non probabili: & non probabilẽ vocant craſſam & ſupinã. quæ verba expoſui de cler. exc. apoſtolicę. oportet ergo aliter dici ad illud c. ideo dic, vt ibi. Et per hæc eſt expedita gl. Inn. quæ, vt vidiſti non eſt bene clara. Ego tñ dearticulaui, vt eſſet clarior. Hoſtien. aũt de hac materia remittit ad notata in dict. cap. 1. & 2. de ordin. ad epiſcopo. & in ſumma huius tit. §. quid iuris. & J. cap. proxi. in fi. De hac ẽt materia plene per Hoſt. in ſumma de tempo. ord. §. & a quo. & nota. 9. q. 1. in ſumma. Quia autem tum ex ſuperius relatis: tũ ex notatis in locis ſtatim allegatis, apparet multa varietas propter varios modos loquendi, quibus vtuntur canones: propter quod etiam ſurrexit varietas opinionum, & contrarietas gloſſarum Innocẽ. de qua pręmiſſum eſt: ideo ad ſopiendam hanc materiam, dico, ꝙ omnes quæſtiones ſuperius formatæ, & ſimiles quæcunque formari poſſunt, cum ſcilicet quæritur de ſciſmaticis, hæreticis, excõicatis, fornicarijs, ſymoniacis, homicidis, vel alijs criminibus irretitis: nunquid ſacramenta ab eis collata teneant. & ſi tenent, quoad quid: oĩa iſta poſſunt habere duplicẽ modũ intelligendi, quem ſtatim ſubijciam. Sed pro intellectu præſciendum, ꝙ in iure fit differentia inter ordinem, & ordinis executionem. ſ. de tẽpo. ordi. literas. & cap. conſultationi. Per ordinem quidem intelligim' ordinis caracterem. de quo in d. c. conſultationi. per executionem intelligimus effectum deſcendentem a caractare. de quo in dict. c. literas. Et vt generalius loquamur: ſicut dico de ordine, ita & de alijs ſacramentis: maxime caracterẽ imprimentibus. nã qñq; tenet collatio ſacramentorum quoad ſacramentum, & tñ caret executione quoad effectum, de conſe. diſt. 4. oſtenditur. 1. q. 1. ꝙ quidã. de baptiſ. maiores. verſ. ſed opponiſ. Inſuper executio ſacramẽtorũ non eſt in vno tm̃ effectu: ſed prout ſacramenta ſm ſuas naturas habẽt effectus multiplices: ita & executio eſt multiplex. Hoc præmiſſo dico, ꝙ duplici modo poſſunt intelligi quæſtiones, quæ circa hanc materiam formantur. Primus, vt quęratur, an ſciſmatici, hęretici, excõicati, depoſiti & ſimiles conferant ſacramenta ſimpliciter. id eſt caracterem imprimant. Alter modus, nunquid conferãt quo ad executionem. ſm primum modũ dico, ꝙ qñque conferunt non ſeruata forma eccleſię, & collatio eſt omnino nulla: adeo ꝙ recipientes non ſunt aliter diſpoſiti: nec per talẽ receptionẽ aliter conſtituti intra numerũ recipientiũ ſacramenta, q̃ forẽt antequam recepiſſent: & iõ ſi iſti recipientes alijs conferunt, collatio eſt nulla, tanquam facta ab inhabilibus, & nullam pęnitus poteſtatem habentibus. 1. q. 1. extra catholicã. de baptiſ. c. 1. & penul. & dixi. ſ. quæſtione tertia. & ſm hunc modum poteſt clare loqui principium capituli noſtri in eo, quod dicit, ordinationes factas ab hæreſiarcis, & ab ordinatis ab eis, irritas. i. nullas etiam quo ad caracterem, intelligendo, ꝙ non ſeruata forma eccleſiæ factæ ſunt: quod intelligo de forma ſubſtantifica. Secus ſi eſſet forma ſapiens ſolennitatem tãtũ: vt manus impoſitio: quæ fit ordinandis in preſbyteros, vel dyacones. ſ. de ſacramen. non ite. cap. fin. Aut prędicti contulerunt ſeruata forma eccleſiæ. & tunc indiſtincte tenet collatio quo ad caracterem imprimendum, vt probatur. 1. q. 1. ꝙ quidam. & c. qui perfectionem. vbi hoc notat gl. & Archi. de conſecra. diſtin. 4. oſtenditur. & notat gl. 9. q. 1. in ſumma. & glo. 3. hic, quod dico verũ, niſi per ſpecialem conſtitutionem Papa decreuiſſet, ordinationem talium eſſe nullã: tunc eñ non imprimeretur caracter: vt nota. de conſec. diſt. 5. manus. in gl. vlt. & notant Innoc. & Compo. de conſue. quanto. vbi plus dixi, quod idẽ dicendũ eſt, ſi Papa interdicit etiam non faciendo conſtitutionẽ. dummodo apponat clauſulam decreti, per quã decernat irritũ: ſi ɔ̃ fiat per c. ad diſſoluendum, cum ibi notatis. de deſpon. impube. nam poteſt Papa habilem ad ſacramenta omnino inhabilem reddere, & econuerſo. de cle. coniug. cũ olim. Secundum vero aliũ intellectũ dico, ꝙ executio põt accipi pro quadã gratiæ plenitudine, quæ cõſequitur ſacramenta. poteſt etiam accipi pro facilitate exequendi ſacramenta licite. Primò modo dico, ꝙ inhabiles nõ tribuunt illã plenitudinẽ gratiæ, attento merito ipſorũ. 1. q. 1. qui perfectionem, & hoc modo tales dicuntur carere executione. i. plena collatione gratię: quia hãc non habent. Secundo modo dico faciendam differentiã inter conferentes, & ſuſcipientes. De conferentibus dico, ꝙ cũ ſunt inhabiles, & ſcienter conferunt, ſemper peccant: de tempo. ordin. c. fi. & qñque plus puniũtur: quia fiunt irregulares ſi ſe immiſcent ſacramentis. de re iudi. c. 1. in fi. lib. 6. de ſentent. excõ. c. 1. in fin. eod. lib. J de cler. excom. mi. c. fi. de exceſ. præla. c. fin. & vtrobique dixi: & ſm hoc loquuntur iura, cũ dicunt, ꝙ tales carent executione. i. non licite exequuntur. De recipientib. dico, ꝙ aut ſcienter receperunt: aut ignoranter. Si ſcienter, carent executione: ſicut enim nõ poterant conferentes ſine peccato exequi; ita ſcienter ſuſcipientes: & hoc niſi cum eis diſpenſetur, quæ diſpenſatio quandoq; permittitur: qñq; prohibetur omnino: vt in quatuor caſibus nota. 9. q. 1. in ſumma. & per Hoſtien. in ſumma. de tempo. ordi. §. & a quo, verſ. dicas, quando autem diſpenſatur, per diſpenſationem nihil poſitiuum aſſequuntur diſpenſati, ſed ſolum tollitur quædam inhabilitas, quam conſecuti fuerant: per quam non poterant exequi ſine peccato. Si autem ignoranter: aut ignorantia fuit

non

Digitized by Google

non probabilis,& dic idem,ꝙ de ſcientibus.de ordi.ab epiſco-
po,c.1.in fin.talis enim ignorantia,quam iura vocant craſſam
& ſupinam:non excuſat.licet non per omnia æquiparetur do-
lo.ff.depoſi.l.quod Nerua. quod dixi de commodato,ca.vno,
aut fuit probabilis:& tunc dic,ꝙ quandoque ordinantes tole-
rabantur in adminiſtratione tempore,quo ordinarunt:& nul
la diſpenſatio requiritur,adeo ꝙ ordinati etiam ſi poſtea ſciāt
de inhabilitate ordinantis licite & ſine peccato exequunt̄:niſi
conſcientia eos remordeat.de ſymon. per tuas.2. vbi eſt caſus
de hoc. Quandoque non tolerabantur in adminiſtratione: vt
quia renunciauerant loco & ordini. de ordi.ab epiſ.c.5.vel ex-
communicati non occulti.de ord.ab ep̄o,c.ſecundo, quod ſic
intelligo neceſſario, quia ſi loqueretur de excõicato occulto
non procederet, tenent.n.per oĩa, quæ facit talis rõne publici
officij:vt eſt caſus de re iud.ad probandum,vbi dixi,& plenius
de dolo veritatis,& iſtis caſibus requiritur diſpenſatio,d.c.1.&
2.de ordin.ab ep̄o,quæ ſic intelligit:& tunc eſt ratio:quia talis
probabilitas dubitandi non eſt omnimoda probabilitas:quia
ſi diligentiſſime inueſtigaſſet, hoc comperiſſet. ſecūdum hęc
intelligo omnia iura,quæ dicunt ordinatos etiam ignorantes
tolerari de miſericordia. vt dicit,ca.ſi quis a ſymoniacis.1.q.1.
cum pluribus alijs.ſ.in quęſtionibus pluribus allegatis,omnia
illa intelligo,quando non fuit omnimoda probabilis ignoran
tia:vt in exemplis poſitis,per hęc patet claritas huius materię,
quæ deinceps retro latuit: in qua poſſent,& alia ſuperaddi.
ſed per prædicta via patet.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum potes aliquando eſt neceſſitatis.*
2 *Diſpenſationem allegans illam probare debet.*
3 *Diſpenſatio quomodo probari debeat.*
4 *Diſpenſatus an poterit accuſari.*
5 *Diſpenſare quis poſſit cum ordinato a ſchiſmatico.*

FRaternitati. Per ſciſmaticum ordinatus
ab officio repellitur, niſi cū
eo fuerit diſpenſatum. pars huius de coqui cogn.
conſan.fraternitatis.Nota ſummarium,& non in-
telligas,ꝙ repellatur ab officio: quia non tenuerit ordinū col-
latio.tenuit enim quòad imprimendum caracterem:vt plene
dixi ſ.c.proximo. Sed repellitur ab executione officij. Nota,
1 ꝙ verbum, potes, aliquando † eſt neceſſitatis. quod enim di-
cit in textu, poteris, ſupple, & debebis: ſed habuit reſpectum
ad poteſtatem diſpenſandi; quia per diſpenſationem poſſet
2 eum tolerare. Nota, ꝙ allegans † diſpenſationem debet eam
a probare. [a] pro hoc regula,quia debet quis probare id,quod eſt
cauſa ſuę intentionis.l.ei qui.ff.de proba. de conceſſio. præbē.
cum ſuper.ad hoc de elect.cum nobis.Nota,ꝙ diſpenſatio de-
bet fieri ab habente ſuper hoc poteſtatem: alias habetur ꝓ nõ
facta.gl.vlt.in prin.alleg.concordantias. pro hoc etiam de pri-
uileg.tuarum.& regula ea,quæ fiunt.lib.6. Oppono primò, ꝙ
non ſit neceſſe repellere ordinatum a ſciſmatico ab officio:nā
ipſo iure repulſus eſt, niſi ſecum diſpenſetur.ſ.ca.proximo.&
in iuribus alijs ad hoc ibi inductis.Sol.ꝙ dicit repellere ſubau-
di de facto:vel dic,ꝙ repellitur ad inducendam irregularitatē,
ſi poſtea ſe immiſceat:quod plenius dic,vt in cap. præcedenti
dixi. Oppono ſecundo,quòd inutiliter apponantur illa verba
in textu,cum dicit diſpenſationem debere fieri ab habente po
teſtatem. nā hoc ſubintelligebatur: debet enim intelligi ſem-
per,quòd actus fiat ab habente poteſtatem.regula,ea quæ,li.6.
Sol.vt in gl.vlt.verſ.& hoc ideo dicit. vſque ibi:& quia hic Pa-
pa, vel ſolue, quòd hoc dixit: quia epiſcopus non diſpenſat,
niſi vbi permittitur a iure. de tempo. ord.dilectus. de iud.at ſi
clerici.vbi de hoc ſecundum Phil.ſed vtraque ſolu.diuinat.vn
de poſſumus dicere,ꝙ dixit cauſa maioris expreſſionis. Quæ-
ro,nunquid probatur diſpenſatio ex eo,ꝙ probatur quis ordi
natus ab habente poteſtatem diſpēſandi, & ſciente defectum.
gl.prima dicit,ꝙ non,& ꝙ exigitur,vt intendat diſpenſare.idē
nota.de conceſ.præben.literas.in fi.vlt.gl.tenent Vinc. & Goſ.
& Hoſt.hic.& Inno.de fil.presb. veniens. licet videatur tenere
contrarium,de cler.coniug.diuerſis.de quo not.51.diſt.qui in
aliquo,& 54.diſt.ſi ſeruus. & in Spe.ti.2.§.ante pen.verſ.dicunt
autem,& ſequen.Sed Ioan.And.diſtinguit:quia aliquando or
dinans non præmiſit cauſæ cognitionem ſuper diſpenſatione
facienda,& non intelligitur diſpenſaſſe:inimo punitur vt in c.
in aliquo. Aut præmiſit cognitionem, & ordinando poſtea
intelligitur diſpenſaſſe,etiam ſi non exprimat verba diſpenſa-
tionis.ad hoc de appel.ad audientiam.quod placet,cum certa
forma non ſit tradita ſuper diſpenſatione quo ad verba: ſuffi-
cit ergo,ꝙ fiat ipſo facto. Et not. hoc dictum, & ſigna, proba-
tur autem hæc diſtinctio per nota. in ſimili materia de coniu
gio ſeruo,cap.fin.in gloſ.fin. Quæro,quomodo poterit proba-
3 ri diſpenſatio. † dicit gloſ. ꝙ per teſtes. ad hoc de cle. peregri-
tuæ. Sed nunquid ſufficerent literæ diſpenſantis? gloſ.dicit,ꝙ
ſic:quando peccatum eſt occultum. ſed dic, ꝙ etiam ſuper nõ
occulto. idem cum ſtetur literis ordinarij ſuper pertinentibus
ad ſuum officium,de proba.poſt ceſſionem.quod tamen dic,
vt ibi dixi. Ad prædicta.ſ. de ſymon.ex diligenti.Sed nunquid
credetur epiſcopo dicenti ſe diſpenſaſſe.dic,ꝙ non.de hoc.81.
4 diſt.ſi qui. Quæro,an diſpenſatus † poterit accuſari. glo.dicit,
ꝙ non: ſi publice fuit diſpenſatus, ſecus ſi occulte: quod vlti-
mum dicit Hoſt.verum,quod poterit accuſari ab eo, qui pro-
ſequitur priuatum intereſſe. pro hoc.4.quęſt.6.omnibus.2.q.
1.prohibentur. alias non admittitur. de peniten. diſt.4.diuina.
de conſecra.diſt.4. quæris. Ego dico,ꝙ non refert an publice,
an occulte ſit diſpenſatus,dummodo poſſit de diſpenſatione
fieri fides: ſed glo.habuit intellectum,quòd occulte diſpenſa-
tus ſit, quando non conſtat de diſpenſatione: & tunc dico, ꝙ
eſt indiſtincte vera,quod poterit accuſari etiam ab eo,qui pro
ſequitur intereſſe publicum: per cap.admonere, alleg.in gloſ.
5 & de hoc ibi. & de accuſ. de his. Quæro,quis poſſit † diſpen-
b ſare cum ordinato a ſciſmatico. [b] gloſ. vlt. dicit ſolum Papam
hoc poſſe, contrarium tenet in cap.at ſi clerici.§.de adulterijs,
ſup.de iudic.vbi tenet,quòd cum ſciſmatico diſpenſat epiſco-
pus: quod etiam ponit hic gloſ.in fin. ſecundum Ioan. qui in-
ducit.50.diſtinct.vt conſtitueretur;quod tamen cap.non pro-
bat hoc: ſed ſolum dicit propter multitudinem poſſe diſpen-
ſari: & non dicit per quem. Hoſtienſ. vero dicit,quòd quando-
que quæritur de diſpenſando, vt talis poſſit fieri epiſcopus,vel
Abbas monaſterij exempti, & diſpenſat ſolus Papa. de electi.
quia diligentia. vbi de epiſcopatu.de conſue.cum venerabilis.
de renun. capit.penult.& fin. vbi de abbatia. Aut quæritur de
beneficijs: & tunc quandoq; fuit promotus a ſciſmatico ſciē-
ter: vel ductus ſupina ignorantia: & adhuc ſolus Papa diſpen
ſat. Aut ignoranter,& per probabilem ignorantiam,& diſpē-
ſat epiſcopus proprius non delinquens.ideſt eum,qui non pro
mouit.de ordin. ab epiſcopo.capitulo primo & ſecundo.Sed
delinquens non. vt in gloſſa vltima. verſ.& hoc forte,quæ di-
ſtinctio habet æquitatem, & ſatis bene probatur ex præalle-
gatis iuribus.

ADDITIONES.

a Probare. Adde Card.in c.cum Vintonienſis.in 3.not.de elect.Card.in c.du-
dum.el 2.in § nos igitur,in 3.nota.eo.tit.
b Sciſmatico. Adde Spe.tit.de diſpenſatione,in §.nunc de epiſcoporum.Inno.
& Anto.de But.in cap.dilectus,de tempo. ordin.

De apoſtatis,& reiterantibus baptiſma. Rubrica.

Quia hæretici & ſciſmatici incidunt apoſtaſiam: ideo &c.
Quia vero baptiſmum retractantes etiam apoſtatare vidētur
a ſacramento prius percepto, ideo & de his ſubmittit. Ad pri-
mā partē rubricę faciunt oēs decre.huius ti.pręter ſecundam,
quæ facit ad ſecundam partem.De prima parte.50.diſt.ca.vlt.
2.q.7.alieni.3.q.4.c.12.& 3.6.q.1.infames,in princip.21.q.3.in
tribus primis,c.26.q.vlt.non obſeruetis. De ſecunda parte de
conſe.diſt.4.non licet.vſque ad c.presbyteris.

S V M M A R I V M.

1 *Apoſtaſia quid ſit.*
2 *Apoſtaſia quotuplex ſit.*
3 *Apoſtaſia pœna.*
4 *Conſtitutus in minoribus an teneatur viuere clericaliter.*
5 *Conſtitutus in minoribus ſi aliquod faciat clerico indignum, an perdat ipſo iure priuilegium clericale.*

PRæterea. Legitur varijs modis: vt pa
tet in gl.vlt.ſed ſecundū pri
mū modū in ea poſitū, qui placet Innoc. in
ſumma dicit. Clerici qui per omnia habent̄,
vt laici,deprehēſi in criminibus per eccleſia-
ſticā cenſuram non liberant̄.Ego t̄n aliter in-
telligo iuncrex.vt.J.dicam. & ſecundum meū intellectū hoc
dicit Si clerici relicto ordine,& habitu dep̄hendunt̄ in crimi-
nibus: deprehendentes non ſunt excõicati. hoc dicit. Primò
thema;ex quo quęſtio.ſecundo ſolutio.ibi: per cēſurā. Oppo-
no primo:quia hæc diſpoſitio eſt pure negatiua: cū dicit non
p̄cipimus,ſed negatio nihil ponit.de elec.bonę.el 1.Sol. poteſt
legi per tranſpoſitionem,vt dicas,præcipimus non liberari:vt
ſi legis proprie,dic, ꝙ ſufficit, ꝙ Papa remouet priuilegiū, qđ
alias habebat. & eſt ſenſus. nõ p̄cipimus.i.nõ eſt pręcipiendū,

nec debet iudex eccleſiaſticus pro liberatione talium promul
gare cenſuram: quod tamen declara per ſequentia. Oppono
primò, ꝙ decre. ſit de indubio. nam nõ eſt prodita excommu-
nicatio contra tenentes clericos: cum poſſent teneri volunta-
rie: ſed contra violantes eorum libertatem. 17. q. 4. ſi quis ſua-
dente. ℑ. de ſen. excõ. nuper. So. verbum teneantur includit vio
lentiam. qui enim voluntarie ſtat, non proprie tenetur: ſed ſe
tenet de iureiuran. ex reſcripto. quatenus ibi dicit de ſtantibus
in obſtagio. Oppono ſecundo, ꝙ deciſio hæc non ſit vera. per
cap. ſi vero aliquis. ℑ. de ſenten. excommun. de quo glo. oppo-
nit: ſed non multum facit, ſed fortius obſtat. ca. contingit. el 2.
ℑ. de ſentent. excommun. & cap. in audientia. in quibus appa-
ret, ꝙ clericus non perdit priuilegium clericale: etiam ſi deij-
a ciat habitum: niſi poſt trinam admonitionem.[a] gl. ſoluit tri-
bus modis. Primò, ꝙ hic loquitur de clericis per omnia ince-
dentibus tanquam laici. quam ſolu. tenet Inno. & dicit appro-
bari per cap. ex parte 3. de priuileg. contraria autem loquunt,
quando habebant aliquid de clerico. hæc ſolu. non eſt vera ſic
ſimpliciter intellecta. vt ſtatim ſubijcio. Deinde glo. ſoluit ſe-
cundò, ꝙ hic non dicitur, quod capientes non ſint excommu-
nicati: ſed ꝙ eccleſia non præcipit illos liberari: inducit ſimile
ne cleri. vel mo. c. 2. ſed illud c. non loquitur quoad diſtrictionẽ
perſonalem. vnde hæc ſolu. non eſt vera. nam ſi detinentes ſũt
excommunicati: ergo vitandi. 11. q. 3. cum excommunicato,
ℑ. de ſenten. excommun. cum deſideres. gl. itaque ſoluit tertiò
intelligendo hic, quando præceſſit trina monitio: & tunc cõ-
traria ſunt ſublata: ſed hæc ſolutio diuinat: & nullo modo cõ-
uenit textui. Oppo. nunc ad ſolu. primam de c. ſi iudex laicus.
de ſenten. excomm. lib. 6. vbi expreſſe patet, ꝙ etiam ſi clericus
omnino tanq̃ laicus deprehenditur in criminibus, ſi allegat ſe
clericum, debet de hoc cognoſci: & ſi cõſtiterit remittitur ad
eccleſiaſticum iudicem. Sol. illud c. loquitur quoad perdendã
immunitatẽ alterius priuilegij, ꝙ habent clerici, ne iudicenť a
iudice laico, de quo 11. q. 1. noſtra, & c. placuit. ſ. de foro cõpe.
ſi diligenti. hoc .n. non perdunt, niſi ſint degradati, vel pronun
ciati carere ſeu exuti, vel poſt trinam admonitionem: vt in di.
c. contingit. 2. Et intelligendo hoc c. de tali priuilegio: vt ſit hic
ſenſus, ꝙ iudex eccleſiaſticus tales nõ repetit: oportet ſtari ter-
tiæ ſolutioni: vt hæc decre. non deuiet ab alijs iuribus. Sed po-
teſt, & aliter intelligi. vt loquatur hic de priuilegio, quod ha-
bent clerici: vt eos percutientes, vel eorum libertatem violan-
tes ſint excommunicati. per ca. ſi quis ſuadente. & tale facilius
perdunt: vt ſi tanquam laici ſe immiſcent enormibus. ℑ. de ſen
tent. excõmunicationis. perpendimus. & c. cum non ab homi
ne: ſed etiam ſi ſe non immiſcent enormibus: dico ꝙ capiẽtes
& detinentes tales, non ſunt excommunicati vt hic: quia cen-
ſentur interim tanquam laici. & intelligo de detinentibus ex
præcepto iudicis laici; non per hoc tollitur quin audiantur al-
legantes ſe clericos: & de hoc cognoſcitur coram eccleſia-
ſtico: ſed interim detinebuntur a laico: ex quo tanq̃ laici fue-
runt deprehenſi: & hoc præſupponendo, ꝙ nõ ſit notoriũ, eos
non eſſe clericos: vt hæc probantur in d. c. ſi iudex laicus. & ſic
intelligendo nullũ ſubeſt contrariũ. hunc intellectum poſui in
repetitione ca. perpendimus. vbi plenius hunc paſſum exami-
naui. Ad c. autẽ ex parte. 3. de priuileg. quod ſ. induxi poſt Inn.
pro prima lectu. dico, ꝙ non probat aliud: niſi ꝙ habitus, & tõ-
ſura reſumpti non ſufficiunt, vt cenſeat clericus is, qui primus
habebatur pro laico: nec per hoc deſiſtit iudex laicus ab exerci
tio iuriſdictionis: vt ibi. vnde iuſte facit talem detineri: quia cẽ
ſetur laicus dict. c. ſi iudex, ſed non tollit illud c. quin ſi velit ꝓ-
bare ſe clericum, ſit audiendus. Incumbit autem ſibi ꝓbatio:
quia præſumitur laicus, ex quo fuit deprehenſus, vt laicus: dic.
1 cap. ſi iudex laicus. Quæro, quid eſt apoſtaſia. † Sol. vocabulũ
eſt æquiuocum & multiplex: ideo non definitur in ſuo genere.
2 Quæro ergo quotuplex † eſt apoſtaſia.[b] gloſ. 1. dicit, ꝙ triplex:
b ſcilicet perfidiæ, inobedientiæ: & irregularitatis, dic tamen, ꝙ
ſecunda ſpecies, quandoque incidit in primam: quia non obe
diens Papæ ex eo, quòd putat eum non habere poteſtatem,
eſt hereticus, de electi. generali. in gloſ. contrafacientes lib. 6. &
dixi ſ. tit. 4. cap. 1. Quæro quomodo inducitur apoſtaſia irregu-
laritatis, dic vt in cap. 3. ne cler. vel monac. lib. 6. & dicit Innoc.
ꝙ multis modis incurritur, ſcilicet dimittendo tonſuram, vel
c coronam: accipiendo vxorem: dimittendo veſtẽ religioſam,[c]
vel clericalem redeundo ad ſeculũ. 20. q. 3. c. 1. 2. & 3. & 27. q. 1.
omnes. Vbi quæro, quomodo punietur apoſtata. gl. 1. in fi. di-
d cit, ꝙ in hoc, quia teſtis eſſe,[d] vel alium accuſare nequit: quæ
pęna procedit in apoſtata inobedientiæ, qui & aliter punitur,
e quia excõicatur,[e] deponitur: & quandoque iudici ſeculari tra
ditur. 12. q. 3. ſi autem. de iudi. cum non ab homine. 3. q. 4. ſi qs
3 a ſuo. quod alleg. in gloſ. & ibi de hoc. Circa hoc quæro de pę-
f na † apoſtaſiæ,[f] quæ eſt irregularitatis.[g] dicit Inn. ꝙ eædẽ pe-
g nę locum habẽt. 16. q. 1. legi. 50. di. c. fin. 21. q. 4. epi. & c. ſequẽ-
tibus. & iſte ſi monitus ſe non emendauerit, caret omni priui-
legio clericali. pro hoc quod ſ. dixi. Quæro de pęna apoſtatæ
perfidiæ, dicit Inno. ꝙ grauius punitur: quia vt hæreticus: eſt
enim hæreticus. ſ. de hæret. excommunicamus. primo & ſecũ
do. pro prædictis eſt, quod notat Ray. in ſumma. ca. poſt princ.
4 Quæro, an conſtitutus † in minoribus ordinibus teneatur vi-
uere clericaliter; ita ꝙ non poſſit ad ſeculum redire, quin fiat
apoſtata. de hoc per Innoc. quæ dicam. ℑ. ca. tuæ. Quæro, nun-
quid conſtitutus in minoribus faciens aliquid inconueniens
h clericatui ipſo iure perdat priuilegium clericale.[h] Inno. diſtin-
guit. nam quandoque agit aliquid penitus contrarium ordini
clericali: vt quia ſecundam, vel corruptam ducit coniugem,
vel fit miles, & exercet ſæua: & tunc eſt priuatus omni priuile-
gio clericali. 84. diſt. quiſquis. Quandoq; non eſt id, quod agit
ita penitus contrarium: & tunc ſecus, vt ſi ducit virginem in
coniugem: vel fit miles ſed non exercet ſæua: tunc enim põt
viuere clericaliter, & gaudere priuilegio. 32. diſt. ſeriatim. & c.
ſi qui vero. Sed ſi viuit ſeculariter negotiando: tabernam tenẽ
do: vel tonſuram dimittendo, in nullo gaudet priuilegio. de
cler. coniug. Ioannes. & c. ſequen. quò tamen ad priuilegium
canonis ſi quis ſuadente. dicit Inno. ꝙ non perdit, niſi poſt mo
nitionem: quamuis ſe habeat in omnibus tanquam laicus: ſed
poſt monitiones ſic. quod declara melius per id, quod. ſ. dixi ĩ
oppoſitionibus. per hæc infertur, ꝙ quandoque talis eſt de fo-
ro eccleſiæ quandoque non. dicit autem Hoſtien. conſuetudi
nem in talibus attẽdendam, per quam poſſet etiam bigamus
cenſeri de foro eccleſiæ & gaudere priuilegio. quod eſt falſum
& reprobatur. de biga. cap. vno, lib. 6.

ADDITIONES.

a Admonitionem. Adde text & ibi docto. in cap. ſi iudex laicus. de ſentent. excommun.
b Apoſtaſia. Adde cap. non poteſt. 2. q. 7. cap. alieni. 3. q. 4. cap. ſi quis de man. & obedien.
c Religioſam. Adde glo. ſing. in verbo extrinſeci. in clem. 2. de vit. & hon. cler. Ioan. de Lig. in cap. Deus qui de vit. & honeſt. cle. Ioan. And. in regul. certũ. de reg. iur. lib. 6. in merc.
d Teſtis. Adde tex. rotundum in c. beatus. 2. q. 4.
e Excommunicatur, vt in ca. 2. iuncta gloſ. in verbo ipſo facto, ne cler. vltimo. lib. 6. glo. in verb. apoſtatae, in c. 2. de tempor. ordin. lib. 6. Ioann. And. in cap. Ioannes. de reg. Archiep. flor. in tracta. de excommunicatione. c. 56.
f Apoſtaſiæ. Adde gloſ. in verbo ſalua ordinis diſciplina in ca. fin. de reg. & ibi Card. in 7. q. & diffuſe in extrauaganti Benedict. incipien. paſtor bonus.
g Irregularitatis. Adde Domin. de ſancto gem. in cap. 1. in 2. nota. de tempor. ordin. lib. 6.
h Priuilegium clericale. Adde doct. in cap. fin. iudex laicus. de ſenten. excommunic. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium ſortilegorum dicitur inſanum.*
2 *Religioni fauendum eſt.*
3 *Pœna iterantis baptiſmum quæ dicatur.*

EX literarum. Si crimen accolyti, qui re-
baptizanti miniſterium pręſ
buit, eſt occultum: promoueri poteſt: ſi publicum,
niſi cum eo religionem intrante diſpenſetur. Cõ-
munis diuiſio. ſecunda ibi: quia ergo, & ibi diſtinguit, & mem
bra proſequitur ſecundum ibi: ſi vero. Nota, quod conſilium
1 † ſortilegorum eſt inſanum, gloſſ. prima reddit rationem, &
talibus nullo modo credendum eſt, de ſortileg. cap. 1. & 2. No-
2 ta fauendum † religioni. pro hoc de homicid. ſignificaſti. el 2.
Oppono primo, quòd iteratio baptiſmatis poſſit permitti. ſ.
de baptiſ. cap. 2. Solu. quandoque dubitatur, an quis ſit bapti-
zatus, & permittitur, vt in contrario: nec eſt propria reitera-
tio. fit enim ſub conditione, vt ibi. quandoque certum eſt, qđ
eſt baptizatus: & procedit, quod hic dicitur. Oppono ſecun-
do in eo, quod dicit iniuriam fieri baptiſmati. nam per colla
tionem noui ſacramenti, non confertur nouus caracter. 68.
diſtinct. §. quod ergo, & quod ibi notat glo. Confirma: quia ſa-
cramentum non eſt quid animatum, quòd ſit capax iniuriæ.
Solu. ad ſecundum dic, vt in glo. 2. Fit enim iniuria quodam-
modo impropriè. Ad primum dic, quod licet nouus caracter
non imprimatur: tamen reiterans videtur hoc in animo gere
re, vt nouum imprimat. ideo ſtat ratio, de qua in glo. ſecunda,
& dic, ꝙ tribus modis fit iniuria ſacramento ſecũdum Vinc.
per reiterationem: vt hic. & quando ſub alia forma confertur,
quam conſtitutum ſit. Item quando extra eccleſiam: id eſt per
eum, qui non eſt catholicus. Oppono tertio, quod acolitus de
quo hic ĩ nullo debuerit puniri: qa nõ apparet, in quo del[illegible]
[illegible] gl. 3. ſoluit ſupplendo, ꝙ miniſterium præſtitit rei nefariæ,
puta correſpondendo, & cooperando presbytero rebaptizan-
ti, vt

Digitized by Google

ti, vt patet in antiqua, quæ non debuit decidi ſecundum Hoſt.
quia quidam errantes intelligunt hunc acolitum rebaptizaſ-
ſe. alij cum rebaptizatum fuiſſe, ſed id, quod dicit glo. verius.
& de præbente miniſterium poteſt intelligi. l. 2. C. ne ſacrum
baptiſma iteretur. vt ibi notat gl. fuit autem iſte frater rebapti
zati. patet in textu ibi fraternæ ſalutis & in antiqua. Opp. quar-
to, quod ratione minoris ætatis debuerit iſte excuſari, vt non eſſet
opus diſpenſatione. pro hoc omnia iura, quæ alleg. glo. in ver-
bo maior ætas. vſque ad verſi. ſed illud. Solue. vt in glo. vel ſecũ
dum Goff. minor ætas excuſat ignorantiam iuris poſitiui. ff.
de iuris, & facti ignoran. regula. §. primo. ſed nõ excuſat erran
tem in articulis fidei, vel ſacramentis, vel iure naturali. C. de in
ius vo. l. 2. in his enim per vinum eſt decipere & decipi. 16. q. 2.
ſi cupis. ſed hic textus probat, quod licet non excuſat, tamen cum
errante mitius agitur, ſi eſt minor, quam cum maiore. Oppo-
ne quinto, quod ſi iſte ingreditur religionem, non ſit opus di-
ſpenſatione. de fil. presby. c. primo. & alijs iuribus alle. in glo. fi.
Solue, vt in gl. & eam ſigna ibi, ſolutio vſque ibi. ſed non ad di
gnitatem. quia ſingularis, & vera, & in ea ibi, ſed non ad digni-
tatem. dicit Io. And. immo interdum nec ad beneficium vt in
c. in quibuſdam, all. in glo. ſed illud c. in fin. dicit id, quod dicit
3 glo. & dic vt ibi. Quæro, quæ ſit pœna † iterantis baptiſmũ [a] ſe-
a cundum ius ciuile, dic, quod eſt pena vltimi ſupplicij. C. ne ſanctũ
baptiſma iteretur. l. 1. & 2. Secundum canones autem clericus
deponitur, laicus excommunicatur, & pena grauiori punitur,
nec de cætero ordinatur per iura all. in gl. 1. & 1. q. 7. qui in qua
libet. quæ intellige, quando conſtabat illum baptizatum, vt ſu
pra dixi. Quæro, qualis erit penitentia, de qua dicitur in fi. tex.
dic, quod occulta, ex quo peccatum eſt occultum, ſed quando eſt
publicum, debet eſſe publica, de penitentijs, quæſitum.

ADDITIO.

a Baptiſmum. adde tex. in c. qui bis. & c. ſeq. de conſe. diſt. 4. Stephanus de Ga-
ieta. in ſuo ſacr. ali. in §. 1. vbi tractat de ſacramento. baptiſmi. q. 40.

SVMMARIVM.

1 *Infamia apoſtaſiæ venit in purgatione.*

TVæ. Infamatus de apoſtaſia compellitur habi-
tũ ferre, donec de illa ſe purget. Deciſa con
ſultatio, & reſponſio ibi ſecunda ſuper. ibi. Secun-
do primum non habemus. deficiente. illa enim ap
parente, non indiceretur purgatio. de ſymo. de hoc de pur. ca.
c. pe. probatione, ſubaudi, & ſi non appareat accuſator. 2. q. 5. ſi
2 legitimi. No. ſummarium, ex quo no. quod infamia † apoſtaſiæ [a] ve
a nit in purgatione. ſic & infamia natalium de pur. ca. accedens.
de ſen. ex. cum deſideres. 2. reſpon. ad hoc de offi. ordi. ex parte.
Oppono, quod non debeãt cogi clerici habitum reſumere in-
diſtincte, poteſt enim eſſe, quod ſunt in minoribus, quibus licet re-
nunciare clero. de cle. coniugatis. c. 1. & alijs iuribus all. in glo.
vlt. in prin. & in fi. Confirma, quia tales propter apoſtaſiam nõ
ſunt excommunicati, vt dicit gl. quod eſt verum, niſi eſſent re-
ligioſi, vt in caſu c. 2. ne cler. vel mo. l. 6. So. gl. intelligit textum
de conſtit. in ſacris. & idem tenent Inn. & Hoſt. ſup. co. c. 1. per
c. eos. 20. q. 3. quod quidam inducunt in contrarium. ſed facit,
prout dicit Inn. in d. c. 1. ex eo, quod ibi dicitur de taxatis in or
dine, ſed non ſunt taxati, niſi conſtituti in ſacris, pro hoc de e-
lect. cum ex eo. lib. 6. quod eſt verum: niſi haberent beneficia,
quod dic vt nota. 50. di. c. fin. pro hoc, quod dicitur in d. ca. eos.
vbi dicitur de deputatis in monaſterijs, qui comparantur con-
ſtitutis in ſacris. de voto. c. vno lib. 6. Item in d. ca. dicitur, quod
reuertantur, ſed conſtitutus in minoribus, non cogeretur re-
uerti. de cle. coniug. c. 1. per hec apparet, verum eſſe, quod dicit
glo. & ſupra dixi, quod non dicuntur apoſtatæ, ſi recedunt, po-
tius dicuntur clericatum relinquere. quod tenet Goff. in ſum.
eo. §. circa. & Ray. in ſum. eo. ver. quid ſi aliquis. & Hoſt. in ſum.
eo. §. qual. verſi. quid ſi clericus. Sed notata Hoſt. faciunt potius
contra, quod etiam clericus primæ tonſuræ compelli debeat
ad eam ferendam. per c. cleros. 21. di. 54. di. ex antiquis. de vita
& hon. cle. ſi quis ex clericis. quod tenuit Hugutio per cap. eos.
præall. ſed primum verius, pro quo eſt clem. quoniam. de vita
& ho. cle. ver. ſi vero. vbi conſtitutus in minoribus vtens veſti-
bus ſæcularibus non punitur, niſi tõſuram amiſerat. Boatinus
autem defendẽdo dictum Hugutionis & Hoſt. dicit, quod cle-
ricus primæ tonſuræ verbo renunciare non poteſt clericatui,
ſed facto ſic, quod eſt pulchrum dictũ, ſed nil allegat. pro hoc
autem eſt de ſor. compe. ſi diligenti. & co. ti. ſignificaſti. Et ſecũ
dum hoc dictum concordantur opiniones: quia aut facit ali-
quid contrarium clero omnino. & hoc poteſt ſine peccato, &
carebit priuilegio clericali: nec erit apoſtata, & ſic procedit opi-
nio gl. & Inn. Aut retinens habitum, & tonſuram proteſtatur,
quod non vult eſſe clericus, & per hoc eximitur a clero, vt præ
dixi, & ſi alterum habet, vt tonſuram, & nõ habitum cogetur
ad reſumendum reliquum, & punietur, quia dimiſit. dicta cle.
quoniam. ver. ſi vero.

ADDITIO.

a Apoſtaſię. adde, an apoſtata ſit infamis, vide textum in c. alieni. 2. q. 7. cap. infa
mes. 7. q. 1. c. ſi quis a ſuo 3. q. 4. gl. in verbo apoſtatare. in c. 1. de tem. or. li. 6.
Io. de Ana. in rub. de apoſta.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi baptizati ritus Iudæorum dimittere compelluntur.*
1 *Minus malum ex duobus eſt eligendum.*

1 QVidam. Iudęi † baptizati ritus iudaicos di-
mittere compelluntur. Vel genera-
lius, baptizati ritus alterius ſectæ, vel fidei dimitte-
te compelluntur, & non dimittentes ſunt apoſta-
tæ. Primo ponit exceſſum, contra quem. Secundò prouidet p̃-
mittendo duas authoritates, & ſubdendo duas rationes ibi,
cum autem. Ritus forte in cibis diſcernendis, vel in Sabbato
colendo, ſi erant prius Iudei. Retinentes, hoc faciunt Ebioni-
te, qui legem ſeruant cum Euangelio. 23. q. 3. quidã. ver. Ebio-
nite. & male quia translato. & c. de conſti. translato. Goff. Ingre
ditur. eccleſiaſtici 2. conteſta. Deuteronomij. 22. Prælatos, ad
quos ſpectat ex officio. de offi. ord. c. 1. & ibi compeſcuntur. per
pœnam contra hæreticos conſtitutam. inf. de hęreticis contra
a chriſtianos. li. 6. Nota de dictione, vt [a] quæ non tenetur conſe-
cutiue ibi, vt nouo, ſed ironice, vt in gl. 1. ſed tamen poteſt ſta-
te proprie, vt ſuppleas, vt nouo induantur, prout deberẽt. No.
2 ex duobus malis minus † eligendum. de hoc 13. di. per totũ.
Oppono primo, quod non debuerit eccleſia ſe impedire de ta
libus, de Iudæis, ſicut So. ibi de nunquam conuerſo. hic de cõ-
uerſo, & peruerſo, qui cogitur ad bonum, licet non pręciſe: ſed
conditionaliter per pœnam. Oppono ſecũdo ad finem, quod
non ſit minus malum viam domini non agnoſcere, quã poſt
agnitam retroire. nam primo caſu bona nunquam reuiuiſcũt:
quia nunquam fuerunt bona, ex quo deficiebat baptiſmus. 1.
q. 1. cum Paulus. de presbytero non bap. c. 1. 2. & 3. Secundo au
tem caſu ſic. de pœni. di. 3. pium. So. Goff. dicit ſtãdum contra-
rio. quod hoc reſpectu non eſt minus malum, ſed dic. quod alio reſpe
ctu eſt minus malum, quia magis delinquunt facti chriſtiani
recedentes a fide, quam qui nunquam fuerunt. In glo. in ver-
bo duabus. ibi tria in fi. verſi. ſi contra partem. & in fine. quod
dic, vt de tranſac. ex literis. in glo. 1. In glo. vlt. in fi. de elec. quo-
rundam. l. 6.

ADDITIO.

a De dictione, vt. adde Io. An. in c. vt debitus de appell. Doc. in c. verum. de con-
di. appo. Bar. in l. ſub cond. ff. de ſolut.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtatæ carcerari poſſunt, vt habitum reſumant.*
2 *Iudici licitum eſt minis incutere.*
3 *Blandicijs quis ad fidem induci poteſt.*
4 *Eccleſia habet carcerem publicum.*

1 AVobis. Apoſtatæ † carcerari, & affligi poſſunt,
vt habitum reſumant. queſtio & ſolu-
tio ibi ad quod. Apoſtatis: loquitur de apoſtatis ir-
regularitatis, vt patet per ſequẽtia. qui minis, alias
cum. & eſt melior litera habitum clericatus, vel religionis vo-
lucns. non quicquid iudici permittitur &c. de offi. dele. conſul
tuit. ff. de iud. l. nõ quicquid. Miſera. forte panis, & aquæ de ver-
2 bo. ſig. nouimus. No. quod licet iudici † incutere minas. quod dic,
vt in glo. 1. ſic & licet imponere pœnas etiam corporales etiã
3 iudici eccleſiaſtico, vt in textu. No. quod blanditijs † poteſt quis
induci ad fidem. quod dic vt in glo. 2. & ſup. de ſymo. dilectus.
el 2. in glo. 1. & ibi dixi. No. quod carcer poteſt deputari ad pę
a nam, [a] vt hic ibi graui cuſtodia carcerari. & inf. de pœnis, quã-
4 uis. li. 6. regulariter tamen eſt ad cuſtodiam, vt ibi. No. quod ec
b cleſia † habet carcerem publicum, [b] vt hic. & de depoſito gra-
c uis, & tormenta, [c] 5. q. 5. illi qui 4. q. 3. ſi ea rei mutilatione 5. q.
6. de.

ADDITIONES.

a Ad pœnam. adde doc. in c. 1. de depo.
b Carcerem publicum. adde, quia eccleſia vtitur carcere, vide per Fel. in c. excõ-
municamus. el 2. de hære. in 1. col.
c Et tormenta. adde doct. in c. vt famæ. de ſen. ex. & doc. in c. cum in contempla-
tione. de reg. iur.

Digitized by Google

¢.delatori & mucronem,per quem decapitat. 26. q. 2. viſis,ad fin. ſecundum Goff. & intellige decapitat, per ſeparationem a Chriſto,qui eſt caput eccleſiæ. 2.q.6. §.quia ergo. a quo egredi
a eſt mors, [a] qui fi.ſint legi. per venerabilem,in fi.de hoc mucrone de pur.ca. inter ſollicitudines in fi. Ad prædicta ele. prima. de hæret. Quæro,ſi pœnæ, de quibus in textu non proficiunt, vt quia frangit carcerem,& peiora committit. dic quod procedetur,vt nota.de iud.cum non ab homine.& dicit Hoſt.quod fractori carceris ſecundum leges imponitur pœna capitalis, etiam ſi alias fuerit innocens.ff. de effract.l. 1. de cuſt.reorum. l.pen.de quo in ſumma eius de accuſatione ſub.§.qualiter procedatur in accuſatione.verſi.reo exhibito. Sed contra eſt,quia l.penul.preall.non exprimit,quæ ſit pœna.& dicit ibi gl. quod debetur ea pœna, quæ debebatur delicto, pro quo erat carceratus,quia habetur pro confeſſo, quę gl. eſt notabilis,& tenet ibi eam Bar.textus ibi tamen in d.l.1.de effractor. dicit expreſſe,quod eſt pęna capitalis.cui textui ſtandum foret.nam textus in auth.de collatoribus.§ prohibemus. per quem fundatur gl. in d.l.pe. ſed potius contra: quia tamen in pęnis debemus eſſe mitiores,regula in pœnis.lib.6.poſſumus ſtare illi glo. quæ eſt notanda.

ADDITIO.

a Eſt mors. adde, quod quotieſcunque de iure canonico reperitur pœna mortis, debet exponi per ſententiam excommunicationis, vt per Abb.in ca. per venerabilem,qui filij ſint le.in 4.col.ver.no.vlt. Abb.in c.2.in vlt.col.de homi.Abb.in c.1.de fur.in vlt.col. Abb.in c.2.ſuper glo.fi.de ma. & obe. Et dicit Sanctus Thom. 2.2.q.99.art.vlt.vbi dicit,quod de iure canonico non eſt mors,ſed loco eius eſt excommunicatio.

SVMMARIVM.

1 *Caſus,in quo ſolus papa diſpenſat.*
2 *Apoſtata ſi reconciliatus ſuſcipit ordines, an ſit diſpenſatio neceſſaria.*

Conſultationi. Monachus in Apoſtaſia ordinatus ad ſacros ſine diſpenſatione papæ,non miniſtrat in illis.non diuiditur. tamen ad intellectum ponit dictum, quod
1 amplia ad caſum fortiorem ibi,quãtumlibet.Nota caſum † in quo ſolus papa diſpenſat.glo. colligit, & alios,ſed vltra gl.ſunt & alii. nam ſolus papa diſpenſat cum illo, qui ſymoniace & a ſymoniaco ordinatur.9.q.1.ca.2.& ibi de hoc in ſumma quæſtionis. & de his no.verſus.1.q.1.oĩs cuiuslibet.Item ſecundũ Hoſt.cum eo,qui ſcienter ſe fecit ordinari ab excommunicato, vel ſuſpenſo ab homine,diſpenſat ſolus papa.de ordinan. ab epiſcopo.c.2.pro hoc,quod no.ſup.de apoſt.c.fi.in gl.vltim. Quæro, quia dicitur in textu de ordinato ad ſacros, quid de non ſacris? dicit Vin. quia licet in illis papa non reſeruet ſibi diſpenſationem: tamen ordinatus non recipit executionem, ad hoc de ſciſmati.c.1. & quod ibi plene dixi.dic tamen,quod epiſcopus diſpenſat,ex quo papa ſibi non reſeruat.de ſent. exc. nuper.de præſumptio.nonne.& eſt ſimile de bigamis.c.1. & 2. Ad quod oppone,quia apoſtatæ religionis ſunt hodie excommunicati ipſo iure,ne cle. vel mo.c.2.li.6.ergo non indiſtincte diſpenſat epiſcopus.de ſen.excom.cum illorum.Sol.hodie debet diſtingui,prout dicitur in di.c. cum illorum. Quæro,quid
2 † ſi apoſtata reconciliatus ſuſcipit ordinem. dic quod diſpenſatio nulla neceſſaria eſt: quia per reconciliationem reintegratur primo ſtatui. 50. diſt. ferrum. de elect.quia diligentia. pro hoc textus hic ibi,in apoſtaſia recipiens. Quæro,nunquid poteſt iſte, de quo in textu ad ſuperiores aſcendere? dicit Boati. quod non, & multominus cum etiam prohibeatur in ſuſceptis miniſtrare,pro hoc dictum c.cum illorum. Aliqui tamen contradicunt. ſed primum verius.

De his qui filios occiderunt. Rubrica.

Viſo de his,qui peccant in Deum: in quatuor proximis Rubricis,de his qui peccant in homines, & nihilominus in Deũ, videamus.ſ.de homicidio,& quia inter genera homicidarum qui occidunt filios,ſunt perniciosiores, ideo de his præmittit, tanquam de grauius puniendis.Goff.vel aliter.quia poſt præceptum de colendo Deo & parentibus honorandis. Primũ præceptum eſt negatiuum.non occides,deutero. quinto.ideo &c. præcedens continuatio magis placet.De materia non habetur ſpecialiter in decretis,ſed congruit Rubricę de pœni. & remi. quæſitum,& de dantibus cauſam abortui.inſ.ti.2.ſicut ex literarum.& c.ſi aliquis. Quæro,quid importat verbum,filios, ꝙ eſt in rubro. videtur,ꝙ omnes deſcendentes. ſicut & nomine
a parentum continentur omnes aſcendentes. [a] C.de his qui parentes,vel filios occiderunt.l.vna. In contrarium eſt,quia capitula,quæ ſunt ſub hac Rubrica, omnia dicunt de filiis tantũ: non de nepotibus vel vlterioribus: primum tamẽ puto verius per notata in d.l.vna.An autem nomine filiorum veniant ne-
b potes [b] no.in l.liberorum.ff.de ver.ſig.& inſ.de verb.ſign.c.2.& ibi gl.in verbo, patres,quę probat deciſionem pręmiſſam.

ADDITIONES.

a Aſcendentes.adde l.1.§.generaliter.ff.de leg.præſtan.alias incipit iuriſconſultus in §.parentes.l.iubemus C.de eman.li do.in l.1.C.de in ius vo.

b Nepotes.adde gl.in cle.1.de bap.lo. An.in c.ſtatutum.de hæ.li 6.Ant.de But. in c.ad extirpandas.de fili presby. Lud.Rom.conſi.437.incip.in caſu præſentis conſultationis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier occidens ſponte filium debet perpetuo in monaſterio pœnitere.*
2 *Forum pœnitentiale & iudiciale multum differunt.*

1 Veniens. Mulier † occidens ſponte filiũ, debet perpetuo in monaſterio pœnitere: tamen ſi iuuenis eſt, datur ſibi licentia contrahendi.vel ſaltem non interdicitur,cum eſt ſuſpecta de incõtinentia. Primò querela, & caſus,ſecundo prouiſio ibi,mandamus.Lachrymabili.& meritò cum ſit graue delictum, ſunt autem lachrymæ ſignum interioris contritionis ad pœnitẽtiam.de pęn.prima,in prin.Turgido,quaſi ferat rigido. Monaſterium.ſimile.16.q.6. de lapſis 27. q. 1. ſi quis rapuerit.de ſymo.quoniam fragilitate. de eo,qui cog. conſan. Iordanem,noluerit de ele. coniuga.quod a te.& ibi concor.in prima glo.domino.i.ſecundum canones.de ſecundis nup. c.fi. Inn.Quæro de pœna occidentis filium.glo.2. diſtinguit: quia de iure ciuili punitur, prout dicitur C. eo. l. vna. de canonico non ita,pœna autem l. vnicæ eſt, quia debet ſui in culeo.i. ſacco de corio cum gallo gallinaceo,cane,vipera & ſimia & proijci in amne, vel in mare, vt deſit cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo.& ſi mare vel flumen deſint,ponitur in inſulam lacerãdus a feris: fit autem pœna prædicta,quia canis fugat ſimiã, ſimia gallum,gallus viperam,& cum vipera non inuenit refugium,intrat corpus illius, & eum rodit. Ego autem intelligo hunc textum in foro pœnitentiali: quia alias mulier non fuiſſet de foro eccleſię,& ſic per pœnam, de qua hic, non tollitur pœna fori ciuilis 33.q.2.admonere.de accu. de his,& quod ibi no.glo.In foro autem pœnitentiali poteſt eſſe tanta contritio, ꝙ peccatum quãtumlibet magnum ſtatim deletur, prout no. inf.de pæni.omnis.& ideo papa hic ponderauit lachrymabilẽ confeſſionem. nam in foro iudiciali lachrymæ non proſunt ad euitandam pœnam,maxime in muliere quæ facile eas con
2 ducit.Ex hoc vides,ꝙ multum † differunt forum pœnitentiale & forum iudiciale.pro hoc de ſpon. tua.

Intelleximus. Mulier occidens filium propter hoc a viro ſeparari non debet. Primò ponitur factum, quod ſecundo corrigitur & emendat ibi,quia vero. Abiurare. hoc ſecu in odium, & grauamen mulieris. Pœnam,per largitionem elemoſynarum,ſi ſit diues.vel deuotam orationem ſi pauper.Hoſtien.quod intelligo, vt præcedens in pœnitentiali foro filiorũ. ſi ergo mulier prægnans eſſet,vel lactaret, non eſt iniungenda pœnitentia abſtinentię, vel alia,per quam impediatur filiorum educatio,vt longæ peregrinationis,vel ſimilis. Hoſt. libere,& pacifice, vt nec per pœnitentiam impediatur, nec per virum, vel dominum temporalem gubernare. C. de alendis liberis.l.1.ſup.qui fi.ſint legi.cum inter. Not.rationem deciſionis huius ex glo. prima. Quæro,vt quærit glo.2. & ſolue,vt in ea.

SVMMARIVM.

1 *Pœna opprimentium filios,dum ſimul in lecto dormiunt.*

De infantibus. Se ſummat, ponens pœnitentiam parentum, penes quos filii reperiuntur oppreſſi. Primo ponit ignorantes ſe oppreſſiſſe: ſecundò ſcientes.vnum.i. vnius anni in quadrageſima, vel dic, vt de accuſ. accuſaſti. A qua.hodie pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.de pęnis.cap.3.& Deus qui. Quæro,quid ſi ex voluntate opprimerent ſurgẽte iracundia vel infamia? dic,quod aut ſunt omnino furioſi,& in nullo puniuntur: quia ſolo furore ſatis puniti ſunt 3. q.9. indicas.de
regula.

Digitized by Google

regula. ſicut tenor cum ſimilibus. Aut non omnino, & non ac
cuſantur propter iracundiam, ſup. c. proximis. Quæro quæ ſit
1 pœna in ſpeciali talium interficientium. Solue, vt in glo. 1. Et
in ea ibi de paricidijs. l. 1. melius diceret penult. vbi ponit ean-
dem pœnam, quam imponit l. vnica. C. eo. ſed l. 1. iri ponit pœ
nā l. Corneliæ de ſicariis culpa graui, vt quia in medio ſui po-
ſuetuut filium tenellum. leuis, vt quia licet in eodem lecto, ta-
men puerum longe a ſe poſuerunt.

De infantibus, & languidis expoſitis. Rubrica.

Quia exponere infantem, & languidum eſt quaſi ipſos neca
re. ideo &c. de materia. 87. di. c. ſi.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, in quo liberatur quis a patria poteſtate.*
2 *Caſus, in quo libertus ſit ingenuus.*
3 *Caſus, in quo ſeruus ſit liber.*
4 *Abbate non reuocante monachum vagabundum an priuetur eius po-
teſtate.*
5 *Nutriens expoſitum, an poterit repetere ſumptus.*

SI a patre. Se ſummat, & habet tria di-
cta. ſecundum ibi, quod & de
1 prędictis. tertium, ibi ſane. Not. caſum, † in
quo liberatur quis a patria poteſtate propter
2 delictum patris. concord. de hæreticis. c. 2. in
fi. lib. 6. Not. caſum, † in quo libertus fit inge-
nuus. i. liber, ac ſi natus fuiſſet liber. de inge-
3 nuis in principio. No. caſum, † in quo ſeruus fit liber. idem dic
in colono, & aſcriptitio. C. de epiſcopali audientia. l. nemini.
No. nutrientes expoſitos non per hoc acquirunt ius in perſona
eorum. vnde talib' nutritoribus propter hoc non debeт hære-
ditas eorum. C. communia de ſucceſſio. l. nutritoribus, ſicut
nec hoſpitibus hæreditas peregrinorum, vt in authen. omnes
peregrini, ibi, poſita. Opp. primo, quod pater exponens filium
debeat puniri, tanquam homicida, vt in iuribus alias in glo. in
verbo liberatur. ver. & videtur. Sol. vt in ea. Et ibi c. vltim. & ibi
hæc gl. & ibi facta in eccleſia, vt ibi, vel alibi in loco publico ſe-
cundum Goff. 1. q. 1. quidam. & ibi decem dies, & illi an ſint
vtiles, an continui, ibi no. & dicit Hoſt. quod ſunt vtiles ab ini-
tio, & continui in progreſſu. & ſic currunt a tempore ſcientię.
Quæro, quia dicit hic de negantibus alimenta alicui eorum,
quid venit ſub hoc verbo, dic eorum. ſ. libertorum vel ſeruo-
rum languidorum in authen. de nuptijs. §. ſi vero ab initio. &
§. ſe. Sed quid ſi ſanis denegentur alimenta, dic, quod non eri-
piuntur in libertatem, ſed pro derelicto videntur haberi. ff. pro
derelicto. l. vlt. ex hoc videretur, ꝙ concedantur occupanti, &
ſic etiam ipſi domino, ſi prius occupabatur. ff. de ſtipulatione
ſeruorum. l. quod ſeruus, quod tenet Azo in ſumma huius tit.
& Vinc. Innoc. & Hoſt. hic: ſed Goff. hic & in ſumma huius ti.
& Egi. contradicunt dicentes hos tres caſus æquiparari hic, cū
infans exponitur, & cum languidus cuiuſcunque ætatis, & cū
alicui ex his alimenta denegantur. hoc ſentit glo. vlt. ibi in in-
genuitatem eripiantur: quia habent eos pro derelictis, ſed di-
cit Hoſt. quod licet patria poteſtas ſoluatur per expoſitionem,
non tamen per alimentorum denegationem, tamen quia iu-
ra ſanguinis non perimuntur per ciuilem diſpoſitionem. ff. de
capitis diminutione. l. eas, inſti. de legitima agnatorum tute-
la. §. fi. tamen quia alijs remedijs locus eſt ad cogendum patrē,
de quibus de conuer. infidelium. ca. 2. pro hoc, quod notauit
in ſumma eo. ti. §. quid iuris. & hæc opinio communior, & tūc
ad textum hic dic, quod iſti caſus æquiparantur quo ad certū
effectum, quia ſi habentur pro derelictis & cedunt occupanti,
videntur in effectu facti ſui iuris, vel ſaltem liberati a patria po-
4 teſtate. Quęro circa hoc † de Abbate non reuocante monachū
vagabundum. Sol. vt in glo. per c. vnicum. de ſtatu regularium.
Quæro, cui interim acquirit monachus. Solue, vt in glo. quæ
dicit, quod non acquirit monaſterio, quod neglexit reuocare,
quæ debet intelligi, quando deliquit totum monaſterium. Se-
cus ſi ſolus Abbas in venerali brixi. Eſto, quod monachus. de
quo in Spe. de ſta. mona. verſi. 42. Et diſtingue: quia aliquando
ingreditur aliud monaſterium, & ibi acquirit. Aliquando nul
lum, & adhuc acquirit. 1. C. de lati. liber. tollen. l. vna. §. ſed ſci-
mus. ſecundum Goff. qui plus dicit, quod etiam ſi eſt licentia-
tus, vt quærat aliud monaſterium, interim acquirit primo. ff.
de militari teſtamento. l. ex eo tempore, de quo in Spec. de ſta.
mona. verſi. 42. & 18. q. 2. Abbat. de hoc dixi plenius in c. quod
ad te. de cle. coniuga. & perfectius. Quæro, nunquid nutriens
5 † expoſitum poterit repetere ſumptus. dic, quod ſi pro alimen
tis, nō repetit, niſi fuerit proteſtatus. ff. de neg. geſt. l. neſennius.
vel niſi filiam eius recuſet in vxorem ducere. C. de nuptijs. l. pa
trem. prodeſt autem proteſtatio ei, qui alias non tenebatur ale
re, vt not. gl. 12. q. 2. & ſacrorū. aut fecit ſumptus: quia fecit eru-
diri. & ſic pro magiſtris, & illos repetit. C. eod. l. 1. & ad materiā
gl. vlt. adde quod no. 87. di. c. vlt. in gl. 2.

De homicidio voluntario, vel caſuali. Rubrica.

Viſum de homicidio ſpeciali, videndum eſt de generali: &
quia homicidiorum aliud voluntarium, aliud caſuale. Ideo de
vtroque ſubijcit de materia. 50. di. miror. & c. ſequentibus qua
tuor. & §. quod vero. vſque ad §. præmiſſis. 23. q. 5. per totum.
de pœnitentia di. 1. periculoſa cum quinque. c. ſequentibus. &
l. ſi quis cum telo. & duabus ſequentibus. 15. q. 1. nec his, vſque
ad finem quæſtionis 32. q. 2. quod vero non formatū, & duob.
ca. ſequenti. 33. q. 2. interfectores cum quinque. c. ſequentibus.
& c. latorem. Repetitur in ſexto & cle. Oppo. primo ad rubri-
cam quadrupliciter. primò, quod ſit incongrue ſituata: quia
præmittit genus ante ſpecies, ſicut fit de probationibus, & ru-
bricis ſequentibus. Solu. non refert, prout ibi not. Sæpe enim
præmiſſis ſpeciebus ſubijcitur genus. de reſcrip. ſedes. interdū
econuerſo, vt in contrario. & de offi. ord. ad reprimendam. pro
hoc, quod no. in rubrica. de reg. iur. lib. 6. Opp. ſecundo ad idē,
quod cum duabus rubricis proximis, & rub. infra proximis tra
ctet de homicidio ſpeciali, aut debuit ex toto præmittere ge-
nus, aut ſubmittere: non autem debuit ponere inter ſpecies, ad
hoc de or. cog. ca. 2. Sol. non de omnibus poteſt reddi ratio. de
reſcrip. ſi quando. vel dic, quod in rubricis ſequētibus non tra-
ctat de ſpeciebus homicidiorum: ſed de actibus, per quos quā-
doque, ſed non ſemper ad homicidia peruenitur. Opp. tertio,
quod rubrica ſit ſuperflua: quia ſufficiebat dicere de homici-
dio. Sol. addidit ſequentia ad pleniorem inſtructionem, ſimi-
le. ſup. de ſymon. & ne aliquid &c. debemus ergo potius regra-
tiari, quam conqueri vt ecc. beneficia. c. vno. ver. quia ergo. Op
po. quartò ad idem, & ad ſolutionem pręced. quia ſecundum
eum, cum ſint plures ſpecies homicidij. ſcilicet iuſtum, & iniu
ſtum, debuit & de eis exprimere. Solu. ſuffiert, ſi cui vel in pau-
cis labore conſulitur. C. de neg. geſt. l. tutori. vel dic, quod om-
nes ſpecies comprehenduntur ſub duabus expreſſis. nam ho-
micidium iuſtum, quod facit iudex, comprehenditur ſub vo-
luntario, pro hoc etiam ſoluitur, ſi opponeret de homicidio
neceſſario: quia illud comprehenditur, vel ſub voluntario:
quia voluiſti occidere, vt te ſeruares, vel ſub caſuali ſecundum
modum poſitum. infra eo. ſicut dignum in glo. magna vbi de
materia rubri.

SVMMARIVM.

1 *Homicida de induſtria, occidendus eſt.*

SI quis. In ſupraſcriptione in Exodo 21.
ca. legitur varijs modis: ſed inter
cęteros duobus, ſecundum quos ſummo pri
mò habito reſpectu ad ſenſum literalem. &
ſecundum hoc in ſumma dicit. homicida
1 † per induſtriam, ideſt ex propoſito occiden
dus eſt. hoc dicit. Secundo modo, quoad ſenſum myſticum,
& ſpiritualem ſecundum hoc in ſumma dicit, homicida de
induſtria. i. ex propoſito ſubijciendus eſt morti ſpirituali. Pri-
mo ponitur exceſſus. Secundò pœna ibi ab altari. proximum.
nomine proximi intelligo quemcunque non aduerſantem fi-
dei, etiam ſi non ſit fidelis. vnde, quod dico aduerſantem, intel
ligo. i. guerram facientem. Opp. primo, de duobus. c. ſequenti-
bus. Sol. quod dicit, per induſtriam, ſoluit contrarium, quia ibi
ex neceſſitate, & per hoc etiam ſoluit contrarium. c. ſi quis nō
iratus. quod all. glo. 1. Oppo. ſecundò, quia eccleſia non impo
a nit, nec canones pœnam corporalem, vel ſanguinis [a] ſup. ne
cle. vel mo. ſententiam. inſ. de rapto. in archiepiſcopatu. Solu.
tex. quo ad verbum moriatur. legitur pluribus modis. vno mo
do, prout iacet, & tunc dic, quod hæc erat pœna teſtamenti
veteris,

ADDITIO.

a Sanguinis. Adde, quod de iure canonico nunquam imponitur pœna ſangui-
nis, vt eſt gl. in c. præuaricator. 2. q. 3. Innoc. in c. crimina. de collu. Maria. de
Senis in re. c. ſententiam ſanguinis. Pau. de Caſt. conſilio 119. inc. noc. quod
adulterium. in 2. colla.

Digitized by Google

veteris, ſecundum ꝙ imponebatur ſæpe pena mortis, quæ hic inſeritur, vt ſciatur, non vt in canonico foro ſeruetur. ſimile. 5. q. vlt. delatori. Alio modo legitur, quo ad ſenſum ſpiritualē, & tunc exponi, moriatur. ſ. in peccatis. vel. i. ad pœnitentiā humilietur. 50. diſt. quid eſt, vel. i. deponatur, ꝙ habet inſtar mortis. 2. q. 7. §. quia ergo. vel moriatur in eo, peccatum. i. agat pœnitentiam, ſimilis expoſitio 27. q. 1. quæ Chriſto. & c. de filia. pro hoc. ſup. de maio. & obe. ſi quis. Et vtraq; lectura poteſt ſaluari. tamen quo ad ſecundam, verior eſt lec. quæ vult, ꝙ pęna ſpiritualis debet eſſe ſimilis morti naturali. de quibus pœnis, & de earum ſimilitudine not. Inn. de accu. qualiter. 2. vbi dixi. Opp. tertio in eo, ꝙ dicit hunc ab altari euellendum. nam non apparet, qua ratione, gl. 2. ſoluit intelligēdo de tali homicidio, qui gaudeat immunitate. & ſic glo. vult, quod euellere ab altari, ſit non gaudere immunitate. Opp. quarto ad hanc So. quia tempore huius c. non emanauerant iura poſitiua concedentia immunitatem eccleſiæ. propterea alii legunt aliter, vt Inno. ꝙ hic loquitur de altaribus veteris teſtamenti, quæ non erāt eius authoritatis, cuius ſunt noſtra, vult dicere, ꝙ facilius tunc malefactor. euellebatur. vel ſecundum Hoſt. poteſt intelligi de clerico, qui deponitur propter homicidium, & ex hoc euellitur ab altari. & ſi eſt incorrigibilis, traditur curiæ ſęculari. de iudi. cum non ab homine. ſol. Inn. verior habito reſpectu ad primū intellectum ſm literam. ſed habito reſpectu ad ſecundū procedit Io. gl. & Hoſt. & quia gl. in prin. alle. §. de his. 24. diſt. dic alias eſt ver. ſub. §. primo, & nihil facit pro glo. ſed aliqui habent. c. a. vltimū. & illud aliquid facit, cum dicit, quod debet ordinandus eſſe irreprehenſibilis, ſed glo. voluit inducere. 24. q. 3. §. ex his. vbi dicitur de pœna corporali, oculum pro oculo, dentem pro dente, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Homo creatus eſt ad imaginem Dei.*
2 *Pœnitenti aliquæ eſcæ interdicuntur.*
3 *Dominica non eſt ieiunandum.*
4 *Interficere opprimentem ſe defendendo, an ſit licitum.*
5 *Eleemoſyna hylariter fieri debet.*

INterfeciſti. Pone penitentiam occidentis latronem, cum ſe poterat aliter liberare, alias penitere nō tenetur, niſi ad cautelam. habet duo dicta ibi ſm ſi autem. vel aliter primo factum, ex quo quæſtio. ſecundo ſol. diſtinguendo tibi comprehendi. & illa in duas, vt ſup. dictum eſt comprehendi. puta de dic. abſtineas ſ. ſecunda quarta, & ſexta feria, in alijs tēperatur, vt ſequitur. Mediocri. i. temperata, vt videtur ebrietas. Sine odij. quaſi caſu, vel neceſſitate interfeciſti, cum aliter cōprehendi non potuit, nec tu te liberare. Membra feciſti. quia deceſſit ille in mortali. & ſic factum eſt membrum diaboli. Indulgentia. i. ad abundantem cautelam, vel vt tibi citius indulgeatur, vel. i. agendo tecum clementer. primæ expoſitiones veriores, voluens, quaſi dicat, non teneris presbyter. i. ſacerdos diaconus, & ſubdiaconus. ſimile de cohabi. cle. 2. Eadem, quæ dicta ſunt in proximo Reſpon. non in primo. No. quod homo
1 † creatus eſt ad imaginem Dei, [a] ideo, vt dicit glo. 2. non debet
a facies hominis maculari. quod dic verum pręterquam in falſario. inf. de falſis. c. 2. Nota de veſte lanea, quæ iniungitur loco pęnitentiæ, quod exponit glo. de cilitio, pro hoc de pęn. diſt. 3.
2 Achat rex. Non aliquas eſcas † interdici pęnitentibus. alleg. ad hoc gl. 4. diſt. denique. & quæ ſint illæ eſcæ, dixi de obſeruan-
3 tia ieiuniorum in Rubrica. Not. quod dominica † non eſt ieiunandum, nam hic nihil dicit de dominica, ad hoc de conſe. di. 4. ne quis, & ſtudioſe contrarium aſſerens ſuſpectus eſt de hę-
4 re. 26. q. 2. ſacerdotes. 30. diſt. c. ſi. Nota, ꝙ licitum eſt † ſe defendendo interficere opprimentem, non autem licet pro ſuis bonis. dicit enim copulatiue ibi, te, tuaq; ita no. gl. 33. q. 3. in prin. ſufficit tamen, quod fiat pro defenſa perſonę, vt in clem. ſi fu-
5 rioſus. de homici. No. pro eleemoſyna † facienda hylariter, quia hylarem datorem diligit Deus. 16. q. 1. prædicator, de don. c. i. Opp. primo in fine, quod presbyter dēat deponi tanquam irregularis. So. vt in gl. vlt. & verior eſt vlti. & verior eſt vlt. ſo. vt intelligatur hic, quando nō potuit euitare, ꝙ probatur hodie in cle. ſi furioſus. eo. ti. Opp. ſecundo, ꝙ debuerit imponi pęnitētia, quandiu viuit, quia non dēt eſſe longior, quā culpa de pen. di. 3. productio. Sol. dic, ꝙ aget pęnitētiam. ſ. interiorē. vel ſi loqueris de exteriori ex quo reputat ſe culpabilē, ad cautelam dēt pęnitere vſque ad exitū vitę, cū & alium vita priuauerit. Opp. tertio etiam, prout opponit glo. in verbo thoro. & ſolue, vt in ea, quæ intelligitur de thoro coniugis. fortius ergo de thoro extraneæ. Alij intelligunt, ꝙ iacebit non in thoro, ſed in terra.

A D D I T I O.

a Dei. Adde tex. in c. hæc imago 33. q. 5. & in c. principium. de pęn. di. 2. originaliter Geneſis primo,

S V M M A R I V M.

1 *Fur diurnus non occiditur ſine culpa, nocturnus ſic.*
2 *Interficere an quis poſſit eum, qui vult eum interficere.*
3 *Sero, an diei vel nocti tribuatur.*

SI perfodiens. Non occiditur fur diurnus ſine culpa: nocturnus vero ſic. primo thema & quæſtio. ſecundò diſtinguens. ſolutio ibi, intelligitur. vel primò verba Exodi. ſecundò verba Aug. exponentis ibi, intelligitur. Et in ſupra ſcriptione ibi Exodi 22. c. Quia poterat. quia dies erat quoquomodo. i. ſiue ſe defendat ſiue non, ad hoc. inf. c. tua. §. primo. la. ſ. ex quo telo ſe defendit. Plus eſt. i. pręſumitur. ſ. ꝙ venerit ad occidendum. Opp primo primo, ꝙ interficiens ſit homicida, & irregularis. ſup. c. proxi. So. vt ibi in gl. vlt. & quod ibi dixi. Oppo. ſecundo, ꝙ iſta lex non ſit antiquior ſæcularib. nam præceſſerunt leges compilationes canonicas, vt elatum eſt. Sol. dic iſta
2 lex. ſ. Exodi, & ſunt verba Aug. Quæro, nunquid poteſt qs † in-
a terficere [a] eum, qui vult eum interficere, ſi non poteſt aliter euadere, ita quod non teneatur expectare, vt præueniatur. gl. dicit, ꝙ ſic, & fuit opinio Goſſ. La .. Hoſt. & aliorum, pro hoc, ꝙ dixi de reſt. ſpo. olim. & eſt ratio: quia ſufficit terror armorum. ff. de vi, & vi ar. l. idem eſt. §. qui armati. Quæro & de alia quæſtione, vt in eadem gl. cuius ſo. eſt vera per cle. ſi furioſus. cum ibi not. eo. ti. & de hoc per Arch. 50. di. de his. Inducitur iſte textus ad quęſtionem in eo, ꝙ diſtinguit, an de die, an de nocte, ſ
3 quid † ſi dubitatur, vt quia de ſero, hæc quæſtio per plures fuit diſputata, in qua arguo. Primò ꝙ dicatur factum de nocte. Secundo quod de die. Tertio, quod neutro tempore. Et formemus quęſtionem, vt quia diſponebat ſtatutum pœnam duplicari de nocte. Primo igitur, quod ſero attribuatur nocti, facit hæc litera ibi quem furem nocturnum dicit eſſe, cum ſol non eſt ſuper terra. ad idem de treu. & pa. c. 1. in prin. Item tenebroſitas attribuitur nocti, lux diei. de offi. dele. conſuluit ad fi. C. de cuſt. reorum. l. 1. pro hoc Gene. primo mane, & veſpere dies v-
b nus eſt. [b] Item dies inter duas noctes. ff. de feriis. l. more. Sed ꝙ dicatur de die arguitur, ex quo de ſero adhuc clareſcit: quia dicitur dies a diam, ꝙ eſt lux, vel claritas. Item in pęnalibus mitior interpretatio eſt facienda, regula in pœn. li. 6. Eſt. n. qd imputetur ſtatuenti, qui non apertius legem declarauit, regula contra eum. lib. 6 Sed quod neutro tempore, arguitur, quia caſus omiſſus habetur pro omiſſo in ſtatutis, de reſcriptis, ſuſceptum. lib. 6. So. Guido de Suza. in quæſtionibus ſtatutorum. tenet ſecundum. ſ. ꝙ de dic, & dicit Io. And. ſe audiuiſſe ſic terminari, ipſe autem diſtinguit, an in loco ſit ſignum diſtinguens noctem a die, vt campana, & quæſtio non procedit. alias dicit arbitratium, vt diſcernatur quanta erat claritas, vel obſcuritas. In dubio autem eligit viam mitiorem per prædicta. De hoc ponit Bar. ff. de pœnis. l. aut facta. §. tempus. & nō multum deuiat ab eo, ꝙ dicit Io. And. cuius ſol. placet intelligendo, ꝙ etiam ante ortum ſolis, quod dicitur dies, quando iam albeſcit, ita quod ſine lumine videri poteſt, tunc enim ſol bene eſt ortus, licet nobis non appareat: quia radii ſui operantur iam effectum quo ad nos, ita & de ſero, donec fiant tenebrę durant radii ſolis quo ad nos. & non eſt proprie ſol ad occaſū ex toto.

A D D I T I O.

a Interficere. Adde. c. ſignificaſti el 2. & ibi Doct. inf. eo. doct. in cle. ſi furioſus. eo. tit. ſ. de homi.
b Dies eſt. adde Bal. in l. vni. C. de emendat. iuſti. codici. Ang in l. 1. C. de cuſt. reo. Bal. in l. fin C. de his, quibus vt indignis. Bal. Ang & Ioan. de Imo. in l. Trius. in §. Lutius. ff. de liber & poſt.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum non obligat quem ad homicidium.*

CVm iuramento. In ſuper ſcriptione Hieronymus dicit
1 ſuper Matthęum. lib. 6. Iuramentum † non obligat quem ad homicidium, hoc dicit. Pollicitus. pollicemur ſponte, promittimus rogati. ver. vltro polliceor, promitto ſepe rogatus. Herodes. Mat. 14. Marci. 6 quodcunque & ſi dimidiam regni, vt in hiſtoria. Matri ſuę. ſ. ipſius Herodis. Propheta. i. Ioanne Baptiſta, qui etiam fuit pluſquam Propheta. Matth. 11. In gl. in verbo facturus. ibi ſi cui. de hoc in proœmio ſuper vlt. gl. & ibi excepta de iureiur. c. 1. lib. 6. de reg. iur. in generali. eo. lib. in fine. hiſtoria iſta de obitu Ioan. Baptiſtę habetur. 26. di. §. Ioannes.

SV M-

SVMMARIVM.

1 *Homicida eſt qui dat venena ſterilitatis cauſa.*
2 *Dictio, vt, diminuit.*

1 **SI quis.** Homicida, eſt q † facit, vel dat ſterilitatis ſortilegia, vel venena. Libidinis. erat forte mulier, quam non licebat grauidam apparere. Odij. forte nolebat illum, vel illã habere filios.
a Meditatione. ſi autem amoris cauſa,ᵃ non vt interficeret, adhuc ſimiliter punitur, quia dedit operam rei illicitę, & punitur vltimo ſupplicio. ff. de pœn. l. ſi aliquis §. ſi quis. Fecerit puta ſortilegium ſine cibo, vel potu. Et homicida verus, ſi viuificatum erat conceptum, alias interpretatiuus, vt dicit gl. Opp. vt opponit glo. q iſte non ſit irregularis. gl. ſtat contrario. pro hoc 15. q. 1. ſi quis non iratus. ſed gl. ibi tenet contrarium. dicit Goff. q non eſt irregularis magna irregularitate, quæ habetur 50. diſt. mirum. ſed eſt irregularis irregularitate, quæ contrahitur pro mortali. 15. di. §. criminis. verius dic, vt dicit glo. q non eſt irregularitas vera, niſi conceptum iam eſſet animatum. Ex
2 hoc no. quod † dictio, vt, diminuit, aliud eſt enim eſſe homicidam: aliud teneri, vt homicida, quod facit ad quæſtionem de ſtatuto, diſponente ſcholares tractari, vt ciues. nam non per hoc infertur, quod ſint ciues. faciunt, & alia plura ad prædicta, quod not. infra.

A D D I T I O.

a Amoris cauſa. Adde gl. 1. in l. necare. de libe. ag. glo. in c. conſuluiſti. 2. q. 4. & in c. aliquando 32. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Circumſtantia in delictis ſunt attendenda.*

SIcut dignum. Totũ in hoc ca. loquitur de eodem facto, & ppter multitudinem dictonum per neminem ſummat, & diuiſio patet per verſiculos. Pro faciliori tamen intellectu proſequar ſingulatim per partes. Præmittitur autẽ pro intellectu, q epiſcopus exonen. receperat commiſſionem abſoluendi occiſores beati Thomæ, & illos qui fuerant ſuæ mortis culpabiles, & forte expreſſum erat de pœnitentia occiſorum. ipſe vero, quia inuenit diuerſas culpas, ſuper illis papã conſuluit, qui reſcribit, vt ſequitur. Et hoc principium vſque ibi, illi autem, ſummo ſic. In pœnitentia imponenda ſuper crimine homicidii vel alii, iudex debet attendere circunſtantias, ex quibus augetur, vel minuitur pœnitentia. Et infra continebat deciſa, quod ſicut dignum erat, & rationabiles difficiles q̃ſtiones ad papam referre. ſic & ſuſcepto miniſterio papa debebat illas ſoluere, & quærentibus reſpõdere. Noſti. i. noſcere præſumeris. Conditio. liber an ſeruus, ſubditus vel alius, religioſus, vel ſecularis, nobilis, vel plebeius. Locum, an ſacer ſit, an prophanus. Tempus, an ieiunii, an ſolutum. Pęnitentia. & ſic ſequitur, quod eſt arbitrariã. de penitentiis, ſignificaſti, in fi. & c. Deus qui vno. dic loco commiſſum de ſen. excom. cum pro cauſa cum cõcor. vel. ſ. homine, de hæreticis, excommunicamus. §. ſi vero. In gl. 2. ibi mediocre, quod dic, vt de temp. ordi.
1 ex tenore. & c. fi. Not. ex tex. de † circunſtantiis attendendis, de quo ſup. de iureiur. cum quidam. de ſymo. & ſi quæſtiones, & quę circunſtantiæ attendantur, dantur verſus. Quantum, quale, ſcelus, & abſque ſcientia ſexus. Conditio, tempus, locus, iſta moduſque notantur. vel aliter. Quid, vbi, quare, quantum, quis, quomodo, quando. Quilibet obſeruet animæ medicamina dando.

ILli autem. Io ſumma dicit. Sociantes homicidam animo occidendi, licet manum non apponat, ſi tamen ex ſua cã mors ſecuta eſt, tenetur pari, vel fere pari pęna cũ homicida. Et dicit Inn. q in hoc ver. ponitur pęna illorũ, qui habuerunt animum occidendi, feriendi, aut capiendi Sanctum Beatum Thomam martyrizatum tempore Henrici maioris, vel patris regis Anglię. Citra manum, quia per ſocios ſolos fuit expeditum. Fatentur in foro pęnitentiali, in quo credendum eſt. Captione. forte valuerunt, vel circundederunt locum. Pari. q a interfectores. & forte de ĩterfectoribus expreſſerat papa in prima commiſſione. Fere, denotat aliqualem minorem culpam. In gl. in verbo occidendi. ibi adulteria, & reliqua delicta. & huius ver. & ſequentes declara per ea, quæ notat gl. 1. in fi. in verbo conſilium, & per ea, quę dicuntur in ver. eos.

SVMMARIVM.

1 *Sociantes homicidam qualiter puniantur.*
2 *Innocentia triplex eſt gradus.*

1 **ILli etiam.** Qui ſociat homicidam † animo tantum prohibendi, ne impediatur, tenetur paulo minori pęna, quam homicida,ᵃ
a hoc dicit. Et ponitur hic pęnitentia prohibentium vim inferri occiſoribus. Ferirent. & ſic nõ habuerũt animum occidendi. & in hoc differt a proximo reſpõſo mulctari. quia multa ſolet iudicis arbitrio relinqui. ff. de verb. ſignifi. l. ſi qua, ideo vtitur hoc verbo, ad denotandũ pœnitentias arbitrarias. Hoſt. Scriptum. nõ ad literam, ſed ad mentem, prouerbiorum 24. Erue illos, qui trahuntur ad mortem, & eccleſiaſtici tertio.
2 In glo. verbo, occulte, in fi. & de triplici gradu innocentiæ † ibi notatur.

A D D I T I O.

a Quam homicidam. Adde, quod præſtans opem homicidio tenetur de homicida, vt eſt gl in verbo, defenſam in clem. 1. de pęn. & in l. his, qui opem. ff. de furt. & in §. ope. inſt. de obl. quæ ex delic.

SVMMARIVM.

1 *Prouocans alium ad homicidium, tenetur vt homicida.*

1 **QVi vero.** Prouocãs † alium ad homicidium tenetur vt homicida, ſi ille non erat alias facturus, alias mitius punitur, h. d. Et ponitur hic pœnitentia incitantium regem ad odiũ. Inn. Odium, aliud eſt inflammaſſe ad odium, aliud ad homicidiũ, vt hic patet. Seuere. ſicut hic, de quibus ſup. proxime.

HI quoque. Idem cum ver. 4. etiam. vel ſic, Cuſtodientes ſarcinas occidentium, ſcientes eos eſſe ſicarios, non ſunt immunes a pœna homicidii. h. d. Nota contra illos, qui cum comburitur hęreticus, portant ligna vel aliud, per hoc. n. fiunt irregulares ſecundum Abbatem, ar. hic. de quo in Spec. ti. 2. §. iux. propoſitionis, in tractatu diſpenſationum. ver. qui de his per 12. colum. Quæro de intellectu textus. q̃o ſciuerunt eos ſicarios, quidam intelligunt, q ſciebant eos intendere ad occidendum Sanctum Thomam, licet conſilio non aſſenſiſſent. Alii intelligunt, q nihil ſciuerunt, niſi q bene ſciebant, eos eſſe ſicarios, & hoc verius per tex. ibi illius machinationis ignari, & tunc pone exemplum, vt quia iſti occiſores iuerunt armati prope locum maleficii. ſed dimiſerunt aliqua extra locum dimiſſis iſtis cuſtodibus. In gl. prima ibi cultrũ, ſiue cultellus cedens ex vtraque parte, & eſt cultellus, qui vulgo dicitur, daga. In gl. 2. in fi. ſicut eſt Saulus in lapidatione Beati Stephani. actuum ſeptimo.

SVMMARIVM.

1 *Spolians bona occiſi, an teneatur de homicidio.*
2 *Occupantes aliqua bona eiuſdem ſancti, an teneatur ad reſtitutionem.*
3 *Sociantium in delicto materia.*
4 *Negligentia alicuius ſi damnum alicui detur, an teneatur.*

1 **BOs inſuper.** Spolians † bona occiſi non propterea tenetur de homicidio, & non ſufficit ſpolianti reſtituere pauperibus aliena, de quibus conſtat, quorum ſunt. Moderata. quia arbitraria. Quidam, alias, quædam. Opp. primo, q etiam ſi non habet in facultatibus, nihilominus remaneant obligati ad reſtituendum aliena, vt opponit gl. in verbo, ſi habeant. ibi arg. contra. Sol. vt in gl. q liberantur hic quo ad executionem, non autem ad obligationem. h. d. Goff. verum in obligato in genere, vel quantitate, ſecus in ſpẽ: quia tunc interitu ſpeciei liberatur. ff. de legatis primo. l. cum res. §. 1. niſi mora præceſſiſſet, vt ibi. Opp. ſecundo, q ſufficiat aliena fuiſſe erogata pauperibus: nam q̃n que neſcitur, vbi ſint hi quorum ſunt, de viuris, cum tu. Sol. in illum caſum ſta contrario. de quo in glo. hic in verbo aliena. ad cuius finem adde, q notat Hoſt. in ſumma de pęn. ſub. §. ſi. verſi. ſed nunquid ſufficit hęc ceſſio. & ſequenti.
2 Quęro, ſi hi, qui occupauerunt † aliqua bona ſancti, tenentur
a ad reſtitutionem ᵃ occupatorũ per alios, dicit Inn. q nõ, ſi non fuerunt

A D D I T I O.

a Ad reſtitutionem. Adde diffuſe per Io. de Ana. hoc.

fuerunt culpabiles de illa occupatione: ſed ſi culpabiles, ſic. vt
quia conſuluerunt aliis, vt caperent, tunc enim tenentur inſo
lidum: quia dolo, & conſilio ſuo hoc factum eſt. Opp. ad hoc,
quia non poſſunt teneri ex conſilio, interdicto vnde vi. vel vi
bonorum raptorum, ad hoc de reſtit. ſpol. cum ad ſedem. Sol-
uit Innoc. quod nihilominus tenentur actione de dolo, ſimile
in caſu, quo competit vnde vi. vel vi bonorum raptorum, ſed
ignoratur, contra quem debeat agi. vel deficit probatio, vel
perſona, contra quam agi debet, eſt terribilis his caſibus & ſi-
milibus ſuccedit actio de dolo in defectum arg. ff. de dolo. l. 1.
& 2. §. fi. & quinque ſequentibus. & l. & eleganter. per totam &
ſequentibus, immo pro hoc ſecundum Inn. quia conſiliarius
talis tenetur in foro animę, etiam ſi ſpoliatus poſſet agere con
tra alium, niſi forſan remiſiſſet occupanti ex corde: nam tūc
liberatus eſſet & conſiliatius: licet non ſic econuerſo. arg. de
conſti. translatio. ff. de reg. iur. l. cum principalis. regula acceſ-
ſorium. li. 6: & ſic liberato conſiliario non liberatur raptor vel
is, ad quem rapina peruenit, niſi appareat, quod hoc intende-
bat. & per hoc, quod dictum eſt, liberato raptore liberari con-
ſiliarium, procedit, niſi ad conſiliarium aliquid perueniſſet,
tunc enim teneretur illud reddere, vel ei, cuius fuit, vel ei, qui
pro ſe ſatisfeciſſet. & hoc in iudicio animæ: licet in contentio-
ſo ſecus, ſecundum Innoc. ſed non videtur procedere, quod ſe-
cus ſit in contentioſo, nam qui ſatisfecit, egit negocia obligati
vtiliter: ergo ſibi competit actio, quod eſt verius. Quæro, ſi qs
non dedit conſilium de rapina: iuit tamen cum raptore, non
vt iuuaret ad rapinam, quam diſſuadebat, ſed vt iuuaret, ne ab
aliquo lædi poſſet. dicit Innoc. quod ſi raptor inuentus eſt in
rapinam, non tenetur cōſiliarius, ſed ſi res aſportauit, tenetur
tanquam auxiliator; quia licet conſilium non dederit: dedit
tamen opem, & hoc, præſuppoſito, quod ſine ipſo raptor non
potuiſſet aſportare: alias ſi ſine ipſo potuiſſet, in nullo tenere-
tur, ſecundum Inn. quod dico verum, quo ad rapinam, tene-
tur tamen de prauo animo. pro hoc quod dicitur in ſequenti
3 quæſtione. Quęro, ſtante caſu † præmiſſo, ſi raptor nihil aſpor
tauit, ſed alias damnum dedit. dicit Inn. quod qui iuit, nō tene
tur, ex quo diſſuaſit: niſi forſan raptor nullatenus iuiſſet ſine
comitatu illius, quo caſu tenetur, tanquam ipſo facto opem
præſtans. ff. ad l. aquilitam. l. item mella. §. primo. 2. & 3. & §. ſi
plures. & §. Item cum eo, Quęro, quid ſi multi comitati ſunt
malefactores, qui ibāt ad rapinam, vel deuaſtationem aliqua-
rum rerum faciendam, quod tamen diſſuadebant: ſed iuerūt,
vt in caſu pręmiſſo cauſa impediendi prohibentes vel reſiſten
tes. dicit Inn. quod iſti non tenentur in iudicio animæ, niſi de
eo quod commiſerunt, vel quod eorum cōſilio commiſſum
fuit, etiam ſi ad hoc iuiſſent, vt violentiam committerent, ſal-
uo quod ſi fuerunt cauſa damni: vt quia malefactores alias nō
iuiſſent, tunc enim tenentur in viriles portiones. Ex hoc con-
cludit Inn. quod aliud eſt de præbente auxilium, qui non tene
tur niſi in eo, in quo auxiliatur, vt in hac quæſtione, & præce-
denti. aliud de dante cōſilium, qui tenetur ad omnia damna;
quia conſilium omnia concernit vt ſup. in 1. quæſtione. quod
not. Quæro, ſi aliquis iuit ad delinquentes tantum, non tamē
vt defenderet rapinam, dicit Inn. quod in nullo tenetur, dum-
modo certum ſit hoc aduerſariis. Si autem propter eius pręſ-
ſentiam aduerſarii non fuerunt auſi ſe defendere, ſecus. Quid
de illis, qui vadunt cauſa pacificandi? dicit Inn. quod ſi volūt
eſſe ſecuri de irregularitate, ſignificēt aduerſatiis cauſas acceſ-
ſus, ne ipſorum timore dimittant ſe defendere ad hoc, quod
no. inf. c. petitio. Quid de occidente, vt defendat raptorem? di-
cit Inn. quod tenetur inſolidum, ſicut raptor. ſup. eo. c. verſi. illi
etiam. & de hoc inf. eo. petitio. Quid ſi culpa, vel negligētia ali-
cuius datum eſt damnum, vt quia non bene cohibuit ignem,
4 ne ad domos aliorum vagaretur. dicit † Innoc. quod tenetur l.
aquilia. ff. ad l. aquiliam. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi arbuſtum. vſque
ad §. ſi cum apes. & c. qui accidit. §. pen. & hoc in foro cōtentio-
ſo, ſed in ſpirituali non tenetur ad emendam, ſed de negligen-
tia. ar. 15. q. 1. inebriarunt. niſi is, qui ignem appoſuit damnum
dare intēderet, vel in lata culpa foret, vt ſi in domum plenam
ſtipula ignem proiiceret. Ex hoc dicto not. quod non ita tene-
tur quis de omni culpa in foro pœnitentiali, ſicut in iudicia-
li. ratio: in pœnitentiali tenetur quis de praua mente tantum.
ergo de culpa quæ proceſſit ex mente, quod ſigna. Quæro ſi in
foro pęnitentiali ſatisfactum plene fuit læſo, an tenetur alter
ſatisfacere. dicit Inn. quod non: ſed tenetur compenſare ſatiſ-
facienti. vult Innoc. denotare differentiam fori contentioſi, ad
pęnitentiale: quia in contentioſo vno malefactore ſatisfacien-
te, non per hoc alii liberantur, de quo in c. Abb. in gl. ſup. quod
metus cauſa. ſed in pęnitentiali ſecus: tamen etiam in conten-
tioſo quo ad reſtitutionem læſi vno ſatisfaciente, omnes libe-
rantur, ſed non quo ad pęnam publicam, vt not. in d. c. Abb. &
idem dico de pęnitentiali quo ad hoc. vnde etiam dicit Inn. ꝙ
non ſufficit delinquenti, ꝙ læſo ſatisfecerit, immo ſpiritualis
pęnitentia debet ſibi iniungi pro peccato. Quæro nunquid in
iudiciali foro omnes malefactores eiuſdem maleficii vt dātes
damnum alicui pariter tenentur. dicit Inn. ꝙ ſi poteſt diſcerni
cuius culpa datum ſit damnum, ille ſolus tenetur, alias tenen-
tur omnes inſolidum. ff. ad l. aquili. l. item mella. §. ſi in plures.
& trib. §. ſequentib. & l. ita vulneratus. §. fi. de furtis. l. vulgaris.
primo reſpō. & §. ſi. arborum furtim cęſarum. l. ſi plures. depo-
ſiti. l. prima. §. ſi apud. & l. in depoſiti. 23. q. fi. c. fi. Opp. ad hoc, ꝙ
quando non poteſt diſcerni, vnuſquiſque teneatur tātum pro
parte. ff. depoſiti. l. ſi duo. Soluit Inn. illud verum, ſi agitur con-
dictione furtiua, vel actione depoſiti. nam ſi ꝓ vaſis cōfractis
agitur l. aquilia, vnuſquiſque tenetur inſolidum vt innuitur in
eadem l. ibi: nam certe verum eſt inſolidum vnumquemque
dolo feciſſe. & niſi pro ſolido res non poteſt reſtitui ſi agitur l.
aquilia. & refert Innoc. quoſdam dicere hoc locum habere in
conſilio animæ. Item ꝙ obtinent in iis delictis vbi quis non te
netur neque de ope neque de conſilio, tunc enim quilibet te-
neretur etiam ſi damna diſcerni poſſunt. Ad hanc materiam
adde quod dixi de offi. deleg. c. 1. pro hoc quod nota. inf. eod. §.
vlt. in gl. pen. & quod ibi dico.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiæ gradus ex qualitate delicti diuerſificantur.*
2 *Participantes per affectionem cum excommunicatis, an incurrant ex-
communicationem.*

ILlis. Hic ponitur pœnitentia participantium
interfectoribus excōmunicatis. vel ſum-
ma ſic. Participantes interfectoribus excommu-
nicatis puniuntur diuerſimode ſecundū modum
1 participationis. Not. gradus pęnitentiæ † diuerſificari ex qua-
litate delicti, ꝙ probatur hic in textu, & in toto c. a principio
vſque huc. ponuntur enim ſex gradus, & procedit auctor de-
ſcenſiue. primo de maiori. deinde de minoribus delictis, & per
ſingulos 6. verſiculos fit deſcenſus, & diminuitur pœnitentia.
2 Opp. ꝙ † participantes per affectionem non ſint excommuni-
cati. 11. q. 3. quoniam multos. inf. de ſen. excom. inter alia. Sol.
quia gl. tangit in verbo affectione, & non ſoluit. dic textū pro-
cedere de affectione damnabili. 11. q. 3. quatuor. ſed in neceſ-
ſaria loquuntur contraria.

SVMMARIVM.

1 *Conſulens homicidium an teneatur, ſicut homicida.*
2 *Diſpenſare cum homicida quis poſſit.*
3 *Homicidium quando committitur in neceſſitate quid ſit.*
4 *Clerici grauius puniuntur quam layci.*

CLericos. Hic ponitur pęnitētia clericorum
præſtantium morti prædictæ con-
a ſilium auxilium vel fauorem. [a] Si fieri poteſt. hoc
dixit, quia quandoque clauſtum non inuenitur
propter nimiam multitudinem. de ſymo. quoniam, vel q a fie-
ri non poteſt ſine graui ſcandalo, de reg. c. fi. Recluēdi, alias re-
trudendi. Quęro, quia hic dicit de conſilio, nunquid conſulēs
1 homicidium † teneatur, ſicut homicida. & idem generaliter,
qn̄ poteſt de quocunque maleficio, ſed ſpāliter gl. pe. proſequi
tur de homicidio ad ſciendum, quando talis ſit irregularis, ge
neraliter autem de materia, & non tantum de conſulenta, ſed
etiam de mandante, ſuadente, auctorizante, vel opem quamli
bet præbente. dixi in c. 1. de off. dele. Proſequendo aūt ſpecialē
materiam gl. dupliciter diſtinguit in prin. ſed ſecūdus modus
formalior, & melior ibi, & ſic diſtingue. ideo ſm̄ illum gl. ꝓſe-
quitur. de hac diſtinctione dantur verſus. Lingua cōſilio præ-
cepto perdis, & actu. Neceſſe caſu duobis diſtingue ſuprema.
& eſt ſenſus ꝙ homicidium committitur lingua & actu. Lin-
gua duob. modis cōſilio, & præcepto. Actu vero trib. modis. ſ.
voluntate, neceſſitate, & caſu. ſed in duob. vltimis diſtinguitur
vt dicit gl. ponit autem glo. pro eodem, ꝙ homicidium fiat fa
cto pręcepto, vel conſilio, propterea inducitur ad quæſtionē,
qn̄ ſtatutum punit homicidam, ꝙ mandans, & conſulēs tenea
tur pœna ſtatuti. ad idem. ff. de iuriſ. om. iud. l. ſi quis id. §. fi. &
de iure fiſc. l. a. §. diuus. C. de Iudæis. l. Iudæi. pro hoc quantū ad
mandantem. inf. de ſent. exc. mulieres. ſed hoc nō procedit, qn̄
ſtatutum exprimeret aliquid, per ꝙ oporteret intelligi de eo,
qui realiter per ſe interfeciſſet, vt ſi dicat, ſi quis cum enſe, vel
manu

ADDITIO.

a Vel fauorem. Adde doct. in c. ex literis. de exceſſibus præla.

Digitized by Google

manu interfecerit: tunc enim de mandante, vel conſulenre, ni
ſi per impropriationem non poſſet intelligi. Impropriatio ve-
ro locum nõ habet in ſtatutis. inſ. de iniurijs. in noſtra. & ꝙ ibi
plene dixi in materia interpretationis ſtatutorum. de conſuet.
cum dilectus. adde hoc dictum, & alias limitationes, quas po-
ſui in præall. c. 1. de offi. dele. No. illius gloſſam in eo, ꝙ dicit fie
ri irregularem interficientē ẽt ſarracenum. Quæro, qui diſpen
2 ſat † cum homicida. [a] glo. dicit diſpenſari non poſſe, qñ eſt vo-
a luntarius, inducens illud, quia nullo mõ debet miniſtrare, iux-
b ta illud, non ędificabis mihi templum, [b] quia vir ſanguinis es.
quæ verba habentur primo paralipomenum. 17. & 28 non tñ
ſub hac forma, ſed ſic, non ędificabis domum nomini meo,
eo ꝙ ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis. & ſunt verba dñi
ad Dauid. pro hoc de conſe. di. 1. c. 1. ꝓ hoc ẽt de accuſ. inquiſi-
tionis. in prin. ſed Hoſt. dicit, ꝙ papa diſpenſare poteſt, licet nõ
de facili diſpenſet. & ſic intelligit. 50. di. miror, vt ibi reſeratur
ad difficultatem, & ꝙ poſſit, probat per c. propoſuit. de cõceſſ.
pręb. quia eſt ſupra ius. Item lex diuina permittit talem diſpẽ-
ſationem. vnde conceſſum fuit Finees nepoti Aaron, qui zelo
dñi duplex commiſit homicidium, vt eſſet ſacerdos: Numeri.
25. ad hoc 23. q. 8. occidit. ꝙ ergo fecit ibi Deus, poteſt & papa
eius vicarius. de transl. c. 2. pro hoc quia B. Paulus quamuis ho
micida, fuit permiſſus miniſtrare, de quo dicetur inf. eo. poſtu
laſti. Ad hoc oppono de c. i. ſup. eo. So. ibi de rigore. Secus de di
ſpenſatione. & hæc pars vera. de hoc no. in Spe. ti. 2. in tractatu
diſpenſationum. §. iuxta propoſitionis, ad fi. & §. nunc breuiter.
ver. 5. per hæc habes, quæ expediunt circa limitationem primi
membri diſtinctionis gl. In eo tamẽ, ꝙ gl. dicit, ꝙ occultus ho-
micida non miniſtrat, Vin. tenuit ↄ̃trium. inſ. eo. ex literis. per c.
de his. 50. di. dicens, ꝙ peracta pęnitentia miniſtrare poteſt, ꝙ
ſequitur ibi Arch. ſed gl. verior per c. vlt. de tẽp. ord. ꝙ allegat,
de quo dic, vt ibi dixi. poſſent tñ cõcordari: quia licet miniſtra-
ri non debeat, nec poſſit ſine peccato, & ſic intelligatur glo. ſi
tñ adminiſtrat, prohiberi nequit, cum ſit occultum, & ſic in-
telligatur dictum Vin. ſm quem notãdum, ꝙ reperitur diſpen
ſatio minor, quę eſt, vt homicida miniſtrare poſſit in minori-
bus. inſ. eo. cõtinebatur. Item maior, vt miniſtrare poſſit in ma
iorib. ſuſceptis. 50. diſt. clerico. Item maxima, vt poſſit ad ſupe-
riores aſcẽdere, vel ſi eſt laicus ꝓmoueri. c. lator, & in hoc vlti.
dicit Vinc. ꝙ nullus homicida etiam ſi per caſum, vel neceſſi-
tatem, poteſt promoueri, ſi eſt laic⁹, de iure cõi, per c. ſi. 15. q. 1.
quod ponit Arch. in di. c. de his. ↄ̃trium tamen probatur ex mẽ
bris ſequentib. in gl. & per dictum c. lator. præſupponendo, ꝙ
id, ꝙ dicit ibi P. clericus intelligatur maxime, ꝙ eſt verius. Se-
cundum membrum principale gloſſæ eſt, qñ committitur ho
micidium caſu, de quo diſtingue, vt in gl. dixi. tamen Vinc. vt
refert Arch. in di. c. de his. dicit, ꝙ quãdoque caſus accidit cul-
pa occidentis, & procedit, ꝙ hic dr̃ in gl. quando culpa præceſ-
ſit caſum, qñque culpa occiſi. & tunc ſecus. inſ. c. lator. ꝙ eſt ve-
rum: quia dummodo occidens non dederit cauſam rei illici-
tæ, & pręſtiterit diligentiam, quam debuit, in nullo tenetur,
vt dicit gl. Tertium principale membrum gl. eſt, qñ per neceſſi
3 tatem, † vt cauſa defenſionis, committitur homicidium. & de
hoc diſtingue, vt in gl. ꝙ aut neceſſitas fuit euitabilis, & impu-
tatur: ſed talis poterit ſm gl. in ſuſceptis de miſericordia tole-
rari. i. de diſpenſatione ꝙ tenet Hoſtien. Alij dicunt, ꝙ ipſo iure
poſt pœnitentiam miniſtrabit in ſuſceptis, ſed ad ſuperiores
non aſcendet, niſi diſpenſatiue. & ſic intelligunt c. de his, pręal
leg. quod gl. etiam pro ſe inducit. ex quo patet, ꝙ diuerſimode
legitur, ſed mihi placet opi. gl. & magis applaudet c. de his, cũ
ibi notatis. Aut neceſſitas fuit ineuitabilis. & tunc dicit glo. ꝙ
adminiſtrat ſine diſpenſatione, ſed ad ſuperiores non aſcendit
ſm Io. & idem tenuit Goff. inſ. eo. lator. & ſentit Inn. inſ. eo. ad
audientiam. in fi. & in c. ſignificaſti. Sed dic verius, ꝙ etiam ad
ſuperiores aſcendet per clem. ſi furioſus. de homicidio, ꝙ ante
ſequitur in gl. ibi Hug. dixit ↄ̃ non intelligas, vt tenuerit glo. ꝙ
nunc dixi contra Io. ſed tenuit contra totam doctrinam Io. po
ſitam per totam gloſſam, tota fuit Io. in d. c. de his. 1. de qua ẽt
materia notaui. eo. d. de his. 3. voluit. n. Hug. indiſtincte nullũ
homicidam adminiſtrare poſſe diuina. & in hoc innixus eſt ri-
gori, vt dicitur in d. c. de his. ſed verius eſt, ꝙ dicitur in gl. de cu-
ius materia per Hoſt. in ſumma. eo. ti. §. qua pœna. & eſt ſignan
da hæc gl. tanquam principalis in materia. de hac tamen mate
ria etiam dicam in c. ad audientiam. inſ. eo. Quæro, quare cle-
4 rici † grauius puniuntur, quam laici. de quib. ſup. in alijs verſi.
So. quia odioſius eſt homicidium in clericis. nam nec intereſſe
debent vbi ſententia ſanguinis etiam iuſta profertur. ne cle. vel
mo. ſententiam. de exceſ. præla. ex literis. Quæro, quia hic pro-
hibet, ne cãtent ſeparatim in choro: an poſſunt cantare cum a-
lijs. dicit Inn. ꝙ ſic poſt pęnitentiam. Hoſtiẽ. tamen dicit, quod
reſponſoria non poſſunt dicere, cum dicunt tertiam, vel alias
horas canonicas, ꝙ alias poſſent ex diſpenſatione epiſcopi, pro
hoc. inſ. eo. ad audiẽtiam, quicquid dicatur ſecundum eũ, non
videtur iſtis clericis aliquid reſeruari præter pſalmodiam. Mi-
hi placet, ꝙ dicit Inn. vt non ſine miniſterio ſit poſitum verbũ
ſeparatim ad hoc de priuil. ſi papa. lib. 6. Eſt autem magna ra-
tio diuerſitatis, quia quando ſeparatim dicunt, plus honoran-
tur, ſicut patet in iſtis in choralibus, quibus pręcipiuntur cauſa
honoris, vt ſpecialiter dicant antiphonam, vel reſponſorium.
Quæro, quia hic in fi. dicit de ſeptennio, vel quinquennio, cui
pœnæ ſtabitur, glo. vlt. dicit, quod quinquennio tanquam mi-
tiori, quam gl. ſingulariter no. pro hoc. 9. diſt. ſana quippe. 24. q.
1. ſi quis dederit. Inducit aliam rationem quia omnes conue-
niunt ib pœnam minorem. ad hoc de arb. c. 1. lib. 6. ſed videre-
tur potius, quod ſit arbitrarium, & ſic in arbitrio iudicis, quia
verba referuntur ad iudicem, probat verbum, debeant coerce
ri, ſcilicet per iudicem. pro hoc, qd̃ dixi in materia alternati-
ue de reſcriptis. cap. ſecundo, poſſumus tamen tenere glo. ra-
tionibus prædictis.

ADDITIONES.

a Cum homicida. Adde Spec. ti. de leg. in §. iuſta. Ioan. de Imo. in cap. niſi cum pridem. de renuncia. Domi. de ſancto. Gemi. in c. miror, & in cap. ſi quis poſt acceptam. 50. diſt.

b Templum. Adde tex. in c. ſi quis omnem. inſ. q. 7. ca. qualiter, de conſe. diſt. 1. gl. ſummæ. 21. diſt. glo. in verbo homicidij, in c. ſi. de tempo. or. originaliter 3. Regum. 8. c.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens cauſa diſciplinæ ſi modum excedit, & mors ſequatur, a ſacerdotio deponitur.*
2 *Homicidium dicitur ſequi ex vulnere.*
3 *Homicida deponitur ab ordine.*
4 *Homicida caſualis an puniatur, ſicut voluntarius.*
5 *Homicidium commiſſum ante baptiſmum an impediat ſuſceptionem ordinum.*

PResbyterum. A ſacerdotio deponitur
percutiens † cauſa diſci-
1 plinæ, ſi modum excedit, & mors inde ſequitur.
Nota pœnam homicidę, etiam ſi non immediate
fecit homicidium, ſed vulnus, ex quo ſecutum fuit. Et not. ꝙ
2 homicidiũ † dr̃ ſequi ex vulnere, qñ poſt paucos dies vulnera-
tus interiit. dicit tamen Gof. ſupplendum maxime, ſed fortius
pręſumitur, qñ cito. pro hoc de cle. percuſſore. c. 2. in aliquib. ta
men locis ſunt ſtatuta determinantia tempus, puta menſem,
poſt, ꝙ vulnerans non tenetur de homicidio, in quo recurren-
dum foret ad iudicium medicorum, an ex vulnere, an aliũde
3 interierit. No. ꝙ homicida † deponitur ab ordine, vt in verbo,
deponere. & intelligunt doctores, ꝙ nec in ſubdiaconatu mi-
niſtrabit, niſi diſpenſetur, & diſpenſat ſolus papa inſ. c. proxi. in
4 fi. Not. ꝙ punitur homicida † caſualis, ſicut voluntarius quo ad
incurrẽdam irregularitatem, & quo ad depoſitionem, vt hic,
& ĩ. c. proxi. & c. ſuſcepimus. &c. de cætero. & hoc, qñ culpa ꝓ-
ceſſit caſum, vt hic. Opp. 1. vt in gl. 1. ibi arg. ↄ̃. So. vt gl. & in ea
ibi, præceptoris. ſequitur, nimia ſæuitia culpæ aſſignatur. Opp.
2. vt in gl. vlt. ibi arg. contra. Sol. vt gl. Quęro, quid ſi poſtquam
conualuit vulneratus, deinde recidiuauit, & obijt. Sol. vt in gl.
quam nota, & ſta ſolutioni eius, ꝙ tenetur occidens de interi-
tu, niſi conſtaret, ꝙ præceſſiſſet alia cã recidiuationis, quã pri-
mum vulnus: quia tunc non teneretur. inſ. eo. ad audientiam.
& in illa gl. ibi contra naturã mouetur. q. d. ꝙ qui ducebat ani-
mam, nõ fuit in culpa. de hoc de iniurijs. c. ſi. Quæro, nunquid
5 homicidium † commiſſum ante baptiſmum impedit ſuſce-
a ptionem ordinum, [a] de hoc tangunt aliqui hic, & Hoſt. in ſum-
ma eo. tit. §. qua pęna. ver. lingua. & ver. ſed opponitur, & ſequẽ
ti. de quo dic, vt dixi de diuor. gaudemus, & cõcluſio eſt, ꝙ ſic,
b quia per baptiſmum non deletur irregularitas [b] prius contra-
cta, licet tollatur peccatum quo ad culpam.

ADDITIONES.

a Ordinum. Adde gl. in c. ſi quis viduam, 50. di. gl. ſummæ. lib. di. & in c. deinde. 26. di. in gl. in verbo inter peccata.

b Irregularitas. Adde Arch. 15. di. in glo. ſummæ.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium ſecutum caſu propter ludum quando imputetur.*

1 COntinebatur. Legitur variis modis in
glo. & extra gl. ſed com-
plectẽdo lecturas omnes in genere, ſummatur ſic:
homicidiũ caſuale imputatur ei, qui dedit operam
rei illicitæ, vel ẽt licitæ, ſi non adhibuit diligentiam, q̃ debuit.
Com-

Communis diuiſio: ſecunda ibi. Ideoque viatorum.i.quo vti
ſolet viatores,& de hoc ludo dī in conſtitutione, alearū vſus.
C.de religioſis & ſump.funerum. indirectum.i.in longuoi vte
retur. forte vſque ad locum,vbi erant baculi proiecti. & ſic pp
1 hoc non impediebant ſuum iter. Oppono † primo,ꝙ non de-
buerit imputari homicidium ſecutum caſu propter ludū. inf.
c.prox.gl. 1.2.& 3.ſoluunt contrarium quadrupliciter. ſed prin
cipaliter duobus modis. Aliis etiam modis ſoluitur extra glo.
Vnus modus principalis ſoluendi eſt,intelligendo ca. ſequens
procedere de iure communi. Alius modus intelligēdo,ꝙ ꝓce
dat diſpenſatiue,hunc modum tangit glo.vlt.ibi Ioan.vero.&
ſm hunc non contradicit, ſed concordat. ſed hunc modum
reprehendit gl.ſed in c.ſequenti non apparet, ꝙ fuerit diſpen-
ſatio,& potius ibi loquitur de iure cōmuni,ꝙ etiam tenet glo,
vlt.in c.ſequenti.& eſt verum,vt ibi dicam,hoc vero mō reie-
cto, & inſtando præcedenti,tres ſolutiones habentur ex gl.pri
ma,quod ludus iſte non congruebat clerico, quaſi non ſit con
ueniens clericum altero clerico vti pro equo, vt hic fiebat,
ſed quia in tex. dicitur, ꝙ clerici non vtebantur licentia æqui-
tandi,ceſſat hæc ratio. Secunda ſol. ſumitur ex glo.2.& ex.3.ꝙ
ludus hic non licuit: quia non licet clerico ludere cum laicis.
& hanc vltimo approbat gl.fi.in fi. Tertia ſol. colligitur ex gl.
vlt.quod poſito,ꝙ ludus fuiſſet licitus,non adhibuit iſte diaco
nus diligentiam, quam debuit:quia non remouit a ſe ſalcem,
& ſic non reddidit ſe talem, quod ſine periculo potuiſſet ęqui
tati. & ſi dicas,ꝙ clerici non vtebantur licentia equitaodi. di-
cit Innoc.ꝙ poterant renunciare iuri ſuo. ſed per hoc non erat
ſublatum ius alterius.i. laicorum. vel ſecundum Hoſt. ex quo
non expreſſe non prohibuerant equitandi licentiam, debuit
cogitare hoc euenire poſſe vel dic, ꝙ fuit in culpa cooperien-
do falcem ſecundum Inn. qui dicit inſilientem iuſte potuiſſe
excuſari,intelligendo ꝙ falx,qua clericus erat accinctus in pu-
blico non patebat, quod licet ſapiat diuinationem, eſt tamen
ſatis veriſimile, ꝙ ſi potuiſſet, ille non inſiluiſſet. quæcunque
ſolutio teneatur,concluſio eſt,ꝙ hic fuit in culpa. & in cap. ſe-
quenti non. Opp.ſecundo in eo,ꝙ dicit ſoli Summo pontifici
ei ſpectare diſpenſationem de c. ad audientiam in fin. inf. eo.
Sol. hic de ſacris ordinibus,ibi de minoribus,ſuper quibus di-
ſpenſat epiſcopus,vt ibi ſecundum Hoſt. Opp.tertio,ꝙ,ex quo
ſine voluntate iſtius ſecutum eſt homicidium, non debuerit
deponi.25.q.2.nec his.Soluit Vinc.ꝙ ibi de illo,qui dabat ope-
ram rei illicitę, nec fuit in culpa.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale non imputatur ei,qui non fuit in culpa.*
2 *Clericis quandoque ludere licet.*
3 *Clericis licitum eſt ludere ad ſcachos.*

1 LAtor. Homicidium † caſuale non imputatur
ei,qui non fuit in culpa. Primò factum
narrat.ſecundò prouidet ibi. Ideoque. No.ꝙ cleri-
2 cis† licet quandoque ludere,quod dic,vt in gl. pri-
ma.Et in ea ibi Iſaac & Iſmael.Gen. 11.& ibi fratrib.tuis. Gene.
44. vnde dicit philoſophus in Ethicis, ꝙ ludus,& quies ſunt in
vita neceſſaria.Intellige tamen de ludo liberali.vt dicit Cicero
officiorum primo.& probatur in c.pręcedenti ſecundū vnam
poſitionem. Opp.de c.ſup.proximo. Sol.vt ibi,& quatenus in-
telligitur iſte tex.de iure communi. Solue,ꝙ ludus hoc non e-
rat prohibitus,nec aliquid potuit imputari iſti.Ad quod oppo
ne,quia potuit imputari, ꝙ non remouit a ſe cultellum, ſicut
in c.præcedenti imputatur,ꝙ non remouit a ſe falcem.So.ma
gis cōſuetum eſt deferri cultellum,quam falcem, & ludus hic
non fiebat ex condicto ſecundum Hoſt. vult dicere non deter
minauerant de ludendo,ſed caſualiter venerunt ad ludum,vt
contingit inter ſocios.vel dic ſecundum Inn.ꝙ forte ludebant
ad ſcachos,vel ludum ſimilem. & tunc dic,ꝙ caſu contingit,
vt alter alterum proiiceret ad terram. Not.autem ex hac ſolu-
3 tione,ꝙ licitum eſt † clericis ad ſcachos ludere,vel ſecundum
Abb. hic cultellus erat in vagina. ſed in c. præcedenti non ſic
fuit in falce.quia non ſolent in vagina portari.Alter autem in-
tellectus,vt dixi in c. præced. eſt,ꝙ hic loquitur diſpenſatiue,ꝙ
tangit gl.vlt.ibi.Alii dicunt,& fuit opi. Io.& in gl.fi.c.præcedē-
tis,quam etiam tenuit Alanus.glo.vero dicit,ꝙ potius de iure
communi. pro hac lectura facit verbum debere illi libere per-
mittas. non enim fit libere id,quod fit per diſpenſationē. pro
hoc de præb.licet.2.lib.6. pro hoc etiam textus hic ibi,ſi alia iu
ſta cauſa non impedit.& hanc lecturam tenent omnes.Quęro
de quęſtione facti.duo ſocii piſcabantur in quadam naui.alter
cū ligno, in quo erat ferrū ad detrahendū ramos arborum ob-
ſtantes, dum inſtaret detractioni, percuſſit ſocium caſu,nun-
quid eſt homicida. dic,ꝙ non per hunc tex. dummodo in aliis
appareat,ꝙ adhibuit diligētiam,quam debuit. & pro hoc fuit
a conſultum,ꝙ non teneretur pœna ſtatuti [a] dictantis,quod ho-
micida īterficeretur, niſi feciſſet cauſa defenſionis neceſſarię,
quia licet ſtatutum exciperet vnum caſum tantum, tamē de-
bet intelligi ſecundum ius commune, & ſic de homicida cul-
pabili.C.de noxalib.l.2.de iniuriis in noſtra.pro hoc,quod dixi
in materia ſtatutorum de conſuetudine.cum dilectus.

ADDITIO.

a Pœna ſtatuti. Adde Bart. in l.quid ergo, in §.pœna grauior.in 3. col.ff.de his
qui notan.infa.Bar in l.omnes populi.ff de iuſti.& iur.Bal.in c.fi. de conſtit.
Pau.de Caſt.conſi. 190. incip.in cauſa in carceratorum Alex. de Imo. conſi.
140.incip.videtur caſu propoſito in 2. not. idem Alex.conſi.144.incip.poſt
reditum.in eod.vol.

SVMMARIVM.

1 *Latro dicitur etiam nocturnus.*
2 *Sanguinem effundere pro defenſione rerum an ſit licitum de iure ca-
nonico.*

SVſcepimus. Is,cuius illicita opera ſequi-
tur homicidiū, irregularis
efficitur.h.d.Cōis diuiſio.ſecūda ibi verū. Domus
erat forte gratia monachorum. de qua ſup. de cen
ſi.c.fi. Fratre:erant ambo monachi, vt innuit textus ex plurib.
verbis,& ēt ſuperſcriptio,quia dirigitur Abb. de nocte,hoc fa-
cit pro monacho percutiente,& ēt pro altero. ſup. c.ſi ꝑfodiēs.
ſed ꝯ eos faciunt rōnes infra poſitæ in tex. pallium. Matthæi 5.
a No.ꝙ latro [a] dī,† etiam nocturnus. ſed proprie diurnus,& fur
1 nocturnus.ſup.eo.c.2.Not.ꝙ ſm manſuetudinem eccleſiaſticā
2 non conuenit † pro defenſione rerū effundere ſanguinē, ꝓpea
cum voluntario homicida non diſpenſat eccleſia.ſed deponi-
tur.50.di.miror. ēt ſi ſit epſ.inf de exceſ.ꝑla.ex literis. Opp.ꝙ li
b cuerit iſtis pro ſua defenſione capere latrones, [b] & ligare, & ēt
interficere.ſup.eo.c.2. So.dicit Inn ꝙ capere licuit,& ligare,vt
deducerent ad notitiam capituli. dic ergo,ꝙ fuerunt in culpa.
vt dicit gl.prima: quia non licet clericis pro defenſione rerum
arma ſuſcipere.pro hoc ſup. eo. c.2. vbi dicit te tuaque intelli-
gendo copulatiue ſed ꝯ eſt de ſen.exc.dilecto.Sol. vbi permitti
tur tueri ſua cum armis,ſed non ꝓpea dī,ꝙ clericus in propria
perſona faciat,ad hoc,ꝙ not. inf.eo. petitio. Opp. 1.ad hoc,&
ad textum,quia hic fecerunt ēt pro defenſione perſonæ: quia
fuerunt affecti in perſonas,pro hoc cle.ſi furioſus.inf.c. So.hic
poterant aliter euadere,vt de ſe patet, ex quo ligati erāt fures.
Quidam aūt dicunt, ꝙ in culpa fuerunt minus bene ligando:
quia ſi bene,non fuiſſet periculum,ꝙ ſe ſoluerent,ꝙ nihil eſt.
Et dicit Hoſt. ꝙ fuit iuſte in culpa,qui receſſit, vt nunciaret in
eo,ꝙ dimiſit plures in poteſtate vnius. debuit.n.cogitare eue-
nire poſſe,ad hoc inf.c.is qui.li.6. Opp.2.quia ſolū dicit de eo,
qui mactauit,& non de altero,qui fuit magis in culpa. So.de il
lo nō erat ita magnum dubium. Poteſt aūt vtrique imputari.
quia potuiſſet eos dimittere,recedere,& non ligare. vel dic,vt
ſup.dixi,& ſpecialiter inhęrendo textui,colligitur culpa, quia
pro defenſione rerum acriter exarſerunt in perſonas.Per prędi
cta patet ſolutio ad c.2.ſup.eo. quia ibi de illo,qui non poterat
aliter euadere,hic aūt poterat. Vnde licet captio nō fuerit illi-
cita per iura all.in glo. prima & inf.c. tua hoc debet intelligi,ꝙ
ſit talis,ex qua non ſequatur homicidium. In gl.3.ibi quęritur
Matth.2. In gl.3.ibi Apoſtolus ad Roman. 12.

ADDITIONES.

a Latro. Adde,quæ ſit differentia inter latronem,& furem,vide per Io. An.in c.
2.ſup.eo.doct. in auth.ſed nouo iure.C.de ſeru.fugi.
b Latrones. Adde.l.cap.5.ff.de adult.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis dicitur,qui dat cauſam homicidio.*
2 *Cauſam damni dans damnum feciſſe videtur.*

DE cætero. Breuis eſt, ſed per alia verba h.d.
1 Dans cauſam homicidio† irregu
laris eſt. No.de verbo vī,ꝙ bis ponitur,& eſt hic ve
ritatis expreſſiuū.concor. ff.de arb.l.qd ſm.§.1. Ali-
ter ponitur de ele.cum nobis olim.in prin.de ſen.exc.per tuas.
2 in prin.ad ꝑdicta,qui matr.acc.poſſ.vī.No.ꝙ qui cauſam † dā-
a ni dat [a] &c. de quo in gl.& ſup. de teſt.ſicut. Oppo.1. ad hoc,ꝙ
non

ADDITIONES.

a Dat. Adde.c.ſi egreſſus.de iniur.& in cap.ſi.eo.ti.glo.in ca. de occidendis.23.
quæſt.quinta.

Digitized by Google

non debeat ponderari cauſa, niſi propinqua. ff. locati. l. qui domum, inf. eo. exhibita, gl. ſoluit ꝙ immo idem de remota, ſi fecit animo nocendi, dic de hoc, vt plene dicetur inf. c. proximo, in pluribus quæſtionibus. Et ad c. preſbyterum, ſup. eo. ꝙ pro ſe inducit gl. dic, ꝙ ibi fuit cauſa propinqua, & coherens, de qua idem iuris eſt, arg. ff. de rei vend. l. quæ religioſis. Opp. ſecundò in eo, ꝙ dicit hunc nõ promouendum ad ſacerdotium, & ſic præmittit in inferioribus, de c. presbyterum, preall. Sol. ſta contrario, & hanc ſupple per illam, ꝙ nec in ſubdiaconatu tolerabitur, inducitur iſte textus pro opi. illorũ, qui dicunt ꝙ ſi quærimus de nondum ordinato, nunquam promouetur, qui fuit homicida, ſiue fuerit in culpa, ſiue non, de quo dixi ſup. c. ſicut dignum, in fi. facit autem hic textus, quia dicit de diacono, ſed melius facit, ſup. c. lator, cũ dicit. P. clericus, ſed vtrobique dic, quod factum narrat, & idem de laico, vt dixi in dicto c. ad audientiam.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ ſi non adhibuit diligentiam.*
2 *Mandans aliquem verberari, ſi interficitur, an ſit irregularis.*
3 *Clericus voluntate turbata conſentiens homicidio ſit irregularis.*
4 *Mandans fieri homicidium, & poſtea reuocans, ſi fiat, an ſit irregularis.*
5 *Conſulens alicui, quòd talem occidat, ſi aggreſſus occidat aggreſſorem, quòd talis conſulens ſit irregularis.*
6 *Conſulens quòd aliquis ſe exponat pro bono communi, & talis occidatur, an conſulens ſit irregularis.*
7 *Conſulens alicui, quòd ſe exponat morti pro honore chriſti, ſi ſequatur mors, an conſulens ſit irregularis.*
8 *Vrſum vel leonem tenens ſi dimittat, & occidat aliquos, an ſit irregularis.*
9 *Defenſor ſi interficiat aggreſſorem an ſit irregularis.*
10 *Irregularis an ſit quis cum dubitatur, quid potius tenendum ſit.*

1 AD audientiam. Homicidium † caſuale imputatur ei, q dabat operam rei licitę, ſi non adhibuit diligentiam, quã debuit, hoc dicit. Communis diuiſio, ſecunda ibi, quia verò. & ibi diſtinguit duo membra, ſecundum ibi. Si verò miniſter, ſup. eo. presbyterum, congruẽti tuo arbitrio. Alia omnino extranea ita ꝙ cõſtet. Opp. primò de c. lator, ſup. eo. Solue, vt in glo. prima, & in ea ibi leuiter, alias leniter, & ſic deberet cingulum eſſe molle. Opp. ſecundo, ꝙ ex quo conualuerat, indiſtinctè debuerit vulnerans non teneri, ex quo ex alia cauſa vulneratus interijt, inf. eo. c. in fine. Sed dic, ꝙ conualuerat non omnino, & ſic adhuc remanebat dubiũ, an infirmitas ſequens ſecuta fuerit ex vulnere, an ex alio. Oppone tertiò, ꝙ etiam in minoribus non debuerit permitti miniſtrare, ſup. eo. continebatur Sol. vt in gloſ. fi. quod permittitur diſpenſatiue. Oppone quartò ad hoc, ꝙ non debuerit diſpenſari. 50. di. miror. Sol. ibi de homicida voluntario, hic de caſuali, cum quo diſpenſat papa in ſacris, vt in c. continebatur, in minoribus autem diſpenſat epiſcopus etiam ſuo iure ſecundum Hoſtien. Simile, quod notat gl. de biga. c. ſecundo. Opp. quinto in fi. de c. ſuſcepimus, ſup. eo. in fine. Sol. ibi cõmiſit homicidium, hic non: non enim hic facto, vel opere vel defenſione, vel conſilio, præcepto, vel ſuggeſtione, commiſit homicidium, ſed ex alia cauſa fuit ſecutum, non eſt ergo irregularis, 50. diſt. ſi quis viduam, ſup. c. ſicut. Quæro in eo, ꝙ permittitur in minoribus miniſtrare, an per ſe ſolum lectionem legere, & reſponſoria cantare poterit, dic, ꝙ ſic, ex quo ſibi nõ interdicitur, licet quandoque propter enormitatem delicti interdicatur, ſup. c. ſicut, verſ. fi. Quæro, ſi quis conſulit homicidium nõ directè, ſed indirectè, puta ſuaſit iactum machinæ, vel baliſtæ, vel ꝙ fiat inſultus ad caſtrum capiendum, & exinde aliquis interficitur, nunquid conſulens, vel ſuadens eſt irregularis, dicit Inn. ꝙ ſic, quia occaſionem veriſimilem, & nimis propinquam dedit homicidio, non enim conſueuit inuaſio caſtri, & iactus machinæ vel baliſtæ, ex quo in homines iacitur, de facili fieri ſine occiſione, immo illud eſt huic valde affine, ergo imputandum, pro hoc no. ſup. eod. de cætero, & c. continebatur, §. 1. quod procedit ſecundum Hoſtien. maxime, quia non eſt officium clerici maxime ſacerdotis, vel volẽtis ſacerdotari, pro hoc quod no. ſup. c. ſuſcepimus, in fine, & de poſtulando, c. finali, in prin. Secus foret, ſi actus eſſet non illicitus, prout dicetur in ſequentibus quæſtionibus, pro hoc inf. c. is, qui, lib. 6. vbi probatur, ꝙ quando quis dat operam rei illicitę, ex qua veriſimiliter potuit ſequi homicidium, etiam ſi prohibeat mandatario homicidium fieri, tamen eſt irregularis, cum potuit cogitare id euenire poſſe, & per hoc c. deciduntur duæ quæſtiones ſequentes. Quid, ſi quis conſulit, quòd caſtrum furtiue, vel proditionaliter capiatur, quidam, vt refert Innoc. dicunt, quòd ſi quis ibi occiditur, non eſt propterea conſulens irregularis, niſi veriſimile fuerit, id non poſſe fieri ſine occiſione. Alij & melius ſecundum Innocen. dicunt, quòd eum opus fuerit illicitum, eſt irregularis, etiam ſi caſu ſequeretur mors, quod eſt verius per iura alleg. in quæſtione proxima maxime per c. is qui. Quid, ſi quis man-
2 dat † aliquem verberari. Dicit Innocen. ꝙ ſi interficitur, mandans eſt irregularis, quia ſatis credibile eſt, quod verberatus ſe defendet, pro hoc ſup. eod. c. ſecundo, & debuit cogitari, quòd ex plagis mori poſſet, inſ. eod. petrus, quod expreſſe probatur in dicto capitulo, is, qui. Quid ſi conſulit maleficum capi, vel alias dat conſilium tempore licito, dicit Innocen. quod conſulens non eſt irregularis, ſi præter conſcientiam ſuam occiditur, argum. inf. eo. c. fi. contra hoc eſt, ſup. ne clerici, vel mona. ſententiam, & quod ibi no. nam veriſimile eſt, quòd ſi maleficus capietur, iudex puniet pœna condigna, & ideo quando maleficium erat tale, ex quo poterat de iure interfici, vel mutilari, conſulens erit irregularis. Quid, ſi directò conſuluit mortem alicuius, dicit Innocen. ꝙ tunc ſemper eſt irregularis mor-
3 te exinde ſecuta, diſt. 100. ſententiã. Quid ſi † de voluntate turbata alicuius proceſſit homicidium, etiam pone parentes clerici verberati dicunt ſe velle vlciſci, nec clericus contradicit, dicit Hoſtien. quòd eſt irregularis ſi mors inde ſequitur per id, quod not. & probatur de ſymon. Mathæus. Sed quid ſi expreſſe prohibuit, dicit tunc ſecus per c. ſicut nobis, de ſymon. & eſt expreſſum inf. eod. Petrus, dummodo ex corde hoc faciat, alioquin in conſpectu dei cadit, cum tacite conſentiat homicidio, ex quo infert Hoſtienſis, quod non ſemper in ſolo facto cõſiſtit lex promotionis, ſed in facto, & in animo. 15. quæſtio. 1. c. fi. & quæſt. 6. c. 1. ante fi. Sed dic quòd proprie, & vere eſt irregularis, ſi mente conſenſit, & hoc etiam eſt facti, licet ſit facti dubij, ſed poſſet de hoc conſtare, vt quia interrogatus de hoc fatetur, ad hoc de confeſſis, ca. 1. lib. 6. Quæro, ſi alicui læſo, vel cuius intereſt, conſulitur, vt faciat homicidium, qui non ſtatim, ſed poſtea longo tempore perpetrat, dicit Innocen. quòd conſulens eſt irregularis, niſi conſilium ante homicidium reuocauerit, & cum hoc denunciauerit illi, qui debebat occidi, vt ſibi caueret, tamen ſecundum Innoc. ad hanc denunciationem non aſtringitur, ſi firmiter, & probabiliter credit, quod ille, cui conſuluit, acquieſcet reuocationi, quod dicit Hoſtien. verum, ſi homicida fuit motus ex conſilio, ſup. eod. ſicut. verſ. qui vero, & fi. ſup. c. proximo. Secus ſi non fuit motus ex conſilio, pro hoc, quod not. de re iudic. cum l. & A. verſ. quia vero, & verſ. ſi vero, & hoc maxime, ſi ſuaſerit, quod infra certum tempus occiderit, & ille occidit poſt tempus, pro hoc ſup. de ſpon. de illis, & c. ſicut ex literis. §. 1. dic hoc procedere, quod dicit Hoſtien. quando expreſſe conſtaret, quod ille non fuit ſecutus conſilium, ſed aliunde motus, pro hoc finis huius c. Secus ſi dubium eſt, pro hoc, quod dico, inſ. 2. ſequenti quęſtione. Item quod dicit Innocen. debere denunciari ei, qui debebat occidi, non puto neceſſarium, nam ſicut nunquam conſuluiſſet, licet ſciret, quod ille vellet occidere, ſi non denunciaret, non eſſet irregularis, quia nõ eſt iure expreſſum, nec continetur ſub his, quæ enumerantur, 50. diſtin. ſi quis viduam, ad quod eſt, quod dixi, ſup. in vltimo contrario de c. ſuſcepimus, ſup. eod. ita quando conſuluit, & poſtea reuocauit,
4 quia eſt, ac ſi non conſuluiſſet. Quæro, † ſi quis mandauit alicui, quod eius inimicum interficeret, poſtea reuocauit, ſcilicet nihilominus ille interfecit, videtur, quod mandans non ſit irregularis, ex quo reuocauit, ſecundum Innocen. qui plus dicit, ꝙ ſufficit ſine reuocatione, ſi mandatarius ſciuit inimicum reconciliatum mandanti, vt quia contraxit ſecum parentelam, arg. ff. de adimendis leg. l. 3. §. fi. & l. ſequenti. Ad hoc oppono de eo, ꝙ dicitur de conſiliario, ſup. præcedẽti quæſtione, dicit Inn. rationem eſſe diuerſitatis, quia mandans ſui cauſa tãtum mandat. ideo præſumi poteſt probabiliter, ꝙ mãdatarius acquieſcet reuocationi. Secus quando mandat non ſui cauſa, vt in conſulente, quia magis conſueuerunt homines diligere ſeipſos, q̃ alios, vult dicere, ꝙ nõ ſit veriſimile, eum, cui conſulitur, qui faciebat cauſa ſui, debere acquieſcere reuocationi, vt ſic velit Inn. ꝙ conſulens ad plus tenetur, ꝙ mandans. ſ. ad denunciandum ei, contra quem conſuluit. Hoſt. aũt diſtinguit, vt diſtinxi in præcedenti quæſtione, an ex mãdato ſecutum ſit homicidium, licet reuocato, an non: tamen quia probatio difficilis eſt, in dubio tutius eſt abſtinere per id, quod dr̃ hic in textu, dic non eſſe differentiã inter mandantem, & conſulentem, quia vtroque caſu ſufficit reuocatio perueniens ad noticiã eius, cui conſulitur, vel mandatur: de mandatario tñ quo ad certiorẽ reuocationis, ad quem debet peruenire, dic vt plene dixi de reſcriptis ex parte. 2. & de renunc. cle. vnica. Quæro circa hoc, qđ dixi in præcedenti quęſtione, difficile fore probatu, an man-

Digitized by Google

mandans ſecutus fuerit mandatũ, quid ſi dicit, ꝙ nõ. dicit Ho-
ſti. ꝙ ſi famoſum eſt, vel inde eſt ſcandalum ortum, ſibi ſoli nõ
creditur, inf. co. c. 2. in fi. Si aũt eſt occultum, tunc ſequatur con
ſulens conſcientiam ſuam, ar. inſ. co. exhibita, & c. petitio. in fi.
In dubio autem potius abſtineat, vt in quæſtione præcedenti.
Quid, ſi quis cõſulit alicui, vt proijciat ſe in mare, vel ꝙ de mõ-
te ſe præcipitet, & ille ita facit, dicit Inn. ꝙ ſuggerens eſt irregu-
laris per c. ſi quis viduam. 50. diſt. & p iura allegata, ſup. in pen.
contrario, contra hoc eſt, quia veriſimiliter non debuit ille pa-
tere. Item ſequeretur multos poſſe fieri irregulares faciliter, ſi
inuenirẽtur multi adhærentes ſuggeſtioni, nam in prouerbio
ſæpe dicitur, vadas ad te necandum. Sol. quod non deliberate
dicitur, non habet vim conſilij, vel ſuggeſtionis pro hoc, quod
5 no. ſup. de re iudica. cum te. Quid ſi quis conſulit † alicui, ꝙ aliũ
occidat, ſed inuaſus occidit inuadẽtem, quidam vt refert Inn.
dicunt ꝙ cõſulens eſt irregularis per c. ſuſcepimus, ſup. eo. quia
dedit operam rei illicitæ. Ideo quicquid mali ſequitur, ſibi im-
putatur etiam ſi caſu contingat, d. c. & c. cõtinebatur, maxime
quia debuit conſulens conſiderare hoc poſſe contingere pro
hoc ſup. eo. c. 2. & quod ibi no. 50. diſ. hi qui arborẽ, c. ſæpe. Alij
dicunt contra, quia nec actu, nec aliquo de modis expreſſis in
c. ſi quis viduam, & iuribus ſimilibus commiſit conſulens ho-
micidium, niſi feciſſet hoc in fraudem, vt quia ſuggeſſit, vt iſte
ab aduerſario occideretur ar. c. hi, qui arborẽ, & c. ſæpe, & inf.
co. ſignificaſti. 1. Ad hanc vltimam op. oppone, quia cõſilium
fuit malum, & magnæ negligentiæ. Solu. non fuit ad mortem
iſtius, & iſte debuit cauere, ꝙ captaret tempus, & locũ, vt ſine
periculo ſui poſſet aduerſarium interficere. Faterentur autem
iſti tenentes vltimam opinionem, ꝙ ſi periculum eſſet, hoc cõ
tingere potuiſſe conſulens eſſet irregularis. Alias eſt, quid im-
putetur mandatario, qui debuerit diligenter ſibi cauere, & ſer-
uare fines mandati. ff. mandati. l. diligenter, de reſcriptis cum
dilecta, primam opi. dic veriorem per c. is qui, eo. lib. 6. Quæro,
6 ſi quis ſuadet † alicui, ꝙ pro patria ſua, vel iure ſuo defendẽdo,
vel ſui proximi exponat ſe periculo armorũ, ſi interficitur, an
conſulens eſt irregularis, dicit Inn. ꝙ non, arg. 23. q. 3. pro mem
bris, & c. ſi quem, & q. 8. hortatur, & c. penult. & ſequenti, con-
trarium videtur verum loco, ꝙ dicit de defenſione iuris ſui,
vel proximi, nam pro bonis tuendis capiens arma, & interfi-
ciens eſt irregularis, ſolum nanque permittitur defenſio perſo
næ propriæ quo ad euitandam irregularitatem per clem. ſi fu-
rioſus, de homici. & procedit hoc fortius in iure proximi ſui,
quia vt dicit Innocen. debet, quis plus ſe diligere, quam corpus
proximi, quod no. & intellige ſe, ideſt animam ſuam, nam ani
mam proximi debet quis plus diligere, quam corpus propriũ,
quia maiorem gloriam percipit in eterna patria de gloria ani-
mæ proximi, quam de gloria proprij corporis, quod pulchre
declarant theologi. Quid ſi fit inſultus ſubitò ad domum epi-
ſcopi, qui de morte ſui & ſuorum dubitãs, dicit familiaribus,
vt baliſtas & cætera arma ſumant, & defendant, ſi inde ſequun
tur homicidia, dicit Hoſt. ꝙ licite fecit, pro hoc iura, ſup. alleg.
& inf. de ſen. excomm. dilecto, lib. 6. & ſup. co. c. 2. debet enim
imputari duritiæ inſultantium inſ. c. poſtulaſti, quod dictum
non procedit, nõ enim permittitur defenſio perſonæ propriæ
per conuocationem amicorum, ſed tantum per ſeipſum, di-
cta clemen. ſi furioſus, tamen in caſu propoſito ſatis hoc poſ-
ſet admitti, ſed pro defenſione ſuorum nullo modo licet cle-
rico ſuadere arma capere, quod tamen dic, vt in ſequenti quæ-
ſtione. Quid, ſi dubitauit epiſcopus nõ de perſonis ſua, vel ſuo-
rum, ſcilicet de rebus, dicit Hoſtien. ꝙ tunc non excuſaretur
arma capi, quia debuit potius res exponere, ſup. eod. ſuſcepi-
mus, nam & in præcedenti queſtione ſecundum Hoſtien. non
debuit epiſcopus expreſſam mẽtionem facere de baliſtis, arg.
eius, quod dictum eſt, ſup. quæſtione tertia, & pro hoc inſ. de
ſagittarijs, capitulo vno, ſed debuit dicere in genere, vt arma
ſumerent, & multa licent in genere, quæ nõ in ſpecie, inſ. c. po-
ſtulaſti. de iure patronatus, ex literis, pro hoc ꝙ not. ſup. ne cler.
vel mona. ſententiam, caueat tamen ſecundum Hoſt. quili-
bet clericus, ne in perſona propria vadat ad conflictum, alio-
quin ſi quos percuſſerit, qui interierint, vel ſi eum remordet
conſcientia, abſtinebit ab ordinibus, inſ. eod. petitio. Eſt autem
cautum conſilium, ꝙ expreſſe prohibeat homicidia, argum.
inſ. eod. Petrus, & c. ſignificaſti, ſecundo, verſ. ad vltimum, quò
ad vtranque tamen quæſtionem dic, ꝙ licitum eſt clericis hor
tari ad pugnam alios pro licita defenſione ſuæ eccleſiæ 23. q.
8. clerici, & ibi glo. ſed in propria perſona non licet arma cape-
re, ea. q. quicunque, & §. his ita, & ſic in caſu prædicto quo ad
vtranque quæſtionem procedit, ꝙ potuit epiſcopus ſuadere
bellum etiam pro tuitione rerum eccleſiæ, dicto c. clerici, &
pluribus c. illius quæſtionis, licet vt dixi non in propria perſo-
na pugnare debuerit, pro hoc, quod no. Innocen. de reſtit. ſpo-
lia. olim. 1. vbi dixi ad finem in pluribus queſtionibus, pro hoc
etiam, quod no. ſup. ne cler. vel mona. ſententiam, vbi notãtur
quædam vtiles quæſtiones ad hoc. Quid ſi alicui conſulitur,
7 † ꝙ ſe indubitanter morti exponat pro honore Chriſti, vel pro
fide, vel pro libertate eccleſiæ, dicit Innocen. ꝙ ẽt ſi ſequatur
inde mors, conſulens non eſt irregularis, cum & Chriſtus pri-
mò pro nobis mortuus ſit, cui tenemur rependere vicem, vn-
de & ſancti Martyres pro Chriſto ſanginem ſuum fuderunt,
& alijs verbo & exemplo, vt funderent, ſuggeſſerunt, vt patet
in eorum vitis. Quid ſi quis alium accuſauerit ad mortem, vel
in cauſa ſanguinis iudex, vel aduocatus, vel teſtis fuit, dic ꝙ ſe-
cuta exinde morte, irregularis eſt, 51. diſt. qui in aliquo 50. diſt.
ſi quis viduam, ſup. ne cleri. vel mona. ſententiam, ſup. c. de cæ-
tero. Quid, ſi quis accuſat fratrem alicuius clerici ad mortem,
& ipſe vt iuriſperitus defendit fratrem, & obtinet, propter qđ
accuſans propter pœnam talionis occiditur, dicit, ꝙ ſi tendit
ſolum ad defenſionem, & in hoc fecit omnem diligentiam,
non poteſt dici irregularis, quia non fuit preciſe cauſa homici-
dij, nec ad hoc tẽdebat. In dubio tamen tutius eſt, ꝙ abſtineat,
de quo dic, vt dixi de poſtulando, c. primo. Quid ſi quis tenet
8 vrſum, ceruum, vel leonem, † & hic occidit aliquem, an te-
nens eſt irregularis, quidam, ꝙ ſic: quia eſt, quid ſibi imputetur
hoc ipſo, ꝙ tale animal tenuit, argumen. 50. diſt. hi qui arbo-
rem, & c. ſæpe. Alij contra, dummodo malitiam non adhibuit
vel in culpa non ſit. quod videtur placere Innoc. & tenet Ho-
ſtien. arg. ff. ſi quadru. pau. fecíſ. dicatur. l. 2. c. fi. Mihi placet pri-
mũ, per dictam l. 2. & hoc ſi tenebat in publico, vbi nocere po-
terat, quia hoc ipſo eſt in culpa, inſtit. ſi quadru. pau. §. penul.
etiam ſi tenebat ligatum, vt ibi dicit glo. contraria autem opi.
procedit, quando nulla culpa imputari poteſt. Ex his infert In-
noc. ꝙ non omnis homicida eſt irregularis, vt quando caſu
commiſit homicidium, ſup. eo. lator, & c. ex literis, & c. ſequen
9 ti, inſ. c. ſignificaſti. Quid ſi ſe defendens † interfecit inuaden-
tem, dicit Inno. ꝙ eſt irregularis, quia voluntate commiſit ho-
micidium. contrarium deciditur, ſi non poterat aliter euadere
10 per clemen. ſi furioſus, eod. tit. Quæro, nunquid † cum eſt ca-
ſus dubius, an quis ſit irregularis, an non, debeamus potius di-
cere, ꝙ ſic. Innocen. dicit, ꝙ cum irregularitas ſit de iure poſi-
tiuo, de renun. niſi, potius ſit interpretatio, vt non ſit irregula-
ris, quia pœnæ ſunt molliendæ. Item quia non eſt quis irregu-
laris, niſi cum ius hoc ſtatuit, probatur hoc de ſen. excommu.
is, qui, lib. 6. Idem tenet Hoſt. dicens, ꝙ in dubio nec magiſter,
nec iudex debet iudicare aliquem irregularem, argumen. de
pœnitentia, diſt. prima. §. pœnæ. ff. de pœnis. l. interpretatione,
& l. ſi preſes, & hoc tradit pro vna regula. Tradit & ſecundam,
ꝙ in tali dubio vnuſquiſque debet ſe irregularem reputare, &
ſic dicit ſibi conſuli. pro hoc de ſymoni. Mattheus, debet tamẽ
relinqui ſuæ conſcientiæ, ſup. eod. c. 2. & inſ. eo. petitio. & hoc
vbi non eſt infamatus. Contra hoc oppono, ꝙ etiam a iudice
debet in dubio iudicari irregularis, inſ. cod. ſignificaſti. 2. verſ.
ꝙ ſi diſcerni. Sol. ibi conſtabat, ꝙ cum alijs percuſſerat, & quòd
percuſſus erat mortuus, ideo tenebatur de homicidio etiam
de iure ciuili. ff. ad l. aquiliam. l. item mella. §. ſed ſi plures. Op-
pono ad idem, quia in ſpiritualibus via durior eſt præeligen-
da, tanquam tutior, de ſcrutinio. c. vnico, & ꝙ ibi not. in glo. fi.
Sol. illud quo ad forum pœnitentiale, non quo ad iudiciale,
ſic intelligo gloſ. illam. Item ibi de ſententia excommunica-
tionis, quæ eſt medicinalis pœna, de ſenten. excommu. c. pri-
mo, libro ſexto. Secus in alijs pœnis, in quibus fit mitior inter-
pretatio per iura præallega. & de regulis iuris in pœnis, libro
ſexto. De materia autem quæſtionum præmiſſarum in Spec.
tit. 2. in tractatu diſpenſationum. §. iuxta propoſitionis, verſic.
ſed queritur, quando occaſione homicidij, & tribus columnis
ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Clerico equitare eſt licitum.*

DIlectus. Homicidiũ caſuale non imputatur
ei, qui dabat operã rei licitæ, nec fuit
in culpa, h. d. cum tribus ſequentibus. Cõis diuiſio.
1 ſecunda ibi ideoque. Nota, ꝙ licet clerico † cã exci-
tandi appetitũ equitare, quod eſt verum, ſi ægrotat vt hic, alias
potius eſt laſciuia. Op primo, ꝙ iſte ſit irregularis, debuit enim
diligenter cauere, vt non aſcenderet equum, quem non poſſet
regere. Solut. ex pluribus poſitis in textu colligitur, ꝙ fuit ſine
culpa primo, quia ex iuſta & honeſta cauſa equitauit, probat
verbum, vt appetitum excitaret, & quod ſtatim dixi. Item quia
refrenauit impetum equi, vt debuit, probat, verbũ, freno vim
intulit, ſcilicet vt debuit, ſecundum Innoc. item equum calca-
ribus ſtimulauit, ſcilicet ſicut debuit ſecundum Inn. Item quia
frenum fractum fuit præter propoſitum, cum non eſſet veriſi-
mile,

Digitized by Google

miſe, ꝙ frangeretur, vt dicit gl. prima. Item quia infantulus oppreſſus, fuit delatus obuiam equo. probat verbũ, Obuiauit, potius ergo fuit culpa mulieris deferentis. Opp. ſecũdo quia probat hic textus ꝙ voluntate ſola vel actu ſolo committitur homicidium, cum tamen requiratur vtrunque, quod probant iura allega. in gl. penult. Solu. ſta contrario & dic ꝙ textus non probat illud, ſed voluit papa omnem modum homicidij culpabilis excludere. Et in glo. ibi ſolo actu, redditur irregularis, hoc verum, niſi neceſſitas excuſet, ſup. en c. ſecundo, vel caſus fortuitus, inf. c. 3. & c. Ioannes, & c. fi. & ibi in promouendo, tamen dic nullam differentiam quoad irregularitatẽ inter promotum & promouendum, pro hoc quod dixi, ſup. eo. ſicut, in fine, & ſup. eo. de cetero.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet eſſe diligens ſuper irregularitate cognoſcenda.*
2 *Scandalum & infamia ſe habent ſicut excedentia & exceſſa.*

EX literis. Primo conſultatio. ſecundò papæ indagatio, ibi nos autem, tertio reſponſio ibi ad te deponere, dabat ergo operam rei licitæ, liuoris, de quo poterat pręſumi, ꝙ ex percuſſione perticæ accidiſſet, arg. de his qui fi. occ. c. fi. læſionis, quia nec apparebat cutis fracta, nec ſanguis effuſus, libere. i. ſine vllo impedimento, non ergo diſpenſatione indiget, cum in culpa
1 non fuerit, ſup. eo. lator. inf. eo. Petrus. Nota, ꝙ iudex † debet eſſe diligens, præcipue ſuper irregularitate cognoſcẽda, vnde inquirit ex officio, probat verbum, quæſiuimus, pro hoc de elect. cum nobis, idem de confeſſore, qui inquirit de circunſtantijs, inf. de pęni. omnis. Opp. in eo, ꝙ diſcomparat ſcãdalum, & infamiam, cum videantur idem importare, quia ex infamia ſurgit ſcandalum, de accuſatio. qualiter. 2. in prin. Sol. ſcandalum plus importat, vt dicit gl. vltima, quod non videtur verum, cũ etiam propter rumorem ſurgat ſcandalum, quod tamen eſt minus, quam infamia, vt probatur de eo, qui cogno. conſang. ſuper eo. pro hoc quod dixi de teſtibus, teſtimonium, gl. tamẽ dicit, ꝙ propter infamiam indicitur purgatio. ſed ſcandalum per purgationem non tollitur. Ad quod opponit de c. tua, de cohabita. clerico. Sol. vt in gloſſa. Hoſt. vero dicit, ꝙ hic ſcandalum ſolum ſufficit, vt ſi puer erat ex magno genere. Infamia vero tunc demum, quando deficit in purgatione, quod eſt pulchrum dictum. Ex hoc infert, ꝙ ſi per antiquitatem temporis, vel alia cauſa eſſet ſcandalum, ceſſabit effectus, & non prohibebitur adminiſtrare, pro hoc, quod not. inf. c. Petrus. Ioan. And. dicit, ꝙ quandoque ſcãdalum eſt tale, ꝙ per purgationem ceſſare poteſt, & tunc procedit, quod dicit gl. Aliquando non poteſt ceſſare, & procedit dictum Hoſt. Ego dico, ꝙ ſcãdalum, &
2 infamia ſe habent ſicut excedentia & exceſſa, † nam põt eſſe ſcandalum ſurgens a paucis, ſed talibus, vt oporteat ſcandalo prouideri: infamia vero nõ ſurgit, niſi a toto populo, vel maiori parte loci, in quo eſt, de accuſatio. cum oporteat, vbi dixi. In propoſito quo ad effectum c. vtrunque ſufficit. Fateor autem verum eſſe, quod dicit Io. And. ꝙ quandoque ſcandalum poteſt per purgationem tolli, & erit locus purgationi, quãdoque non, & procedit dictum Hoſt. quod eſt notabile, & ſingulare.

EX literis. Communis diuiſio, ſecũda ibi quocirca. Subſeruiens, alias deſeruiens, eo. ſcilicet monacho conſuetudine. ff. ad l. aquiliã. l. item ſi obſtetrix. §. fi. & l. ſequenti, & l. item mella. primo reſponſo. Satis, philoſophicum temperamẽtum, libere autem poteſt, ex quo non eſt in culpa, & dedit operam rei illicitæ. Opp. ꝙ non fecerit omnem diligentiam, quia debuit clamare, vt quilibet caueret, inf. eo. c. fi. Sol. vt in gl. 2. Excuſatur autem monachus, quia mouit lignum ex cauſa neceſſaria agens vtilitatẽ eccleſiæ, vt innuit textus. Secus ſi ex praua cã feciſſet, vt ſi depoſuiſſet campanam animo furandi, ne ſecundum loci conſuetudinem cõtra maleficium pulſari poſſet, quod iam vidi factum in quæſtione, quæ de facto fuit florentiæ.

SIgnificaſti. Diuiditur, vt proxima peracta, vel eius parte. de temp. ord. ex tenore, de furtis, c. fi. Opp. ꝙ fuerit hic in culpa aſcendendo equum, quem non poſſet regere. Sol. per omnia, vt ſup. c. dilectus, dicit enim, ꝙ aut equus erat ſuus, & dici oportet, ꝙ non erat ſolitus ſic facere. Aut non ſuus, & tunc non tenebatur credere eum vitioſum ſecundũ Inn. Quæro, quid ſi potuiſſet informari de conditione æqui. dic, ꝙ tunc eſſet in culpa, vt dicit gl. 2. & fuit Io. & idem Goffr. pro hoc inf. eo. c. fi. Quæro, quomodo conſtabit de his quæ premittuntur in narratione, de quibus papa mandat, ſi eſt ita. Sol. vt in glo. 3. & in ca. ibi a barbatis, inf. de ſen. excomm. ſacro, & ibi compurgatores, hoc verum, ſi laborat infamia, alias non, ſup. c. 2. & inf. c. 2. Quæro, qualis erit pęnitentia competens, dic vt in gl. vlt. & dic, ꝙ imponitur, quia venialiter videtur peccaſſe, ex quo equi vitium ignorauit, ſecundum Vinc. Verius dic ꝙ ad cautelam, vt dicit textus, quia dubium erat, nec poſſet fieri fides, per quã omnino eum conſtaret inculpabilem, & bonarum mentium &c. 5. diſt. ad eius vero.

SVMMARIVM.

1 *Homicida an cenſeatur, qui prohibet conſanguineos ne occidant, ſed præſcium non facit occidendum.*

PEtrus. Non cenſetur homicida is, quo prohibente, & cauſam non dante, a conſanguineis homicidium committitur, hoc dicit. Primò facti narratio. ſecundò prouiſiõ ibi, quocirca. Abbas forſan ſecularis, ſicut ſup. de teninc. ex tranſmiſſa, ſed potius apparet, ꝙ regularis per verbum, monachus, quod præcedit. Relicto, ſumptũ Lucæ. 10. Authoritate, hoc ad cautelã, & quia non petierat habens fòrte nimis ſcrupuloſam cõſcientiam, vel loquitur de generali authoritate. Oppo. primo, ꝙ debuerit præſumi contra ipſum, quia non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ &c. ſup. de teſt. conſtitutis. 1. Sol. vt ibi in gl. o ſecunda Opp. ſecundò, ꝙ etiam ſi non prohibuiſſet, non debeat teneri, niſi dediſſet ad id conſilium. 1. q. 4. quia præſulatus, gl. 3. ſtat contrario, de quo dic, vt no. in dicto c. Opp. tertio ad ſolutionem, quia videtur factum ſua voluntate, ſi nõ prohibet, dicto c. cõſtitutis. Sol. gl. ſtat huic vltimo, quod eſt verius. Ex quo erant cognati & amici eius, pro hoc quod not. 2. q. 5. auditum.
1 Opp. quarto ad hoc, ꝙ etiam prohibitio non ſufficiat, † debuit enim facere præſcium abbatem de tractatu contra ipſum facto. Sol. aut credidit, ꝙ prohibitioni ſuæ ſtarent cognati, & non tenebatur monere abbatem, alias ſic, ſecundum Inn. Alij autem, vt refert, dicunt indiſtincte, ꝙ non eſt irregularis, non reuelando, cum non poſſit dici homicidium commiſiſſe facto, mãdato, cõſilio, vel defenſione. 50. diſt. ſi quis, quod tenet Spec. tit. ſecundo, in tractatu diſpenſationum. §. iuxta propoſitionis, 14. columna, verſ. quid ſi amici, quod dixi, ſup. eo. ad audientiam, quæſtione. 9. Io. And. dicit diſtingui poſſe, an doloſe celauerit, nec ne, per c. quantæ, & quod ibi not. inf. de ſen. excomm. Ego indiſtincte ſto præcedenti dicto, quò ad euitandã irregularitatem per id, quod dixi in dicto c. ad audiẽtiam, per prædicta infero, ꝙ ſi quis recepit iniuriam, propter quam amici, vel conſanguinei occidunt iniuriantem, ſi iniuria fuit ſibi illata in rixa, cui dederat cauſam, irregularis erit, quia culpa ſua præcedit caſum, pro hoc ſup. c. proximo. ff. ſi quadru. pau. feciſ. dicatur. l. 1. §. cum arietes. C. de adulterijs. l. quoniam Alexandrum, ad l. iuliam. de vi publica. l. quoniã multa facinora, ſup. eo. de cetero, & c. preſbyterũ. Caueat ergo clericus, ne ſit rixoſus, 46. diſt. per totum, pro hoc textus hoc ibi, eo cauſam vel occaſionem non dante, quia ſcilicet iniuriam receperat, non autem intulerat. Quæro, qualiter conſtare poterit, ꝙ Petrus hic prohibuerit. Sol. vt in gl. prima, quæ remittit, ſup. c. proximo, & ibi de hoc in gl. 3. & ibi dicit, ꝙ per iuramentum proprium. Hoſt. dicit, ꝙ per teſtes, ſi qui interfuerint prohibitioni, & in defectum teſtium etiam per illos, quibus prohibitio facta fuit, de teſt. ca. c. fi. pro hoc, quod dicetur, inf. c. prox. vbi tangitur in gl. in verbo credendum.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, in quo non occidens eſt irregularis.*
2 *Medicis peritis fides eſt adhibenda.*
3 *Experto in arte ſua credendum eſt.*
4 *Percuſſus a pluribus, nec apparet cuius ictu perijt, omnes tenentur de occiſo.*
5 *Guerra propria authoritate moueri non debet.*
6 *Sacerdos detinens latronem ne aufugiat, an ſit irregularis.*
7 *Percutiens aliquem vulnere non mortali, & tandem ab alio ſit mortale, an percutiens ſit irregularis.*

1 SIgnificaſti. Ponit caſum † ſingularem, in quo qui nõ occidit, tenetur de homicidio, & hoc quo ad legẽ promotionis, ideſt vt cenſeatur irregularis, cõſiſtit. n. lex promotionis in promotione ad ordinẽ, & in ordinis executione. Facilius tñ impeditur qs promoueri, q̃ impediatur in executione ſuſcepti ordinis, ad hoc de iureiurã. quemadmodũ. 15. q. vlt. §. fi. Hoc p̃miſſo in ſumma dicit. Quo ad legẽ ꝓmotionis habet pcutiens tãquam homicida, de cuius vulnere, an fuerit lethale, vel nõ, ſciri nequit, ſi percuſſus ab alijs occiſus extitit. Sed ſecundũ intellectum nouum, quem pono, inf. 5. contrario, non eſt hic ca-

Digitized by Google

ſus ſpecialis, ſed potius procedit de iure cõi. Et ſecũdum hoc in
ſumma dicit, cũ quis percuſſit aliquem, qui ab alijs occiſus eſt,
nec diſcerni põt, ex cuius ictu interijt, primus percutiens cenſe
tur homicida. Cõis diuiſio. ſecunda ibi nos etiã, & illa in duas,
quia primo ponit vnum membrum diſt. quod proſequitur, ſe-
cundo aliud ibi, ꝙ ſi diſcerni. Eucharistiã, quæ cuſtodienda eſt
ſub fidelibus clauibus, de cu. euchariſtiæ, c. 1. Eccleſiæ ſpoliatæ.
Percuſſit, non dicit quo loco, vel qualiter. Loco in quo per pre
ſbyterũ percuſſus erat, vnde ſignum eſt, ꝙ percuſſio presbyteri
eum retardauit, qđ facit pro intellectu, c. vt inf. patebit. Cõtra il
lum, ſupple, vel an res ſuas habeat in contrariũ. Se hẽt. ſ. ꝙ per-
cuſſio fuit non letalis. Medicorũ chyrurgicorũ, ſic & alias mit-
titur medicina ad ęgrotũ, vt ſciatur, an iuſte ſe excuſet. C. de re
mil. l. ſemel, lib. 12. quo caſu dic eligendũ nõ ſuſpectũ, poſſet. n.
dicere ægrotantẽ, qui non ægrotabat. Cum de ceteris, ſ. volun-
tate cõſilio, ſtudio, vel mandato. Scipſum, ad hoc de præſum.
literas in prin. qđ ẽt eſt contra hoc in fine. Sol. vt ibi, nec multũ
facit. Maxime, idem. n. extra religionẽ, ex quo non eſt in culpa,
ſup. eo. ex literis 2. Scãdalo, vel infamia, ſup. eo. ex literis. 1. abſti
nere, repete dicit tutius, i. tutũ, in altero, ſ. in ceſſando. reliquo,
ſ. celebrando, inſtrumenti. ſ. foſſorij, vel ligonis. partis. ſ. in capi-
a te,[a] quæ eſt pars nobilior corporis. ff. de religioſis & ſump. fune
rum. l. cum in diuerſis. locus. n. quo quis percutitur facit iniuriã
atrociorẽ, inſt. de iniurijs. §. atrox. Gof. Lædi maxime, vbi aer
eſt ſubtilis, vbi non facile percuſſi in capite liberãtur. No. ꝙ cre
2 ditur † peritorum medicorũ iudicio in ſpectantibus ad artem
b ſuam.[b] Ex quo no. cuilibet experto † credendũ in arte ſua, pro
3 hoc de præſcrip. quia indicante, & qđ no. Spe. de proba. §. ſi. ad
finem verſ. hoc quoque. vbi ponit quæſt. conformem quęſtio-
ni, de qua in textu, & per eundẽ. eo. tit. verſ. pone. A. Ex hoc no.
argumentum per locum ab auctoritate, dẽt enim ſumi ab au-
ctoritate peritorũ, vt hic in verbo, peritorum. Not. ꝙ cũ plures
4 percutiunt, † nec apparet ex cuius ictu percuſſus interijt, oẽs te
nentur de occiſo, vt hic in verſ. ꝙ ſi diſcerni: conc. ponit gl. quę
incipit eandẽ. No. ꝙ ſe defendens dẽt vti his armis ſeu paribus
qualia ſunt cũ quib. impetitur, probatur in verſ. ſi vero, vbi cũ
graue, quia tñ non poſſunt oĩa ponderari. ff. de exercitoria. l. 1.
primo reſponſo in fine. de dam. infecto. l. 1. arbitrabitur hoc bo
nus iudex arg. ff. ad l. aquiliam. l. ſed & ſi quicunque. de vi & vi
arma. l. 3. §. deiectum ſecundũ Hoſt. ad hoc de offi. del. de cau-
ſis, & c. conſuluit. Not. plures circumſtantias conſiderandas, an
quis ſe defenderit cum moderamine inculpatæ tutelę, & inter
cæteras ponderatur quo loco corporis, & quo genere armorũ
repercuſſit. Si enim repercutit quis in tergo. & tu repercutis in
capite, vel ipſe ferula, vel corrigia, tu gladio, non eſt debitũ mo
deramen ſecundũ Gof. qui dicit ſurgere immoderationem ẽt
ex qualitate perſonarum, vt ſi pugil percuſſus a debili totis viri
bus repercutit, de his nota hic in gl. vlt. & inf. dico. Opp. primó
in eo, qđ ponderat in verſ. nos ẽt, ꝙ presbyter percutiens nõ ha
buerit animum occidendi, & ſic a contrario ſola voluntas ſuf-
ficeret, vt fieret irregularis. Ad quod oppono, quia requiritur
actus, vt ex facto eius ſequatur homicidiũ, ſup. c. ſicut, & in plu
ribus c. 50. diſt. ſi quis viduam. Sol. gl. in verbo, Voluntatẽ, ſtat
primo dicto, ꝙ voluntas inducat homicidiũ, qđ procedit ſecũ
dum Inn. quãdo percuſſus ẽt non lætaliter ex aliorũ percuſſio-
nibus mortuus eſt, ſic intelligit c. quia prælatus, prima q. quar-
ta, hoc dicit Hoſt. verum, cũ potuit liberare percuſſum, & non
liberauit, argumẽto notatorũ, ſup. c. proximo, & ſup. eo. ſicut,
verſ. illi qui, quod eſt verius, & ex hoc tollitur contrariũ, pro-
pterea dico, ꝙ id, qđ ponderauit papa, ꝙ nõ habuit voluntatẽ,
fuit ad oſtendendam maiorem innocentiam illius. Opp. ſcđo,
ꝙ papa minus ſufficienter enumeret modos incurrendi homi
cidium, ibi nec ipſius ſtudio, conſilio, vel mandato, nam ſuffi-
cit ẽt conſenſus tacitus, vel expreſſus, vel ꝙ opem præſtitit, ſup.
eo. ſuſcepimus. Sol. ſta contrario ſecundum Hoſt. Op. tertio in
verſ. cum dederitis, in eo, quod ponderatur, ꝙ iſte non accuſa-
batur: nam idẽ ſi accuſaretur, quia negatiua eſt improbabilis,
6. q. vltima, actor. oporteret ergo ſibi credi, an ſcilicet habuiſſet
voluntatem occidendi, & de cęteris pręmiſſis. Sol. Io. And. ſtat
contrario & ſupplet ad verbũ accuſatur, maxime, dicẽs tamẽ,
ꝙ pp infamiam poſſet indici purgatio. de accuſa. cum P. in fi-
ne. Sed dic, ꝙ oĩa præmiſſa non conſiſtunt in negatione, nam
de ſtudio conſilio, vel mandato occidendi bene poſſet conſta-
re per modum, quem dixi ſup. c. proximo in fine. Opp. quartó
in verſ. ꝙ ſi diſcerni, ꝙ hic non fuerit aliquod dubium, nã cer-
tũ erat, ꝙ percuſſus fuerat interfectus a parochianis, ſed dicit
lex ꝙ ſi quis percuſſit ẽt lethaliter, antequam moriatur, alius
occidit percuſſum nõ tenetur percutiens de occiſo. ff. ad l. aqui
liam. l. huic ſcripturæ, §. primo, & l. itẽ mella. §. celſus, gl. in ver-
bo ſi diſcerni. dicit aliud ſecundum leges, aliud ſecundum ca-
nones. Alij, dicunt, ꝙ leges loquuntur, quando agitur de pęna
pecuniaria. Secus vbi de peccato tractatur, vel de pęna pęniten

tiali, vel irregularitatis. ita ſoluit Io. And. per id, qđ dicit de pœ
na pęnitentiali, videtur velle, ꝙ iſtud c. loquatur in foro pęnitẽ
tiali, pro quo eſt gl. hic in verbo, credẽdum, per id, quod ſtatim
diſcutiam in ſequenti contrario. Per id, ꝙ dicit de pęna irregu-
laritatis, tangit id, qđ præmiſi pro euidentia, ꝙ hic ſit caſus ſpe-
cialis, vt cẽſeatur homicida quó ad legem promotionis. Opp.
quinto ad primum, ꝙ hic non loquatur in foro pœnitentiali,
nam nec apparet aliquid, quod hoc probetur in textu, ſed mul
ta apparent in contrarium. Item delictum erat publicum. Sol.
puto, ꝙ hic loquitur in foro iudiciali, nec procedit argumen-
tũ gl. in verbo, credendum, cum dicit hic credidiſti in iudicio
animæ, pro quo eſt, inf. eo. exhibita, dicit enim Hoſt. ꝙ ẽt in fo-
ro contentioſo creditur ſuper his, quæ aliter probari non poſ-
ſunt, pro hoc c. ſignificaſti, tunc enim creditur dicenti de facto
ſuo, & ſua conſcientia, quam melius poſt deum nouit, ꝗ alius,
pro hoc qđ no. gl. de teſtibus præſentium, ſed vt dixi ſupra, ea,
de quibus quæritur in textu, non concernunt oĩa conſcientiã,
ſed poſſent aliter probari. Præſuppoſito aũt hoc, ꝙ c. procedat
in foro iudiciali, tunc ſtat oppoſitio de § celſus, & de l. huic ſcri
pturæ. §. primo, non enim apparet, qua ratione in dubio papa
iudicet hunc irregularem, cum irregularitas ſit pęna, & potius
in dubio debet iudicari non irregularis, vt dixi in c. ad audien-
tiã, in fine, ſup. eo. pro hoc regula in pœnis, libro ſexto. Sol. dic
oportet, ꝙ in hoc ponitur hic caſus ſpecialis, vt dixi in prin. &
ratio eſt, quia ex quo non põt conſtare, ꝙ non intulerit vulnus
non letale, & cõſtat, ꝙ percuſſit eum, percutiendo fuerit in cul
pa, ideo tenetur de caſu ſecuto quó ad incurrendam irregula-
ritatem. pro hoc ſup. c. dilectus, & tribus c. ſequentibus, proce-
dit aũt hæc ſolutio indubitate, ſi præſupponimus, ꝙ propter p-
cuſſionem preſbyteri retardatus fuit fur, & non potuit aufuge
re, qui forte aufugiſſet, qđ ſatis conſonat textui, vt dixi in textu
in verbo, occiderit, vel dic, ꝙ papa in verſ. ꝙ ſi diſcerni. fundat
ſe ſuper caſu dubio, quando non põt certe ſciri cuius ictu per-
cuſſus interijt, & ita non erat certum, ꝙ ictu preſbyteri non in-
terijſſet, potius ergo concordat iſte textus. l. item mella. §. ſi plu
res, ex quo §. dicit gl. in verbo diſcerni hũc §. ſumptum, & per
hoc ceſſant contraria de §. celſus, & de l. huic ſcripturæ, quæ
procedunt, quando conſtat, ꝙ percuſſus non interijt ex vulne-
re percutientis, licet lethali, ſed aliunde. Sed huic ſolutioni ob-
ſtat principium c. vbi dicitur, ꝙ parrochiani protinus occide-
runt. Sol cum hoc ſtat, ꝙ in eodem tempore obijſſet ex vulne-
re preſbyteri, probat textus in eodem principio, vbi dicitur, ꝙ
de ictu preſbyteri erat dubiũ, an fuiſſet ad mortem, quo prin-
cipio coniuncto cum verſ. ꝙ ſi diſcerni, & exponendo textum
ibi, ex cuius ictu, an ſcilicet preſbyteri, an aliorum. Patet aper-
tiſſime intellectus iſte nouus. Opp. ſextò, ꝙ papa fuerit dimi-
nutus in reſpondẽdo, poſuit enim duo membra tantum. vnũ,
quando conſtat, ꝙ vulnus preſbyteri fuit non letale, alterum,
quando eſt dubium, omittit tertium, quando certum eſt, ꝙ
fuit letale. Sol. omiſit tanquam indubium, quia ſi debet abſti-
nere, quando dubitatur, an fuerit letale, fortius quando eſt cer
tum. Opp. ſeptimò in verſ. Si vero, ꝙ debuerit excuſari ſacer-
dos repercutiens per clem. ſi furioſus, eo. tit. Sol. hic repercuſſit
ad vindictam, non ad defenſionem ſecundum Hoſt. qui dicit,
ꝙ ſi ad iniuriam propulſandam, non eſſet irregularis, pro hoc
textus ibi, non ad vindictam, ſed ad iniuriam. Inn. aũt dicit, ꝙ
immo eſt irregularis, niſi cũ eo diſpenſetur, verius eſt primũ,
& expreſſe probatur in dicta cle. & hic. Opp. octauó in fine, ꝙ
vim vi repellere non liceat, vt opponit gl. vlt. ibi argumentum
contra. Solue vt in gl. cuius concluſio eſt, ꝙ iniuria perſonæ de-
bet reprimi, antequam fiat. Sed iniuria rerum poteſt reprimi,
etiam poſtea, dum tamen ſtatim, vel quam citius poteſt, poſt-
quam ſciuit, ẽt collectis amicis, quod dic, vt in gl. quam nota,
quia eſt melior alia huius compilationis in hac materia. Et in
ea ibi olim in fine, vbi de hoc, & ibi Ioannes, qui hoc notauit,
12. quęſtione prima. §. primo, vbi plene de hoc, & ibi nõ poſſet,
vnde etiam ſi in ipſo facto aliquid fit ex propoſito, quo omiſſo
perſona nihilominus ſalua erat, fit illicite, & cenſetur vindicta.
Hoſt. ibi, l. 4. quæ incipit, itaque, & ibi præſumi debet de hoc
in clemen. ſi furioſus, eod. tit. Et in fine, de hoc per Hoſtien. in
ſumma de reſtit. ſpolia. §. primo, ſub §. intelligendum de ſen-
ten. excommun. ex dilecto, libro ſexto. Quæro circa hoc,
quod dixi, quod collectis amicis poteſt repelli iniuria rebus il-
lata, dum tamen ſtatim, quando dicetur ſtatim, dicit Hoſtien.
ꝙ an-

ADDITIONES.

a In capite. Adde, ꝙ ex capite dependet vnio membrorum ſecundum Card. in c. quoniam de naturali, in princ. 2. col. 15. diſt.

b Ad artem ſuam. Adde doct. in c. propoſuiſti, de proba. & an tales debeant iurare, dic, ꝙ ſi deponunt, vt teſtes, debent iurare ſecundum Bal. in prohe. digeſtorũ in 10. col. ſecus ſi deponunt, vt exiſtimatores, de quo per Ant. de But. in c. veniens, el' 2. de teſt. & per Lu. ro. in l. 1. in §. ſi. in 2. col. ff. de verb. obl.

Digitized by Google

5 ꝙ antequam ad alia diuertatur, alias eſſet guerra, † & vindicta,
quæ propria authoritate non eſt mouenda. C. de iudeis. l. nul-
lus, de hoc, ſup. de iureiuran. ſicut. 3. ſed melius dic, ꝙ intelligi-
tur ſtatim, quam primum potuit, vt dicit gloſ. & ſup. dixi, & in
hoc dicit gl. in l. tertia. §. cum igitur. ff. de vi, & vi arma. quod di
citur ſtatim, quam primum potuit, etiam ſi infra biduum, vel
triduum, vt quia deiectus in villa venit ad ciuitatem, vt ibi col-
ligeret amicos, dic verius, ꝙ cum ſint diuerſæ violentiæ ſecun-
dum varietatem violentiæ, arbitrarium eſt, quando dicatur
ſtatim, pro hoc. ff. ad tertullianum. l. 2. §. confeſtim, de verborũ
obligat. l. continuus. §. cum ita & §. item qui in ſulam, quod te-
net Bartol. in dicto §. cum igitur. Ex quo infert ibi, ꝙ aliquan-
do poterit arbitrari de multis mẽſibus, vt ſi quis expellitur de
caſtro, ꝙ non eſt ita facile recuperabile, ꝙ nota ad quæſtiones,
quæ ſæpe accidunt. Ex hoc infertur, ꝙ qui recuperat, quam pri-
mum poteſt, habetur, ac ſi poſſeſſionem non perdidiſſet, im-
mo verum eſt dicere, ꝙ ciuilem nunquam perdidit. ff. de vi &
vi armata. l. qui poſſeſſionem, & ſic non interrumpitur præſcri
ptio, quæ fundatur ſuper ciuili, quod not. in d. l. & eſt perpetuò
commendandum memoriæ. Per hoc etiam infertur, ꝙ cõtra
recuperantem ſtatim non eſt locus pœnæ. l. ſi quis in tantam.
C. vnde vi. quæ procedit, quando quis ſpoliat alium re propria
ſpoliantis, poſtquam ſpoliatus erat factus poſſeſſor, ſed vt dixi
non eſt factus poſſeſſor, ex quo recuperatur incontinenti, quia
non intelligitur deiectus habuiſſe animum perdendi poſſeſſio
nem, vnde eam retinet. Per hoc etiam infertur diuerſitas inter
iniuriam factam perſonæ, & iniuriam factam rebus, quod de-
clara, vt ſup. & in hoc dicit Hoſtien. ꝙ plus dilatatur defenſio
rerum, quam perſonarum, quia per violentiam rerum perdi-
tur naturalis poſſeſſio: ſed retinetur ciuilis, quandiu licet vim
vi repellere, & ſic retinetur cõmodum poſſeſſionis, quod non
eſt minimum, inſtit. de interdictis. §. commodum. ff. de rei ven
dicatione. l. is qui deſtinauit. In violẽtia vero illata perſonæ ceſ
ſat hoc commodum, quia nemo ſeipſum poteſt poſſidere, nec
eſt dominus membrorum ſuorum. ff. ad l. aquiliam. l. liber ho-
mo, primo reſpõſo. nec agitur hoc caſu de recuperatione per-
ſonæ, ſed de occiſione, quæ permittitur ſine pœna, contra vim
inferentem. C. quando liceat ſe vindicare. l. prima, non ſic au-
tem efficaciter permittitur occidere pro defenſione rerum,
ſup. eo. c. 2. & c. ſuſcepimus. Sed dic, ꝙ pro iniuria perſonæ licet
liceat occidere, hoc verum incontinenti etiam ante receptam
iniuriam, & quando nõ poteſt aliter euadere per clemen. ſi fu-
rioſus præalle. In iniuria autem rerum licet ſe tueri etiam poſt
iniuriam, quam primum poteſt, vt prædixi. Quæro circa hoc
prælatus eccleſiæ iuriſdictionem temporalem habens inuo-
cat eam pro recuperatione rerum, dicit Hoſtien ꝙ hoc poteſt,
quia etiam ea deficiente poſſet inuocare auxilium brachij ſe-
cularis extranei, id eſt non ſui, inf. eod. poſtulaſti, de ſententia
excommunicationis dilecto libro ſexto. Quid ſi in tali recupe-
ratione aliquis violentorum occiditur? dicit Hoſtien. ꝙ non
a imputabitur clerico[a] inuocanti prædictum auxilium per c. po-
ſtulaſti, præallega. ad hoc inf. eo. c. 2. libro ſexto. Quæro, quid ſi
6 ſacerdos † non percuſſiſſet latronẽ, ſed detinuiſſet, vel clamaſ-
ſet, propter quod non potuit euadere? dicit Inn. ꝙ ſi fecit hoc
in mortem illius, irregularis eſt. Si autem vt caperetur, & non
occideretur, ſecus. Oppone ad hoc, quia lex promotionis con-
ſiſtit in facto non in voluntate. 15. quæſtione prima. c. ſi. Solu-
tio. Hoſtienſis indiſtincte dicit talem irregularem, quod etiam
ſentit Innocentius recedens a præcedenti dicto, dicit enim, ꝙ
ſiue clamauerit latrones, ſiue dixerit capite latrones, vel quo-
cunque alio modo, ita ꝙ ex eius dicto, vel facto, vel neglectu
perpetratur homicidium, irregularis eſt, pro hoc vltimo de
neglectu, quia negligentia, quam comitatur homicidium in-
ducit irregularitatẽ. 50. diſtinctione hi qui arborem. Prædicta
procedunt ſecundum Innocentium niſi faceret propter peri-
culum corporis ſui, quia tunc clamans modo prædicto non
eſt irregularis, quia non intendit alterius mortem, ſed ſuam li
berationem, pro bono, quod nota. de reſtitutio. ſpoliato. olim.
1. inf. eo. poſtulaſti, & de pœnis ꝙ in dubijs, nam tenetur quiſ-
que ad tutelam ſui corporis. ff. de iuſticia & iure. l. 3. ſup. eod. c.
ſecundo, & interpretatur eccleſia talem non eſſe irregularem,
vt ibi notatur, & inf. eo. poſtulaſti, & per hoc non tantum con-
ſideratur intentio, quantum & factum. 15. q. 1. c. ſi. præallega.
Alij vt refert Innocen. reddunt aliam rationem, quia ſic cla-
mando, liberat animam volentis ipſum occidere a peccato,
quod eſt vtilius, quã ſi liberaret illum a morte corporali, quæ
ratio non procedit ſecundum Innoc. quia ſequeretur ex hoc,
ꝙ ſi clamaret poſt furem, & ex hoc capitur, & poſtea ex illa
captione occiditur, non eſſet clamans irregularis, quia ſic cla-
mando liberat animam furis a morte animæ, quia reddit ab-
latum, & ſic ei dimittitur peccatum. 15. quæſtione. 6. ſi res, re-
gula peccatum, libro ſexto, quod tamen eſt falſum per notata,
ſup. eo. de cætero, & hoc quando non imminebat ſibi pericu-
lum vitæ, ſtat ergo ratio præcedens. Quid ſi agitur contra fu-
rem ad reſtitutionem ſubtracti, & iudex cõuictum interficit,
dic, ꝙ agens non eſt irregularis, inf. c. proximo. §. ad vltimum,
inf. eo. c. ſecundo, libro ſexto, & intellige vt ibi. Quid ſi quis cla
mauit contra furem, intendens tantum res ſuas recuperare, &
ad hunc clamorem latro occiditur, vel ſtatim, vel poſtea per
iudicem, videtur clamans eſſe irregularis, debuit enim conſi-
derare, hoc euenire poſſe, argumento de ſeruis non ordinan-
dis, c. primo, nec excuſat recuperatio rerum, ſup. eod. ſuſcepi-
mus, & quod ibi notatur, in contrarium eſt inf. c. proximo. §.
ad vltimum. Solutio. ibi loquitur, quando in iudicio quis cõ-
queritur, non eſt enim quid poſſit conquerenti imputari, inf.
eo. c. 2. libro ſexto. quod tenet Hoſtienſis. Ego vero dico, ꝙ cũ
liceat vim vi repellere, vt ſupra dixi, dummodo hoc ſolum in-
tendat, non erit clamans irregularis, dum tamen nihil poſſit
ſibi aliud imputari. De hac materia plurium quæſtionum præ
cedentium in Specula. tit. 2. in tractatu diſpenſationum. §. iux-
ta, decimatertia columna, verſ. illud etiam nota. Quæro, quid
7 ſi quis percuſſit † alium percuſſione non mortali, quæ tamen
iuncta cum percuſſione ab alio facta fit mortalis, dic, ꝙ vter-
que eſt irregularis. 23. quæſtione vltima, c. ſi. ſecundum Inno-
centium, qui intelligit quod hic dicitur in verſi. nos, vſque ad
verſ. ꝙ diſcerni. quando conſtat, ꝙ prima percuſſio non eſt le-
thalis, & ſecunda ſic, & quando non fecit animo occidendi,
nec præſtandi auxilium morti, quia ſi hoc feciſſet, quantum-
cunque leuiter percuſſiſſet, tenetur, quia prebet auxilium mor
ti, hoc intelligit Hoſtienſis, quando potuit illum liberare, ꝙ
eſt verum per id, quod dixi ſupra, 5. contrario. Nam verum eſt
dicere, hoc ceſſante, ꝙ iſte non dedit cauſam morti, ergo non
eſt irregularis, pro hoc ꝙ dicit hic Innocentius, ſecundum
quem voluntas occidendi non facit quem irregularem, ſi ni-
hil fecit in mortem, vel conſulendo, vel auxiliando. Inducitur
textus in verſ. ꝙ ſi diſcerni. in eo ꝙ dicit in dubio percutiẽtem
cenſeri homicidam. Ad quæſtionem quatuor erant in domo,
quorum vnus proiecit lapidem, & interfecit quendam, & ne-
ſcitur quis de quatuor, an omnes cenſentur irregulares, vide-
tur, ꝙ ſic in dubio, quod tenuit hic Goffre. arguendo, dicit hic
Ioan. And. ſe mirari, ꝙ Innoc. author. huius c. noluit hoc ter-
minare, nam ſub inf. quod ponitur ante verſ. ſi vero, deciſa eſt
talis litera, vtrum autem de illis ſit ſimile ſentiẽdum, quorum
vnus, ſed quis omni neſcitur, homicidium perpetrauit, ſi for-
ſan ad ſacros ordines recipiendos præſentetur, vtrum om-
nes ſint pariter repellendi, cum diſcerni non poſſint, qui de-
beant inculpabiles iudicari, diligẽs inueſtigator aduertat quã-
uis hic caſus ſit ab illo valde diuerſus. Item miratur de Grego
rio compilatore, qui decidens illam literam non declarauit
hoc dubium, ſed ſcienter omiſit. Miratur etiam de Bonifacio,
qui ſcienter voluit hoc dubium relinquere non ponendo in
ſexto extrauagantem, quæ attribuebatur Gregorio, quæ inci-
piebat Nullum. Si enim putauit illam iniquam, debuit formaſ
ſe contrarium. Circa quæſtionem autem gl. 42. diſtinct. quie-
ſcamus, arguit pro, & contra, de hoc etiam 11. quæſt. 3. nolite,
& in quæſtione Brixien. Quinque erant in domo, & per Ho-
ſtien. in ſumma iſtius tituli. §. qua pœna, verſ. ſed nunquid om-
nes, & in Spec. tit. 2. tractatu diſpenſationum. §. iuxta, verſic. ſi
quis in rixa. decimaquarta columna, & plenius, eod. tit. verſic.
pone quatuor homines, tenuit autem Brixien. per hanc decre-
ta. tutius omnes repellere, quam homicidam promouere. Ho-
ſtien. ſecundum præalleg. extrauagan. dixit illos non repellen-
dos, ſed ſuæ conſcientiæ relinquendos. Io. And. dicit, ꝙ ſi non
conſtat de culpa omnium, omnes admittentur, pro hoc quod
not. de elect. cupientes. §. cæterum, in gl. ſi hoc, & ita fuit in caſu
præmiſſo. Secus autem ſi conſtat de culpa omnium, & ita hic
in textu. cõſtabat ẽt de culpa præſbyteri, quia percuſſerat, licet
dubitaretur, an lethaliter, quam determinationem dico verã
per caſum l. Item mella. §. ſed ſi plures, alias ſi plures, & quod
ibi nn. gl. pro hoc quod ſup. dixi in 5. contrario. pro hoc, quod
dixi, ſup. c. ad audientiam, ad finem, quia in dubio, id eſt cum
non expreſſe conſtat de culpa, potius iudicamus non irregula-
rem, quam ſic, per regulam in pœnis, de regulis iuris lib. 6. &
hoc caſu ſanctius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem
condemnare. ff. de pœnis. l. abſentem. Quæro in eo, quod dicit
textus in verſ. Si vero, ꝙ non videtur ſacerdos excuſari a pęna
homicidij, de qua pęna loquitur, dic, ꝙ nõ ſolum de ciuili, ſed
ẽt de canonica, quæ conſiſtit in quatuor, in pęnitentia, ſup. eo.
c. Excõmunicatione, vel cenſura, quæ exercetur cõtra quẽlibet
pec-

ADDITIO.

a Clerico. Adde gl. in verbo tradere in c. 1. 14. q. 6. Spec. in tit. de diſpenſatio. in §. iuſta verſic. item ſi clericus, doc. in l. reſpiciendum in §. furta domeſtica. ff. de pœn.

Digitized by Google

peccatorem, ſup. vt lite non conteſt. quoniam, §. fi. de iud. no-
uit. 11. quæſt. 3. nemo in depoſitione, & irregularitate, de ac-
cuſatio. inquiſitionis, ſpecialiter tamen de pœna irregularita-
tis hic loqui videtur ſecundum Hoſt. quod eſt verum, vt pro-
batur ſupra verſ. quod ſi diſcerni. ibi a ſacerdotali debet officio
abſtinere.

SVMMARIVM.

1 *Monachus chyrurgiam exercens an ſit irregularis.*
2 *Factum cauſa pietatis an excuſet ab irregularitate.*
3 *Medicus dicitur agere diligenter, ſi infirmum viſitet perſonaliter.*
4 *Medicus dans medicinam nociuam peccat.*
5 *Medicus ſi dicat ſe peritum, cum non ſit, an ſit irregularis, ſi aliquis in manibus eius pereat.*
6 *Infirmus ſi non obediat medico, an tenebitur medicus.*
7 *Sanus an teneatur viuere medicinaliter.*
8 *Miniſtri ſi propinant infirmis quicquid petunt, ſi moriantur, an ſint irregulares.*

TVa nos. Habet duo dicta principalia, ſecun-
dum ibi, ad vltimum. Prima pars
ſubdiuiditur in quæſtionem, & ſolutionem ibi, ſe-
cunda, nos igitur. In ſumma dicit hoc primum di-
1 ctum. Monachus † chyrurgiam exercens, ſi ex ea
mors ſequitur, irregularis eſt, etiam ſi ſit peritus, & diligens, &
hoc fecerit cauſa pietatis, ſed cum eo poſt ſatisfactionem miſe
ricorditer diſpenſatur. Sentiendum, alias cenſendum. Ape-
ruit. ſiue ipſe monachus, ſiue alius, ipſo dictante, non eſt vis.
Recediſſe, id eſt minoratus eſſe. contemptio. Ouidius tertio ſi-
ne titulo, nitimur in vetitum ſemper cupimuſque negata, ſed
non debet obeſſe monacho, niſi alias fuiſſet in culpa ff. de re.
iu. l. quod quis culpa, & regula, damnum, cum cōcor. lib. 6. vtrum
reſpicit principium ibi, ſed ibi quæſiuiſti, omnemque. quaſi di-
cat, tā in facto ſequendo traditiones artis, quàm ex poſtfacto
curam diligentem & congruam abhibendo. Nota, quod factum
2 † cauſa pietatis non facit euitari irregularitatem, ſed facit ad
faciliorem diſpenſationem. Not. quod non debet quis ſe immiſce
re exercitio, cuius non eſt peritus ibi, & periniſcrat. Tullius
primo de thuſculanis Græcorum prouerbium, quam quis no-
uit artem in hac ſe exerceat, & idem Officiorum primo, & Ho
ratius in epiſtolis. Quod medicorum eſt, promittunt medici,
3 tractant fabrilia fabri. Not. quod † ad hoc, vt medicus dicatur age-
re diligenter, ſufficit, quod infirmum viſitet perſonaliter, & die-
tam ac regimen ei dictet, nec tenetur ad perſonalem conti-
nuam cuſtodiam, ad hoc de frigi. c. fi. de conſecratio. diſtin. 5.
nunquàm. ſup. de vſu pallij. c. fi. quod probatur hic ibi, omni-
que ſtuduit, quam debuit diligentiam adhibere, & hoc dicit
Hoſtien. multum nota dignum. Oppono, quod non debuerit per-
mitti monachus miniſtrare. fuit enim factus irregularis, quia
fuit in culpa, vſurpando officium ſibi non congruens, ſcilicet
artem chirurgiæ, ſup. ne cler. vel monachi, ſententiam, ad hoc
de ætate, & qualitate ad aures. Solut. hic non probatur contra-
rium: permittitur enim miniſtrare diſpenſatiue, & dicit, quod du-
plicem culpam commiſit monachus hic, primam ante factū,
ſecundam in facto, eſt autem date & tertiam culpam, ſcilicet
poſt factum, de quo nota, inf. de iniurijs, c. fi. hic autem ante
factum fuit in culpa, vſurpando officium chyrurgiæ, ſi tamen
ſecundū Hoſtien. peritus eſt in arte, & diligens, & in nullo quo
ad mortem culpabilis, cum eo diſpēſatur, vt hic dicitur, ſecus
ſi commiſit etiam hic culpam in facto in ipſo exercitio chy-
rurgiæ, quod non permittitur clericis, vt in contrario, vnde ſi eſ-
ſet non peritus, & ex ſua medicina ſequatur mors, vel mem-
bri truncatio irregularis eſt, nec cum eo diſpenſaretur per hūc
textum a contrario, & dictum capitulum ad aures. Innocen-
tius autem alternatiue dicit illum fuiſſe irregularem, vel po-
tius non fuiſſe irregularem, ſed indiguiſſe diſpenſatione, quia
officium interdicto publico vſurpauit, quod ſecundum Ho-
ſtienſem recidit in idem cum dicto præcedenti, dic, quod fuit ir-
regularis, licet cum eo diſpenſetur, probat expreſſe textus in
verſ. alioquin interdicta eſt &c. Et ad id, quod dicit Hoſtien. de
duplici culpa, dic verius, quod fuit vnica in ipſomet facto, nam in
exercitio artis nullam commiſit negligentiam, ſed ſola culpa
fuit, quia officium interdictum vſurpauit, pro hoc dico, quod ſe-
cus eſſet ſi exercuiſſet phyſicam, quæ non eſt expreſſe interdi-
cta, dicto capitulo ad aures, & dicto c. ſententiam, per hoc de-
clarantur tres gloſ. ſcilicet prima, tertia, & quarta. Et in prima
in fine dic, & regula ſine culpa lib. 6. & per hoc inſertur, quod ſi
iſte fuiſſet laicus peritus, & diligens, non cenſeretur irregula-
ris, quia cenſetur ratio vſurpationis officij non congruentis.
Et in tertia gloſ. cum colligit alicui imputari delictum & non
ea, quæ ex delicto ſequuntur, intellige quoad culpam, quia
euentus mortis non imputatur iſti, vt cenſeatur voluntarius
homicida, nec tenetur quò ad deum, ſed tunc dic, quod mors nō
fuit ſecuta ex delicto, quia fuit in ſola vſurpatione, ſed fuit ſe-
cuta ex culpa ægroti. & ſic ceſſat argumentum gloſ. vel intelli-
ge gl. quod non imputantur ſecuta ex delicto, quin diſpenſetur, vt
hic: ſed tamen in veritate tenetur. In quarta autem gl. quæ ex-
ponit verbum, alioquin, in fine, dic, vel aliter, alioquin, id eſt ſi
non agetur miſericorditer cum eo ſecundum Innocen. & Ho
ſtien. & hæc melior expoſitio, quàm illæ, quas dat gloſ. Quæro,
4 ſi medicus † dat ſcienter medicinam nocituram, dicit Inno-
cen. quod peccat etiam ſi dubitet vtrum proficere debeat, vel no-
cere, etiam ſi magis credat eam proficere debere, quia in du-
bijs tutior via eſt eligenda ſupra eo. ad audientiam, & ſecurius
eſt hominē relinquere in manu creatoris, quàm exponere du-
bitabili medicinæ. Ex hoc infertur, & ex textu in verbo ſtu-
duit, quod medicus debet eſſe ſtudioſus ad faciendas medicinas
ſecundum artem, quas conſideratis circunſtantijs ſciat debe-
re proficere. Quid ſi omittit medicus ſcienter debitam medi-
cinam, dicit Inno. quod delinquit, ſicut peccat propinando inde-
bitam, & ſecundum Hoſtien. ſi malitioſe propinat ad generan
dam infirmitatem, & faciendum infirmum redimi, punitur
extraordinarie. ff. de varijs & extraordina. cog. l. ſi medicus.
5 Quid, ſi dicit medicus † ſe peritum, [a] cum non ſit, & omittit
a aliquid, vel facit, propter quod infirmus incurrit mortis periculū,
dicit Innocentius, quod peccat, & ſit irregularis, argumentum. ff.
quod quiſque iuris. l. hoc edicto, de action. empt. & vend. l. Iulia-
nus. § quod autem, pro hoc hic textus, & de ætate, & qualitate, ad
aures. Quid ſi medicus peritus bonam medicinā propinauit
quantum ad artem, ſed quantum ad materiam mala erat pro-
pter nimiam vetuſtatem ſpecierum, vel aliam cauſam, dicit
Innocentius, quod ſi omnem diligentiam, quam potuit, adhibuit
in ſpeciebus eligendis, ſine culpa eſt, quia ignorantia probabi-
lis excuſat. pro hoc de cler. excommunic. mi. apoſtolicę. Quid,
ſi facit aliquem incidi, cum ſecundum artem hoc vtile eſt, di-
cit Innocentius, quod ſecure faciat, dummodo peritum, & diſcre-
tum inueniat inciſorem. Quid ſi inciſor errat incidendo non
ex imperitia, ſed ex deſſuetudine, vel quia infirmus non habet
debitam, & conſuetam membrorum, vel venarum diſpoſi-
tionem, vel quia ſubitus, & inſolitus tremor irruit ſuper eum,
dicit Innocentius, quod videtur chirurgicus excuſatus, per hoc ar
gumentum ſecundum Hoſtienſem, de frigidis, ex literis. Quid
ſi chirurgicus dubitat de inciſore, dicit Innocentius, quod abſti-
neat tam ipſe, quam inciſor, niſi ſit talis, de quo communiter
non dubitatur, quin bene ſciat incidere, argumentum ad
hoc. ff. de fluminibus. l. prima, in principio, de fundo inſtructo.
l. cum de lanionis. § aſinam. Et quia in dubijs via tutior eligen-
6 da &c. vt dictum eſt in prima quæſtione. Quid ſi infirmus † nō
obedit medico, dicit Innocentius, quod propter hoc non commit
tit peccatum inobedientiæ, quia nec prelatus eius eſt, incaute
tamen facit non credens perito in arte ſua, pro hoc, quod not.
ſup. capitulo proximo. Quid, ſi infirmus ex certa ſcientia vel
affectata, vel improbabili ignorantia ſumit potum, vel aliud
quicquid ſibi contrarium, dicit Innocentius, quòd peccat, fa-
cit enim contra charitatem, quia debet corpus ſuum diligere
& cuſtodire, vt eo ſeruiat deo, pro hoc, quia non licet ſæuire
in ſeipſum. de corpore vitiatis, ſignificauit, & capitulo præ-
ceden. Item ſecundum Innocentium non debet quis ire poſt
ſuas concupiſcentias Eccleſiaſtici 18. nec in deſiderijs carnis
ambulare, ad romanos. 8. nec manus ſibi inijcere. ff. de ędili.
edicto. l. cum autem. § accipitur, quia nemo eſt dominus mē-
brorum ſuorum. ff. ad l. aquiliam. l. liber homo. Item peccat
medicus cōtra traditiones artis dando talia, vt ſupra in prima
quæſtione, ergo fortius infirmus ſumendo, ſicut etiam pecca-
ret, ſi ſcienter venenum ſumeret. Sed nunquid peccat morta-
liter? dicit, quod ſi non credit mortiferum, licet credat infirmita-
tem roborari, non mortaliter peccat, vel ſi mortaliter, non ſic
grauiter, ſicut ſi mortiferum: poteſt enim eſſe, quòd afflictus
7 ſiti propter febrim hoc fecit. Nunquid tenetur ſanus † viue-
re medicinaliter, dicit Innocentius, quòd non, quia omnia
ſana ſanis, id eſt omnia non inſana: ægris autem inſana ſunt
quàm plura etiam alias non inſana, vt fructus aliqui, de-
bet autem abſtinere a nociuis, ſicut enim dictum eſt, ſi quid
nociuum reciperet, vnde mors vel infirmitas ſequeretur,
quæ ipſum a ſeruitio dei ſubtraheret, peccaret, quia faceret
8 contra charitatem. Quid de ſeruientibus, & miniſtris † ſi
propi-

ADDITIO.

a Peritum. Adde quis dicatur medicus peritus, vide per Ioan. And. in c. ad aures, de æta. & qualit. & quis dicatur medicus imperitus, vide tex. in c. ſi. 49. diſt. & ibi per Do. & Car. Alex. Do. & car Alex. in c. abſit. 50. diſt.

propinant infirmis, quicquid petunt, dicit Innocentius, ꝙ ſi eſt nociuum, & hoc ex certa ſcientia, vel ignorantia affectata, vel improbabili propinarunt, peccant grauiter. Quid ſi contra præceptum medici hoc faciunt: dicit Hoſtien. idem quia in talibus credendum eſt medico, non infirmo. 5. quæſt. 5. c. 1. 2. & 3. de materia prædictarum quæſtionum no. Spec. tit. de legato, in tractatu diſpenſationum. §. iuxta, verſ. Item exercens, & ſequenti, & verſ. facto autem, & ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Clericus dans interſignia furis, a quo fuit vulneratus, an ſit irregularis, ſi ſequatur mors.*

2 *Irregularitatem non inducit quodlibet adminiculum datum homicidio.*

AD vltimum. Legitur varijs modis, ad oſtendēdum cauſam, quare ſcholaris, de quo hic, non fuit irregularis. Com-
1 muniter autem ſummatur ſic. Clericus, † qui iudici ſeculari dedit interſignia furis, a quo fuerat vulneratus, irregularis non eſt, licet ille poſt modum occidatur. Ego autem ſummo generaliter ſic, dans cauſam remotam homicidio, & quæ de per ſe non infert homicidium in totum vel patrem, licet poſſit aperire viam, vnde ſequitur homicidium, irregularis non eſt, maxime ſi ab eo, qui poſtea occiditur, fuerat ſibi illata iniuria perſonis. Communis diuiſio. ſecunda ibi nos. Metuēs, forte audiuit motum, vel ſtrepitum de ſtratu, id eſt lecto, a ſterno ſternis. tradiderūt, videtur ex hoc peccaſſe, ſed de iſtis nihil quæritur. præfatus poteſtas, alibi in fœminino, de iudicijs, capitulo fin. Interſignia, quæ ſunt argumenta inueniendi furtum. ff. de re milit. l. non omnes. §. a barbaris, nam difficile habētur teſtes, cum in occulro committantur furta. Sumpſit, cum ſumere potuiſſet, & ſic fuit ipſe ſuæ mortis cauſa. Euentus, ideſt ipſa mors. ff. de pœnis. l. aut facta. §. euentus, nullatenus, innuit de iure communi hunc promoueri poſſe, & non egere diſpenſatione, de quo dic, vt infra. Oppono, ꝙ ſcholaris iſte fuerit irregularis, quia dedit cauſam homicidio, dando interſignia, per quæ conuictus fuit fur, pro hoc iura, quæ alleg. in glo. penul. vſque ad verſ. ad hoc dico. Sol. vt in illa glo. cuius effectus eſt, ꝙ ſcholaris non poteſt dici homicida, quia nec facto, nec præcepto, nec conſilio, nec defenſione, nec adhortatione committit homicidium, cum alij non ſint modi, ex quibus quis teneatur de homicidio, vt ſit irregularis, vt ſup. capitulo, ſicut, & quod ibi not. in gloſ. penult. hæc ſolutio eſt vera declarata, vt inf. dico, ſed gl. non cōfiſa dat aliam in fine, quòd iſte fur interfecit ſeipſum, ſcilicet non comedendo, hæc nihil valet, quia iam fuerat fur mutilatus, ꝙ ſufficit ad irregularitatem, inf. c. is qui, libro ſexto, inf. tit. ſecundo, c. primo in fine c. Tertiam ſolut. tradit gl. vltima, ꝙ per interſignia non fuit fur conuictus de furto. ꝙ dic, vt in illa gl. Sed hæc ſolut. non tollit contrarium, cum ſufficiat, ꝙ dedit cauſam homicidio. Alij dicunt, ꝙ excuſatur ſcholaris, quia hodie de iure authenticorum de furro conuictus non occiditur, nec mutilatur, in auth. vt nulli iudicum. §. quia vero, colla. 9. poſita. C. de ſeruis fugitiuis, authen. ſed nouo iure, de quo not. de immun. eccle. inter. Si ergo iudex, vel miniſter grauauerunt, non eſt imputandum ſcholari, ad hoc de emptione, & vendinone, c. ſi. hanc improbat Hoſt. quia ex quo cum armis, & maxime de nocte hoſpitium intrauit, fuit pœnis legitimis puniendus. dicta auth. ſup. eo. capitulo tertio. Et eſt pœna legitima, decapitatio, vel furis ſuſpenſio, ſeruaro ꝙ habentur. ff. de pœnis. l. capitalium. §. famoſos, & §. graſſatores, & hodie per l. Frederici ſecundi, quinque ſolidos, vel amplius furatus laqueo ſuſpenditur, decima collatione de pace tenenda. l. 1. §. ſi duo homines, & §. ſi quis quinque. Item in omnibus fere locis fures furca ſuſpenduntur, etiam pro modico furto, & hanc conſuetudinem generalem ſcholari non licuit ignorare. Soluit itaque Hoſt. aliter, ꝙ ſcholaris non fuit culpabilis in homicidio, & papa ſic interpretatur, ſolutio coincidit cum ſecunda ſuperius data, & reprobāda eſt, vt illa. Interpretationem autem papæ defendi oportet de iure, ſup. de electio. eccleſia, ſecundo. Alij dicunt, ꝙ fur quaſdam res ſcholaris exportauerat: ad quarum recuperationem ſcholaris intendens tradidit hæc interſignia & dicit Io. And. ꝙ ſic legēdo tuta eſſet litera. pro hoc, quod dicit Innocentius, quia clericus ciuiliter agere poteſt de crimine, & teſtificari ad pœnam pecuniariam etiam ad perpetuum carcerem. pro hoc quod no. inf. capitulo ſecundo. Et pro hoc inf. eo. c. ſecūdo, lib. ſexto. Sed hæc ſolutio dirunat. vnde aliter ſoluit Ioannes And. quod licet ſcholaris de furto, quod nondum fecerat fur, vel ſi fecerat, ſcholaris recuperauerat, dare nō potuerit interſignia, tamen propter vulnus ſibi per furem illatum, potuerit accuſare, & probare, & interſignia dare, ſeruato capitulo ſecundo, inf. eo. c. lib. 6. hæc ſolutio coincidit cum tertia ſupra data. Et poteſt redargui, vt illa. Vnde dico, ꝙ vera eſt ſolutio prima, quam etiam tenet Innocētius, nam certi ſunt modi, per quos tenetur quis de homicidio ad effectum, vt cenſeatur irregularis, ſcilicet prædicti in dicta prima ſolutione. In quorum modorum nullum incidit hic ſcholaris, vbi pondero, ꝙ dare interſignia fuit actus extraiudicialis, & ſic iſta datio nō fuit pars iudicij facti contra furem, ſed ſolum ſe habet per modum cauſæ remotæ, nec de per ſe infert conuictionem ſuper homici-
2 dio, nec habet aliquod genus probationis. † Ex hoc no. ꝙ non omne adminiculum datum homicidio inducit irregularitatem, & in hoc eſt his caſus ſingularis, & per hoc intelligis ſummarium, quem dedi, maxime autem excuſatur ſcholaris, quia prouocatus ab illo per iniuriam ſibi illatam ab illo hoc fecit, & interrogatus a miniſtris iudicis. Præterea hæc interſignia non erant omni modo inferentia noticiam de aliquo certo, poterit enim ille negare ſutellares ſuos eſſe & cultrum, ꝙ non facile probabitur, quod valde ponderandum, vt ſic non poſſit aliquid opponi clerico, qui in nihilo ſe intromiſit, niſi quia interrogatus de maleficio nocturno dedit has reliquias fortaſſis neſciens, cuius forent, quia nec hoc aperitur hic. Ex his declaratur prima ſo. de qua in gl. pen. & in hac gl. ibi teſtis, quia nec iurauit, nō enim teſtimonijs, ſed teſtibus &c. de cohabita. cle. tua, & ibi quoniam ad hoc de iudicijs, c. ſi. lib. ſexto. Oppone in fine de capitulo ſuſcepimus, ſup. eo. vbi prohibentur ab ordinibus, hic autem ſecus. Solut. ibi loquitur in perfectis id eſt religioſis, qui debent eſſe cęteris perfectiores. Vel melius ibi, nimis proceſſum fuit ligando, & occidendo, hic vero fur ſeipſum occidit ſecundum Ioan. Vincen. & Goff. quæ ſolurio non procedit, per id, quod ſupra dixit reprobando ſecundam ſolutionem datam in gloſ. pen. nam hic præceſſit mutilatio. Solue ergo, ꝙ caſus ſunt diuerſi, nam hic non dedit ſcholaris cauſam homicidio, quod declara per ſuperius dicta.

SVMMARIVM.

1 *Abortioni cauſam præbens, dicitur homicida.*

2 *Caſus, in quo quis ſuſpendit ſe ab altaris miniſterio.*

3 *Monachi mortui mundo quomodo intelligantur.*

1 SIcut Qui dat cauſam abortioni, † homicida eſt, ſi conceptum erat viuificatum, alias non: Communis diuiſio ibi ſecūda, nos vero. Fuerat ad aliqualem ſui excuſationem, hoc dicebant, quaſi nutrito in Cartuſien. ordine id non facile eueniſſet, nam hic ordo a fœminarū cōuerſatione vltra cæteros remotus eſt. Nam, & vitā prope hæremiticā ducūt. Et infra deciditur quæſtio, an poſſet illius ordinis executionem habere. Miniſtrare, poſt pęnitentiam ſine diſpenſatione, de hoc de tempori. ordi-
2 nan. ex tenore. Inno. Nota caſum, † in quo quis ſuſpendit ſeipſum ab altaris miniſterio, de hoc de ſenten. excommunicat. ſi
3 quem. Oppono primò in eo, ꝙ † dicit mulierem concepiſſe ex monacho, cum monachi ſint mortui mundo. 16. quæſtione prima, ſi cupis. de poſtulando capitulo. 2. & ꝙ ibi notatur. Solut. mortuus eſt quò ad actus ciuiles, non quò ad naturales, pro hoc, quod no. de reſcriptis, cum dilecta, inf. de purgatio. canonica. c. 1. & ꝙ ibi notatur in gloſ. ſi. ad hoc, quod nota. in Spec. de teſte. §. primo, verſ. Item excipitur, quòd eſt monachus. Oppono ſecundò, ꝙ debuerit excuſari: quia ludens fecit inf. eod. exhibita. Solu. ludus iſte fuit illicitus, ideo non excuſat. de præſump. capitulo primo, ſup. eo. contineebatur. Si autē poneretur, ꝙ fuiſſet licitus, vt quia iſte ludens eſſet maritus, vel frater, vel taliter coniunctus mulieris, ꝙ ſibi licuiſſet, præſupponendo, ꝙ non immoderate luſerit, ſibi non imputaretur, ex quo culpa non præceſſiſſet. Oppono. 3. ꝙ non procedat diſtinctio papæ de conceptu viuificato vel non, ſed ꝙ indiſtincte teneretur, ſecunda, quæſtione quinta. conſuluiſti, ſup. eod. ſi aliquis. Gl. ſoluit, ꝙ intelligitur cum diſtinctione huius c. de quo no. in dicto capitulo, conſuluiſti. Oppono quartò ad hanc ſolutionem de l. ſi aliquis. §. qui abortionis. ff. de pœnis, vbi aliter diſtinguitur, gl. ſtat contrario, dic verius concludendo rotam glo. ꝙ potius concordat. ibi enim dicitur, ꝙ ſi conceptum erat viuificatum, id eſt animatum anima rationali, punitur vltimo ſupplicio, tanquàm pro homicidio. alias ſi non erat animatum, diſtinguitur, quia ſi ſunt humiliores, deputantur in metallum. Si honeſtiores, relegantur in inſulam, dempta parte bonorum. Cōclude igitur, ꝙ aut conceptum erat animatum, aut non. Si ſic, tenetur de homicidio, vt hic & 32. quæſt. 2. quod vero non, & capitulo, Moyſes, ꝙ capitulum dicit glo. hinc in principio poſſe indoci, pro, & contra, ſed tantum clare probat, quod dictum eſt, de quo ibi in gloſ. & per archidiaconum, pro hoc. ff.

Digitized by Google

ad l. pompeiam de patricidijs. l. prima. Si non, aut per pecuniã fecit, & idem. ff. de pœnis. l. cicero. aut non per pecuniam, & tunc tenentur pœna extraordinaria. ff. de extraor. criminibus. l. diuus, & ꝙ ibi not. & hoc caſu poteſt habere locum pœna legis ſi mulierem. ff. ad l. corneliam de ſiccarijs, & pœna. l. aquiliæ, vt dicit gl. Quæro, quid ſi pater iſte negaſſet, ſe habuiſſe inhoneſtam mulieris conſuetudinem & eam prægnantem. Dicit Hoſt. ꝙ non fuiſſet ei credendum per c. per tuas, de probat. de filijs preſbyte. Michael, qui filij ſint legitimi, tranſmiſiſſe, quaſi hoc caſu credendũ ſit potius mulieri per dicta iura. Quæro, quid cum dubitatur, an conceptus eſſet animatus, dicit Io. And. quod tenebitur, ac ſi conſtaret animatum eſſe, ſup. eo. ad audientiam, & c. ſignificaſti, el. a. inf. c. pen. quod tenet Spe. ti. 2. in tractatu diſpenſationum. §. iuxta, in prin. vlt. columnæ, contra hoc eſt, ꝙ dixi in d. c. ad audientiam, quia in pœnalibus in dubio fauetur abſolutioni. Sol. prout dixi ibi, ſoluendo cõtrarium, c. ſignificaſti a. hic enim teneretur in dubio, quia dederat operam rei illicitæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericus agens contra furem pro rebus ſuis, qui propterea ſuſpenditur, an fiat irregularis.*

Poſtulaſti. Clerico ciuiliter petenti iuſticiã de laico, non imputatur, ſi iudex ſecularis in illum vindictam ſanguinis exerceat. Communis diuiſio ibi ſecunda, ad quod. Et fuit hec decreta. de foro competenti, poſtulaſti, in 4. compilatione. Debitas quocunque iure communi, vel ſpeciali. Effuſionem forte graui, & multorum homicidiorum Hoſt. ꝙ ſonat verbũ. Nota textum, ꝙ regi ad bonorum laudem &c. gl. prima, alleg. Oppo. primo de capitulo, vnum ſolum. 23. q. 5. & de alijs iuribus allega. in gl. ſi. in fine. Solu. vt in gl. ſecundum quam poteſt clericus pecuniariter agere cõtra laycum de crimine pro hoc de apoſtatis, a nobis, poteſt etiam agere ad captionem, de depoſito, grauis, ad fuſtigationem 14. q. 6. ſi res 12. quæſtione ſecunda fraternitatis, & ad ſeruitutem de iudæis, ita quorumdam, quod alleg. gl. 15. quæſtione vltima, cum multæ 36. quæſtione prima de raptoribus ſecundum Goff. qui hoc notauit, ſup. c. tua, pro prædictis, ꝙ no. in c. maximianus allegato in gloſ. & 2. quæſtione 7 laicos, aliàs c. ſequenti, & 14. quæſtione 6. c. primo, ꝙ dic, vt in ſequenti contrario. Oppono ſecundo ad idem, ꝙ debuerit clericus abſtinere, cum timeretur ſequi mors ſup. eo. ſuſcepimus. Solut. non dicitur in textu, ꝙ timeretur, ſed ꝙ vix abſque ſanguinis effuſione poterat fieri, ſed ꝙ vix fit, tamẽ fit, de cogna. ſpirituali, c. ſecundo, lib. 6. Quidam vero expoſuerũt vix, id eſt nullo modo, quos redarguit Goff. quia tunc potius deberet clericus dimittere decimas, & primitias, quàm inuocare brachium ſeculare, vel coram ſeculari agere, dic hæc omnia decidi per c. ſecundum, inf. eo. lib. 6. vbi permittitur clerico indiſtincte conqueri de quocunque crimine pro ſuo intereſſe, dunmodo proteſtetur, ꝙ non tendit ad pœnam ſanguinis.
1 Quæro, quid ſi † clericus egit contra furem pro rebus ſuis, qui poſtea fuit ſuſpenſus, & placuit clerico, dicit Spe. de legato, tractatu diſpenſationum, §. iuxta. 14. col. verſ. ſed quid ſi agenti, ꝙ per hoc non eſt irregularis, dic rationem: quia non dicitur cõmiſiſſe homicidium aliquo de modis, de quibus ſup. eo. ſicut dignum, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Aetas puerilis excuſat a delicto.*
2 *Confeſſioni defuncti, quam fecit in extremis exiſtens, ſtandum eſt.*

Exhibita. Homicidium caſuale non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiam ſi ad cautelam veniam poſtulauit. primo petitio. ſecundo exauditio ibi: quocirca. expirauit, propter hoc non debet teneri clericus, ſi vulnus non erat mortale, ſed perit ille propter negligentiam, nam tunc de occiſo non tenetur, ſed de vulnerato. ff. ad l. aquiliam. l. qui occidit. Ita eſſe, omnia ſuperiora cõpræhendit, de reſcriptis, olim. Not.
1 ꝙ ætas † puerilis excuſat, ꝙ dic, vt in glo. prima. Not. ꝙ creditur
2 confeſſioni † defuncti, quam fecit laborans in extremis.ᵃ ratio,
a quia tunc non creditur fuiſſe mentitus, arg. de præſump. litteras. & ex quo iurauit, hic fuit omnino credendum 1. q. 7. ſancimus. de præſump. afferte. C. de probatio. l. rationes, & autentica ꝙ obtinet. ff. de legatis tertio. l. cum quis decedens. §. codicillis, pro hoc de ſucceſſio. ab inteſtato. c. finali, & quod ibi notatur, maxime autem hic creditur, quia de conſcientia quærebatur, ibi aperuit conſcientiam, ad hoc ſup. eod. ſignificaſti, ſecundo. dicit tamen Vincentius ꝙ iuramentum parum relevat, cum ſit teſtimonium vnius. 33. quæſtione 2. admonere, ſed quia hic non agebatur iudicialiter, multum facit. Oppo. primo, quòd etiam ſi non ludens feciſſet, debuerit excuſari propter ætatem puerilem, quia comparatur furioſo. ff. de acquirẽda poſſeſſione, l. prima. §. primo, & furioſo non imputatur homicidium. clementina ſi furioſus, eod. tit. Solutio, vt in gloſ. ſecunda, quæ intelligit, ꝙ erat proximus pubertati, & doli capax, dicit Iacobus neutrum hic ſpectari, quia nec voluntas interuenit, nec actus. Solut. præcedens verior, tamen pro ſecunda facit membrum, non animo lędendi, & quod dicitur hic in gloſ. tertia, & quarta. Oppono ſecundò ad hoc, quia dedit iſte cauſam homicidio, cum inſequeretur puerum. Solutio vt in gloſa in verbo, corruens, quæ dicit, ꝙ excuſatur propter imperitiam medicantis, & incuriam patris, & quia cauſa multum fuit remota, quod vltimum ſingulariter nota, pro intellectu, quem poſui, ſup. c. tua. §. ad vltimum, per hæc infertur, ꝙ ſi auditis vocibus aliquis perterritus offenderet ſe a lapide, non tenerentur vociferantes, ſi non eſſent in dolo, ita tamen ꝙ voces eſſent temperatæ. ff. locati, l. item quæritur, ſecundum Vincentium. Oppono tertiò ad hoc de c. continebatur, ſup. eod. Solut. ibi fuit in culpa, & dedit cauſam non remotam ludum aggrediendo, & falcem nõ remouendo, vnde hic ſecundum Vincentium, Innocentium, & Abbatem, iactus lapidis non dedit cauſam, vt ille corrueret, quod ſi fuiſſet, eſſet iaciens irregularis, dic, quod non procedit, ex quo cauſa ludi, cum inter pueros maxime talis ludus ſit ſolitus, ſed in c. cõtinebatur, non fuit ludus licitus, vt ibi dixi. Oppo. quarto, ꝙ eo ipſo, ꝙ iſte poſtulauit veniam, fuerit confeſſus delictum, de elect. venerabilem, verſ. fuit quoque, dicit gloſſa penultima, ꝙ hoc fecit ex humilitate. Vincentius autem dicit, ꝙ committit ſe patri pueri, ꝙ faciẽdo non intelligitur iuri ſuo renunciaſſe, de renuncia. veniens, ad hoc de iureiurando, quinta vallis. Secus ſi pure petijſſet veniam, quia tunc videretur recognouiſſe culpam. de accuſa. veniens. Hoſtienſis aliter ſoluit, ꝙ in c. venerabilem, in iudicio, & quaſi ſolemniter, & publicè petita fuit abſolutio. ſed ſi extra iudicium, non obeſſet, de reſtitut. ſpoliatorum, olim tertio. Item nec in iudicio, ſi peteretur ad cautelam, inf. de ſententia excommunic. venerabili, hic autem petita fuit venia extra iudicium ad cautelam ex benignitate, compaſſione, & humili liberalitate, vt mitigaretur dolor patris. Ego dico per hunc textum iuncta gl. penultima probari, ꝙ petitio miſericordiæ vel diſpenſationis, vel abſolutionis non probat culpam, vel impedimentum, licet præſumatur contra petentem non ad cautelam, ſic loquitur, c. venerabilem, & de petente abſolutionem ab excommunicatione, ꝙ per hoc non probetur excommunicatus, tenet Innocen. de ord. cogn. c. ſecundo. Barto. autem diſtinguit in l. decem ff. de verbo. obligat. Sed ꝙ prædixi verum eſt, quia iure non probatur, ꝙ talis petitio habetur pro probatione, per hoc infero, ꝙ volenti conuincere de culpa, vel excommunicatione, non ſufficeret probare petitionem talem: tamen ad euitandum præſumptionem vtilis eſt petitio ad cautelam. Quæro per id, ꝙ dicit miſericorditer, an hæc ſit diſpenſatio. gloſ. vlt. dicit, ꝙ non, ꝙ dicit Innoc. verum, niſi iactione lapidis proiecti fuiſſet ille læſus, tunc dic indiſtincte, vt prædixi, & verbum miſericorditer hic ponitur in petitione, non autem in papæ reſponſione.

ADDITIO.

a Extremis. Adde Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de don. inter virum & vxo. §. 1. Anto. de But. in c. ſi. de ſucceſ. ab inteſta. Bart. & Lu. ro. in l. ſi quis in graui, in § ſi qui moriens. ff. ad ſilla. Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cle.

SVMMARIVM.

1 *Campana dicitur ſignum conuocationis.*
2 *Pœna non imputatur, vbi nihil imponitur.*
3 *Caſus fortuitus prauideri non poteſt.*
4 *Clericus ſi pulſat campanam pro arenga, vbi publicè indicatur malefactor, an ſit irregularis.*

Ioannes. Homicidium caſuale non imputatur ei, qui dabat operam rei licitę, nec fuit in culpa. Primò narratur factum. Secundò diffinit ibi, nos igitur. Nota. coram ſuperiore proponendum humiliter, pro hoc ſup. c. prox. in verbo
1 miſericorditer, & cõcor. de humilitate, habes de maio. & obe-
a dientia, cap. fin. Nota, ꝙ per campanamᵃ datur ſignum † pro conuocatione ibi, ſigno dato, & ſecundũ Vinc. fit ẽt præceptũ vel inhibitio, ita ꝙ conſtituitur nõ parens in mora. pro hoc iura

ADDITIO.

a Campanam. Adde Doct. in c. in cauſis. de electio.

ri quæ ali.gl.prima, de quo dixi plenius, de elec.in cauſis. nam
de ſe campana nihil inducit, niſi prius cõſtitutum ſit, ad quid
pulſetur, de quo dic, vt ibi. No. ꝙ vbi nihil poteſt imputari, nul
2 la pęna † debet imponi. de conſt. c. 2. cum ſimilibus. No. quod
3 caſus † fortuiti præuideri non poſſunt, nec imputantur ad cul
pam non præuidenti. infra eod. cap. fi. vbi de hoc in glo. vltima.
Oppono primo, ꝙ debuerit teneri ſacerdos hic. nam homici-
dium caſuale imputatur ei, qui facit, quod ad ſuum officium
non ſpectat, ſupra c. tuam. ſed pulſare campanas eſt officium
minorum clericorum, & non ſacerdotum. 25. diſtin. perlectis.
ver. ad primicerium. ad hoc de maio & obedientia. ſtatuimus,
de celeb. miſſarum. c. primo. So. ſecundum Ioan. Andr. quædã
ſunt non ſpectantia ad alterius officium, quia prohibita, & de
his loquuntur contraria, quædam ſunt non ſpectantia, non q̃a
prohibita, ſed quia ad illa non cogitur, vel tenetur propter re-
uerẽtiam perſonæ, vel officij, & de his loquitur hic, non enim
officia minorum ordinum perduntur per aſſumptionem ma
iorum. 24. diſtin. geſta. & c. honoratur. de renuncia. ad ſupplica
tionem, & ꝙ ibi notatur. probatur hæc ſolutio. 95. diſt. c. illud.
Præterea hoc officium non eſt certo ordini deputatum. vnde
etiam laicus hoc exercet. Item etiã viliora officia, quam hoc
exercet ſacerdos ſupra eo. ex literis. r. etiã monachus. ſupra c.
ex literis. ſecundo. Oppono ſecundo, ꝙ debuerit imputari ſibi,
qui non præuidit, ꝙ euenire poterat. infra eod. cap. fi. de ſeruis
non ordi. c. primo. vbi de hoc. de procura. cap. 1. ff. locati. l. ſi qs
domum. §. primo. cum concor. Sol. quidam ſunt caſus inopina
ti, & fortuiti, quos diligentiſſimum hominis conſilium præui
dere non poſſet. C. de pigno. act. l. quæ fortuitis. & tales non te-
netur quis præuidere, ſicut nec diuinare. 22. q. 2. beatus. ad hoc
de regulis iuris. nemo poteſt. lib. 6. quidam ſunt caſus, quorum
euentum diligens præuidere potuit, ſicut in caſu l. ſi quis do-
mum. vbi quis conduxit a fructuario, & ſoluit precium futuri
quinquennij: potuit enim præuidere vſumfructum prius ex-
tinguendum per obitum fructuarij, ſimile de eo, qui conducit
a clerico. ſupra ne prælati vices ſuas. c. fin. & ꝙ ibi dixi. idem in
mandante aliquem percuti, qui potuit præuidere mortem ſe-
qui poſſe. infra eo. cap. fi. lib. 6. & de iſtis procedunt contra. Op-
pono tertio ad idem. ſupra eo. continebatur. & c. ſicut dignũ.
Sol. in illis præceſſit culpa. Oppo. quarto ad idem, quia debuit
ſacerdos alte, & tempeſtiue præmonere de periculo imminen
te. infra eo. cap. fi. Solu. ſecundum Ioan. Andr. caſus aliqui ſunt
ita repentini, ꝙ non poteſt præuideri initium, & ſic loquitur
hic. Quidam in quibus præuideri poteſt, & tunc tenetur, vt in
contrario. Quæro, quid ſi ad aliquem de eccleſia ſpectabat of-
ficium pulſandi, videretur tunc iſte ſacerdos irregularis, quia
non eſt ſine culpa ſe immiſcens alieno officio, regula. ſine cul-
pa. & regula. ea quæ. lib. 6. infra, de clericis ordinan. miniſtrãti.
c. primo, & ſecundo. In contrarium, quia bono zelo fecit, & ex
iuſta cauſa: abſit enim, vt ea quæ, &c. 23. q. 5. de occidẽdis Ioã.
Andr. tenet primum. & ad contrarium reſpondet, ꝙ non ſuffi
cit agere bonum, niſi & bene fiat. de colluſione. c. primo, vbi
de hoc. ff. de re militari. l. tertia. §. in bello. niſi hoc feciſſet ex cõ
miſſione eius, ad quem ſpectabat officiũ, vel ſuperioris illius:
vel ex cõſuetudine, quæ erat talis, vt qui primo occurrebat, pul
ſaret. Ego dico ꝙ dummodo non eſſet cõſuetudo, vt ſolus de-
putatus pulſaret aliquo reſpectu ſpeciali, non eſt ſacerdos irre-
gularis: ſufficit enim, ꝙ non dedit operam rei illicitæ, & ſibi
4 impertinenti. Quid ſi pulſat clericus, campanam pro arenga,
vbi publice iudicatur malefactores ad mortem, vel ad mutila
a tionem[a]. dic, ꝙ eſt irregularis. ſupra de cleri. vel monachus ſen-
tentiam. & ꝙ ibi notatur.

ADDITIO.

a Ad mutilationem. Adde Do. Boni. filium Io. Andr. in c. ſi iudex laicus. de ſen. excom. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas an incurratur per interfectionem infidelis.*
2 *Conſcientiam qui ſequi tenetur.*
3 *Arma miniſtrando pugnantibus in bello iuſto, irregularitas non incur-ritur.*
4 *Bellans iniuſte an teneatur de damnis.*
5 *Clericis arma mouere quando ſit licitum.*

PEtitio. Clericus pugnans etiam contra ſarra-
cenos irregularis eſt, ſi aliquem illorũ
occidit, & in dubio ſi aliquos percuſſit, abſtinebit.
Communis diuiſio. ſecunda ibi mandamus. Blaſ-
phemi. forſan iudæi, vel ſarraceni. de iudæis. c. primo. & c. cum
ſit. Conſultus, id eſt conſultum. ad hoc ſupra c. ſignificaſti. el
1 ſecundo. Nota, ꝙ incurritur irregularitas † per interfectionem
etiam infidelis, probatur exponendo verbum, inimici domi-
nicæ crucis, vt dixi ſuper textu. & probatur ſupra cap. ſicut,
2 vbi de nondum baptizato. Nota, ꝙ quis tenetur † ſequi con-
ſcientiam. pro hoc de ſent. excommunica. inquiſitioni. Oppo.
primo, quia quæſtio quærit de percutiente, & Papa reſpondet
de interficiente contra id. C. de tranſac. l. vt reſponſum. de ſpõ.
de muliere. Solutio. de hoc dubitatur, an ex percuſſione ſua ali
qui interijſſent. Ex hoc nota, ꝙ ſi certum eſſet mortem nullius
ab eo percuſſi, vel mutilationem eſſe ſecutam, non eſt irregu-
laris. Oppono ſecundo ad hoc de c. præſentium. infra de cleri-
co percuſſore. Solutio. vt ibi: non enim ibi probatur, ꝙ percu-
tiens ſit irregularis, neque quod iaciens lapides, & non percu-
tiens, quia multo fortius non eſt irregularis, ſed ibi imponitur
pęnitentia temporalis arbitrio Papæ. Oppono tertio ad idem,
ſufficit enim, quod interfectiones fuerunt factæ ab aliis ibi, oc
ciſi quã plurimi, debet enim imputari ſibi, qui interfuit. 50. di-
ſtin. quantum dicit. & c. ſæpe. & ſequenti. Solutio. ſecundum
Innocẽtium, & notabiliter, hic loquitur de bello iuſto, de quo
de iureiuran. ſicut 3. ne clerici, vel monachi. c. ſententiam, in
quo non imputatur intereſſenti: contraria de iniuſto, in quo
imputatur mors ſecuta ei, qui auxilium, vel conſilium dedit
bello. Ex hoc infert Innocentius, ꝙ ſi euntes ad bellum iniu-
ſtum fauorem præſtant ſuis, vt quia ſecurius offendunt, vel ad
uerſarios terrent, vt non audeant defendere, vel vt a qui,
in auxilium aduerſariorum venerunt, eos deſerant, ſi mors
ſequatur, irregulares ſunt. Secus dicit Innocentius, ſi cauſa pa-
cificãdi, vel alia iuſta veniſſent, licet aliquod robur accreuerit
ſuis, & timor aduerſarijs, dum tamen dolus abſit, & lata negli
gentia. probatur in dicto cap. quanto. a contrario, & c. presby-
terum. Oppono quarto ad hoc, quod dixi de bello iuſto. nam
in tali poſſunt clerici intereſſe ſine culpa, vt in iuribus allegatis
in glo. prima. Solu. non dixi, nec textus dicit, ꝙ non poſſint in-
tereſſe, ſed ꝙ non debent in propria perſona pugnare, ad hoc
iura allegata in dicta glo. vnde etiam non debent gubernare
naues ad pugnam, infra de pœnis. quod in dubiis, ſed ſi bellũ
eſſet iniuſtum, non debent etiam intereſſe armati. ſupra eo. ſi-
cut dignum. ad finem. Oppono quinto, ꝙ ſaltem clericis exi-
ſtentibus in minoribus liceat ferre arma. 20. q. 3. eos. 32. diſt. c.
primo. Solu. quidam ſtant contrario. ſed dic contra, niſi cauſa
defenſionis deferant, vt clypeum, vel loricam: alia non, niſi ad
terrorem, vt in obſidione. 50. diſt. de his. vel ex alia cauſa iuſta,
vt itinerando per loca periculoſa, vel ſi habent inimicitias.
Oppono ſexto, ꝙ in dubio nõ debuerint impediri miniſtrare,
quia in pęnis mitior interpretatio fieri debet. regula in pœnis.
libro ſexto. Solutio. debent in dubio abſtinere, quia ſanctius
eſt in hac vita, &c. vt in glo. vltima, quæ ſolutio procederet in
foro pœnitentiali, non in iudiciali. vnde dic melius, quod hoc
inducit conſcientia remordens, de qua in textu, quam ſi non
habuiſſet, permitteretur celebrare, niſi ſcandalum, vel infa-
mia publica aliud indicat. ſupra c. ex literis. pro hoc, quod di-
xi in c. ad audientiam. in fi. ſupra eo. & c. ſignificaſti, ſecundo,
3 verſi. ꝙ ſi diſcerni. Quæro nunquid in bello † iuſto poteſt quis
miniſtrare arma pugnantibus ſine irregularitate, dic, ꝙ ſic. ſuf-
ficit enim, ꝙ per ſe non interficit, vt probat textus. videretur
tamẽ, ꝙ ſi dum bellum imminet, miniſtrat, ſit irregularis. pro
hoc, quod notatur de iudæis, ita quorundam. & ne clerici, vel
monachi ſententiam. & c. clericis. ſed primũ verius, cum poſ-
ſint hortari ad pugnam. Si autem bellum eſſet non licitum, ſe-
cus foret per ſuperius dicta. Quæro, an qui eſt in bello iniuſto,
4 tenetur de damnis ibi datis? dic ꝙ ſic, cum limitatione nota-
torum ſupra cap. ſicut dignum. §. eos. Et ad materiam huius c.
& dictorum ſupra, eſt, quod notat Specu. titu. 2. in tractatu di-
ſpenſationum. §. iuxta. verſi. fin eo. ver. Item clericis pugnanti-
bus. & ſequentibus. Prædicta induco ad quæſtionem facti, qui-
dam ſacerdos conducebat homines armorum de mandato
Vulterani Epiſcopi ad quoddam caſtrum epiſcopi, vbi iuriſdi-
ctionem temporalem habet: accidit, ꝙ inimici epiſcopi inua-
ſerant caſtrum: & inde ſurgente pugna, ſacerdos traxit ſe ad
partem: quærebatur, an eſſet irregularis, quia in pugna multi
interfecti fuerant? conſului, ꝙ non, præſupponendo, ꝙ bellum
erat iuſtum, & iſte iuſte fecerat parendo epiſcopo, pro hoc, qđ
ſupra dixi poſt Innocentium, quia etiam pugnans, dummodo
non occidens, vel mutilans, non eſt irregularis, vt hic in textu,
pro hoc quod notat Archidiaconus. 36 diſtin. c. finali. & Spec.
titu. ſecundo, tractatu diſpenſationum. §. iuxta. ver. ſed nũquid
clerici poſſint. & ver. quid ſi clericus. ponit enim prælatus in-
dicere bellum iuſtum ad tuitionem rerum eccleſiæ. Si autem
bellum fuiſſet illicitum, adhuc idem concluſi, ex quo ſe detra-
xerat ad partem, & non dederat auxilium in pugna, nec per
eius præſentiam aliquid accreuerat aduerſariis, quia ſe traxe-
rat ad partem, vt in caſu. conducere autem armatos non erat
quid

Digitized by Google

quid immediatum, ex quo non conducebat, vt pugnarent: ſed vt tuerentur caſtrum. Quæro generaliter, an & quando ſit
5 licitum †clericis arma mouere? Solutio. variæ ſunt opiniones,
a vt notatur 23. q. 8. in ſumma, ad quarum concordantiam diſtinguit Ioannes Cal. quia aut clericus vtitur armis incōtinenti repellēdo vim vi, & cum debito moderamine, aut aliter. primo caſu licet vti armis etiam offendibilibus, quia vim vi, &c. prima diſt. ius naturale. ſ. eo. cap. ſecundo. & c. ſignificaſti, J. de ſenten. excom. ſi vero. i. & eo. titu. dilecto. lib. 6. vnde etiam ſi mutilet, vel occidat, non eſt irregularis. J. e. clementina vnica. Secundo caſu, aut hoc fecit de Papæ licentia: aut alio modo. primo caſu dic, ꝙ bellum eſt iuſtum. 23. q. 1. quid culpatur. & q. 2. c. 1. & occidens non eſt irregularis. poteſt enim Papa bellum iuſte indicere potiſſime contra reſiſtentes fidei. 23. q. quinta. omnium. prima. q. quarta. ſi cui excellentia. & c. ſi nō ex merito. & q. 8. omni. & c. vt pridem. & §. in regiſtro. nam ideo incurritur irregularitas, ſi clericus pugnat in bello iuſto & interficit, quia conſtitutiones canonicæ vetant. 17. diſt. per totum, pendet ergo a Papa, qui poteſt eas tollere de conceſſ. præben. propoſuit, & ſic dando licentiam, tollit irregularitatem. poteſt enim diſpenſare cum homicida etiam voluntario, ſi pœnitet, vt no. ſupra cap. ſicut dignum. pro hoc cap. occidit. 33. q. 8. & ad ea, quæ innuunt homicidam eſſe irregularem de iure diuino, vt illud, non edificabis mihi &c. Reſponde, vt dixi in d. c. ſicut, hæc intelligo vera, quando cum multa deliberatione concedit hoc Papa, & cum multo conſilio. nam ſi ſolus ſuo capite tot iura promulgata ſuper irregularitate homicidarum vellet ſubuertere, male præſumeretur pro hoc, ꝙ plene dixi de ſent. excomm. perpendimus, in repetitione. in ſecundo contrario. Ad ſecundam lecturam procedunt etiam prædicta, niſi manifeſte appareret, bellum eſſe illicitum. Secundo caſu, quando ſine licētia Papæ, aut in bello iniuſto, & planum eſt, ꝙ clericus præſtans fauorem quomodocunque, ſi aliqui interficiuntur, etiam nō per eum, vel mutilantur, irregularis eſt. 23. q. 8. c. 1. ſecundo & tertio, ſupra eo. ſicut dignum, in fine. Aut in bello iuſto: puta pro defenſione patriæ, vt hic in textu. 23. q. 3. fortitudo. & q. 8. omni. & c. ſi nulla. & tunc aut clericus neminem mutilauit, nec occidit, nec vulnerauit, & non eſt irregularis: licet ab alijs fuerit quis occiſus, vel mutilatus, ſed ad cautelam ſibi imponitur pœnitētia. de clerico percuſſore, præſentium. & ſic intelligitur, vt ſupra dixi. de quo ibi in vltima glo. & in Specu. titu. 2. §. iuxta propoſitionis. verſ. ſed nunquid. & ver. ſequentibus, ꝙ debet intelligi ſecundum hæc. Aut clericus aliquem occidit, vel mutilauit, & irregularis eſt, quia hoc ſibi non licuit dictis iuribus, & hic in textu, & glo. 1. Aut ſolum vulnerauit, & tunc diſtinguit Ioannes Cald. ꝙ aut vulneratus non fuit in bello occiſus, & non eſt irregularis, quia ſola mutilatio, vel interfectio inducit irregularitatem. ad hoc de cle. pugna. in duello. c. 1. in fi. cum cōcor. Aut vulneratus fuit ab alijs occiſus, & tūc aut clericus vulnerans habuit animum occidendi, & eſt irregularis. ſ. c. ſignificaſti. 2. ibi, & ſi percuſſor voluntatē non habuit, ſecundum Ioannem Cal. pro hoc. 23. q. vltima. c. ſi. Ego in hoc tenui contrarium in d. c. ſignificaſti. quia voluntas nō ſufficit, ſed attenditur factum, ꝙ dic, vt ibi dixi. Et ad textum ibi reſponde, prout ibi dixi. Aut nō habuit voluntatem occidendi: & tūc aut vulnus illatum per clericum poteſt diſcerni ab alijs, aut non. Primo caſu ſi apparet non mortale, irregularis non eſt, dicto c. ſignificaſti. Secundo caſu propter dubium irregularis cenſetur. dicto c. ver. ꝙ ſi diſcerni. ſecundum Ioannem Cal. Tu autem in hoc vltimo dic, vt dixi in dicto c. ponendo intellectum dicti ver. quod ſi diſcerni.

A D D I T I O.

a Arma mouere. Adde tex. glo. & doct. in c. ex multa. de voto. Hoſtien. in ſumma titu. de treuga, & pace in §. quid ſit iuſtum. Anto. de But. in c. expoſuit. de dila. Abb. in c. clerici arma. de vi. & ho. cle Sanctus Tho. 2. 2. q. 40. artic. 1. & 2. & q. 88. art. prima.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus fortuiti præuideri non poſſunt.*

QVidam. Idē dicit, ꝙ ſupra eo. Io. primo thema, & quæſtio. ſecundo ſolutio ibi, inquiſitioni. Edificatione eccleſiæ. & ſic opus erat licitum. 12. q. 2. aurum. laqueari. quomodo euenerit hæc ruina, poſſet multipliciter exemplari, & in facto nō eſt vis ex quo ius eſt certum. Debuit, & potuit. nam ad impoſſibile non tenetur, regula nemo. lib. 6. Circumſtantibus, quos videbat, & ſufficit circumſpexiſſe. ſ. eo. ex literis. 1. Vinc. Intelligere. reſpicit, ꝙ dixerat alta voce, & ſic non ſufficit, ſi ita ſubmiſſe dixiſſet, ꝙ intelligi non potuiſſet. No. ꝙ in culpa non eſt, qui præmonuit, ſi ex caſu mors ſequitur, & hoc ſi tempeſtiue monuit, & dicit tempeſtiue, quando ſuperfuit tempus ad fugiendum, vt dicitur in textu ibi, & fugere. Ex hoc nota contra arrogantes ruſticos, vel muliones ducentes plauſtra, vel mulos oneratos, qui dicunt caue, cum iam læſerint. Nota, ꝙ caſus
1 †fortuiti omnes præuideri non poſſunt. de quo in glo. vltima. ſunt enim tot, ꝙ non poſſent etiam numerari. C. de vſufruc. l. penult. circa medium. de præſcript. triginta annorum. l. ſi. poſt principium. ff. ſi quis ca. l. 2. §. 2. & 3. & quaſi per totum.

De torneamentis. Rubrica.

Viſo de homicidio in genere, & in ſpecie, quia ſūt quidam actus, ex quibus interdum, ſed non ſemper prouenit homicidium. ideo hanc rubricam & duas ſequentes annectit.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus in quo catholico morienti in ſtatu ſalutis denegatur eccleſiaſtica ſepultura.*
2 *Fortitudo non eſt laudabilis, quæ eſt ſine iuſtitia.*

FElicis. Torneamenta fieri non debent, & vulnerato in eis conceditur pœnitētia: ſed ſi moritur, denegatur ſepultura, ſi acceſſit animo pugnandi: ſecus ſi ex alia cauſa, vt ſi propter ſibi debita exigenda. h. d. cum c. ſequenti. primo prouidet. ſecundo pœnam imponit ibi, ſi quis. Inhærentes ſic. ſupra de iuramento calum. c. 1. Ex cōdicto, ideſt ſimul dicto, vel ordinato: vt quia condixerunt, id eſt ſimul ordinarunt ad certum diem, & locum conuenire. infra cap. primo. & idem verbum de elect. vbi periculum. §. qui autem. lib. 6. alias habetur in textu ex dicto, ſcilicet ab aliquo ſuperiore ſeu edicto, alias ex conducto, quia ibi conueniunt armigeri, quaſi conductitij. prima verior. Pericula. quibus eſt prouidendum. de conſti. c. 2. li. ſexto. de ſepul. c. primo. libro ſexto. Mortuus, ideſt mortale vulnus receperit. Nota, attendendam vulgarem locutionem ibi, vulgo. ad hoc infra de iniurijs. c. vno. libro ſexto. & ſopra de iudæis. & ſi iudæos. vbi attenditur vulgare prouerbium. Nota
1 caſum, † in quo catholicus, & decedens in ſtatu ſalutis priuatur eccleſiaſtica ſepultura. ſimiles caſus nota de ſepul. ex parte. el 2. & quādoque ſine vlla culpa quis priuatur ex facto ſecuto poſt mortem, vt ſi corpus eius fuerit coctū, vt in extrauagan. Boniſacij deteſtandæ in fine, ꝙ fit in odium facientium. Oppono primo, ꝙ cauſa oſtentandæ virtutis debuerit permitti torneamentum. ff. de aleatoribus. l. ſolent. gl. prima dicit ſecundum leges ſtandum contrario. Oppono ſecundo ad hanc ſolutionem, quia etiam ſecundum leges non eſt laudabilis forti-
2 tudo, † quæ eſt ſine iuſtitia. in auth. vt omnes obedi. iudi. prouinciarum. primo reſponſo, col. 5. ſed torneamenta non fiunt cum iuſtitia, cum proueniant inde mortes animarum, & corporum. Solutio Hoſtien. ſtat contrario. Oppono tertio ad hoc de l. prima. §. beſtias. ff. de poſtulando. vbi expreſſe permittitur cauſa oſtendendæ virtutis colluctatio etiam cum feris. Sol. dicit Hoſtienſis ꝙ id, quod ibi dicitur, oritur ex mente eius, ꝙ dicitur in dicta authentica, vt omnes obediant. Ego aliter dico, ꝙ ibi non dicitur hoc licere, ſed ſolum ꝙ infamia nō incurrit, quando cauſa oſtendendæ virtutis, quæ incurritur, quādo cauſa lucri, dic etiam, ꝙ licita eſt colluctatio extra torneamenta, vt fallere haſtam, vel palum, vel lapidem iacere, vel quid ſimile, vnde non debet veriſimiliter mors, vel membrorum mutilatio ſequi. Oppono quarto, ꝙ cum concedatur pœnitentia, fortius debuerit concedi ſepultura eccleſiaſtica, quia cui licet plus, licet & minus, per iura allega. in gloſſa vltima. Solu. vt in ea. Et ibi gubernationem. vbi de hoc. & ibi Apoſtolus, alias incipit, ſi fieri poteſt. Et ibi generale eſt. ſecūdum Vincen. & ibi abſtineant, propter quam cauſam reprehenditur interdum, qui non peccauit ſecundum ea, quę notantur. 13. quęſt. 2. poſtquam. vel dic, ꝙ ſepultura hic non eſt quid minus, ſed maius ad terrorem ſuperuiuentium. de hoc in regula cui licet. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Animus in delictis eſt conſiderandus.*

AD audientiam. Sommatū eſt ſupra cap. proximo. Communis diuiſio. ſecunda ibi, nos. Requirendi. non torneandi. Peruunctus. de hoc de ſacra vnctione cap. vno. de verbo. ſignificat. quaſi-

Digitized by Google

1 quæſiuit. No.in delictis †ad animum recurrendum.C.de ſica-
riis.l.2.canonizata 50.diſt. §.contra animum recurrendum. &
l.ſequenti.concor.alle.in glo.1. Et in ea ibi,& male. quia pęnæ
ſunt molliendæ. J.de regulis iur.in pœnis.lib.6. Oppono in eo,
ꝙ mandat probari negatiuam.ibi non animo ludendi. contra
id de elec.bonæ.el primo. de probat. ad noſtram, confirma qa
hæc erat de facto occulto, & improbabili, vt de animo,quem
ſolus Deus ſcrutatur.32.diſt.erubeſcant. So.probatur hic eo ip
ſo,ꝙ non probatur contrarium. C. qui militare non poſſunt.
l.ſuper ſeruis.lib.12.ſimile not.de his, quæ fi. a prælato, ea no-
ſcitur. vel probabitur per iuramētum vulnerati ante obitum.
ſupra titu.proximo ſignificaſti.1. & 2. vel per certa iudicia, vt
quia non erat homo militaris, ſed mercator, qui non venerat
cum armis,& ſorte ſine calcaribus, & quia non erat ſolitus ad
talia,de quo deponent ſecum conuerſantes, de teſtibus,præte-
rea. Oppone primo,ꝙ non fuerit neceſſaria diſpēſatio, de qua
dicatur ibi, diſpenſatione eccleſiaſtica. nam de iure, corpora
Chriſtianorum ſepeliuntur in cimiteriis Eccleſiarum. 13.q.2.
cum grauia.Sol.vt in glo.penult.quæ ſtat contrario de iure ca-
nonico,de iure autē ciuili fuit ſecus,vt in §.diuus. alle.in glo.&
erat ratio,ne ciuitas fetore corrūperetur. C.de religio.& ſump.
funerum.l.mortuorum.& huius §.diuus.intellectum poſui.de
fide inſtru.paſtoralis.

De clericis pugnantibus in duello. Rubr.

Continuata eſt ſupra rubrica proxima, vel quia dictum eſt
de torneamentis,vbi plures pugnant.videndum de duello vbi
duo tantum.Io.Andr.de hoc.7.q.6.monomachiam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pugnans in duello venit deponendus.*
2 *Duellum eſt prohibitum.*
3 *Diſpenſatio cum homicida non currit.*
4 *Irregularitas ex mutilatione membrorum an contrahatur.*
5 *Duellum ſi laicus ſuſcipiat, vt euadat periculum rerum vel perſonæ,
an excuſetur.*

1 PORRO. Deponēdus eſt clericus,† qui iniit
duellum. poteſt tamen epiſcopus
cum eo diſpēſare, ſi mors, vel membrorum
truncatio inde non ſequatur. quæſtio & ſo-
lutio. ſecunda ibi, ſiue victor. Sponte.hoc di
cit propter ineuitabilem neceſſitatem, quæ
illum excuſaret. de homici. ſicut dignum.
Hoſti.Sententiam & executionem ſui ordinis habere poſt pę-
nitentiam,ex quo non eſt irregularis.ꝫ.titu.2.tua.Nota,ꝙ duel
2 lum † eſt prohibitum,& dicit Vinc.quod probatio,quę fit per
ipſum,non eſt ſufficiens. qui enim vincitur,non ſponte confi-
tetur. pro hoc infra de pur.vul.c.2.Nota,quod cum homicida
3 †non diſpenſatur, & non conſueuit etiam Papa cum tali vo-
a luntario diſpenſare,[a] licet poſſet.de homicidio, ſicut dignum
4 ad finem. vbi dixi. No. ꝙ ex mutilatione † ſeu diminutione
membrorū contrahitur irregularitas. ſupra ne clerici, vel mo.
ſententiam.55.diſt.ſi euangelica.infra de rapto.in archiepiſco
patu. ſecundum Innoc. melius ſecundum Hoſti. ne clerici vel
mo.clericis.51.diſt.aliquantos.& c.ſi quis poſt acceptum. & c.
qui in aliquo.55.diſtin. qui abſciderit. de hoc in clem. ſi furio-
ſus.in glo.nota.de homicidio. Quæro, quid ſi periculum rerū
b vel perſonæ non poteſt clericus euadere, niſi ſuſcipiat duellū.[b]
dicit Alanus quod adhuc non licet: quod ſatis colligitur ex
5 gloſſa prima. Quid de laico. dicit Alanus, quod † propter ge-
neralem conſuetudinem aliquantulum excuſatur. de tempo.
ordi.ſane.32.q.4.obiiciuntur. Alij diſtinguunt, an offerat, an
ſuſcipiat,& ſecundo caſu aut ſuſcipit ſponte, aut coactus a iu-
dice.& hoc vltimo caſu non peccat mortaliter, ſecūdum Vin
cen.& ſic aliis caſibus peccat.Inducitur textus hic in verbo,vi-
ctus,ad quæſtionem de inſultantibus aliquem, quorum vnus
interemptus eſt per inſultantes,quod inſultantes ſint irregula-
res pro hoc,ꝙ dixi de homi.ad audientiam, & probatur de ho
micid.is qui.lib.6.

ADDITIONES.

a Diſpenſare. Adde Spec.in tit.de leg.1.§.iuſta ad finē.Domi.de ſancto Gemi.
in c.minor.1.& in c.ſi quis poſt acceptam.50.diſt.
b Duellum. Adde Doc.in clem.ſi furioſus.de ho.

SVMMARIVM.

1 *Duellum qua ratione ſit prohibitum.*

HENRICUS. Irregularis eſt clericus, ſi pugil ab
eo datus aduerſariū eius occidit,
nec excuſat conſuetudo. poterit tamen cum eo
circa beneficium habendum diſpēſari. primo qō,
ſecūdo ſolutio ibi,quia igitur. Conueniſſe. quod facere potuit
ſeruata forma.cap.2.de homici.lib.2. defecerunt. vel qua non
comparuerunt,vel non probauerunt.Sed alius.de reg. iur.qui
per alium.lib.6.pro eo.conſentiente.de homici.Petrus. Inſtitu
ta.50.diſt.ſi quis viduam.& c.minor.51.diſt.qui in aliquo. per
totum defenſione euitabili. Innoc. dicit idem de incuitabili.
contra dic per clemen.ſi furioſus.de homi.dixi de homicidio,
ad audientiam.& c.ſignificaſti.poterit, & debebit: dum tamē
ſit corrigibilis.59.diſt.ſtudeat.ne mendicet in opprobrium cle
rici.93.diſt.diaconi.de renuncia. ad ſupplicationem. de incor-
rigibili vero,de iudiciis,cum non ab homine.beneficium,etiā
in titulum,ſecundum Goff.& ſi de curato intelligis, diſpenſa-
bit Papa,ſecundum Hoſt.arg.de filiis presby. c.fin. Oppono in
eo,ꝙ dicit in ſacris.quia nec in minoribus debuit permitti, ex
quo fuit in culpa.50.diſt.ſi quis viduā. de homici. ſicut dignū.
ad finem.So.ſta contrario, ſecundum Innoc. quod eſt verum
de rigore iuris, ſed in minoribus diſpenſaretur etiam per epi-
ſcopum.de homi.ad audientiam,vbi dixi. Quæro, qua ratio-
1 ne prohibetur duellum. † glo.prima dicit, quod Deum tenta-
re videntur,& ſic contra illud, Non tentabis. prohibetū etiam
propter mortes corporum,& pericula animarum. ꝫ.ti.primo.
c.primo.& quia veriſimile eſt, quod fortior debiliorem cōcul
cabit. potentioribus enim pares eſſe non poſſumus. ff. de alie.
mu.iudi.l.3.ꝫ.de alie.mutan.iudi.c.1.& 2. & quia vix, vel nun-
quam poſſunt haberi pugiles pares in omnibus.inęqualitas ve
ro reprobatur in iudiciis.de mu.pet.c.2. de excep. cū inter. Et
qa inuentum fuit diabolo fabricante.2.q.5. monomachia, &
quia falſa eſt huiuſmodi probatio, vnde nec valet ſentēntia per
eam lata, vt hic in glo.2. & quia fortitudo ſine iuſtitia non eſt
laudanda.ꝫ.titu.1.c.primo. de hoc alias rationes poſuit Hoſti.
in ſumma de pur.vulga.§.quare

De ſagittariis. Rubrica.

Continuata eſt ſupra rubrica ſecunda.In ſuperſcriptione,In
nocentius III.alias Alexander, vt patet in antiqua.

ARTEM. Oppone de c.dominus.23.q.2.&
q.vltima,vt pridem.Solutio. hic
intelligitur de bello iniuſto, in contrariis de
iuſto,vt in glo. vt quando contra ſarracenos,
intellige aduerſantes & impugnantes Chri-
ſtianos. & idem de hæreticis, & ſciſmaticis.
nam aſſumentibus arma contra illos eccleſia dat indulgētias.
de hæreticis.excommunicamus.§.ſi vero dominus.& §.catho
lici.dicit tamen Hoſtienſis,ꝙ hic aduerſus infideles non prohi
betur, nec conceditur ars baliſtariorum. ſimile de iureiuran.
mulieri pro hoc textus ibi aduerſus Chriſtianos. Sed nunquid
exercens contra infideles incidit pęnam, de qua hic. dic,quod
non.ex quo de eis nihil dicitur. Item nec hic vlla pœna impo-
nitur, dicetur in vltima quæſtione. Quæro de ratione prohi-
bitionis huius cap.So.hoc eſt propter homicidia corporum &
pericula animarum,quæ inde proueniunt. de torneamentis.c.
1.& optandum eſſe,ꝙ his armis non eſſet vſus in bellis campe
ſtribus.nam vir etiam viliſſimi cordis,quādoque occidit pro-
biſſimum,ſed in nauibus vel menibus tuendis hæc arma ſunt
neceſſaria.de hoc per Ray.in ſumma. parte ſecunda. de nego-
ciis ſecularibus verſ. ſed quid de illis. ſecundum Ioan. Andr.
Quæro,nunquid per illa verba, ſub anathemate prohibemus,
ſit canon latæ ſententiæ.glo.arguit pro, & contra. concludit,
ꝙ non, licet diſtinguat, an ab homine, an a iure proferatur,
ſed verius eſt indiſtincte, quod non eſt per hoc lata ſententia.
Hoſti.dicit,ꝙ verbum,ſub excommunicatione,vel ſimile,ha-
bet vim latæ ſententiæ, cum proferens hoc intendit, & expri-
mit coram circūſtantibus,ita ꝙ probari poteſt, ſicut poteſt in-
telligi.c.ſalonitanæ,alleg.in glo.de hoc de iure patro. relatum.
& in d.c ſalonitanæ. Goff.de magiſtris, quāto,diſtinguit,an di-
catur ſub interminatione,& nō eſt latæ ſentētię, quia intermi
natio eſt comminatio, an ſub pęna excommunicationis, &
tunc ſic,ſi ab homine,vt hic in glo.pro hoc quod no.de matri-
monio contracto contra interdictum Eccleſiæ. c.1.vel 2. Dic
verius, ꝙ indiſtincte non eſt latæ ſententiæ, niſi appareret de
mente,vt prædixi. Vbi quæro nunquid ſtandum ſit iudici di-
centi ſe habuiſſe talem mentem.videtur, quod ſic: ex quo de
conſcientia ſua quæritur. de homici. ſignificaſti. & quia eius
eſt interpretari.de ſenten.excommu. inter,maxime in ſenten-
tia excommunicationis. 11.q.3.curę. de ſenten. excom. c.pen.
In

Digitized by Google

In contrarium.6.q.2. per totum. de probatio. quoniam, de te-
ſtibus, cum a nobis. dicit Hoſti. credēdum iudici, vt in iuribus
ad hoc inductis. ſed antequam hoc declarauerit, excuſatur nō
ſeruans ſententiam, cum probabiliter potuerit credere, ꝙ eſſet
tantum comminatio, per iura allegata in gl. & probabilis igno
rantia excuſat. de cle. exc. mi. apoſtolicæ. pro hoc quod dixi de
iudiciis. c. 1. quia ex quo non eſt tradita certa forma excommu
nicandi, per quæcunque verba, dummodo conſtet de mente,
tenet excommunicatio. quod dic, vt ibi. Videretur tamen in-
diſtincte dicendum, quod per verba prædicta ſit lata ipſo iure,
etiam ſi aliter non conſtet de mente, per l. qui volebat. ff. de hę
redib. inſtituen & quod ibi notauit Iaco. de Are. Sed dic, ꝙ ibi
in diſpoſitione omnino dependente a teſtatore. ſ. in exhæreda
tione: hic de excommunicatione, quæ dependet a iure. J. de
ſenten. excom. ſacro. ideo ſta prædictis.

De adulterio, & ſtupro. Rubrica.

Viſo de homicidio, & pertinentibus ad homicidium, ſicut in decalogo dicitur, non occides, non mechaberis. ita hic ſubmittit de mecha, per quam comprehenditur omnis illicitus concubitus. 32.q.4. meretrices. quem vt comprehenderet, ſubiunxit & ſtupro. De vtroque. 36.q.1. §. cum ergo. 32.q.4. nemo. 28.q.1. idolatria. ſpecialiter de adulterio. 33.q.3. alias 2.32. alias 23.q.1. de ſtupro. de pęnitentia diſtin. 1. cogitationis, verſic. qui puero.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo in dandis dotibus eſt attendenda.*
2 *Stuprator ſi dicat ſtupratam non fuiſſe virginem, an ei credatur.*
3 *Matrimonium an poſſit ſeparari propter vitium ſodomiticum.*

SI ſeduxerit. In ſuperſcriptione in E-
xodo 22. cap. Et duæ pri-
mæ decre. faciunt ad ſecundam partem ru-
bricæ de ſtupro. reliquæ ad primam. Ponit
pœnam ſtuprantis virginem. hoc dicit cum
ſequenti, vel ſpecialiter. Stuprans virginem
cogitur eam dotare, ſiue cum ea contrahat, ſiue non, habet
duo dicta. ſecundum ibi, ſi vero. Dormierit. i. violando corru-
perit. infra. eo. ſignificaſti. Reddet. i. dabit. ff. de verb. ſig. l. verbū
1 reddere. 14.q.4. quid dicam. No. quod in dandis dotibus † at-
a tenditur loci conſuetudo[a] ibi, conſueuerunt. ſcilicet in illo lo-
co. ratio, quia maiores dantur in vno loco, quam in alio. ad
hoc de ſepul. certificari. ff. de fluminibus. l. 1. in princ. Oppo. pri
b mo, quod nō vir mulierem, ſed mulier virum dotare debeat[b].
vir enim mulieri dat donationem propter nuptias. de dona. in
ter virum & vxo. & ſi neceſſe. & c. ſequentibus. Sol. vt in glo. 1.
quæ exponit dotabit. i. donationē propter nuptias aſſignabit.
vel proprie, quod dic, vt in glo. Et ſecunda verior. vnde etiam
ſi contrahat cum iſta ſoluto matrimonio, dos ſpectabit ad mu
lierem. Oppo. ſecundo ad hanc ſolutionem, quia inter coniu-
ges non tenet donatio. ſupra de donatione inter virum & vxo.
c. fi. Solu. glo. eadem intelligit, quod ante matrimonium dona
tur. vel dic, quod etiam poſtea. non enim eſt proprie donatio,
cum ad hoc compellatur hoc caſu ſecundū Goff. & in neceſſi-
tatibus nemo liberalis. ff. de adimendis legatis. l. rem legatam.
de præben. relatum. & quod ibi no. in glo. vlt. hoc puto verius.
tamen textus hic ex ordine probat ſolutionem gl. ibi, dotabit
eam, & habebit vxorem, ſed nihilominus puto veram ſolutio-
nem præcedentem, ex quo non eſt mera liberalitas, & fit iuris
authoritate. Oppo. tertio de c. infra proximo. vbi non habet in
vxorem ſtuprator ſtupratam, ſed aliter punitur. Sol. vt in gl. 2.
Opp. quarto ad idem. non enim debet quis cogi ad matrimo-
nium. 30.q.2.c.1. & 2. Solu. ſecundum Inno. ſpeciale eſt hic pro
pter delictum illius. ſimile de eo, qui dux. in matrimoniū. c. 1.
vel dic melius, ꝙ preciſe non cogitur, vt dicit glo. 2. Sed ſub cō
ditione, vt infra cap. proximo. Oppo. quinto, ꝙ non debeat do
tari ſtuprata iuxta conſuetudinem aliarum virginum, ſed in
pluri, quia pluri dote indiget, quam ſi eſſet virgo. Solu. ſta con
trario ſecundum Abb. pro hoc J. de iniuriis. c. fin. Quæro quid
2 ſi ſtuprator † dicit ſtupratam non fuiſſe virginem, dicit Vincē.
ꝙ ſibi non creditur. ſibi enim imputet, qui violentiam intulit.
ſed credetur iuramento mulieris, per c. fi. J. quod metus cauſa.
quod no. illud tamen c. hoc non probat. vnde potius dicendū,
ꝙ conſiderabuntur coniecturæ, vtrum haberetur pro virgine.
ſtabitur enim in hoc communi reputationi. pro hoc de proba.
3 per tuas. Quæro, nunquid propter vitium ſodomiticum † poſ-
ſit ſeparari matrimonium[c] quoad thorum. de hoc hic per In-
nocen. dicam infra eo. maritus.

ADDITIONES.

a Conſuetudo. Adde Anto. de But. & Moder. in c. 1. de ſpon. du. Card. in c. fin. de conſue. Barb. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. Barto. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ.
b Debet. Adde glo. in c. quidam. pro hac 29.q.2.
c Matrimonium. Adde Abb. in c. maritus. infra eo. Abb. in c. quæſiuit. de adul. Archid. & Ioan. de Fantu. in c. omnes accuſationes. 32.q.7.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſtuprantis virginem.*
2 *Stuprum quid ſit.*
3 *Detruſio in monaſterium ob ſtuprum commiſſum, an ſit perpetua.*

PEruenit. Summatum eſt ſupra c. primo. vel
1 ſic. Ponit pœnam † ſtuprantis vir-
ginem, ſi non vult cum ea matrimonium contra-
here, vel ſic. Stuprans virginem, qui non vult cum
ea contrahere matrimonium, corporaliter caſtigatur: excom
municatur, & in monaſterium detruditur. primo thema, &
quæſtio. ſecūdo ſolutio ibi, quod ſi verum eſt. Felix nomine,
ſed infelix reatu. Agat. grauis imponitur pœnitentia, vt illius
metu illam ducat vxorem. Tanc. perceptione. i. reuocatione.
Oppo. de c. ſupra proximo. vbi non detruditur in monaſteriū.
Solu. Innoc. exponit textum ibi, detrudatur: aut dotem det, vt
dicitur ſupra c. proximo. vel aliter, aut remanet ex parte puel-
læ, vel patris, quo minus ducat, & locum habet c. ſupra proxi-
mum. Aut ex parte ſtuprantis, & loquitur iſtud. vel ſecundum
alios hic loquitur in eo, qui vxorem habere non poteſt. hæc ſo
lutio non procedit per textum ibi. Aut ſi renuendum putaue-
rit: vnde ſta præcedenti. Quæro, qua pœna ſit puniendus ſe-
cundum leges. Solu. vt in glo. 1. & in eo, quod dicit, ꝙ ſi eſt non
vilis, relegatur. dic, ꝙ punitur in publicatione tertiæ partis bo-
norum. inſti. de publi. iudi. §. 2. Quæro, quid ſi eſt clericus in ſa-
a cris[a]. dic ꝙ procedit pœna huius c. Ex hoc collige grauem pę-
nam, quæ tali imponitur. fuſtigatur enim, vt in textu. ibi, cor-
poraliter caſtigatus. ad hoc de calum. c. primo. ita dicit Io. An.
ſecundum magiſtrum ſuum, qui fuit dominus Marſilius, de
2 quo fit mentio. de elec. querelam. Quæro, quid ſit † ſtuprum[b].
b glo. ſecunda dicit, quod eſt proprie cum virgine. Et in ea ibi.
§. 1. alias 2. Lex autem dicit, quod adulterium in nuptam: ſtu-
prum in viduam committitur. ff. de verb. ſign. l. inter ſtuprum.
vel virginem. ff. de adulteriis. l. inter liberas. § lex Iulia. & l. ſtu-
prum. & dicit Hoſtien. dici ſtuprum, quaſi prauum ſtudium.
3 Quæro, nunquid † detruſio in monaſterium hoc caſu ſit per-
petua. dicit Hoſti. ꝙ non, ſed ad tempus, donec pęniteat. Mihi
videtur potius, ꝙ perpetua, donec reuocetur, vt probat finis,
nec eſt conueniens, vt reuocetur eo caſu, quo ipſe renuit cum
ſtuprata matrimonium contrahere.

ADDITIONES.

a In ſacris. Adde do. Abb. hic, qui dicit, quod talis poteſt compelli ad eam dotandam, quia clericus poteſt puniri pecuniali ter, maxime pro intereſſe alterius, vt in c. fi. de dolo, & contu. c. dilectus. de off. ord. & in c. licet. de pœnis.
b Stuprum. Adde c. cum ergo, 30.q.1. glo. in c. nemo. 32.q.4. Archid. in c. conſanguineorum. 4.q.4.

SVMMARIVM.

1 *Vir detinendo vxorem adulteram, peccat.*
2 *Vir vxorem adulteram an poſſit propria authoritate dimittere.*

SI vir. Maritus retinens adulterā coniugem non
peracta pœnitentia, delicti eſt particeps.
Secus poſt peractam, licet non ſæpe eam recipere
debeat. habet duo dicta, ſecūdum ibi, vt ſequitur.
Fornicatione. i. adulterio. Cum illa. maritali modo. poſſe ta-
men ſine peccato illi miniſtrare neceſſaria, & tenere, non vt
vxorem, pro hoc de frigi. conſultationi. No. ſummarium. Et
1 intellige, quod peccat † maritus retinens adulteram non pœ-
nitentem, quando ſcienter. ſi autem ignoranter, excuſaretur a
crimine, ſed non a bigamia. de hoc ſupra, de biga. cap. 2. Oppo
no primo, ꝙ etiam poſt pœnitentiam non debeat ſuſcipere de
neceſſitate. 33.q.2. admonere. Sol. vt in gl. in verbo, debet. quæ
exponit de honeſtate. ſimile de deſpon. impuberum. c. 1. in fi.
alias verbum, debet, neceſſitatem importat. de appel. propo-
ſuit. vbi de hoc in glo. 2. Oppo. ſecundo, ꝙ peracta pœnitentia
etiam

Digitized by Google

etiam ſępe delinquentem debeat maritus ſuſcipere.de iureiu.
quemadmodum,ad fi.Sol.vt in glo.finali. Et in ca ibi, non in-
tercedet. ſimile necle.vel mo.cap.2.de apoſtatis.c.1. Et in fine.
ſupra de hæreticis ad abolendam.§.illos quoque. Oppo.tertio,
ꝙ imo nunquam debeat recipere.32.q.1.c.1.2.& 3. Solu.illa lo
1 quũtur de incorrigibili. Quæro nunquid vir † poſſit vxorem
adulteram propria authoritate dimittere,quidã,ꝙ ſic. de quo
infra cap.finali.

SVMMARIVM.

1 *Maritus in quo ſit priuilegiatus.*
2 *Vxor an poſſit accuſare virum ex ſuſpitione.*
3 *Maritus cum accuſat vxorem, an neceſſe habeat libellum offerre.*
4 *Vxor propter vitium ſodomiticum an poſſit dimittere thorum viri.*

MAritis. Breue eſt,vel,per alia verba. maritus in
accuſando vxorem de adulterio priui-
legiatus eſt. Opp. de c.primo.2.q.1. Sol. vt in glo.1.
& dic vt in contrario.& ſ.de præſum. literas.vbi de
1 multiplici præſumptione dixi. Quæro,in quo ſit maritus † pri
uilegiatus.Solu.vt in glo.vlt. Et in ea ibi,iure mariti.in quibus
conſiſtat hoc ius.no.4.q.4.§.aliquando.& in fi. hoc verum ad
thori ſeparationem. ſed ſi ad pęnam legalem, procedit,quod
ſupra dicitur in glo.pro hoc de præſump.literis. Quæro, nun-
2 quid vxor † poſſit accuſare virum a ex ſuſpitione,ſicut hic per-
a mittitur ecõuerſo.dic,ꝙ non.32.q.1.publico.C.eo.l.1. Quæro,
3 nunquid cum maritus † accuſat vxorem, ſit neceſſe libellum
offerre.videtur ꝙ ſic,per l.miles.§.ſexaginta. ff.de adulteriis.&
aliqui tenent contrarium reſpondentes,ꝙ in illo §.petitio, ſcri
bitur apud acta.pro iſtis facit clemen. ſæpe. de verbo. ſign. alij
tenent primum, licet ſecundum eos maritus non teneatur ſe
inſcribere.de hoc per Roffredum in libellis iuris canonici. de
libellis,qualiter in accuſatione conficiuntur poſt principium.
& per Hoſti.in ſumma.e.tit.§.qualiter.in principio. & in Spec.
de accuſatore.ver.item,ꝙ non recte.& eo.titu. poſt principiũ.
quod dicunt de inſcriptione dic, vt ſupra de procur. tuę. de li-
bello, dic verius, ꝙ offerri debet, ex quo non agitur de fędere
matrimonij. pro hoc quod no.in clemen.diſpendioſam.de iu
diciis.in glo.ſuper verbo matrimonijs. Quæro,in quo plus cę-
teris admittitur maritus.Sol.vt in glo.vlt.vel dic,quia ad thori
ſeparationem ſolus admittitur,ad pœnam autem legalem be
ne admittitur etiam alius, ſicut in cæteris accuſationibus de
criminibus publicis,de quibus de accuſati.cu P. Quæro, nun-
4 quid propter vitium ſodomiticum poſſit vxor † dimittere tho
b rum b viri. dicit Inno.ꝙ non.ita not.ſupra eo.c.1. & ſecundum
eum.nec propter aliud crimen, niſi vt vellet vxorem ad illud
trahere.28.q.1.idolatria. ſic intelligit 32.q.7. omnes cauſatio-
nes.quod ſentit ibi glo. ſed Lau. & Hugutio tenent ibi contra-
rium,pro quibus eadem quæſtione adulterij. & c.flagitia.& c.
vſus.& c.non ſolum.ver.omnis.2.q.4.in eo.Ioan.And pro Inn.
inducit.32.q.7.dominus.& q.5.præceptum. & c.ſi vxorem. de
diuor.c.2. Et quia pęnę ſunt molliendæ. regula in pęnis. lib.6.
glo.autem io dicto c.omnes accuſationes.inducit pro hoc.35.
q.3.extraordinaria. Archid.in dicto c.omnes.tenet cum Lau-
ren. & Hugutione. & idem hic Ioan.Cald. quia nomine adul-
terij intelligitur omnis illicitus concubitus.præalleg.c.non ſo-
lum.ver.omnis.& 32.q.4.meretrices.& c.ſequenti.quod tenet
Raymundus in ſumma de diuortio propter fornicationem.
§.ſequitur videre,licet Archid.& Io.Cald.allegent titulum de
numero teſtium, tam in matrimonijs, quam in alijs contra-
ctibus: & dicere debet,vt dixi. quam opinionem bene probãt
iura allegata.tamen iura,quæ ſpecialiter loquuntur de ſepara-
tione thori propter fornicationem,ſolum ſe referunt ad adul-
terium: propterea de facto obſeruaretur opinio Innocentij.

ADDITIONES.

a Virum. Adde l.is cuius ope.ff.de adulte.
b Thorum. Adde doc.in regula in pœnis,de regu.iur.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos confeſſionem ſibi factam celare debet.*
2 *Turpitudinem ſuam allegans an ſit audiendus.*
3 *Eccleſia polluta debet reconciliari.*

SIgnificaſti. Sacerdoti de adulterio infama
to indicitur purgatio, quam ſi
præſtiterit,in officio permittitur: alias ab ipſo ſu-
ſpenditur. Communis diuiſio ibi,ſecunda.ideoq;.
Dormiuiſſe.i.iacuiſſe. Goffre.i.vigilando cognouiſſe. dicitur
autem dormire,qui peccat mortaliter,vt hic. is vero, qui pec-
cat venialiter,dicitur dormitare.vnde Matth.25. Dormitaue-
runt omnes,& dormierunt. Hoſti. ſed hæc differentia non eſt
propria,& ſæpe capiuntur promiſcue. Publice.propter hoc in-
diguit eccleſia reconciliatione propter infamiam. Hoſti. Fieri
debeat.an.ſ.presbyter ille ſit puniendus ex hoc, & an mulieri
ſit indicenda pęnitentia, & an eccleſia ſit reconcilianda. Hoſt.
Adultero.i.qui dicebatur adulter.dignam ſ.arbitrariam.conſi
deratis,quæ habentur de homici.ſicut dignum.benedictæ,ſo-
lenniter cum ſale vino & cinere.de conſecra.eccle.vel alta.pro
poſuiſti. Apoſtolum.primæ ad Corinthios. 8. vituperetur. ſe-
cundæ ad Corinthios.6.licentius.nam criminis indulti ſecum
audacia creſcit,vt hic 50.diſt.de lapſis.33.q.4.eſt iniuſta.Goffr.
vicinis.ita ꝙ vitam illius cognoſcat. de purga.ca.P. pererraret.
quod dic,vt infra de purga.cano. conſtitutus. No. quod ſacer-
1 dos † debet celare confeſſionem ſibi factam a. eocor. in gl. 1.
a & pro hoc infra de pęni. omnis. de exceſ.præla. dilectus. Nota
2 ꝙ auditur allegans † turpitudinem ſuam fauore animæ b ſicut
b hic auditur hæc mulier. pro hoc de re iudi. conſanguinei. No.
c quod non ſemper de connexis eſt idem iudicium, c imo quan-
doque de vno conſtat,non tamen de reliquo, de quo in glo.2.
3 ad hoc ſ.de ſymo.dilectus.2. No.ꝙ eccleſia polluta † debet re-
conciliari.de quo in gl.3. & de hoc de conſecratione eccle. vel
alta.c.vno.lib.6. Oppono primo, ꝙ ſacerdos debuerit puniri,
qui reuelauit confeſſionem mulieris ſibi factam. præallegato
c.omnis.Solu. hoc fecit forſan inductus pro teſte a muliere.de
ſymo.nemo. vel ex officio epiſcopi vocatus, & vtroque caſu
muliere non diſſentiente. patet, quia mulier hoc primo dete-
xit, vt in textu.i.reuelauit. hinc eſt, ꝙ ſacerdos non ſic reuela-
uit nomen adulteri. Oppo.ſecundo, ꝙ non fuerit credendum
mulieri contra presbyterum. tum quia mulier,tum quia ſola,
tum quia particeps delicti. quod dic, vt de teſtibus quoniam.
& c.veniens.1.Hoſt.ſtat cõtrario. ſed dicit, quod nihilominus
propter infamiam eſt indicenda purgatio,vt ſequitur.quod in
telligo, niſi conſtaret infamiam ortum habuiſſe a dicto mu-
lieris,quia tunc non indiceretur purgatio,ſi conſtaret mulierẽ
fuiſſe maliuolam. quod dixi in clemen. prima.de offic.ordin.
Oppo. tertio in eo, quod mandat deficientem in purgatione
ab officio ſuſpẽdi,debuit enim grauius puniri, prout habetur
de cohabita.clericorum,ſi autem.& c.tuam. Solu. hoc fit mo-
liendo pęnam, ſecundum Hoſtiẽ.dicit Ioan.Andr.ꝙ ſi ad ali-
quam pęnam fuiſſet hic actum,illa debuiſſet imponi deficien
ti in purgatione.de accuſationibus,accedens,ad finem. ſed cũ
nulla forma iudicij inſtituta fuiſſet, ſuſpendi debuit propter
infamiam,ſi ſe non purgaret.Ego dixi in cap.accedens ꝙ defi-
ciens in purgatione habetur ac ſi eſſet conuictus in inquiſitio-
ne; non autem tanquam conuictus in accuſatione,quod pro-
baui rationibus ibi,& ad contraria reſpondi.

ADDITIONES.

a Factam. Adde c.ſacerdos.de peni.diſt.6.& Spec.titu.de proba.in §.probare.
in vlt.col.verſ.ſed cum presbyter.
b Fauore animæ. Adde glo.& doc.in c.ex tenore, de conceſſ.preb. glo. in c.in-
ter dilectos.de dona.Bar.in l.ſi ſeruus plurium.in §.fi.ff.de lega.primo.
c Iudicium. Adde c.quæſitum,de rerũ permu.c.præterea.de tranſactio. c.quan
to.de iudi.c.tranſlato.de conſtit. Abb.in c.literas.in 2.col.de iura.calum. Lu
do.Rom.conſ.362.incip. præſens conſultatio,in duo quæſita diuiduntur.

SVMMARIVM.

1 *Caſus,in quo prius probatur replicatio,quam exceptio.*
2 *Caſus,in quo quis cogitur eſſe bigamus.*
3 *Delicta an tollantur compenſatione.*

INtelleximus Mulier petens reſtitutio-
nem mariti repellitur per
exceptionem adulterij manifeſti, niſi vir etiã adul
terarius eſſe probetur. primo facti narratio, ſecun-
do iudicis inſtructio ibi,quo circa. Repuliſſet. forte ſuſpectam
habebat de adulterio. Abiurans.i.cum iuramento repudians.
Innoc.ad hoc de cohabi.cleri.clericos. Reſtitui, vt ſpoliata,vt
ſupra in prin.Inficiens,forte negabat vtrumque, ſcilicet ſe ſpõ
te receſſiſſe. quod probari poteſt de renuncia. ſuper hoc, & ſe
a adulteriũ cõmiſiſſe. Reprobari. quod licet.de teſtib.licet.3.ni-
1 hilominus a,id eſt nõ obſtante mulieris adulterio. No.caſũ,† in
quo pri9 probatur replicatio,q̃ exceptio,ſm Abb.ſed nõ colli-
2 gitur hic & de hoc ſupra de excep.a nobis. No.caſum,† in quo
quis cogitur eſſe bigamus.nam cogitur recipere coniugẽ adul
teram.

ADDITIO.

a Nihilominus. Adde l.cum mancipium.in §.circa. C.de iudic. & in l.a. in §.
primo.ff.de vi bo.rap.

Digitized by Google

teram. Oppo. primo, ꝙ non debuerit excommunicari mulier
propter adulterium, vel etiam adulter, quia propter delictum
non fertur excommunicatio ab homine, ſed propter contu-
maciam. de ſent. excom. ſacro. Sol. forte ſecundum Inno. pro-
pter contumaciam tantũ, & non propter crimen, de quo non
cõſtabat, fuit lata excõmunicatio, vel recitat factum, nec quę-
ritur, an iuſte vel iniuſte, ſecundum Hoſt. vtraque vera, ſed pri-
ma diuinat. Oppo. tertio in eo, ꝙ papa non ponderauit exce-
ptionem mariti, quatenus dicebat mulierem receſſiſſe ſpon-
taneam, cum tamen non poſſit dici ſpoliata, pro hoc regula
damnum. lib. 6. ſola namque volũtate perdidit poſſeſſionem
a nemine deiecta. Sol. vt in glo. 1. quã nota, & eius effectus eſt,
ꝙ licet recedat de domo viri ſponte, non eſt ſpoliata, ſed cum
virũ repetit & reiicitur, tunc dicitur ſpoliata. idem no. de reſti.
ſpolia. literas. in glo. 3. & de diuor. ſignificaſti. in gl. prima. Op.
tertio in eo, ꝙ enumerat tantum duos modos probandi per
euidentiam rei, & confeſſionem legitimam mulieris. nam po
teſt de adulterio conſtare etiam aliis modis, vt per teſtes. Solu.
ſta contrario ſecundum Goffr. vel dic, ꝙ adulterium non im-
pedit reſtitutionem, niſi ſit notoriũ. de diuor. ſignificaſti. pro
hoc textus hic ibi, ſi prædicto modo. Ponit autem hic lo. mul-
ta ſpecialia in cauſis adulterij. Primum ꝙ multis caſibus re-
pellitur eius accuſatio, vel exceptio, de quo hic in gl. pen. & ex
hoc ſequitur aliud, quia non admittitur, qui iniuriam ſuam
proſequitur, contra id. 4. q. 6 omnibus. 2. q. 1. prohibẽtur. Item
eſt ſpeciale, ꝙ propter præſumptionem damnatur aliquis de
adulterio. 32. q. 1. dixit. Item ꝙ in eo peremptoria debet oppo-
ni ante litem conteſt. & non admittitur poſt. ff. de adulteriis. ſi
ſi maritus. §. præſcriptiones. C. eo. ti. l. adulter. & hoc in caſibus
illis. Item condemnatus in modum exceptionis de hoc crimi
ne, punitur. ff. de adulteriis. l. 1. §. ſi publico. quod intellige, vt
no. de ordi. cogni. c. 2. in fi. glo. penult. Item ſeruus admittitur.
12. q. 2. qui manumittitur. cum duabus l. ſequẽtibus & minor
annis. ff. eo. ſi maritus. §. lex iulia. de reſti. ſpo. ex parte. Item non
ſubuenitur minori. ff. de mino. l. auxilium. Item nulla dilatio
datur in hoc crimine, niſi ex cauſa. ff. eo. l. in crimine. Item non
tollitur hoc crimẽ in baptiſmo. de diuor. gaudemus. Item vxo
ris adulterium nocet viro. 34. diſt. ſi cuius. 32. q. 1. in coniugio.
Item vir, & mulier de hoc ſimul accuſari non poſſunt ab eo-
dem, & ex eadem cauſa. C. eo. l. reos. Oppo. quarto in eo, ꝙ di-
cit paria delicta mutua compẽſatione tolli. de l. apud Celſum.
§. Marcellus. ff. de doli exceptione. glo. penul. in verbo, mutua
compenſatione. remittit ad c. dilecti. de except. vbi de hoc in
vlti. glo. & ibi dixi. Sed Inn. ponit latam gl. circa hoc, quam pri
mo expediam. deinde quid iuris mihi viſum fuerit, adiiciam.
Dicit itaque Innoc. quoſdam intelligere contrarium, quando
ſuper eodem eſt actio, & exceptio. hic autem de diuerſis adul-
teriis agitur. Alij dicunt illud eſſe ius commune, ꝙ communis
malitia magis noceat actori, quam reo. hic autem in tex. ſpe-
ciale, magis, fauore matrimonij. quæ duę ſolutiones non ſatiſ-
faciunt, ideo ſoluit Inn. tertio, ꝙ §. marcellus. concordat ei, qđ
hic dicitur. nã ibi dicitur, ꝙ ſi quis agit contra aliquem actio-
ne de dolo, vel quæ propter dolum datur, vel ſi agit interdicto
de eo, per quem factum erit, & excipitur de dolo cõmiſſo cir-
ca id, de quo agitur, ſiue circa rem, ſiue circa contractum, ſiue
iudicium, audiendus eſt excipiens, & agens replicans, non. &
hoc ſonat litera. §. marcellus. vbi dicitur, ꝙ communis malitia
non debet prodeſſe petitori, & nocere ei, cum quo agitur. ad
hoc. ff. de eo per quem factum erit. l. vlti. pro hoc, quia in turpi
cauſa potior eſt conditio poſſidentis. ff. de condictione ob tur-
pem cauſam. l. penult. & l. vbi. pro hoc etiam, ꝙ dicitur dolum
cum dolo compenſari. ff. de contrahenda emptione. l. dolum.
de dolo ſi duo. de compenſa. ſi ambo. de pęnis conſtitutus. pro
hoc eſt, quod dicitur, paria crimina mutua compẽſatione tol-
li, quamuis non ſint commiſſa cauſa alterum decipiendi. ff. ſo
luto matrimonio. l. viro. de regu. iur. l. cum par. Oppono quin-
to ad hoc, quia ordinatus ſine titulo petit beneficium ab ordi-
natore: & ſi ordinator excipit, tu deliquiſti ordinem recipien
do, replicabit ordinatus, & tu ſimiliter ordinando, & per hoc
repelletur exceptio: & tamen prima petitio incipit a dolo, vel
delicto. petit enim ſic: cum me ordinauerit ſine titulo peto,
ꝙ mihi prouideat. Solu. ſecundum Innoc. fallunt prędicta hoc
caſu, & eſt ratio, vt vitetur communis iniuria, quæ eſt, ſi cleri-
cus mendicaret. 93. diſt. diaconi. vel dic ꝙ agens non faciet de
peccato mentionem. ad prouidẽdum enim ordinato tenetur
ordinator, etiam ſi ordinaſſet cum titulo, ſi poſtea depaupere-
tur, ſine ſua culpa. 7. q. 1. paſtoralis. & c. remoto. nam licet faci-
lius contra ordinantes ſine titulo detur hæc petitio: non eſt ta
men hęc cauſa, quare detur, quia ſine titulo ordinauerit, & ſic
deliquerit, ſed quia tenetur ordinator prouidere ordinato. de
præben. cum ſecundum. vel dic, ꝙ ordinatus ſine titulo nullo
modo peccat, ſed potius meretur, & pęna, quæ imponitur ei
eſt in iniuriã tantum ordinantis. 70. diſt. c. 1. ſecundum Innoc.
& ſic non excipiet de eo, ꝙ in ſui odium ſtatutum eſt. per hoc
dicit Innocen. ꝙ agens de dolo non poſſet replicare de dolo
contra excipientẽ de dolo: intelligendo quando excipiens in-
cipit de dolo proponere. verbi gratia. Minor petit reſtitutionẽ
in integrum. hic enim nihil de dolo proponitur: reus excipit,
tu doloſe probaſti te maiorem. & ideo licet ſis minor, cum do
loſe feceris, obſtat tibi doli exceptio, contra hũc excipientem
datur minori replicatio, a te circumuentus. hoc probaui. C. ſi
minor ſe maiorem dixerit. l. penul. ff. de mino. l. minor 25. ann.
de non alie. §. quia vero leonis. 12. q. 2. vlteranæ. & hic. & infra
c. proximo. Oppo. ſexto ad prædicta, ꝙ non ſemper delicta tol-
lantur compenſatione. nam quãdoque ſunt circa diuerſa. Sol.
ſecundum Innoc. quando non circa eandem rem agenti non
obeſt, vnde agenti furti vel iniuriæ, vel de homicidio, nõ obeſt
exceptio, ꝙ non ſit audiẽdus, quia fur, vel iniuriatus alteri, vel
qui alium occidit, niſi in caſibus, in quibus per iura datur exce
ptio, ſicut ſecundum canones, cuilibet accuſato de crimine
datur exceptio de quolibet crimine contra accuſantem. 3. q. 4.
conſanguineorum, & c. nulli. & etiam ſecundum leges admit
titur exceptio quorundam criminum. 2. q. 1. prohibentur. nec
dabitur contra excipientem replicatio. de excep. dilecti. ratio,
quia hæ exceptiones non ſunt ſpecialiter inductæ in odium
alicuius. ſed generaliter competunt contra omnes, & de iuris
rigore in certis caſibus, ideo non curat cas actor prætextu ſi-
milis criminis dicto c. prohibentur. vbi cõtra accuſatorẽ com
petit exceptio, ꝙ pecuniam ob accuſandum accepit, vel ꝙ eſt
infamis, nec poſſet replicari de ſimili crimine, vel infamiæ.
Per prædicta dicit Inno. ꝙ in hac decre. adulterium vtriuſque
coniugum eſt circa idem. i. circa matrimonium inter eos, &
in præiudicium matrimonij committitur. Oppo. ſeptimo, ꝙ
etiam poſſit opponi de eo, ꝙ nõ concernit idem, dum tamen
ſimile ſit, etiam ſi agens non proponat crimen, vt ſi aliquis re-
petit vſuras, quod non eſt crimen, opponitur, ꝙ exigit vſuras,
quas nondum reſtituit. de vſur. quia fruſtra. So. ſecundum In-
no. quædam ſunt, quæ non ſunt crimina, in quibus procedit,
quod dictum eſt. q. d. aliquid ſpeciale dicto caſu eſſe. Ad hoc
opp. quia debet petenti dari replicatio contra excipientem, vt
diceret, excipere non potes de vſuris, quia fruſtra legis auxi-
lium, &c. dicit Innoc. hoc non eſſe verum, quia ſua petitio a
principio dilacerari debet, cum ſit contra ius, & errorem con-
tinet, vt no. ff. de aſſeſſo. l. 1. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti quę-
dam. C. de inoff. teſta. in arena. Refert tamen Inno. alios dice-
re, & forte nõ male ꝙ illud fruſtra legis auxilium &c. procedit
quando is, contra quem deducitur, commiſit in legem circa
idẽ. & ſic loquitur. ff. ſi qs omiſſa cauſa teſtamenti teſtamenti.
ſed ſi non circa idem, ſecus. Exemplificat Inno. quia ſtulte ex-
cipienti de Macedoniano, replicaretur ꝙ in eandem legem cõ
miſit mutuãdo filiofa. & ſic eſt inuenire de aliis. Per hoc quo
ad c. quia fruſtra. dicit Innoc. ſpeciale in odium vſurarum. ſed
de iure eſſet, ꝙ vſurarius, qui exigit vſuras a Ioanne, poſſet re-
petere a Petro, non obſtante exceptione. Oppo. octauo ad hæc
per dictam l. in arena, vbi dicitur, ꝙ arenarius non poteſt exhæ
redare filium arenarium, quaſi velit Inno. quod tamen ibi nõ
eſt circa idem, ſed ſolum in genere conueniunt. Solu. aliud eſt
de priuata perſona, qui officium quod approbauit, damnare
non poteſt. prius enim debet trahere trabem de oculo ſuo &c.
3. q. 7. §. tria. in fi. & c. ſequenti. & maxime cum oporteat eum
exprimere cauſam illam in exhæredationem. in auth. vt cum
de appel. cognoſcitur. §. aliud, de quo de iureiur. quintauallis.
Aliud de iudice, qui ſecundum iuſtitiam tantum iudicare de-
bet & exceptiones admittere, quæ a iure admittuntur. Oppo.
nono ad idem, quia poteſt quis delinquere in vnam legem:
nec per hoc debet priuari beneficio cæterarum. Sol. dicit Inn.
ꝙ prædicta procedunt, quando commiſit in legem, per quam
datur exceptio. de excep. cum eccleſiaſticæ. & ſic loquitur lex
in arena. poteſt tamen ſecundum Innoc. c. cum eccleſiaſticæ,
etiam aliter intelligi. quod dic, vt ibi dixi. per hæc dicit Innoc.
ſecus eſſe, quando duo non contra legem, ſed ſecũdum legem
faciunt: puta quia ambo ſunt abſentes cauſa reipublicæ. tunc
enim vterque contra alterum iuuatur reſtitutione in integrũ.
ff. ex quibus cauſis maio. l. vlti. Oppo. decimo adhuc ad prædi-
3 cta, ꝙ delicta † non tollantur compenſatione. nam quãdoque
alter eſt in dolo, alter in culpa, & ſic dolus culpæ præponderat.
ff. ad l. Aquil. l. ſed ſi obſtetrix. §. vlt. Sol. textus dicit paria deli-
cta per hoc ſecundum Innoc. dolus cum dolo, & culpa cũ cul-
pa compenſatur. ff. de compenſa. l. ſi ambo. ſed ſi ex vna parte
eſt dolus, ex altera culpa, ſtat contrariũ dictæ l. ſed ſi obſtetrix.
§. vlti. pro hoc l. ſi procurator. eo. titu. ad l. aquil. Si vero ex vna
parte ſit culpa lata, ex altera leuis: adhuc lata præponderat, quia
comparatur dolo. ff. ſi menſor falſum mo. dixerit. l. 1. §. lata. Sic
etiam ſi alter fuit in leui, alter in leuiſſima: potior eſt, qui mi-
nus

Digitized by Google

nus deliquit.ff. de verb.oblig.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ſecundum
Innoc.& idem Hoſt.infra e proximo. De hac materia in Spec.
de excep.§.vlti. verſ.ſed nunquid.per Dynum in regula impa-
ri.lib.6.dixi in c.dilecti.de excep.vbi de hoc in glo.fin.& dic,vt
ibi.vbi reddidi rationem, quare hic exceptio adulterij tollitur
per replicationem adulterij.Et ex hoc habes caſum,in quo vir
non poteſt obiicere vxori adulterium: alios colligit glo.penul.
& de hoc no.32.q.6. in ſumma. & adde caſum in viro, cui ob-
ſtat proprium iuramentum. de iureiur.quemadmodum ad fi.
Item ſi vir ſcienter cognouit vxorem poſt adulterium, vt not.
infra c.proxi.de quo in Specu.de accuſatore.§.1. ver.item cõn-
tra agentem.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio adulterij contra agentem de adulterio, an ſit dilatoria, vel peremptoria.*
2 *Vir an poſſit ſine eccleſiæ iudicio vxorem adulteram eijcere.*
3 *Mulier ſi eſt accuſata de adulterio ad pœnam legalem, & excipit de fama de morte viri: an teneatur de adulterio.*

TVa infra. Adulteria cõiugum mutua com-
penſatione tolluntur. communis
diuiſio. ſecunda ibi, ſuper quo. denegante. quod
facere poteſt.32.q.1.dixit dominus. de diuor. por-
ro,quod dic,vt in gl.& plenius infra dico.deprehenſæ. quo ca-
ſu non ſunt teſtes neceſſarij, niſi per quos probetur deprehen-
ſio,quia nec inficiationi eſt locus.de cohabi.cleri. c.fi. de accu-
ſa.euidentia.Hoſti.paria.in quantitate.& qualitate,quod infra
declarabo.& patet ex notatis.s̃.c.proximo.Oppo.primo,quod
vxor deprehẽſa in adulterio non poſſit petere cogi maritum,
vt maritali affectu eam tractet, ex quo manifeſte commiſerit
adulterium. nam manifeſta probatione non indigent. de co-
habi.cle.veſtra.vbi de hoc.Sol.dic.verbum,manifeſte,exponẽ-
dum.i.notoriè. & tunc de adulterio notorio ad notorium fit
compenſatio.& dicitur notorium ſecundum Io.Andr.ſi infra
octo dies de illo poteſt fieri fides plena.de excep.c.1.li.6.de ſen.
excom.ſolet.eo.lib.vel infra duos menſes. ſic enim,& in ciuili-
bus fit compenſatio debiti liquidi ad liquidũ. & dicitur liqui-
dum,quod infra duos menſes probari poteſt. de hoc de depo.
bona fides.vel in eadem inſtantia, ad hoc ſupra cap. proximo.
& per hoc arguendo a contrario literæ, de adulterio dubio ad
liquidum non fiet compenſatio.Opp.ſecundo,ꝙ non obſtan-
te adulterio mariti poſſit accuſari mulier de adulterio. nam
delictum vnius non debet præſtare alteri impunitatem, ne re-
maneant delicta impunita.de ſen.excom.vt famæ.Sol.propter
adulterium viri tollitur ſibi ius accuſandi matrimonium quo
ad ſeparationem thori,vt colligitur hic, & ſupra ca.proximo.
quam haberet vir, ſi non fuiſſet adulteratus. ſimiliter tollitur
viro exceptio adulterij contra mulierem eum repetẽtem. ſed
accuſatio directa ad pœnam non tollitur.32.q.9.c.1.& 2.ſimile
de ordi.cogni.c.finali.& ſic loquitur contrarium. quod dic, vt
in l.1.alias.2.§.ſi publico. ff. de adulteriis. & per Dyn.in regula
1 impari.lib.6.Circa hoc † quæro, nunquid exceptio adulterij,
quæ proponitur ↄ̃ accuſantem de adulterio ad thori ſepara-
tionem,ſit dilatoria,an per perẽptoria. dicit Inn. ꝙ eſt perem-
ptoria,& poteſt proponi ante lit.conte.& poſt, vt hic. & ſupra
c.proximo. Ex hoc infert, ꝙ etiam ſit declinatoria iudicij, vt
accuſans ad ſeparationem thori, non ſit audiendus,cum & ip
ſe adulterium commiſit.argu.32.q.6. c.primo, & finali. Sed ſi
agitur ad pœnã infligendam,tunc vt ſupra dixi,agenti de adul-
terio nõ obſtat exceptio alterius adulterij, ſicut nec lenocinij:
quia peccatum vnius,alterum ad pœnam non releuat.ff.eo.tit.
l.1.§.ſi publico. ſm Inno.vnde tunc nulla exceptio proponitur
contra accuſantem poſt litem conteſt.ff.eo.l.ſi maritus §.præ
ſcriptiones.Quæro,nunquid cõtra agentem ad ſeparationem
thori propter adulterium competit exceptio adulterij,& poſt
peractam pœnitentiam.dicit Innoc.ꝙ ſic, per c gaudemus.ad
fi.de diuor.ſecus dicit contra denunciantem ad pœnitentiam,
quia tunc non competit.de iniur.quemadmodum. in fi.ſupra
c.proximo. vbi no. Quid ſi maritus reddit debitũ vxori,vel ab
ea exigit. dicit Innocẽ. ꝙ per hoc ſibi non præiudicat, niſi hoc
faciat poſt ſententiam diuortij ad eius inſtantiã latam, de quo
dic,vt in glo.ibi,ſed ſi ad mandatum eccleſiæ. quæ idem ſen-
tit.& de hoc in ſumma.de biga.§.quare bigamus. ſub §.fi. ver.
9.per Hoſt.de hoc etiam de conuerſi.cõiug.c.fi.& de ſen. excõ.
2 inquiſitioni. Quæro, an vir † poſſit vel debeat vxori adulteræ
ſine iudicio eccleſiæ debitum ſubtrahere,& eam a ſe abiicere,
& dotem retinere,& eadem quæſtio eſt ecõnuerſo,quia nõ iu
dicatur ad imparia.32.q.1.ſi quis vxorem.& qõ.5. præcepit. &
q.7.apoſtolus.de diuor.c.2.ſupra c.proximo.ſed ꝙ quæritur de
dote quo ad mulierem,quærendum eſt de donatione propter
nuptias quo ad virum.de dona. inter virũ & vxorem, pleriq;.
Ad quæſtiones miſſas patet ſo.in glo.& in ea ibi,alter publice.
dicit Hoſt.ſi occulte.ſed contra eſt, quod dixi ſupra in primo
contrario: quod eſt verius,tamen ſi poteſt facile liquidari,au-
ditur obiectio. Item etiã ſi non facile, dummodo liquidetur,
poſt liquidationem erit locus compenſationi. & ſic procedit,
quod dicit Hoſti.& ibi contrarium puto.idem Hoſtien.hic. &
ſupra eo.vir.& ibi laudabilem.vbi de hoc,ibi Ioãnes. cuius eſt
glo.& idem Goff.Io.autem Cal.diſtinguit clarius.nam quo ad
primum de ſubtractione debiti. Aut mulierem pœnitet, aut
non. primo caſu vir ei ſine peccato reddit debitum, & exigit.
32.q.1.de benedicto.& c.quod autem. & c.ſequentibus, ſupra
eo.ſi vir.in fi.ſed non tenetur,niſi de honeſtate,vt probãt dicta
iura.& ideo exponitur verbum, debet, de honeſtate. s̃.c.ſi vir.
in glo.penult.Secundo caſu nec exigere, nec reddere poteſt ſi-
ne peccato. patronus eſt enim turpitudinis,&c.32.q.1.c.1.2.&
3.& cap.ſi quis vxorem. ſupra eo.ſi vir. de iureiur.quemadmo
dum.etiam ad mandatum eccleſiæ, cum enim ſit peccatum,
potius excõmunicationem humiliter ſuſtinebit. quo ad Deũ
enim non erit ligatus. de reſti.ſpo.literas. ad finem.de ſenten.
excomm.inquiſitioni. mandabit tamen eccleſia, ꝙ reddat, ſi
ſibi de adulterio non fit fides.de diuor.porro.33.q.2.ſeculares.
35.q.6. multorum, quo autem ad illud, an poſſit eijcere a co-
habitatione,dic,ꝙ poteſt eã expellere,ſed non tenetur. 32.q.7.
apoſtolus.ſed ſi eccleſia, cui de adulterio nõ conſtat, mandet,
ꝙ eam recipiat,vel retineat,debet parere, ſicut in ſuperiori ca-
ſu,quando non fit fides de adulterio, & adultera eſt pœnitens,
tenetur reddere debitum ad mãdatum eccleſiæ: alias videtur
contemnere.8.q.1.ſciendum.de regula.licet. ſecũdum Io.Cal.
Sed contra eſt,quod ſupra dixi. hoc caſu hunc non teneri,niſi
de honeſtate, quod eſt verius. ideo dico, ꝙ poterit appellare a
tali mandato.hoc tamen procederet, quando de adulterio fi-
des facta foret,vel fieri poſſet.Io.autem Cald. loquitur, quan-
do non ſit fides, quia tunc paria ſunt non eſſe vel eſſe, & non
probari.de concel.præben. cum ſuper. 2.q.7. plerique. Ad ter-
tium de dote dic, ꝙ vir propter adulterium vxoris propria au
ctoritate dotem retinere non poteſt, quia hæc eſt pœna fori
contentioſi. ideo non niſi per competentem iudicem impo-
nenda.33.q.2.§ in hoc capitulo.Io.Cald.ex hoc,& ex præcedẽ-
ti membro apparet, ꝙ licite propter adulterium poſſit vir vxo
rem eijcere de domo.quod eſt verũ quo ad hoc, ꝙ non ex hoc
punietur,ſed tamen mulier reſtituetur.vnde dicit gl.hic in ver
ſic.& licet vxori adulteræ,ꝙ non debet expellere de domo,etiã
ſi notorium ſit adulterium.per c.porro. de diuortiis.ſed ibi lo-
quitur,quando conſanguinitas eſt notoria: non autẽ de adul-
terio in ver.preterea.ſed ille ver.ſeu.§.nihil facit,vt ibi patet. Itẽ
glo.hic non ſtat opinioni prædictæ. ſed contrarium tenet ibi,
ſed contrarium puto.dicens, ꝙ quando adulterium eſt noto-
rium,poteſt vir expellere vxorem propria authoritate, per c.ſi
gnificaſti.de diuor.& hoc caſu valet expulſio cum effectu.non
enim præcipiet eccleſia viro,ꝙ cohabitet adulteræ.& ad c.por
ro.reſpondet, ꝙ non probat id, ad quod inducitur ſecundum
intellectum,quem ibi dedi & in c.ſignificaſti. Circa hoc quæ-
ro de quæſtione facti, maritus propter adulterium non noto-
rium expulit vxorem de domo,quæ ſic ſtetit per annum,& quia
aliunde ali non poterat, alimenta acquiſiuit mutuo. deinde
petit alimenta a viro præterita, & futura ſibi decerni, maritus
excipit de adulterio: replicatur,ꝙ crimen adulterij non noto-
rij non priuat vxorem alimentis,vel aliis iuribus,quę habet in
marito,niſi demum lata ſit ſentẽtia ſuper crimine. quæritur,
quid iuris. conſuluit Fredericus de ſenis, vt ponit in opere cõ-
ſiliorum.c.171.pro muliere,reſpectu præteritorum alimento
rum dicens,ꝙ illa debentur.nam etiam donec pendet accuſa-
tio,debentur vxori alimẽta a viro.de accuſa. ex parte. & quod
ibi no.fortius itaque poteſt præterita petere, ſed lata ſententia
denegabuntur in futurum. Quæro conformiter de alia quæ-
ſtione facti. Iudex ſecularis procedebat ſuper cauſa alimento-
rum petitorum a muliere contra maritum: excepit maritus
contra eam de adulterio notorio, propter quod dicebat eam
fuiſſe priuatam omni iure ſeruitutis, & obligationis a diẽ no-
torietatis per id, quod habetur de dona. inter virum & vxo.c.
plerumque.& no. vt lite non conteſt c.1. delata fuit hæc exce-
ptio ad iudicem eccleſiaſticum, quia quæſtio adulterij cum
tenditur ad ſeparationem thori,pertinet ad forum eccleſiæ,vt
lite non conte.c.1.de procur.tuæ. & ſentit Inn. qui ma.ac. poſ
ſunt,ſuper rubrica.quærebatur, nũquid interim ſuper alimen
tis poſſet procedere iudex ſecularis. cõſuluit idem Fredericus,
vt patet in eodem libro cap.229.ꝙ non, ſicut & alias non pro-
cedit pendente quæſtione præiudiciali tractanda coram eccle
ſiaſtico.de ordi.cogni.tuam.qui fi.ſint legi. lator. de ſent.excõ.
ſi iudex laicus.in fi.lib.6. Et ex hoc ſequitur, ꝙ iudex eccleſia-
ſticus potuit inhibere ſeculari, ne interim aliquid innouaret:
imo

Digitized by Google

imo & ſine inhibitione debuit ſuperſedere ex natura præiudi-
cialitatis prædiſcutiendæ: dictis c. & de iud. exhibita. Ex hoc in-
fertur, ꝙ quo ad hoc quæſtio alimentorum in vim conſequen
tiæ, & acceſſorij quatenus depēdet a quæſtione adulterij, cum
agitur ad ſeparationem thori, pertinet ad forū Eccleſiæ, ſicut
& quæſtio dotis, tanquam acceſſoria matrimonio. de dona.
3 inter virum, & vxorem. cap. 3. quæ nota. Quæro, ſi † accuſatur
mulier de adulterio ad pœnam legalem, de qua habetur de
conuerſi. coniuga. gaudemus. cum ibi notatis, & ipſa excipit,
ꝙ tempore commiſſionis delicti publice dicebatur, & com-
munis opinio, & fama erat, maritum eſſe mortuum, & hoc
probat, an teneatur de adulterio. videtur, ꝙ non, quia non cō
mittitur ſine dolo. ff. de adulteriis. l. penult. quod tenuit Frede-
ricus. & fuit quæſtio facti, vt patet in eius conſiliis. conſil. 162.
pro hoc. 34. q. 2. in tribus vltimis c. vbi habetur, ꝙ mulier co-
gnita ab eo, qui cognouerat ſororem ipſius mulieris, ſi mulier
hoc ignorauit, licet non excuſetur a fornicatione, excuſatur ta
men ab inceſtu. ita in propoſito potius eſt ſimplex fornicatio,
quam adulterium. hæc autem differunt. 36. quæſt. 2. §. cum er-
go. per hoc infertur, quod non per iudicem ſecularem, ſed per
eccleſiaſticum puniri poteſt, quia crimen fornicationis indu-
ctum eſt iure canonum, vt no. 32. q. 4. nemo. in glo. ſic. quæ eſt
ad hoc ſingularis, & in materia.

De raptoribus, incendiarijs, & violatoribus eccleſiarum. Rubrica.

In decalogo continetur, non occides, non mechaberis, non
furtum facies. viſo ſupra de homicidio, & de adulterio. de fur
to erat vidēdum. Verum, quia rapina partim ſe habet ad me-
cham cum vir. ſ. vel mulier ad ſtuprum rapitur. infra eo. in ar-
chiepiſcopa. & c. penult. & finali. partim ad furtum. ſ. cum res
rapiuntur. Ideo hic interſerit rubricam de raptoribus. Et quia
incendiarij, & violatores eccleſiarum ad reſtitutionem tenen
tur, vt raptores. Ideo de incēdiariis, & violatoribus eccleſiarū
ſubiicit. De rapina, quæ fit pro adulterio, ſeu ſtupro. 35. q. 1. &
2. 27. q. 1. ſi quis rapuerit. 7. q. 2. diſpēſatus. cum tribus c. ſequen
tibus. de rapina rerum. ꝫ. tit. proximo. De incēdiariis. 23. q. vlt.
ſi quis membrorum. & c. peſſimam. 12. q. 2. cum deuotiſſimā.
De violatoribus eccleſiarum. 11. q. 3. canonica. 17. quæſt. 4. per
totum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio fertur ab homine propter delictum.*
2 *Forum propter delictum quis dicitur ſortiri.*
3 *Iudex domicilij an teneatur remittere ad iudicem delicti.*
4 *Archiepiſcopus delinquens in diœceſi ſui ſuffraganei, an poſſit ab illo iudicari.*

DE illis. Raptor ab illo epiſcopo punitur
in cuius dioce. rapinam cōmiſit,
& iudex domicilij ſuffragatur. primo the-
ma, & exceſſus recitatio. l. ſecūdo punitio ibi,
placuit. Et illa habet duo dicta, quæ patent
ex ſummario. ibi quorum rapinas. quo ad
mobilia, ſed nō ſe mouētia. depredationes.
quo ad mobilia, & ſe mouentia. vel ponuntur pro eodem, pro
maiori expreſſione. peragūt. præpoſitio, per, auget. ideſt valde
agunt. de conſu. c. 3. parochia. i. dioceſis, nec eos recipiat, ſed
potius faciat excōmunicationem tenere. 11. q. 3. curæ. de treu.
1 & pace. c. 1. No. ꝙ excōmunicatio † fertur ab homine propter
a delictum [a]. proprie tamen fertur hic propter contumaciam [b]
b in non ſatisfaciēdo. Item ꝙ excommunicatus propter crimen
ſeu propter contumaciam in nō ſatisfaciendo, de crimine nō
abſoluitur, niſi ſatisfaciat. hoc probatur ibi, nec ante exeat ex
parochia. quod exponitur. i. ex ſententia excommunicationis
quantum ad effectum. vel intelligendo ex parochia. i. dioce-
c ſis [c] propriæ, prout iacet. non ex parochia, ideſt non liberanť
a iudice parochiæ. i. ab epiſcopo dioce. ſ. non abſoluitur, niſi
ſatisfaciant. No. ꝙ excommunicatus per vnum epiſcopum vi-
tatur in omni epiſcopatu. concor. dedi. ꝫ. de c. curæ. in textu.
2 No. ꝙ propter delictum ſortitur quis forum, † quod dic, vt in
glo. & ꝫ. de fo. compe. c. fi. Opp. primo in eo, ꝙ dicit tex. de pa-
rochia non exeant. non enim propter excōicationem debet qs
teneri in vinculis, quia non reperitur iure cautum. Sol. vt ſupra
patuit notādo, exponēdo ex parochia, vt ſupra, vel aliter dic,
ꝙ poteſt teneri inuitus in loco, vt ſatisfaciat. infra de ſen. excō.
vt fama. eo. tit. ſi clericus. lib. 6. & tunc no. ꝙ iudex delicti deti-
net delinquentem in carceribus donec ſatisfaciat. Opp. ſecun-
do, ꝙ debuerint abſolui ante omnia preſtita cautione de parē-
do mādatis eccleſiæ. ꝫ. de ſen. exc. cum deſiderES. & c. per tuas.
eo. tit. ſolet. lib. 6. Sol. iſti erant excōicati pro manifeſta offenſa,
ideo nō abſoluuntur niſi ſatisfaciant. Secus ſi pro dubia. quod
dic, vt in ꝫriis. & in c. venerabilibus. de ſent. excom. lib. 6. Opp.
tertio, ꝙ non debeant remitti per Epm̄ domicilij ad iudicem
delicti: ſed ipſe Eps̄ domicilij debeat cognoſcere. ff. de cuſto. &
exhi. reo. l. de militibus. Propter ꝫrium quidam dixerūt, ꝙ Eps̄
delicti poteſt cognoſcere, ſed non punire. ſed glo. hic reprobat
per c. poſtulaſti. de fo. cōpe. vbi puniunt, licet executio fiat per
iudicem rerum, vel beneficij, & hoc verius. Et ad l. de militib.
rn̄de, ꝙ eſt ſpeciale in milite, de quo diſtingue, vt in l. magiſte-
rij. C. de iuriſdi. omn. iudi. Opp. quarto ad hāc ſol. quia ſi iudex
pronunciabit, ſententia erit nulla tanq̃ a non iudice ſuo lata. ꝫ.
de iudi. at ſi clerici. glo. hic metu huius ꝫrij in princ. inducit, ꝙ
fuit de foro iudicis delicti, & inducit concordantias: hoc pro-
cedit in foro iudiciali, ſed in pœnitentiali aliter dicitur. ſ. ꝙ rō-
ne delicti quis non ſortitur forum. no. glo. 16. q. 1. c. 1. probat c.
omnis. infra de pęnit. & remiſ. quia debet fieri confeſſio pro-
3 prio ſacerdoti, & ibi dicam. Oppo. quinto † ad idem, ꝙ nō te-
neatur iudex domicilij remittere ad iudicē delicti. ff. de accu.
l. ſi cui. §. eiſdem. vbi dicit gl. ꝙ de vrbanitate fit remiſſio. quod
etiam tenet glo. in cle. paſtoralis. ver. ꝙ ſi punitio. glo. ſed nun-
quid. de re iudi. Solu. de hoc ſunt opiniones. nam gl. hic tenet,
ꝙ de neceſſitate fit remiſſio. & idem tenet gl. in §. ſi quis nemo
comprehenſorum. in auth. vt nulli iudi. Inno. hic dicit, ꝙ quia
iſti erant profugi, & vagabundi: ideo fit remiſſio ad iudicem
delicti, ſicut fit de eo, qui latitat, quod dictum no. quia ex hoc
arguitur, cenſeri quem vagabundum etiam ſi habeat domici
lium alicubi, ſi nō habet habitationem firmam, hic enim tex
tus dicit, ꝙ habeant proprium Epm̄, qui intelligitur. ſ. ratione
domicilij. Ille enim dicitur proprius iudex quaſi naturalis.
Sed iudex ratione contractus, vel delicti dicūtur accidentales.
ad hoc. ꝫ. de ſo. compe. c. fi. eo. tit. Romana. §. contrahentes. li. 6.
& ꝙ vagabundus dicatur, vt dixi, tenet gl. in l. 4. §. ſed domum.
ff. de dam. infec. ſed alia glo. in l. eius. §. ſed ſi quis. ff. ad munici-
pales. dicit exigi, ne alibi habeat domicilium: puta quia locus
domicilij fuit exuſtus, vt Carthago, vel Troia. primum com-
mutius. quod vt dixi, ſentit hic Inn. & idem tenet ꝫ. de eo, qui
mit. in poſ. c. fi. vbi notaui. Vult ergo Inno. ꝙ iſti remittuntur,
quia vagabundi. Sed dominus Ioan. Cal. dicit non faciendam
remiſſionem de vagabundo, per l. primam. C. vbi de cri. agi
opor. & ibi glo. dicit etiam ipſam, ꝙ ſi lex prima præalleg. lo-
quitur in non vagabundo, vt non remittatur. ergo multo mi-
nus vagabundus. concludit tamen illam legem loqui in vaga
bundo. poteſt enim contingere, ꝙ contra vagabundum eodē
tempore procedetur per diuerſos iudices delictorū, quia deli-
quit in diuerſis locis: & tunc non videtur ratio quare ad alte-
rum ipſorum fiat remiſſio, ſed hæc perplexitas ceſſat in non
vagabundo. pro hoc glo. ff. de iudi. l. hæres abſens. §. ac ſi con-
ſtat. hunc articulum diſcuſſi in c. 1. ſupra de ſo. compet. & dic
plene, vt ibi. Oppo. ſexto in eo, ꝙ tex. non diſtinguit de qualita-
te perſonnæ delinquentis. poteſt enim contingere, ꝙ eſt talis
delinquens, qui eſt maior iudice delicti. vt ſi ep̄s deliquit in ple
banatu, vel archidiaconatu ſui ſubditi. gl. ſoluit circa fi. textum
debere intelligi, qñ erat talis delinquens, qui poterat iudicari a
4 iudice delicti. Circa quod formatur † qō de delinquēte archie
piſcopo in dioce. ſui ſuffraganei, vel in ꝓuincia alterius archie-
piſcopi, an poſſit iudicari ab illis. tenet̄ Hugutio. ꝙ ſic. dum-
modo agatur ad pęnam aliam, q̃ depoſitionis, quia ſi ad depo-
ſitionem ageretur, ſolus Papa iudicaret. 3. q. 6. q̄uis. & c. multū
ſtupeo. Et no. differentiam, quā glo. facit, quia vult ep̄m nō poſ
ſe iudicari a ſuo ſubdito. tamen tenet, ꝙ Archieps̄ poſſet iudi-
cari a ſuffraganeo. & ſic ſibi contradicit. De hoc tamen articu
lo aliqualiter altius exordiendo, eſt ſciendum, ꝙ vtrum ſupe-
rior delinquens in territorio inferiorum poſſit ligari per ſen-
tentiam illius, vel ſtatutum. Item vtrū Eps̄ delinquens ligetur
ſuo ſtatu, fuerunt opiniones. Hugutio tenuit, ꝙ non, vt hic in
glo. & no. 3. q. 6 c. 1. 92. diſt. ſi qui Epi. & hāc opinionē ſequitur
Io. An. in regula cui licet. lib. 6. tangit etiam in c. 2. de cōſti. li. 6.
Archidiac. in d. c. 2. tenet ꝫnum. & fuit opinio aliorū antiquo-
rū, vt ibi dicitur. ſ. Bartholomæi Brix. fuit etiam Petri in authē.
quibuſcūque. C. de ſacroſan. eccl. Mouua opinionum pro pri-
ma, ꝙ nō ligetˀ, quā tenet hic Io. Cal. D. Io. de Ligna. & oēs, in-
ducitur l. minor. ff. de mino. de arbi. l. pen. ꝫ. de ma. & obe. cum
inferior. de inſti. c. fi. Item ꝙ Eps̄ nō ligetur ſuo ſtatuto, probatˀ,
quia

ADDITIONES.

a Delictum. Adde tex. in c. præſenti. de ſent. excom. lib. 6.
b Propter contumaciam. Adde gl. in c. epiſcopi. 11. q. 3. gl. in c. duo ſunt 96. diſ.
c Dioceſi. Adde tex. in c. nouatianus. 7. q. 1. Dominicus in c. presbyteri. in 2. no-
tabili. 24. diſt. Card. in c. cum ſeculum. in 3. no. de iure patro.

quia in generali diſpoſitione non includitur id,quod eſſet illicitum,ſi expri meretur.inf.de verb.ſign.ex parte 3.de treu.c.1.li.6.Sed ſi ſtatuẽs expreſſiſſet de ſeipſo,eſſet illicitum . Et idem arguitur,ꝙ nõ ligetur archiepiſcopus ſtatuto epiſcopi eadem ratione.Pro hoc maxime,quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris. inf. de iniur.in noſtra.Item ep̃s non poteſt ſe abſoluere,vel ſuperiorẽ: ergo nec ligare.tenet conſequentia,quia par eſt poteſtas ligandi,& abſoluendi.d.c.cum inferior.vbi gl. primum probatur per norata in c.cum ex eo.inf.de pœnitẽtiis. vbi dr̃,ꝙ epiſcopus nõ gaudet indulgentia per ſe conceſſa, & tamen indulgentia eſt perpetua.de offi.legati.c.fi.Pro opinione aliorum,ꝙ ligentur, inducitur c.1.2.& 3. 24.q.2.c.nemo condemnat. 11.q.3. lex.3. ff.de offi.præſi.de pactis.l.cum in eo.de admi. tutorum.l.cum hęreditas.& quomodo veniant,dicam ſoluendo. Item ratio: quia delinquens gerit perſonam priuatam,ſtatuẽs publicam, fuit ratio Petri.& ſic ligetur,tanquam alius.ad hoc ſup.de conceſſ.præben. poſtulaſti.de ap.a collat.li.6. Tertia fuit opinio diſtinguens,ꝙ aliquando ep̃s ſtatuit cum capitulo,& ligatur ſtatuto,ſi delinquit.Aliquando per ſe,ꝙ poteſt de his quæ ſi. a plato, quãto, & c.ea noſcitur.& non ligabitur.Alia fuit opinio diſtinguens inter ſtatutum,& ſententiam viuę vocis,vt licet ep̃s non poſſit per ſuam ſententiam ſe ligare,vel abſoluere,tamen per ſententiam ſui ſtatuti ſic.Hanc differentiam improbat dominus Io.cal.hic in repetitione dicens,non poſſe aſſignari veram differentiam,quia ſm cum ſi ſentẽtia ſtatuti ligat,fortius deberet ligare ſententia vocis viuæ tanquam fortior: quia per eam ligatur ſubditus exiſtens extra territorium ſup. vt lite nõ conte.tuę.no.in c.fi.de ſor.compe. vbi tenuit,ꝙ epiſcopus domicilii poteſt excommunicare ſubditum vbicunque exiſtentem per c. cũ ſit.de appel.in fi.& per alias rationes. Sed per ſententiam ſtatuti non ligatur niſi intra territorium.de conſt.c.2. li.6.Ego vero ſaluo illam opinionem,& differẽtiam.nam ſententia ſtatuti eſt perpetua.ſup.de offi.lega.c.fi. ſed ſententia vocis viuæ ẽt continens idem.ꝙ ſtatutũ, vt ſi dicit epiſcopus,excommunico omnem,qui furtum fecit, eſt temporalis,donec ep̃s eſt in illa dignitate.gl.eſt notabilis.in c.a nobis.1.inf.de ſen.excom.Item ſententia vocis viuæ habet alias differẽtias a ſententia ſtatuti:quia aliquando fertur contra certam perſonam, & tũc requiritur forma.c.ſacro.& c.cum medicinalis, quo ad ſolemnitatem, non quo ad validitatem, & illa bene requiritur,& eſt perpetua,ex quo eſt lata.Sed quando generaliter fertur,eſt temporalis,vt dixi.vnde conſidero pro alia differentia inter ſententiam ſtatuti,& vocis viuæ.ꝙ ſicut in exemplis naturalibus videmus,ꝙ cauſa nulla agit in ſeipſam ſe corrumpẽdo: quia hoc videtur impoſſibile,ſed effectus producti ab aliqua cauſa,quę non dependet ab ea, poſt productionem bene poſſunt agere in ſuam cauſam, vt ſi faber fecit gladium poterit per gladium mutilari,& etiam interfici. Item omne aliud officium poteſt procedere illud cauſatum,cum tamẽ ſint multi effectus,qui ab eodem non producuntur in ſeipſum. Per ſimile dico,ꝙ ſtatutum, poſtquam eſt productum in eſſe ab epiſcopo,poteſt ligare epiſcopum,ſed ipſe epiſcopus per ſuam ſententiam viuæ vocis non ligat ſeipſum.Ratio differentiæ:quia inter ligantem,& ligatum debet eſſe diſtinctio, vt in iurib. ſupra alleg. ſed quando ligatur per ſtatutum bene eſt diſtinctio: quia ſtatutum non dependet ab epiſcopo: quia etiam ſi moritur,durat.& hoc proſequor in repetitione.c.2. de conſt.lib.ſexto.vbi oſtendo hanc opinionem eſſe veram attenta veritate iuris. Sed quia communiter tenetur,quod non ligẽtur etiam per ſtatutum. Ideo ſi vis hanc opinionem tenere. Reſponde ad contraria ſic. Ad c.1.2.& 3.25.q.1. dicit,quod loquuntur in facto damnato a iure communi vt in hæreſi.& ſic nõ probant ꝙ ligentur ſuo ſtatuto. Ad l.3.de offi.præſi. vbi dicitur,ꝙ præſes dẽt purgare prouinciam a malis hominibus. & propterea inducitur: quia generaliter dicit,dico,ꝙ debet diſtingui. ſ. de ſubditis,de aliis non. Ad l.cum in eo de pactis. dicit,quod ibi nõ probatur,ꝙ quis ligetur facto ſuo,ſed ſolum, quod quis cogitur ſtare ſuo facto.& ſimiliter in l.cum hæreditas,præalle. in quibus pactum tutorum factum cum creditoribus pupilli dẽt ſeruari per tutorem. non dicitur ibi,quod liget tutorem, ſed debet intelligi,ꝙ tutor cogitur obſeruare.ſ.per iudicem,per regulam ꝙ quiſque iuris.ſup.de conſt. cum omnes. Ad c.nemo contemnat.reſpondet Io. And.in regula cui licet. Ego melius in c.2.de conſt.præall.cum.n.dicit ibi,ꝙ Chriſtus ligat per vincula eccleſiaſtica.intellige,ꝙ vincula eccleſiaſtica ligãt,authoritate Chriſti,qui dedit poteſtatem eccleſiaſticam papæ,& ſucceſſorib.ſup.de elec.ſignificaſti & ſic Chriſtus ligat,ſed non vt immediatus,ſeu immediata cauſa: ſed mediata.cauſa autem immediata eſt ſtatuens,quę dẽt attendi, ſicut & alias dicimus beneficium vacare,ſi non habet rectorem immediatum, licet habeat mediatum,vt ep̃m. notat Inn.de reſti.ſpolia.olim.pro hoc c.nemo.ſup.all.nihil facit,per illud concluderetur,ꝙ papa poſſet ligari ſtatuto ep̃i, cum papa ſit minor Chriſto, ſed licet iſtud videatur abſurdum, tamen tenendo aliam opinionem, nulla eſt abſurditas,ꝙ vt priuatus ligaretur. Ad rationem Petri,quia delinquens gerit perſonam priuatam &c. dico, quod male poteſt reſponderi. tamen datur inſtantia per §. tempeſtiuum. de l.ille a quo.ff.ad Treb.vbi prętor,vel conſul inſtitutus hæres non poteſt cogi a ſe,vel cõſule,vt habeat,alias adeat, vt ſic reſtituat,cum eſſet rogatus reſtituere alteri. dic plene,vt in c.2.de conſti.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Raptor eccleſiæ ſi reſtituit,ad pœnitentiam admittitur.*

1 SVper eo. Raptor † eccleſiæ, vel violator ſi reſtituit, vel de reſtituendo cauet in vita,& in morte,ad pęnitentiam, & ſepulturam admittitur. Si vero noluit cauere,cum poſſet, ẽt ſi in morte non poteſt,clerici eius ſepulturę intereſſe non debẽt, & imponitur pœna clericis tranſgreſſorib.habet ergo quatuor dicta,ſecundum ibi ſi vero.tertium ibi,quia autem. quartum ibi,ꝙ ſi.Solemnitas pęnitentiæ.ſolemnis reconciliatio. Opp.1. in eo,quod dicitur in principio, ꝙ denegatur pęnitentia, niſi plene emendet: nam ſi peccator non plene emendat, de omnibus,admittitur ad pęnitentiam de aliquibus. inſ. de pęni. ꝙ quidam.Sol.vt in gl.ſecunda,& hic articulus plene examinabitur in c. quod quidam. Sed quantum ad textum dic, ꝙ nihil facit: quia ſecus eſt dicere ꝙ denegatur pęnitentia,ſ.ſuper illo, ſuper quo non plene emendat. Opp.2.ꝙ ſolemnitas pœnitentiæ multum proſit: quia etiam ſola cõtritio prodeſt ad euitandam pœnam gehennæ.de pœnitentia di.1.in principio.Sol.vt in glo. hoc quantum. & dic clarius, ꝙ pęnitentiæ ſolemnitas nihil prodeſt,ſed contritio ſic ad euitãdam pœnam æternam: pœna autem temporalis,quæ debetur pro delicto,ita tollitur, non per reconciliationem,ſeu ſolemnem pœnitentiam intelligendo ad quandam pompam.ſed præparationem pœnitentiæ ſic,vel in ſeculo,vel in purgatorio,vt ſit ſenſus,ꝙ ſolẽnitas pœnitentiæ.i.reconciliatio ſolemnis.ſ.ſi iſte tractaretur, vt alii fideles,& ſepeliatur in cimiterio,ſimul cum clero, iſtud nihil, vel parum prodeſt, niſi quatenus orationes clericorum faciũt minui pœnam in purgatorio, ſed intereſſentia clericorum nihil prodeſt.Opp.tertio,quia textus in ver.ꝙ ſi qui.videtur denegare pœnitentiam etiam contrito,ꝙ eſt abſurdum. Solu.vt in gl.vlt.quæ dicit,quatenus denegetur pęnitentia. textum intelligo de non contrito. Ego vero intelligo etiam de contrito,vt in caſu pręcedenti in ver.quia autem. videlicet, quod denegatur pœnitentia.i.ſolemnitas pęnitentiæ.i.ſolemnis reconciliatio,vt in contrario.

SVMMARIVM.

1 *Nauigantibus ne ſpolientur prouideri debet.*
2 *Caſus,in quo excommunicatio fertur ipſo iure.*
3 *Fidelis alteri fideli auxiliari tenetur.*
4 *Naufragi an teneantur ad aliquid domino nauis.*

EXcommunicationi. Habet duo dicta.ſm in §.illi.
in ſumma dicit. Excõicari debent,qui capiunt,aut
ſpoliant fideles,ex iuſta cauſa nauigantes. hoc primo.
Excommunicati ſunt, qui ſpoliant naufragos, niſi reſti-
1 tuant ablata. hoc dicit. Not. ꝙ prouidetur nauigantibus † ex
cauſis honeſtis,ne ſpolientur. & dicit honeſtis; quia ſi eſſent pi
ratæ,non gauderẽt hoc beneficio,ſed fieret cõpenſatio doli cũ
2 dolo.ſup.ti.1. c.pen.& fi.in §.illi. Not.caſum,† in quo fertur ex-
communicatio ipſo iure,quod intellige,vt infra dicam. No.ꝙ
3 ſecundum fidem tenetur fidelis† alteri fideli auxiliari.inducit
a gl.regulam illam,diliges proximum tuum ᵃ &c.Matt.12.Not.
textum iuncta gl. vlt.ꝙ quando pœna imponitur ipſo iure re-
ſeruato aliquo,quod ſi fiat, pœna non incurritur, debet ſem-
per intelligi monitione præcedente,vt hic in glo.vlt.& intelli
go opus eſſe declaratione, vt declaretur, non eſſe ſatisfactum
monitioni.pro hoc ſup.de præb.extirpandę.§.quia vero. & qđ
ibi no.de immu.ecc.non minus.qui cle. vel mo.clericis in fi. li.
6.de reb.eccl.non alie.c.2.§.laici & §.fi. co.lib.cle. diœceſani.de
vita & hone.cleri.& clem.attendentes. de ſta. mona.pro om-
nibus.ff. de iure fiſci.l.eius.& quod ibi no.circa princ. Quæro,
nũquid ſpoliantes alios itinerantes pro mercimoniis ſine na-
uigio

ADDITIO.

a Proximum tuum.Adde tex.in c.ſi non licet.12.q.5.

Digitized by Google

nigio ſubiaceant pœnæ excommunicationis. Hoſt. dicit idem
per c. ſi quis Romipetas. 24. q. 3. ſup. de treu. & pace. c. 2. In con-
trarium eſt: quia hæc decretalis eſt pœna & non extendenda,
poteſt tamen teneri primum, cum non ſit latę ſententię. ſed fe
rendę, & ſubeſſe vł eadem ęquitas. Quæro, quis poterit agere,
vt excommunicentur. Reſpondeo quilibet tam ſpoliatus, quã
alii. Item iudex ex officio poſſet excõmunicare ratione publici
intereſſe, ſed ſpoliatus habet plura remedia, poteſt agere, vt ex-
communicẽtur vt hic. Item infra annum habet actionem in
quadruplum, poſt annum in ſimplum, vt hic in glo. pen. quan
do ſpoliatio fit de bonis naufragorum. & additur pœna in au-
then. nauigia. C. de fur. vt prouentu omnib. bonis. Quæro, an
dominus terræ, vbi fit ſpoliatio, teneatur, & de pluribus quæ-
ſtionibus circa hoc præſuppoſito. ſ. ꝙ teneretur, quomodo pro
babitur de rebus ſubtractis. & de ſimilibus quæſtionibus no. in
l. 1. ff. ſi familia fur. fe. dicatur. & in l. ne quid, de incendio ruina
4 naufra. dixi in c. 1 de reſt. ſpo. In §. illi. Quęro, an † naufragi ad
aliquid tenentur domino nauis. dicit gl. ꝙ tenentur ad eam re-
ſarciendam. i. recuperandam per l. ratam, quã alle. ſed illa non
poteſt, quia ibi dicitur, quod ſi vi fluminis delata eſt nauis in a-
grum meum, non alterius, habebit poteſtatem auferẽdi, qua-
ſi de damno, quod ſum paſſus mihi caueas: ſed melius facit. ff.
ad l. Rhodiam de iactu. l. naues onuſtæ. & l. qui leuandæ. & no.
2. q. 7. diſpenſationes. Quæro, quæ differentia eſt inter primum
caſum, & ſecundum. reſpõdeo, quod in principio. c. requiritur
ſententia iudicis excommunicantis. In §. illi, ſurgit excommu
nicatio ipſo iure præmiſſa monitione vt dixi. ſup.

SVMMARIVM.

1 *Mulcta dicitur pœna pecuniaria.*
2 *Pœna capitalis poteſt commutari in pecuniariam.*

IN archiepiſcopatu. Ex delegatione principis de ra-
ptu ac aliis criminib. præterquam ad pœnam ſan-
guinis, poſſunt prælati eccleſiaſtici iudicare. Com-
1 munis diuiſio. ibi ſecunda, cõſultationi. No. quod mulcta † di
a citur pœna pecuniaria, quando applicatur fiſco. [a] de hoc. C. de
modo mulctarum. l. 1. & 2. Item, quod prælatus eccleſiaſticus
non cognoſcit de criminib. laicorum ex iuriſdictione ordina-
ria, patet: quia alias non fuiſſet opus delegata. Item quo præla-
ti eccleſiaſtici non habent poteſtatem infligendi pœnam ſan-
guinis, quod intellige de graui. ſup. de cle. percuſſore. ca. 2. leuis
autem conceditur, vt affligere per flagella, vt hic in textu ad
hoc 23. q. vlt. peſſimam. Si tamen prælati habent iuriſdictionẽ
temporalem, pœnam quamcunque ſanguinis imponunt per
commiſſarium ſuum, ad hoc. ſup. de Iudæis, poſtulaſti, de ho-
micidio, prælatis. lib. 6. Item not. quod prælatus poteſt eſſe dele
b gatus iudicis ſecularis. [b] & hoc generaliter, & ſpecialiter. hic
2 enim apparet, ꝙ fuit generalis delegatio. No. ꝙ pœna † capita-
lis poteſt commutari in pecuniariam. de quo hic in gl. 3. & inf.
de pœnis licet. & 2. q. 3. §. nondum. Item no. quod cauſa crimi-
nalis poteſt delegari. quod dic, vt in glo. fi. Oppo. primo, quod
non poſſit pœna capitalis commutari in aliam pecuniariam.
C. ne ſacrum baptiſma iteretur. l. 3. in fin. Sol. aliquando iudex
procedit ex officio, & poteſt commutare, vt hic. Aliquãdo ad
inſtantiam accuſantis, & non poteſt, vel plenius dic, vt no. in §.
de pœna. de l. quid ergo. alle. in gl. & l. quid ſi verior. alleg. in gl.
& de pœnis licet.

ADDITIONES.

a Fiſco. Adde glo. in l. 1. ff. ſi quis ius. non obtem.
b Secularis. Adde Barb. in rubr. de offi. dele. in 15. col. ver vlt. pro inſtructione huius tituli Cal. conſi. 1. ſub rubrica de off. dele. Et an tales peccent acceptando talem delegationem, vide per Cald. conſi. 6. incip. an ſacerdos in tit. de offi. deleg. Et an tenet proceſſus, vide per Barb. in d. rubr.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes tenentur ex delicto defuncti.*
2 *Hæredes an poſſint conueniri criminaliter.*
3 *Pœna pro delicto impoſita a ſtatuto, item a iure communi, an ſit locus vtrique.*

IN literis. Incendiarius eccleſiæ in mente pę
nitens, & abſolutus in cimiterio ſe-
pelitur, & ad ſatisfaciẽdum compellũtur hęredes.
h. d. Cõis diuiſio ibi, quia propter. Et illa habet duo
dicta. ſecunda ibi & hæredis. No. ꝙ ex delicto defuncti tenẽtur
1 hæredes, † quatenus ſe extẽdunt facultates hæreditariæ. ſup. de
ſepul. c. fi. Item ꝙ excõicatus, qui abſolui nequit niſi a papa, in
mortis articulo poteſt abſolui a ſuo ſacerdote, ꝙ dic, vt in gl. 2.
Opp. 1. in eo, ꝙ mandat ſepeliri. de c. ſuper eo, ſup. eo. Solue, vt
gl. Vel ibi de manifeſto. hic de occulto. vel ibi de obſtinato: quĩ
noluit, hic de non obſtinato: quia nõ apparet hic, ꝙ iſte noluiſ
ſet ſatisfacere, cum poſſet. Vel melius dic, ꝙ c. ſuper eo. nõ pri-
uat cimiterio, ſed ſolemnitate, vt. ſ. non interſint clerici: at hic
ſolum cõceditur cimiterium. Opp. 2. in fine, ꝙ per ſatisfactio-
nem hæredum non debeatur peccatum defuncti: quia qualis
quiſque hinc egreditur, talis manet. 15. di. qualis. Gl. vlt. ſoluit,
ꝙ in alio ſęculo poteſt quis liberari a venialib. a mortali autẽ
nõ: ſed a pœna temporali debita pro mortali, de quo pęnituit
2 in ſeculo, bene poteſt liberari. Quęro, quia hęredes † cõueniun
tur hic, an poterunt conueniri criminaliter, & ciuiliter. iſta qõ
præſupponit aliam quæſtionem generalem, an pro eodem cri
mine poſſit agi ciuiliter, & criminaliter? & indubitatum eſt, ꝙ
ſic ab initio, vt dixi in c. de his. de acc. probatur. ff. vi bonorum
rap. l. 1. & 2. in prin. §. 1. Sed an ſimul in eodem libello poſſit v-
traq; intentari, dic, ꝙ non principaliter, ſed in vim conſequen
tiæ ſic, vt ſi principaliter agitur criminaliter, & in vim conſe-
quentiæ deducitur ciuilis ad reſtitutionem rerum: ratio autẽ
quare non ſimul principaliter, eſt maioritas cauſæ, quæ impe-
dit accumulationem. ff. de iud. l. per minorem. quod plene no.
in d. §. 1. An autem ſententia lata in criminali præiudicet in ci
uili, vel econuerſo, ibi etiam no. & in l. vnica. C. qñ ciuilis actio
præiudicet criminali, dixi in c. de his. Quæro hic, pone, ꝙ ſta-
3 tutum imponit † pęnam delicto, cum etiam imponebatur de
iure cõi, nunquid erit locus vtrique. plene no. per Bar. in d. §. 1.
Debet enim ponderari diſpoſitio ſtatutorum. Aliquãdo enim
ſtatuentes volunt ſe regulare ſolum per ſtatuta, & non per ius
cõe, niſi in ſubſidium, vt quando in numero ſtatutorum hoc
exprimunt: puta ſicut fit in multis locis, faciunt ſtatutum, ꝙ
ſtatuta trahantur ad ſimilia, & in ſubſidium procedatur de iu
re communi, tunc pœna ſtatuti ſola habebit locum. Aliquan-
do ſtatuta veniunt per accumulationem ad ius commune, &
tunc ſi vtraque pœna tendit ad vindictam, vna tollitur per reli
quam, niſi quatenus plus eſt in reliqua d. l. 1. vi bonorum ra-
ptorum. dic plene vt in d. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Maritus poſt matrimonij conſummationem eſt in poteſtate mulieris.*
2 *Matrimonium probatur per confeſſionem mulieris.*
3 *Matrimonium cum raptore an teneat.*

CVm cauſa. Raptus non dicitur, vbi volẽs
abducitur, & raptor cum rapta
matrimonium contrahere poteſt, & poſt conſum
mationem alter ſine cõſenſu alterius religionem
ingredi nequit. hoc dicit. Deciſa conſultatio, & reſponſio. ibi
reſpondemus. Iſta in tres. primò reſpondet de raptu cum red-
ditione cauſæ. Secundò de ingreſſu, & cauſam reddit ibi pręte
rea. Tertiò ex vtraque cõcludit ibi, non ergo. Teſte Apoſtolo.
primæ ad Corinthios 7. No. quod poſt cõſummationem ma-
1 trimonii maritus † eſt in poteſtate mulieris, & econuerſo. &
hoc quo ad debiti redditionem, nõ quo ad cętera. Item quod
2 per confeſſionem mulieris † probatur matrimonium. quod
examinat gl. Item quod cõiugatus poteſt ingredi religionem
3 de conſenſu coniugis, aliter non. Oppono primò, quod † non
valeat matrimoniũ cum raptore. C. de raptu virginum l. vna.
in §. ſi autem. Solu. aliud ſecundum leges, aliud ſecundum ca
nones, quibus eſt ſtandum. pro hoc quod no. 36. q. 1. c. 2. Poteſt
autem hic textus intelligi dupliciter in eo, quod dicit quod ra
ptor habuit mulieris aſſenſum. vno modo, quod mulier con
ſenſerit, vt raperetur, & tunc tex. procedit plane. Alio modo,
vt conſenſerit mulier, poſtquam fuit rapta, & tunc licet valeret
matrimonium, non tolleretur crimen pręcedens. Item hic fit
mentio de duplici raptu. de primo in principio. de ſecũdo iux-
ta finem ibi, rapta. Sed iſto modo intelligendo, profeſſio non
tenuiſſet. ſup. ꝙ metus cã. c. 1. vnde poteſt intelligi, vt verbum,
rapta, per vim referatur ad primum raptum factum a viro ibi,
rapta fuit a viro. & ꝙ ingreſſa fuerat monaſterium volũtarie.
Opp. ſecundo, ꝙ non debeat ſtari confeſſioni mulieris confitẽ
tis cõſummationem matrimonii poſt profeſſionem: quia per
hoc faciliter poſſet deludi profeſſioni. Itẽ in cã matrimoniali
non creditur coniugib. ſup. de eo qui cog. conſan. ſuper eo. Sol.
ad ſecundũ, vt in gl. pen. Aliquando enim agitur de matrimo
nio carnali. Aliquando de ſpirituali. ſecundo caſu non ꝓcedit
ↄtrium. c. ſuper eo. primo vero caſu de carnali diſtinguit gl. an
ad ſeparationem vinculi. an thori. & dic vt in ea. Quantũ ad a-
liud ↄtrũ de præiudicio profeſſionis, & monaſterii. dicit Inn.
ꝙ creditur mulieri quantum ad tollendum profeſſionem: ſed
non

Digitized by Google

non quantum ad reſtitutionem rerum, & ſic res traditæ mo-
naſterio per iſtum ei remanebunt. Sed contra eſt, cum ſit ac-
ceſſoriæ profeſſioni. ſup. de cle. † cõiug. quod ad te. vbi plene di
co. vnde ergo quod ſoli mulieri nõ creditur, niſi quatenus agi
tur de eius præiudicio, & ſic monaſterio reſiſtente, vt poteſt. in
pra de re iud. cum ſuper. non reſtituetur viro, niſi aliter probe
tur. Ratio prædictorum, quia ex quo non deducitur ius profeſ
ſionis in iudicio, habetur pro non ente, ideo ex ſola confeſſio-
ne mulieris obtinet vir. Sed ſi probatur profeſſio legitime non
reſtituetur, niſi plene doceatur de matrimonio præcedente,
& de conſummatione eius.

SVMMARVM.

1 *Moniali qui commiſcetur, plura ſimul delicta committit.*

ACcedens. Breue eſt. pars huius de præben.
accedens. Pro concluſione rituli
not. quod habet tres partes, ſcilicet de raptu rerũ.
de hoc loquitur ca. 1. & 2. Item de raptu bonorum
a naufragis, & a nauigantibus de hoc loquitur ca. 3. Tertio de
raptu perſonarum. de hoc loquuntur duo vltima, & maxime
quando rapitur puella pro matrimonio. Vbi not. quod citra
matrimonium cum puella committit ſtuprum, cum coniu-
gata adulterium, cum ſoluto & ſoluta non virgine fornica-
1 tio, cum † moniali vero omnia committuntur. ſtuprum: quia
virgo. adulterium quia coniugata Chriſto. inceſtus, ſi conſen
tit. Si contradicit, committitur raptus. Item ſacrilegium, quia
ſacrata. Capitula autem duo quæ remanent. ſ. c. in archiepiſco
patu, illud de raptu perſonę ad abuſum. c. in literis, pertinet ad
ſecundam partem reipublicę de incendiariis.

De furtis. Rubrica.

Continuata ſup. rubrica proxima de furtis, & rapinis, habe-
tur 14. alias 24. q. 5. & 6. 12. q. 2. 3. 9. primus. c. alias in nouem pri
mis. c. 6. q. 3. placuit. de pœnitentia di. 1. vulgaris. & l. aut facta.
Quęro, quæ eſt differentia inter furem, & raptorem. dic, quia
omnis raptor eſt fur, non econuerſo, & ſic raptor eſt terminus
magis ſpecialis. pro hoc inſt. vi bonorum rap. in principio, vbi
dicitur, ꝙ nemo eſt improbior fur, quam qui rapit. Ex hoc ha-
bes, quod prius tractatur de ſpecie, quam de genere. alibi econ
tra. ſup. de proba. cum quatuor rubricis ſequentibus, de quo di
xi in rubrica de proba.

SVMMARIVM.

1 *Pœna mortis an locum habeat de iure canon.*

QVi furatur. In ſupraſcriptis in Exod.
21. cap. vendiderit. idem
in emptore ſciente, donãte, & donatario, om
nes enim tenentur l. flauia de plagiariis. ff. ad
l. Fla. de pla. l. prima. & l. flauia. conuictus. con
feſſione ſua. vel aliter. Opp. primo, quod fu-
rans hominem non teneatur pœna mortis.
l. vlti. ff. ad l. fla. de pla. glo. ſoluit, quod hic intelligendum eſt,
quando homo erat liber. contrarium, quando erat ſeruus. Op-
po. ad hoc, quod idem in ſeruo eſt. C. ad l. fla. de pla. l. quoniam
ſeruos. So. quod dixi de ſeruo, procedit, niſi eſſet ſeruus in vrbe
Romana, in quo procedit pœna, quæ in libero, vt in cõtrario.
Oppono tertio ad idem, quia nec in homine libero commit-
titur plagiũ, niſi ſubtrahens ſolitus ſit talia facere. C. de fur. l. ſi
abducta. vbi hoc tenet gl. Sol. licet Cynus in l. quoniam ſeruos.
teneat illam glo. ſed Bar. in l. ſi abducta, dicit eam non probari
iure. & communior eſt opi. quod tenetur, etiam ſi non ſit ſo-
litus talia facere. de quo not. idem Bart. in l. pe. ff. ad l. fla. de pla-
1 giariis. Opp. quarto, ꝙ † indiſtincte de iure canonico non ſit
locus pœnæ mortis. ſup. ti. 1. in archiepiſcopatu. Sol. vt glo. quæ
ſtat contrario, ideo quod dicit textus, morte moriatur. expo-
ne vt dixi ſup. de homici. c. primo.

SVMMARIVM.

1 *Fur & latro qualiter differunt.*
2 *Orandum non eſt pro eo qui cum moritur, peccat.*

FVres. Occidũtur. de facto vel de iure, quod dic
vt ſup. de homic. c. 2. & 3. Vincẽ. viſum eſt
cõcilio Triburien. ibi communionem. l. orationũ.
1 Not. differentiam inter furem, † & latronem [a] in
2 eo, ꝙ dicit fures, & latrones. de hoc ſup. de homic. c. 2. & datur
verſus. Fur latet in furno, latro ſe contulit vltro. debent autem
latrones degradari & puniri etiam aliter vt dicitur inf. de pœ-
2 nis, tuæ. Not. non eſſe orandum † pro eo, qui moritur dum pec
b cat, [b] quod eſt ideo, quia ſigna contritionis non apparuerunt.
de ſen. excom. a nobis. el 2. ſi enim apparuiſſent, non denega-
retur pęnitentia, & reprobatur conſuetudo contraria. de pen.
& re. clem. cum ſecundum. Oppo. primo, quod diacono non
ſufficiat confiteri. inf. de pęn. omnis. ſed debet confiteri presby
tero vt ibi. So. vt in glo. 2. quod dic ex neceſſitate, quo caſu licet
etiam laico. de hoc de pęn. diſt. 6. c. 1. de offic. ordi. paſtoralis. in
glo. quo caſu, in ſin. Opp. ſecundo ad ſi. c. quod non ſint partici
pandę orationes. ſup. tit. proximo ſuper eo. Sol. intellige quod
hic dicit, ſaluo eo, quod dicitur ibi.

ADDITIONES.

a Latronem. Adde c. ſi quis 23. q. 3. doct. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug.
b Dum peccat. Adde tex. in c. pro obeuntib. 13. q. 2. & in c. placuit. 13. q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Furtum pro neceſſitate commiſſum an requirat pęnitentiam.*
2 *Mulier propter neceſſitatem an excuſetur a fornicatione.*

SI quis. Neceſſitatem ad hoc inf. de reg. iur. ꝙ
non eſt nuditatis. quædam, ſecreta hęre
ticorum, nuditatem ſequitur. 24. q. 3. quidam. ver.
adamiani. Cibaria. reſpicit, ꝙ dixit famis. veſtem.
reſpicit, ꝙ dixit nuditatis. pecus. hoc reſpicere poteſt vtrũque.
1 pœniteat. ieiunando, vt ſequitur. Opp. † primo, ꝙ ſi per neceſ-
ſitatem committitur furtum, nulla ſit imponenda pœniten-
tia. at. de conſecr. di. 5. diſcipulos. & quia in neceſſitate omnia
ſunt communia, vt iu. tib. alleg. in gl. 1. So. vt in ea, ꝙ aut neceſ-
ſitas eſt magna & procedunt contraria. aut modica, & proce-
dit, ꝙ hic dr̃. proprio dicto, eſt, qa in magna neceſſitate poteſt
monachus etiam ſine pręlati licentia dare eleemoſynam. de
hoc 12. q. 1. non dicatis. 16. q. 1. alia, pro hoc etiam, ꝙ no. 47. di.
ſicut hi. & prima di. ius naturale. & 12. q. 2. fraternitas. Alanus
aliter ſoluit, ꝙ hic nulla erat neceſſitas, quæ ſi fuiſſet, omnino
excuſaret. pro hoc inducit deinde c. fraternitas. alii dicunt hic
imponi pęnitentiam ad cautelam. vel ideo, quia cum fur per-
ueniſſet ad pinguiorem fortunam, nolebat reddere. ff. de neg.
geſt. l. Nemo. So. gl. verior. nam ſolutio Alani non probatur
in c. fraternitas. per id, quod no. ibi glo. Sol. aliorum in vtroque
dicto diuinat. & quantum ad id, ꝙ dixi de monacho, an mo-
nachus exiſtens in peregrinatione, vel ſcolis de licentia Abba
tis. Et an vxor ſine licentia mariti facere poſſit eleemoſynam.
no. Hoſt. in ſumma de pę. & remiſſ. §. quib. & qualiter. ver. quid
de facientib. elemoſynam. & ſequenti. Opp. ſecundo ad hæc,
2 nam mulier † propter neceſſitatem non excuſatur a fornica-
tione. l. palam. §. nõ eſt. ff. de ritu nuptiarum. ergo nec fur a fur
to. Sol. vt in gl. quia propter neceſſitatẽ res facta eſt cõis. quod
dic verum de iure naturali, & etiam de ciuili. inſt. de rerum di
ui. §. 1. & 2. nam facta ſunt omnia ad ſeruitium hominis. ff. de
vſur. l. in pecudum. qui ergo neceſſitatem famis patitur, potius
vr̃ vti iure ſuo, quam inire furti conſilium. ar. ff. pro ſocio. l. me
rito. ſed in fornicatione, vt dicit gl. nõ eſt ita. dic, quia humana
creatura non venit in fructu. inſt. de rerum diui. §. in pecudum:
qa in ea attenditur diuinæ pulchritudinis reuerentia. C. de pœ
nis, ſi quis. Ex quo patet ratio, quare carnalis commixtio non
poſſit fieri ſine peccato. vſus vero rerum aliarum ſic. & non ſo
lum non peccat ſubtrahens, ſed ẽt, qui in ſuprema neceſſitate
non cõicat, peccat mortaliter 86. di. paſce. ſm Io. And. vel dic,
ꝙ magis immediate cogitur quis pp neceſſitatem ad cibaria
ſubtrahẽda, quam ad fornicationem. nam per fornicationem
non immediate ſatisfit fami. vnde non eſt præciſa neceſſitas,
nec cauſatiua omnino: qñ autem mulier pręciſe inuita cogno
ſcitur, nõ ſolum excuſatur: immo & corona ſi virgo fuerat, du
plicatur. 32. q. 5. c. 1. 2. & 3. de quo per Hoſt. in ſumma. eo. ti. §. 1.
ver. ſed quæritur, & ſeq. vtraque ſolutio tolerari poteſt. Opp. 3.
in eo, ꝙ dicit hunc debere pęnitere trib. hebdomadis. nam pę-
nitentię ſunt arbitrariæ. inf. de pęn. c. 3. & c. Deus qui. Sol. ſta ꝯ-
rio, quicquid hic, vel alibi dicatur ſm Io. An. Op. 4. ꝙ etiam ſi
fur reddiderit, ꝙ ſubtraxit, non ſit abſolutus. debet. n. nihilo-
minus confiteri, & pęnitere de mortali. inf. c. ſi. ſup. de homic.
ſicut. §. eos. inf. de iniuriis, ſi quis domum. pro hoc, ꝙ no. in cle.
vna. in gl. ante pe. de vſuris. So. licet nõ cogatur ieiunare vt hic,
tamen debet confiteri, & aliter pęnitere, vt in ꝯrio. de quo per
Hoſt. in ſumma de pęni. ſup. ſi. & inf. ti. 1. cũ tu. Vel dic melius,
ꝙ hic de illo, qui per neceſſitatem furatur. ꝯria de præciſe volũ
tario loquuntur. Quęro, vt in gl. ibi. Item quare excuſo. Sol. vt
in ca. & pro ſolutione eſt clem. ſi furioſus, in ſi. de homici.

SVMMARIVM.

1 *Anima eſt pratioſior corpore.*
2 *Furti conſcius an teneatur indicare furem.*
3 *Partiri cum fure qualiter quis dicatur.*
4 *Actio furti cui eſt danda.*

QVi cum fure. In ſuperſcriptione. Hieronymus ſuper parabolis 29. c. No. de homicidio animę. & hoc plus timendum
1 eſt, quam corporis: quia anima † prætioſior.[a] 12. q.
a 1. pręcipimus. de pœnitentijs eum infirmitas in fi. Opp. 1. ꝙ nõ
2 teneatur † furti conſcius indicare furem. ff. de præſcr. verbis. l. non ſolet. de cond. ob turpem cauſam. l. 4. §. vlt. vbi non peccat aliquid accipiens, vt indicet. ergo non tenetur, alias non liceret præmium capere. glo. vltim. ſoluit, quod aliud ſecundum leges, aliud ſecundum canones quam ſol. tenet Brixien. prima q. 1. §. ex his verbis. circa prin. Hoſt. autem dicit ꝙ quamuis ſecundum leges poſſit merces recipi: tamen iudex ex officio cõpellit furem indicare. ar. ff. de offi. præſi. l. 3. in fin. & l. congruit. de ſeruis fugi. l. 1. 2. & 3. Item nec ſecundum leges licet aliquid recipere, ne indicet. ff. de condictione ob turpem cām. l. ſi a ſeruo. & ſic etiam ſm leges tenetur indicare gratis: ſed ſine exactione gratis oblatum recipi poteſt. de ſymo. dilectus. 2. in fi. ff. de vari. & extraordi. cogn. l. 1. §. eſt quidem. vel ſecũdum eum dic, vt no. in ſumma. eo. ſub rubrica. de condi. furtiua §. ſi. ver. illud ſciendum. & ſequenti. ſed Vinc. dicit, ꝙ aliud eſt furtum celare, aliud nõ indicare. ff. eo. l. qui vas. §. 1. nam celans fur manifeſtus eſt. inſt. de obli. quæ ex delicto. §. conceptum. ſi tamen aliquis recipit pretium a fure, vt non reuelet, ſi reuelauerit, condicenda videtur ab eo pecunia. cuius ꝯrium patet. ff. de condi. ob turpem cauſam. l. 4. §. fin. Et in fine g. adde quod not. de ſymo. nemo, in gl. 2. vel melius dic, ꝙ hic non dicitur, quem teneri ad indicandum furem, ſed ad indicandum rem furtiuam, ꝙ tenet Iac. Butr. & Bar. C. de fur. l. in ciuile. & idem eſt de iure ciuili, de quo in dicta lege. Op. 2. ad hoc, quia poſſet hoc ſcire per ſecretam reuelationem furis. Sol. tunc non teneretur indicare 13. di. nerui, in gl. iſta in fi. quod eſt tamẽ limitata, per id, quod dicitur inf. ſtatim. Procederet autẽ hoc proprie, ſi ſciuiſſet tanquam Deus, vt in confeſſione. inf. de pęnitentiis, omnis, ſed ſi tanquam homo, cogeretur teſtificari. Quæro, qũo dicatur quis
3 partiri † cum fure. Sol. vt in gl. 1. ꝙ per conſenſum ẽt accipiendo, dic. ſ. partẽ. Circa hoc quęro, quid ſi fur alienauit rem furtiuam, dicit Inn. ꝙ ſi habet vnde, tenetur illam reſtituere. inf. ti. 1. cum tu. de homici. ſicut. §. eos. & quod vtrobique no. Si autẽ non habet vnde, in hoc ſunt variæ opiniones. dicit enim Inn. ꝙ ſi recuperare poteſt etiam dolo bono, ſine mẽdacio, vel violentia, vel alio mortali peccato, debet eam recuperare, & dño reſtituere. refert quoſdam dicere hoc verũ, ſi is, qui emit, ſciebat rem eſſe furtiuam: quia talis tenetur ad reſtitutionem, ſine recuperatione pretij C. eo. l. 2. Sed ſi ignorabat, tunc non ſolũ non debet ei ſubtrahere, imo quocunque modo ad ſe perueniat poſſeſſio nomine eius, in quem alienauit, eã reſtituet. arg. C. depoſiti. auth. ſed iam cautum. quia nihil cum ſcandalo. infra, de noui, ope. nuncia. c. 2. Pro primo dicto eſt: quia quãdo is, in quem fuit traslata, ſciuit eam furtiuam, vtiliter geſſit, ab eo ſubtrahens negocium illius, qui tenebatur reſtituere, ad hoc ff. de nego. geſt. l. ſoluendo. & l. ſed an vltro. §. 1. & l. at qui natura. §. cum me abſente. de rei vend. officium. de depoſito. l. bona fides. nam talia multa bona pręſtantur inuitis. 23. q. 4. ipſa pietas. 40. di. de Iudæis. Alii, vt refert Inn. dicunt, ꝙ debet ſubtrahere, & reſtituere, niſi timeret probabiliter ſibi, vel ſociis graue periculum imminere, vt quia ſi forſan hoc attentaret is, a quo reciperet, eum occideret, quo caſu tutius eſt eam ſibi dimittere, vel etiam ſi haberet, illi reſtituere, potius quam vero domino. ar. dictæ authẽt. ſed iam. nec peccat: quia nihil iuris ei tribuit, ſed poſſeſſionem tantum, quam abſtulerat, reddit. Si autem non timetur graue periculum inde prouenturum, ſatis dici poteſt, ꝙ vero dño eam dẽat reſtituere. alii, vt dicit Inno. dicunt, ꝙ ex quo eam habet omnino dẽt eam reſtituere vero domino ar. ff. depoſiti. l. bona fides, alias peccat, ꝙ prætextu ſcandali, non eſt faciendum. de renuncia. niſi. §. pro graui. Si vero non habet eam, tutius eſt habenti dimittere, quã cum tali ſcandalo recuperare. imo & ſi eam inueniret in via, poteſt in tali caſu, eam relinquere, cum in veritate ſua non ſit. ar. C. vnde vi. l. conquerebatur. Alii & melius dicunt ſecundum Inn. ꝙ ſi eam habet in tali caſu, nec vni, nec alii reſtituat, ſed peccatum defleat, & occupanti dimittat: quia nihil ad eum de ipſa, ꝙ dicit Inn. verum, quando non tenebatur ad reſtitutionem. puta qa ad ipſum peruenerat ſine damnone alicuius, & ſine ablatione, alias teneretur eam reddere ei, per quem data ſibi fuit, vel cui abſtuliſſet. & dicit Inn. idem in ſimilib. iudicandũ eſt. de reſcriptis, inter cæteras. dicens hoc procedere in conſilio animæ. ſed in iudicio ſecus fieret in pluribus propter ignorantiam facti, ꝙ intellige de probabili, quæ excuſat. de cle. ex. mi. apoſtolicę. Ex omnibus prædictis poteſt cõcludi, ꝙ in iudicio, ſeu quo ad forum cõtentioſum imputetur ſibi, qui alienauit. nam in ſuũ præiudicium tenet alienatio. fallit tamen, quando alienatur res litigioſa. ſup. vt lite penden. eccleſia. 1. & 2. & dic, vt ibi dixi, & ſic irregulariter ipſe non poterit ſubtrahere ab eo, in quem alienauit, ſed in foro animæ eſt opinio, vt ſi habet vnde, ſatisfaciat. Si non, ſi minus eſt ſcandalum in ſubtrahendo, quam in non reddendo, poteſt ſubtrahere, & reddere, alias nõ. Quæ-
4 ro, cui † detur actio furti. videtur, ꝙ ei, qui rem poſſidebat per id, quod hic dicit, in verbo poſſeſſore. ſed gl. exponit pro quocunque, cuius intereſt, quod eſt verum: quia cuilibet tali competit actio furti ſi ex honeſta, vel probabili cauſa intereſt, vt ratione dominii, vel quaſi vel ratione poſſeſſionis, vel cuſtodiæ, quam habebat detinens rẽ. quæ omnia declarat Azo. in ſumma. eo. & Hoſt. in ſumma. eo. §. cui datur actio.

ADDITIO.

a Præcioſior. Adde glo. in verbo, animarum, in c. 1. de præben. li. 6. & glo. in verbo, ſibimet, in c. dilecto, de ſen. excom. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fur occultus poſt pænitentiam, & reſtitutionem promouetur ad ſacros.*
2 *Mitius agendum eſt cum ſponte confeſſo, quam cum conuicto.*
3 *Sacrilegus an ſit excommunicatus.*
4 *Fur occultus an poſſit ſine diſpenſatione promoueri.*

1 EX literis. Fur † occultus poſt reſtitutionem, & pęnitentiam promouetur ad ſacros. Communis diuiſio. ſecunda ibi mandamus. qnque requiri. vt ordinationi ſit locus. Minus caute. vnde tenebatur cuſtos. de off. arch. ea quę: & dic vt ibi. longo. hoc non excuſat. ſed accuſat. de conſue. c. ſi. de eo, qui duxit in matrimonium, cum haberet. de ſymo. cum ſatis. & ca. cum in eccleſia. fur enim ſemper eſt in mora. ff. de condi. fur. l. fin. in fi. & qui rem inuenit, neſciens cuius ſit, ſtatim faciat pręconizari, ſi vult excuſari a furto. ff. eo. l. falſus. §. ſolẽt plerumque. Io.
2 And. Not. ꝙ mitius † agitur cum ſponte confeſſo, quam cum conuicto. de elect. innotuit. de ſymo. de hoc, vbi de hoc in glo. penul. de quo hic in glo. prima. Not. ſufficere partem pœnitentiæ peragi. de quo in glo. penult. & ibi ex literatum. melius ex
3 tenore. Nota, quod ſacrilegus † non eſt excommunicatus ipſo iure. hic enim fuit ſacrilegus: quia ſubtraxit ſacrum de ſacro, & tamen papa mandat eum promoueri, nec mandat eũ prius abſolui, ſecundum Abbatem. fallit hoc in caſu cap. conqueſti. infra, de ſententia excom. quomodo autem committatur ſacrilegium, not. 17. quæſt. 4. ſacrilegium. dixi de foro compet. conqueſtus. Oppono, quod iſte non debuerit ordinari: quia debet ordinandus eſſe ſine vllo crimine. 25. diſtin. capit. vltimo. prima quæſt. ſeptima, ſi quis omnem. Sol. hic loquitur expreſſe, quando ſuper hoc non eſt notatus infamia. & ſic de occulto, contraria de duplici conuicto. pro hoc de tempo. ord. c. fin. Quęro, an poſſit iſte promoueri de iure communi, an re-
4 quiratur † diſpenſatio. glo. vltim. ponit opiniones: ſentit tamẽ, quod de iure communi, quod tenet Melendus, Hoſtien. & eſt verius, ex quo de diſpenſatione hic non exprimitur. de hoc in di. cap. vltim. de tempo. ordi.

De vſuris. Rubrica,

Quia reſtitutioni ſuccumbit vſura, furtum, & rapina, ideo &c. De materia 46. diſtin. capit. antepenult. & fin. 46. diſtinct. decimoquarta, quæſt. 3. quarta, quinta & ſexta. Repetitur in ſexto, & clementinis. circa rubricam eſt vna glo. Innocen. inueſtigans de cauſis, quare vſura prohibetur. quod examinabo. infra cap. fin.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei pignorata ipſo iure ſortem extenuant.*
2 *Caſus, in quo creditor non computat fructus in ſortem*
3 *Creditor an teneatur computare fructus percipiendos.*

Plures.

Lures. Si creditor recepit ſortem de fru
ctibus pignoris,deductis expēſis,
tenetur pignus reſtituere creditori. vnum ca
ſum excipit.h.d.Primò prohibet clericis vſu-
ram generaliter, & nominatim certam ſpe-
ciem. Secūdo pœnam addit ibi,quod ſi. Ter
tiò a prædicta ſpecie vnam cauſam excipit
1 ibi,niſi. No.ꝙ fructus † rei pignoratæ ipſo iure extenuant ſor-
tem.quod dic,vt in gl.3. Item ꝙ vſura prohibetur maxime cle
a ricis. No.caſum † exceptum,in quo creditor non cōputat fru-
ctus in ſortem.dic vt in gl.vlt. Opp.primò ad tex.ꝙ fructus nō
debeant computari in ſortem.inf.c.ſalubriter. & c.cōqueſtus.
Sol.illa ponunt caſus ſpeciales,& ibi videbimus.Opp.ſecundò
ad idem de c.peruenit.& c.conſtitutus. ſup.de fideiuſſ. Sol.ibi
recipitur aliquid vltra ſortem,tanquam intereſſe, quod licet,
vt in regula damnum,in queſt.li.6.vbi no.plene.ſed non poteſt
percipi,tanquam lucrum. Oppo.tertiò circa finem,ꝙ clericus
non poſſit tenere rem pignoratam.ſi enim pignorans repetet,
non audietur creditor excipiens,ꝙ ſit ſua.C.de pign.actio.l.ne
creditores.So.permittitur,vt teneat,ante debitum ſolutum,vt
ſi fructus percepti non extenuent ſortem.& ratio eſt,quia per-
cipiuntur de re propria,vt ſic quamuis exceptio dominij non
poſſit obſtare,quin ſoluto debito res reſtituatur,tamen obſtat
ſi debitor petit fructus in ſortem computari. & vt patet ex gl.
vlt.nullum ſpeciale eſt in eccleſia, imo in quolibet creditore
habēte ius ab alio,cuius eſt res,quæ ſibi pignoratur,vt in l. nec
creditores.arg.huius.c. Opp. quarto,ꝙ nunquam admittitur
computatio fructuum in ſortem:quia ſpeciei ad quantitatem
non fit compenſatio.l.bona fides.ff.depoſiti. & ſup.de depoſi-
to.c.2.C.de compenſationib.l.fin.ſol.fructus computantur,vt
quantitas per æſtimationem.& dic vt no.in c.bona fides.Quę-
3 ro,an creditor† teneatur computare fructus percipiendos.tex.
hic videtur dicere de perceptis tantum, in verbo, perceperit.
Hoſt.in ſumma de pig.§.quando efficaciter. ver. ſed nunquid
creditor. hoc tenet,vt non teneatur creditor de culpa in eo,ꝙ
non ſoluit rem pignoratam,ſed bene tenetur in eo, quod non
locauit, ſi erat conſueta locari, vel etiam non conſueta, ſi ha-
buit paratum conductorem. C. de pig. actione.l.2.& de partu
pignorum.l.2.Ioan.cal. diſtinguit,ꝙ aut de ſorte eſt ſatisfactū,
& tenetur de percipiendis:quia eſt in culpa non reddendo rē,
qui debet libere reddere,probatur hoc in verbo, abſolute. aut
non eſt ſatisfactum de perceptis,ſed hoc caſu diſtingue vt ſup.
ſecundum Hoſt.

Qui. Arboribus,puta fructiferis,vt ſunt vites, vel arbores viridatijs.

S V M M A R I V M.

1 *Vſurarij manifeſti ad communionem altaris, vel oblationem offerendam admitti non debent.*
2 *Vſura in vtroque teſtamento eſt prohibita.*
3 *Vſura an prohibeantur de iure ciuili.*
4 *Vſurarius publicus quis dicatur.*

1 Via. Manifeſti vſurarii † ad communionem al
taris,eccleſiaſticam ſepulturam, vel obla-
tionem offerendam admitti nō debent. Primo po
nit factum damnabile pro cauſa conſtitutionis.Se-
cundò ponit tripliciter vſurarium. Tertiò duplici-
ter clericum tranſgreſſorem.ibi ſecunda,ideo.ibi tertia,quia u
tem &c.Manifeſti.qui dicantur manifeſti no.in c. 1. inf.eo.lib.
6. Altaris.i. viatici. vel non intret eccleſiam. Primum verius.
Accipiat ſepulturam,intellige vt in c.quamquam. inf.eo. lib.
6.Oblationes.non dicit eleemoſynas.de quo inf.de ſenten.ex-
2 com.cum voluntate. Nota,ꝙ vſura † eſt prohibita in vtroque
a teſtamento[a].ſ. in veteri,pſalmo 14. qui pecuniam non dedit
ad vſuram.& etiam alibi,quod plene not. in regula peccatum
in 5.articulo quæſtionis.lib.6.Item in nouo teſtamento Lucæ
6. Mutuum date, nihil inde ſperantes. inf.eo.conſuluit.Nota
3 pœnas vſurarii manifeſti. Quæro,an vſuræ † prohibeantur de
b iure[b] ciuili.gl.tenet,ꝙ ſic.& de hoc plene in auth.de eccl.tit.in
prin.& C.de vſur.auth.ad hoc vtrobique.gl.pleniſſime in regu
la,peccatum,in quinto articulo quæſtionis præall. dicam in c.
fi.inf.tit. Aliqui tenent,ꝙ de iure ciuili non prohibentur. & re-
ſpondent ad auth.ꝙ papa vult ſeruare ſinodos,quatenus diſpo
nunt circa articulos fidei.Quæro,an tres pœnæ,quæ hic impo
nuntur vſurariis,imponantur ipſo iure.Inn.ꝙ ſic,ſi ſunt publi-
ci.& hoc eſt verum,ꝙ ipſo iure,quia.ſ.per hoc.c. Quid de pęna
clericorum admittentium. dicit Inn. ꝙ etiam incurrantur ipſo
iure.ꝙ puto verum per verbum,maneat ſuſpenſus.puto tamē
requiri monitionem, cum poſſit euitari pęna reddendo acce-
ptum,vel ſatisfaciendo ſup.ti.2.excōicationi.vbi notaui.Hoſt.
autem intelligit opus eſſe ſententia,per c.cū tu, in gl. 2. inf.eo.
quia hæc decre. in vſurario eſt ferendæ ſententiæ.ergo fortius
in clericis ſepelientibus. Sed reſpondeo,ꝙ imo & quo ad vſu-
rarium eſt latę ſentētię,ſi eſt publicus,vt dixi.hodie autem im-
ponitur & alia pœna ſepelientibus per cle. eos.de ſepul. Quæ-
4 ro,qs † dicitur publicus vſurarius.[c] dico ꝙ ille,qui faciliter ma
c nifeſtari poteſt.ad hoc.inf.eo.cum in dioceſi.quod nota.in c. 1.
inf.eo.lib.6 licet.gl.ibi aliter ſentiat.Quærit glo.vlt.cui reddent
clerici. reſpondet,ꝙ vſurario. recitat opi.ꝙ potius epiſcopo,&
hanc tenent Inn.& Hoſt.dic gl.veram,quando apparet vſura-
rium paratum reſtituere.alias vera eſt alia opi. vt potius epiſco
po,vt diſtribuat inter pauperes. ad hoc ſup.de Iudæis,cum ſit,
20.q.3.conſtituit.inf.eo.cum tu.

A D D I T I O N E S.

a Teſtamento. Adde c.ſuper eo.inf.eo. & in c. quoniam multi.47.diſt.originaliter Leuitici.25.cap.Exodi 22.c.Deutero.23.c.& per Sanctum Tho.2.2.q. 77.alias 78.

b De iu.ciuili. Adde gl.1.in c.quid dicam 14.q.4.gl.in verbo animas. in ca. 1. 2.de vſur.li.6.Ioan.de Imo.in cle.2.de vſur.ſuper gl in verbo humana. Ab. in c.cum ſit generale in 9.col.de for.compe.Car.Alex.in c.lege in 2.col.10. di.Angel.conſi.219.incip.arbitror dictam litem.in ver. col.Lod.Rom.conſi. 447 incip.in caſu propoſitę conſultationis in 2.dubio. Pet.de Anch.conſilio 28 incip.in quæſtione,quæ vertitur.Card. Zabar. conſi. 78. incip. amice,& maior chariſſime.

c Vſurarius. Adde gl.in verbo,manifeſti,in c.quamquam.de vſu.li.6.gl.in verbo manifeſtos,in cle.eos.de ſepul.& ibi Car.19.q.Fred.de Senis conſi.8.incip.quæritur quomodo accipitur Cald.conſi.5.in rubr.de vſur.Bald.conſilio 325.incip.caſus,ſuper quo conſilium in vlt.col.in 2.vol.Bal.conſi.331.inci. viſis dictis articulis in 2.vol.Bal.conſi.17.incip.factum ſuper quo conſilium in vlt.col.in 4.vol.Raph.Ful.conſi.138.incip.viſis in 2.col.Card.Zab.conſi. 71.incip.Redemptoris noſtri poſtulato ſuffragio.Abb.conſi.76 incip.ex themate in prin.col.in 2.vol.Ang.conſi.10.incip.in cauſa prędicta.

S V M M A R I V M.

1 *Mala prætextu boni non ſunt committenda.*
2 *Recipere ad vſuras an liceat.*

V per eo. Primò deciſum thema.ſecundò ſo
lutio ibi,reſpōdemus. Et illa ſubdi-
uiditur in ſolutionem,& rationem ſolutionis.ibi,
quia cum.Poteſt legi dupliciter,primò vt litera ia-
cet,vt intelligatur de mutuante ad vſuras. & ſm hoc in ſum-
ma dicit. Etiam pro opere pio non licet vſuram committere.
Secūdò legitur habita relatione ad antiquam,de qua infra di-
cam & ſm illam loquitur de recipiente ad vſuras.& ſm hoc in
ſumma dicit.Non licet ēt pro opere pio ad vſuras recipere, qñ
per receptionem datur cauſa vſuræ committēdæ.h.d.Scriptu-
ra ſacra.i.canonica. vel ēt diuina.& infra dicitur in antiqua,ꝙ
a nobis tua fraternitas poſtulauit, vtrum poſſit in recipienda
pecunia ad vſuram,diſpenſatio fieri,vt pauperes, qui in ſarra-
cenorum poteſtate detinentur,per eandem poſſint pecuniam
liberari.& hoc facit pro ſecunda lectura. Nota,ꝙ prætextu bo-
1 ni mala † non ſunt committenda.ꝙ dic,vt in gl. 1. Opp.ad ſm
2 intellectum,ꝙ non ſit crimen † recipere ad vſuras.nam vſura-
rius non propterea deſiſteret a mutuando alteri:non ergo reci
piens eſt cauſa peccati.Item ex hoc vr inferendum,non ſolum
licere recipere ad vſuram.ſed ēt ſuadere vſurario,cum ſit mu-
tuaturus,vt mutuet potius in cām piam,quam in aliam.So.q-
dam vt refert Inn.dicunt, ꝙ ſi quis recipit ad vſuras pro opere
virtuoſo,licitum eſt,& ſic ſtant ꝯnis. Sed ſi pro non virtuoſo:
puta,vt viuat luxurioſe,non. Alii,vt refert,indiſtincte dicūt,ꝙ
ēt pro virtuoſo non ſemper licet.poteſt n.eſſe,ꝙ recipit pro ali
monia pauperum, qui non multum indigent, & ꝙ vſurarius
non erat alias mutuaturus.& concludunt iſti ponderandas cir
cunſtantias,& hoc tenet Inn.Ex quo inferuntur tres cōcluſio-
nes.vna eſt,ꝙ ſi vſurarius nō eſt alias paratus mutuare ſub vſu
ris,vel non habet alios paratos recipere,debet abſtinere a reci-
piendo ſub vſuris,ēt pro cauſa pia. hoc probatur ne detur cau-
ſa peccato.Secunda concluſio,ꝙ ſi ex cauſa pia non fiant,ma-
gna pericula imminent, vt ꝙ pauperes fame moriantur,& ha-
bens ad mutuandum non eſt diſpoſitus ſine fęnore, ēt ſi non
habeat alios paratos recipere, licet nedum recipere ab eo, ſed
ēt ſuadere,vt mutuet.quia mutuando euitat maius malum,ꝙ
incurrit non mutuando,cum ſit cauſa mortis, & minus malū
pręeligendum eſt,vt euitetur maius.Tertia cōcluſio,ꝙ ſi vſu-
rarius eſt alias mutuaturus,& habet paratos recipientes: vt qui
publice fęneratur, non ſolum pro opere pio ſeu virtuoſo: ſed
etiam pro indifferenti licet ad vſuras recipere,ſed pro actu vi-
tioſo nō vt ſupra dixi.Ex his liquidata eſt ſecunda lectura,quæ
procedit ſecundum primam concluſionem.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij qui ſunt ſoluendo, vſuras reſtituere coguntur.*
2 *Modus reſtituendarum vſurarum.*
3 *Paupertas excuſat debitorem.*
4 *Res empta de pecunia fœnebri pertinet ad eum cuius fuit pecunia.*
5 *Vſurarum diſtributio, abſente eo cui debentur, quomodo fiat.*
6 *Vſurarum diſtributio in pauperes per quem fiat.*
7 *Reſtitutio quibus pauperibus fieri debeat.*

1 CVm tu. Vſurarij, † qui ſunt ſoluendo, per pœ
nam Lateranen. concilij cogũtur re-
ſtituere vſuras, etiam quas ante concilium recepe-
runt. h. d. Primo conſultatio in tribus articulis vno
expreſſo, & duob. deciſis. ſecundò reſpõſio ad om-
nes tres per ordinem ibi, ſuper his. & illa in tria dicta ibi, illis.
& ibi, poſſeſſiones. Impudenter. i. ſine pudore. alias impruden-
ter receptæ, & infra. hic deciditur conſultatio ſuper aliis duob.
articulis, de quib. inf. ver. illi. & ver. poſſeſſiones. Auguſtini. ha
betur in regula peccatum. lib. 6. non ſolum a pœna. ſ. æterna,
ſed ẽt a peccato. ſi aliç non ſolum a pęna. ſ. concilij, ſed etiam a
peccato vſurarii, & iſta melior. Nota. ꝙ conſtitutio concernit
a præterita,ᵃ rationem declarabo. Item colligit gl. ꝙ concilium,
quia in omnibus ſit ſententiæ ferendæ, declara hoc, vt in c. qa
in omnib. & no. in c. 1. inſ. eo. li. 6. in gl. ſed quos dices. Not. mo-
2 dum † reſtituendarum vſurarum, vt primo eis a quibus ſunt
extortæ, vel hæredibus. Secundò pauperibus, ſi illi non ſuper-
* ſunt, reſtituantur. No. illud nõ dimittitur peccatum.* &c. regu
3 la peccatum. li. 6. Not. ꝙ paupertas † excuſat debitorem, etiam
culpabilem, vt vſurarium, vt hic, qui fuit in culpa mutuandi,
& concedendi vſuram. de quo in c. quæ in eccleſiarum. ſup. de
4 conſti. No. ſecundum glo. vlt. ꝙ res empta † de pecunia fęnebri
b pertinet ad eum, cuius fuit pecunia,ᵇ quod inf. declarabo. Op.
primo in principio in eo, quod dicit textus vſurarios priuan-
dos. & ſic canon concilii: quia in omnibus eſt ferenda ſentẽtia.
c eſt nullum, [c] niſi præſtet cautionem in forma illius cap. reſpõdeo, ꝙ ſufficit probare poſt mortem, ꝙ tempore vitæ erat fama, ꝙ eſſet vſurarius, per hanc glo. quod tenet Fredericus conſilio 8. Sed quid ſi non docetur de fama tempore vitæ: ſed tñ euidenter probatur, vt per libros, dicit idem Fredericus hoc ſufficere. Manifeſtum enim dicit, cuius probatio eſt in euidenti, quod tenet Archid. in cap. quamquam, in princ. Bart. in l. 3. ff. de furtis. aliter circa materiam dicit, cuius verba non approbo, vt ſcripſi plene in cap. primo, de vſuris, lib. 6. Et ibi conclu-
a do, ꝙ quomodocunque probetur fuiſſe † vſurarium, etiam ſi tempore vitæ fuit occultus, irritatur teſtamentum. licet gloſ. 24. q. 2. ſanc. el 2. quę incipit: ſed quid ſi, ſentiat contrarium, per quam aliqui conſuluerint contrarium in quæſtione facti, in qua iniuſte ſuccubui. Sed pro eo, quod dixi, conſuluerunt domini Gaſpar. & Bald. de peruſio, & ego, & probatur hic vbi tu habes, ꝙ per argumenta quis manifeſtatur, vt cenſeatur manifeſtus, & dicuntur argumenta famoſa cum adminiculis. de teſti. præterea, vel quia faciebant emptiones ſub conditione de reſtituendo aucto precio, vel fructib. ſibi retentis, ſ. de emp. & vend. ad noſtram, & ſecundum Hoſt. etiam contra occultũ vſurarium argumenta ſufficiunt, quod not. quia per hoc habes hic hoc ſingulare, quod dixi in notabilibus, ꝙ crimen probatur per argumenta, cum alias requiratur probatio luce clarior. C. de proba. l. vlti.

ADDITIONES.

a Eccleſiaſticus. Adde glo. in verbo vſuris, in cle. diſpendioſam, de iudi. glo. ſi in cap. ex literis, de iureiur. Bald. in cap. 1. de vſur. lib. 6. Ant. de But. & Abb. in cap. cum ſit generale, de for. compet.

b Manifeſtus. Adde gloſ. in verbo, manifeſti, in cap. fin de iureiur. lib. 6. gloſ. in verbo, eorum librorum, in ca. ſane, el 2. 14. q. 2. Lauren. de Rodulph. in tract. vſurarum. q. 88. Bald. in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſi. Archiepiſcopus floren. in 2. parte ſuæ ſummæ tit. 1. cap. 10. in 1. colum.

c Nullum. Adde Abb. in rubrica de teſta. Philip. de Peruſio in rubrica de teſtamen. lib. 6. in 18. col. verſ. 17. perhibetur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatum loco alterius, eodem iure cenſetur.*

SAlubriter. Maritus fructus rei dotalis, vel obligatæ pro dote non tenetur in ſortẽ computare. Primò dictum. Secundò ratio
1 ibi, cum frequenter. Not. ꝙ † ſubrogatum loco alterius cenſetur eodem iure. ſicut enim maritus lucratur fructus rei dotalis. C. de iure dotium. l. pro oneribus, & hic in glo. 2. ita & rei pignoratæ pro dote. In glo. 2. ibi cretifodino. id eſt in quo fodiebatur creta ad faciendum tegulas, vel vreios. ibi non cędendis. quaſi dicat ſecus in cędendis, vt in nemore, vel ſilua cędua: quia cęduntur ligna, & alia renaſcuntur infra breue tempus. Oppono primo, ꝙ fructus rei pignoratę pro dote debeant computari in ſortem, & cedere lucro ipſi mulieri. ſ. eod. cap. 1. & 2. Sol. regula, quæ eſt, fructus non cedere lucro creditori, fallit in caſu huius cap. in re obligata pro dote etiam nõ dotali, quod eſt valde notandum, de re enim dotali clarũ erat per l. pro oneribus. ſ. allegata: & de hoc hic in gloſ. 2. Sed de re pignorata pro dote erat probabilis dubitatio per id, quod dixi opponendo. ratio autem huius deciſionis vna ponitur in tex. ibi. cum frequenter & ratio alia reddi poteſt ad idem, quia res pignorata pro dote ſurrogatur loco dotis. cenſetur ergo eodẽ iure. Tertia ratio, quia ſi fructus non cederent lucro marito, contingeret, ꝙ dos non eſſet ſalua fructibus conſumptis: & ſic lęderetur mulier in dote, quod fieri non debet. ſ. de pignor. ex literis. ff. ſoluto matrimonio, l. 1. de hoc in Spec. de reſcrip. pręſentatione. §. ratione formæ, verſ. iuxta materiam, hæc tamen ratio non eſt vſquequaque vera. ſalua enim eſſet dos: quia maritus qui conſumpſiſſet fructus, teneretur ad æſtimationem. tene ergo primum. Oppono ſecundò, ꝙ etiam ſi res ſit dotalis, maritus non lucretur fructus. ff. de doli exceptione. l. pater, in princ. Sol. vt lucretur, aliqua requiruntur, quæ enumerat gloſ. inter quæ eſt, vt maritus ſuſtineat onera matrimonij, & ſic ſi non ſuſtineret, nõ lucrabitur. Per hoc infertur, ꝙ hęredes mariti, qui habent tempus ad reſtituendam dotem, de quo in l. vnica. § accedit. C. de rei vxo. actione, & not. ſup. de dona. inter virum & vxor. cap. antepenult. & fin. non lucrabuntur fructus rei dotalis: tamen vſque ad annum tenentur dare alimenta mulieri. dict. l. vnica. §. cum autem, & ſic ſuſtinent onera matrimonii, quare ergo non lucrantur fructus: ratio, quia ab onere alimentorum poſſunt ſe liberare, reſtituendo ſtatim res dotales, ſecundum Innoc. ſed maritus neceſſario, nec poteſt ſe liberare a matrimonio. Per prædicta etiam infertur, ꝙ ſi vxor recepit in pignus aliquam rem pro ſecuritate dotis reſtituendæ, fructus non cedent ſibi lucro: quia ipſa nõ tenetur ad onera matrimonii, quod tenet Innoc. propterea datur conſilium mulieri, vt cõſtante matrimonio non permittat marito tales fructus recipere. eo vero ſoluto faciat rẽ pignoratã ſibi dari inſolutũ, vel vendi etiam ſibi dotẽ reſtitui. Enumerat gl. quædã alia conſideranda, & pro cõcluſione gl. diſtingue. Cũ quærit,

an

Digitized by Google

an fructus rei dotalis, vel pignoratæ pro dote cedant lucro percipienti. Aliquando quærimus conſtante matrimonio. Aliquando ante matrimonium: vel ſoluto matrimonio, ſecundo caſu fructus non cedunt lucro: neque marito ante matrimonium, neque hæredibus mariti ſoluto matrimonio. primum probatur in glo. de marito. ſm de hæredibus. in §. cum aũt. de l. vnica. præalleg. primo aũt caſu conſtante. ſ. matrimonio aliqñ habens rem pignoratam non ſuſtinet onera matrimonij. ſicut qñ mulieri res viri pignoratur pro ſecuritate dotis, & non lucratur fructus vt prædixi. Idem de viro, qñ non ſuſtinet onera matrimonij. l. paret. in principio allegata. Aliqñ ſuſtinet, ſicut eſt maritus, qui ad hoc tenetur. l. pro oneribus. ſ. allegat. & tũc diſtingue. Interdum quærimus de fructibus impropriè, & illi non cedunt lucro percipienti, vt fetus ancillarum: vt in glo. & eſt ratio, quia hoc non eſt in fructu, cum potius omnes fruct⁹ ſint ad vſum hominum. ff. de vſuris. l. in pecudum, ſed homo potius eſt ad commodum alterius hominis: vt dicit Cicero officiorum primo. hominis cauſa homines eſſe generatos, nec ipſi inter ſe alij prodeſſe poſſint. Aliquando quærimus de fructibus propriè, & tunc quandoque illi fructus dantur in dotem, vt capitale, vt quia ſunt fructus, qui ſunt pars rei principaliter, vel qui non renaſcuntur, vt in fundo lapidifodino: vel non de facili, vt in ſilua non cædua, vbi ſunt arbores maxime & tales non cedunt lucro percipienti. iura allegantur in gloſ. Aliquando vero ſunt fructus qui renaſcuntur non difficulter, & tales cedunt lucro marito percipienti, ſiue ſint fructus naturales, ſiue induſtriales ſiue quodcũque commodum ex re proueniẽs, per quod ſubſtantia rei non minuitur. exempla ſunt in gloſ. in fetu pecudum, & in fundo cretifodino. & argentifodino. Similiter dico, ꝙ ſi mulier dedit caſtrum habens iuriſdictionem in dotem, emolumenta iuriſdictionis cedunt lucro marito, etiã ſi conſtat in rebus immobilibus confiſcatis, quod tenet Bart. in l. ſin. ff. ſoluto matrimon. & pro hoc illa lex & de vſufructu, l. item ſi fund. §. 2. & § mãcipiorum, & ſ. de collatione, quæ ſint regalia. Quæro primo circa prædicta. pone, quòd conſtante matrimonio maritus pignorauit rem dotalem, nunquid creditor computabit fructus in ſortem, quæſtio fuit collectarij, vt refert Ioan. de li. quæ mihi videtur inſulſa. per cap. 2. ſ. eo. nam etiam ſi dominus rei pignorat rem ſuam, creditor non lucrabitur fructus. Quæro ſecundo pone, ꝙ marito nondum tradita dote conſtituuntur octo, vel decem pro centenario. nunqd licet. Pau. de Eleaza. tenet, ꝙ ſic. paria enim ſunt non computare fructus in ſortem, vel percipere aliquid vltra ſortem, ſ. eo. cap. 1. At hic permittitur marito, & fructus rei pignoratæ pro dote, non computat in ſortem. dominus Ioan. And. tenet ꝯtrarium: ſpecialiter enim permittitur hic de re pignorata producente fructum, quia ſubijcitur iudicio dei. non ergo hic caſus extendendus contra regulam. ſ. eo. c. 1. dominus Ioan. Cal. inhæret dicto Pauli. dicit enim, ꝙ etiam in re producente fructum poterit eſſe, ꝙ habet fructus certos, vt pone erat domus locata pro tanto: & pone ad contractum perpetuum. quæſtio non eſt exigua. poſſumus inhærere opi. Ioan. And. quia cũ cõſtituitur certum quid pro libra, non eſt omnimoda identitas: ſicut cum res germinabiles dantur in pignus, ſtemus ergo regulæ, niſi in caſu hic excepto. & intelligamus eum in ſuis terminis: licet ꝯ hoc eſt. ſ. de dona. inter vir. & vxor. per veſtras. vbi etiam in quantitate aliquid percipitur a marito vltra ſortem. Sol. vt ibi dixi, ꝙ non fuit ibi pactum de aliquo certo. Itẽ ibi gratis. i. libere partem lucri tradebat debitor, & intellige ꝓ omnia, vt ibi dixi ad euitandum vſuras.

MIchael. Ponit clauſulam, quæ ponitur in literis contra vſurarios pro auxilio repetentis. Et idem dicit, quod cap. quia fruſtra. Repetens vſuras repellitur, ſeu nõ videtur, niſi reſtituat per ſe extortas, vel per eum, a quo habet cauſam. hoc dicit. Primo quærimonia. Secundo prouiſio, & moderatio ibi, mandamus. Oppono ad textum, ꝙ cum Michael eſſet laicus, & ageret contra ciues laicos, debuit agere coram laico. ſ. de iudic. nouit. Sol. crimen vſurarum eſt eccleſiaſticum. notat gloſ. in cap. cum ſit. ſ. de for. compe. probatur in cle. diſpendioſam. de iud. Quæro pone, ꝙ Michael hic nihil dixiſſet de patre, an cogeretur reſtituere vſuras extortas per patrem. gl. in hoc multa fundit, vltimo concludens, ꝙ ſic, eſt verum, ſi eſt hæres patris, vel ſi ad eum peruenerunt bona empta de pecunia fœnebri: ſm nota. ſ. eo. cum tu. Ad hoc oppono, quia per hoc reſcriptum non poſſet Michael agere pro vſuris extortis a patre per alios, ergo nec poſſet excipi de facto patris. gl. format. Solue, ꝙ non eſt paritas rationis: qñ enim excipitur de vſuris extortis per patrem, delegatus non cogit, vt reſtituat: ſed non auditur, niſi reſtituat, ita ꝙ non habet excedere formam reſcripti, ſed ſi Michael ageret de facto patris, delegatus excederet reſcriptum. Quæro nunqd poſſit excipi contra iſtum de vſuris extortis nomine alieno. gl. argu. ꝙ ſic per cap. ſicut non ſuo. 46. diſt. ibi dicitur, ꝙ turpe eſt crimen ſuum commodis impendere alienis. pro hoc de peculio clericorum, cap. penult. & placet Innoc. pro hoc etiam, inf. de ſenten. excommunicatio. mulieres, & hoc tenet Hoſtien. in ſumma huius tit. §. final. & Goffr. in ſumma huius titul. §. Item quid ſi. & Archid. in c. ſicut non ſuo. & hoc eo caſu, quo principalis, cuius nomine extorſit, non eſt ſoluendo. dominus Ioã. And. diſtinguit, ꝙ aliquando extorſit, vt nudus miniſter. & nõ tenetur, & in hoc tenet, quod tenet gl. Aliquando autem participat lucro: vt quia tu mutuaſti alicui ad 20. pro centenario, & ipſe mutuauit alijs ad 25. & tunc tenetur, & eſt vera alia opinio. hoc tamen non poſuit in nouella. Tu autem dic, ꝙ quãdo participat lucro, non procedit quæſtio gloſ. quia non facit nomine alieno: ſed proprio, vnde dico, ꝙ ipſe principaliter tenetur in ſolidum in exemplo poſito, quando recipiat ad 20. quia mutuabat ad 25. vel 30. pro centenario. ad omnia 30. ipſe tenetur, ſed ipſe poteſt repetere a creditore primo illa 20. quæſtio ergo glo. procedit, quando fuit nudus miniſter, vt habens certum ſalarium, & tunc dico gloſſ. ſimpliciter eſſe veram, vt non teneatur reſtituere aliquid, quia nihil percipit: nec ipſe dicitur mutuaſſe, vel extorſiſſe vſuras, ſed ille cuius nomine extorſit, ſup. de præſcrip. ſi diligenti. tunc quæro, an eſt neceſſe, quod excipiens probet, quod extorſit nomine proprio. dic ꝙ non: quia præſumitur, quod proprio: niſi ipſe doceat, quòd nomine alieno.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario quando procedat.*
2 *Iudæi an teneantur ad oblationes.*

QVanto. Iudæi extorquentes graues vſuras a chriſtianis, vel de poſſeſſionibus ſuis decimas, & oblationes ſolitas percipi per eccleſias, eis non ſoluunt, priuantur chriſtianorum cõmercio, habet duo dicta. ſecunda in §. hac eadẽ, prima ſubdiuidit. Primò ponit cauſam ſtatuti. Secundò ſtatutum ibi, volentes. Tertiò prouidet contra ſuſpitionem grauaminis ibi, principibus. Inſoleſcere. i. contra ſolitum agere. Oppon. in principio: quia videtur a contrario ibi immoderatas. permittere moderatas quod tñ eſt falſum. ſ. eo. poſt miſerabilem, vbi omnes ꝓ-
1 hibentur. glo. hic dicit † ceſſare argumentũ à ꝯtrario, de hoc qñ procedat. ſ. de elec. publicato. & in l. conuenticulam. C. de epiſcopis & cle. vel poſſet dici. ꝙ fortius debent arceri Iudæi, qñ vſuræ ſunt immoderatæ: & ſic hęc decre. venit ampliatiue ad c. poſt miſerabilem. maxime in ver. principibus. Sed tñ quicqd hic dicitur, ibi dicebatur in effectu: vera ergo eſt ſolutio gl. qa omnis vſura de iure canonico eſt immoderata. ſ. per totum titulum: maxime in c. conſuluit. in verbo, nihil tamen ſperãtes. Sed de iure ciuili permittebantur vſuræ ſub certa moderatione, vt videlicet illuſtris poſſet recipere tertiã partem. vt de 30. decem. Mercator duas partes: vt de 30. viginti. quilibet alius communiter medietatem: vt de 30. quindecim. Cẽteſimæ aũt vſuræ omnibus interdicuntur: vt ſi de centum, cẽtũ. de 30. 30. Damnatur verſus. Illuſtris tertiam alias trinam: beſem mercator habebit. Omnes ſemiſſem, centeſima cuique ſemota. de hoc per Hoſtien. in ſumma eo. tit. § qualiter. Sed hodie de iure ciuili omnis vſura prohibita. ſ. cod. quia in omnibus: & plene examino in repetitione c. in ciuitate. in §. hac eadem. Oppon.
2 ꝙ Iudæi non teneantur ad oblationes: dantur enim pro auditione diuinorum. ſ. de parochijs, vt nullus. Soln. textus poteſt intelligi duobus modis: vno modo, ꝙ decimæ, & oblationes, de quibus hic, erant onera realia: & tunc textus procedit ſine dubio, tranſeunt enim res cum onere ſuo ad quemlibet poſſeſſorem. ſ. de decimis paſtoralis. Et ſm hunc intellectum not. ꝙ res onerata tranſit ad alium poſſeſſorem cum ſuo onere, etiã ſi ſit talis, qui non poſſit exigere id, ꝙ mutuo debebatur pro illo onere: nã Iudæi nõ audiunt diuina: nec eis miniſtrant̃ ſacramenta, quę debent̃ a ſacerdotibus pro decimis. Alio modo legitur, ꝙ non erant onera realia. vt finge in parochia, vbi ſolebant eſſe chriſtiani, venerunt Iudęi ad habitandũ: ita ꝙ eccleſia nullas oblationes percipit: prouidet concilium, vt Iudæi teneãtur ad oblationes, quas ſolebat eccleſia percipere: & huius eſt ratio, ne eccleſię defraudentur: nã oblationes non ſunt mere in libertate offerentium: vt not. in rubrica de parochijs. Secundum hunc intellectum nota, ꝙ aliquis tenetur ad decimas perſonales, & oblationes, qui eſt incapax ſacramentorum: & hic eſt intellectus valde fauorabilis, & exorbitans a iure.

SVMMARIVM.

1 *Vltra ſortem recipere non licet creditori, quamuis periculum in ſe ſuſcipiat,*

2 Emen

Digitized by Google

2 *Emens rem minori precio quam valeat, diſcernens tempore quo dubium ſit, an plus vel minus valeat, non eſt vſurarius.*
3 *Lucrum ſperare de parte lucri non eſt illicitum.*
4 *Vſurarij quomodo compellentur.*

NAuiganti. Habet tria dicta. ſecundum ibi
ille. tertium ibi, ratione. Duo ſe
cũda vltima ſummata ſunt. ſ. eo. in ciuitate. quod
j. ſequitur. In primo hoc dicit. Nauticum fœnus iu
re canonico reprobatur. hoc dicit. Nota ex hoc principio hanc
1 concluſionem, ꝙ ſuſceptio † periculi in creditore non facit ſi-
bi licere aliquid vltra ſortem percipere. Oppon. primo de l. ni
hil. ff. de nautico fœnore. & C. de nautico fœnore per totum. So.
de iure ciuili permittitur nauticum fœnus etiam quo ad vſurã
centeſimam, & eſt ſpeciale in nautica pecunia, in qua ſunt, &
alia ſpecialia: quia aliæ vſuræ non debentur ſine ſtipulatione:
& nautica debetur ex pacto nudo. l. periculi. §. fin. ff. de nautico
fœnore. Sed iure canonico indiſtincte prohibetur. Oppono ſe-
cundo. licitum eſt enim locare operas pro pecunia vehenda
vltra mare: & aliquid percipere. l. in nauc. & l. qui operas, & l. q
mercedem, & ſequenti. ff. locati. So. ibi eſt locatio. Secus in mu
tuo: quia nulla vtilitas eſt pecuniæ, ſi teneatur in archa: nec de-
terioratur: quia mutuetur. 88. diſtinct. in palea eijciens, ſecun-
dum Innoc. Oppono tertiò ad idem, quia hæres rogatus reſti-
tuere hæreditatem detrahit quartam propter periculum, ſed
ſi periculum ſuſcipiat ſubſtitutus, nihil detrahitur. l. quia pote-
rat. ff. ad Trebellianum. Solu. non prohibetur hic, quin pro ſu-
ſceptione periculi, quod procedit qñ contractus ſuper tali ſu-
ſceptione ſeparatus eſſet a mutuo vt in l. qui poterat, ſed qñ ꝯ-
iũgitur, prohibetur, vt hic, quaſi videatur potius recipere ra-
tione mutui: & hoc eſt, quod prohibetur hic. Oppo. quartò ad
idem, dicit. n. lex, ꝙ ſi mandatarius mutuat pecuniam ſuo pe-
riculo, lucrum eſt mandatarij: ꝙ alias eſſet mandantis. l. idẽq;.
§. ſi mandauero. ff. mandati. Sol. illa conuentio non repugnat
naturæ mandati: ſed naturæ mutui, ſic not. 14. q. 3. in ſumma.
Item lex illa permittit exigi vſuras, quæ de iure canon. prohi-
bentur. Oppo. quinto ad idem de l. ſi vnus. §. 1. ff. pro ſocio. vbi
q percipit in ſe periculum, aliquid lucratur. Sol. vt ſ. ibi in alio
contractu, q̃ mutui. Oppo. ſexto ad idem, quia locans rem, ali-
quid ꝑcipit: quia res perit periculo ſuo. ſ. de locato, potuit. Sol.
illud in cõtractu locationis, aliud in contractu mutui: quia in
locatione vſus rei ſeparat̃ a dominio. rõne ergo dñij remanẽ-
tis dño percipit lucrum: ſed in mutuo vſus non diſtinguitur
ab ipſa re: quia per vſum ſit aliena. l. 2. §. appellata. ff. ſi certum
petatur. Si ergo aliquid reciperetur, perciperetur de re nõ ſua.
Concludit ergo, ꝙ ſuſceptio periculi bene põt deduci in con-
tractum de per ſe. Item etiam alio contractu, præterquã cum
ꝯctu mutui: ꝑꝑ rationem, quam tangit gloſ. Finge eñ, ꝙ nullũ
periculum interceſſit, id, quod dabitur de pluri: accedet ſorti,
ꝙ prohibetur: puto autem, ꝙ ratio prohibitionis fuit euitatio
fraudis, alias de iure liceret propter ſuſceptionem periculi ali-
quid percipere, vt quotidie fit Venetijs, Florentiæ, & ſimilibus
locis. Et per hoc dico, ꝙ ſi poſſet doceri, ꝙ non plus percepiſſet
iſte mutuans: q̃ ſi pecuniam non ſuam non mutuatam per ſe
ſegregaſſet, non erit vſura. In §. ille. Nota ſecundam concluſio-
2 nem, c ꝙ † emens rem pro minori, q̃ valeat tempore cõtractus
dandam alio tempore, ꝙ dubium eſt, an plus, vel minus vale-
bit, non eſt vſurarius. Oppon. ad hoc & ſolue: vt ſ. eo. in ciuita-
te. in §. ille. Oppono in eo, ꝙ propter dubium excuſatur emens
minori pretio. in dubio enim debuit potius Papa interpretari
in cauſam duriorem. ſ. vt ſit vſurarius, cum agatur de periculo
animæ, & tunc pars durior cenſetur. de homici. ad audientiã.
& cap. ſignificaſti. vbi de hoc in glo. 2. ſ. de ſcrutinio. c. 1. vbi de
hoc in glo. fi. Sol. ſecundum Hoſt. contraria loquuntur in foro
pœnitentiali: ſed in contentioſo fit interpretatio in partem me
liorem. ſ. de probatio. ex literis, hæc ſolummt. ꝙ in foro pœnitẽ
tiali non procedit. §. ille, & §. ratione. quod eſt falſum. quia hæc
decre. in illo. §. determinat. c. in ciuitate & c. conſuluit, ſup. eo.
quæ loquuntur in foro animæ. Dic ergo aliter, ꝙ aliquãdo du
bium eſt facti, quod habet dubiam iuris interpretationem, &
procedunt contraria, vt in caſu, ſup. de ſpon. iuuenis. Sed ali-
quando factum eſt certum, ſicut hic: certum eſt enim, poſtq̃
caſus euenit, quod res valuit plus, quàm emeretur in §. ille, &
in §. ratione, minus. ſuper quo format dubium iuris: & fit ſolu
tio clara, ſcilicet, ꝙ excuſantur propter dubium facti, quod ꝓ-
ceſſit euentum contractus. Ad hoc oppono, quia ante euentũ
caſus factum eſt dubium. ergo attento initio debuiſſet Papa
potius iudicare contractum vſurarium. Solu. imo attento ini-
tio debuit iudicari non vſurarius propter dubium euentũ. cũ
poſſit contingere, ꝙ non ſuberit lucrum: & hoc caſu contin-
gente falſa eſſet deciſio, ꝙ ſit vſurarius. Dic ergo, ꝙ aliquando
factum eſt dubium, adeo quod nullo modo poteſt declarari,
& interpretamur in partem tutiorem: ſic loquuntur contra-
ria in præcedenti oppoſitione ſignata. Aliquando factum du
bium poteſt declarari: & tunc non fit interpretatio, niſi in par
tem veriorem, attenta declaratione. Modo hic iſtud dubium
facti, vtrum res plus valebit, vel minus, declaratur aduenien-
te tempore: & quia contingere poteſt, ꝙ tunc nihil accederet
ſorti, imo detraheretur, vt ſi res min⁹ valet, quàm fuit preciũ,
ideo neceſſario fit interpretatio, vt non committatur vſura:
dico tamen, quòd in foro pœnitentiali conſulendum eſt con-
trahentibus, vt abſtineant a talibus contractibus. Oppono, ꝙ
etiam ſi certum ſit, quod plus valebit merces, non ſit vſura. li-
citum enim eſt contrahentibus ſe decipere. Sol. vt ſ. eo. in ciui
tate. Oppo. ad totum cap. & ad titulum, ꝙ vſura nõ ſit illici-
ta: licitum enim eſt recipere a voluntarie dante. 1. quæſt. 2. pla-
cuit. ſ. de ſymon. dilectus, 2. ſed recipiens ſub vſuris voluntarie
ſe obligat ad vſuras. Sol. voluntas eius non poteſt facere licitũ,
quod non licet. ſ. de teſtam. requiſiſti. l. nemo. ff. de legatis pri-
mo, de reſcriptis. ſtatutum. §. ſi quid. lib. 6. nec eſt verum, quod
ſit præciſe liber, compellitur enim, propter indigentiam liber-
tas præciſa poſſet apparere, nullo modo interueniente pecca-
to: & ideo extincta obligatione: & tunc licet recipere vltra ſor
tem, de quo in regula peccatum, lib. 6. poteſt etiam apparere
durante obligatione: vt quia dans hoc expreſſit, quod libere
dabat, nec contrarium patet ex coniecturis: & ꝙ non ſit liber-
tas, quando fit peccatum de pluri dando, eſt illud Bernardi in
libro de cura rei familiaris. vſura eſt legalis latro prędicens, ꝙ
intendit. Quæro, habeo hic pannos laneos, quos volo ducere
per mare, vel terram ad partes Marchiæ: vel Apuliæ cauſa lu-
crãdi: venit Titius ad me, & vult eos emere, dando mihi illud
lucrum, quod ſperabã facere deductis ſumptibus. an licet. Inn.
ꝙ ſic: vt ſicut in tex. propter dubium temporis excuſatur ven-
dens plus: ita hic propter dubiũ loci. Hoſt. vr̃ velle impugnare:
dicens hoc non eſſe bonum ſimile. dñs Ioan. And. concordat,
ꝙ ſi ſtatim ſoluitur precium: verum eſt dictum Inn. Si differt,
verum dicit Hoſt. hæc eſt quædam bona æquitas ad tollẽdam
fraudem, quæ cõfici poſſet. ꝙ. ſ. cũ tu velles portare pannos ad
illa loca: & ego haberem, nec tu poſſes ſtatim dare pecuniam,
fingerem me iturum. Sed de mente iuris verum dicit Inn. Po-
ne habeo pecunias, venis ad me, petis mutuum, dico, ꝙ cum
meis volo proficiſci in Alemaniam, & emere argentũ, de quo
lucrabor. 20. pro centenario. dicis, & ego volo tibi dare iſtud
lucrum an licet. Inn. dicit, ꝙ non, qđ tenent Ioan. And. & Ioã.
Cald. vt aliud ſit in pecunia, q̃ in mercibus. Ad quod oppone:
quia iſtud lucrum datur pro intereſſe, quod licet. de fideiuſſo.
perueniat. no. in regula, damnum, de reg. iur. lib. 6. & ſ. e. cũ tu.
Sol. ſi omnino conſtaret iſtum creditorem eſſe iturũ pro mer
cimonijs, & probatur poſſe æſtimare lucrum: forte poſſet cõ-
cedi. ſed propter multitudinem fraudis omnino debet prohi-
beri. Pone, mutuo tibi pecunias libere, & gratis, & volo partici
a pare lucro, ſic, ꝙ facies, ſoluo capitale. an eſt vſura,[a] vr̃ ꝙ ſic: qa
aliquid accedit ſorti. In ꝯnum, quia hic eſt ſocietas, quæ põt
ſic ꝯhi, vt tu ponas perſonam, & ego pecuniam. inſti. ꝓ ſocio.
§ de illo, & ſequenti. quod tenet Hoſt. in ſumma. e. §. an aliqd,
verſ. quid ſi periculum. Sed Azo. ff. ꝓ ſo. l. ſi non fuerit. & Goff.
hic dicunt ſocietatem illicitam. l. ſocietas leonina, ꝙ quia par-
ticipat lucrum, & non damnũ. Et ad §. adeo. inſti. pro ſocio. re-
ſpondent, ꝙ bene poteſt ſocius in ſe recipere periculum lucri,
ſed non capitalis. alias non eſt bona fraternitas, quæ debet eſſe
in ſocietate. Ego dico, ꝙ ſi non apponitur pactum de parte lu-
cri indiſtincte & per c. veſtras, de donatio. inter virum & vxor.
3 & non † eſt illicitum ſperare lucrum de parte lucri. Sufficit. n.
ad excludendum vſuram, ꝙ non eſt contractus mutui, ſed ſo-
cietatis. Sed ſi apponitur pactum ſuper parte lucri; vera videt̃
opinio Azo & Goſ. vt ſit illicitum ſaluo capitali. Pone do ti-
bi boues pro annua penſione, an licet: dic quòd aliquando æſti
matos, & eſt vſura. Aliquando inæſtimatos ita, quod rema-
neo dominus: & eſt locatio licita. Multæ ſimiles quæſtiones
4 formari poſſunt. Quæro vltimo quomodo † compelluntur
vſurarij, & de pœnis eis imponendis, dic, vt ſup. ca. quia in om-
nibus, & cap. prætetea. j. eo. capitulo primo & ſecundo, libr. 6.
Et plurimas quæſtiones facti format Fredericus circa hãc ma-
teriam, quas omitto.

ADDITIO.

a Vſura. Adde text. & ibi Arch. in c. plerique. 14. q. 3. & per Lauren. de Rodul. in tracta. de vſuris. q. 20. & per Sal. in authent. ad hæc, C. de vſuris, in 14. q.

De crimine falſi. Rubrica.

In decalogo non furtum facies: non dices falſum teſtimonium &c. Ideo ſubmittit de crimine falſi. Ioan. And. Sed hæc continuatio eſt ad remota: poſſet autẽ ad proxima continuari ſic:

Digitized by Google

ſic: viſum eſt de vſuris, in quibus ſubeſt aliqua falſitas in eo, ꝙ
vſurarij tempore, quod eſt commune, vtuntur contra naturã
temporis tanquam proprio. Ideo nunc generaliter ſubmittit
de crimine falſi, vel ſic tractaturus auctor de criminibus: inter
cętera annectit crimen falſi. De materia. 19. diſt. in memoriã,
4. q. 3. qui falſo. 11. q. 3. quiſquis.

SVMMARIVM.

1 *Falſidicus teſtis tres dicitur lædere.*
2 *Teſtis falſidicus qua pœna ſit puniendus.*
3 *Teſtis falſus circa quæ accuſabitur.*

1 FAlſidicus. Falſidicus † teſtis tres læ-
dit: deum: iudicẽ, & par-
tem: hoc primo. Et falſus eſt, ſiue veritatem
occultet, ſiue mendacium dicat. hoc ſecun-
dò. habet duo dicta. ſecundum ibi, vterque.
Mendacium, & per hoc eſt periurus. de præ-
ſumpt. literas, ſic & qui veritatem occultat,
quam tenebatur indicare: vt dicam in primo contrario. Ille, ꝙ
veritatem occultat. Iſte, qui mendacium dicit. Oppone, ꝙ oc-
cultando veritatẽ, non dicatur teſtis falſus, nec debeat compa
rari dicenti mendaciũ. 22. q. 2. ne quis, vbi dr̃, ꝙ aliud eſt occul-
tare, aliud mentiri. Sol. vt ibi in fi. primæ gl. & dic, ꝙ hic loquitr̃
in teſte: & ratio, quare tenetur de falſo, eſt ſm Innocẽ. & Goſ.
quia officium teſtificandi aſſumpſit, & tunc tantum tenetur:
a vel cum veritas [a] aliter haberi non poteſt. Sed in cap. ne quis.
loquitur de interrogato extra iudicium, vbi ſit aliquis, quem
eius inimicus quærit occidere. tali nanque permittitur non re
ſpondere, vel conſutare, vt dicat, nunquid cuſtos fratris mei
2 ſum. Quæro, qua pęna puniendus ſit teſtis † falſus. [b] Solu. vt in
b glo. ſecunda, quæ dicit, ꝙ extraordinarie, cauſa durante. dicit
Abb. dando illi alapam. de hoc in Spec. de teſte. §. 2. alias pri-
mo. verſic. quid igitur. cum tribus verſi. ſequenti. ſed cauſa fi-
nita, dicit glo. ꝙ accuſari poteſt, &c. vt in gl. Vbi quæro, coram
3 quo accuſabitur, pone enim ꝙ teſtis † Vincentinus ad requi-
ſitionem iudicis Paduani falſum depoſuit coram eo iudice
Vincentino. de hoc in dicto verſic. quid ſi aliquis. In glo. 2. ibi.
C. de teſti. l. nullum. de hoc nota. vt eccle. bene. cap. vno, in glo.
3. & ibi. l. Cornelia de fal. adde, quod no. 5. q. vlt. presbyteri. 2. &
ibi non habuerit effectum dic. l. prima. §. primo, & ibi, ꝙ eſt ali
qua. de hoc de proba. licet. & de excep. cum venerabilis. in glo.
penul. & vtrobique dixi. In glo. penul. in fin. vnde melius facit,
33. q. 5. hæc imago. vbi punitur pęna talionis, & vbi de hoc. &
2. q. 3. in ſumma. 23. q. 5. lex debet.

ADDITIONES.

a Veritas. Adde do. in cap. dilectorum, de teſti. cogen.
b Falſus. Adde tex. in cap. presb. 6. q. 6. cap. ſi epiſcopus. 50. di. c. quicunque. 9.
q. 1. glo. in cap. hoc nihilominus. 3. quæſt. 9. Ioan. And. in regula non eſt obli
gatorum, de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per falſas literas non debet executioni mandari.*

1 SVper eo. Sententia † lata per falſas literas
non debet executioni mandari,
hoc dicit. Et olim erat ſub titulo de re iudi. primò
commendat eum, cui ſcribit de præterito. ſecũdò
inſtruit eum in futurum: ibi mandantes. Non obſerues, nam
etiam contra veras literas quãdoque competit excuſatio. ſ. de
reſcriptis, ſi quando. Oppon. primò in eo, ꝙ dicit auctoritate
falſarum literarum, nam falſi nulla eſt auctoritas. So. verbũ au
ctoritate poteſt exponi ſecundum apparentiam, & intentionẽ
iudicantis. Opp. ſecundò, ꝙ ſententia lata per falſas literas de-
buit executioni mandari. nam proceſſus bene tenet, & ſenten-
tia, de reſcriptis, ſuper literis. Sol. ſecundum glo. primam. falſi-
tas hic erit in literis commiſſionis, id eſt, ꝙ non vere emana-
uerant a concedente, & ſic ſententia lata erat a non iudice: vel
erat falſitas in commiſſione facta iſti, cui mandabatur execu-
tio. hæc ſo. ſecunda non procedit: quia textus dicit, ꝙ ſententia
lata erat auctoritate falſarum literarum: vnde verior eſt prœce
dens, quam intelligo de literis lingioſis. literæ autem ad bene-
ficia indiſtincte ſunt nullæ pp falſitatẽ. de reſcriptis, ad audien
tiam. 2. Oppon. tertiò, ꝙ non debuerit Papa committere arbi-
trio commiſſarij, ſicut facit ibi: redarguenda videris falſitatis,
poterunt enim dicere falſas eſſe, quæ non erant contra id, de
reſcrip. cũ cõtingat ad fi. So. dic videris probabiliter, & ex iuſta
cauſa, de qua. j. eo. licet. Oppo. quarto, ꝙ non poſſit falſatius re
tineri: nã ſi eſſet clericus detinens erit excõicatus, & ſimiliter
detineri faciens. de ſent. exc. nuper. So. intelligendo de clerico,
dic, ꝙ detinebitur per mandatum iudicis eccleſiaſtici, qui pote-
tit hoc facere, qñ ſuſpectũ habet illũ, vel ad mandatũ delegati
ſm Inno. Ad hoc de reſcrip. c. 2. & 3. & fi. vbi impetratus iudex
per falſi ſuggeſtionẽ cõdẽnat in expenſis, qđ procedit ſm Ioan.
Cal. hic in additione, niſi litera delegationis foret falſa. i. falſo
modo fabricata: vt quia non emanauit a cancellaria. tunc eñ
non põt, qui videbatur dari delegatus mandare ordinario per
ea, quæ not. de reſcrip. ſuper literis: ſed ſignificare ſic. Si aũt iu-
dex ſecularis detineret clericum, procederet cõtrariũ ca. nuper.
argum. de ſent. excom. c. 3. §. primo. intelligendo aũt textũ de
laico, contrarium non procedit. In gl. prima ibi Lau. & Goffr.
in gl. ſecunda in fin. & 25. q. 2. & ſi non cognitio. In gloſ. vlt. in
fin. melius. l. vlt. vbi dicitur, ꝙ executio rei iudicatæ ſuſpendir̃,
& ſolutum per talem ſententiam repetitur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus principis ſigillum falſificans deponitur.*
2 *Carcer deputatur ad cuſtodiam.*

1 AD audientiam. Clericus † falſans ſigil-
lum principis deponi-
tur, & ei caracter imprimitur, & in exilium mitti-
tur. Cõis diuiſio. ſecunda ibi fraternitati. Carcera
ri nec per hoc excõicatus. pro hoc, quod dixi. ſ. ca. proxi. in vlt.
cõtrio. quo. impreſſo: & in loco apparenti. & dicit Innocen. ꝙ im-
primitur manui, vel faciei, quod eſt ſpeciale in odium crimi-
nis: vt dicit vlt. gl. Alios, qui ex hoc terrebuntur. 3. diſt. factæ. de
transla. c. 1. in fi. Abire. & ſic exulabunt. concor. de calũnia. ca.
2 primo, in fin. Not. ꝙ carcer † deputar̃ ad cuſtodiam [a] ibi, car-
a cerali cuſtodia. ſed vtimur eo ẽt ad pęnã. j. de pęnis, q̃uis, lib. 6.
Oppo. primò in eo, ꝙ dicit degradandos falſarios. nam primò
deberet procedere verbalis depoſitio, de iudicijs, cum non ab
homine. So. ſta cõtrio. & ꝙ dicit degradatis, dic verbaliter. Opp.
ſecundò ad hoc, ꝙ imo & actualiter, & cum hoc tradi debent
curiæ ſeculari. j. eo. ad falſariorum. Sol. vt in gl. 2. In cuius fine
dic, vt in alijs caſibus, qui not. de hæreticis ad abolendam in
quinta gloſ. Oppon. tertiò, ꝙ non debeat caracter imprimi. de
rapto. in archiepiſcopatu. Sol. vt in gl. prima, & in ea ibi profun
de & impie. Goff. In contrario autem prohibetur pœna, per q̃
poſſet timeri periculum mortis, vel membrorum mutilatio.
ad hoc ne cleri. vel monac. ſententiam. Oppon. quarto ad idẽ
de dicto cap. ſententiam. vbi prohibetur clericis aduſtio. Solu.
vt in eadem gloſ. & dic, quod in contrario loquitur de cirur-
gica aduſtione, & non leui.

ADDITIO.

a Ad cuſtodiam. Adde Ioan. And. in cap. a nobis. ſup. de Apoſt.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, in quo excommunicatus a canone mandatur excommunicari ab homine.*
2 *Pactum contra interdictum Papæ eſt nullum.*
3 *Sedes apoſtolica vbi dicatur eſſe.*
4 *Deputati, qui dicantur ad dandum literas apoſtolicas.*

DVra. Habet duo dicta. ſecundum ibi adijcien-
tes. In ſumma dicit. Exiſtens in curia lite-
ras apoſtolicas non recipiat, niſi de manibus Papę,
vel officialium deputatorum ab ipſo. perſonæ tñ
ſolennes per nuncium recipere poterunt: tamen de manibus
prędictorum cõtra faciens, ſi laicus eſt, excõicationi ſubiacet.
ſi clericus, ab officio & bñficio ſuſpendir̃. hoc primo. In §. adij-
cientes. h. d. Per excõicationis pęnã prouideri debet cõ non reſi
gnantes, nec deſtruentes literas falſas infra 20. dies. & abſolu-
tio Papæ reſeruar̃, & contra factum vinar̃: vel breuius in vtro-
que dict. prima pars punit recipientes literas apoſtolicas non
de manibus Papæ, vel officialium. ſecunda punit non reſignã-
tes: nec deſtruentes eas. Auctoritatis. pura eps: vel magnus ab-
a bas. Nota caſum, † in quo excommunicatus a canone man-
datur excõicari ab homine: vt hic in ver. adijcientes. quod pro
cedit intelligendo in dict. præcedenti ibi, excõicationi ſubia-
ceat, ſit canon latę ſententiæ. ſimile de Iudæis, ita quorũdam:
vel ſm Hoſt. ſ. ſunt excõicati a iure, qui non de manu Papæ,
vel officialium literas recipiunt. hic excõicantur hi, ad quos
quocunq; modo falſæ literæ peruenerint. & ſic eſt alius caſus
2 a præcedenti. Nota, ꝙ factum † contra interdictum Papæ eſt
nullum, quod vetum eſt: quando hoc exprimitur: vt hic & de
præben. inter cęteras: alias ſecus. eo. ti. de præben. dilectus. 2. vbi
de hoc. Oppon. primò in principio in eo, ꝙ dicit ſub pœna ex-
communicatio, & ſuſpenſionis: ſuſpenſionem enim per ſe
indu-

Digitized by Google

inducebat excommunicatio.3.q.4. Engeldrudam.de except a nobis.de cler.excõm.mi.poſtulaſtis.de eta.& quali.cũ bonę.de appel.paſtoralis. Sol.ſm Goſ.ſuſpenſio per ſequelam excõicationis inducta tolleretur per excõicationis abſolutionem; ſed non tolletur ſuſpenſio ſpecialis:pro hoc,quod not.de cler.non reſi. ex tuæ, & pro hoc C.ſi pen.appellatione mors interuenerit.l.3.C.ſi reus vel accuſator mortuus fuerit.l.fin.vel ſm Goſ. excõicatio concernit laicos:ſuſpenſio clericos:quod tenet Hoſtien.& probari videtur per id,quod ſequitur in textu.ſimile.ſ. t.1.præterea,& hæc verior per verſi.ſi quis.ĩ.ſequentem.Oppono ſecundò,ꝙ non debeat ponderari impetrans, ſicut ponderatur ibi,mittere idoneum. pro hoc iura alle.in gl.2.Et in ſi. imo dic,vt de reſcriptis,c.t.l.6. hodie autem non ſeruat curia ſm Hoſt.id,quod hic dicitur: ſed quilibet etiam pauiæ conditionis mittitur ad bullarorem, & recipit literas: ſunt autem intentio huius iuris ſm Hoſt.illum punire,qui per ſe, vel per aliũ literas recipit a falſario,vel ſuſpecto, vel non noto, & ſcienter hoc faciens has pęnas incurrit: conſueuerant enim aliqui falſificare,& curialibus tradere ſimulantes illas a cancellaria gratioſe obtinuiſſe, Oppon.tertio in verſic.abijcientes,ꝙ reſignãtes,vel deſtruentes non euadant pęnam excommunicationis, ĩ.eo.ad falſariorum. Sol.gl.in verbo ꝯrio. ſtat ꝯrio. Hoſt.tenet contrarium remittens ad ibi nota.dic,ꝙ ibi qñ vtitur.hic autẽ non apparet,ꝙ viſus fuiſſet; & in hac gloſ.ibi rñdeo. ſm Tanc. Vinc.& Phil.& in ſi. melius.ff.de redhibitoria.l.1.§.cauſa.& l. ob quæ vitia.& l.quæritur.§.ſi.Quæro,quia hic in principio loquitur de conſtitutis apud ſedem apoſtolicam, quid de alijs. dicit Inno.ꝙ non ligantur.& poteſt fuiſſe ratio:quia ſæpius ibi

3 conſtituti peccabant.Quæro,vbi dicitur eſſe ſedes † apoſtolica.

a dicit Hoſt.ꝙ vbi eſt Papa, [a] ibi & curia etiam intelligitur. pro hoc,quod nota.de præb.ſi apoſtolica.lib.6.Quæro,qui ſunt de

4 purati † ad officium dandi literas apoſtolicas.dicit Innocen.ꝙ bullatores:vel ſm Goſt.vicecancellarius de expreſſo mandato Papæ deputatus. Idem tñ ſm eum de officialibus extraordinarijs de camera,vel extra:intellige ad hoc deputatis. Quæro de intellectu literæ.ibi iuxta præſcriptam formam,dic.ſ.de manibus Papæ:vel officialium ad hoc deputatorum. Quæro nunquid, quod dicit excommunicationi ſubiaceat,ſit canon latæ ſententiæ.glo.in verbo excommunicationi.dicit,ꝙ nõ & reddit rationem, quam declara per id, quod dixi ſupra in primo contrario,quod tenet Inn.ſm Goſ.& Hoſt. hic tenent,ꝙ ſit canon latæ ſententiæ,& idem Ioan.& Phil.ĩ.eo.ad falſariorum. Pro prima ſolutione eſt,quia ſuſpenſio, de qua ſtatim ſubmittitur,eſt ferendæ ſententiæ,patet in verbo,damnetur pro hoc, quod not.de iura.calum.c.ſi.ſed dicit Hoſt.ꝙ licet ſolum dicat laicum excõicationi ſubiacere, poteſt intelligi idem de clerico, quia plus delinquit. & ideo vltra excõicationẽ mandatur ſuſpẽdi.ſimile ſ.de hæreticis excõicamus.§.ſi vero.ſed hoc repugnat textui,qui exprimit de laico tantum: pęnę namq; non ſunt extendendæ,regula in pęnis,lib.6. & mihi placet ſolutio prima per notata in dicto.c.fin.& de for.compe.ſi diligenti.In glo.in verbo,deſtruat.in ſi.& C.de hęreticis.l.damnato.In glo. in verbo reſignet.in fin.vel coram iudice, ſi coram illo fuerint exhibitæ.ĩ.c.penul.Hoſt. In gl.penult.in ſi.ad hoc de offi.ordi. paſtoralis.ver.ad quod dicimus.

A D D I T I O.

a Papa. Adde Innoc.in cap.ego N.de iure iur. Arch.in c.ſcire.7.q.1.Zenzeli. in extrauag. Ioann.22.incipiente,execrabilia.

S V M M A R I V M.

1 *Literæ apoſtolicæ nouem modis falſari poſſunt.*

2 *Scripturæ forma per comparationem iudicat falſitatem.*

3 *Falſis literis ſi apponatur bulla vera,vel contra,committitur falſitas.*

1 LIcet. Ponit nouem modos † falſandi literas Papales.hoc dicit. Et hos declarabo partim in textu,partim quærendo. Et dicit Abb.hanc decreta. legẽdam cum litera bullata. Canapis ſpecies lini eſt. Vincentius,vetus eſt,ꝙ eſt propria ſpecies:ſed inſtar lini habet quoad effectum,qui inde ſequitur. Quarta.iſta patet. cognoſcetur autem ex malleatione bullæ,cum fuerit pars fili intus reducta. Item quinta per tractatione fili ſi expediet.Redditis.per officiales ad hoc deputatos.tenuem. maxime: ſed ſi dictum,quia difficilius perpenditur.Sexta.hæc falſitas,& ſequẽs non poſſent facile fieri in papiro,in quo poteſt ſcribi inſtrumẽtum,de confirma.vti.cum dilecta. verſ.nos igitur. vbi de hoc. Et alijs puta tibertino,furfure,& ſimilibus,dicit etiam Hoſtiẽ. eſſe quandam herbam, cuius nomen ſupprimit: cum qua fit talis abolitio,ſine raſura.Ioan.And.dicit ſe expertum hoc fieri cum aqua quadam ſtillata, quod non eſt mirum. nam & in ferro literæ ſculpuntur per ſtillatam aquã,vel abraſę,vel ſubtiliatæ vſque ſub plicatura. Tenaciſſimo:ſicut faciunt qui emẽdant foramina,vel ſciſſuras librorum. counitur, & ſuper hoc counito ſcribitur. Scienter. non ergo includit eum, qui miſit idoneum nuncium ad literam procurandam, qui ſine licẽtia dñi falſitatem committit. arg.de pig.ſignificante.Hoſt.falſas: falſas hic vocat,quę licet per manus notarij tranſierint,tñ ſine licentia Papæ,& vicecancellarij bullantur, Proijciunt. ex cerimonijs quas hodie ſeruant bullarores,non facile poſſet hęc falſitas accidere,quia ſecretarij bullæ.ideſt vbi tenent literas bullandas non permittunt aliquem intrare. vnde potius accidere poſſet in cancellaria.Sigillentur.i.bullentur.Formam.dictatores & ſcriptores habent ſuas cerimonias,per quas ſi falſa litera venit ad ipſorum manus, citiſſime erit eis nota. Refert Abb. de literis M.& N.quibus ſcriptores non dant tractum,niſi in fine dictionum. de his in Spe.de reſcripti præſentatione.§.t.igitũ ibi in ſecunda columna & per totum.§.Cartę, curia non ſcribit in cartis raſis,vel deformibus.vnde & propter ineptam formam cartæ: vt quia minus longa,vel nimis breuis, iubetur litera reſcribi.& hodie pulchrior eſt forma literarum papaliũ, q̃ olim:& fertur eſſe ratio:qa ſcriptores Papæ ſcribebant olim in ſuis cartis:vñ ex auaritia turpes,& breues faciebant.vſi poſtmodũ ſubtracta ſunt eis victualia,q̃ habebant a curia: & dantũ cartæ gratis:& officialis ad id deputatus tot cartas dat ſcriptori,quot poſtulat.Adiunctione:vt in tertia & quarta ſpẽ.Collatione.ſemper ſi fiet collatio falſæ bullæ ad veram facile cognoſcetur.vix enim erit reperire,quin diſcrepet falſa a vera: vel in forma:vel filis;vel pũctis: vel alio aliquo. pręter hoc ẽt ſunt ibi quędam ſigna ſecreta,ſolis bullaroribus nota. Motionem. facilius mouebitur filũ foraminis ſubleuati,q̃ alterius. Obtuſionẽ.qñ cudita eſt bulla ſuper filo coniuncto, cum alio filo ſub bulla,quod non eſt, cum filum fuit tractum. Tumida.in loco in quo malleus non percuſſit. depreſſa in loco, in quo percuſ-

2 ſit malleus. Nota in verſ.illos,ꝙ ex † forma ſcripturæ per cõparationẽ cognoſcitũ falſitas bullæ.de quo in gl.pen.& ſi. Et nota cautelã gloſſę finalis ad cognoſcendũ raſurã, q̃ proprie procedit,qñ raſura fuit facta in vno loco non in alio:non ſic ſi in toto.poſſet tñ cognoſci per eneruationem cartę, qa per abraſionẽ reddit ſubtilior alijs: ſed ſi deleũ litera cum herba,non põt cognoſci ſm Hoſt.dic,ꝙ difficile eſt fieri aliq̃ immutationem, quin per coniecturas inueniaũ: maxime quia falſitas non põt diu latere iux. illud Ciceronis in libro officiorũ.ficta oĩa celeriter,tanq̃ floſculi decidũt,nec ſimulatũ põt quicq̃ eſſe diuturnũ. Oppon. primo,ꝙ non debuerit Papa tradere doctrinã de iſtis falſitatibus: ſunt enim de illis, quas melius eſt neſcire,q̃ ſcire. 38.diſt.q̃uis in ſi.pro hoc Seneca epiſtola.86.vbi monet illa nõ diſcenda,quæ ſi quis ſciret,dediſcenda foret.Et Marcus varro. Sunt q̃dã quę tradenda eſſent de aĩo ſcientis:quia inſerendi locũ occupant:& Hieronymus ad Aletetam.Non diſcant in tenero,quod poſtea dediſcendũ eſt. Sol.q̃dã legimus,vt cognoſcamus,& reprobemus.37.diſ.legimus. ita hic Papa docuit vt cauere ſciremus.Oppon.ſecundò.nã minus ſufficientẽ doctrinam tradidit Papa,cũ reperianũ,& alij modi. Solu.ſta ꝯrio, & multi modi,quibus carta dr̃ falſa,no.19.diſt.in memoriam.& proſequere hic,vt in gl.1.Opp.tertiò,ꝙ pp raſuram non committatur falſitas.ſ.de ſi.inſtr. ex literis. Sol. vt in gl.2.& dixi in ꝯrio,& pro hoc.ĩ.c.pen.& fin. Quæro de exemplo primæ ſpeciei falſitatis. Sol.ſatis patet ex textu. Vbi quæro,quid ſi vera

3 bulla apponitur falſis † literis. dic, ꝙ etiã tunc eſt falſitas.ĩ.eo. verſi.illos.& idem ſi falſa bulla apponitur veris literis,quod tñ hic nõ exprimit:quia raro accidit. ad hoc.ff.de legi.l.nã ad ca. Quæro de exemplo ſecundę ſpeciei.Sol.difficile foret ferro fieri extractionẽ fili prout dr̃ in hac ſpẽ:ſed fertur, ꝙ cũ quodam cemento calido includunt bullam,per quod plũbũ, & ſi nõ liqueſcit,tenereſcit: ita ꝙ p filũ trahi poteſt: ſed tñ ĩ tractione fit aliquis tumor,per quod poſt filũ immiſſum oportet bullã malleari. & de hoc intendit finis.c. Quæro de exemplo tertiæ ſpeciei. Hoſt.intelligit,ꝙ inciditur verũ filũ ſub plicatura veræ literę,& abſtrahitũ,& immittiũ falſæ literæ, ad modũ verę plicatæ.& ſub plicatura falſę lr̃ę reſarcitũ filũ, & eius ſciſſura cũ filo ſitis canapis: ſed ſatis cito detegeũ falſitas,ſi inſpicietur diligenter plicatura. Vel intellige ſm Ioan.And.ꝙ ex parte ſuperiori bullę totum filum inciditur circa bullam: & poſtea cum filo ſimilis canapis vera bulla appenditur litteræ falſæ, & illud filũ aliquantulum traducitur intra bullam.

S V M M A R I V M.

1 *Curiæ ſtilus ſpectari debet.*

1 QVam graui. Falſę ſunt literę papæ,in quibus eps vocatur filius, vel inferior frater, vel vni ſcribitur in plurali. primo ponit admirationem ſuã: ſecundo inſtruit in tribus, quæ ſunt de ſtilo, ibi, cum ſcire.tertio generaliter inſtruendo concludit ibi, propter

quod.

Digitized by Google

quod. Secunda ſubdiuiditur. primo facit, quod dixi. ſecundo
infert ad propoſitũ ibi, in falſis. A nonis. vel nr̃a cancellaria. ſ.
de reſcrip. ad hæc. Falſis, falſę lr̃ę non ſunt dicendæ lr̃ę pro hoc
not. 45. diſt. vera non admittas, ſiſe de reſcriptis, cũ contingat.
1 No. conſuetudinem, & conſuetum † ſtilum curiæ ſpectandũ,
ſ. de ſn̄ia excõicationis ad hęc. de conſtit. ex lr̃is. de quo dixi de
ↄſue. c. fin. & not. de temp. ord. c. 2. de re iud. in cauſis. Opp. pri-
mo, ꝙ etiã nõ ep̃os vocet aliqñ Papa fr̃es. 2. q. 7 lator. Sol. olim
ita erat, hodie ſecus vt hic. Oppo. ſecundo ad idem. nã loquen
do de cardinalibus vocat oẽs fr̃es, cũ tñ ſint aliqui non epi. ad
hoc. ſ. c. próximo ibi de cõi fratrũ noſtrorum. Solutio illud ꝓ-
cedit, qñ permixtim loquitur de omnibus, & de hoc operatur
commixtio, vt magis dignum &c. ad hoc de cõſecratio. eccle-
ſiæ, vel alta. ꝙ in dubijs. ſed ſi ſingulatim ſolos ep̃os ſratres, reli
quos vero filios appellat. de teſtibus licet 3. de preben. dilecto.
in principio. Opp. tertió, ꝙ Papa qñque de ſe ſcribat in ſingu-
lari. de pręſcript. nihil. & qñque de alijs in plurali. 99. diſt. ecce.
& 92. diſt. in ſancta. Solu. vt in glo. penul. de hoc. 95. diſt. eſto. in
prima gl. Quarto quæro, nunquid ſit aliqua differentia, qñ Pa-
pa ſcribit Regi, vel alteri. dic, ꝙ ſic. quia reges vocat cariſſimos
filios. reliquos dilectos filios, dummodo ſint chriſtiani, cuiuſ-
cunque ſint ordinis, dignitatis, vel conditionis citra prælatos,
de quibus in text. & hoc ſi ſunt chriſtiani. infidelem enim ſm
Hoſt. non vocaret papa filium. variatur aũt ſtilus ex tpe. Olim
enim imperator ſcribens Papæ præmittebat nomen ſuũ. 97.
diſt. vicũr. vbi de hoc. & C. de ſumma tri. epiſtola inter claras:
vbi etiã Papa præmittit imperatorẽ, ſed non apparente de mu
tatione quo ad ea, q̃ hic ſunt in textu ſtandũ eſt huic capitulo.

S V M M A R I V M.

1 *Falſans literas Papæ per ſe, vel per alium excommunicatus eſt.*
2 *Differentia inter falſantem, & vtentem.*
3 *Caſus, in quo quis ſtatim propter crimen traditur curiæ ſeculari.*
4 *Modus quis ſeruari debeat in degradatione.*

1 AD falſariorum. Qui per ſe, † vel per a-
lios literas Papę falsãt,
excommunicati ſunt, cum ſuis fautoribus, & cleri
ci officijs, & beneficijs ſunt priuati: & degradati
tradendi ſunt curiæ ſeculari, per quam laicus legitime punit̃,
qui literis falſis vtitur, ſi clericus eſt, officio, & beneficio priua-
tur, ſi laicus, excõicatus eſt. Vel breuius primó punit eos, qui ꝑ
ſe, vel alios falſant literas Papæ. ſecundo eos, q falſis literis vtũ-
tur: ibi qui vero. Sera. i. tarda. ſic. ſ. de dolo, cũ dilecti. Alios. inf.
de reg. iuris, qui per alium, lib. 6. defenſoribus. concor. de hære-
ticis. excõicamus, 1. §. credentes. Innodatos, & ſic eſt canon la-
tæ ſententiæ: vt ſ. c. dura. Ioan. Phil. In. & Hoſtien. per ſe, vel per
alius. ſ. eo. c. Hoſt. & Abb. degradati. vtentes veró non degradã
tur, & de his ſequit̃. per q̃ ſecularem poteſtatem Inno. & ſic in
fęmineo. al. bi in maſculino. de hoc, de iudicijs. ca. ſi. legitime.
prout dicit gl. in ver. conſtans. Officijs. i. dignitatibus. de cõſtit.
cum acceſſiſſẽt. vel verius interdicetur eis ordinum executio,
licet non degradentur. Hoſt. vel dic, ꝙ deponentur verbaliter
ab officio, quod eſt propter ſpoliari officio. beneficijs quibuſ-
cunque, exceptis epiſcopis, qui priuandi non ſunt ſine ſpeciali
mandato Papæ. 3. q. 6. dudum. & de hoc. ſ. de iudicijs. c. 1. & di-
cit Hoſt. idẽ de inferioribus exẽptis. hoc de conſue. cum vene-
rabilis. & dic, vt ibi: & de electio. ſi abbatem. lib. 6. Spolientur. i.
priuentur. de hoc de reſti. ſpo. ↄquerente. laici. idem de clericis.
Hoſt. plus. n. delinquunt, & ſic plus puniantur. de hoc. ſ. c. dura.
ſubiecti. ipſo iure. Hoſt. & abſolutio vr̃ reſeruata Papæ. ſ. ca. du-
ra. de hoc dic, vt ibi dixi. Impetrant. ſed non exercent per ſcfal
ſitatem Inn. Statuimus. põt intelligi, vt ſit præteriti temporis:
tunc põt referri ad c. ſuper literis. de reſcriptis: vbi diſtinguit̃,
2 an per dolum, an per negligentiam. Not. differentiã † inter ſal
ſantem, & vtentem. dicit Hoſt. has differentias hic elici: quia
vtens ſ. 20. dies põt ſibi prouidere: & pęnã euadere, q̃ non põt
euadere falſarius. poſt. 20. vero dies ſera eſt pęnitentia, & oĩno
excõicandus eſt. Alia differentia, quia falſarij ipſo iure priuati
ſunt beneficijs, & degradandi, vtentes non. & attendi etiã de-
3 bet, quod habetur. ſ. c. proximo. Nota caſum, † in quo propter
crimen quis ſtatim traditur curiæ ſeculari. de quo in gl. in ver
bo tradantur, & ad hoc. 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum, & de hoc
notauit Arch. 19. diſt. in memoriam. Opp. ꝙ non ſufficiat de-
præhenſio, niſi depręhenſi conuicantur, debet. n. fieri acerri-
ma indigatio, vbi pęna eſt grauiſſima. C. ad l. Corn. de fal. l. vbi.
So. vt gl. in verbo depręhenſi. quæ ſtat ↄrio: vel poſſet dici ſm
Hoſt. ipãle in falſario lr̃arũ Papæ ex mente huius verbi deprę-
henſi, vt ſi ſit notorius falſarius ex facti euidentia, degradet̃, &
idem ſm eũ, ſi per modum inquiſitionis conuincitur, quia ad-
huc habet locum pęna, quæ ſequitur in textu. ad hoc de accu-
ſatio. inquiſitionis. primo reſponſo. Ego intelligo, ꝙ ſint deꝑ-
henſi, ita ꝙ iudicialiter conſtet: & tunc vtraque ſo. in idem re-
4 cidit. Quæro, quis modus † ſeruabitur in degradatione, dic, ꝙ
a debet interuenire numerus epiſcoporum. [a] de quo. 15. q. 7. fe-
lix. & c. ſi autem. Et ſecundum Innocen. requiritur, ꝙ ſit iudex
eccleſiaſticus, nec alius poſſet: probatur in verbo per eccleſia-
ſticum. Not. autem, ꝙ hic primo priuantur ipſo iure, deinde
mandatur, vt degradentur. degradatio namque eſt maior pu-
nitio. vnde ſecundum Hoſt. facilius diſpenſatur cum priuato,
quàm cum degradato: de hoc de cle. non reſi. ex tuę. Ponitur
autem forma degradationis. de pęnis. c. 2. lib. 6. In gl. 1. ibi cum
inhibitio. & ſ. de tempo. ordi. eos qui, lib. 6.

A D D I T I O.

a Numerus epiſcoporum. Adde, ꝙ epiſcopi requiruntur in cauſa presbyteri, &
diaconi, vide gl. in cap. non poteſt, de re iudi. & quot in cauſa epiſcopi. vide
textum, dict. c. felici, alleg. hic per can.

S V M M A R I V M.

1 *Impetrans literas iuſtitiæ, ſi falſum ſuggerat, an teneatur.*

ACcedens. Non præſumitur quis falſare lite
ras de ſimplici iuſtitia, nec punit̃,
ſi hoc comperto deſtitit illis vti. primo deciſa con-
queſtio. Secundo prouiſio ibi, fraternitati. benefi-
ciumque. quibus eum priuauerat per c. ſ. proxi. Opp. de c. ſ. ꝓ-
ximo. vbi ſtatim pręſumitur quis falſarius. So. ibi de his, q exer
cent per ſe, vel alios, vel nõ diligenter examinat, vel melius ſol
ue, vt in gl. 2. hic. vel ſecundum Hoſt. ibi, qñ vitium eſt patens,
& nihilominus vtitur. hic quando latens, vel ibi, quando infra
20 dies vti non deſtitit. hic ſic ad hoc. ſ. eo. dura. Si enim loque
retur hic de non deſiſtente infr. 20. dies, poſt quam ſciuerit de
falſitate, potius procederet de gratia, q̃ de iure. So. gl. mihi pla-
1 cet. nam ſuper ea fundatur textus. Quæro, quid ſi conſtat, ꝙ †
impetrans literas iuſtitiæ falſum ſuggeſſit. dicit gl. r. eum tene
ri, & idem Inn. Et not glo. in principio iunctam textui, & ſicut
hic dicitur de literis iuſtitiæ, ꝙ non præſumitur falſitas, ita ſm
Hoſt. & in gratioſis attendenda eſt quantitas, & qualitas gra-
tiæ, & perſonæ impetrantis: & ſm hoc contra impetrantem ꝓ-
ſumendum eſt plus vel minus. Quæro, vt in eadem glo. ibi ſed
pone. Sol. vt gl. & in ea ibi quiſquis. ad hoc de reſcriptis ab ex-
communicato, & ibi literas. 56. diſ. ſi quis, & in fin. dic, ꝙ ex va
rietate factorum, ex quibus præſumptiones inſurgunt, diſcer-
nitur, an altera præponderet alteri. pro hoc, quod nota. qui fi.
ſint legi. tranſmiſſę. in fin. vltimæ gloſ. ſecundum Ioan. And.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans ad Papam an poſſit renunciare appellationi, & redire ad inferiorem.*
2 *Falſum quid ſit.*
3 *Falſans quilibet an teneatur pœna falſi.*
4 *Supplicatio falſa porrecta an valeat.*
5 *Notarius ſcribens falſum inſtrumentum an teneatur pęna falſi.*
6 *Teſtis non iuratus ſi depoſuit falſum, an punietur.*

EX conſcientia. Propter paucarum litera
rum raſuram in loco non
ſuſpecto reſcriptum non probatur falſum. primo
repellit obiectionem. ſecundo obijcientem puniri
mandat. ibi mandat. Redarguite. per R. a quo forte petebatur
eccleſia. & ipſe ſub pęna cautæ ſe obligauit ad probandum li-
teras fore falſas. Hoſt. Not. de dictione, niſi, quæ quandoque
non ponit, ſicut hic: hic enim ponitur impropriè. de hoc in re
gula, peccatum, lib 6. No. ꝙ pauca ſuſpitio, quæ non immutat
ſapientis animũ, non eſt attendenda. de hoc in gl. 2. & pro hoc
ff. de oĩi p̃ſi. l. plebiſcito. de ventre inſpi. l. 1. in fi. Oppo. primo,
ꝙ raſura indicat ſuſpitionem. de reſt. do. cũ venerabil. de priui
leg. cum olim. So. quia gl. 1. format, & non ſoluit. ad c. cum ve-
nerabil. ibi erat raſura in loco inſpecto. ſ. in annotatione tem-
poris. Ad c. cum olim. dixit Ioan. ꝙ licet raſura literæ non in-
ducat ſuſpitionem, raſura lineæ ſic, Hoſt. dicit per dict. c. ꝙ etiã
raſura multarum literarum ſuſpitionem induceret: imo etiã
vnius lr̃æ in literis Papæ, cum ſit non de manu eius, cui cõmiſ
ſum eſt, de quo in c. ex lr̃is. de fide inſtru. quod eſt verũ, ſi ↄſtat:
ſed nõ p̃ſumit̃, vt hic. ꝓ hoc de fide inſtr. ex parte, & ꝙ ibi dixi.
Item licet poſſit eſſe locus pęnę excõicationis, q̃ promulgat pa
pa ↄ̃ radentes, vel immutantes aliquid in lr̃is apl̃icis, de qua di
xi in dict. c. ex literis. pęnę tamen falſarij non eſt locus per hoc
c. quod intelligo verum, ſi propter talem raſuram non immu
tatur intellectio, alias ſecus. d. c. ex parte. Opp. ſecundo, ꝙ nõ te
nuerit obligatio ad periculũ perdendi bñficium, non. n. poſſet
renun-

Digitized by Google

renunciare ſuo libito.de renunciatio. admonet. Sol. quicquid
dicat glo.3. Dicit Hoſtiē. quod coram non ſuo iudice hoc fieri
non poſſet ſine licentia epiſcopi. ad hoc de foro competenti
ſignificaſti. Vinc.dicit, ꝙ cauſa hic erat propria, & perſonalis:
alias ſi eſſet prælatus, non obeſſet eccleſiæ: forte intellexit, ꝙ
erat alia cauſa, quam ſuper titulo beneficij. ſed contrariū probat textus exponendo, vt dixi in textu. & ibi ſuper dicta eccleſia, vnde verior eſt ſo. præcedens. vel dic ſimpliciter, ꝙ tenet
renunciatio quo ad ipſum: potuit ergo Papa eam acceptare
etiam factam ſine licentia epiſcopi.d.c.admonet. Quæro, nunquid per hoc, ꝙ iſte priuatur, aſſignabitur eccleſia aduerſario.
gl.vlt.dicit, ꝙ nō, quod redarguit Hoſt. dicēs, ꝙ quia aduerſarius poſſidebat, non expedit, ꝙ ſibi aſſignetur, ſed ſufficit, ꝙ ſilentium ſibi imponatur. C. de rei vend.l.fi. & ſi etiam nō poſſideret aduerſarius, ei aſſignāda foret, quia iſte ſe obligauerat
ad hoc authoritate ordinarij.dicit Io.An. ꝙ ſi ita eſſet, verum
dicit Hoſtien.alias vera eſt gl.pro Hoſt. induco textum ibi, ſub
periculo cauſæ: cuius ſenſus eſt, ꝙ cum ſe obligauerit ad perditionem cauſæ, ſi quæſtio erat de titulo, debuit pronunciari
eū carere titulo, & priuare, ſi haberet, & alium inſtitui. hoc ēt
ſi citra auctoritatē ordinarij factum foret, ex quo Papa acceptauit ſcienter prædicta. Inducitur hoc c.ad quæſtionem. An
vaſallus, qui fecit contra præceptum domini ſibi factum ſub
pęna perdendi feudum: perdat feudum. videretur, ꝙ ſic per
hunc textum. ſed Pet. dicit, ꝙ hic nō probatur: nam aliud eſt,
cum quis ſponte ſe obligat: vt hic. Aliud cum iudex, vel alius
hic præcipit, quia tunc contra faciens non incidit pœnam. de
iure patr. relatum. dicit Ioan. Andr. ꝙ neutro caſu incidit pęnā
ipſo iure, ſed eſt locus pęnæ inferendæ, & ita hic infertur, ꝙ eſt
verum. dic ergo, ꝙ in alio differunt, quia qui ſe obligauit, non
audiretur tanquam quaſi confeſſus, ſed quando præceptum
fit a iudice, habet vim monitionis, cōtra quam audiuntur excuſationes ad hoc, quod dixi de ſagittariis. c.vno. Quærit Hoſt.
1 de quæſtione † impertinente ad titulum, ſed pertinēte ad textum. cum dicit quemlibet poſſe renunciare iuri ſuo: nunquid
appellans ad Papam, poſſit renunciare appellationi, & redire
ad inferiorem. arguitur, ꝙ ſic, cum fauore appellantis ſit introducta appellatio. ergo &c. vt hic cum ſimilibus pro hoc. 2.q.6.
ſi quis libellos. de appel. directe, in quibus dicitur appellantem
poſſe pęnitere, & ab appellatione recedere. Item iura ſunt introducta ad quietem, pacem, & concordiam. 4.diſt. factę, nec
per iudices debent hæc impediri, vel per iura. de natis ex li. vētre. c.vno, cum ſimilibus. Præterea non intereſt ſedis apoſtolicæ, & nemo inuitus litigare cogitur, quin poſſit renunciare in
totum cauſæ. C.de pactis.l.poſtquā.ff.de minoribus.l.deſtiriſte.
pro hoc. ff.de alie.mu.iud.l.4.§. poteſt. Item per hoc defertur
iudicibus, a quibus receſſum eſt: parcitur expenſis partium, &
res ad ſuam naturam reuertitur, & eccleſiaſticus ordo non cōfunditur. 11.q.1.peruenit. pro caſu inducitur de off.deleg. gratum. de appellatio. ſollicitudinem. In cōtrarium, quia pendente appellatione, nihil eſt innouandum, adeo ꝙ ea pendente lata excommunicatio nulla eſt. de offi.deleg. cum contingat. &
ſi inferior de appellatione ſciens procedit, proceſſus eſt nullus.
de appellatio. ſi duobus. Item debetur reuerentia Papæ, vt ſic
aliquod ſpeciale dicamus in appellationibus ad ipſum interpoſitis. 3.q.6.non liceat. & §.reuerentia, an appellatio ad Papam
habet vim citatorij de electio.c.1.lib.6. Et contra citatum a Papa, vel ad Papam dum accedit, non poteſt inferior procedere.
de peregri.c.vno. præterea per appellationem defertur iuriſdictio, ſicut per relationem, remiſſionem, reuocationem, quibus pendentibus ſe nō intromittit inferior. de off.leg. licet. de
appellatio. vt noſtro, & c.intimaſti. Item pacto priuatorum iuriſdictioni epiſcopi non derogatur: minus ergo iuriſdictioni
Papæ. Item in ſimili caſu videtur arbiter conteruni. ff. de arb.
litigatores. fortius ergo Papa. Ad primum de fo.compe.ſignificaſti. Hoſti. dicit, ꝙ licet cognitionum ſint quatuor genera:
vt not. de accuſatio. ſuper his, in prima glo. ipſe tamen diſtinguit tria. ſ. maiorum cauſarum, mediarum, & inferiorum. In
maioribus dicit tria ſpecialia. primum, quia naturaliter ſunt
ſub iuriſdictione Papæ. vnde deferuntur etiam per friuolam
appellationem. quod non eſt verum, ſed dic, vt de electio. quamuis. lib.6. ſecūdum quia non valet ordinatio, pactio, vel renunciatio partium. de renunciatio. c.pen. & fi. tertium, quia meis
irreuocabiliter defert appellatio negocium ad Papā. & idem
dicit Hoſt. ſi appelletur ſuper electione epiſcopali per extraua.
Alexan. de quo dic, vt in dicto cap. quamuis. Et quæ ſint cauſæ
maiores. notatur de off.legati, ꝙ tranſlationem. Medias vero
cauſas vocat Hoſt. omnes ſpirituales, & eccleſiaſticas exceptis
maioribus, & in his non valet appellatio, niſi legitima. de appellatio. cum in eccleſia. & quāuis ſit legitima, licet deferat ad
ſuperiorem, non tamen impeditur proceſſus inferioris ſi non
detulit, donec recepta ſit per ſuperiorē. de off. deleg. paſtoralis.
§. præterea: ſed ſi inuenietur appellatio legitima: irritabitur,
vel irritum nunciabitur factum, ipſa pēdente. de appellatio. paſtoralis. hoc modo procedetur in appellatione ab interlocutoria. nam ſi a diffinitiua, ſtatim differt, niſi ſit manifeſte fruſtratoria. de quo notatur de appellatio. cum appellationibus. li.6.
ſed antequam appellatio ſit recepta, dicit Hoſt. ꝙ licet pęnitere, & ad iudicem alium recurrere: dū tamen pars vtraque cōſentiat, ſed altera contradicente fieri nequit. de appellatio. ſi
duobus. de electio. c.1.lib.6. Poſtquam vero recepta eſt: non licet partibus ad alium iudicem recurrere: renunciare tamen
poſſunt quo ad priuatum intereſſe, ſed componere non ſine
iudicis auctoritate. de pactis. cum pridem. de tranſactio. de cætero. & c.ſuper eo. de præben. niſi, & intelligit Hoſti. per iudicē
ipſum ordinarium, vel cui commiſit, vel quādo eſt appellatū:
& appellatio recepta eſt per iudicem appellationis. alle. de cenſibus. c.1.§.2.& 3.lib.6. Minores vero cauſas dicit Hoſti. quādo
de temporalibus agitur, & in his, ſaluis feudalibus, dicit partes
poſſe recurrere ad iudicem, a quo eſt appellatum, priuſquam
appellatio ſit recepta. & hoc etiam poteſt appellans inuito appellato: ſi non intereſt appellato, vel ſi ſatisfacit ei de intereſſe.
de appellatio. cum ceſſante. & c.interpoſita. Sic etiā tacite renunciat prædicto c. ſollicitudinem. ſed poſtquam recepta eſt
appellatio ſine licentia iudicis ad quem ad inferiorem redire
non poſſunt. arg. ff. de iudiciis. l.vbi. de foro comp. c.pen. & fin.
ſed dic, ꝙ ibi loquitur inuito aduerſario. per compoſitionem
autem hoc vltimo caſu pōt ſm Hoſt. ab appellatione recedi:
& prius, & poſt, & quando volunt etiā inuito iudice, & ſic loquantur prima iura. Vel dic breuius quo ad totam hanc deciſionē, ꝙ appellans pōt ex toto recedere quo ad ſe, & hoc probatur in textu. ſed quo ad præiudicium aduerſarij, vel iuris publici, non, vt patet ex ſtatim dictis. ad hoc de appellati. oblatæ.
2 Quæro, quid eſt falſum [a]. textus diffiniuit in auctētico de inſtr.
a caut. & fide in prin. quod eſt mutatio veritatis. vel dicitur mutatio ſm aliam literam, quia falſantes ſtudent mutari ea, quæ
ſunt vera, vt ſic falſa videantur veriſimilia, vt ibi dicitur prima
cōlor. pro hoc. ff. co. l. quid ſit falſum. per hoc infertur, ꝙ omne
mendacium eſt falſitas, & proprie falſitas fit verbo. dr̄ enim falſum id, quod fando falſum dr̄ ſm deriuationes: tamen in iure
capimus falſum: ſiue verbo, ſiue facto committatur. Et reperitur falſum, quod committitur ſcripto, dicto, facto, & vſu. Itē
reperitur quaſi falſum, cum tutor, vel curator finita tutela ſe
ingerit adminiſtrationi. l. prima. §. tutores. ff. e. Circa hoc quęro
3 † nunquid pro omni falſo teneatur falſans pęna falſi. de qua
in tit. ff. ad l. cor. de fal. & C. de fal. & in hoc tit. reſpōdeo, ꝙ nō:
nō enim tenetur, niſi qui doloſe committit falſum. C. e. l. nec.
d. auth. de inſtr. cau. in prin. Item non tenetur, niſi qn̄ per illud
falſum præiudicatur alteri. ff. co. l. ſi quis legatum. vbi ſi legatū
eſt inualidum ex vitio inuiſibili, nō eſt locus pęnę falſi. vbi aduerte, ꝙ quo ad iſtum titulum, & quo ad pęnā falſi cōmittendā, oportet, vt cōmittens incidat in aliquod capitulum de his,
quæ exprimuntur in tit. ad l. cor. de fal. vel in iſto. cū enim pęnę
non ſint extendendæ non eſt dicendū in caſibus nō expreſſis,
fore locum pęnæ. propterea dicit Bar. in l. quid ſit falſum. ff. e. ꝙ
ſtatuta dicentia condemnatum de falſo nō admittendum ad
officia, vel ſimilia, intelliguntur de falſitate pro aliquo capi. l.
cor. de fal. quod nota. Per hoc dico, ꝙ impetrans falſum reſcriptum per falſi ſuggeſtionē, vel taciturnitatē veri: non incidit
in pęna falſi, quia non eſt iure expreſſum. Sed de pęna eius habes de reſcriptis ſuper literis. & c. fi. & pluribus c. illius tit. quæ
eſt vt careat impetratis. & ſi vexauit aduerſarium tenetur ei ad
damna & intereſſe. per hoc etiā dico ꝙ porrigens falſum libellum. i. non continētem verū, vt quia petit quod ſibi nō debet,
non tenetur pęna falſi, ſed tenetur pęna plus petentis. de plus
peti. c. vno. Circa hoc quæro, qd ſi quis porrexit falſam ſuppli-
4 cationem, † & miſcuit cum veris, vt groſſaretur. de hoc dic, vt
ſ. c. licet. vbi colligūtur plures modi falſitans. Quid ſi notarius
5 † ſcribit inſtrumentū falſum, quod eſt nullū, videretur nō teneri pęna falſi per prædicta. per l. ſi quis legatū, præalle. ꝯrium
tenet ibi Dy. quia ex quo peruenit ad actum proximū delicti,
voluntas imputatur. l. ſi quis nō dicam. C. de epiſcopis. & clericū hoc ſit de atrocioribus. de quibus ibi. Cyn. C. de ſepul. viola.
l. 1. tenet ꝯrium. Bart. in l. ſi quis legatū. dicit, ꝙ aut inſtrumentum eſt nullum propter defectum prouenientem a ꝯhētibus,
& non tenetur notarius, quia non eſt quid ſibi imputetur. Aut
propter defectum prouenientē a ſe. & tunc aut inſtrumentū
habet debitas ſolēnitates, & tūc notarius tenetur, quia perfecit
delictū, quantum in ſe eſt. Aut caret ſolēnitatibus, ita ꝙ nullū
præiudiciū generare pōt: & nō eſt locus pęnæ d. l. ſi quis legatum. Dic breuius, ꝙ nunq̄ tenet, niſi qn̄ inſtrumentū tale eſt,

ꝙ

ADDITIO.

a Falſum. Adde glo. in c. in memoriam. 19. diſt. & do. in c. vera iuſtitia. 41. diſt.

ꝙ ex ipſo contra veritatem ex facto tabellionis poteſt præiudicari parti, per dictam l. ſi quis. Quid de teſte, † qui depoſuit falſum non iuratus. quæſtio formatur in regula ſine culpa. lib. 6. & videtur non teneri, cum ex dicto eius nõ poſſit præiudicari. de teſti. tuis. contrarium determinatur in dicta regula. quod etiam tenet Bart. in dicta l. ſi quis legatum, quia iuramentum nõ eſt de forma ſubſtantifica: cũ poſſit aperte remitti, dicto c. tuis. Negari enim non poteſt, quin offenderit aures iudicis: ergo puniendus. l. nullum. C. de teſti. In contrarium, quia ſi nõ apparet remiſſum, habetur pro non remiſſo. dicto c. tuis, & per conſequens dicto eius in nullo ſtatur in partis præiudiciũ. Vnde licet poſſit a iudice ex officio puniri, cuius maieſtatem læſit, non tamen tenetur pęna falſi teſtis, quæ tunc committitur, cum per dictum eius etiam parti præiudicari poteſt. ʒ. e. c. j. quod videt̃ verius. per hoc poſſunt ſimiles quæſtiones decidi.

De ſortilegijs. Rubrica.

Quia ſortilegia in ſe habent falſitatem, ideo &c. De materia 26. cauſa in primis quinque quæſtionibus. & q. 7. non licet. vſque ad finem quæſtionis.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegia dicuntur eſſe prohibita.*
2 *Diuinationes, & obſeruationes ſiderum ſunt prohibita.*

1 IN tabulis. Sortilegia † pro furtis inueniendis, vel diuinationibus faciendis, prohibẽtur, & contrafacientibus pęnitẽtia imponitur. hoc dicit. Primo ponit prohibitionem. Secundo pęnitẽtiam tranſgreſſoris. ibi qui autem. Et loquitur in foro pęnitẽtiali, vt patet ex ſupraſcriptione. tabulis. concernit illos, qui exercẽt geomãtiam, faciendo puncta in tabulis, quæ reducunt in domos punctorum. i. collectionem, ex qua iudicant ſecundum libros illius artis. quod dicit, vt faciunt legentes pſalterium in aliquo verſu, vel faciẽtes pſalterium volui. Furta. alias futura. prima melior per id, quod infra ſequitur. ibi nec diuinationes requirenda. iſti ſecundum leges capite puniuntur. C. de malefi. & mathemati. l. nemo. Diuinatio regulariter ſonat in malum. 1. q. 1. nũquam. Interdum
2 in bonum. e. q. eos. in prin. 16. q. 1. prædicator. Not. † diuinatio-
a nes a prohibitas fore, ſic etiam prohibentur obſeruationes ſiderum. 26. q. vlt. ſi quis, & c. præcedenti. & ſequenti. & q. 5. non liceat. & c. fin. de quo per Hoſti. in ſum. eo. §. in quo caſu. Oppo. primo, vt gl. t. de c. ſors. & c. hi, qui. 26. q. 2. Sol. vt in glo. & dic ꝙ proprie permittitur ſors in his, quæ ſunt in differentia. ff. de iudicijs. l. ſed. cum ambo. nota. de probatio. licet, ad fi. in glo. magna. ſed pro inueſtigando occulta, prohibetur, vt hic: imo ſortilegi ſunt infames. 3. q. 5. conſtituimus. ʒ. proximo. Oppo. ſecundo, ꝙ vehemẽtius debeat puniri, q̃ dicatur in textu. 26. q. 5. non oportet. & duobus. c. ſequentibus. vbi laicus priuatur communione, & c. vt in gl. vltima. Sol. vt in ea. & vltra pęnam, quã exprimit, additur pœna, de qua in cap. epiſcopi. 26. q. 5. & quia ſunt infames, vt ſtatim dixi. Oppo. tertio, ꝙ imo in nullo puniantur. infra eo. c. fin. Solu. quia glo. firmat, & non ſoluit. dicit Hoſt. ꝙ illud de gratia. Dic melius, ꝙ ibi de ſortibus, quæ non continent diuinationem, ſed iudicium fortunæ. ſecundum Ioan. Andr. quod declara, vt dixi in primo contrario.

A D D I T I O.

a Diuinationes. Adde ſanctum Tho. ſecunda ſecundæ q. 95. artic. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Simplicitas ex toto non excuſat in maleficijs.*
2 *Pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.*
3 *Aſtronomia an ſit prohibita.*
4 *Aſtronomia duplex.*

EX tuarum. Presbyter, qui per inſpectionẽ aſtrolabij furta requirit, ad tempus ſuſpenditur ab altaris miniſterio. Communis diuiſio. ſecundo puniri mandat. ibi mandamus.
1 Nota, ꝙ ſimplicitas † non excuſat ex toto in maleficijs. de hoc
2 de reſcriptis ſuper literis. Nota ꝙ pœnitentiæ † ſunt arbitrarię. de quo in glo. vlt. quam nota in eo, ꝙ dicit in fi. ꝙ non poſſet arbitrari de minori pęna cõmiſſarius iſte, quam exprimatur in textu. ſimile quod no. de accuſa. cum P. in vltima glo. & de hoc. 33. q. 2. latorem. & 50. diſt. accedens. Sed quo ad tertium contradicendum eſt, quia poſuit in diſcretione commiſſarij. ibi, ſi tibi viſum fuerit. Oppo. ꝙ debuerit amplius puniri. ſ. vt remaneret priuatus. 26. q. 5. non oportet. Solu. vt in glo. fi. quæ intelligit hoc c. diſpenſatiue. Et in ea ibi, proceſſit. reſpicit antiquam, vbi dicitur, ꝙ epiſcopus hunc ab officio, & beneficio ſuſpenderat. & ibi authoritate ſua. idem Hoſt. pro hoc, quod nota. de iud. at ſi clerici. Quæro, nunquid aſtronomia † quo ad iu-
3
a dicia ſit prohibita, a & an debeatur pęna exercentibus. quo ad primum videtur prohibita. per c. ſi quis grãmaticam. 37. diſt. quod diſſuadet Inno. vſum & ſtudium ipſius, quia non ducit ad pietatem, & fatue ducit ad idolatriam. pro hoc, quia aſtronomia docet diuinare, & diuinatio regulariter ſonat in vitiũ c. proxi. pro hoc. 26. q. 2. illud. & c. ſed illud. 2. q. 3. c. 1. 2. q. 5. non liceat. 2. q. 8. c. antepenult. & penult. Et dicit Gratianus. e. q. §. bis ita. ꝙ abierunt in deſuetudinem aſtrologi, & merito, cum ſint ſortilegi, vſurpant enim quod Dei eſt. Inde Act. 1. non eſt noſtrum noſce tempora, vel momenta. ad hoc. ff. de iudi. l. ſed & ſi reſtituatur. pro hoc etiam. C. de malefi. l. nullus aruſpex. & l. nemo, cum ſuis glo. & ff. de iniurijs. l. item apud. §. ſi quis aſtrologus. 26. q. 2. illos planetarios. & c. ſequenti. ibi ſtellarum curſus &c. & q. 4. igitur ad fi. & q. 5. §. primo. & c. non liceat. ibi aut lunę aut ſtellarum. Item ſi eſſet licita, eſſet in vſu, ſicut cæteræ. In contrarium, primo ex vſu. nam & coloni experti, & medici in lignis cedendis, & in medicinis tradendis, & ſimilibus cõſiderant diſpoſitionem lunæ. Item nautæ conſiderant diſpoſitionem cœli. Pręterea ars eſt liberalis, & magiſtris talium prębetur immunitas. ff. de variis & extraor. cogni. l. in honoribus. §. philoſophis. & de munc. & ho. l. ſi. ergo non pœnalis, cum lege permittente fiat, nec debetur pęna, vnde meretur quis pręmium. C. de adult. l. gracchus. de fideiuſſo. c. 2. de don. inter vi. & vxo. & ſi neceſſe. Item corpora cęleſtia cauſa ſunt eorum, quæ fiunt in orbe inferiori, vt dicit Dyoniſius de diuinis nominibus. c. 4. & philoſophus primo metheororum. Item per experientiam compertum eſt, futura multa ex conſideratione ſyderum prænoſci. 26. q. 4. ſciendum. poſt prin. Sol. dicit Io. And. quo ad primam quæſtionem, quod non eſt ſcientia prohibita, ſed ſequela quædam ex ea ſurgens fecit eam abire in deſuetudinem, vel dic, ꝙ non eſt verum, ꝙ in deſuetudinem abierit. nam neque fuerunt vnquam aſtrologi in magno numero, & hoc propter paruum commodum, quod ex ſcientia illa ſuſcipitur. Quo ad ſecundum an debeatur pęna exercenti-
4 bus. dico ꝙ exercitium † aſtronomiæ eſt duplex. Primum quo ad cognoſcendos motus, & commotiones ſyderum, & planetarum. Secundum quo ad iudicia reſpectu occultorum & maxime futurorum. De primo dic, ꝙ nulla pena debetur exercentibus, cum ſit ſcientia vera, & vna de liberalibus, & hoc niſi ratione perſonæ hoc foret illicitum. Sicut clerici, qui debent abſtinere a factis non ſapientibus pietatem. ad hoc de magiſ. c. fi. 37. diſt. ſi quis grammaticam. talia exercentes puniri poſſent arbitrarie. Quo vero ad ſecundum de iudicijs, dic, ꝙ iudicium ex aſtris eſt duplex, quoddam concernens inanimata, vel animata non habentia rationalem intellectum. quoddam cõcernens animata rationali intellectu, vt homines. quo ad primũ dic, ꝙ non eſt illicitum iudicare ex aſtris quo ad ea, quæ cauſantur ex cęleſtibus corporibus, ſicut eſt eclypſis ſiccitas, pluuia, & ſimilia. & ad hæc tẽdunt rationes ſupra probantes aſtronomiam eſſe licitam. Sed quo ad ſecundum dic non eſſe licitum pro cõſideratione aſtrorũ, velle cognoſcere futuros euentus tales, vel fortuitos, vel operationes hominum futuras, vel præſentes, vel præteritas occultas. tũc enim eſt quædam ſuperſtitioſa, & illicita diuinatio. & de tali loquit̃. ff. de iniurijs. l. itẽ apud. §. ſi qs aſtrologus. & C. de maleſi. l. multi. & 26. q. 2. illud. ver. nam & ipſi. & ſupra c. proxi. Ratio prædictorum, quia quo ad effectus immediate dependentes a corporibus cęleſtibus poteſt eſſe doctrina. Sed quo ad actus liberi arbitrij, vel quo ad alios caſus fortuitos cum non dependeant ab aſtris immediate, non poteſt eſſe doctrina: licet enim ex diſpoſitione cęleſtiũ corporum poſſint inclinari actus humani, & etiã dirigi, quatenus dependent ab anima ſenſitiua: non ſic tamen quatenus dependent ab intellectiua, quia contra inclinationem poteſt homo operari per rationem, cui obediunt vires ſenſitiuæ. vt probat philoſophus primo ethicorũ, & tertio de Anima. pro hoc de ſacra vnc. c. vno. ver. in vertice. vnde regitur de Socrate, ꝙ quidam inſpiciens dixit. oculi tui corruptores puerorũ ſunt: & cum diſcipuli Socratis vellent vlciſci, illatum magiſtro conuitium. Socrates ad illos. quieſcite ſodales, quieſcite: ſum etenim, ſed me contineo. quod ponitur in Speculatoꝛe hiſtoriali parte prima. libro 4. 157. ex hoc caſu conſtanter aſſeuerãs, hominem

A D D I T I O.

a Prohibita. Adde Do. in §. ſed etiam. 37. diſt.

Digitized by Google

minem non poſſe reſiſtere aſtrorum inclinationi: poſſet puni-
ri tanquam a fide deuians: & inſuper deuiat a traditionibus
aſtronomicis. nam vt ait Ptolomeus. Sapiens dominabitur
aſtris.i. euitare poteſt id, ad quod aſtra inclinãt, pro hoc ſoluun
tur rationes ſupra factæ, quia illæ, quæ probant aſtronomiam
licitam eſſe, procedunt in caſibus, in quibus licet, aliæ in con-
trarium procedunt in aliis.

S V M M A R I V M.

1 *Elector compromiſſariorum per ſortem admitti non debet.*
2 *Tractatus debet præcedere electionem.*
3 *Sortes exercentes infamari debent.*
4 *Iudicium per ſortes quando admittatur.*
5 *Sortilegium, & diuinatio quomodo differant.*

1 ECcleſia. Sors in tantũ reprobatur in electio-
nibus, ꝙ etiam elector † compromiſ
ſariorum per ſortem non debet aſſumi. h.d. primo
electio, ſecundo electionis proſecutio, examinatio
& reprehenſio ibi, procuretoribus. tertio gratioſa confirma-
tio, & ſortis prohibitio: ibi electione, qui.i. ille electus. per ſor-
tem ſorte ad breuia, quæ trahũtur de aliquo loco, vel taxillos,
vel quis ſimile. omnium de elect. quia propter. expreſſe. ac ſi
dicat, ꝙ etiam tacite hoc licebat ex poteſtate iuris cõis, de quo
in glo. prima. & infra dico. in 1. quæſtione. procuratoribus. ho-
die neceſſe habet electus perſonaliter ire in duo de electoribus
pro inſtruendo electionis negocio. quod dic, vt de elec. cupien
tes. lib. 6. v ſum, quaſi ſecundum Hoſti. non damnetur ſcientia,
ſed vſus. Sed non loquitur hic de ſcientia ſortium, ſed de iudi-
cio fortunæ, vt ſupra cap. 1. vbi dixi. quod tenet Io. And. Nota,
2 ꝙ † tractatus præcedere debet electionẽ ibi, tractaretis. 23. diſt.
in nomine Domini de poſtu. bone. Sic & alienatis. 12. q. 2. ſine.
de rebus eccle. non alie. c. 1. lib. 6. ſed tamen differentia eſt, quia
in electione tractatus eſt de ſubſtantia. In electione vero non
probant dicta iura cum c. quia propter. de elect. Nota, ꝙ exer-
3 centes † ſortes [a] infamantur. ibi non careat ſecundum Hoſtiẽ.
a pro hoc ſupra eo. cap. 1. quod dicit Ioan. Andr. ſe non credere
de exercentibus ſortem, de quibus hic. l. quæ non ſonant ſorti-
legia, & diuinationes, de quibus in c. 1. præalleg. vnde, ꝙ dicit
nota. dic. ſ. reprehenſionis. & de ſignificatione huius verbi no-
ta. de off. deleg. cum olim 2. verſ. ſane. quod hic de nota infa-
miæ loqui non poſſit, probatur ex textu, cum dicit proceſſum
non carere nota. proceſſus autem non eſt capax infamiæ, ſed
redargutionis ſic, tanquam ineptus: & proprie redarguuntur
facientes. Oppo. ꝙ non debuerit Papa reprobare vſum ſortis
etiam in electionibus, vt opponit glo. vlt. in ver. ſed quare. Sol.
vt in gl. & in ea ibi. 26. q. 2. ſors. & ibi diffinitur ibi Matt. actuũ
primo. & ibi Ionas 1. c. Conclude ex glo. ꝙ per ſortem non eſt
aliquis eligendus, vt hic. ſed in aliis non reprobatur ſors. Vel
4 plenius, cum quæritur de iudicio per ſortes: dic, ꝙ aliquando
volentes admitti ad aliquem actum diſcordant ſuper facto:
aliquando ſuper iure. primo caſu dicenti incumbit probatio.
ff. de proba. l. ei qui. Secundo caſu aut diſcordia reſpicit præiu-
dicium tertij, aut diſcordãtium tantum. primo caſu iudex ad
requiſitionem partis, de cuius præiudicio agitur, coget diſcor-
dantes concordare. ff. de leg. 1. l. huiuſmodi. §. fin. de leg. 2. cum
filius. §. variis. de reg. iur. nemo. §. quoties. Sic poteſt intelligi. in-
ſti. de ſatiſdando. §. ſi autem. licet quidam dicant ibi, ſpeciale.
ſecundo caſu, aut neuter diſcordantium vult ſtare ſorti, & in-
uicem ſe impediunt. ff. ex qui. mo. vſufruc. amit. l. 2. §. fin. & de
vſufruc. l. quoties. Aut vterque vult ſtare ſorti: & tunc locus eſt
ſorti, vt in iuribus in glo. alleg. Aut alter vult ſtare, alter non:
& tunc iudex ad eius requiſitionẽ alterũ compellit: ſic loquitũ
l. ſi duobus. C. communia deleg. ff. de iudi. l. ſed cũ ambo. pro-
cedunt hæc niſi ex diſpoſitione iuris poſſit apparere qualiter
dirimenda ſit talis contentio, tunc enim non eſt locus ſorti. C.
de dona. l. ſancimus. §. ſi quis autem ampliori. vel niſi ſit actus,
in quo prohibeatur ſors, vt hic. & in hoc conſonat Io. And. hic
Cy. & Barto. in dicta l. ſi duobus in princ. dicit autem glo. C. vti
poſſi. l. 1. in gl. ſed qualiter. in fi. quod locus eſt ſorti, quñ factum
eſt certum. contrarium quo ad hoc nota. de proba. licet. ad fi.
in glo. in verbo vti poſſidetis. quod eſt verius, de quo ibi dixi.
Quæro, nũquid in caſu huius c. ceſſante poteſtate expreſſe tra-
dita, poſſent compromiſſarij de ſe eligere. glo. 1. recitat opinio
nem quorundam tenentium, ꝙ ſic. contrariũ determinat põ-
derando textum ibi, ꝙ expreſſe licebat. ſecũdum traditam po-
teſtatem. Hoſti. qui videtur ſequi primam opinionem reſpon-
det ad textum ſupplendo ibi, traditam: quaſi nedum de iure
communi, ſed etiam ſm traditam poteſtatem. vel ſm eũ hoc
non refertur ad id, ꝙ dictum eſt de tertio: ſed ad id, quod dixi,
ꝙ duo poſſent eligere, cum alias non potuiſſent, cũ eſſent tres.
de off. deleg. cauſam. vel ſm Io. Andr. etiam ſi habeat reſpectũ
ad id, ꝙ dixi de tertio: non tamen probat, quia factum narrat:
nec dicitur hic, ꝙ aliter non liceat: nec per aliquod factum in
hac electione conſtituitur ius, cum fuerit vitioſa: quæ ſolutio
eſt vera, tamen generaliter ad dubium verum eſt, ꝙ duo poſ-
ſent eligere tertium de ſeipſis & tertius conſentiendo compu-
taretur in numero. Sed ſi eſſemus in caſu, in quo nõ eſſet opus
ſeruare formam c. quia propter. quod plene declaraui in c. cũ
in in iure. in vlt. contrario. ſ. de elect. Sed in caſu huius c. cum
ageretur de electione ad epĩm, verum eſt, ꝙ electus non põt in
numero computari per rationem, quã plene dixi in d. c. cum
in iure. Quæro circa id, quod ſupra dixi de ſortibus. nunquid
b in electionibus [b] ad officia temporalia poſſint ſeruari ſortes.
Reſpondeo ſic: cum non reperiatur prohibitum, & ita in plu
ribus locis Italiæ faciunt, quod procedit non tantum inter lai-
cos, ſed etiam inter clericos vbi de temporalibus agitur, ſed in
ſpiritualibus reprobatur ſors, vt in electionibus hic. ratio quia
per ſortem poſſet præfigi indignior. Item eſſet quoddam ten-
tare Deum. ad hoc de pur. vulg c. fin. Prima ratio melior, quia
ex ſecunda argueretur, nunquam ſortem eſſe licitam, cũ nun-
quam liceat Deum tentare. & per hoc poſſet dici, ꝙ cum alias
regulariter non prohibeatur ſors, ꝙ hic prohibetur in electio-
nibus, ſtricte debet intelligi: & ſic in aliis ſpiritualibus poterit
eſſe locus ſorti. Quæro, nũquid inter duos electos in diſcordia
c poſſit obſeruari ſors [c] in præficiendo alterum, ſi eſt parilitas pa
ris inter eos. dic, ꝙ non. nam hoc caſu neutra electio tenet, cũ
neutra facta ſit a maiori, & ſaniori parte capituli, quod requi-
ritur. de elec. quia propter. & c. eccleſia, in ſi. vlt. glo. pro hoc, qđ
nota. de eo qui mit. in poſ. c. ſi. lib. 6. ſuper vlt. glo. & per ibi no-
tata, quia dixi ſortem prohiberi in electione. Intellige etiam
in quocunque modo, per quem perueniatur ad titulum bene-
ficij, ad quem obtinendum, cum requiratur canonica inſtitu
5 tio. regula prima lib. 6. non eſt locus ſorti. Quæro, quæ † diffe-
rentia eſt inter ſortilegium, & diuinationem. dicit. Frederi. de
ſenis in conſiliis 373. ꝙ differunt ſicut genus, & ſpecies. quia
ſors, ſeu ſortilegium eſt quædam ſpecies diuinandi. Diuinatio
autem genus, ſic loquitur. 26. q. 3. c. 1. in fi. & quod nota 25. q. 1.
c. primo. Et poteſt proprie dici ſors, vel ſortilegium diuinatio,
quæ fit ſine inuocatione, vel auxilio dęmonum, vt per modũ,
de quo ſupra duobus c. proximis. Diuinatio autem ſæpe fit cũ
inuocatione dæmonum, & ideo ſonat in malum. 2. quæſt. 1.
nunquam.

A D D I T I O N E S.

a Sortes. Adde, ꝙ eſt prohibitum. glo. in c. ſors. 26. q. 2. & quod ſortis iudicium dicitur fortunæ, vide tex. in l. ſi duobus. in princ. & ibi Bal. C. communia. de lega. & ibi per Ale. & Bar. in l. ſi duo vti. poſ. Et quando ſortes ſint licitæ, vel illicitæ, vide glo. in ſumma. 26. q. 2. Et quot modis capiatur ſors, vide Io. An. in proœ. cle. ver. ſortis.
b In electionibus. Adde glo. in c. cleros. 21. diſt.
c Sors. Adde Hoſt. in ſumma in titu. de elect. in §. qualiter ſit fienda electio. in princ.

De colluſione detegenda. Rubrica.

Quia is, qui colludit in falſitate conſiſtit, qa aliud agit aliud
ſimulat. ideo poſt vnum modum falſitatis, vel vnum crimen
ſortilegij, in quo ſubeſt falſitas, vt dixi in rubrica proxima, hęc
ſubijcitur. Quid ſit colluſio, nota. infra eo audiuimus in glo. 1.
a Quid autem ſit tergiuerſatio, [a] & præuaricatio, & in quo hæc
conueniant cum colluſione, & in quo non, colligitur. 2. q. 3. §.
notandum. De materia quatenus accipimus hic colluſionem
pro præuaricatione. 2. q. 3. §. fi. & facit de procura. ca. 2. in fi. li. 6.
de elect. clemen. conſtitutionem. § ſane ſi quis.

A D D I T I O.

a Tergiuerſatio. Adde Feli. in rubrica de calum.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatores plures contra vnum admittuntur.*
2 *Qualitas facti hic eſt magis curanda, quam ipſum factum.*
3 *Subtilitas comendanda eſt.*
4 *Recedere a lite, quomodo, & quando liceat.*

SCripta. Si accuſator ab accuſatione
deſiſtit: debet iudex inquire-
re, an per colluſionẽ hoc fecerit. primo nar-
rat amicitiam initam, ſecundo dicit inquiſi
tionem neceſſariam ibi, quia vero. Compa-
rata. ideſt empta iuxta vulgare italicorum.
concordat de vſur. in ciuitate, vel proprie. i.
acquiſita. a con, & paro. quod eſt verius. Nota, ꝙ plures accuſa-

Digitized by Google

1 tores † admittuntur contra vnum.[a] quod dic, vt in glo. 1. & de
a hoc 2.q.1.in primis. de pur. ca. quoties. de procur. ſi duo, lib. 6.
quod eſt verum, ſi vtriuſque æque principaliter intereſt: vt ſi
ſunt plures hæredes alicuius occiſi, iſti ſimul accuſabunt. l. 3.
§. ſi plures. ff. de ſepul. vio. Si autem non principaliter, & ſingu-
lariter eorum intereſt, procedit vltima pars gl. primæ, vt iudex
eligat idoneiorem: ſi tamen non eligit, tenet iudicium cum
pluribus agitatum, ſi non excipitur. C. de accuſa. l. ſi accuſato-
ribus. de hoc no. Bar. ff. de accu. l. ſi plures. & procedunt hæc, ha
bito reſpectu ad verba, accuſatores. & verbum accuſatum. Sed
intelligendo, ꝙ hic erant denunciatores, pro quo eſt verbum
nuncianti in textu, non procedit, & tunc oportet exponi accu-
ſatores. i. denunciatores. Accuſatum. i. denũciatum. vel poſſet
intelligi, ꝙ vnus accuſabat, & alter ſollicitabat & vterque inci-
dit in Turpillianum. ff. ad turpillianum. l. 1. §. incidit. ſecũdum
Lau. & ſic poteſt intelligi ſm Goff. 2.q.3. euſemium. de dolo
cum dilecti. in princ. primum placet, vt verbũ accuſatores ſtet
2 proprie. No. ꝙ magis curatꝰ qualitas † facti ſeu modus, ꝙ̃ ipſum
factum, de quo in gl. 2. quę eſt ſingularis in eo, quod dicit Deũ
remuneratorem aduerbiorum non nominum. pro hoc. 1.q.1.
vide quantum, vbi habetur, ꝙ qui dat eleemoſynam, vel ſuſti-
net martyrium ad pompam demeretur. Et in hac glo. ibi non
3 bene ſecerunt. 23.q.5. recolentes. No. ꝙ ſubtilitas † commen-
datur ibi, ſubtilius. de hoc de iudi. dilecti. No. ꝙ ex charitate li-
cet ab accuſatione deſiſtere. ibi, charitati. puta quia ſe correxit
accuſatus. ad hoc de pęni. diſt. 2. cautus. ſed ex præmio non, vt
in textu, quia ſapit corruptionem, de hoc hic in gl. magna. Op.
ꝙ non debuerit Papa mandare inquiri cõtra accuſatum, cum
non appareat fuiſſe infamatus, & eſſet prælatus de accu. quali-
ter. 2. So. ſubaudi, ꝙ erat infamatus, vel lis erat conteſtata, quo
tẽpore non licet ab accuſatione deſiſtere, ideo mandat inqui-
ri de colluſione, vt illos puniat. 2.q.3. ſi quem. Innoc. de hoc in
Spec. de abolitione. §. 1. ver. quid ſi accuſatus. Quæro gñaliter
4 qñ, & qũo † liceat a lite recedere. gl. pen. hic & Inno. in c. proxi-
mo, quaſi per omnia concordans cum gl. tractant hunc articu
lum. Et ex glo. fac quinque membra, licet glo. faciat tria tantũ:
dicens tria genera cauſarũ: ciuilem, criminalem, & ſpiritua-
lem. ſed duo in fine ſubiicit. ſ. matrimonialem, & mixtã. Poſ-
ſent autem hæc duo comprehendi ſub primis: matrimonia-
lis ſub ſpirituali: mixta ſub ciuili. ad hoc de procur. tuę. de iud.
cle. diſpendioſam. De ciuili glo. tradit regulam, ꝙ licite poteſt
a lite recedi, niſi in actione famoſa. de hoc no. 3.q.7. §. tria. ad fi
nem. in gl. fama. De criminali dicit, ante inchoatam litem re-
cedi poſſe per gratiam, quaſi dicat non per tranſactionem. de
hoc no. 2.q.3. §. vlt. in glo. ſcias, vbi no. in quibus criminibus li-
ceat tranſigere. de quo plene. C. de tranſac. l. tranſigere. dixi de
tranſac. c. ſi. Diſtinguit tamen glo. inter crimen publicum, &
priuatum. & quid ſit vtrumque no. in Specu. de accu. §. ſcio. in
prin. cætera dic vt in glo. Et in ea ibi, quæſitum. & ɜ. de accuſa.
licet. & ibi mixta. in cauſa vero populari non licet deſiſtere per
trãſactionem. niſi vt legitur ff. de pactis. l. inter. §. vlt. de iureiur.
cum qui. §. in popularibus. notat Innoc. in c. proximo.

ADDITIO.

a Contra. Infra in verbo, duo, in c. cupientes. in §. ſi vero. de elect. lib. 6. Inno. in
c. cum olim. de accuſa. Spec. tit. de accuſa. in §. 1. ver. quid ſi vulneraſti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex eiſdem actis an poſſit proſequi, & diffinire.*

CRimina. Breue eſt, vel ꝑ alia verba. h. d. Deſi-
ſtẽte accuſatore, & accuſato iudex
proſequitur. Legitur autem duobus modis. pri-
mo, ꝙ loquatur in criminibus, de quibus facta eſt
accuſatio, & probatio: & tunc expone ibi, indiſcuſſa. i. impuni
ta: ac ſi diſcuſſa non eſſet. pro hoc verbum, audita. i. manife-
ſta. Alio modo legitur, ꝙ crimina nondum erant probata: &
tunc expone, audita, proprie. i. in iudicium delata. Quæro, nũ-
1 quid ex eiſdem actis poſſit iudex † proſequi, & diffinire. dic, ꝙ
ſic. C. de aboli. l. 2. & ibi per Cy. & in Spec. de aboli. §. 2. ver. quid
ſi accuſatus. probatur ff. de publi. iud. l. pen. in princ. ſecundum
duas lecturas, quæ ſunt ibi. & ad l. libellorum. §. ſi. qui. §. videtur
contradicere. dic vt per Bart. in d. §. Quærit glo. 1. quis fuit hic
Gregorius. reſpondet, ꝙ ſecundus, vel tertius, vel primus. Hoſt.
dicit, ꝙ octauus, quod eſt falſum, quia tũc ſequens c. quod fuit
Alexandri Tertij præcederet hoc, quia præceſſit Gregorium
Octauum. de vita & ho. cle. quoniam. & c. clericis. in ſupraſcri
ptionibus. de prob. propoſuiſti. & ſimilis queſt. 1.q.3. res eccle-
ſiæ. lo. Cald. in additionibus dicit, ꝙ fuit primus, vt patet in li-
bro vitæ eius, li. 4. vbi ponitur etiam præcedẽs c. non aliter de-
clarat quis fuerit, vel ſit, ille liber fortaſſe corrupte ſcriptum
eſt. In glo. vltima ibi, punienda dummodo ad hoc ſit actum,
nec alias ſit contra. de ot. co. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio priuatur qui per colluſionem illud fecit cenſuale.*

1 AVdiuimus. Beneficio † ſuo priuatur, qui
per colluſionem illud conſti-
tuit cenſuale. h. d. primo refert colluſionem. ſecun
do facientes puniri mãdat ibi, vnde. Cedatur, alias
cedant. ſ. poſſidentes. quaſi dicat, ꝙ recognoſcunt petẽtem ha-
bere ius, & conueniunt ſe tenere in vita, & pro certo cenſu trã-
ſactionis: ſimulatę. Ius. ſ. tituli, prout pręd ixi. ius. ſ. inſtituendi,
vel præſentandi. & ad hunc intellectum vadit glo. 3. cum dicit,
ꝙ præiudicabatur epiſcopo ſuper ordinatione eccleſiæ. nam
primo caſu poterant iſti recogniti, ꝙ haberent ius mortuis te-
nentibus ingredi poſſeſſionem auctoritate propria. J. de reſti.
ſpo. cum veniſſet. ſm Hoſti. differas ex officio etiã nemine in-
ſtante. de pac. accepimus. de offic. ord. c. 1. Hoſti. ſpoliare. in bo-
na parte, id eſt priuare. de hoc de reſti. ſpo. conquerente. Iactu-
ra. & nihilominus quod per colluſionem factum fuit, non te-
net. ff. eo. l. 3. Inno. In glo. 2. in fi. & de cenſi. cum olim. In glo. 3.
in fi. & de præben. cum qui. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus criminoſus ſine periculo non toleratur.*
2 *Inquiſitio de delicto vnius ſæpius non habetur.*

IN tantum. Iterum contra illum inquiritꝛ,
qui per colluſionem fuit abſo-
lutus, primo ponit inquiſitionem cõmiſſam, col-
luſionem relatam, & eius exitum. ſecundo com-
mittit ibi diſcretioni. & illa in duas vt duo mandat, ſecũda ibi,
alioquin. corruptis. quibus non creditur de proba. licet: Inqui-
ſitoribus. qui puniſitur. ex hoc de re iudi. c. 1. lib. 6. Nota de plu-
ribus criminibus ſimul inquiritur ibi, inquiſitis. quorundam
exceſſuum, generaliter autem an poſſint ſimul intentari duæ
actiones pęnales, vel non, prouenientes ex vno delicto, vel di-
uerſis, & quid iuris, quando ſunt rei perſecutoriæ, & quando
ſeparatim intentantur. notat hic Inn. & nota. de reli. do. cum
dilectus. in glo. fin. & ibi dixi. Nota, ꝙ ſine periculo non toleratꝛ
1 prælatus † criminoſus, de quo in glo. 3. in cuius fine dic ad hoc
de accuſa. c. ſi. vel erat hic periculoſum propter multitudinem
2 criminum, vt infra ſequitur. Nota ꝙ de † delicto vnius homi-
nis ſæpius non quæritur. de hoc in glo. ſi. Ad hoc oppono de c.
mennam. 2.q.5. C. de pęna iudi. qui ma. iud. auth. ſed nouo iu-
re. ff. de iureiuran. l. ſi duo patroni. §. vlt. Solu. Innoc. format, &
non ſoluit. dic, ꝙ non proprie contradicunt. ſed auth. ſed no-
uo iure. probat poſt ſententiam, ſi conſtat de crimine iudicis
corrupti in eam proferendo, ꝙ reuocatur. ſimile in l. admonẽ-
di. ff. de iureiuran. quando cõſtat ſententiam iure latam ex fal-
ſo iuramento, quia reuocatur, vt ibi. Generaliter autem, quan
do de crimine poſſit ſæpius agi. dic, vt ſupra de accu. de his. vbi
dixi. In glo. fin. ibi. §. ab alio delatum. alias eſt. verſ. ſub l. prohi-
bentur.

De delictis puerorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Puer quot modis accipitur.*

Viſo de quibuſdã criminibus, quia dubitari poſſet, an pueri
his inuoluantur, ideo &c. Goff. de hoc. 15.q.1. & facit 4.q.3. 22.
q.5. paruuli, cum duobus c. ſequentibus. Quæro, quomodo ac-
1 cipitur hic, puer, † & quot modis dicitur. So. dicitur multis mo
dis. ſ. pro ſeruiente. 2.q.7. cum paſtoris. Item pro eo, qui eſt mi-
nor annis. & ſic accipitur hic in nigro. pro hoc, quod nota. 77.
a diſt. in veteri. in prin. Et dicitur hæc pueritia ſecundum ætatẽ.[a]
de tempo. ordi. vel non eſt compos. de ſpon. tuę. & finitur regu
lariter duodecimo anno in fęmina, decimo quarto in mare,
vt no. in proœmio ſexti. in glo. de numero ſenario. fallit in ca-
ſu. ff. de poſtulãdo. l. 1. § pueritiam. vbi dicitur vſque ad finem.
17. anni. & in caſu. ff. de alimentis, & ciba. legatis. l. meila. vbi
ſi pue-

ADDITIO.

a Aetatem. Adde glo. in c. ſi eo tempore. de reſcript. lib. 6. gl. in verbo, perfectus,
in proœmio ſexti.

ſi pueris legata ſunt alimenta, debentur vſque ad finem 14. anni in puella. & in puero vſque ad finem 18. Item dicitur filius ratione. pro hoc. 22. q. 2. §. Abraam. & habetur Geneſis 22. vbi accipitur puer pro ſeruiente. ibi dixit ad pueros. i. ſeruientes. Accipitur etiã ꝓ ætate, quia ſequitur ibi, donec ego, & puer. i. filius. & in ætate minori. ad hoc. ff. de verb. ſign. l. pueri appellatio. & l. illa verba. 2. §. pueri. & nomine pueri quandoque comprehenditur puella. ff. de leg. 3. l. ſeruis legatis. ver. ſed pueris. Itẽ dicitur puer ſtatim natus, & ſic natiuitate. Hiere. 20. in fi. Puer natus eſt. Itẽ puer dicitur puritate fidei. Hier. primo. Puer ego ſum. 3. q. 1. in ſcripturis. & ſimplicitate. Sapien. 22. in fi. tanquã pueris inſenſatis. Iudiciũ in deriſum dediſti. & 1. ad Corinth. 14. Nolite pueri effici ſenſibus. morum prauitate. Eſaiæ pe. & 2. q. 7. Paulus dicit.

SVMMARIVM.

1 *Periurium & mendacium qualiter differant.*
2 *Puer doli capax ſubijcitur pœnæ delicti.*
3 *Mitius agendum eſt ratione ætatis.*
4 *Puer non doli capax an poſſit irregularitatem incurrere.*

PVeris. Impuberes præter vitium carnis delinquere poſſunt. puniuntur tamen mitius, quam adulti. hoc dicit. primo dictum, quod ſecundo reprobat & verum decernit ibi, ꝙ merito. quatuordecim in mare: in fęmina duodecim genitalibus. vnde nec minor accuſatur l. iulia. de adulteriis. ff. de adulteriis. l. ſi mi-
1 nor. No. differentia inter mendacium, † & periurium. [a] quia
a vtrunque exprimit hic. ad hoc de præſump. literas. & de mul-
2 tiplici genere mendacij. 22. q. 2. primum. Nota, ꝙ puer † doli
b capax [b] ſubijcitur pœnæ delicti, quod dic, vt in glo. j. vnde legitur in dialogo etiam de non doli capace. 5. annorum, qui iurans, deteſtans, & blaſphemans a diabolo raptus fuit, quod potuit permitti in odium parentum talia docentium. nõ tamen potuiſſet damnari, niſi præſupponatur in eo fuiſſe aliquam doli capacitatem, quæ aliquando preuenitur, quod nouit, qui nihil ignorat. lex tamen dicit ante ſeptimum annum doli capacitatem nullam eſſe. l. 1. C. de falſa mo. pro hoc de deſpon. im-
3 puberũ, literas. & c. acceſſit. No. ꝙ ratione ætatis † mitius agit. de quo in glo. vlt. & expone in textu ibi non ita. i. tam acriter, quod procedit in foro iudiciali, & pęnitentiali. Opp. primo, qa ante pubertatem non præſumitur quis malitioſus pro hoc de deſpon. impu. puberes. So. verum eſt, niſi conſtet. quod dic, vt in gl. 2. ſed quandoque ex facto tollitur illa pſumptio. vnde legitur in dialogo de puero nouem annorũ, qui grauidauit nutricem. vt no. 20. q. 1. in ſum. ad hoc de eo qui cog. conſan. c. vlt. vbi de hoc. Ad quod oppono de hoc textu, qui dicit puerum excuſari a vitio carnis. So. procedit regulariter. exemplum autem præmiſſum eſt de his, quæ raro accidunt, de quibus non eſt curandum. ff. de legibus. l. nam ad ea. de quo in d. c. literas. præallegato. Oppo. ſecundo, ꝙ periurij non ſit capax puer. ff. de iureiur. l. qui iuraſſe. So. vt in gl. pe. & in ea ibi furtum committere. de hoc. 4. q. 3. cap. 1. Opp. tertio ad idem de iuribus allegatis in eadem gl. ver. at contra de conſecr. diſt. 4 Solue, vt in
4 glo. Circa hoc quæro, an puer † non doli capax poſſit irregu-
c laritatem [c] incurrere, vt ſi ludendo proijcit lapidem, vel cultellum, & aliquem mutilat, vel occidit. dicit Hoſt. ꝙ ſic, etiam ſi non habuerit animum ad hoc, quia non voluntas, ſed factũ in lege promotionis attenditur. dicit tamen diſpenſatione dignum, quia cenſetur quaſi caſuale, quod non procedit de non doli capace. & contrarium terminatum eſt de infante in cle. ſi furioſus. de homici. & ibi de hoc in glo. 3.

ADDITIONES.

a Periurium. Adde ſanctum Tho. ſecunda ſecundæ. q. 18.
b Doli capax. Adde, quis dicatur doli capax. vide Card. in cle. 1. de homi. in 5. q. Domi. in c. 1. in §. quia vero, de regul. lib. 6. & per Lap. allega. 193.
c Irregularitatem. Adde doc. in cle. 1. de homi.

SVMMARIVM.

1 *Appellans a iudice eccleſiaſtico habente temporale, debet ad papam appellare.*
2 *Statutum permittens pro homicidio pœnam pecuniariam, eſt irrationabile.*

REferente. Impubes percutiens, vel interficiens alium nõ incidit in pęnam pecuniariam ſm cõſuetudinem terræ, nec ob hoc poteſt exigi a patre. h. d. primo partis querela. ſecũdo dat iudicem, verum. Nota ex glo. prima, & ſi. relatis ad tex.
1 ꝙ ſi appellatur ab † eccleſiaſtico iudice habẽte iuriſdictionem temporalium, non ad ſuperiorem tpalem, ſed ad Papã appellatur, niſi aliud ſit de iure ſpeciali. de ap. Romana. §. debet. li. 6. & de hoc de maio. & obe. ſolitę. Nota ſingulariter, ꝙ pœna cõſuetudinaria euitatur quomodocunque debeat delinquenti mitior pęna pro delicto imponi, quod facit ad multa. per hoc enim ad euitandam pœnã ſtatuti ſufficit oſtendere delinquenti mitiorem pęnam ex aliqua cauſa ſpeciali imponi debere. quod ſemper nota, quia ſæpe occurrere poteſt. ratio huius, qa pęna inducta de iure ſpeciali, intelligitur ſuo caſu tantũ, & ſic tunc ſolum procedit, quando delinquens nulla ratione fit excuſabilis etiam quo ad mitiorem pęnam. Opp. primo in eo, ꝙ dicit pueris delictum relinqui inultum. ſ. c. proxi. Sol. vt in gl. 2. quæ exponit inultum. i. non perfecte vltum. Ad quod oppone, quia hic nullo modo punitur. glo. eadem ſoluit, ꝙ hoc fuit ex alia ratione, quia puer nihil habebat, quod eſt diuinare: poterat enim habere bona ꝓpria. propterea dicit gl. & aliter, ꝙ hic puniebatur pater pro filio, quod non eſt faciendũ. pro hoc, qa condemnato filiofamilias ẽt adulto, non fit executio in bonis patris etiam quo ad legitimã filio debitã. de hoc in Spe. de ſen. exe. §. ſequitur. ver. quid ſi filius. vel dic ſm Inn. ꝙ hic prohibet exactio pęnæ conſuetudinariæ, ſed potuiſſet exigi minor pęna, quod eſt verũ. & ſm hoc concor. c. proxi. in fine. & ſm hoc ſummaui. & per hoc intellige, quod dixi in vltimo notabili, ꝙ etiam voluit glo. in prima ſolutione ſtatim dicta: dum exponit inultum. i. non perfecte vltum. Et in hac glo. ibi irregularis. tantum hoc procedit in doli capace in infante. ſecus vt dixi ſ. c. proximo. Opp. ſecundo, ꝙ etiam ſi fuiſſet hic maior, non debuiſſet exigi per abbatem pro delicto pęna pecuniaria. tum qa iſte erat laicus. ad hoc de iud. nouit. tum quia non licet clericis exigere pro delicto pecuniam. j. de pęnis, licet. glo. vlt. format, & ſoluit primũ, ſed non vltimum, ſed remittit. Hoſtiẽ. dicit, ꝙ
2 conſuetudo, vel † ſtatutum permittens, pro homicidio, vel furto pęnam pecuniariam exigi, ſunt irrationabilia, quia per hoc exponuntur homines precio venales, & incitantur ad delicta, nam ni aliquis timeret pęnam mortis, qui nõ timet pecuniariã. non ſunt ergo ſeruanda. ad hoc. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pacta, in auth. de mandatis prin. §. oportet. inſti. vi bonorum raptorum. §. ſed nedũ. de cõſue. ex parte. de off. ord. irrefragabili. §. fin. & c. dilectus. & ad hunc textum reſpondet, ꝙ non ex vi conſuetudinis, ſed per officium iudicis potuiſſet pęna pecuniaria exigi a delinquẽte. Ad prædicta de conſue. c. fi. in prin. & quod ibi no. de hoc dic, vt in c. licet, de pęnis. & quo ad hunc textum argumentum ſumptum a contrario ſenſu debet intelligi ſecundũ alia iura, quæ certis caſibus permittunt exigi pęnam pecuniariam, de quo in dicto c. licet.

De clerico venatore. Rubrica.

Viſo de delictis aliquibus clericorum, & laicorum ſumittit de ſpecialibus delictis clericorum. de materia. 46. diſt. qui venatoribus, cum 5. c. ſequentibus. 6. diſt. c. 1. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Venatio clerico prohibetur.*
2 *Epiſcopus clerici appellatione dicitur venire.*
3 *Venatio voluptati inniti dicitur.*

1 EPiſcopum. Prohibetur clerico venatio, † & contrafacienti pœna imponitur. h. d. cum ſequẽti, & habetur vtrumque ꝓ palea. 34. diſtin. Primo prohibitio. Secundo pęna ibi, ꝙ ſi quis. Nota ſummarium. cõcor. in gl. 1. Et in ea ibi amputatis, & c. Eſau. & ibi dicitur, quare magis prohibetur cleri-
a cis venatio, ꝗ piſcatio. [a] Nota, ꝙ nomine clerici † venit epſ. pro-
2 bat rubricam iunctum nigro. & hoc etiã ſi ius ſit reſtringibile, & pęnale, vt hic. quod eſt verum regulariter. fallit in caſu c. quia periculoſum. de ſent. excõmu. lib. 6. & ratio ibi ponitur. No. ꝙ nõ interdicitur clericis venatio ſub pęna, niſi ſæpius exerceãt. probat verbũ ſæpius. ad hoc de vita & ho. cle. monaſteria. No.
3 quod venatio † innititur voluptati, propterea dicit lex nullo iure probari immunitatem eſſe conceſſam venatoribus. C. de excuſa. munerum. l. venatoribus. libro decimo. Oppono primo, quia hic prohibet venationem, quæ fit ob voluptatem: & ſic cauſa neceſſitatis permittitur. vnde oppone de capitu. 1. 34. diſt. Solu. vt in glo. 2. quæ dicit ſpeciale in epiſcopo, cui nullo caſu licet. Hoſti. dicit hic innui contrarium. de quo in ſumma

ADDITIO.

a Quam piſcatio. Adde Hoſtiẽ. in ſum. eo. tit. in §. qui & quibus, & Cardin. in cle. ne in agro. in §. pondero. in 2. q de ſtatu mo.

ma per eum. eo. titu. §. quæ, & quibus. ver. item cauſa vtilitatis. & præcedenti. ſed dic, ꝙ hic ſolum non imponit pœnam niſi exercenti cauſa voluptatis, ſed non per hoc permittit ex alia cauſa. Oppo. ſecundo ad hoc, ꝙ idem in aliis clericis, quod in epiſcopo. 86. diſt. an putatis. So. vt in eadem glo. quia ibi, de venatione clamoſa. & per hoc proſequitur gl. multiplicem venationem. quod dic, vt in ea vſque ad fi. Et in ea ibi. §. his ita. niſi fiat in bello iuſto, vt ibi. & de hæreticis, excommunicamus. §. ſi vero. & de hoc §. de iureiur. ſicut 3. & ibi per verba. hanc faciunt hiſtriones. & ibi illicita. inducens interdum peccatum mortale. interdum veniale. quod dic, vt no. 25. diſt. §. nunc autem. in gl. pen. & ibi, qui venatoribus. vbi de hoc. & ibi in arena. hic laicus permittitur cauſa virtutis probandæ, ſed ſi pro mercede, fiunt infames, vt ibi ſaluis torneamentis, quæ prohibentur. de torneamētis. c. 1. clericis autem hoc omnino interdicitur. de cle. pu. in duello. c. 1. & 2. & ibi clamoſa. quæ fit cum canibus, vel armis. & ibi laicis. ff. de vi publica. l. 1. inſtit. de rerū diui. §. feræ. ff. de acqui. rerum do. l. naturalem. & l. pomponius. & hoc in diebus communibus, ſed in quadrageſimalibus, & præcipuarum feſtiuitatum, ſecus, quia in illis conuenire debēt etiam laici ad eccleſias, & orare. dicto c. qui venatoribus. & c. an putatis. de conſe. diſt. 3. religioſo. & diſt. 5. ieiunia. & ibi quieta. quæ fit cum retibus, vel laqueis. & ibi neceſſitatis cauſa. vt cum fit ad excitandum calorem naturalem, vel appetitum. de homici. dilectus. ad hoc de iureiuran. & ſi Chriſtus. ad fi. de cōſec. diſt. 5. ſint tibi. & ibi prohibetur. forte per hunc finem intēdit recedere a proximo dicto Tan. & antiquorum qui dicebāt etiam ſacerdoti licere quietam etiam cum canibus: tamen cū modeſtia, & ex cauſa. & per id, quod glo. dicit de ſubdiacono ſuppletur textus, qui tantum dicit de diacono. de clerico autē in minoribus nihil hic dicitur, ſed ſm Hoſti. punietur arbitrarie. ad hoc de off. deleg. de cauſis, ita tamen, ꝙ monitio præcedat. 12. q. 2. indigne. Oppo. tertio in eo, ꝙ hic plus punit minorem, quam maiorem. de c. homo Chriſtianus. 40. diſt. Sol. vt in glo. vlt. quæ dicit pœnam epiſcopi, quæ videtur hic minor, reputari maiorem ratione maioritatis epiſcopi, quę ſolutio non videtur procedere, quia ſecundum eam deberet epiſcopus puniri minori tempore, quam presbyter, qui tamen punitur pluri. vnde dicit Hoſti. ꝙ veritate inſpecta minor eſt pęna diaconi de qua in textu, quia ſibi tempus non adiicitur. vnde poſt aliquos dies cū eo poterit diſpenſari, non ſic in epiſcopo, & presbytero, quibus tempus adiicitur. 34. diſt. epiſcopum. vbi iſtud cap. eſt pro palea. ibi enim iacet litera ſic, ꝙ ſi quis talium perſonarum in hac voluptate ſępius detentus fuerit, tribus menſibus a communione ſuſpendatur. diaconus vero ab omni officio, & communione ſuſpendatur, ſed vt dicit Ioan. Andr. per hoc non ceſſāt contrarium, quia epiſcopus ſuſpenditur tribus menſibus a communione tantum. presbyter vero duobus ab omni officio. nam quod dicit in textu, ſi presbyter, duobus. cōſtruitur cum litera ſequenti. verior eſt ergo ſolutio gl. pro hoc, quod nota. de ſta. regu. ea quæ. in glo. 3. & ſuper ea. & de iureiu. cum quidem. Item quod ſupra dixit Hoſti. minorem eſſe pęnam diaconi, quia ſine tempore imponitur. dico non procedere. nam cenſenda eſt perpetua, cum perpetua poſſit eſſe. ad hoc de condi. inde. l. ſufficit.

SVMMARIVM.

1 *Clerici dicuntur ſerui Dei.*
2 *Clericorum redditus ſi conſiſtat in venatione, an eis venari licebit.*

1 OMnibus. Nota ex textu cum glo. ꝙ clerici † dicuntur ſerui Dei, ſic etiam aliquando laici dicuntur ſerui Dei. Eccleſiaſtici vltimo. Deum time, & mādata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo, ideſt ad hoc factus eſt. Quæro, ſi reddi-
2 tus clericorum † conſiſtunt in venatione, puta cuniculorum, vel ſimilium ferarum, nunquid licebit eis exercere. dicit Hoſt. quod ſic, etiam ſi ſint religioſi etiam in propriis perſonis, deficiente familia: dummodo id faciant tempore competenti. hoc eſt enim non vagari, ſed neceſſitati & vtilitati eccleſiæ ſubuenire, ad quod tenetur. 7. q. 1. præſentium. & c. placuit, vt nemini. 16 q. 1. qui vere. & c. vos autem. ibi, & ſi qua opera. & ibi nec veſtrum ocium &c. ſed hodie in religioſis contrarium deciditur in cle. ne in agro. §. porro. & ſequenti. de ſtat. regula. & dicit Abb. quod per hunc titu. duplex eſt prohibitio, vna in habendo. alia in vtendo.

De clerico percuſſore. Rubrica.

Viſo de vno ſpeciali delicto clericorum: videamus de alio, de materia. 45. diſt. & facit 1. q. 7. ſi quis omnem. in fi. 86. diſt. §. ſimiliter. & c. ſequenti. & §. penult. & c. non liceat.

SVMMARIVM.

1 *Clerici percuſſores eſſe non debent.*

1 SI quis. No. ꝙ clerici † non debent eſſe percuſſores. concor. in gl. 1. & maxime non licet epiſcopo percutere quemquam propriis manibus. hoc eſt enim extraneum a ſacerdotio. C. de epiſcopis & cle. auth. ſed neque. Oppo. primo, ꝙ ab ipſo initio poſſit clericus percuſſor deponi. 55. diſt. ſi euangelica. glo. vlt. ſoluit, intelligendo hic de non enormi percuſſione. contrariū de enormi. Et in ea ibi. c. 1. & vt ibi no. hæc iura probant, ꝙ non ſtatim debet epiſcopus fulminare ſententias: idem not. de iudæis, ſicut in vlt. gl. & ibi in vſu, vnde ponebat abbas exemplū de illo, qui ſtatim percutiebat eum, qui aliquid ſibi dicebat cōtra placitum. Et in fine. idem ſi in duello percuſſiſſet. de cleric. pu. in duello. c. 1. Quæro, quia dicit in textu de clericis in gradu
a ſacro.[a] quid de exiſtente in minoribus, dic idem, & ſupple ad textum maxime. Probat rubrum generaliter dicens de clerico percuſſore, ſed maxime interdicitur exiſtenti in ſacris, & maxime epiſcopo, vt prædixi. de hoc per Hoſti. in ſumma de tempor. ord. §. & eni. ſub §. decima regula.

ADDITIO.

a Sacro. Adde doc. in c. cum voluntate de ſen. exc.

SVMMARIVM.

1 *Crudelitas in corripiente venit redarguenda.*
2 *Vulneratus ſi poſt multum temporis moriatur, præſumitur defunctus ex alia cauſa.*
3 *Mortis occaſionem qui dedit, perpetuo abſtinere debet.*

PRæterea. Duobus mēſibus a Miſſarum adminiſtratione ſuſpenditur epiſcopus, qui fecit aliquem crudeliter fuſtigari. primo ponit ſæuitiam epiſcopi, ſecundo excuſat eum a morte. ibi quam licet. tertio eum punit. ibi, tamen, quia mulierem. forte coniugem. G. q̃ ſi erat vxor, poterat ipſe G. moderate verberare, & ligatam cuſtodire. de hoc. 23. q. 2. placuit. de iureiur. quemadmodum. delictum, forte deliquit in eccleſia. de ſen. exc. veniens. Miſſarum, & per ꝯñs a pōtificalibus de ex-
1 ceſ. prǽla. ex literis. Nota, ꝙ in corripiēte † redarguitur crudelitas. conco. in glo. 1. & de hoc de rapto. in archiepiſcopatu. de crimine fal. ad audientiam. & de homici. ad audientiam. No.
2 ꝙ ex † prolixitate temporis poſt vulnus præſumitur vulneratus defunctus ex alia cauſa. de quo in gl. 2. Secus ſi tempus fuit propinquum. ad hoc de homici. presbyterum. Ex hoc no. glo.
3 ꝙ qui occaſionem mortis † dedit, debet in perpetuum abſtinere. de homi. de cætero. & dic vt ibi.

PRæſertim. Duobus annis a Miſſarum celebratione ſuſpenditur presbyter, qui aſſocians repellentes violentiam in conflictu, vbi aliqui mortui ſunt, lapides proiecit, licet nullū percuſſerit. primo narrat factum. ſecundo punit delinquentē ibi, quē. tertio parcit poſt pęnitentiam ibi, mandamus. Op. primo, ꝙ in nullo debuerit puniri, quia dedit operam rei licitæ, repellendo violētiam. de ſen. exc. ex tenore. Sol. vt in gl. prima, cuius eſt ſenſus, ꝙ licet repellere violētiā, ſed non licet vlciſci. quaſi dicat, ꝙ repellentes hic non ſeruauerūt debitam moderationem. de qua de reſt. ſpo. olim. Op. ſecundo ad idem de c. petitio. §. de ho. Sol. quidam diſtinguūt inter conflictū, de quo hic & bellum iuſtum, de quo in ꝯrio, vt in conflictu nullatenus debeat quis ſe immiſcere. ſecus de bello iuſto, quæ ſolutio nō nititur bona ratione, nec eſt vera. vnde ſoluitur aliter, ꝙ ibi pugnauit defendendo rempublicā, quod licuit. arg. ff. de iuſti. & iure. l. vt vim. hic priuatā, ꝙ non licuit. Opp. tertio ad hoc de c. dilecto. de ſen. exc. lib. 6. So. hic de clerico, imo presbytero, vt patet ex pęna, quę imponitur, cui non licet in propria perſona iniuriam ſocii propulſare. In contrario de laico. Oppo. quarto ad hāc ſolutionem de c. ſequenti, ſm vnam lecturam. vbi etiā clerico licet. So. Hoſti. ſtat ꝯrio dicens hic imponi pęnam tātū ad cautelā, vt dicit gl. vlt. vel ſm eū iſte erat infamatus, vel imminebat ſcandalū. de homi. ex literis. quod eſt diuinare. quidā aūt dicūt, ꝙ hic punitur, quia fuit fautor, & adiutor occidētiū. quod eſt ꝯ textum, niſi intelligas fauore, & aſſociatione, prout no. Inn. ſ. c. proximo. quod declara vt in ſequēti ꝯrio. Op. quinto per ꝯriū, ꝙ debuerit fortius puniri per iura allegata in glo. 2. in prin. So. vt in ea. & facit, quod no. 51. diſ. ſi quis poſt acceptū. & poteſt dici, ꝙ hic in aliquo punit, qa conflictus non fuit omnino licitus, qa non apparet, ꝙ confligentes ſeruauerint moderationē, nam repellēdo iniuriā tunc tm̄ licet occidere, cū quis

non

Digitized by Google

non poteſt aliter euadere. de homi. cle. ſi furinſus. non punitur autem tanquam homicida, quia non præciſum auxilium dedit homicidio.

Continentia. Legi̅ duobus modis. vno, ꝙ iſte acolitus poteſt promoueri de iure communi, & ſm hoc in ſumma dicit. clericus, qui aſſocians reſiſtentes prædonibus fuit in conflictu, in quo aliqui ſunt occiſi non ſuo facto, nec conſilio licite promouetur ad ſuperiores ordines. Alio modo legitur, ꝙ promouetur diſpenſatiue, & tūc ſumma eodem modo, niſi ꝙ aduerbium, licite, addi debet per diſpenſationem Cōis diuiſio. ſecunda ibi conſultationi. Ad mortem. cum effectu, vt ſequitur. Opp. primo ad primam lecturam, quia dedit operam rei illicitæ aſſumendo arma, quod non licuit, vt in iuribus allegatis in gl. vlti. So. vt in ea, quæ approbat ſecundam lecturam. Et in ea ibi, & non vltra. ſecundum Alanum, qui dicebat, ꝙ qa in c. ſupra proximo fuit in plus diſpenſatum, quam hic, apparet diſpenſationes eſſe arbitrarias. hanc lect. tenet Inno. dicēs, ꝙ hoc ipſo, ꝙ armatus fuit cum occiſoribus, dicitur aliquod auxilium præſtitiſſe pugnando cum eis, ſed ſi non pugnaſſet, ſed a longe ſtetiſſet, cum eſſet pugna iuſta, nō teneretur, quod no. de hoc notauit Bal. C. de epiſ. & cler. l. raptores. ponit etiam Innoc. lecturam primam, ꝙ hic in nullo dicitur irregularitatē contraxiſſe & hanc tenet Hoſtiē. pro quo eſt verbum, Conſultationi. nam cum reſpondetur ad conſultationem, fit ius cōe. de tempo. ord. conſultationi. vbi hoc no. in glo. vltj. & eſt ſingularis ad hoc, & ibi dixi. Et intelligit Hoſti. ꝙ non tantū ad ſubdiaconatum, ſed etiam ad presbyteratum poteſt promoueri. Mihi placet lectura ſecunda, ꝙ hic fit diſpenſatio poſt peractā pęnitentiā, prout fuit in c. præcedenti. Pro pęnitentia cedit hic tranſitus ad religionem. & tunc nota ſingulariter, ꝙ cum remanente in ſeculo non diſpenſatur, niſi peracta pœnitentia: ſecus in tranſeunte ad religionem, & ſecundum hoc ibi frugē melioris vitæ. dici. i. religionem, quæ tamen hic non operatur, vt ipſo iure poſſit promoueri, quia tenebatur ex proprio delicto. ad hoc de apoſtatis. c. 2. & quod ibi no. in gl. fina.

De maledicis. Rubrica.

Percuſſionum alia fit manu: alia lingua. Ideo cum de prima tractauerit, de ſecunda ſubiicit. Goff. quæ continuatio nō eſt perfecta, quia maledicus non poteſt comprehendi ſub percuſſore, ſed potius continua ad ſuperiores, quia tractando de delictis, intermiſcet de maledicis. de materia. 23. q. 3. §. illicita. cum tribus ſequentibus. facit 25. diſtin. §. alias ea demum. in fi. 46. diſt. clericus maledicus.

SVMMARIVM.

1 *Papæ maledicens venit puniendus.*
2 *Principi maledicendum non eſt, nec Doctoribus.*
3 *Iniuriam ſuam an quis punire poſſit.*

1 INnotuit. Maledicens Papæ † puniendus eſt, vt deinceps alij terreātur, & abſtineant, & ipſe arceatur. primo ponit culpam, quam ſecundo puniri mādat ibi, ipſum. tertio cauſam ſubdit ibi, vt pęna. Et pone caſum, ꝙ forte dicebat iſte Papam multa facere, de quibus poteſtatem non habebat. vel ꝙ priuilegia Romanæ Eccleſiæ minuerat, vel dedecorauerat eccleſiam, & non erat dignus Papatu, & malediſpēſabat ſm Innoc. vel ꝙ ſymoniacus erat, & ꝙ gratias vendebat ſm Hoſt. multis aggrauat delictum. ȷ̃. cap. proxi. de exceſ. præl.
2 q̄ ſit. C. de ſum. trin. l. 3. Nota, non debere maledici † principi. coneor. in glo. prima. ſic nec doctoribus. 6. q. 1. deteriores. Sic nec religioſi in ſuis ſermonibus debent de prælatis maledicere. alias puniuntur, vt in clem. religioſi. de priuilegiis. Nota, ꝙ pęna vnius, &c. vt in gl. vlt. Et in ea ibi ad liberandā. vbi de hoc
3 in fine. Opp. primo, ꝙ Papa † non debuerit mandare hunc puniri. C. ſi quis imperatori maledixerit. l. vna, & aliis iuribus allegatis in gl. 2. in prin. vſque ibi, ſed Papa. ſo. vt in glo. qui dupliciter ſoluit. primo, ꝙ hic Papa puniuit iniuriam Eccleſiæ non propriam. pro hoc textus in fine ibi contra Romanam Eccleſiam, ad hoc. ff. de hæredi. inſti. l. & hoc tiberij. Secundo ſoluit, ꝙ etiam propriam iniuriam potuit punire: maxime quia non habet ſuperiorem. ad hoc de pęnis Romana. lib. 6. & quod no. 45. diſt. qui emenda. potuiſſet etiā remittere ſm gl. ſed non tenetur, niſi ad remittendum rancorem. de hoc in c. ſi quis contriſtatus. allegato in gl. 2. q. 7. ſi quis erga. & c. ſi quis ab Epō. & plene. ȷ̃. de ver. ſig. ex parte, maxime per Inno. Iaco. aūt de Are. vt refert Cy. C. ne quis in ſua cauſa. l. vna. vtendo verbis Inn. in d. cap. ex parte. in quadam diſputatione, diſtinxit, an iniuria ſit notoria, an non. & ſecundo caſu an reſpiciat dignitatem, an perſonam. & vltimo caſu dicit, quem non poſſe punire ſuam iniuriam, ſed poterit iniuriantem in cuſtodiam ponere, & ſucceſſori, vel principi reſeruare cognitionem, & pœnā. ff. de offi. præſidis. l. ſenatus. de adulteriis. l. capite. & l. ſi adulterium. §. fi. Sed Pet. de bella pertica, vt dicit ibi Cy. dicit, ꝙ licet iniuriam, quæ dignitatem, vel rem publicam reſpicit, poſſit iudex punire. C. de off. eius qui vices alterius obtinet. l. 1. & 2. non tamen ipſe poterit ius ſibi dicere. vnde ſi delegatus fuerit, recuſabi̅: ſi ordinarius, peti poterit alius adiungi. C. de iudi. l. apertiſſimi. & auth. ibi poſita, quia cum ſecundario cōtingat perſonā eius, merito poteſt dici ſuſpectus. quod Cyn. dicit equum. dicit Bal. in dicta l. vna. C. ne quis in ſua cauſa. dictum hoc Cyn. & Petri nulla. l. probari. ideo ſequitur deciſionem Iacob. de Are. quam complendo quo ad illud mēbrū, qn̄ iniuria eſt notoria: tenet iudicem punire poſſe propriam iniuriā, qa non exigitur propria ſententia, ſed punitio. quod tenet Inn. ȷ̃. de ver. ſi. ex parte. & pro hoc de pęnis. c. 1. lib. 6. qn̄ aūt iniuria eſt non notoria, & cōcernit dignitatem, dicit idem. ſ. ꝙ adhuc punire pōt. & hoc eſt id, quod redarguit Cyn. poſt Petrū, prout ſtatim dixi. ſed verius eſt dictum Iac. de Are. quod etiam primo poſui Inno. in d. c. ex parte. pro hoc oīa iura, quæ dicūt iudicem debere punire defendendo ſuā iuriſdictionem. ff. ſi quis iuſdi. non obtēpera. l. vna. & punire delinquentem coram ſe. C. de teſti. l. nullum. ꝓ hoc quod no. infra de pęnis dilectus. Sed ſi iniuria concernit perſonam iudicis, nō punit, ſed reſeruat ſuperiori. ſic loquitur dictū c. dilectus. vel reſeruat ſucceſſori, vt prædixi. & procedit hæc diſtinctio in iudicibus inferioribus. ſed in principe, qui nō habet ſuperiorem, poſſumus ſimpliciter dicere, ꝙ cognoſcit ēt de iniuria propria, quia pōt eſſe iudex in cauſa ſua. ff. de his quę in teſtō delētur. l. proxime de iudi. cum veniſſet. vbi hoc notat gl. pro hoc ēt gl. hic. Et ſm hoc ad l. vnicā. C. ſi quis imperatori maledixerit. reſpondeo, ꝙ non ꝯdicit. nam tex. hic loquitur de maledicente Papæ in iniuriam, vt probant verba illa in deprehenſionem officij, quo caſu dicit illa lex talem remittendum ad principem puniendum, prout ēt intelligit ibi glo. & ſic fuit hic. vnde potius concordat. De illo aūt qui ob leuitatem, vel inſaniam maledixerit, ſtandum eſt illi legi, & ei, quod dicit gl. hic in princ. tamen in eo, quod dicit, quod ſi ex leuitate, contēnendus eſt. dicit Io. An. ꝙ ſi intelligimus contēnēdum. i. pro contemptu puniendum, tunc erit dicendum, vt remittatur ad principem, ſicut qn̄ maledixit ob iniuriā, qui intellectus exortus eſt, & expreſſe repugnat illi legi, quæ dicit parcendum: & ideo expone contemnendus eſt. i. ſpernendus. Vbi quæro quis habebit probare, ꝙ ex leuitate. dicit Innoc. ꝙ is, qui dicit. i. ipſe iniurians. C. de iniuriis. l. & ſi non conuitij.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, in quo quis priuatur eccleſiaſtica ſepultura, licet etiam in extremo pœniteat.*
2 *Blaſphemare publice quis dicatur.*
3 *Pœna blaſphemantium cui applicabitur.*

STatuimus. Hic ponitur pęna blaſphemātis Deum, vel aliquem ſanctorū. Et primo ponit pęnam eccleſiaſtici iudicis. ſecūdo ſecularis ibi, per tpalc. Beatam. refert Hoſtiē. de quibuſdam ſic deuotis virgini, qui magis credunt peccare ipſam oſtendendo q̄ Deum. Præſumpſerit. non ex calore iracundiæ, vel ebrietatis. Abb. ſuū. ſuus vero poſſet hæc committere, ēt nō eps de pęnitentiis. ſi eps. li. 6. ad hoc. 26. q. 6. c. fi. Pęnæ. i. pęnitentiæ ſpirituali. ſed eſt ēt locus pęnæ tpali, quæ ſequitur, quā dicunt Vinc. & Goff. infligendā cum ordinarie inſtituitur accuſatio ꝯ eū. Ego puto, ꝙ ēt ex officio. nam per modum ſtatuti hic loquitur. patet quia ad hoc cogi pōt ſecularis. Coactione. epi dioce. adhibita. ad hoc de excep. c. 2. li. 6. Manifeſto. facit ȷ̃. de pęni. & remiſ. c. 1. & c. quæſitum, vltimo. præcedentibus ergo diebus ad hāc ſolēnitatem non tenetur blaſphemus. Non habeat. in ſignū maioris humilitatis & cōtritionis. 50. diſt. pœnitentes. Prædictorum dierū. ſ. dominicalium, non ſextarum feriarū. nam & aptiores ſunt dies dominici ad reficiēdum, cū tunc non ieiunetur. de cōſe. diſt. 3. §. ne quis. & c. ieiunia. Commutetur. forte fuſtigabitur, vel flagellabitur. 14. q. 6. c. 1. Interdicatur. & ſic eſt canon ferēdę ſententiæ: & hic ex cōtēptu augetur pęna. cōcor. de cle. exc. mi. ſi celebrat. Si neceſſe. vt qa blaſphemus non vult ſoluere, nec poteſt pęnam exigere. Quinque ſolidorum. nō minus, vt ſequitur: ēt ſic inter 40. ſolidos & quinque conſideratis facultatibus pęna erit arbitraria. ſic ȷ̃. de decimis. c. 1. In hoc, ſ. in pœna quinque ſolidorū, & in pœna ſpiri-

tuali,de qua prædixi. Statuta. ne poſſit allegari ignorantia, &
vt includatur in iuramento poteſtaris. de iureiur. veniens.& c.
1.lib.6.& ſi communitas non vult ponere inter ſtatuta, com-
pelletur per epiſcopum,ſicut cogitur pœnam exigere. de hoc
& de materia c.per Hoſti.in ſumma.co.§.fi.Nota caſum reſer-
uatum epiſcopo in foro pęnitentiali.ibi per epiſcopum ſuum.
a de alijs[a] dic,vt in c.ſi epiſcopus. de pęnitentiis. lib.6. ſed poſſet
intelligi textus in foro non pęnitentiali, vt dicam in primo cō
1 trario. Nota caſum,† in quo priuatur quis eccleſiaſtica ſepultu
ra. Alij notantur de ſepul.ex parte. & hoc procedit in non pę-
nitente, ſed ſi pęnitet in extremis, videretur ſecus dicendum,
tamen dic idem: alias fruſtra adiecisſet hanc pœnam,cum
quilibet impęnitens debeat carere ſepultura. Vincen. tamen
dixit hoc procedere tunc tantum, quando per epiſcopum lata
erat ſententia contra eum. Ego indiſtincte dico, ex quo per-
ſeuerauit vſque ad extremum: licet in extremo pœniteat. Op-
pono primo,quod non debuerit Papa iniungere pœnitētiam
publicam indiſtincte. nam poſſet talis maledicus eſſe clericus,
qui non debet publice pęnitere. de biga.cap.1.So.quod dicit in
principio ſi quis, exponit Hoſtiē.i.laicus. de clerico autem ſtat
contrario,dicens,ꝙ ad arbitrium epiſcopi punietur: & intelli-
git hoc cap.de publice delinquente: ſi autem occulte, poterit
per presbyterum abſolui. de pęnitentiis omnis. ſed poteſt etiā
intelligi in foro non pœnitentiali. vnde puto per cap. Deus q.
de pœnitentiis.quod ſi pęnitens etiam qui publice maledixit,
recuſaret ſubire pœnitentiam de qua in textu, debebit in aliā
commutari,ſed in foro iudiciali indiſtincte ſtari oportet huic
textui. Oppono ſecundo,quod non debuerit Papa mandare
duplicem pœnam imponi, ſcilicet per iudicem eccleſiaſticū,
& ſecularem de iud.at ſi clerici.Solu.illud regulare. hic autem
caſus ſpecialis propter grauem exceſſum, & ſufficit ita ſtatu-
tum eſſe. vnde hanc duplicem pœnam accipimus pro vnica
commenſurata delicto. dicit tamen Hoſtien. quod ex magna
cauſa poſſet haberi miſericordia:vt ſi honorabilis ſit perſona,
quam non decet publice pęnitere, & vult pęnitentiam redi-
mere magnis eleemoſynis. ad hoc de ſenten. excommu. mu-
lieres.& Dan.4.B.peccatum tuum eleemoſynis redime. quod
vt dixi in præcedenti contrario, puto procedere in foro pęni-
tentiali: non autem in iudiciali ſine licentia Papæ: quia con-
tra canonem non diſpenſat inferior Papa, niſi vbi reperitur
permiſſum.de tempo.ord.dilectus.vbi de hoc.Quæro quis di-
2 citur publice † blaſphemare. dicit Hoſtien. quod is, qui in pla-
tea, vel in camera multis audientibus blaſphemat, per quos
refertur epiſcopo. ad hoc ſupra ca.proxi. de exceſ.præla. inter.
& c.quam ſit graue.ff.de verb.ſign.l.palam.& hoc dum tamē
id confiteatur,vel ſi negauerit conuincatur. de accuſ.ſi conſti-
tent.ſed ſi non conuincitur,licet coram pluribus dixerit, vt qui
ſunt tales,vt teſtificari non poſſunt: ſecus erit. Vel ſecundum
Hoſtien.dicitur publicus,quando eſt vulgatiſſimus, & ex hoc
peccato multos ſcandalizat.26.q.6.c.fi.vt quia frequenter hoc
committit, vel eſt notorius iuris vel facti. de quo de cohabita-
tione clericorum, veſtra. & hoc vltimum puto de mente tex-
tus propter pęnitentiam publicam,quæ imponitur,nam licet
probari poſſet,niſi fuerit publice, & cum ſcādalo cōmiſſum,
non ſic publice puniretur. ad hoc infra de pęnitentiis. cap.1.
Quæro, quid ſi nec quinque ſolidos poteſt hic ſoluere. dicit
Vinc.& Hoſtiē.ꝙ commutabitur in aliam pęnam per reſpon-
ſum.ſ.proximum. & ff. de in ius voc.l.fi. vel ſecundum Abb.
quęrat illos oſtiatim, vel tantum ſeruiat iudici, ꝙ ſatisfaciat de
quantitate.vt no.de iudæis.c.1. puto, ꝙ taxauerat hanc quan-
titatem pro extrema: quia raro eſt aliquis, qui hanc ſoluere
non poſſit. nam & pro hoc gerendo cogetur vendere veſti-
menta, quia dignum eſt, vt tanquam male meritus nuditate
laboret. Quæro,de qua moneta intelligitur. Sol.quo ad quin-
b que ſolidos,in textu exprimitur, quod de vſuali[b], ſed idem dic
quo ad quadraginta,triginta,& viginti. nam illa verba vſualis
monetæ,omnia hæc determinant,cum nulla alia determina-
tio præcedat. ad hoc de dona.cum dilectus. & dicit hic glo.vl-
tima, quod de vſuali intelligeretur, etiam ſi non expreſſiſſet,
per l.nummis. de leg.3. per quam dicit Goff. quod ſi ſunt plu-
res vſuales, de minori ſoluetur. quod etiā no.de iniuriis olim,
in glo.fin.ſed contra dic, quod intelligeretur de ſolidis legali-
bus.i.aureis.ſupra de iudæis. c. fi.& hæc forte intelligeret,cum
dicit de 40.ſolidis de aureis, propter verbum ſi diues fuerit.ta-
men verius eſt quod prædixi, quod omnia intelliguntur de
3 vſuali. Quæro,cui applicabitur † hæc pęna: dicunt aliqui, ꝙ
ſi erit clericus,iudici eccleſiaſtico. Si laicus,ſeculari,p id,quod
ſequitur ibi.inter alia comitatum ſtatuta. Alij quod tantum
eccleſiaſtico,etiam ſi ſit laicus,cum ſit crimen eccleſiaſticum.
Goff.& Abb.tenent primum: mihi placet ſecūdum. pro hoc,
quia ad hoc cogitur per epm ipſe iudex laicus, vt exigat. Cō-
uenientius tamen foret hanc pecuniam erogare fauore pieta-
tis,cum propter religionem læſam exigatur. In glo. in verbo
per temporale in fine.& 23.q.6.prodeſt.

ADDITIONES.

a De alijs. Adde Spec.in ſuo aureo repertorio in tit.de pęni.& remiſ.
b De vſuali. Adde Feli.in c.conquerente,de off.ordi.

De clerico excommunicato, vel depoſito, vel interdicto miniſtrante. Rubr.

Dictum eſt de variis exceſſibus clericorum, propter quos
interdum excommunicantur.Interdum ſuſpenduntur. Inter-
dum deponuntur. ſed quia aliquando ingerunt ſe diuinis ſic
excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti in cōtemptum clauiū
eccleſiæ. Ideo,&c.De materia.11.q.3.in prima carta. & c.pen.
50.diſt.accedens.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitus celebrans excommunicatur.*
2 *Sententia depoſitionis ad hoc vt impediatur ſacramentorum admini-
ſtratio,debet eſſe iuſta.*

1 SI quis. Breue eſt,vel ſumma ſic. Depoſi-
tus † celebrās excommunicatur.
h.d. Abſcindatur.i.excōicet monitione præ-
miſſa.Nota ſummarium,& quod dicitur in
tex.de epiſcopo,presbytero, & diacono. glo.
intelligit idem de omnibus clericis, de quo
ſtatim dicā in c. ſequenti. de hoc no. 11.q.3.
2 epiſcopus. No. etiam ꝙ vt ſententia † depoſitionis impediat
adminiſtrationem ſacramentorum,debet eſſe iuſta. quod dic
vt in glo.2.Ad quod oppone de c.ſacro.ꝫ.de ſent.exc.vbi tenet
etiam iniuſta.Sol.aliud in ſententia excommunicationis, quā
depoſitionis, vel dic quod tex.dum dicit, iuſte, debet exponi,
vt in gl.2.i.ꝙ non ſit lata contra iuris ordinem, quia tunc eſſet
nulla. de hoc not.in c.ſtatuimus. & c.conſtitutionem. de ſent.
excom.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio,& ſuſpenſio æquiparantur.*
2 *Pœna iuris ſuper caſu alias diſpoſito intelligitur ſecundum illum.*
3 *Eccleſia auxilium brachij ſecularis aliquando inuocat.*
4 *Clericus in minoribus,an ſi celebrat,fiat irregularis.*
5 *Clericus in minoribus an poſſit degradari.*
6 *Presbyter ſuſpenſus ab officio,ſi celebret officium diaconi, an ſit irre-
gularis.*
7 *Epiſcopus ſuſpenſus ab executione,an poſſit alteri committere.*

SI quis Degradatus, vel ſuſpenſus celebrans,&
monitus non deſiſtens,excōicatur. & ſi
nec ſic deſiſtat,per ſecularem poteſtatem ad requi
ſitionem eccleſiæ exilio dānatur.h.d. Primo reci-
tat pęnam, quā aggrauat ibi, ꝙ ſi. vel aliter. primo ponit ex-
ceſſum,ſecūdo pęnam ibi,& poſtea. tertio aggrauat ibi, quod
ſi correptus.i.monitus.obſeruādum. laici,& fęminæ excōicari
nō immiſceant ſe diuinis.ſed melior eſt glo. Nota, ꝙ compa-
1 ratur degradatio,† & ſuſpenſio hic in principio,quod eſt verū,
quantū ad modum procedendi, qui ſequitur, nō quo ad alia.
Nota modum procedendi, cum pęna incipit a crimine,vt pri
mo degradetur, vel deponetur,vel ſuſpēdatur clericus: poſtea
excōicetur.Sed ſi a contumacia incipit pęna,fit econuerſo. de
2 hoc no.gl.ſ.de iudi.cū non ab homine. Nota,ꝙ pęna iuris † ſu-
per caſu alias diſpoſito,intelligitur ſm illum, ibi ſe ſciat excōi-
catū. dicit gl. ipſo iure.& minori excōicationi. alias ſi hoc fuiſ-
a ſet Papæ volētis excōicare intelligeretur de maiori[a]. ſ.de iudi.
c.2. & quod ibi plene dixi. Ex hoc no. ꝙ cōicans excōicato eſt
b excōicatus[b] minori,quod eſt verum regulariter:fallit in caſi-
bus de hoc in c.ſignificauit.ꝫ.de ſen.exc. & c.ſtatuimus.de ſen.
3 exc.lib.6.Nota,ꝙ eccleſia † inuocat auxilium brachij ſecularis
pro exilio imponendo.alibi tamen eccleſia per ſe deputat exi-
c lium[c].ſ.de cri.fal.ad audientiam. Quæro † primo, an clericus
in

ADDITIONES.

a De maiori. Adde glo.in verbo excommunicationis maioris, in c.prudentiam.
in §.ſexta,& ibi Card.in 6.no.de off.deleg.doc.in c.ſi quem. de ſent.excom.
Card.in c.meminimus.in 1.opp.qui cler.vel vo.Card.Alex.in c.rurſus,in 1.
col.eo.tit. Abb.in c.intelleximus.in 2.no.de iudi.
b Excommunicatus.Adde c.quoniam.11.q.3. Ioan.An.Ant.de But.& Ioan.de
Imo.in c.ſacris,quod met.cau.S.Tho.in 4 Sent.diſt.18.
c Exilium. Adde an Eccleſia imponit exilium.adde tex.in c.in ſinodo.in ver.ir-
reuocabili exilio.63.diſt.c.felicis.de pœn.tex.in c.cum beatus. in verſ. exilij
ſententiam ſuſtinebit.46.diſt.tex.in c.accedens.in ver.inſula capraria ſolitu-
dinem gerat,de reſti.ſpol.

4 in minribus depoſitus † celebrans, fiat irregularis. dic ꝙ non,
niſi prius excōicetur. ſ.c.proximo. & ſ.c.proxi. Quæro ſecun-
5 do, an clericus † in minoribus poſſit degradari.[a] vt, ꝙ non, per
a c.præcedens, vbi ſolum dicit vſque ad diaconatum, ſed glo. ibi
eſt contraria, dicens idem de omnibus, in hoc ſunt altercatio-
nes, maxime quia clericus in minoribus poteſt fieri laicus, ſup.
de cler. coniuga. c.1. quaſi non ſit ſuſceptibilis degradationis.
Non inſtando. tene gl. c. præcedentis per c. primum, de re iudi.
lib.6. & c. primum, de ſen. exc. eod. lib. quæ indiſtincte loquun-
tur, qui ergo dicit ſecus in clerico in minoribus, probet iure.
6 Quæro tertio, presbyter † fuit ſuſpenſus ab officio ſimpliciter,
celebrat officium diaconi, vel inferioris ordinis, dic, ꝙ eſt irre-
gularis, quia indiſtincta ſuſpenſio intelligitur ab omni ordine;
ſed ſi fuit ſuſpenſus a ſacerdotalibus, ſecus, vt celebrans mino-
7 ribus non ſit irregularis. Quæro quartò, epiſcopus † eſt ſuſpen-
ſus ab executione pontificalium, an poteſt alteri committere,
dic, ꝙ ſic, quia commiſſio eſt iuriſdictionis, nō ordinis, & com
mittendo non ſit irregularis, ad hoc ſup. de elec. ſuffraganeis,
de translat. c.1. Quæro quintò alicui eſt interdictus ingreſſus ec
cleſiæ, ſimul cum alijs in eccleſia elegit, an eſt irregularis. Ar-
chid. in c. vbi periculum, dicit, ꝙ non, quia eligere nō eſt actus
ordinis. ſimile not. ſup. de poſtu. c.1. ꝙ eligentes in loco interdi-
cto nō ſunt irregulares, & valet electio, ſed facta ab interdictis
eſt nulla, inf. c. fi. Quæro, ſi degradatus celebrat miſſam, an con
b ficit, gl.[b] recitat opiniones Ruffini, & Roffredi. vterque enim
tenuit, ꝙ non, quia eccleſia potuit auferre poteſtatem, licet nō
inſignia, ſed contrarium eſt verum de inſignijs, quia bene au-
feruntur vt in c.2. de pœnis, lib.6. Item de poteſtate ponitur opi
nio contraria in gl. ꝙ conficit, quam opinionem tenet Io. 9. q.
1. in ſumma, licet Bar. brixi. ibi ſentiat cōtrarium, & cum hac
opinione, ꝙ conficit, tranſit gl. Inn. Hoſtien. & gl. 3. c.2. de pœ-
nis, lib.6. vbi plene tractat, & de hoc etiam in c.1. ſup. de ſciſma
ticis, & hæc opinio eſt communis. Et eam tenent theologi, pro
qua eſt, quod dixi in c. fraternitatis, de hæreti. ꝙ ſi clericus de-
c functus reſurgeret, eſſet clericus,[c] & non expediret, ꝙ ordina-
retur, character enim, qui eſt quædam prælatio ſeu qualitas in-
hærens animæ impreſſa per ſacramentum ordinis, eſt indelebi
lis. Qui vellet tenere contrarium etiam poſſet, vnde credo, ꝙ
poſſet papa ſtante ordine ſacerdotali inhabilitare ſacerdotem,
vt non conficeret, quamuis enim poteſtas conficiendi ſurrexe
rit a Chriſto, qui eam tradidit apoſtolis, tamen adminiſtratio,
& formalitas proceſſit ab eccleſia, & qui dicit papam non poſ-
ſe, hoc probet.

ADDITIONES.

a Degradari. Adde Io. An. in c.2. de pœn. lib.6. in nouella. & per doc. in c. cle-
ricus. ſi tonſura. de vit. & ho. cler.
b Conficit. Adde Archid. in c. quid ſit, ſuper gl. de conſe. diſt.2. Abb. in c. non
poteſt in 2. no. de re iudi. Card. Alexan. in c.1. in 2. col. qui ele. vel vo. S. Th.
in 3. parte, q. 82. idem Tho. in 4. ſen. diſt. 13. q. 1. ar. primo.
c Clericus. Adde gl. in verbo, nunquam, in ca. licitæ. 32. q. 7. & per doct. inf. c.
fraternitatis, de frig.

SVMMARIVM.

1 *Interdictus ſimpliciter interdicitur ab omni officio.*
2 *Depoſitum ab ordinibus quis reſtituere poſſit.*

CLerici. Interdictus, vel excommunicatus ce-
lebrans, & monitus non deſiſtens, de-
ponitur, primo exceſſus, ſecundò pœna ibi, niſi. No
ta, ꝙ aliquando incipitur a pœna excommunica-
tionis, quod eſt verum pro contumacia, dixi in c. præcedenti.
1 Nota ꝙ interdictus † ſimpliciter, interdicitur ab omni officio,
ibi, diuina officia celebrauerit, dixi in c. præcedenti. Quæro pri-
mo, an cum excommunicato celebrante, vel interdicto cele-
brante poſſit epiſcopus diſpenſare, ſi vult corrigi, gloſ. tenet, ꝙ
non, per c. primum, de re iudi. lib.6. & c.1. de ſen. excomm. eod.
lib. an quilibet papa ſibi reſeruat, pro hoc inducit. 2. q.5. qua de
cauſa. Sed facit contra, quia ibi inferior diſpenſat. & ſimiliter
in c. quanto, ca. q. Sed tene gl. & in illis c. diſpenſat inferior au-
thoritate papæ. Et cum gl. concordat Spec. tit.2. §. nunc de epi-
ſcoporum, verſ. ſed nunquid poteſt epiſcopus, vel legatus. de
hoc per Archid. in c. qua de cauſa, prætalle. Quid de legato de la
tere, gl. tenet idem, tamen de ſtilo occupauerunt ex officio le-
gationis, vt diſpenſent cum omnibus, qui ſe immiſcuerunt
etiam per ſupinam ignorantiam: dic tamen nō in contemptū
clauium. Quæro ſecundò quid de pœnitentiarijs in Romana
curia, dic, ꝙ eorum poteſtas menſuratur a forma commiſſio-
nis, ſup. de reſcr. cum dilecta, de offic. deleg. cum in iure. Quæ-
2 ro tertiò, quis † poſſit reſtituere depoſitum, glo. hoc tractat, &
in c. ideo. 2. q.6. & 50. diſt. contumaces. Ex gl. concluditur, ꝙ de-
poſitum iuſte ſolus papa. Sed ſi iniuſte, etiam inferior. quod te-
net Spec. de accuſa. §.2. verſ. ſed nunquid tot, vbi dicit, ꝙ tunc
epiſcopus poteſt reſtituere non adiuncto ſibi numero epiſco-
porum, quod procedit, quando in depoſitione non interuenit
numerus, alias ſolus non poſſet ſine numero, ſup. de re iud. c.3.
& quod ibi not. Hæc procedunt in depoſito ab ordine, ſed in
depoſito a dignitate, ſeu beneficio, dic vt notauit glo. in c. quā-
uis, de reſcriptis, lib.6. vbi no.

SVMMARIVM.

1 *Multitudini parcitur, vbi eſt delinquentium multitudo.*
2 *Suſpenſus a beneficio an ſit ſuſpenſus ab officio.*
3 *Suſpenſio facta ab officio, vel beneficio, an teneat.*

CAtores. Excommunicati, vel interdicti ſi ce-
lebrāt, deponuntur, niſi propter mul
titudinem pœna mitigetur, primò exceſſus narra-
tio, ſecundo prouiſio ibi, fraternitati. Nota reſtri-
ctionem numeri, quam facit papa de 40. & fit ſecundum Inn.
ne ſi multi deponerētur, patiatur eccleſia penuriam miniſtro-
rum 55. diſt. priſcis. Nota, ꝙ cum eſt multitudo delinquentiū,
1 † puniuntur principales, & parcitur multitudini, ſeu mitius pu
nitur, hic enim principales perpetuò, multitudo ad tempus, &
quod hic dicitur de ſuſpenſione ad tempus, eſt ius commune,
& ſeruat pœnitentiaria, facit ſup. de ſortilegijs, c.1. inf. tit. 1. c.
2. de tempo. ordi. eos, & quod ibi not. lib.6. Item ꝙ pœnitentiæ
ſunt arbitrariæ, quod colligit gl. vlt. Opp primò, ꝙ papa debue
rit parcere multitudini ex toto 50. diſtin. vt conſtitueretur 1. q.
7. quotiens 2. vbi de hoc, & alijs iuribus allegatis in glo. 2. gl. ſol-
uit, ꝙ parcitur ex toto, quando imminet ſcādalum. Ad quod
oppone dec. 2. inf. de ope. no. nuncia. vbi propter ſcandalum
non omittitur iuſtitia. Sol. vt ibi, & inf. de reg. iuris, c.3. Quan-
tum ad propoſitum dic, ꝙ parcitur multitudini, ne propter pe
nuriam clericorum eccleſia patiatur defectum miniſtrorum,
ideo multitudo punitur ſolum ad tempus, ſed non parcitur ex
toto, quia ſcandalum imminebat. Oppo. ſecundo, ꝙ vltra 40.
non dicantur multi: imo 23. milia dicuntur pauci. 45. diſt. diſci
plina. Sol. vt gl. ꝙ multi & pauci dicuntur reſpectiue. Aliquan-
do enim tres dicuntur multi, 67. diſt. c.1. prima, q.1. placuit, &
vtrobique de hoc. Aliquando 14. dicuntur pauci, ne cler. vel
mo. c.1. in hoc ergo attenditur reſpectus. Quæro, an ſuſpenſus
2 † a beneficio ſit ſuſpenſus ab officio,[a] gloſ. ꝙ non. Secus dicit
a econuerſo, quia vbi vnum propter alterum, vtrobique tātum
vnum, i. vbi duo ſic ſe habent, ꝙ vnum accedit ad aliud, ſuffi-
cit remouere illud, quod eſt principale. Sed officium, & benefi
cium ſic ſe habent, ꝙ officium eſt principale, beneficium ac-
ceſſorium, de reſcrip. c. fi. lib.6. ideo & c. de hoc dic, vt in cle. cu-
pientes, in glo. nota nouam, de pœnis, & hoc intelligit gloſ. ve-
rum, niſi ſpecialiter reſeruetur beneficium, de quo dic, vt in di
cta gl. nota nouā. & no. etiam de cle. pugnan. in duello, c.2. de
ap. paſtoralis. Sed nunquid ſuſpenſus a beneficio poteſt aliud
acquirere, glo. ꝙ ſic, pro hoc de elec. ſi compromiſſarius. §. pen.
& c. cupientes. §. cæterum, lib.6. clem. ſi quis ſuadente, verſ. ip-
3 ſius, de pœnis. Quid ſi epiſcopus dicit, † ſuſpendo te ab officio,
vel beneficio, glo. tenet propter dubium alternatiuam reſolui
in copulatiuam. Goff. tenet ſententiam eſſe nullam tanquam
incertam, quæ opinio eſt verior de rigore iuris, tamē de incer-
titudine alternatiuæ, quando vitiat ſententiam, dico in quæ-
ſtione Corradus. Et ad propoſitum ſigna iſtam gloſ. tanquam
ſingularem, quam tenere poteſt in pœnis ſpiritualibus, in qui-
bus fit interpretatio in partem duriorem, de ſeru. c. vno, vbi de
hoc in gl. fi.

ADDITIO.

a Ab officio. Adde tex. in c.1. de ſupp. neg. præla. lib.6. gl. & doc. in c. tanta, de
ex. præla. gl. in c. cum dilectus, de contuet. Card. in §. ſi quis, in 9. q. in cle. 1.
de rebus eccle. non ali.

SVMMARIVM.

1 *Notoria cenſentur, quæ fiunt per perſonam publicam.*
2 *Via tutior in dubijs eſt eligenda.*
3 *Crimen ſub ſpe veniæ non eſt committendum.*
4 *Excommunicatus non debet facere celebrare.*
5 *Papa poteſt diſpenſare ſuper depoſitione, quæ debetur celebranti, poſt excommunicationem.*
6 *Celebrans poſt excommunicationem ipſo iure non punitur.*

ILlud. Qui excommunicatus celebrat, depo-
nitur, niſi cum eo miſericorditer diſpē
ſetur, primo epiſcopi tranſitus, ſecundo bimem-
bre mandatum ibi, vnde, tertiò epiſcopi compari-
tio, cognitio, miſericordiæ petitio, & excuſatio ibi, ipſe vero,
quartò

Digitized by Google

quartò excuſationis impugnatio ibi, licet, quintò pęnæ remiſ-
ſio ibi, cum eo miſericordiam. Nota in principio de dictione,
a quondam, [a] quæ ponit de præterito, & remouet de præſenti
quondam epiſcopus, ſcilicet qui fuit, & nunc non eſt. Item col
ligunt aliqui ibi, ſed nec poſtulata, ꝙ ſufficit epiſcopo poſtula-
re licentiam tranſeundi ad aliam poteſtatem: ſicut in ſimili,
ſup. de regula. licet, ſed non eſt verum, & textus probat hic cō-
trarium ibi, nō obtenta, & quod adijcitur, ꝙ nec poſtulata eſt
ad aggrauationem. Nota ꝙ quæ fiunt per perſonam publicā,
1 & in loco publico cenſentur notoria, probatur hic, cum dicit
tranſitum epiſcopi ad aliam eccleſiam non poſſe, non eſſe no-
torium, colligi etiam poteſt, ꝙ valet ſententia in notorio cita-
tione non pręmiſſa, quod eſt verum, de ſen. ex. de alijs, non vt
infra dicam. Item in verſ. ipſe, pondera ſimul cum fine text. ꝙ
confeſſio criminis inducit miſericordiam, de quo de elec. in-
2 notuit, in verſ. licet. Nota illud generale in dubijs, via † tutior
eſt eligenda, & per hunc tex. tenet Spec. de legato. §. iuxta, verſ.
vt autem, ꝙ ſi citatus legitime, qui non comparuit, & propter
hoc fuit excōmunicatus, ſi poſtea celebrat, eſt irregularis, nec
poteſt allegare ignorantiam excommunicationis, quia præſu
3 mitur ſciuiſſe. In verſ. illud. Nota ꝙ ſub ſpe veniæ † non eſt com
b mittendum crimen, [b] quia tale eſt crimen in ſpiritum ſanctū,
quod committitur dupliciter, ſcilicet per præſumptionem,
cum quis peccat ſub ſpe miſericordiæ, & per deſperationem,
cum quis deſperat de miſericordia dei, ſed & hoc peccatū non
remittitur in hoc ſeculo, nec in futuro, ideſt præſumitur con
tra ſic delinquentem, ꝙ impœnitens moriatur. Not. ꝙ poſt
4 excommunicationem ſicut non debet excommunicatus † ce-
lebrare diuina, ita nec facere celebrari, ibi celebrari, & ſi hoc fa
cit, eſt irregularis, ar. huius literæ, & inſ. c. prox. de exceſ. præla.
c. ſi. & ibi no. Nota, ꝙ peccatum committitur ex facto penden
te in perſonam delinquentis, & ſine facto ſuo quis non delin-
quit. Nota illam literam excommunicatum nō vitare magis,
quam non vitari, periculoſum eſt, & dictio, magis, ſtat, pro di-
ctione, nam, vel pro, & magis, quam ideſt & non vitari: vel ſtat
proprie, quando conſentit, vt ſecum cōmunicetur: tunc enim
peccat, ſed minus, quam quando ſe ingerit, & excommunica-
tus, qui ſe ingerit communioni, reddit ſe ſuſpectum de hæreſi,
quaſi videtur contemnere claues eccleſiæ, de hęret. excommu
nicamus 1. §. r. & tenetur euitare etiam excommunicatū, arg.
c. dilecti, de excep. & c. pia, lib. 6. ne ſit melior conditio excom-
municati, quam nō excommunicati, de præben. cum qui, lib.
6. & illa iura, quæ volunt, ꝙ paria delicta compēſentur, ſup. de
adulterijs, & c. pen. & ſi. 32. q. 6. nihil iniquius. C. de inoff. teſt.
l. in arena, non habent hic locum, quod dic, vt in d. c. pen. & ſi.
5 Nota, ꝙ papa † poteſt diſpenſare ſuper depoſitione, quæ debe-
tur celebranti diuina poſt excommunicationem. Nota, ꝙ cele
6 brans † poſt excommunicationem ipſo iure non punitur, ſed
per ſententiam ibi, non duximus infligendam. Opp. primò in
verſ. vnde, ꝙ potuerit eſſe non notorium, tranſitus enim non
eſt illicitus, niſi quatenus fit ſine licentia papæ: ſed hoc vtrum
licentiam habuerit, vel non, poteſt eſſe occultum. Item ſubiun
ge aliud contrarium, ꝙ papa debuerit præſumere potius, ꝙ ha
buerit licentiam, cum quis non præſumatur delinquere, regu
la ſemel cum ſua materia, lib. 6. de præſump. c. ſi. Sol. vt in gloſ.
2. quę optime ſoluit primum, ſcilicet vt dicatur, ꝙ tranſitus eſt
illicitus, niſi doceatur de licentia, & per hoc etiam ſoluitur ſe-
cundum. Quamuis enim quis non præſumatur malus, tamen
ſi agit aliquid de genere malorum, præſumitur malo zelo fa-
cere, ſup. de præſump. c. 1. tale eſt tranſire illud ad aliam digni-
tatem. Opp. ſecundo, ꝙ præſuppoſita notorietate debuerit ci-
tare, cle. paſtoralis, de re iud. no. de iureiuran. ad noſtram. 3. vbi
gloſ. Sol. hic fuit citatus, quando papa tulit excommunicatio-
nem in eum: ita eſt præſumendum, vel aliter præſuppoſito, ꝙ
non fuerit citatus, licet ſententia regulariter non valeat, tamē
valet ſentētia excommunicationis mero iure, licet debeat pu-
niri excommunicator, inſ. de ſen. ex. ſacro. Opp. tertiò ad hoc,
quia cum Madaburgen. eſſet delegatus, debuit obſeruare intē-
tionem delegantis, quæ præſumitur vt præmiſſa monitione,
quia ſic eſt iuris, cum ergo non ſeruauerit, excommunicatio
eſt nulla, ſup. de reſcrip. cū dilecta. ff. mandati. l. diligenter. Sol.
quidam tenent cōtrarium dicentes aliud in ordinario, de quo
loquitur c. ſacro, & de hoc ſup. de præben. c. ſi. Sed tu tene non
eſſe differentiam inter delegatum, & ordinarium, vnde dicit
hic Innoc. ꝙ ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, tenetur mone-
re, vt in c. ſacro, præalle. & vltra dico, ꝙ ſi neuter monet, tenet
excommunicatio. & eſt ſpeciale in ſententia cenſuræ. Oppo.
quarto in eo, ꝙ papa aſſignauit terminum 20. dierū, nam poſ-
ſibile eſt, ꝙ non peruenerunt ad notitiā Hęredeleſen. ergo non
cucurrerunt, ſup. de ap. ſuper eo. 2. Sol. ſta contrario, vnde dicit
Ab. ꝙ curr unt poſt præſentationem literarum, quod nihil eſt.
Ego dico, ꝙ currunt a die monitionis qua ſcilicet hęredeleſen.
fuerit monitus. Oppo. quintò, ꝙ papa debuerit non imputari
hæredeleſen. in eo, ꝙ celebraſſet poſt excommunicationem,
inſ. de pœnitentijs, ꝙ in te. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus, & c. ſeq. glo.
ſoluit, ꝙ celebratio miſſæ prohibetur, ſed aliorum officiorum
non. Alij dicunt, ꝙ alia officia præter miſſam non ſolū poteſt,
ſed etiam debet celebrare, vt no. in c. presbyterum, vbi gloſ. 28.
diſt. de quo per Hoſt. in ſumma, eo. §. 1. quod eſt verum, ſi cele-
brat extra eccleſiam, & tanquam priuatus, vt quia dicit horas,
a quibus dicendis excommunicatio non prohibet, tunc tamē
non debet dicere, Dominus vobiſcum, quia nō eſt verbū priua
ti, dic vt in d. §. 1. per Hoſt. Puto etiam, ꝙ ſi in eccleſia tanquā
priuatus celebret, idem ſit, vt non fiat irregularis, c. ſi quis dā-
natur, & ſequenti, loquuntur in eo qui adminiſtrat in oratio-
ne, ſicut prius, ideſt in apparatu &c. & de hoc no. de re iud. c. 1.
lib. 6. Oppo. ſextò in verſ. licet, ꝙ fuerit omnino culpabilis, qui
ſciebat per famam de excōmunicatione: fama enim ſufficit.
de conſanguinitate, ſuper eo. Sol. vt in gl. ſed. Opp. ſeptimò ad
idem, ꝙ etiam citra famam ſufficiat quælibet intimatio. ff. de
admi. tu. l. quidam decedens. §. ex quo, vbi ſufficit quælibet no-
titia facta tutori, ꝙ ſit tutor, vt teneatur, ſi non adminiſtrat. ad
idem. C. de rei vendi. ſi fundum, verſ. ſi moneo emptorem, ꝙ
res non eſt vendentis, ſed mea, per hoc conſtituo ipſum in ma
la fide, gl. non ſoluit, ſed dic ſtandum contrarijs, quando ſurge
bat probabilis dubietas ex tali notificatione, inſ. de ſen. ex. in-
quiſitionem, & diſtingue, vt ibi textus, aut non omnino excu-
ſauerit Innoc. illud. Opp. octauò, ꝙ ſub ſpe veniæ poſſit aliquis
peccare, inſ. de ſenten. ex. ſi vere, dic vt ibi nullum committe-
batur peccatum, de quo ibi in gl. 1. Opp. nonò in ſi. ꝙ papa de-
buerit denunciare iſtum incurrere, qui adminiſtrauerat poſt
excommunicationem, de re iud. c. 1. lib. 6. de ſen. exc. c. 1. eo. li.
& c. is qui. Item hæc iura obſtant, & alio modo, probant enim,
ꝙ pœna incurritur ipſo iure, & hic in textu videtur eſſe opus ſe
immiſcentibus diuinis, vna eſt, vt fiat irregularis, & de hac ſta
contrarijs, ꝙ ipſo iure incurritur. Alia, vt deponatur, ſup. eod.
c. 3. & ſuper hac diſpenſat papa. Eſt & tertia pœna, vt fiat ineli-
gibilis actiue, & paſſiue, de ſen. exc. is qui, lib. 6. Eſt & quarta pę-
na, vt deponatur a beneficio, inſ. c. poſtulaſtis, in hac non diſpē
ſauit papa hic, iſte enim remanſit priuatus vtroque epiſcopa-
tu, ſup. de transla. c. pen. hæc tamen pœna quantum ad iſtum
Hilerdenen. debebatur ſibi alia via, caruit enim ſecunda eccle
ſia, quia illicite acquiſiuerat, caruit prima, quia quò ad ſe re-
nunciauit recedendo, & papa hoc acceptat, patet, quia dicit
quondam Hilerden. alias non vacaret.

ADDITIONES.

a Quondam. Adde Spec. tit. de inſtr. edi. in §. reſtat ad ſi. Car. & Barba. in c. cum contra de pig. Abb. in c. ex parte. b. de foro compe. Bar. in l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. Ange. in l. ſi arborem. ff. de ſerui. vrb. prædi.

b Crimen. Adde c. ſymoniam, de conſe. diſt. 4.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus celebrans ab officio deponitur.*

2 *Suſpenſus a beneficio ſi ſe immiſcet in adminiſtratione, an ſit irregularis.*

1 FRaternitati. Excōmunicatus † celebrans
ab officio deponitur. Spolia-
re, ideſt priuare, ſup. de reſt. ſpo. conquerente, & qđ
ibi no. & quod dicit poteris, dic, & debebis, quia te
netur procedere. Nota ſummarium, & quod dicit textus de ce
lebrante, idem de adminiſtrante celebranti, vt dicit Arch. 11.
q. 3. ſi quis epiſcopus, vbi ſecus dicit in intereſſente tantū. Opp.
ꝙ debeant deponi, & non ſolum priuari beneficijs, ſup. eo. la-
tores. Sol. vt in gl. quæ ſtat contrario, vel dic, ꝙ forte papa hoc
omiſit propter difficultatem procedendi ad depoſitionem ab
offi. in ea enim requiritur numerus epiſcoporum, de hæret. c.
1. lib. 6. Sed in depoſitione a beneficio, quæ proprie non voca-
tur depoſitio, ſed priuatio, ſed ſufficit, ꝙ epiſcopus cum conſi-
lio capituli faciat, de exceſ. præla. c. 1. & ſimile ad hoc c. inſ. c.
2 prox. Quæro, ſi ſuſpenſus † a beneficio ſe immiſcet in admini-
ſtratione, an fiat irregularis. Arch tenet, ꝙ non. 11. q. 3. ſi quis
epiſcopus. ratio eſt, quia oportet, vt ſit interdicta celebratio di-
uinorum, regularitas enim, & irregularitas attenditur reſpe-
ctu adminiſtrationis diuinorum, dicam inſ. c. finali, & de ex-
ceſ. præla. c. ſi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio facta excommunicato non tenet.*

2 *Excommunicato communicari non debet.*

3 *Diſpenſari an poſſit, quòd excommunicatus teneat beneficium.*

4 Cele-

Digitized by Google

4 *Celebrans in loco interdicto punitur.*
5 *Clericorum appellatione intelliguntur clerici ſeculares.*
6 *Collatio beneficij facta non excommunicato, ſed qui tempore acceptationis ſit excommunicatus, an teneat.*

1 POſtulaſtis. Collatio beneficij † excommunicato facta non tenet: ſciẽter
conferens a beneficiorum collatione ſuſpenditur:
celebrans in loco interdicto, ſi eſt clericus, ſuis beneficijs priuatur: ſi monachus, in arctius monaſterium detruditur, h.d. Duæ ſunt partes, vt duæ quæſtiones ibi, quæſiuiſtis. Et vtriuſque diuiſio cõis, vel aliter diuide in tres, vt tria ſunt dicta. ibi ſcilicet, illi, ibi tertia, quæſiuiſtis, prima, & tertia ſubdiuiditur in quæſtionem, & ſolutionem, ſecunda primæ ibi conſultationi, ſecunda tertiæ ibi ad hæc. Nota, ꝙ ex-
2 communicato † communicari non debet: quod procedit etiã
ſi diceretur priuilegiatus, niſi in caſibus, inf. de ſen. exc. mulieres, & c. cum deſideres, & per hoc arguitur, ꝙ non poſſit contrahere, nec tenere acquiſita per contractum, de quo tamẽ dic
vt in c. veritatis, ſup. de dolo, vbi tenui contrarium per multas
3 rationes. Nota, ꝙ poteſt diſpenſari, † vt excommunicatus reti-
a neat beneficium, [a] quod acquiſiuit poſt excommunicationẽ.
Nota pœnam conferentis beneficium excommunicato, vt ſuſpendatur a collatione. Nota, ꝙ quis debet puniri, in quo delinquit, ſup. de tempo. ord. literas, in §. quæſiuiſtis. Nota, ꝙ cele-
4 brans † in loco interdicto punitur, & dicit gl. vltra pœnam textus, ꝙ eſt ſuſpenſus & irregularis, quod probatur in c. is qui, de ſen. exc. lib. 6. & hoc ſolum ſufficit, ꝙ locus ſit interdictus ſecũdum Inn. etiam ſi iſti non fuiſſent excõmunicati. Nota, ꝙ no-
ſores.concor.in gl.1. & maxime non licet epiſcopo percutere quemquam propriis manibus. hoc eſt enim extraneum a ſacerdotio. C.de epiſcopis & cle.auth.ſed neque. Oppo.primo, ꝙ ab ipſo initio poſſit clericus percuſſor deponi. 55.diſt. ſi euangelica. glo.vlt. ſoluit,intelligendo hic de non enormi percuſſione. contrariū de enormi.Et in ea ibi.c.1.& vt ibi no.hæc iura probant, ꝙ non ſtatim debet epiſcopus fulminare ſententias: idem not. de iudæis,ſicut in vlt.gl. & ibi in vſu, vnde ponebat abbas exemplū de illo,qui ſtatim percutiebat eum,qui aliquid ſibi dicebat cōtra placitum.Et in fine. idem ſi in duello percuſſiſſet.de cleric. pu.in duello.c.1.Quarto,quia dicit in textu de clericis in gradu
a ſacro.[a] quid de exiſtente in minoribus. dic idem, & ſupple ad
textum maxime.Probat rubrum generaliter dicens de clerico percuſſore, ſed maxime interdicitur exiſtenti in ſacris, & maxime epiſcopo,vt prædixi.de hoc per Hoſti.in ſumma de tempor.ord.§.& cui.ſub §.decima regula.

A D D I T I O.

a Sacro. Adde doc.in c.cum voluntate de ſen.exc.

S V M M A R I V M.

1 *Crudelitas in corripiente venit redarguenda.*
2 *Vulneratus ſi poſt multum temporis moriatur, præſumitur defunctus ex alia cauſa.*
3 *Mortis occaſionem qui dedit,perpetuo abſtinere debet.*

PRæterea. Duobus mēſibus a Miſſarum adminiſtratione ſuſpenditur epiſcopus, qui fecit aliquem crudeliter fuſtigari. primo ponit ſæuitiam epiſcopi, ſecundo excuſat eum a morte.ibi quam licet.tertio eum punit.ibi,tamen,quia mulierem. forte coniugem.G.ꝗ ſi erat vxor, poterat ipſe G. moderate verberare,& ligatam cuſtodire. de hoc. 23.q.2.placuit.de iureiur. quemadmodum. delictum, forte deliquit in eccleſia. de ſen.exc.veniens. Miſſarum, & per ꝯñs a pōtificalibus de ex-
1 ceſ.præla.ex literis. Nota, ꝙ in corripiēte † redarguitur crude-
litas.conco.in glo.1.& de hoc de rapto. in archiepiſcopatu. de
crimine fal.ad audientiam. & de homici. ad audientiam. No.
2 ꝙ ex † prolixitate temporis poſt vulnus præſumitur vulnera-
tus defunctus ex alia cauſa. de quo in gl. 2. Secus ſi tempus fuit
propinquum. ad hoc de homici.presbyterum. Ex hoc no.glo.
3 ꝙ qui occaſionem mortis † dedit,debet in perpetuum abſtine
re.de homi.de cætero.& dic vt ibi.

PRæſertim. Duobus annis a Miſſarum celebratione ſuſpenditur presbyter, qui aſſocians repellentes violentiam in conflictu, vbi aliqui mortui ſunt,lapides proiecit, licet nullū percuſſerit. primo narrat factum. ſecundo punit delinquentē ibi,quē. tertio parcit poſt pęnitentiam ibi,mandamus. Op.primo, ꝙ in nullo debuerit puniri, quia dedit operam rei licitæ, repellendo violētiam.de ſen.exc.ex tenore. Sol.vt in gl.prima, cuius eſt ſenſus, ꝙ licet repellere violētiā, ſed non licet vlciſci. quaſi dicat, ꝙ repellentes hic non ſeruauerūt debitam moderationem.de qua de reſt.ſpo.olim. Op. ſecundo ad idem de c. petitio.s.de ho. Sol.quidam diſtinguūt inter conflictū, de quo hic & bellum iuſtum, de quo in ꝯrio, vt in conflictu nullatenus debeat quis ſe immiſcere.ſecus de bello iuſto,quæ ſolutio nō nititur bona ratione,nec eſt vera.vnde ſoluitur aliter, ꝙ ibi pugnauit defendendo rempublicā,quod licuit.arg.ff.de iuſti. & iure.l.vt vim.hic priuatā, ꝙ non licuit.Opp.tertio ad hoc de c.dilecto.de ſen.exc.lib.6.So.hic de clerico,imo presbytero,vt patet ex pęna,quę imponitur,cui non licet in propria perſona iniuriam ſocii propulſare. In contrario de laico.Oppo.quarto ad hāc ſolutionem de c.ſequenti,ſm vnam lecturam. vbi etiā clerico licet. So. Hoſti.ſtat ꝯrio dicens hic imponi pęnam tātū ad cautelā,vt dicit gl.vlt.vel ſm eū iſte erat infamatus, vel imminebat ſcandalū.de homi.ex literis. quod eſt diuinare. quidā aūt dicūt, ꝙ hic punitur,quia fuit fautor,& adiutor occidētiū. quod eſt ꝯ textum,niſi intelligas fauore,& aſſociatione,prout no.Inn.ſ.c.proximo.quod declara vt in ſequēti ꝯrio.Op.quinto per ꝯriū, ꝙ debuerit fortius puniri per iura allegata in glo.2. in prin.So.vt in ea.& facit,quod no.51.diſ.ſi quis poſt acceptū. & poteſt dici, ꝙ hic in aliquo punit, qa conflictus non fuit omnino licitus,qa non apparet, ꝙ confligentes ſeruauerint moderationē, nam repellēdo iniuriā tunc tm̄ licet occidere, cū quis

non

Digitized by Google

non poteſt aliter euadere.de homi.cle.ſi furioſus.non punitur autem tanquam homicida, quia non præciſum auxilium dedit homicidio.

Ontinentia. Legit duobus modis.vno,ꝙ iſte acolitus poteſt promoueri de iure communi,& ſm hoc in ſumma dicit.clericus, qui aſſocians reſiſtentes prædonibus fuit in conflictu,in quo aliqui ſunt occiſi non ſuo facto, nec conſilio licite promouetur ad ſuperiores ordines. Alio modo legitur, ꝙ promouetur diſpenſatiue,& tũc ſumma eodem modo,niſi ꝙ aduerbium,licite,addi debet per diſpenſationem Cõis diuiſio.ſecunda ibi conſultationi. Ad mortem. cum effectu,vt ſequitur. Opp.primo ad primam lecturam, quia dedit operam rei illicitæ aſſumendo arma,quod non licuit, vt in iuribus allegatis in gl.vlti.So.vt in ea, quæ approbat ſecundam lecturam. Et in ea ibi,& non vitra.ſecundum Alanum,qui dicebat,ꝙ qa in c.ſupra proximo fuit in plus diſpenſatum, quam hic, apparet diſpenſationes eſſe arbitrarias. hanc lect.tenet Inno. dicẽs, ꝙ hoc ipſo, ꝙ armatus fuit cum occiſoribus, dicitur aliquod auxilium præſtitiſſe pugnando cum eis, ſed ſi non pugnaſſet, ſed a longe ſtetiſſet,cum eſſet pugna iuſta, nõ teneretur, quod no.de hoc notauit Bal.C.de epiſ.& cler.l.raptores.ponit etiam Innoc.lecturam primam,ꝙ hic in nullo dicitur irregularitatẽ contraxiſſe.& hanc tenet Hoſtiẽ.pro quo eſt verbum, Conſultationi.nam cum reſpondetur ad conſultationem, fit ius cõe. de tempo.ord.conſultationi.vbi hoc no.in glo.vltj.& eſt ſingularis ad hoc,& ibi dixi. Et intelligit Hoſti. ꝙ non tantũ ad ſubdiaconatum, ſed etiam ad presbyteratum poteſt promoueri. Mihi placet lectura ſecunda, ꝙ hic fit diſpenſatio poſt peractã pęnitentiã,prout fuit in c.præcedenti.Pro pęnitentia cedit hic tranſitus ad religionem. & tunc nota ſingulariter, ꝙ eum remanente in ſeculo non diſpenſatur, niſi peracta pœnitentia: ſecus in tranſeunte ad religionem, & ſecundum hoc ibi frugẽ melioris vitæ.dic.i.religionem, quæ tamen hic non operatur, vt ipſo iure poſſit promoueri, quia tenebatur ex proprio delicto.ad hoc de apoſtatis.c.2.& quod ibi no.in gl.fina.

De maledicis. Rubrica.

Percuſſionum alia fit manu: alia lingua. Ideo cum de prima tractauerit,de ſecunda ſubiicit. Goff. quæ continuatio nõ eſt perfecta,quia maledicus non poteſt comprehendi ſub percuſſore, ſed potius continua ad ſuperiores, quia tractando de delictis,intermiſcet de maledicis. de materia. 23.q.3.§.illicita. cum tribus ſequentibus.facit 25.diſtin.§.alias ea demum. in fi. 46.diſt.clericus maledicus.

SVMMARIVM.

1 *Papæ maledicens venit puniendus.*
2 *Principi maledicendum non eſt,nec Doctoribus.*
3 *Iniuriam ſuam an quis punire poſſit.*

1 Nnotuit. Maledicens Papæ †puniendus eſt, vt deinceps alij terreãtur,& abſtineant,& ipſe arceatur. primo ponit culpam, quam ſecundo punin mãdat ibi,ipſum. tertio cauſam ſubdit ibi, vt pęna. Et pone caſum, ꝙ forte dicebat iſte Papam multa facere, de quibus poteſtatem non habebat.vel ꝙ priuilegia Romanæ Eccleſiæ minuerat, vel dedecorauerat eccleſiam,& non erat dignus Papatu, & male diſpẽſabat ſm Innoc. vel ꝙ ſymoniacus erat, & ꝙ gratias vendebat ſm Hoſt. multis aggrauat delictum. ꝟ.cap.proxi.de exceſ.præl.
2 ꝗ ſit. C.de ſum.trin.l.3. Nota,non debere maledici † principi. concor.in glo.prima. ſic nec doctoribus. 6.q. 1. deteriores. Sic nec religioſi in ſuis ſermonibus debent de prælatis maledicere.alias puniuntur,vt in clem.religioſi. de priuilegiis. Nota, ꝙ pęna vnius,&c.vt in gl.vlt.Et in ea ibi ad liberandã. vbi de hoc
3 in fine.Opp.primo,ꝙ Papa † non debuerit mandare hunc puniri.C.ſi quis imperatori maledixerit.l.vna,& aliis iuribus allegatis in gl.2.in prin.vſque ibi,ſed Papa.ſo.vt in glo.qui dupliciter ſoluit. primo, ꝙ hic Papa puniuit iniuriam Eccleſiæ non propriam.pro hoc textus in fine ibi contra Romanam Eccleſiam,ad hoc.ff.de hæredi.inſti.l.& hoc tiberij. Secundo ſoluit, ꝙ etiam propriam iniuriam potuit punire: maxime quia non habet ſuperiorem.ad hoc de pęnis Romana.lib.6.& quod no. 45.diſt.qui emenda.potuiſſet etiã remittere ſm gl. ſed non tenetur,niſi ad remittendum rancorem.de hoc in c.ſi quis contriſtatus.allegato in gl.2.q.7. ſi quis erga. & c.ſi quis ab Epo. & plene.ꝟ.de ver.ſig.ex parte,maxime per Inno.Iaco.aũt de Are. vt refert Cy. C. ne quis in ſua cauſa.l.vna. vtendo verbis Inn.in d.cap.ex parte. in quadam diſputatione,diſtinxit,an iniuria ſit notoria, an non. & ſecundo caſu an reſpiciat dignitatem, an perſonam. & vltimo caſu dicit, quem non poſſe punire ſuam iniuriam,ſed poterit iniuriantem in cuſtodiam ponere, & ſucceſſori,vel principi reſeruare cognitionem,& pœnã. ff.de offi. præſidis.l.ſenatus.de adulteriis. l.capite. & l.ſi adulterium. §.fi. Sed Pet.de bella pertica,vt dicit ibi Cy.dicit, ꝙ licet iniuriam, quæ dignitatem,vel rem publicam reſpicit,poſſit iudex punire. C.de off. eius qui vices alterius obtinet.l.1. & 2. non tamen ipſe poterit ius ſibi dicere. vnde ſi delegatus fuerit, recuſabit: ſi ordinarius,peti poterit alius adiungi.C.de iudi.l.apertiſſimi. & auth.ibi poſita,quia cum ſecundario cõtingat perſonã eius, merito poteſt dici ſuſpectus.quod Cyn.dicit equum. dicit Bal. in dicta l.vna.C.ne quis in ſua cauſa. dictum hoc Cyn. & Petri nulla.l.probari.ideo ſequitur deciſionem Iacoc.de Are.quam complendo quo ad illud mẽbrũ, qñ iniuria eſt notoria: tenet iudicem punire poſſe propriam iniuriã, qa non exigitur propria ſententia,ſed punitio.quod tenet Inn.ꝟ.de ver.ſi.ex parte. & pro hoc de pęnis.c. 1. lib.6. qñ aũt iniuria eſt non notoria, & cõcernit dignitatem,dicit idem.ſ.ꝙ adhuc punire põt. & hoc eſt id,quod redarguit Cyn.poſt Petrũ,prout ſtatim dixi.ſed verius eſt dictum Iac.de Are.quod etiam primo poſui Inno.in d. c.ex parte.pro hoc oĩa iura, quæ dicũt iudicem debere punire defendendo ſuã iuriſdictionem. ff. ſi quis iudi. non obtẽpera. l.vna.& punire delinquentem coram ſe. C de teſti.l.nullum.ꝑ hoc quod no. infra de pęnis dilectus. Sed ſi iniuria concernit perſonam iudicis,nõ punit,ſed reſeruat ſuperiori. ſic loquitur dictũ c.dilectus.vel reſeruat ſucceſſori, vt prædixi. & procedit hæc diſtinctio in iudicibus inferioribus.ſed in principe,qui nõ habet ſuperiorem,poſſumus ſimpliciter dicere,ꝙ cognoſcit ẽt de iniuria propria,quia põt eſſe iudex in cauſa ſua.ff de his quę in teſtã delẽtur.l.proxime.de iudi.cum veniſſet. vbi hoc notat gl.pro hoc ẽt gl.hic. Et ſm hoc ad l.vnicã. C.ſi quis imperatori maledixerit.reſpondeo,ꝙ non ꝯdicit.nam tex.hic loquitur de maledicente Papæ in iniuriam,vt probant verba illa in deprehenſionem officij, quo caſu dicit illa lex talem remittendum ad principem puniendum, prout ẽt intelligit ibi glo. & ſic fuit hic. vnde potius concordat. De illo aũt qui ob leuitatem, vel inſaniam maledixerit,ſtandum eſt illi legi,& ei,quod dicit gl. hic in princ. tamen in eo, quod dicit, quod ſi ex leuitate, contẽnendus eſt.dicit Io.An. ꝙ ſi intelligimus contẽnẽdum.i.pro contemptu puniendum,tunc erit dicendum,vt remittatur ad principem,ſicut qñ maledixit ob iniuriã,qui intellectus exortus eſt, & expreſſe repugnat illi legi, quæ dicit parcendum: & ideo expone contemnendus eſt.i.ſpernendus. Vbi quæro quis habebit probare,ꝙ ex leuitate.dicit Innoc. ꝙ is, qui dicit.i.ipſe iniurians. C.de iniuriis.l.& ſi non conuitij.

SVMMARIVM.

1 *Caſus,in quo quis priuatur eccleſiaſtica ſepultura, licet etiam in extremo pœniteat.*
2 *Blaſphemare publice quis dicatur.*
3 *Pœna blaſphemantium cui applicabitur.*

Tatuimus. Hic ponitur pęna blaſphemãtis Deum, vel aliquem ſanctorũ.Et primo ponit pęnam eccleſiaſtici iudicis.ſecũdo ſecularis ibi,per tpale. Beatam. refert Hoſtiẽ.de quibuſdam ſic deuotis virgini, qui magis credunt peccare ipſam oſtendendo ꝗ Deum. Præſumpſerit. non ex calore iracundiæ,vel ebrietatis. Abb.ſuũ.ſuus vero poſſet hæc committere, ẽt nõ ep̃s de pęnitentiis.ſi ep̃s.li.6.ad hoc.26.q.6.c.fi. Pęnæ.i.pęnitentiæ ſpirituali.ſed eſt ẽt locus pęnæ tpali,quæ ſequitur,quã dicunt Vinc.& Goff. infligendã cum ordinarie inſtituitur accuſatio ꝯeũ.Ego puto,ꝙ ẽt ex officio.nam per modum ſtatuti hic loquitur. patet quia ad hoc cogi põt ſecularis. Coactione. ep̃i dioce. adhibita. ad hoc de excep. c.2.li.6. Manifeſto.facit ꝟ. de pęni.& remiſ.c.1.& c.quæſitum,vltimo.præcedentibus ergo diebus ad hãc ſolẽnitatem non tenetur blaſphemus. Non habeat.in ſignũ maioris humilitatis & cõtritionis.50.diſt.pœnitentes. Prædictorum dierũ.ſ.dominicalium, non ſextarum feriarũ. nam & aptiores ſunt dies dominici ad reficiẽdum, cũ tunc non ieiunetur.de cõſe.diſt.3.§.ne quis.& c.ieiunia. Commutetur.forte fuſtigabitur,vel flagellabitur.14.q.6.c.1. Interdicatur.& ſic eſt canon ferẽdę ſententiæ:& hic ex cõtẽptu augetur pęna.cõcor. de cle.exc.mi.ſi celebrat. Si neceſſe. vt qa blaſphemus non vult ſoluere,nec poteſt pęnam exigere. Quinque ſolidorum.nõ minus,vt ſequitur: ẽt ſic inter 40.ſolidos & quinque conſideratis facultatibus pęna erit arbitraria.ſic ſ.de decimis. c. 1. In hoc,ſ.in pœna quinque ſolidorũ, & in pœna ſpiri-

tuali, de qua prædixi. Statuta. ne poſſit allegari ignorantia, &
vt includatur in iuramento poteſtatis. de iureiur. veniens. & c.
1. lib. 6. & ſi commuoitas non vult ponere inter ſtatuta, com-
pelletur per epiſcopum, ſicut cogitur pœnam exigere. de hoc
& de materia c. per Hoſti. in ſumma. eo. §. fi. Nota caſum reſer-
uatum epiſcopo in foro penitentiali. ibi per epiſcopum ſuum.
a de aliis [a] dic, vt in c. ſi epiſcopus. de penitentiis. lib. 6. ſed poſſet
intelligi textus in foro non penitentiali, vt dicam in primo cō
1 trario. Nota caſum, † in quo priuatur quis eccleſiaſtica ſepultu
ra. Alij notantur de ſepul. ex parte. & hoc procedit in non pe-
nitente, ſed ſi penitet in extremis, videretur ſecus dicendum,
tamen dic idem: alias fruſtra adieciſſet hanc pœnam, cum
quilibet impenitens debeat carere ſepultura. Vincen. tamen
dixit hoc procedere tunc tantum, quando per epiſcopum lata
erat ſententia contra eum. Ego indiſtincte dico, ex quo per-
ſeuerauit vſque ad extremum; licet in extremo pœniteat. Op-
pono primo, quod non debuerit Papa iniungere pœnitētiam
publicam indiſtincte. nam poſſet talis maledicus eſſe clericus,
qui non debet publice penitere. de biga. cap. 1. So. quod dicit in
principio ſi quis, exponit Hoſtiē. i. laicus. de clerico autem ſtat
contrario, dicens, ꝙ ad arbitrium epiſcopi punietur: & intelli-
git hoc cap. de publice delinquente: ſi autem occulte, poterit
per presbyterum abſolui. de penitentiis omnis. ſed poteſt etiā
intelligi in foro non pœnitentiali, vnde puto per cap. Deus q.
de pœnitentiis. quod ſi penitens etiam qui publice maledixit,
recuſaret ſubire pœnitentiam de qua in textu, debebit in aliā
commutari, ſed in foro iudiciali indiſtincte ſtari oportet huic
textui. Oppono ſecundo, quod non debuerit Papa mandare
duplicem pœnam imponi, ſcilicet per iudicem eccleſiaſticū,
& ſecularem de iud. at ſi clerici. Solu. illud regulare. hic autem
caſus ſpecialis propter grauem exceſſum, & ſufficit ita ſtatu-
tum eſſe. vnde hanc duplicem pœnam accipimus pro vnica
commenſurata delicto. dicit tamen Hoſtien. quod ex magna
cauſa poſſet haberi miſericordia: vt ſi honorabilis ſit perſona,
quam non decet publice penitere, & vult penitentiam redi-
mere magnis eleemoſynis. ad hoc de ſenten. excommu. mu-
lieres. & Dan. 4. B. peccatum tuum eleemoſynis redime. quod
vt dixi in præcedenti contrario, puto procedere in foro peni-
tentiali: non autem in iudiciali ſine licentia Papæ: quia con-
tra canonem non diſpenſat inferior Papa, niſi vbi reperitur
permiſſum. de tempo. ord. dilectus. vbi de hoc. Quæro quis di-
2 citur publice † blaſphemare. dicit Hoſtien. quod is, qui in pla-
tea, vel in camera multis audientibus blaſphemat, per quos
refertur epiſcopo. ad hoc ſupra ca. proxi. de exceſ. præla. inter.
& c. quam ſit graue. ff. de verb. ſign. l. palam. & hoc dum tamē
id confiteatur, vel ſi negauerit conuincatur. de accuſ. ſi conſti-
terit. ſed ſi non conuincitur, licet coram pluribus dixerit, vt qui
ſunt tales, vt teſtificari non poſſunt: ſecus erit. Vel ſecundum
Hoſtien. dicitur publicus, quando eſt vulgatiſſimus, & ex hoc
peccato multos ſcandalizat. 26. q. 6. c. fi. vt quia frequenter hoc
committit, vel eſt notorius iuris vel facti. de quo de cohabita-
tione clericorum, veſtra. & hoc vltimum puto de mente tex-
tus propter penitentiam publicam, quæ imponitur, nam licet
probari poſſet, niſi fuerit publice, & cum ſcādalo cōmiſſum,
non ſic publice punietur. ad hoc infra de penitentiis. cap. 1.
Quæro, quid ſi nec quinque ſolidos poteſt hic ſoluere. dicit
Vinc. & Hoſtiē. ꝙ commutabitur in aliam penam per reſpon-
ſum. ſ. proximum. & ff. de in ius voc. l. fi. vel ſecundum Abb.
quærat illos oſtiatim, vel tantum ſeruiat iudici, ꝙ ſatisfaciat de
quantitate. vt no. de iudæis. c. 1. puto, ꝙ taxauerat hanc quan-
titatem pro extrema: quia raro eſt aliquis, qui hanc ſoluere
non poſſit. nam & pro hoc gerendo cogetur vendere veſti-
menta, quia dignum eſt, vt tanquam male meritus nuditate
laboret. Quæro, de qua moneta intelligitur. Sol. quo ad quin-
b que ſolidos, in textu exprimitur, quod de vſuali [b], ſed idem dic
quo ad quadraginta, triginta, & viginti. nam illa verba vſualis
monetæ, omnia hæc determinant, cum nulla alia determina-
tio præcedat. ad hoc de dona. cum dilectus. & dicit hic glo. vl-
tima, quod de vſuali intelligeretur, etiam ſi non expreſſiſſet,
per l. nummis. de leg. 3. per quam dicit Goff. quod ſi ſunt plu-
res vſuales, de minori ſoluetur. quod etiā no. de iniuriis olim,
in glo. fin. ſed contra dic, quod intelligeretur de ſolidis legali-
bus. i. aureis. ſupra de iudæis. c. fi. & hæc forte intelligeret, cum
dicit de 40. ſolidis de aureis, propter verbum ſi diues fuerit. ta-
men verius eſt quod prædixi, quod omnia intelliguntur de
3 vſuali. Quæro, cui applicabitur † hæc pena: dicunt aliqui, ꝙ
ſi erit clericus, iudici eccleſiaſtico. Si laicus, ſeculari, p id, quod
ſequitur ibi. inter alia comitatum ſtatuta. Alij quod tantum
eccleſiaſtico, etiam ſi ſit laicus, cum ſit crimen eccleſiaſticum.
Goff. & Abb. tenent primum: mihi placet ſecūdum. pro hoc,
quia ad hoc cogitur per epm ipſe iudex laicus, vt exigat. Cō-
uenientius tamen foret hanc pecuniam erogare fauore pieta-
tis, cum propter religionem læſam exigatur. In glo. in verbo
per temporale in fine. & 23. q. 6. prodeſt.

ADDITIONES.

a De aliis. Adde Spec. in ſuo aureo repertorio in tit. de peni. & remiſ.
b De vſuali. Adde Feli. in c. conquerente, de off. ordi.

De clerico excommunicato, vel depoſito, vel interdicto miniſtrante. Rubr.

Dictum eſt de variis exceſſibus clericorum, propter quos
interdum excommunicantur. Interdum ſuſpenduntur. Inter-
dum deponuntur. ſed quia aliquando ingerunt ſe diuinis ſic
excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti in cōtemptum clauiū
eccleſiæ. Ideo, &c. De materia. 11. q. 3. in prima carta. & c. pen.
50. diſt. accedens.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitus celebrans excommunicatur.*
2 *Sententia depoſitionis ad hoc vt impediatur ſacramentorum admini-
ſtratio, debet eſſe iuſta.*

SI quis. Breue eſt, vel ſumma ſic. Depoſi-
1 tus † celebrās excommunicatur.
h. d. Abſcindatur. i. excōicet monitione præ-
miſſa. Nota ſummarium, & quod dicitur in
tex. de epiſcopo, presbytero, & diacono. glo.
intelligit idem de omnibus clericis, de quo
ſtatim dicā in c. ſequenti. de hoc no. 11. q. 3.
2 epiſcopus. No. etiam ꝙ vt ſententia † depoſitionis impediat
adminiſtrationem ſacramentorum, debet eſſe iuſta. quod dic
vt in glo. 2. Ad quod oppone de c. ſacro. ī. de ſent. exc. vbi tenet
etiam iniuſta. Sol. aliud in ſententia excommunicationis, quā
depoſitionis, vel dic quod tex. dum dicit, iuſte, debet exponi,
vt in gl. 2. i. ꝙ non ſit lata contra iuris ordinem, quia tunc eſſet
nulla. de hoc not. in c. ſtatuimus. & c. conſtitutionem. de ſent.
excom. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio, & ſuſpenſio æquiparantur.*
2 *Pœna iuris ſuper caſu alias diſpoſito intelligitur ſecundum illum.*
3 *Eccleſia auxilium brachij ſecularis aliquando inuocat.*
4 *Clericus in minoribus, an ſi celebrat, fiat irregularis.*
5 *Clericus in minoribus an poſſit degradari.*
6 *Presbyter ſuſpenſus ab officio, ſi celebret officium diaconi, an ſit irre-
gularis.*
7 *Epiſcopus ſuſpenſus ab executione, an poſſit alteri committere.*

SI quis Degradatus, vel ſuſpenſus celebrans, &
monitus non deſiſtens, excōicatur. & ſi
nec ſic deſiſtat, per ſecularem poteſtatem ad requi
ſitionem eccleſiæ exilio dānatur. h. d. Primo reci-
tat pœnam, quā aggrauat ibi, ꝙ ſi. vel aliter. primo ponit ex-
ceſſum, ſecūdo pœnam ibi, & poſtea. tertio aggrauat ibi, quod
ſi correptus. i. monitus. obſeruādum. laici, & fœminæ excōicati
nō immiſceant ſe diuinis. ſed melior eſt glo. Nota, ꝙ compa-
1 ratur degradatio, † & ſuſpenſio hic in principio, quod eſt verū,
quantū ad modum procedendi, qui ſequitur, nō quo ad alia.
Nota modum procedendi, cum pœna incipit a crimine, vt pri
mo degradetur, vel deponetur, vel ſuſpēdatur clericus: poſtea
excōicetur. Sed ſi a contumacia incipit pœna, fit econuerſo. de
2 hoc no. gl. ſ. de iudi. cū non ab homine. Nota, ꝙ pœna iuris † ſu-
per caſu alias diſpoſito, intelligitur ſm illum, ibi ſe ſciat excōi-
catū. dicit gl. ipſo iure. & minori excōicationi. alias ſi hoc fuiſ-
a ſet Papæ volētis excōicare intelligeretur de maiori [a]. ſ. de iudi.
c. 2. & quod ibi plene dixi. Ex hoc no. ꝙ cōicans excōicato eſt
b excōicatus [b] minori, quod eſt verum regulariter: fallit in caſi-
bus de hoc in c. ſignificauit. ī. de ſen. exc. & c. ſtatuimus. de ſeo.
3 exc. lib. 6. Nota, ꝙ eccleſia † inuocat auxilium brachij ſecularis
pro exilio imponendo. alibi tamen eccleſia per ſe deputat exi-
c lium [c]. ſ. de cri. fal. ad audientiam. Quæro † primo, an clericus
in

ADDITIONES.

a De maiori. Adde glo. in verbo excommunicationis maioris, in c. prudentiam.
in §. ſexta, & ibi Card. in 6. no. de off. deleg. doc. in c. ſi quem. de ſent. excom.
Card. in c. meminimus. in 1. opp. qui cler. vel vo. Card. Alex. in c. ruſus, in 1.
col. eo. tit. Abb. in c. intelleximus. in 2. no. de iudi.
b Excommunicatus. Adde c. quoniam. 11. q. 3. Ioan. An. Ant. de But. & Ioan. de
Imo. in c. ſacris, quod met. cau. S. Tho. in 4 Sent. diſt. 18.
c Exilium. Adde an Eccleſia imponit exilium. adde tex. in c. in ſinodo. in ver. ir-
reuocabili exilio. 63. diſt. c. felicis. de pœn. tex. in c. cum beatus. in verſ. exilij
ſententiam ſuſtinebit. 46. diſt. tex. in c. accedens. in ver. inſula captata ſolitu-
dinem gerat, de reſti. ſpol.

4 in minoribus depoſitus † celebrans, fiat irregularis. dic ꝙ non,
niſi prius excōicetur. ĩ.c.proximo. & ſ.c.proxi. Quæro ſecun-
5 do, an clericus † in minoribus poſſit degradari.[a] vĩ, ꝙ non, per
a c.præcedens, vbi ſolum dicit vſque ad diaconatum, ſed glo.ibi
eſt contraria, dicens idem de omnibus, in hoc ſunt altercatio-
nes, maxime quia clericus in minoribus poteſt fieri laicus, ſup.
de cler. coniuga. c.1. quaſi non ſit ſuſceptibilis degradationis.
Non inſtando. tene gl. c. præcedentis per c. primum, de re iudi.
lib.6. & c. primum, de ſen. exc. eod. lib. quæ indiſtincte loquun-
tur, qui ergo dicit ſecus in clerico in minoribus, probet iure.
6 Quæro tertio, presbyter † fuit ſuſpenſus ab officio ſimpliciter,
celebrat officium diaconi, vel inferioris ordinis, dic, ꝙ eſt irre-
gularis, quia indiſtincta ſuſpenſio intelligitur ab omni ordine;
ſed ſi fuit ſuſpenſus a ſacerdotalibus, ſecus, vt celebrans mino-
7 ribus non ſit irregularis. Quæro quartò, epiſcopus † eſt ſuſpen-
ſus ab executione pontificalium, an poteſt alteri committere,
dic, ꝙ ſic, quia commiſſio eſt iuriſdictionis, nō ordinis, & com
mittendo non fit irregularis, ad hoc ſup. de elec. ſuffraganeis,
de tranſlat. c.1. Quæro quintò alicui eſt interdictus ingreſſus ec
cleſiæ, ſimul cum alijs in eccleſia elegit, an eſt irregularis. Ar-
chid. in c. vbi periculum, dicit, ꝙ non, quia eligere nō eſt actus
ordinis. ſimile not. ſup. de poſtu. c.1. ꝙ eligentes in loco interdi-
cto nō ſunt irregulares, & valet electio, ſed facta ab interdictis
eſt nulla, inſ. c. ſi. Quæro, ſi degradatus celebrat miſſam, an con
b ficit, gl.[b] recitat opiniones Ruffini, & Roffredi. vterque enim
tenuit, ꝙ non, quia eccleſia potuit auferre poteſtatem, licet nō
inſignia, ſed contrarium eſt verum de inſignijs, quia bene au-
feruntur vt in c.2. de pęnis, lib.6. Item de poteſtate ponitur opi
nio contraria in gl. ꝙ conficit, quam opinionem tenet Io.9. q.
1. in ſumma, licet Bar. brixi. ibi ſentiat cōtrarium, & cum hac
opinione, ꝙ conficit, tranſit gl. Inn. Hoſtien. & gl.3. c.2. de pœ-
nis, lib.6. vbi plene tractat, & de hoc etiam in c.1. ſup. de ſciſma
ticis, & hęc opinio eſt communis. Et eam tenent theologi, pro
qua eſt, quod dixi in c. fraternitatis, de hæreti. ꝙ ſi clericus de-
c functus reſurgeret, eſſet clericus,[c] & non expediret, ꝙ ordina-
retur, caracter enim, qui eſt quædam prælatio ſeu qualitas in-
hærens animæ impreſſa per ſacramentum ordinis, eſt indelebi
lis. Qui vellet tenere contrarium etiam poſſet, vnde credo, ꝙ
poſſet papa ſtante ordine ſacerdorali inhabilitare ſacerdotem,
vt non conficeret, quamuis enim poteſtas conficiendi ſurrexe
rit a Chriſto, qui eam tradidit apoſtolis, tamen adminiſtratio,
& formalitas proceſſit ab eccleſia, & qui dicit papam non poſ-
ſe, hoc probet.

ADDITIONES.

a Degradari. Adde Io. An. in c.2. de pęn. lib.6. in nouella. & per doc. in c. cle-
ricus. ſi tonſura. de vit. & ho. cler.
b Conficit. Adde Archid. in c. quid ſit, ſuper gl. de conſe. diſt.2. Abb. in c. non
poteſt in 2. no. de re iudi. Card. Alexan. in c.1. in 2. col. qui cle. vel vo. S. Th.
in 3. parte, q.82. idem Tho. in 4. ſen. diſt. 13. q.1. ar. primo.
c Clericus. Adde gl. in verbo, nunquam, in ca. licitæ. 32. q.7. & per doct. inſ. c.
fraternitatis, de frig.

SVMMARIVM.

1 *Interdictus ſimpliciter interdicitur ab omni officio.*
2 *Depoſitum ab ordinibus quis reſtituere poſſit.*

CLerici. Interdictus, vel excommunicatus ce-
lebrans, & monitus non deſiſtens, de-
ponitur, primo exceſſus, ſecundò pęna ibi, niſi. No
ta, ꝙ aliquando incipitur a pœna excommunica-
tionis, quod eſt verum pro contumacia, dixi in c. præcedenti.
1 Nota ꝙ interdictus † ſimpliciter, interdicitur ab omni officio,
ibi, diuina officia celebrauerit, dixi in c. præcedenti. Quæro pri-
mo, an cum excommunicato celebrante, vel interdicto cele-
brante poſſit epiſcopus diſpenſare, ſi vult corrigi, gloſ. tenet, ꝙ
non, per c. primum, de re iudi. lib.6. & c.1. de ſen. excomm. eod.
lib. an quilibet papa ſibi reſeruat, pro hoc inducit. 2. q.5. qua de
cauſa. Sed facit contra, quia ibi inferior diſpenſat. & ſimiliter
in c. quanto, ea. q. Sed tene gl. & in illis c. diſpenſat inferior au-
thoritate papæ. Et cum gl. concordat Spec. tit.2. §. nunc de epi-
ſcoporum, verſ. ſed nunquid poteſt epiſcopus, vel legatus. de
hoc per Archid. in c. qua de cauſa, præalle. Quid de legato de la
tere, gl. tenet idem, tamen de ſtilo occupauerunt ex officio le-
gationis, vt diſpenſent cum omnibus, qui ſe immiſcuerunt
etiam per ſupinam ignorantiam: dic tamen nō in contemptū
clauium. Quæro ſecundo quid de pœnitentiarijs in Romana
curia, dic, ꝙ eorum poteſtas menſuratur a forma commiſſio-
nis, ſup. de reſcr. cum dilecta, de offic. deleg. cum in iure. Quæ-
2 ro tertiò, quis † poſſit reſtituere depoſitum, glo. hoc tractat, &
in c. ideo. 2. q.6. & 50. diſt. contumaces. Ex gl. concluditur, ꝙ de-
poſitum iuſte ſolus papa. Sed ſi iniuſte, etiam inferior. quod te-
net Spec. de accuſa. §.2. verſ. ſed nunquid tot, vbi dicit, ꝙ tunc
epiſcopus poteſt reſtituere non adiuncto ſibi numero epiſco-
porum, quod procedit, quando in depoſitione non interuenit
numerus, alias ſolus non poſſet ſine numero, ſup. de re iud. c.3.
& quod ibi not. Hæc procedunt in depoſito ab ordine, ſed in
depoſito a dignitate, ſeu beneficio, dic vt notauit glo. in c. quā-
uis, de reſcriptis, lib.6. vbi no.

SVMMARIVM.

1 *Multitudini parcitur, vbi eſt delinquentium multitudo.*
2 *Suſpenſus a beneficio an ſit ſuſpenſus ab officio.*
3 *Suſpenſio facta ab officio, vel beneficio, an teneat.*

LAtores. Excommunicati, vel interdicti ſi ce-
lebrāt, deponuntur, niſi propter mul
titudinem pœna mitigetur, primo exceſſus narra-
tio, ſecundo prouiſio ibi, fraternitati. Nota reſtri-
ctionem numeri, quam facit papa de 40. & fit ſecundum Inn.
ne ſi multi deponerētur, patiatur eccleſia penuriam miniſtro-
rum 55. diſt. priſcis. Nota, ꝙ cum eſt multitudo delinquentiū,
1 † puniuntur principales, & parcitur multitudini, ſeu mitius pu
nitur, hic enim principales perpetuò, multitudo ad tempus, &
quod hic dicitur de ſuſpenſione ad tempus, eſt ius commune,
& ſeruat pœnitentiaria, facit ſup. de ſortilegijs, c.1. inf. tit.1. c.
2. de tempo. ordi. cos, & quod ibi not. lib.6. Item ꝙ pœnitentiæ
ſunt arbitrariæ, quod colligit gl. vlt. Opp. primò, ꝙ papa debue
rit parcere multitudini ex toto 50. diſtin. vt conſtitueretur 1. q.
7. quoniens 2. vbi de hoc, & alijs iuribus allegatis in glo.2. gl. ſol-
uit, ꝙ parcitur ex toto, quando imminet ſcādalum. Ad quod
oppone de c.2. inſ. de ope. no. nuncia. vbi propter ſcandalum
non omittitur iuſtitia. Sol. vt ibi, & inf. de reg. iuris, c.3. Quan-
tum ad propoſitum dic, ꝙ parcitur multitudini, ne propter pe
nuriam clericorum eccleſia patiatur defectum miniſtrorum,
ideo multitudo punitur ſolum ad tempus, ſed non parcitur ex
toto, quia ſcandalum imminebat. Oppo. ſecundo, ꝙ vltra 40.
non dicantur multi: imo 23. media dicuntur pauci. 45. diſt. diſci
plina. Sol. vt gl. ꝙ multi & pauci dicuntur reſpectiue. Aliquan-
do enim tres dicuntur multi, 67. diſt. c.1. prima, q.1. placuit, &
vtrobique de hoc.. Aliquando 14. dicuntur pauci, ne cler. vel
mo. c.1. in hoc ergo attenditur reſpectus. Quæro, an ſuſpenſus
2 † a beneficio ſit ſuſpenſus ab officio,[a] gloſ. ꝙ non. Secus dicit
a econuerſo, quia vbi vnum propter alterum, vtrobique tātum
vnum, i. vbi duo ſic ſe habent, ꝙ vnum accedit ad aliud, ſuffi-
cit remouere illud, quod eſt principale. Sed officium, & benefi
cium ſic ſe habent, ꝙ officium eſt principale, beneficium ac-
ceſſorium, de reſcrip. c. ſi. lib.6. ideo &c. de hoc dic, vt in cle. cu-
pientes, in glo. nota nouam, de pœnis, & hoc intelligit gloſ. ve-
rum, niſi ſpecialiter reſeruetur beneficium, de quo dic, vt in di
cta gl. nota nouā. & no. etiam de ele. pugnan. in duello, c.2. de
ap. paſtoralis. Sed nunquid ſuſpenſus a beneficio poteſt aliud
acquirere, glo. ꝙ ſic, pro hoc de elec. ſi compromiſſarius. §. pen.
& c. cupientes. §. cæterum, lib.6. clem. ſi quis ſuadente, verſ. Ip-
3 ſius, de pœnis. Quid ſi epiſcopus dicit, † ſuſpendo te ab officio,
vel beneficio, glo. tenet propter dubium alternatiuam reſolui
in copulatiuam. Goff. tenet ſententiam eſſe nullam tanquam
incertam, quæ opinio eſt verior de rigore iuris, tamē de incer-
titudine alternatiuæ, quando vitiat ſententiam, dico in quæ-
ſtione Corradus. Et ad propoſitum ſigna iſtam gloſ. tanquam
ſingularem, quam tenere poteſt in pœnis ſpiritualibus, in qui-
bus fit interpretatio in partem duriorem, de ſeru. c. vno, vbi de
hoc in gl. ſi.

ADDITIO.

a Ab officio. Adde tex. in c.1. de ſupp. neg. præla. lib.6. gl. & doc. in c. tanta, de
ex. præla. gl. in c. cum dilectus, de conſuet. Card. in §. ſi quis, in 9. q. in cle.1.
de rebus eccle. non ali.

SVMMARIVM.

1 *Notoria cenſentur, quæ fiunt per perſonam publicam.*
2 *Via tutior in dubijs eſt eligenda.*
3 *Crimen ſub ſpe veniæ non eſt committendum.*
4 *Excommunicatus non debet facere celebrare.*
5 *Papa poteſt diſpenſare ſuper depoſitione, quæ debetur celebranti, poſt
excommunicationem.*
6 *Celebrans poſt excommunicationem ipſo iure non punitur.*

ILlud. Qui excommunicatus celebrat, depo-
nitur, niſi cum eo miſericorditer diſpē
ſetur, primo epiſcopi tranſitus, ſecundo bimem-
bre mandatum ibi, vnde, tertiò epiſcopi compari-
tio, cognitio, miſericordiæ petitio, & excuſatio ibi, ipſe vero,
quartò

quartò excuſationis impugnatio ibi, licet, quintò pœnæ remiſ-
ſio ibi, cum eo miſericordiam. Nota in principio de dictione,
a quondam,[a] quæ ponit de præterito, & remouet de præſenti
quondam epiſcopus, ſcilicet qui fuit, & nunc non eſt. Item col
ligunt aliqui ibi, ſed nec poſtulata, ꝙ ſufficit epiſcopo poſtula-
re licentiam tranſeundi ad aliam poteſtatem: ſicut in ſimili,
ſup. de regula. licet, ſed non eſt verum, & textus probat hic cō-
trarium ibi, nō obtenta, & quod adijcitur, ꝙ nec poſtulata eſt
ad aggrauationem. Nota ꝙ quæ fiunt per perſonam publicā,
1 & in loco publico cenſentur notoria, probatur hic, cum dicit
tranſitum epiſcopi ad aliam eccleſiam non poſſe, non eſſe no-
torium, colligi etiam poteſt, ꝙ valet ſententia in notorio cita-
tione non premiſſa, quod eſt verum, de ſen. ex. de alijs, non vt
infra dicam. Item in verſ. ipſe, pondera ſimul cum fine text. ꝙ
confeſſio criminis inducit miſericordiam, de quo de elec. in-
2 notuit, in verſ. licet. Nota illud generale in dubijs, via † tutior
eſt eligenda, & per hunc tex. tenet Spec. de legato. §. iuxra, verſ.
vt autem, ꝙ ſi citatus legitime, qui non comparuit, & propter
hoc fuit excōmunicatus, ſi poſtea celebrat, eſt irregularis, nec
poteſt allegare ignorantiam excommunicationis, quia præſu
3 mitur ſciuiſſe. In verſ. illud. Nota ꝙ ſub ſpe veniæ † non eſt com
b mittendum crimen,[b] quia tale eſt crimen in ſpiritumſanctū,
quod committitur dupliciter, ſcilicet per præſumptionem,
cum quis peccat ſub ſpe miſericordiæ, & per deſperationem,
cum quis deſperat de miſericordia dei, ſed & hoc peccatū non
remittitur in hoc ſeculo, nec in futuro, ideſt præſumitur con
tra ſic delinquentem, ꝙ impœnitens moriatur. Not. ꝙ poſt
4 excommunicationem ſicut non debet excommunicatus † ce-
lebrare diuina, ita nec facere celebrari, ibi celebrari, & ſi hoc fa
cit, eſt irregularis, ar. huius literæ, & inf. c. prox. de exceſ. præla.
c. fi. & ibi no. Nota, ꝙ peccatum committitur ex facto penden
te in perſonam delinquentis, & ſine facto ſuo quis non delin-
quit. Nota illam literam excommunicatum nō vitare magis,
quam non vitari, periculoſum eſt, & dictio, magis, ſtat, pro di-
ctione, nam, vel pro, & magis, quam ideſt & non vitari: vel ſtat
proprie, quando conſentit, vt ſecum cōmunicetur: tunc enim
peccat, ſed minus, quam quando ſe ingerit, & excommunica-
tus, qui ſe ingerit communioni, reddit ſe ſuſpectum de hæreſi,
quaſi videtur contemnere claues eccleſiæ, de hæret. excommu
nicamus 1. §. 1. & tenetur euitare etiam excommunicatū, arg.
c. dilecti, de excep. & c. pia, lib. 6. ne ſit melior conditio excom-
municati, quam nō excommunicati, de præben. cum qui, lib.
6. & illa iura, quæ volunt, ꝙ paria delicta compēſentur, ſup. de
adulterijs, & c. pen. & fi. 32. q. 6. nihil iniquius. C. de inoff. teſt.
l. in arena, non habent hic locum, quod dic, vt in d. c. pen. & fi.
5 Nota, ꝙ papa † poteſt diſpenſare ſuper depoſitione, quæ debe-
tur celebranti diuina poſt excommunicationem. Nota, ꝙ cele
6 brans † poſt excommunicationem ipſo iure non punitur, ſed
per ſententiam ibi, non duximus infligendam. Opp. primò in
verſ. vnde, ꝙ potuerit eſſe non notorium, tranſitus enim non
eſt illicitus, niſi quatenus fit ſine licentia papæ: ſed hoc vtrum
licentiam habuerit, vel non, poteſt eſſe occultum. Item ſubiun
ge aliud contrarium, ꝙ papa debuerit præſumere potius, ꝙ ha
buerit licentiam, cum quis non præſumatur delinquere, regu
la ſemel cum ſua materia, lib. 6. de præſump. c. fi. Sol. vt in gloſ.
2. quę optime ſoluit primum, ſcilicet vt dicatur, ꝙ tranſitus eſt
illicitus, niſi doceatur de licentia, & per hoc etiam ſoluitur ſe-
cundum. Quamuis enim quis non præſumatur malus, tamen
ſi agit aliquid de genere malorum, præſumitur malo zelo fa-
cere, ſup. de præſump. c. 1. tale eſt tranſire illud ad aliam digni-
tatem. Opp. ſecundo, ꝙ præſuppoſita notorietate debuerit ci-
tare, cle. paſtoralis, de re iud. no. de iureiuran. ad noſtram. 3. vbi
gloſ. Sol. hic fuit citatus, quando papa tulit excommunicatio-
nem in eum: ita eſt præſumendum, vel aliter præſuppoſito, ꝙ
non fuerit citatus, licet ſententia regulariter non valeat, tamē
valet ſentētia excommunicationis mero iure, licet debeat pu-
niri excommunicator, inf. de ſen. ex. ſacro. Opp. tertiò ad hoc,
quia cum Madaburgen. eſſet delegatus, debuit obſeruare intē-
tionem delegantis, quæ præſumitur vt præmiſſa monitione,
quia ſic eſt iuris, cum ergo non ſeruauerit, excommunicatio
eſt nulla, ſup. de reſcrip. cū dilecta. ff. mandati. l. diligenter. Sol.
quidam tenent cōtrarium dicentes aliud in ordinario, de quo
loquitur c. ſacro, & de hoc ſup. de præben. c. fi. Sed tu tene non
eſſe differentiam inter delegatum, & ordinarium, vnde dicit
hic Innoc. ꝙ ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, tenetur mone-
re, vt in c. ſacro, præalle. & vltra dico, ꝙ ſi neuter monet, tenet
excommunicatio. & eſt ſpeciale in ſententia cenſuræ. Oppo.
quarto in eo, ꝙ papa aſſignauit terminum 20. dierū, nam poſ-
ſibile eſt, ꝙ non peruenerunt ad notitiā Heredeleſen. ergo non
cucurrerunt, ſup. de ap. ſuper eo. 2. Sol. ſta contrario, vnde dicit
Ab. ꝙ currunt poſt præſentationem literarum, quod nihil eſt.
Ego dico, ꝙ currunt a die monitionis qua ſcilicet heredeleſen.
fuerit monitus. Oppo. quintò, ꝙ papa debuerit non imputare
hæredeleſen. in eo, ꝙ celebraſſet poſt excommunicationem,
inf. de pœnitentijs, ꝙ in te. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus, & c. ſeq. glo.
ſoluit, ꝙ celebratio miſſæ prohibetur, ſed aliorum officiorum
non. Alij dicunt, ꝙ alia officia præter miſſam non ſolū poteſt,
ſed etiam debet celebrare, vt no. in c. presbyterum, vbi gloſ. 28.
diſt. de quo per Hoſt. in ſumma, eo. §. 1. quod eſt verum, ſi cele-
brat extra eccleſiam, & tanquam priuatus, vt quia dicit horas,
a quibus dicendis excommunicatio non prohibet, tunc tamē
non debet dicere, Dominus vobiſcum, quia nō eſt verbū priua
ti, dic vt in d. §. 1. per Hoſt. Puto etiam, ꝙ ſi in eccleſia tanquā
priuatus celebret, idem ſit, vt non fiat irregularis, c. ſi quis dā-
natur, & ſequenti, loquuntur in eo qui adminiſtrat in oratio-
ne, ſicut prius, ideſt in apparatu &c. & de hoc no. de re iud. c. 1.
lib. 6. Oppo. ſextò in verſ. licet, ꝙ fuerit omnino culpabilis, qui
ſciebat per famam de excōmunicatione: fama enim ſufficit.
de conſanguinitate, ſuper eo. Sol. vt in gl. ſed. Opp. ſeptimò ad
idem, ꝙ etiam citra famam ſufficiat quælibet intimatio. ff. de
admi. tu. l. quidam decedens. §. ex quo, vbi ſufficit quælibet no-
titia facta tutori, ꝙ ſit tutor, vt teneatur, ſi non adminiſtrat. ad
idem. C. de rei vendi. ſi fundum, verſ. ſi moneo emptorem, ꝙ
res non eſt vendentis, ſed mea, per hoc conſtituo ipſum in ma
la fide, gl. non ſoluit, ſed dic ſtandum contrarijs, quando ſurge
bat probabilis dubietas ex tali notificatione, inf. de ſen. ex. in-
quiſitionem, & diſtingue, vt ibi textus, aut non omnino excu-
ſauerit Innoc. illud. Opp. octauò, ꝙ ſub ſpe veniæ poſſit aliquis
peccare, inſ. de ſenten. ex. ſi vere, dic vt ibi nullum committe-
batur peccatum, de quo ibi in gl. 1. Opp. nono in fi. ꝙ papa de-
buerit denunciare iſtum incurrere, qui adminiſtrauerat poſt
excommunicationem, de re iud. c. 1. lib. 6. de ſen. exc. c. 1. eo. li.
& c. is qui. Item hæc iura obſtant, & alio modo, probant enim,
ꝙ pœna incurritur ipſo iure, & hic in textu videtur eſſe opus ſe
immiſcentibus diuinis, vna eſt, vt fiat irregularis, & de hac ſta
contrarijs, ꝙ ipſo iure incurritur. Alia, vt deponatur, ſup. eod.
c. 3. & ſuper hac diſpenſat papa. Eſt & tertia pœna, vt fiat ineli-
gibilis actiue, & paſſiue, de ſen. exc. is qui, lib. 6. Eſt & quarta pę-
na, vt deponatur a beneficio, inſ. c. poſtulaſtis, in hac non diſpē
ſauit papa hic, iſte enim remanſit priuatus vtroque epiſcopa-
tu, ſup. de transla. c. pen. hæc tamen pœna quantum ad iſtum
Hilerdenen. debebatur ſibi alia via, caruit enim ſecunda eccle
ſia, quia illicite acquiſiuerat, caruit prima, quia quò ad ſe re-
nunciauit recedendo, & papa hoc acceptat, patet, quia dicit
quondam Hilerden. alias non vacaret.

ADDITIONES.

a Quondam. Adde Spec. tit. de inſtr. edi. in §. reſtat ad fi. Car. & Barba. in c. cum contra de pig. Abb. in c. ex parte. b. de foro compe. Bar. in l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. Ange. in l. ſi arborem. ff. de ſerui. vrb. prædi.

b Crimen. Adde c. ſymoniam, de conſe. diſt. 4.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus celebrans ab officio deponitur.*
2 *Suſpenſus a beneficio ſi ſe immiſcet in adminiſtratione, an ſit irregularis.*

1 FRaternitati. Excōmunicatus † celebrans ab officio deponitur. Spolia-
re, ideſt priuare, ſup. de reſt. ſpo. conquerente, & qđ
ibi no. & quod dicit poteris, dic, & debebis, quia re
netur procedere. Nota ſummarium, & quod dicit textus de ce
lebrante, idem de adminiſtrante celebranti, vt dicit Arch. 11.
q. 3. ſi quis epiſcopus, vbi ſecus dicit in intereſſente tantū. Opp.
ꝙ debeant deponi, & non ſolum priuari beneficijs, ſup. eo. la-
tores. Sol. vt in gl. quæ ſtat contrario, vel dic, ꝙ forte papa hoc
omiſit propter difficultatem procedendi ad depoſitionem ab
offi. in ea enim requiritur numerus epiſcoporum, de hæret. c.
1. lib. 6. Sed in depoſitione a beneficio, quæ proprie non voca-
tur depoſitio, ſed priuatio, ſed ſufficit, ꝙ epiſcopus cum conſi-
lio capituli faciat, de exceſ. præla. c. 1. & ſimile ad hoc c. inſ. c.
2 prox. Quæro, ſi ſuſpenſus † a beneficio ſe immiſcet in admini-
ſtratione, an fiat irregularis. Arch. tenet, ꝙ non. 11. q. 3. ſi quis
epiſcopus. ratio eſt, quia oportet, vt ſit interdicta celebratio di-
uinorum, regularitas enim, & irregularitas attenditur reſpe-
ctu adminiſtrationis diuinorum, dicam inf. c. finali, & de ex-
ceſ. præla. c. fi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio facta excommunicato non tenet.*
2 *Excommunicato communicari non debet.*
3 *Diſpenſari an poſſit, quod excommunicatus teneat beneficium.*

4 Cele-

Digitized by Google

4 *Celebrans in loco interdicto punitur.*
5 *Clericorum appellatione intelliguntur clerici ſeculares.*
6 *Collatio beneficij facta non excommunicato, ſed qui tempore acceptationis ſit excommunicatus, an teneat.*

1 POſtulaſtis. Collatio beneficij † excommu
nicato facta non tenet: ſciēter
conferens a beneficiorum collatione ſuſpenditur:
celebrans in loco interdicto, ſi eſt clericus, ſuis be-
neficijs priuatur: ſi monachus, in arctius monaſte-
rium detruditur, h.d. Duæ ſunt partes, vt duæ quæſtiones ibi,
quæſiuiſtis. Et vtriuſque diuiſio cōis, vel aliter diuide in tres, vt
tria ſunt dicta. ibi ſecda, illi, ibi tertia, quæſiuiſtis, prima, & ter-
tia ſubdiuiditur in quæſtionem, & ſolutionem, ſecunda pri-
mæ ibi conſultationi, ſecunda tertiæ ibi ad hæc. Nota, ꝙ ex-
2 communicato † communicari non debet: quod procedit etiā
ſi decretur priuilegiatus, niſi in caſibus, inf. de ſen. exc. mulie-
res, & c. cum deſideres, & per hoc arguitur, ꝙ non poſſit con-
trahere, nec tenere acquiſita per contractum, de quo tamē dic
vt in c. veritatis, ſup. de dolo, vbi tenui contrarium per multas
3 rationes. Nota, ꝙ poteſt diſpenſari, † vt excommunicatus reti-
a neat beneficium, [a] quod acquiſiuit poſt excommunicationē.
Nota pœnam conferentis beneficium excommunicato, vt ſu-
ſpendatur a collatione. Nota, ꝙ quis debet puniri, in quo deli-
quit, ſup. de tempo. ord. literas, in §. quæſiuiſtis. Nota, ꝙ cele-
4 brans † in loco interdicto punitur, & dicit gl. vltra pęnam tex-
tus, ꝙ eſt ſuſpenſus & irregularis, quod probatur in c. is qui, de
ſen. exc. lib. 6. & hoc ſolum ſufficit, ꝙ locus ſit interdictus ſecū-
dum Inn. etiam ſi iſti non fuiſſent excōmunicati. Nota, ꝙ no-
5 mine clericorum † intelliguntur clerici ſeculares, & ibi, mona
chi vero, ad hoc de accuſa. qualiter. 2. in fi. Opp. primo in prin-
cipio in eo, ꝙ dicit excommunicatum non poſſe retinere be-
neficia acquiſita poſt excommunicationem, debent etiā man
dare eum priuari prius acquiſitis, ſup. de æta. & qualit. cum bo-
ne. gl. ſtat contrario, tu vero dic, vt ibi no. vbi ponitur in tex. c.
rurſus, & c. quicunque. 11. q. 3. quia ſcilicet non eſt verum, ꝙ
ſtatim debeat priuari, ſed ſolum poſt annum, ſi ſtetit in ex-
communicatione, nec hoc procedit in qualibet excommuni-
catione, & dic, vt ibi. Opp. ſecundo, ꝙ non poſſit diſpenſari cū
excommunicato, vt retineat beneficium acquiſitum poſt ex-
communicationem, aut enim collatio non tenuit, & requiri-
tur nouus titulus, aut tenuit, & non requiritur diſpenſatio. So.
dic, ꝙ non tenuit, & diſpenſatio inducit nouum titulum. In-
telligo, enim ꝙ diſpenſabitur, vt ex nunc licite teneat, & opor-
tet intelligi, ꝙ diſpenſans habeat poteſtatem conferendi, & di
cit gl. ꝙ etiam epiſcopus poteſt diſpenſare, ex quo non prohi-
betur hic, nec alibi, inf. de ſen. exc. nuper. hoc etiam tenent hic
Io. Goff. & Inn. & Spe. tit. 2. §. nunc de epiſcoporū, verſ. 16. Idē
etiam tenet Inn. ſup. de tempo. ord. dilectus, ſed Io. de deo te-
nuit contrarium, quod dicit Spec. vbi ſup. procedere in eo, qui
propter contemptum ſedis apoſtolicæ eſt excommunicatus,
ſic intelligit c. cum bonæ, de ætat. & qual. Hoſt. diſtinguit, an
excommunicatio eſſet talis, a qua poſſit abſoluere epiſcopus,
& poteſt diſpenſare, an non poſſit abſoluere, & tunc nec diſpē
ſare, ad hoc inf. de ſen. exc. a nobis, 2. & c. cum illorum. Comp.
ſup. de elec. quod ſicut, aliter dicit, ꝙ collatio non eſt nulla, ad
hoc, quod no. inf. de ſen. exc. ſi vere, ſed eius opinio hic repro-
batur, quia tex. negat potentiam conferendi ibi, conferre non
poſſunt. Tene ergo, ꝙ collatio eſt nulla, vt tenui in præcedenti
contrario, ſed diſpenſari poteſt, & poteſt diſpenſari per epiſco
pum, vt tenet gl. cuius opinionem ſequere ſine diſtinctione ꝑ
ſuperius dicta. Opp. tertio in §. illi, ꝙ conferens beneficium ex-
communicato, ipſo iure ſit ſuſpenſus a collatione beneficio-
rum, ſup. de elect. cum in cunctis, §. epiſcopus, cuius contrariū
hic dicitur in verbo, ſuſpendi. Sol. ibi eſt alius caſus in conferē-
te beneficium indigno ratione ætatis, ſcientiæ vel morum. Itē
ibi in curatis, hic in ſimplicibus. Item ibi eſt ſuſpenſus a benefi
cio, quod contulit, hic ſuſpenditur ab omnibus. Inn. §. quæſiui
ſtis, textus eſt clarus per notabilia. Quæro in principio capitu-
6 li, pone, ꝙ † confertur beneficium non excommunicato, qui
acceptans eſt excommunicatus, dicit, ꝙ acceptatio nulla, quia
prius non habet titulum complete, niſi poſt acceptationem,
de præben. ſi tibi abſenti, lib. 6. & probat hæc litera, ꝙ eſt inca-
pax. Sed quid ſi collatio, & acceptatio præceſſerunt excommu
nicationem, ſed excommunicatus in poſſeſſionem inducitur,
dic, ꝙ valet inductio, quia eſt nudi facti, ſup. de reſcrip. cam te.
vbi ſimile no. per Inno. Quæro, per quem poterit diſpenſari in
§. illi, reſpondeo ꝙ per ſuperiorem, ſcilicet per papam, vel pro-
prium patriarcham ſecundum Hoſt. qui dicit, ꝙ ſuſpenſio etiā
fiet in concilio prouinciali per c. graue, ſup. de præben. ſed il-
lud c. procedit poſt binam admonitionem, ideo non eſt locus
illi concilio in caſu noſtro.

ADDITIO.

a Beneficium. Adde, an excommunicatus poſſit acquirere beneficium, vide per do. de rota deciſione 40. in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato poſt abſolutionem beneficium conferri poteſt.*
2 *Preces pro beneficijs obtinendis fieri poſſunt.*
3 *Differentiam inter excommunicationem factam nominatim, & factam generaliter.*
4 *Excommunicatus olim, non cenſetur hodie excommunicatus.*

1 PRopoſuit. Excommunicato † poſt abſolu
tionem beneficium cōferri po
teſt, hoc dicit. primo ponit factum, & probationē
partium, ſecundo diffinit ibi, quia vero. Odiorum
eccleſiarum, intelligitur de cathedrali, de præben. quamuis,
lib. 6. iudicij, contenti ſub decīſa ſub infra, quod præcedit, ſub
quo deciditur, ꝙ capitulum opponebat illi magiſtro P. ex-
communicationem, & ſuper hoc ſunt dati iudices, qui teſtes
vtriuſque partis receperunt & remiſerunt. Fautores, ſi fuiſſet
fautor in crimine damnato, ipſo iure eſſet excommunicatus,
inf. de ſen. exc. nuper. & c. ſi concubinæ. Antequam, & ſic tem
pore inueſtituræ non fuerit excommunicatus. Nota, ꝙ preces
2 † fieri poſſunt pro beneficijs. [a] de quo dic, vt in c. tua, de ætat.
a & qualit. an inducant ſymoniam ibi, præces & c. in verſ. cum
3 autem. Nota differentiam † inter excommunicationem factā
nominatim, & factā generaliter, & quis dicatur nominatim
excommunicatus, no. de præben. in lateranen. vbi per Inn. &
4 in cle. eos, de ſepul. Nota, ꝙ olim † excommunicatus, non præ-
ſumitur hodie excommunicatus, hic enim oportebat, vt pro-
baretur excommunicatio tempore inueſtituræ. Ex glo. prima
notat, ꝙ tempus inueſtituræ notari debet, & ſup. de reſcrip. cā
te. Opp. primò, quia apparet hic, ꝙ plures præbendæ ſimul va-
cabant, hoc enim debuiſſet papa reprobare, quia ſtatim cum
beneficium vacat, debet reformari, ſup. de conceſ. præben. c. ſe
cundo, adeo ꝙ fit deuolutio, quomodo ergo non erant hic
deuolutæ. Solu. ſtat, ꝙ plures præbendæ vacauerant infra tem-
pus ſemeſtre, & ſic nondum facta erat deuolutio, dicto c. 2. de
conceſ. præben. & ꝙ dicit textus ab vltima eccleſię vnione, po
teſt intelligi ſecundum conſuetudinem, quam habent aliquæ
eccleſiæ, vt reformentur canonici certo tempore, ideſt ſolum
poſtquam plures vacant, Vel citra talem conſuetudinem, ve-
ra eſt ſolutio præcedens, hæc procedunt in eccleſijs habētibus
certum numerum, & ſic erat hic, probat verbum, vacaſſent,
quia vbi nō eſt numerus, nec vacatio. de conceſ. præben. ex par
te. Oppono ſecundo in verſ. cum autem, ꝙ excommunicatio
in clericos, & Burgenſes non valuerit, quia non fuerunt nomi
natim excommunicati, ſed ſolus Petrus, ſic non fuit præmiſſa
monitio contra c. ſacro, inf. de ſen. excomm. Sol. ſtat, ꝙ clerici
& Burgenſes fuerunt excommunicati generaliter, tamen pre-
miſſa monitione, ſcilicet generali, ſup. de offi. ord. ſi ſacerdos,
inf. de ſen. excomm. cum non ab homine, & c. a nobis, nec de
excommunicatione illorum aliquid ad propoſitum. Opp. ter-
tiò, ꝙ magiſter P. non debuerit excommunicari, quia faueret
excommunicatis, licitum eſt enim excommunicato ſe defen-
dere, ſup. de iud. intelleximus, & per conſequens etiam condu
cere aduocatum, qui ei faueat in cauſa, ergo ſaltem eo caſu
fauens non debet excommunicari. Sol. ſta cōtrario ſecundum
Hoſt. ſi excommunicatio fuit iniuſta: ſi autem iuſta, ſecus, vel
etiam ſi iuſta, tamen poteſt, cum liceat, ſe defendere non obſtā
te excommunicatione, ſic & per conſequens, & defendenti aſ
ſiſtere. Sed ſecundum Hoſt. ſi conſtaret, ꝙ iniuſte ſe defende-
ret, abſtinebit aduocatus, etiam ſi notitia ſuperueniat poſt in-
choatum iudicium. C. de iud. l. rem nō nouam. §. patroni, ſup.
de ſym. per tuas. 2. quia debet ſequi conſcientiam, de præſcri-
ptio. c. finali. Oppono quartò in fine, ꝙ ſuffecerit probatio, ꝙ
magiſter P. fuerat excommunicatus ante inueſtituram, præſu
mitur enim durare excommunicatio, niſi probetur ſublata,
pro hoc regula ſemel, lib. 6. ſimile dicimus, ꝙ ſufficit probare,
quem fuiſſe dominum, vt præſumatur & hodie dominus. l.
ſiue. C. de probati, dixi in c. olim, 3. ſup. de reſtit. ſpo. glo. vlt. ſtat
contrario, ad quod tamen ſup. ad ſolutionem opponit de c. in
præſentia, inf. de ſenten. excomm. & illud proptie non obſtat,
nec venit ad hoc, ſed aliud, vt ſtatim dicam, ideo melius proſe
quere, vt in gl. penul. Inn. vero dicit idem. Et ad textum reſpon
detur, ꝙ pœnitentiarius ſe aſtrinxit ad probandum excommu
nicationem tempore inueſtituræ, & ſic fuit datus articulus, ꝙ
tempore

ADDITIO.

a Pro beneficijs. Adde gloſ. in c. ſciant, de elect. lib. 6. not. in c. cum eſſent, de ſymo.

Digitized by Google

tempore inueſtituræ erat P. excommunicatus, teſtes autem ſo
lum dixerunt de excommunicatione, ſed non ꝙ tempore in-
ueſtituræ, & ſic extra articulum, & per conſequens non iurati,
ſup. de teſtibus. Hic ſolum tollitur, quia ſi dixerunt de excom-
municatione præcedenti, per conſequens inferebatur eam du
rare, tamen no. illud dictum Inn. Ex quo collige, ꝙ qui ſe obli-
gat ad aliquid probandum, debet probare formaliter, & non
præſumptiue, vel aliter ſecundum Innoc. hic non fuit probata
excōmunicatio P. quia nec probatum fuit, ꝙ fuiſſet facta, hæc
repugnat textui ibi, per pœnitentiam teſtes intelleximus. Te-
ne ergo, ꝙ ſufficit probare excommunicationem, & ita hic
ſufficiebat, ſed ex aduerſo probata fuit abſolutio præcedēs in-
ueſtituram, ex qua fuit ſublata præſumptio de duratione excō
municationis. Opp. quintò, vt gl. vlt. de c. in præſentia. Solue, ꝙ
ſufficit probare, quem fuiſſe habitum pro abſoluto ſecundum
Inn. & hoc probatur probando, ꝙ excommunicator ſibi com
municauit, ita dicit Inn. Hoſt. dicit hoc procedere in facto an-
tiquo, non recenti, de hoc dic vt inf. de ſen. exc. ſi ante, & in cle.
ſi ſummus, de ſen. exc. Et poteſt dici, ꝙ licet non ſit plena pro-
batio, eſt tamen præſumptio, & excludit aliam præſumptio-
nem, quæ erat, vt quondam excommunicatus præſumeretur
excommunicatus. Ad hanc materiam, quod notauit Archid.
63. diſt. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſus celebrans fit irregularis.*
2 *Excommunicari per epiſtolam an quis poſſit.*
3 *Ignorantia quid ſit.*
4 *Ignorantia ad hoc vt dicatur probabilis, quid requiritur.*

APoſtolicæ. Qui probabiliter ignorans ſe
ſuſpenſum celebrat, non fit irre
gularis. Secus ſi non probabiliter, habet duo dicta,
vel vnum bimembre ibi, ſecunda, ceterum. Pars
huius, vt dicit gloſ. ſup. de excep. apoſtolicæ. Ignari, ꝙ præſumi
tur, niſi doceatur de contrario, regula ignorantia, lib. 6. Not. ꝙ
1 ſuſpenſus † celebrans fit irregularis, [a]quando ſcienter vel etiā
a ignoranter ignorantia non probabili. Nota, ꝙ in pœnis eccle-
ſiaſticis minus probabiliter ignorans æquiparatur ſcienti, qđ
ſingulariter notat hic gloſ. probabilis ibi, apoſtolos, primæ ad
Corinthios primo, ibi c. primo, facit etiam contra, dic vt in gl.
fi. Oppono primò in principio, ꝙ etiam ſi ſcienter celebraue-
rint, non ſint irregulares, quia non quælibet ſuſpenſio inducit
irregularitatem, de ſent. excomm. is qui, & c. is cui, lib. 6. Quan
doque enim fit ſuſpenſio ab actu, vt ſi doctor ſuſpenditur a le-
ctionibus, & multa ſimilia dari poſſunt de quibus in clemen.
cupientes, in glo. nota nouam, de pœnis. Sol. ſupplet Innoc. ad
textum, ꝙ fuerant ſuſpenſi ab officio. quid ſit ſuſpenſio, dicam
in c. ſequenti, intelligo ab officio ſimpliciter, & ſic compræhē-
debat ſuſpenſio adminiſtrationem diuinorum eſſe prohibitā.
Opp. ſecundò, ꝙ ignorantia non excuſat, nam etiam ignorans
ligatur per cenſuram eccleſiaſticam, ſup. de ap. cum ſit roma-
na in fi. 2. quæſt. 1. de manifeſta, vbi probatur, ꝙ ignorās poteſt
abſolui, ergo & excommunicari, argumento a paritate ratio-
nis, pro hoc quod no. gl. ſup. de maio. & obe. cum inferior, & in
d. c. de manifeſta. Opp. tertio ad idem 11. q. 3. cum aliquis. Sol.
ignorantia non excuſat quantum ad euitandum vinculum cē
ſuræ, quia inducitur etiam in ignorante, vt in contrarijs, ſed
quantum ad euitandum pęnam ſi non obſeruatur, excuſat vt
hic, quod proſequitur gl. pro hoc infero, ꝙ ſi excōmunicatus,
qui hoc ignorat, aliquid agit, quod ſi ſciret, non valeret, vt qa
impetrat reſcriptum, de reſcriptis, c. 1. lib. 6. vel eligitur, inf. c.
proximo, vel quid ſimile, quamuis ignoret, eodē modo ſunt
nulla, & idem in ſuſpenſo, vt tenet hic gl. Opp. quartò in ſecun
da parte, c. ꝙ ignorantia etiam craſſa excuſat, quia aliquando
requiritur dolus, vt in grauibus delictis. Sol. verum eſt, ꝙ inter-
dum ignorantia craſſa non æquiparatur ſcientiæ, quod proſe-
quere per Dynum in regula, ignorantia, lib. 6. ſed in irregulari-
tate contrahenda comparatur ſcientiæ vt hic, vnde no. ex iſto
tex. quantum ad pœnas cenſuræ eccleſiaſticæ idem eſt ſcire,
vel ignorare minus probabiliter, quod ſingulariter ꝓbat hæc
litera. Quæro primo de ratione huius deciſionis in vtroque
membro. Solue vt in gl. 2. circa finem, in verſ. & ideo non im-
putatur, quæ inter cætera dicit, ꝙ probabilis ignorantia facit,
ꝙ excommunicatio non trahit ſecum executionem, quod eſt
verum non quidem ſingulariter, trahit enim executionem, vt
dixi in primo contrario, & in ſecundo plenius quò ad omnes
inhabilitates, quæ cauſantur ab excommunicatione, vel ſuſpē
ſione, ſed quò ad nouas incurrendas propter cōtemptum ex-
cuſat ignorantia, vt ſupra dixi. Quæro ſecundò, an per epiſto-
2 lam † poſſit quis excommunicari, gl. tenet, ꝙ ſic, & dic vt in ca,
quam ſigna. quia ſingularis in hac compilatione, & de hoc p
Archid. 2. q. 5. quantum 1. Quæro tertiò, quia hic fit mentio
de ſuſpenſione, quæ ignoratur, quid econtra, ſi putatur ſuſpen
ſus, qui non eſt, dic, ꝙ valent omnia geſta cum eo, vt tenet Ar-
chid. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus, nec mirum, non enim ſurgit in-
habilitas, ſi non ſubeſt cā, cum regulariter quilibet ſit habilis,
ſup. de præſump. c. ſi. Quæro quartò, quid eſt ignorantia, igno-
3 rantia † eſt quod verbum ſonat, neſcientia. Reperitur ignoran
tia, error, & titubatio, ignorantia eſt, vt dixi, ſup. neſcientia, i.
carentia ſcientiæ, ignorare enim idem, quod cognoſcere in-
de, gnatus, i. ſciens, ignarus, i. non gnarus, licet interdum aliter
ponatur pro proprio nomine, ſup. de libel. obla. c. 1. hæc igno-
rantia diſtinguitur ſecundum accidentia, quādoque enim eſt
probabilis, de qua loquitur prin. c. 1. quæ ex probabilibus cōie-
cturis ſurrexit, vt quando eſt aliquid conſiſtens in facto, ꝙ non
teneor iudagare, & eſt factum nō notum, ſup. de poſtula. c. pri-
mo, ſicut cum abſens excommunicatur, vel ſuſpenditur, nec
ſententia talis publice promulgatur, ita intellige principium
iſtud, & excuſat. Alia eſt ignorantia non probabilis, i. non ſur-
gens ex probabilibus cauſis, & hęc hēt multiplex vocabulum,
conſiderata cauſa diuerſa, ex qua ſurgat. Aliquando enim ſur-
git ex propoſito, vt quia aliquis eligit ignorare, pone audiens
edictum pretoris, vel epiſcopi obturat aures, ne intelligat, vel
ingreditur domum, vt non audiat, iſta eſt ignorantia, quæ po-
teſt vocari formalis, & quomodo tu voces, eſt ignorantia dire-
cto voluntaria. Quandoque non eſt directo voluntaria, ſed in-
directe. Aliquis inebriatur, adeo, ꝙ pendente ebrietate non in-
telligit edictum publicum, hæc ignorantia eſt voluntaria, ſed
indirecte ſcilicet quia non directe voluit ignorare, ſed voluit
inebriari, ad quod hoc ſequitur. Et hæc vocatur ignorantia vo-
luntaria indirecta, & hæc vocatur in iure aliquando craſſa. Si-
cut enim ex craſſitudine impeditur intelligentia, vt dicit ca-
non: ita hæc dicitur craſſa. Vel aliquādo dicitur ſupina, quaſi
ſicut negligens deſcribitur ſupinus, vt quia ſtat in cubili ſupi-
nus, ita iſte, qui dat cauſam ignorantiæ tam probabili, quam
non probabili. Diſtinguit Dyn. quando excuſat in regula igno
rantia, & inter cætera diſtinguit, an tractetur de lucro captan-
do, an de damno vitando. In quo nota, ꝙ non refert, an tra-
ctetur de lucro, an de damno habente ortum a lucro. ff. de ac-
qui. hæred. l. ſi duo, vbi glo. notabilis, quod tenet ibi Dynus in
regula ignorātia, & Io. And. de elect. c. fi. lib. 6. Reperitur error,
qui differt ab ignorantia, qa ignorantia eſt mera negatio ſcien
tiæ. Sed error eſt, cum aliud pro alio putatur 38. diſt. quamuis,
& ꝙ differant ignorare, & errare probat tex. ff. de acqui. poſ. l. ſi
me in vacuam. Reperitur titubare, quando inter plura quis ti-
tubat, quaſi tremens errat, ſeu dubitat ad quid applicet ani-
mum, vnde dicimus teſtem titubare, quādo tremendo loqui-
tur, ad hoc quod no. ſup. de teſti. cog. pręterea, de verbo vacilla
4 re. Quæro, quid requiritur, vt ignorantia † cenſeatur probabi-
lis. dic, ꝙ requiruntur, vt ignorans non ſit nimis diſſolutus, & ne-
gligens. ff. de iur. & fac. ign. l. nec ſupina. Non autem requiritur
nimia diligentia vt ibi, de hac materia 2. q. 1. quantum. in Spe.
de legato. §. iuxta, verſ. vt autem. Et ſigna gl. 2. in fi. in eo, quod
dicit cenſeri ignorantiam craſſam, ſi quis ignorat id, de quo
eſt fama, ad hoc de poſtula. c. primo, vbi hoc probatur.

ADDITIO.

a Irregularis. Adde Innoc. in c. ſicut de coha. cle. & mulie.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus minori non eſt prohibitus a communione ſacramentorum, niſi paſſiue.*
2 *Suſpenſio quid ſit.*
3 *Interdictum quid ſit.*
4 *Irregularis quid ſit.*
5 *Excommunicatio minor an poſſit ferri a iudice.*
6 *Excommunicatus minori an prohibeatur eligi ad quodcumque beneficium.*

SI celebrat. Optima deciſio plura noua cō-
tinēs, habet quinque dicta, quæ
patent in litera ibi, ſecunda nec eligere, ibi tertia
vel ea, ibi quarta, ſi tamen, ibi quinta, peccat, vel
diuide formaliter in duas partes, ſecunda in §. peccat, vel etiā
aliter poſſet diuidi, & non refert. In ſumma dicit. Excommu-
nicatus minori ſi celebrat, nō fit irregularis, ſed peccat: poteſt
eligere, & quæ ſunt iuriſdictionis exercere, ſed non eligi, & ſic
confert ſacramēta, & licet peccet, valet collatio, hoc dicit. No-
ta de irregularitate de qua inf. dicam, & fit mentio hic, & vi-
des, & in c. is qui, & c. is cui, lib. 6. Item ꝙ aliquando aliquis eſt
ineligibilis paſſiue, & non actiue, ſimile, ſup. de elect. cum vin-
tonien.

1 tonien.& quod ibi no. Nota, ꝙ excommunicatus † minori nõ
eſt prohibitus a communione ſacrorum, niſi paſſiue. Nota, ꝙ
reperitur excommunicatio, & hoc duplex, maior, inf. de ſen.
excom. ſi quem, & minor, vt hic in prin. Reperitur etiam ana-
thema, de qua quid ſit, inf. dicam, & no. ſup. de iud. cum nõ ab
homine. Ad euidentiam iſtius c. & materiæ ſuę, & plurimorũ
c. tam in decretis, quam in hac compilatione, & ſexti & clemẽ
tinarum, & ad tollendum magnam inuolutionem, quę ſurgit
ex promiſcuitate vocabulorum, quia ſententiæ cenſuræ in ali-
quibus æquiparantur, & habent quo ad aliquid eundem effe-
ctum; præmitto, ꝙ inter pęnas eccleſiaſticas, de quibus plene p
Inn. de accuſa. qualiter, el. 2. & per Hoſt. in ſumma de pęnis, eſt
pęna cenſuræ eccleſiaſticæ, quæ impropriè eſt pęna, cũ ſit me-
dicina: expedit enim homines eas pati, vt ſalui fiant, de ſen. ex.
c. 1. lib. 6. hæc pęna cenſuræ nõ dr̃ propriè ſententia, vt no. in c.
1. de re iud. lib. 6. ſed vocatur cenſura eccleſiaſtica, inf. de verb.
ſig. quærenti. Aliqñ vocatur eccleſiaſtica diſciplina, ſup. de cõ-
ſue. cũ inter. ibi, ne tuus eccleſiaſticæ diſciplinæ. Aliqñ vocatur
animaduerſio & ſic quo ad alios hæc eſt triplex, ſ. excõicatio,
ſuſpenſio, & interdictum, de prima, & ſecunda habes in rubro
de excõicato, & interdicto, ſed in effectu compræhenditur &
ſecunda, de qua ſup. eo. c. 2. & ſup. c. proximo, & in alijs c. de q-
a bus videamus quid nominis. Excõicatio [a] eſt cenſura eccleſia-
ſtica excludens a cõione, hęc aliqñ fertur cum ſolemnitate, de
qua 11. q. 3. debẽt, & vocatur anathema, i. ſolemnis excõicatio.
Aliqñ ſine ſolennitate, & tunc aliqñ excludit a cõione homi-
num, & ſacramentorũ, & vocatur maior excõicatio, aliqñ ab
altero tantũ excludit, vt a cõione ſacramentorũ, & hæc voca-
tur minor, quæ ẽt ab hoĩe ferri põt, ſi hoc exprimit. In dubio
enim verbum, excõico, intelligitur de maiori, inf. de ſen. exc. ſi
quem, ex quo c. probari vr̃ ꝙ excõicatio minor excludit a par-
ticipatione ſacramẽtorum, maior a cõione hoĩum, ſed maior
compræhendit minorem vt ibi, minor non maiorem vt hic.
b De ſuſpenſione dic, ꝙ ſuſpenſio [b] † eſt cẽſura eccleſiaſtica ſub-
2 trahens facultatẽ adminiſtrandi ſacramenta eccleſiaſtica, hæc
deſcriptio deſcribit ſuſpenſionem, quatenus eſt ſpẽs cenſuræ,
põt enim ſuſpenſio accipi gñaliter pro quacunq; ſubtractione
habilitatis, & pro quacunque prohibitione de exercẽdo id, qđ
aliquis poterat, vt cum nunc poſſis accedere ad plateã, ſi ſuſpẽ-
deris a iudice ab acceſſu. Similis prohibitio, ſup. de iureiurã. ve-
niens, de non accedendo ad conſilium. Et ſm̃ hoc ſurgit mul-
tiplex ſuſpenſio, de qua dr̃ in iure, & gl. colligit in cle. cupiẽtes,
in gl. non nouam. Sed nos loquimur de ſuſpenſione ſolũ qua-
tenus eſt ſpecies cẽſuræ, & hæc differt ab excõicatione, tum in
vocabulo, tũ in effectu, quia excõicatio tollit cõionem, ſuſpen
ſio non. Item differunt, quia ſuſpenſio propriè fit de clericis.
Excõicatio vero ẽt de laicis. Sed laicus propriè nõ ſuſpenditur,
ſup. de vſuris præterea, ratio, quia cum non habeat ordines, nõ
eſt, in quo ſuſpendatur. Suſpendere eſt impedire id, quod com
c petebat. Reperitur interdictum, [c] † quod eſt tertia ſpecies cen-
3 ſuræ, & deſcribitur per Io. cal. in tractatu de eccleſiaſtico inter-
dicto & poteſt deſcribi, quatenus eſt ſpecies cenſuræ ſic. Inter-
dictum eſt prohibitio ſuper diuinis nõ adminiſtrandis, vel ali-
ter ſic. Interdictum eſt cenſura eccleſiaſtica prohibẽs admini-
ſtrationem diuinorum, hoc differt ab excõicatione, quia per
interdictum nunquam tollitur cõio hominum, differt a ſuſpẽ
ſione, quia interdictum cadit in rem inanimatam, vt in locũ,
de ſen. exc. ſi ciuitas, ſed ſuſpenſio non propriè loquendo, licet
impropriè qñque ſuſpendantur diuina in eccleſia, ſed hr̃ reſpe
ctus ad perſonas. Item per hoc differt interdictum ab excõica-
tione, quæ ẽt non cadit in rem inanimatã, de ſen. exc. romana.
§. in vniuerſitate, lib. 6. pñt & aliæ differentiæ aſſignari, ſed hæc
ſufficiant, & de hoc in tractatu illo Io. cal. & per dominum Io.
de lig. in tractatu de cenſura eccleſiaſtica. Inter has ſpecies ſunt
ẽt aliqua conuenientia, quia a populo non ſuſpendit executio-
nem alicuius catum, ſup. de appel. ad hęc quoniam, inf. de ſen.
excom. is qui, lib. 6. & aliquæ aliæ colliguntur in iure. Hoc præ-
ſuppoſito præmitto & aliud, quia in iure fit mentio de irregu-
d laritate, [d] ꝙ licet irregularitas poſſit accipi multipliciter [e] pro
e omni receſſu a qualibet regula, ſeu ordine, hinc poſſemus dice
re irregulares caſus, qui non compræhenduntur ſub regula, &
ſic de ſimilibus, tamen quatenus in iure canonico de ea fit mẽ
4 tio, irregularitas † eſt inhabilitas canonica, per quam quis ex-
cluditur a regula promotionis, ſeu ordinum, vbi ſciendum, ꝙ
in ordinibus eccleſiaſticis, & promouendis ad ordines dantur
plures regulæ, vna generaliſſima, ꝙ ſint immunes ab omni cri
mine, & imbuti virtutibus, ſcilicet omnibus, non enim poteſt
haberi vna virtus, quin habeantur omnes. ſexto Ethicorum, &
dicit etiam Cicero ſecundo officiorum. Rõ. ſi quis haberet
omnes virtutes, & eſſet vitioſus vnico vitio pone auaritia, il-
lud deſtrueret omnes ita, ꝙ nullam haberet. Nam ſi dicis eum
prudentem, ego negabo, derelinqueret enim prudentiam, vt
aſſequeretur pecuniam, idem de iuſtitia, ergo nullam habet,
quia virtus eſt habitus perpetuus. Sicut dicit lex, ꝙ iuſtitia eſt
conſtans & perpetua voluntas &c. de hac regula, ſup. de elect.
cum in cunctis, & in pluribus c. Irregularis autẽ dicitur extra
hanc regulam quilibet criminoſus quocunque crimine etiam
leui. Eſt & alia regula minus generalis, vt promouendi ſint im
munes a crimine mortali, ſup. de temp. or. c. ſi. Eſt & alia regu-
la magis ſpecialis, quæ enumerat crimina & defectus, qui ex-
cludunt promouendos, quæ ponitur a 25. diſt. incluſiue vſque
ad 50. & in tit. de temp. ord. & de æta. & qualit. & in ſimilibus.
Et ſecundum hanc vltimam propriè capimus in iure irregula-
ritatem, id eſt inhabilitatem, per quam quis conſtituitur extra
talem regulam. His præmiſſis tu habes primam concluſionẽ
in textu, ꝙ excõicatus minori ſi celebrat, non incurrit irregula
ritatem vllam, quia tex. dicit nullius, intelligo de irregularita-
te propriè ſumpta. Sed attenta generali irregularitate, bene in-
currit, quia peccat grauiter, vt in tex. id eſt materialiter. Ad hãc
concluſionem opp. primo de c. primum, 25. diſt. vbi apparet,
ꝙ criminoſi ſunt irregulares, propter hoc cõtrarium dixit Pe-
trus, ꝙ non incurrit irregularitatem maiorem, ſed minorẽ ſic,
de qua loquitur contrarium. Hæc ſo. reprobatur in verbo, nul-
lius. Hoſt. aliter ſoluit, ꝙ non incurrit irregularitatem, ſ. indi-
ſpenſabilem, ſed diſpenſabilem ſic ab alio, quam a papa, de re
iud. c. 1. lib. 6. de ſen. exc. c. 2. eo. lib. dic, vt dixi melius, quia con-
tra ſolutionem Hoſt. obſtat ẽt verbum, nullius, propterea dic,
ꝙ hic de irregularitate propriè & ſtricte ſumpta. Opp. ſecundo
ad idem, ꝙ non ſit dare excõicationem minorem, quia nomi-
ne excõicationis intelligitur de maiori, inf. de ſent. exc. ſi quẽ.
Sol. facit pro, non contra, vt etiam reperiatur minor, dic ergo,
ꝙ reperitur minor, vt dixi in euidentalibus, & de hac nõ eſt in
vſu, vt feratur ab homine, ſed fertur a iure contra participantẽ
excõicato, ſup. de excep. a nobis, inf. de ſen. exc. nuper, & c. a no
bis. 2. Opp. tertiò tunc ad hanc ſolutionem, talis enim excõica-
tus minori a iure eſt ſuſpenſus a iure 11. q. 3. ſi quis præsbyter,
& c. ſequenti, ergo fit irregularis celebrando, de re iudi. c. 1. lib.
6. & de ſen. excom. c. 1. & c. is qui, eo. lib. inf. de exceſ. præla. tan-
ta. Sol. vtrum ſuſpenſus a canone celebrans fiat irregularis, eſt
multiplex opinio, & inter cætera Inn. hic ſentit, ꝙ non: ex quo
infertur, ꝙ fornicator notorius celebrans non erit irregularis.
Sed idem Inn. aliter dicit in c. ſicut, de coha. cler. & in dicto c.
1. de re iud. lib. 6. vnde poteſt dici, ꝙ aliquando ſuſpenſio indu-
citur a iure propter crimen, quod de ſe operatur hanc irregu-
laritatem, ſicut quando ſunt crimina, quæ impediunt execu-
tionem ẽt poſt peractam pœnitentiam, vt homicidium & ſy-
monia, de accuſa. inquiſitionis, & tunc planum eſt, talem eſſe
irregularem. Aliquando propter aliud crimen, & tunc ponde-
randa eſt forma verborum canonis. Si enim ſuſpendit ab offi-
cio ipſo iure quò ad ſuſpenſum & quò ad alios, celebrans erit
irregularis, caſus eſt in c. 1. ſcilicet cum æterni, de re iudi. lib. 6.
& c. 1. de ſen. excom. eod. lib. Aliquando forma ſuſpenſionis ſe
habet aliter, & tunc non incurritur irregularitas. Et circa iſtam
irregularitatem prolixam, & vtilem diſtinctionem tradit hic
Io. cal. quam omitto. Sed inter cætera tene hanc regulã, ꝙ nun
quam incurritur irregularitas, niſi in caſibus in iure expreſſis,
probat eam tex. in c. is qui, de ſent. excom. lib. 6. in verſ. nec eli-
gere. Dicitur hic ꝙ ille qui eſt excommunicatus minori eligit
&c. Oppono ꝙ ſi eligit, electio non teneat, ſup. de elec. cum in-
ter. R. de conſue. cum dilectus, de conceſ. præben. quia diuerſi-
tatem, gl. 3. ſoluit, quæ in effectu hoc vult, ꝙ quando aliquis eſt
ſuſpenſus a diuinis, & a participatione ſacramentorum, & ta-
lis non eligit, nec eligitur, & celebrans fit irregularis: ſic loquã-
tur contraria. Quandoque a participatione ſacramentorum
tantũ & talis eligit, ſed non eligitur, vt in tex. qñ ſuſpenſio pro-
uenit a canone ꝑꝑ participium excõicati, ſed ſi ꝑꝑ aliam cãm,
vt quia ꝑꝑ crimen, tunc eligit & eligitur, vt dicit gl. vlt. dictum
eſt verum, niſi ſint crimina, quæ inducant nullitatẽ electionis,
de quibus in c. cum in cunctis, ſup. de elect. Opp. quarto in eo,
ꝙ textus ponderat ſcientiam eligentium, quia ẽt ſi ignorarẽt,
electio de excõicato eſt nulla, vt d. c. cũ dilectus, de conſue. nec
ignorantia eligentium facit eum habilem. de elec. innotuit, gl.
in verbo ſcienter. ſtat contrario dicens ponderari ſcientiam re
ſpectu electi excõicati. Vel dic ponderari reſpectu eligentium,
qui

ADDITIO.

a Excõmunicatio. Adde Hoſt. in ſumma tit. de ſen. exc. & per doct. in rub. eo. tit.
b Suſpenſio. Adde Car. in c. veſtra in 6. oppo. de cle. exc. min.
c Interdictum. Adde c. tanta. de exceſſibus præla. Car. in cle. 1. de ſent. excom. in 3. quæſt.
d De irregularitate. Adde, quid ſit irregularitas, vide per Inn. in c. niſi cum pri-dem. in §. perſonæ, de renunc. Car. in cle. 1. de hom. in 15. q.
e Multipliciter. Adde Card. in cle. 1. in 4. no. de homi. & diffuſe per Car. Alex. 50. diſt. in gl. ſummæ in 3. col. verſ. quæritur tertio.

qui ſi ignorarent, non incurrunt aliquã pęnam. Secus ſi ſciant, de elec. cum in cunctis, & quod ibi no. Vel tertiò dic põderari ſcientiam, quia ſi tenemus, ꝙ electio nõ ſit nulla ipſo iure, ſed irritanda per ſñiam, vt exprimit litera, poſſemus dicere hãc eſſe pęnam, vt in contumaciam ſcienter eligentium. Sed cõiter dr̃, ꝙ electio eſt nulla, vnde exponit Hoſt. irritandam, i. irritam nunciandam, tene ergo præcedentes. Inn. tamen hic expreſſe dicit. Excõicatũ minori non eſſe ſuſpenſum a canone directe: ſed a Deo tanquã criminoſus: ſed a canone quaſi per accidens. Et facit differentiam inter ſuſpẽſum a Deo, quales ſunt criminoſi, ſup. de cohabi. cle. veſtra, de temp. ord. c. fi. & tales celebrãdo non fiunt irregulares, & ſuſpenſum a canone, qñ ſ. canon directe ſuſpendit ab offõ, & tunc celebrans fit irregularis, de ſen. exc. c. primo lib. 6. de re iud. c. 1. in fi. eo. lib. Et ſuſpenſum ab homine, & tunc aut a iudice, & fit irregularis, ſup. eo. c. 3. cũ ſimilibus, & hic in prin. a contrario ſenſu. Aut a cõfeſſione in foro pñiali, & celebrans non fit irregularis, ſed vt ſup. dixi in principio textus. Regula optima eſt, ꝙ nunꝗ incurritur irregularitas, niſi cum eſt iure expreſſum, de ſen. exc. is qui, lib. 6. Ex quo c. & ex qua regula dicere poſſumus, ſuſpẽſum ab offõ: ſiue a iudice, ſiue a canone celebrãtem poſtea fieri irregularẽ. Idem ſi ſit ſuſpenſus ab his, quæ concernunt officiũ diuinum, vel tanꝗ præparatoria, vt ſi eſt ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, quia celebrans in ea fit irregularis, de ſen. exc. is cui lib. 6. De alijs ſuſpenſionibus, regulariter nunꝗ incurritur irregularitas, niſi in iure ſit expreſſum. Quantum aũt ad id, qđ dicebatur de electione facta de excõicato minori. Inn. hoc in additione dicit electionẽ factam de tolerato ab eccleſia, ẽt ſi de hæretico vel excõicato, ẽt ſi ab hæreticis vel excõicatis, dum tñ toleratis, valet, vt contrahatur matrimoniũ ſpũale, donec paleæ ſeparentur a granis, de conſecr. diſt. 4. cum baptizat, i. boni a prauis, & ſm̃ cum talis electus eſt ſponſus eccleſiæ miniſteralis, verus aũt ſponſus eſt Chriſtus, vnde apoſtolis, deſpondi vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto, 26. diſt. acutius hæc materia tractatur in c. cũ in cunctis, vbi cõcluditur certa eſſe crimina, quæ reddunt electionẽ nullam. De excõicatione aũt, ſi eſt maior, electio eſt nulla, vt in c. cum inter, eo. tit. Si minor quantum ad eligẽtem nihil impedit, vt hic, ſed talis excõicatꝰ eſt ineligibilis paſſiue, & cõiter ap̃pbat, ꝙ electio ſit nulla, qđ tenet Hoſt. vt dixi, hoc approbo, quia ſicut excõicatio maior inducit nullitatẽ electionis actiuè, & paſſiuè, ita & minor debet inducere paſſiuè, qa excõicatus minori eſt excluſus a participatione ſacramẽtorũ, quę in perceptione conſiſtit, electio aũt ad hoc ordinat electũ, & hæc eſt rõ, quã reddit textus. Opp. quinto in verſ. peccat, ſi n. peccat conferendo ſacramenta, ergo collata non habent effectum. Item cum ſit ſuſpenſus a participatione ſacramentorũ, ergo a collatione, in qua eſt participatio. 81. diſt. eos. Sol. ſecundum Inn. licet ipſe prohibeatur conferre, ſubditi non prohibẽtur capere, vel ſm̃ Hoſt. qñ confert alijs proprie nõ participat, quia non ad vtilitatem ſui. Declarando ambas ſolutiones, participate ſacramẽtis eſt proprie in ſola perceptione, vt dr̃ in textu, ibi quæ in ſola conſiſtit perceptione. Ratio, quia conferens non participat, ſed miniſtrat, recipiens vero participat, i. partẽ capit. Modo excõicatus minori eſt ſuſpenſus a participatione, i. perceptione, non aũt a collatione, ſed quia collatio indirecte habet quandam participationem, ideo peccat miniſtrando, ſed collata non carent effectu, intelligo ſi ab ignorantibus recipiuntur, alias licet haberent effectum, tñ ſcienter recipiẽtes ẽt peccant.
5 Quæro circa principium, c. an excõicatio † minor poſſit ferri a iudice. Pau. de eleaza. tenuit, ꝙ ſic, quod tenet dominus meus in tractatu de cenſura eccleſiaſtica, & probatur in c. ſi quem, inſ. de ſen. excom. vbi dicit tex. ꝙ ſi iudex dicit, excommunico, intelligatur de maiori, permittit ergo, vt etiam minori excommunicari poſſit, ad hoc etiam quod ibi no. Et de hac minori lata ab homine 5. q. 2. præſenti, & q. 7. in loco cum ſimilibus. Quæro in verſ. ſi tamen, nunquid excommunicatus
6 minori prohibetur eligi ad quodcũque beneficium. Inn. dicit, ꝙ ſic, ſecundum quem nec etiam ad ſimplicẽ clericatum poteſt eligi. Sit ergo cautus eligendus, vt confiteatur prius, & faciat ſe abſolui. Plurimæ quæſtiones poſſunt formari circa materiam irregularitatis, ſed dicam in c. fi. inſ. de exceſ. præla.

De clerico non ordinato miniſtrante. Rubrica.

Viſo de ordinatis, qui poſt interdictum celebrant, videndum eſt de ordinatis, qui celebrãt, vel officium ordinis, quem non habent, exercent.

SVMMARIVM.

1 *Temeritas eſt ingerere ſe officio, quod ad ſe non pertinet.*

SI quis. Breue eſt, ſed per alia verba, h. d. Clericus miniſtrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, ſuſpẽditur, & ad ſuperiores nõ promouetur. Nota, ꝙ temeritas † eſt ingerere ſe officio, quod
1 ad ſe non pertinet, imo etiam eſt falſitas. Si quis enim ſe gerit pro milite, & vtitur militaribus inſignijs, cum non ſit miles, punitur pœna falſi. ff. ad l. cor. de falſis. l. eos qui, §. fi. & idem dici poteſt de nõ doctore gerente ſe pro doctore, & vtente inſignijs doctoratus, & quò ad caſum huius c. non excuſat contraria conſuetudo, de conſue. quanto. Oppo. primò, quia cuilibet licitum eſt baptizare cauſa neceſſitatis 30. q. 1. ad limina. Sol. vt in gl. prima, quæ intelligit etiam in caſu non neceſſitatis, & ideo ſta cõtrario & dic, ꝙ ex neceſſitate baptizans meretur ſecundum Tan. Opp. ſecundo, quia ſæpe videmus in eccleſia dici epiſtolam per acolitum, nõ ſubdiaconũ. Sol. illud licet in apparatu non ſolemni, & de hoc no. de vita & hone. clerico. vt quiſque, hic autem loquitur de exercente officium ordinis, quem non habet cum ſolemnitate, ac ſi haberetur. Quæro de qua pęna hic loquitur ibi, abijciatur de eccleſia. Sol. dicit Hoſt. ꝙ excõmunicabitur, niſi ſe correxerit, vel beneficio priuabitur, ſeu deponetur, ar. ſup. tit. 1. c. 3. & c. illud in fi. & c. fraternitati, de hoc, inſ. c. prox. in tex. & in gl. pen. & per illud c. apparet ꝙ debet ſuſpendi quò ad ordinem, quem habet, & ſecundum hoc ſummaui.

SVMMARVM.

1 *Diaconus miſſam celebrans ad ſacerdotium non promouetur, & a diaconatu ſuſpenditur.*
2 *Diſputare quis poſſit cum diacono miſſam celebrante.*

1 EX literis. Diaconus † miſſam celebrans ad ſacerdotium non promouetur & a diaconatu ſuſpenditur ad tempus, ſed in beneficio cum eo diſpenſatur. Communis diuiſio, ſecũda ibi conſultationi. Nota pęnam celebrantis, qui nõ eſt ſacerdos, ſuſpenditur enim triennio, vt hic, & habet communis ſtylus curiæ talem clauſulam. Cum eo ad tempus iuxta arbitriũ tuum ſuſpenſo diſpenſes. Et per hoc dicit Hoſt. ꝙ plus, vel minus temporis poterit epiſcopus arbitrari, quo lapſo & pęnitentia, vel eius parte peracta diſpẽſabit. de temp. ord. ex tenore, inſ. tit. 2. c. fi. Nota, ꝙ cum tali in beneficio diſpenſatur cõcor. in gl. in verbo de beneficio, & pro hoc, ſup. de cle. pugnan. in duello, Henricus, & per hęc iura dicit Inn. & quaſi ſemper licet epiſcopis in beneficijs diſpenſare. Nota in verbo curã. ſecundũ Hoſt. ꝙ medicus ſpiritualis tenetur ad curam diligenter, nec mirũ, quia tenetur etiam carnalis. de homic. tua nos, de æta. & quali. ad aures. Opp. ꝙ ẽt ad ſacerdotium poſſit promoueri tali ẽ per diſpenſationem, gl. in verbo, promoueri, fatetur contrarium, & ſic quod dicit non poterit promoueri, procedit de iure cõi.
2 Quæro tunc, quis † potent in hoc diſpenſare, gl. pen. dicit, ꝙ epiſcopus hoc non poteſt, quia hoc papa ei prohibete vr̃, & ſic innuit ſolum papam hoc poſſe, & hoc tenet Hoſt. & Spe. de legato. §. nunc de epiſcoporum, verſ. 18. quia ſi cum ordinato qui ſuſpenſus celebrat ſolus papa diſpenſat, ergo & cum non ordinato, qui magis peccare videtur, & hoc reſpectu ordinis ſuſcipiendi, quo autem ad beneficium bene diſpẽſat epiſcopus, vt hic. Inn. autem de temp. ord. dilectus, ſimpliciter dicit epiſcopum diſpenſare poſſe cum non ordinato miniſtrante, per hoc c. ſed gl. puto veriorem, cum hic prohibeatur hunc promoueri ad ſacerdotium, & epiſcopus non diſpenſat cõtra canones, niſi cum eſt iure expreſſum, de quo in dicto c. dilectus.

De clerico per ſaltum promoto. Rubrica.

Vidimus de non ordinato miniſtrante, videamus de ordinato præpoſtere, vel per ſaltũ miniſtrante. De materia 52. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ante annos diſcretionis an recipiat caracterem.*
2 *Ordinati ante annos diſcretionis an teneantur ad continentiam.*
3 *Ordinatus in epiſcopum prætermiſſo ſacerdotio, an teneat.*

TVæ literæ. Qui ignoranter per ſaltum de ſubdiacono fit presbyter: poſt pęnitentiam in diaconum ordinatur: & demum ſecum poterit in ſacerdotio diſpẽſari. Communis diuiſio. ſecunda ibi, mandamus. Fecit ignoranter. Boni viri. talibus creditur. de procur. in noſtra. de teſti. in noſtra. Conuerſatus.

Digitized by Google

tus, ſimile de elec. poſtquam. Inferiores ſacerdotio, alias parũ iuuaret excuſatio, ſi poſtea in ætate prouecta ſuſcepiſſet diaconatum, per acta, vel eius parte. Opp. primò, ꝙ debuerit puniri reuelans confeſſionem ſecreto ſibi factam. de penitentijs, omnis. Sol. dic, ꝙ fuit confeſſus vt iudici, non vt cõfeſſori, alias puniretur manifeſtans, niſi eo conſentiente faceret, vt quia confeſſus ſeipſum publicat, & confeſſorem adducit in teſtem, de ſimo. nemo, de adulterijs ſignificaſti. Opp. ſecundo, ꝙ non debuerit audiri dicens, ſe neſcire factum proprium, de reſcriptis, ab excõicato. Sol. vt in gl. prima, quæ fatetur, ꝙ ignorãtia fuerit ſupina, ſic & ſupina eſt, cum quis ignorat nomẽ proprium. C. de hær. inſt. l. fi. tamẽ dic, ꝙ prodeſt ad minorem pęnã ſubeundam, pro hoc quod nota. in regula ignorãtia, lib. 6. Quæro, an
1 ordinatus † ante annos diſcretionis recipiat caracterem, [a] gl. 2.
a dicit, ꝙ ſic, licet non debuerit ordinari, & hodie quò ad ſacros ordines determinata eſt ætas per cle. generalẽ, de æta. & quali. Op. ad hoc, quia non tenet matrimonium carnale ante ętatẽ, de deſpon. impub. de illis, ergo nec ſpirituale, gl. in verſ. licet, & verſ. & ſic, ſoluit, ꝙ nõ eſt ſemper ſimilitudo inter hæc, de hoc
a de ſpon. tuę. Quæro, an ordinati † ante annos diſcretionis tenẽ-
b tur ad continentiam, [b] gl. arguit, ꝙ non, dicit tamen, ꝙ non cõtrahunt matrimonium, deinde in verſ. ſed ęquius, ab hoc recedit, de æquitate, tandem reuertitur ad primum. Et nota ex gl. ꝙ votum continentiæ eſt annexum alicui ordini vt ſacris, de hoc de cle. coniuga. cum olim, ſed in qõne Hoſt. hic & Inn. de temp. ord. vel non eſt compos, tenent ꝙ põt contrahere, ſi contradicit ante pubertatem, & perſeuerat contradicendo vſque ad finem pubertatis, & ſufficit vltimum vt in fine 14. anni contradicat. pro hoc inducit Ion. rõnem, quia ante pubertatẽ non poſſunt ſe aſtringere expreſſe voto continentiæ 20. q. 1. multi, c. 1. multo ergo minus tacite per ſuſceptionem ordinis, dicit tamen Inn. ꝙ finita pubertate non eſt neceſſe hunc interrogari, an velit continere, ſicut interrogatur ingreſſus religionem, ratio diuerſitatis, quia ordinatus ante ætatem recipit caracterẽ, ideo de facili tacite inducitur votum annexum, ſed profeſſus ante 14. annum non eſt monachus, ideo requiritur conſenſus expreſſus, vel ratificatio æquipollens, quod non placet Hoſt. vt vtrunque ratificetur tacite & expreſſe, pro hoc de regula. c. primo lib. 6. Hoſt. dicit quò ad quæſtionem gl. ꝙ poteſt cõtradicere vſque ad finem 14. anni, & poſtea per triduum, argumento de regula. ad noſtram, quod non placet, quia ẽt ſi per momentum completo 14. ſteterit, non audietur, & c. ad noſtram, nihil facit, ſed loquitur in caſu diuerſo, glo. 1. q. 1. pueri, dicit, ꝙ ſi eſt doli capax, obligatur ad votum caſtitatis per ſuſceptionem ordinis ẽt ante pubertatem, ſed per profeſſionẽ non, quia in profeſſione expreſſum eſt, ꝙ non obligetur, & hoc placet, pro hoc de delic. puerorum, c. 1. & 2. Quæro, quibus verbis vtetur ẽps ordinãdo in diaconum. Sol. cum dubitaretur eſſet ordinatus, an nõ, poterat vti illis verbis. Si non es ordinatus &c. ſicut fit in baptiſmo, de baptiſmo, c. 2. & inſtruet ordinandum, ꝙ non intendit dare ordinem, & ſimiliter ꝙ ipſe nõ intendat recipere, quatenus alias fuerit ordinatus. Quæro, nunquid ẽps hoc caſu diſpenſat ſuo iure, gl. vlt. dicit, ꝙ ſic, qđ verũ qñ ordinatus peccauit ignorãter, ſecus ſi doloſe, & ſcienter, quia tunc ſm Hoſt. non diſpenſat, niſi papa, probat, quia iſte offendit titulum præcedentem ex mente, & ſequentem, cum ſcit idem non eſſe ordinatum & eſſe nõ debito modo ordinatũ, ad hoc de transla. inter corporalia, de hoc per Arch. 52. diſt. ſollicitudo. Quæro, quid ſi nullum minorem ordinem habens promouetur ad aliquem ſacrum, gl. eadẽ recitat opi. Hugo. ꝙ nihil recipit, argumẽto 40. diſt. ſicut, vbi de hoc in dicto c. ſollicitudo, deinde cõtrariam Vinc. quæ eſt verior, præſupponendo, ꝙ erat baptizatus, alias eſſet incapax cuiuslibet ſacramenti, de presbytero nõ bap. c. 1. & fi. hoc tenet Inn. & probatur de presbytero nõ baptizato, c. 1. quia tempore apoſtolorum non erant ordines minores, ſed eccleſia eos primò cõſtituit 22. diſt. alias 21. §. primo, & tñ apoſtoli fuerunt ſacerdotes 21. diſt. in nouo. Dicit tñ poſſe dici eccleſiam conſtituiſſe minores ordines antequã aliquis apoſtolus ordinaretur, qđ ẽt ſonat litera, c. in nouo. §. 1. qđ puto verum ſm opi. Vin. quia non eſt maior rõ, quaſi nullo modo ordinatus recipiens ſacrum ordinem nõ recipiat caracterẽ, ꝙ ſi habet aliquem ordinem, ſed nõ immediate præcedentẽ eum, quem recipit, licet Hugutio fecerit hanc differentiam vt in gl.
3 Quæro, ſi quis ordinatur in ẽpm † pretermiſſo ſacerdotio, gl. tenet in fi. ꝙ nõ erit ẽps. Bartho. brixi. 52. diſt. ſollicitudo, tenet cõtrariũ, & ad c. ex literis, de exceſ. præla. vbi, dr̃ in fi. ꝙ pontificale officium ſine altaris miniſterio nõ põt adimpleri. Reſpondetur hoc verum quò ad executionẽ, ſed bene recipitur ordo ẽpalis, qđ tenet Arch. in d. c. ſollicitudo, & Io. An. hic pro hoc ꝙ hic dr̃, quia expreſſe hic probatur, ꝙ omiſſio diaconatus nõ impedit ſuſceptionẽ ordinis ſacerdotalis, ad hoc, 52. diſ. c. vno, qđ tenet hic Io. cal. in additionibus tractans ẽt articulum præmiſſum de nõ habente aliquem minorem ordinẽ, an recipiat caracterẽ maioris ordinis, & concludit, qđ dixi. ſ. ꝙ ſic, recitans B. Thomam quarto ſententiarum, q. 24. art. 5. vbi dicit, ꝙ non eſt de idoneitate ſuperiorũ ordinũ, ꝙ aliquis prius habeat minores, quia poteſtates ſunt diſtinctę, & de ſui natura vna nõ requirit aliam in eodem ſubiecto, & quia poteſtas inferior includitur in ſuperiori in virtute, & ordo cõferendi ordines eſt a canone introductus 28. diſt. de his 77. diſt. c. 1. 2. & 3. Opp. ad hoc, quia gradatim aſcendendum eſt ad ordines vt in iuribus ſtatim alle. Sol. ordines non ſe habent per gradus neceſſario ſubordinatos, licet debeat ſeruari ordo, ſed non impeditur, ſi non caracter ſeruatur his ſuſceptis.

ADDITIONES.

a Caracterem. Adde gl. c. puer 1. q. 1. Car. in cle. 1. in vlt. q. de æta. & quali.

b Ad continentiam. Adde, an promouendi ad ordines debent promittere continentiam, vide gl. in c. epiſcopus benedictionem 77. diſt. glo. in c. vxoratus, de conuer. coniu.

De eo, qui furtiue ordines recepit. Rubrica.

Vidimus de ordinato per ſaltum, videamus de furtiue ordinato. Ad materiã 66. diſt. ſalonitane, vel ſic, vt ſequitur. Sicut ordinatur quis per ſaltum quandoque, & ſic quandoque furtiue &c. Ad materiam 63. diſt. ſalonitane 9. q. 2. Lugdunen.

SVMMARIVM.

1 *Cogi ad religionem an quis poſſit.*
2 *Epiſcopus an diſpẽſare poſſit in ordinibus ſuſceptis cum non transeunte ad religionem.*

VEniens. Qui furtiue recipit ordinem, in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiores aſcendere non poterit, ſi cõtra hoc facientes lata erat excõicatio, & hoc ſine diſpenſatione papæ: ſed ſi excõicatio lata nõ erat, epiſcopus & abbas poterunt diſpenſare, hoc dicit cum duobus ſeqn. Primò narrat factum. Secundò decidit ibi vnde, & ibi diſtinguit, & primum membrum proſequitur, ſecundo ſecundum ibi. Si vero. Et illa pars adhuc ſubdiſtinguit, & vnum membrũ proſequitur, dein
1 de aliud ibi, alioquin. Nota, ꝙ ad religionem † quis non cogitur, ſed monetur ibi, moneas, ſic & ad fidem 45. diſt. qui ſincera, ſic & ad ſacros, hæc enim ſunt voti, non præcepti 32. q. 1. integritas, & hoc in initio, ſed ex quo ſunt ſuſcepta, ſeruãda ſunt 23. q. 5. ad fidem, de regula. c. fi. de cler. coniuga. c. 1. & 2. ſimile in arbitris, & contractibus. ff. de arb. l. 3. §. primo. C. de actionibus & obl. l. ſicut, ſecundum Hoſt. Opp. ꝙ etiam ſi tranſiuerit ad religionem, & fuerit conuerſatus ibi aliquando tẽpore, nõ debuerit permitti diſpenſatio cum iſto, niſi peracta pęnitentia ſibi ob hoc impoſita, vel eius partes, ſup. præcedenti reſponſo. Sol. Hoſt. ſtat contrario. Io. And. dicit caute hoc omiſſum per id, qđ habetur de pęnitẽtia diſt. 1. §. his auctoritatibus, de voto, ſcripturæ, vbi de hoc, vult dicere, quia profeſſio religionis ſuccedit loco pęnitentię, pro Hoſt. tamen eſt, inſ. c. fi. ſed poſſet intelligi, vt concordet, quia ibi de tranſeunte ad religionem tantum, hic de tranſeunte, & aliquanto tempore conuerſante, vt ſic tẽpus hoc cedat loco pęnitentiæ, tamen in dubio verius eſt, quod dicit Hoſt. quia expreſſe dr̃ in dicto c. fi. Quæro, nunquid cum tranſeunte ad religionem in caſu noſtro diſpenſet epiſcopus iure proprio, gl. 3. & gl. fi. tenent, ꝙ non, & idẽ Hoſt. dicens, ꝙ cum furtiue ordinato ẽt ſi excõicatio contra tales lata non fuerit, Romana eccleſia de facili non diſpenſat, niſi religionẽ ingrediatur, hæc opinio gl. probatur melius, inſ. c. fi. ibi de noſtra licentia. Quæro, nunquid † cum non tranſeunte ad religio
2 nem poſſit epiſcopus diſpẽſare in ordinibus ſuſceptis. Sol. tex. hic in fi. innuit, ꝙ ſic, quia prohibet de ſuſcipiendis tantum in verbo promoueri, & ſic ſecus in ſuſceptis, quod tenent Hoſt. & Abb. quod dicit Io. An. verum de prius ſuſceptis, nõ autem de furtiue ſuſcepto, pro hoc præcedẽs litera, quæ generaliter probat epiſcopum diſpenſare cum tranſeunte ad religionem de licentia papæ, vt in qõne præcedenti, ergo cum non tranſeunte non poteſt. Sed cõtra eſt, quia de non furtiue ſuſceptis nihil prohibetur hic, vnde non videtur opus diſpenſatione, niſi dicamus hoc probari expreſſe per c. fi. inſ. eod. ibi ſic ordinati in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non debent ſupplendo tam de ſuſceptis furtiue, quam non furtiue. Quod precedit præſupponẽdo, ꝙ lata eſſet excõicatio contrafacientes ſe ordinari furtiue, quo caſu contrafacientes deponendi ſunt d. c. fi. vbi hoc no. in gl. 2. ſed tunc non poſſet epiſcopus diſpenſare etiam ſuper non furtiue ſuſceptis, cũ ſit factus irregularis, ſup. de cle. ex. mi. c. 3.

nam

nam etiam cum depoſito non diſpenſat epiſcopus, vt ibi no.
oportet ergo intelligi hic, quando non erant excommunicati,
ſed tantum facta cominatio ſub interminatione anathematis
contra eos, ita intelligit Inn. vt dicit gl. 3. in fi. & fuit additio, &
tunc contemptus operatur difficultatem diſpenſandi, de qua
in tex. & hoc caſu de ſuſceptis non furtiue non apparet diſpen-
ſationem fore neceſſariam, de ſuſceptis autem furtiue verum
eſt, quòd niſi cum tranſeunte ad religionem diſpenſat epiſco-
pus, vt probatur, inſ. c. fi.

SVMMARIVM.

1 *Minores ordines de iure communi non poſſunt eadem die conferri.*
2 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum eo qui cœpit hos ſacros ordines eadem die.*

CVm Henricus. Summaui, ſup. c. proxi
mo, primo narrat fa-
ctum, ſecũdo reſpondet ibi, quia vero, & ibi diſtin-
guit & primum membrum proſequitur, ſecundo
ſecundum ibi ſi vero. Receperit, eadē die, vt pone receptis mi-
noribus furtiue ſe immiſcuit inter acolitos qui debebant ad
ſubdiaconatum promoueri & ſecundũ hoc ordinatori igno-
ranti nō imputat qui grauiter puniretur ſi ſciuiſſet & grauius
quam ordinatus tanquam maior, de temp. ord. cum dilectus,
de transla. c. 2. ad fi. In hoc facto, i. exceſſu, quem prædixi. No. ꝙ
1 de iure cōi omnes minores † quatuor ordines non poſſunt ea-
dem die conferri, ſed de conſuetudine ſic, vt hic, tamen gl. pri-
ma colligit, ꝙ de iure fieri poſſit, & inducit de tempo. ord. c. 1.
melius diceret 3. de hoc ibi, vbi dixi de obſeruantia cōcedi pri
mam tonſuram, & quatuor minores eadem die. Tan. tamē &
Vin. dicunt in diebus deputatis ad ordinationes concedi poſſe
quatuor minores ſimul, in alijs ſufficere duos concedi per di-
ctum, c. 3. quod dixi, cōius eſt, vt qualibet die apta cōcedantur
oēs quinque. ſ. quatuor minores, & prima tonſura. Opp. in fi. ꝙ
Abbas non poſſit diſpenſare ſuper ordinibus, cum nec poſſit
eos conferre. Sol. Ala. dixit Abb. iſtũ fuiſſe etiam epiſcopũ, pro
hoc de iud. cauſam Tan. & Vin. dicunt, ꝙ erat ſimplex abbas,
& tunc dic, ꝙ habebat priuilegium ordinādi ſuos monachos,
vel in diſpenſatione epiſcopi requiritur conſenſus abbatis ſm
Ala. & Gof. quod non cōuenit textui dicenti, ꝙ ipſe abbas per
ſe diſpenſet, vnde dic, ꝙ licet non poſſit ordinare, pōt ſuper or-
dinibus diſpenſare, cum ſine ſua licentia non ſint monachi or
dinandi. Item ſufficit, ꝙ hic expreſſe hoc permittitur, alias aūt
dicit Inn. ꝙ abbatibus, & prælatis minoribus epiſcopo oī caſu
diſpenſatio eſt prohibita, vbi non apparet manifeſte permiſſa,
nam grauiora tenentur referre, de offi. arch. c. 1. & c. ad hæc, de
offi. archipresby. c. fi. & idē Hoſt. ad hoc, inſ. tit. primo acceden
tibus, de iud. at ſi clerici, & ꝙ no. de poſtu. præl. c. fi. & de hoc in
Spec. tit. 2. 6. ſunt quoque in fi. Opp. ad hoc, ſup. de præben. cum
non ignores, de ſymo. ex inſinuatione 16. q. 1. eccleſia. Sol. per
illa iura dicūt quidam, vt refert Inn. capitulum diſpenſare, ſed
Inn. dicit, ſe non videre, quomodo illa c. pro eis faciant, maxi-
me aūt vr̄ facere c. ex inſinuatione prealle. ſed reſponde, vt ibi
dixi, & no. præcedens dictum, pro quo eſt, quod notat Frederi-
cus de ſenis in conſilio 135. Quæro, quid ſi iſte recepiſſet acoli-
tatum ſolum cum ſubdiaconatu, dicit Hoſt. ꝙ eodē modo ex-
cederet, licet non intantum, receptio enim plurium ordinum
ſimul intelligitur prohibita, niſi ſit permiſſa, argumētum hic
& inſ. c. proximo, de temp. ord. dilectus, ad hoc de transla. c. 2.
verſ. ſed neque. Quæro, nunquid in minoribus ordinibus, in q-
bus permittitur iſſe celebrare, neceſſaria ſit diſpenſatio aucto-
ritate papæ. gl. 2. reſpōdet, ꝙ ſic, ſi præceſſerat excōicatio vt ſup.
c. prox. alias non. Tan. & Vin. idem tenent, & per hoc infert ali
quo caſu epiſcopum poſſe diſpenſare ſuo iure cum recipiente
minores, & ſubdiaconatum eadem die, qđ tenet Inn. de temp.
ord. dilectus, vbi ſimpliciter dicit, epiſcopum diſpenſare poſſe
ſecundum diſtinctionē decretalis proxime, ſed Hoſt. dicit epi-
ſcopum bene poſſe diſpenſare quò ad minores etiā furtiue re-
ceptos, ſed ſuper ſacris non, ſed ſolus papa, qui ēt de facili non
diſpenſat, vt dixi ſup. c. prox. puto hoc verius, quia hic indiſtin-
cte dicit epiſcopum diſpēſare poſſe in minoribus duntaxat, &
ſic non eſt opus diſtinctione, c. præcedentis. Circa hoc quæro,
quid de recipiente duos ſacros ordines eadem die, quidam di-
2 xerunt, epiſcopum † poſſe diſpenſare cum diſtinctione, c. præ-
cedentis. Spec. tit. 2. §. nunc oſtendendũ, verſ. 52. & 53. & §. nunc
de epiſcoporum, verſ. prohibetur, dicit indiſtincte epiſcopum
non diſpenſare, quod eſt verius, quia fortius prohibetur hoc
caſu quam præcedenti quæſtione, & pro vtroque eſt ratio, qa
cum de iure prohibita ſit ſuſceptio plurium ſacrorum, ergo
non diſpenſat epiſcopus, cum non ſit iure expreſſum, & idem
de recipiente ſacrũ cum non ſacro, vt in præcedentibus qōnib.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus a non ſuo epiſcopo an ſit ipſo iure ſuſpenſus.*
2 *Ordinatus rite habitus longo tempore, an transferant in opponentem onus probandi.*
3 *Electio ſi facta fuit per eos, ad quos de iure communi pertinet, an probari debeat de poteſtate eligentium.*
4 *Sententia ſi dicatur lata a non iudice, quis teneatur probare.*

INnotuit. Summaui ſup. c. primo. Cōis di-
uiſio ibi ſecunda, cōſultationi, &
ibi diſtinguit, & proſequitur primum membrum,
deinde ſecundum ibi, veruntamen, vel ibi ponit di
ctum, a quo excepit ibi veruntamen, pœnitētia, vel eius parte,
de furtis, c. fi. proceſſu temporis, nam ad tēpus tales ſuſpendun
tur, ſup. ti. 2. c. 2. Opp. in eo, ꝙ dicit de rigore iuris ſic ordinatos
in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non poſſe, nam deberent ſu-
ſpendi ſolum ab executione ordinis furtiue ſuſcepti, de temp.
ord. literas. Sol. hic recipit ordines poſt excōicationem, vt di-
cit gl. 2. pro qua eſt, qđ tex. dicit ibi ſub excōicationis ſentētia,
lata ergo erat, non enim dicit ſub interminatione excōicatio-
nis ſicut dicit, ſup. c. primo, & ſic intelligendo, vera eſt gl. cum
dicit, ꝙ de rigore ſunt deponendi, pro hoc, quod dixi, ſup. c. pri
mo, per hoc reſponde ad c. latores, quod gl. inducit in contra-
riũ, vel ibi parcitur multitudini, & dic, vt ibi. Ad c. literas, dic, ꝙ
1 non præceſſerat excōicatio. Quæro, nunquid ordinatus † a nō
a ſuo epiſcopo ſit ipſo iure ſuſpenſus.ª Inn. dicit, ꝙ ſic per hunc
tex. quia dicit, ꝙ miniſtrare nō debet, ſed Hoſt. dicit, ꝙ ſi ad ver
bum, acceſſerunt, ſuppletur de licentia ſui epiſcopi non proba
tur hic, nam pęna hic imponitur propter ordinem duplicē ſa-
crum ſimul receptum, cum tamen contra recipientē duos or-
dines eſſet lata excōicatio, pro prędictis quod no. de temp. ord.
qđ translationem. Ex hoc, & ex tex. no. in verbo ſuſceptis ordi-
nibus, ꝙ ſi ordinatur excōicatus, recipit caracterem, ſic & pro-
fitetur religionem de ſen. exc. cum illorum. Sic & matrimoniũ
contrahit, de eo qui dux. in matrimonium ſignificaſti, de his
2 dixi de dolo, veritatis. Quæro, quid ſi † aliquis longo tēpore ha
bitus eſt pro rite ordinato, & nunc obijcitur, ꝙ a nō ſuo epiſco-
po, vel extra tēpora, vel alias minus canonice fuit ordinatus,
quidam dicūt, ꝙ niſi aliud probetur, præſumitur ordinatus ri-
te, ad hoc præsby. non baptiza. c. fi. in fi. & quod ibi no. de præ-
ſump. c. fi. de iud. cum deputati, de cle. peregri. inter quatuor,
nam hoc eſt probabile argumentum, & argumēta ſufficiunt,
d. c. inter quatuor, pro hoc, quia præſumitur talis, qualis fuit re
putatus. ff. ad Maced. l. 3. primo reſponſo, de ſen. exc. in præſen-
tia, pro hoc quod no. de accu. ſuper his. Alij dicunt, ꝙ ſi epiſco-
pus proprius facit illi qōnem, neceſſe habet ipſum certificare,
ad hoc, ſup. tit. primo, c. vno, & quod no. in regula prima, lib. 6.
alias interdiceret ſibi executionē in poſterũ, licet quò ad præte
rita poſſet ſub diſſimulatione tranſire, ar. de cōſe. eccl. vel alta.
aqua. Hoſt. dicit in facto recenti ſtandum ſecundę opinioni, in
antiquo vero primæ, & hoc de æquitate, pro hoc, quod no. de
cler. exc. propoſuit in fi. & qđ dixi de pręſump. illud, & ꝙ ſecun
da opi. ſit vera tam in facto recenti, quam in antiquo, probatur
per id, qđ dicimus de tabellione, qui tenetur docere, ſe tabellio
nem, qn̄ ſit ſibi qō de tabellionatu, nec ſufficit quaſi poſſeſſio
tabellionatus, quæ tn̄ ſufficit, cum eſt qō inter alios, vt no. Inn.
de verb. ſig. veniens, lib. 6. dixi de fide inſtr. c. 1. Quęro, ſi electio
3 † facta eſt per eos, ad quos de iure cōi pertinet, nunqd oportet
electum probare de poteſtate eligentium. Inn dicit, ꝙ nō, ſiue
hoc opponatur ante confirmationem, ſiue poſt de ap. conſtitu
tus, & c. conſtitutis, ratio patet, quia fundat intentionem de iu
re cōi, ergo dicenti cōtrarium incumbit probatio. de reſt. ſpo.
4 ad decimas, lib. 6. Quid ſi † opponitur ſententiæ, ꝙ proferens
fuit non iudex, de hoc hic per Inn. qui dicit idem, qđ in præce-
denti qōne, ſed plenius poſuit de off. del. cum in iure, & dic, vt
ibi dixi, per hæc infert Inn. ad illũ articulum, an præſumantur
ſolēnitates, de quo dixi de teſtibus ſignificauit, & de re iud. ſi-
cut. Quæro, nunquid per hoc, ꝙ dicit de noſtra licentia datur
poteſtas generalis ep̄is diſpenſandi. Phi. dixit, ꝙ ſic, ſed tu dic li
centiam, i. ſpecialem, & ſic requiritur, ſup. eo. c. primo cum ibi
notatis. Sed nunquid per hanc licentiam poſſet ep̄s diſpenſare
in ſuſcipiendis, gl. vlt. dicit, ꝙ nō, quod intellige quò ad caſum
huius c. qn̄ poſt excōicationem fuerat ordinatus, alias etiam
quo ad ſuſcipiendos poſſet certo caſu diſpenſare cum diſtin-
ctione c. primi, ſup. eo. & quò ad id, quod dicit hic tex. in ſuſce-
ptis, vt diſpenſet epiſcopus, requirit licentiam papæ, intellige
de ſuſceptis furtiue, & indebite, ſed in prius ſuſceptis debite po
tuiſſet epiſcopus diſpenſare ſuo iure, pro hoc quod dixi, ſup. c.
primo, & pro hoc etiam ſup. tit. 2. c. 2.

ADDITIO.

a *Suſpenſus.* Adde gloſ. & doct. in c. ſignificaſti, de off. arch. gloſ. in c. eos, de temp. ord. lib. 6.

De

Digitized by Google

De exceſſibus prælatorum,& ſubditorum. Rubrica.

In pluribus rubricis oſtenſum eſt, de delictis ſubditorum, quæ interdum committuntur in prælatis. interdum offendendo alia iura: interdum etiam ipſos prælatos. Ideo vt generalẽ doctrinam habeamus, ſubmittitur hæc rubrica. Et repetitur in ſexto clemen.

SVMMARIVM.

1 *Prælati debent habere presbyteros quaſi filios,& fratres.*
2 *Epiſcopus ſuſpenſionem non profert ſine iudicio capituli.*
3 *Suſpenſio,& interdictum qualiter differunt.*
4 *Prælati a grauaminibus ſubditorum abſtinere debent.*

PEruenit. Monet prælatos abſtinere a grauaminibus ſubditorum, & aliqua connumerat. contra facientibus pęnam comminatur. hoc dicit. Primò præmittit cauſam cõſtitutionis. ſecundò ſubijcit cõſtitutionem ibi, mandamus. Et illa in duas. primo conſtituit. ſecundò pęnam contra facientibus comminatur ibi, ſcituri. De cetero. maxime, quia nec olim licebat. No
1 ta, ꝙ prælati † dicuntur habere presbyteros, quaſi filios & fra-
a tres.[a] Sic & Papa habet ep̃os pro fratribus:[b] ceteros pro filijs.
b ꝫ.de crimine fal.quam graui. Nota,ꝙ epiſcopus † non profert
2 ſuſpenſionem ſine iudicio capituli. de hoc tangit gl. & ſtatim
dicam. quæ dicit idem de excommunicatione, ſed tex. hoc dicit: de excommunicatione enim ſolum mandat ne ſine ordine iudiciario inferatur. ibi, nec aliquam. Not. differentiam in-
3 ter ſuſpenſionem, † & interdictum,[c] quia ſuſpenſio concernit
c perſonas. Interdictum loca, ſeu eccleſias. Aliquando tamen interdicuntur perſonæ: vt populus, vel clericus. de ſen. excommunica. ſi ſententia. lib.6. dic, vt in cap. ſi celebrat. Not. ꝙ præ-
4 lati † debent abſtinere a grauaminibus ſubditorum, & contra
plura grauamina prouidet cle. frequens. eod. tit. Colligit Hoſt. ꝙ epiſcopus, & capitulum faciunt vnum corpus, cuius ipſe eſt caput, & canonici membra, & ſuper hoc ſe extendit, ſed dic, vt in c. nouit. & c. quanto. de his q̃ fi. a præla. Op primò ad tex. ꝙ epiſcopi poſſint exigere tallias a ſubditis. 16. q. 1. §. nouarum ſup. de cenſibus, cum apoſtolus. gloſ. ſoluit, ꝙ ex magna cauſa poſſint. dic formaliter, ꝙ hic non prohibetur, quin epiſcopi exigant charitatiuum ſubſidium a ſubditis, quod permittunt illa iura: ſed ne exigant tallias. iſtæ enim ſemper ſunt prohibitę, niſi probentur conceſſę a iure communi, conſuetudine, vel ſtatuto facto ab habente poteſtatem 10. quæſt. 3. quia. 9. quęſt. 3. conqueſtus. ſecundum Innoc. ad hoc de iure patro. præterea 2. Opp. ſecundò, ꝙ ſine iudicio capituli poſſit epiſcopus ſuſpendere, & excommunicare: quia cauſas ciuiles poteſt tractare epiſcopus, dummodo habeat conſilium capituli. vel etiam ſine capitulo, ſi hoc habet conſuetudo. de conſue. c. 3. lib. 6. So. de excõicatione licet gloſ. 4. hoc colligat, non probat litera, ꝙ requiratur conſenſus capituli: ſed de ſuſpenſione ſolũ. Sed reſponde exponendo iudicio. i. cõſilio. tñ etiam ſi ſine cõſilio tulerit, timenda eſt, & obſeruanda. 11. q. 3. c. 1. 16. q. 2. viſis. ſ. de off. ord. cum ab eccleſiarum. de maio. & obe. cum in eccleſijs. quia medicinalis. de ſent. exc. c. 1. lib. 6. Inno. tñ diſtinguit inter ſuſpenſionem perpetuam, vel ad longũ tempus, & in hac requiritur cõſilium capituli. Et inter ſuſpenſionem ad breue tẽpus, & in hac non requiritur. de his, quæ fi. a pręla. quanto. de his, q̃ fi. a maio. parte cap. quæſiuit. ſ. de off. deleg. ſanè. Alij diſtinguunt, an feratur propter crimen, an propter contumaciam, dic indiſtinctè, vt dixi, ꝙ cũ conſilio capituli, niſi pręſcripſerit, ꝙ ſolus faciat. de conſuetu. c. 3. lib. 6. præallegato. Opp. tertiò, ꝙ in excommunicatione non requiratur ordo iudiciarius. 11. q. 3. ſi epiſcopus. forte glo. antepenul. ſoluit, ꝙ fetri non debet ſine ordine iudiciario. & ordinem vocat, vt requiratur monitio. & idem dicit de ſuſpẽſione: ſed lata ſine ordine tenet. Ad hoc oppono, ꝙ in ſuſpenſione non requiritur monitio: quia fertur contra delinquentem etiam non cõtumacẽ. 5. q. 4. in loco. 2. q. 1. nemo. vbi ponitur excõicatio pro ſuſpenſione. ꝓ hoc quia & in alijs pęnis opponendis nõ præmittitur monitio, q̃ñ propter crimen imponuntur. Inn. ſtat contrario, dicens in hoc differre excõicationem a ſuſpenſione, quia excõicatio eſt medicina: & ſic ſolum in contumacem. Suſpenſio mera pœna, q̃ etiam pœnitenti infligitur. ꝫ. eo. quam ſit. vbi ſine monitione imponitur. Oppo. quartò ad hoc de cap. reprehenſibilis. ſ. de appel. vbi etiam ſuſpenſionem pręcedit monitio. So. aliquando ſuſpenſio fit pro contumacia. & procedit contrarium. Aliquando pro crimine, & procedit, quod dixi, ꝙ monitio non requiritur. Sic ergo non quò ad omnia comparantur ſuſpenſio, & excõmunicatio. ſed quò ad quædam. ſ. de appel. ad hæc, quoniam. dixi io c. ſi celebrat.

ADDITIONES.

a Fratres. Adde cap. eſto ſubiectus. 95. diſt.
b Pro fratribus. Adde ca. 1. de off. le. lib. 6. & in c. licet. el 3. de teſta. Cardin. in cap. ad liberandam, de iudæi.
c Et interdictum. Adde not. in cap. dilectus, de appel. doct. in ca. vt priuilegia. de priuil. doct. in c. ſacerdotes, 1. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconi iuriſdictio potius eſt de conſuetudine, quam de iure.*

AD hæc. Ep̃i eccleſias ſubiectas archidiaconis ab eis liberare non poſſunt. hoc dicit. Pars huius de app. ad hæc. 2. & de priuil. ad hæc. primò ponit culpam ep̃i. ſecundò contra eã dat iudi-
1 cem ibi, mãdamus. Not. ꝙ iuriſdictio archidiaconi † potius eſt
ex conſuetudine, q̃ de iure. quod colligit gl. Et opponit de c. cũ ſatis. de offi. archi. dic, vt in c. ad hæc. & c. vt nr̃m. eo. tit. in quibus aliqua exprimuntur, quę ſunt de iure. cętera de conſuetudine. In glo. prima ibi, ꝙ verius videtur. & probatur de rebus eccleſ. non alie. c. 1. lib. 6. & cle. ſi vna. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Intruſus quis dicatur.*

AD aures. Archidiaconi eccl̃ias ſibi ſubiectas ad ſuum vſum retinere nõ poſſunt. Primò narrat exceſſum. ſecundò prohibet ibi, mãdamus. Opp. primo ad literam, ꝙ archidiaconis liceat eccleſias vacantes poſſidere. 63. diſt. ſi in plebibus. Sol. pñt poſſidere cauſa cuſtodiæ: ſed non ſe introducere. ſ. fructus cõuertẽdo in vſum ſuũ tanq̃ intitulati. quod dic, vt in gl. 1. Et no.
1 quis † dr̃ intruſus. ſ. qui ſine titulo tanq̃ intitulatus fructus bñficij
percipit ad ſuum cõmodũ. Oppo. ſecundò in eo, ꝙ mandat ep̃o, vt ordinet eccleſias, ordinatio eñi debebat fieri ad pñtationẽ archidiaconorum in ſuis archidiaconatibus. gl. hoc fatetur, quam ſingulariter not. in verbo, ordinans. Vult eñi hoc, ꝙ archidiaconus ipſo iure habet pñtare eccleſijs ſui archidiaconatus, niſi aliud ſit de cõſuetudine, quod nõ eſt vſquequaq; verũ, niſi eſſemus in caſu c. ad audientiam. ꝫ. de eccleſijs edifi. Ad hoc, qđ dixi poſt Inn. & vltra ipſum. ſ. de exceptionibus, cũ venerabilis. Oppo. tertiò, ꝙ ipſa ordinatio potius pertineret ad archidiaconos. ſ. de offi. archi. per totũ. maxime in c. ad hoc. & in c. vt noſtrũ. Sol. ordinatio, & collatio non pertinet ad archidia. ſed ad ep̃m. ſed ordinatio quò ad inſtitutionẽ corporalem bene pertinet ad archidiaconum, vt in ꝯrijs. hic aũt etiã ſi pertinuiſſet collatio ſm̃ Inn. non archidiaconus, qui ſe intruſerat, ſed epiſcopus ordinabit. ꝫ. eo. inter. ſed hoc nõ probatur iure.

SVMMARIVM.

1 *Pœna committentium peccata contra naturam.*

CLerici. Contra naturam incõtinentes, ſi ſunt clerici, deponũtur. & in monaſterio de-
* truduntur. Si laici, * excõicantur. Diſſidentiæ. i. quæ
diſſidati fuerunt, vel ipſi diſſiſi ſunt de Dei miſericordia, & noluerunt. quinq; ciuitates. aliqui dicunt, ꝙ fuerunt ſex. & addunt Adamam. Alij, ꝙ ſegor erat bigomia, alias dicta oliale, quod non bene patet in geneſi. De illis vicinis hũit locũ verſus iſte. Mantua tibi ve omnium vicina Cremonæ. pro hoc
1 ꝫ. tit. 2. ſuper ſpecula. Nota pęnam † incontinentiũ ꝯ naturam,
& quatenus dicit de clericis, comprehenduntur etiam religioſi. licet aliqui faciant drñam. ſed ex quo aliquid non exprimit, dico idem in vtriſque, licet ex facilioribus probationibus conuincantur religioſi, de accuſa. qualiter. 2. in fi.

ADDITIO.

* Laici. Adde quod tales veniunt comburendi, vt eſt tex. ad literam in authẽ. vt non luxurientur ho. cont. nat. vbi eſt tex. multum notabilis. Et tex. in l. cum vir mutat in fęminam vices porrecturã. C. de adulterijs. & not. vnum ſingulare, ſecundum theologos, quòd diabolus in omnibus vicijs intereſt, iſto excepto, quia propter fęditatem ilico aufugit.

SAne. Si a priuilegiatis aliquid petitur ꝯ tenorẽ priuilegiorũ, licite deneganr. hoc dicit. ordinis. non apparet, de quo ordine, ſed dicit Hoſt. ꝙ loquit̃ de Ciſtercieñ ſib. & ꝯtinuat ad c. 1. de ſ. neg. p̃la. Indulta. ſiue per priuilegia, ſiue per generales canones. 11. q. 1. qa, ſiue etiã per præſcriptionẽ ſm̃ Inno. de p̃ſcript. cũ olim, & de excep. cũ venerabilis. Nota ex tex. & gl. ꝙ poteſt concedi

Digitized by Google

libertas particularis. nec per hoc ſurgit exceptio. ad hoc cap. ſi
Papa de priuil. lib. 6. Opp. ꝙ iſtud c. nihil indulgeat. nam & ci-
tra ipſum poterant hoc denegare. glo. vlt. dicit, ꝙ imò denega-
bunt autoritate huius canonis. dic, ſcilicet liberius, q̃ prius poſ
ſent, non erat enim ſic expreſſum, quia ea. quia cognouimus.
10. q. 3. loquitur in eo, qui non erat in poſſeſſione, & exigebat,
hic autem generaliter, vt denegetur etiam poſſidenti.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna mutantium ſibi in beneficijs cauſam poſſeſſionis.*

ILlud. Ponit pœnam vicariorum, qui ad vẽdi-
candas prælaturas ſe erigunt ꝯ plãtos,
hoc dicit. Et olim erat ſub titulo de iure iuran. No-
1 ta pœnam illorum, † qui in beneficijs mutant ſibi
cauſam poſſeſſionis, ſicut iſti falſi aſſumebant perſonatũ. i. re-
ctoratum. Opp. primò ad tex. in eo, ꝙ dicit, & ponderat obli-
gationem per ſacramentum, quod tenebatur perſonis. i. p̃latis
de c. indignũ. J. de re. iur. Sol. illud de homagio, quod non pre-
ſtãt clerici, ſed laici ſic: de ſymo. & ſi diligenti. hic vero. de alio
ſacramento. ſ. obedientiæ, & fidei obſeruandæ. Oppo. ſecundò
in fi. ꝙ non ſolũ in eodẽ ẽpatu. ſed etiã alibi careant executio-
ne officij, tanq̃ periuri de iureiuran. querelam. de fideiuſſo. per
uenit. Sol. ſupple ad tex. maxime in eodem epiſcopatu.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatio lata etiam a proprio prælato quandoque ipſo iure non tenet.*

CVm ad quorundam. Habet diuer
ſas lecturas.
Summa tñ ſic. Sententia excõicationis lata contra
ſubditum denegantẽ procurationem exactam vl-
tra numerũ cõcilij lateran. non tenet. Cõis diuiſio. ſecunda ibi
ideoque. Illa ſubdiuidit̃ in duo dicta ibi, ſm & ſi. Euectionis. i.
1 equitaturis. Not. caſum, in† quo excõicatio lata etiam a ꝓprio
prælato non tenet ipſo iure. & dicit Inn. hoc generaliter verũ,
ꝙ ſi aliquis eſt priuilegiatus ſuper aliquo articulo, ſi ſuper illo
ꝯ eum fertur excõicatio, non tenet. ad hoc. J. de priuile. cũ cap
pella, & c. q̃to. Opp. primo ad literam primo, quia dicit de nu-
mero perſonarum, cum tñ in cõcilio lateranen. ſ. in c. cum apo
ſtolus, non ſit expreſſe ſtatutus numerus perſonarũ. Sol. nume-
rus perſonarum quantus eſſe debeat, non põt ex illo concilio
eligi expreſſe, ſed cõiecturamus tacite. & in hoc ſunt q̃ plures
opiniones. quidam dicunt, ꝙ erit duplus ad equos. Alij ꝙ pro
tribus equis vnus pedes. vel dic pro duobus equis vnus pedes.
ſed non eſt vis. Ego dico, ꝙ de numero perſonarum, cum ſit ar
bitrarius, non bene procedit litera, niſi quatenus eſſet nimis
magnus exceſſus. vel ſi duceret pedites, non neceſſarios ꝑegs.
Itẽ textus habuit reſpectum ad perſonas equitantes, quæ ſunt
tot, quot euectiones. Oppo. ſecundò, ꝙ excõicatio teneat lata
etiam contra concilium. 11. q. 3. c. 1. & 2. gl. ſoluit, ꝙ textus loq
tut de ſpeciali priuilegio. ſed non apparet, quib[9] tribuitur hoc
priuilegium. nec fuiſſet opus hic ponere hanc decre. ſi fuiſſet
ſpecialiter priuilegium aliquorum. vnde alij dicunt, ꝙ eſt ius
cõe, quod tenuit Gof. & Phil. dicentes curiam hoc tenere. Alij
dicunt, ꝙ Alanus. Tanc. Vinc. Inn. & Hoſt. hanc decre. intelli-
gi, qñ in ſñia exprimit error: vt quia dixit ẽps, excõico, qa me
non recipis cum tot vectionibus, & erat numerus contra con-
cilium. ſed hec nimis reſtringit textum. ideo põt teneri, vt hec
decre. ponat ius cõe. & ſic ſecunda lectura in hoc ſpeciali caſu,
qñ epiſcopus exigit procurationem pro euectionibus, vel per-
ſonis vltra numerum concilij. Et nota, ꝙ non prohibetur hic,
quin ẽps poſſit plures ducere vltra numerum concilij. ſed pro-
hibetur, ne exigat procurationem pro illis per copulatiuam,
&, ibi, & pro illis. Et ex illa ſecunda lectura nota caſum, in quo
excommunicatio iniuſta eſt nulla. ſed hic intellige, ꝙ ſit mani
feſta iniuſtitia: vt quia conſtat, ꝙ prælatus ducebat vltra nume
rum: & ꝙ propter hoc excommunicauit: quia non admitte-
batur, & ſufficit etiam, quod conſtet, etiam ſi in ſententia non
exprimebatur error.

S V M M A R I V M.

1 *Abbas ſubiectus epiſcopo monaſterium ſuum alteri vnire non poteſt ſine licentia diœceſani.*
2 *Papa ſolus epiſcopatus vnire dicitur.*
3 *Vnio beneficij non poteſt fieri irrequiſito epiſcopo.*
4 *Reſeruata Papæ, quæ ſint.*
5 *Legatus an poſſit authorizare vnioni beneficiorum.*
6 *Epiſcopus an vnire poſſit beneficia, quæ Papa ſibi reſeruauit.*
7 *Vnio vacutura facta per epiſcopum, an annullat optionem obtentam de prima vacatura.*

1 SIcut vnire Abbas † ſubiectus epiſcopo
monaſterium ſuum alteri vni-
te non poteſt ſine authoritate diœceſani, etiam cũ
conſenſu metropolitani. Primò ponit quandam
ſimilitudinem. Secundò narrat factum, quod infirmari man-
dat ibi, cum itaque. Tertio ſoluit obſtaculum ibi, non obſtan-
te. No. ſimilitudinem inter poteſtatem Papæ, & poteſtatẽ epi-
a ſcoporum. Not. ꝙ ſolus † Papa [a] vnit epiſcopatus, vel vnum
a alteri ſubeſit. de quo hic in gl. 1. No. ꝙ metropolitanus non ha
bet poteſtatem in diœceſi ſuffraganei in præiudicium iuriſdi-
3 ctionis ipſius ſuffraganei. No. ꝙ vnio † beneficij non poteſt fie
ri irrequiſito epiſcopo. Opp. primò in principio, ꝙ ſimilitudo
quam facit tex. de Papa ad epiſcopum non procedat. Papa eñ
qñ vnit epiſcopatũ alteri, hoc põt ſolus ſine alicuius cõſi. 9. q.
3. cũcta, & c. per principalẽ, & quod ibi no. gl. ſed ẽps non vnit
ſine cõſenſu capituli clem. ſi vna, de reb. ecc. non alie. Item
requiritur, ꝙ ex cauſa, de his, quæ fiunt a præla. c. 1. de reb. eccl.
non alie. c. 1. Papa aũt etiam ſine cauſa põt. Sol. ſimilitudo in-
ducitur non ad comparandum potentiã Papæ potentiæ ẽpo-
rum quo ad magnitudinẽ, ſed quò ad excludendũ inferiores
ẽpos. vt. ſ. ſit ſenſus, ꝙ ſicut ad Papã ſolũ pertinet vnio ẽpatuũ.
ita ad ẽpm ſolum in ſua dioce. vnio beneficiorum. Sic, & alias
dictio, ſicut, non importat oĩmodam ſimilitudinẽ. ſ. de ſim.
tri. c. 2. in fi. Dico tñ, ꝙ licet dixerim, Papã poſſe vnire ẽpatum
ſine conſenſu, vel conſilio alicuius. hoc non procedit de potẽ-
tia ordinata: ſed de abſoluta. ſ. de conceſ. præben. propoſuit. In
talibus. n. arduis collegiũ Cardinaliũ eſt in poſſeſſione, vt reg-
rantur conſilia Cardinalium. not. Ioã. mo. de heretici. ſuper eo.
lib. 6. Opp. ſecundo, ꝙ etiam ad inferiorẽ ẽpo poſſit pertinere
poteſtas vniendi. quandoque. n. habet inferior iuriſdictionem
quaſi ẽpalem in certa parte diœceſis. ſ. de præſcrip. auditis, & c.
cum olim. quo caſu tenet Inn. talẽ poſſe authorizare alienatio
nem rei eccleſiaſticæ. ita notauit in c. 2. ſ. de tranſacti. & tenet
glo. in cle. vna de reb. eccl. non alie. Sol. ſm Inn. q̃uis inferior ha
beret talem iuriſdictionem, non poſſet vnire. hoc tenet glo. in
cle. ſi vna. in gl. p̃alle. hoc enim eſt ẽpale, vt hic. pro hoc q̃d no.
de ſta. mo. clem. ne in agro. §. ad hoc, in gl. & de hoc per Inno.
ſ. de conſue. cum dilectus in gl. Ioann. dixit. Item bic ẽt ſi ptãs
vniendi cõpetere poſſet inferiori in terminis ca. non valuiſſet
vnio: vt prior vniuerit monaſterium ſuum. cum inter authori
zantem, & principaliter ꝯſentem debeat eſſe diſtinctio. ſ. de
inſti. c. fi. Opp. tertio, ꝙ etiam citra authoritatem Papæ poſſet
ẽps deſtruere vnionem, & ſic fruſtra concedit Papa licentiam
ibi, tibi liceat authoritate noſtra. Sol. hoc tibi conceditur, quia
alterum monaſterium non erat illi ſubiectũ, vt innuitur in gl.
penul. vel ſta contrario. ꝙ quamuis alterum ſit alteri ſubiectũ,
adhuc poſſet ẽps per ſe deſtruere: nec Papa aliquid noui iuris
concedit. probat illa clauſula, ſicut iſtud fuerit. Opp. quartò, ꝙ
conſenſus metropolitani ſuffecerit, cum ſit ordinarius ſuper
omnes ſuffraganeos ſuæ prouinciæ. ſ. de offi. ordi. paſtoralis, in
princ. Sol. ordinarius eſt ſuffraganeorum, ſed non prouinciæ.
imo nihil poteſt inter ſubditos ſuffraganeorum, niſi quatenus
iure exprimitur. probat hæc litera ibi, cũ in diœceſi. quã ad hoc
no. & dic, vt in gl. vlt. Opp. quintò in eo, ꝙ Papa decreuit vnio-
nem irritandam non citato monaſterio, ſeu perſonis eius, cui
facta erat vnio. ſ. de ma. & obe. inter. l. de vno quoque. ff. de re
iudi. Sol. non fuit neceſſaria citatio: quia de iure elatum eſt, ꝙ
nulla poterat competere defenſio, cum certum ſit inferiorem
ẽpo vnire non poſſe. pro hoc c. cum olim. ſ. de re iud. ſm intel-
lectum, quem ibi dedi. & quod dicit in fi. irritandũ. intelligo. ſ.
4 de facto. de iure eñ non tenet. Quæro, quia † in principio c. fit
mentio de aliquibus reſeruatis Papę. an ſint alia plura. dic, ꝙ
ſic. & gl. enumerat. 11. & ponit verſus, quos etiam poſui de trãſ
lat. c. 1. de offic. legati ꝙ tranſlationem. Hoſt. ponit alios verſus
in ſumma de offi. legati. §. quid pertinet. verſ. illud quidem, &
ſequenti. per quos comprehendit. 61. caſum. Spec. de legato. §.
5 nunc oſtendendum ponit. 89. Quæro, an legatus poteſt † au-
thorizare vnioni beneficiorum, de hoc dixi in cap. fin. de con-
fir. vtili. vbi concluſi, ꝙ non, per illum tex. & gloſ. Inno. ibi. Sed
inuenio, ꝙ in rota Romanę curiæ deciditur contrarium deci
ſione 65. per rationem: quia legatus eſt ordinarius. ſupra. de
offic. legati. cap. 1. & eodem tit. ca. 1. & 2. lib. 6. & maior epiſco-
po, vt dictis iuribus, ergo ſi epiſcopus poteſt, ergo & ipſe. Quæ-
6 ro, pone, ꝙ Papa † reſeruauit ſibi aliqua beneficia, ſicut quoti-
die facit. an epiſcopus poterit illa vnire? videtur, ꝙ non, cum
Papa

A D D I T I O.

a Papa. Adde plures alios caſus reſeruatos Papæ, de quibus enumerat Brixien-
ſis, in ſuo repertorio, in verbo Papa, vbi enumerat. 35. caſus.

Digitized by Google

Papa renocauerit ad ſe, vt eccle.bñfi.c.vno.de appel.vt noſtrũ.
de elec.ſi eo tempore.lib.6. In cõtrarinm,quia papa reſeruauit
reſpectu tituli.ſed vniens nõ diſponit reſpectu tituli, ſed reſpe-
ctu proprietatis.vnde Papa reſeruando, videtur prohibuiſſe ſo
lam collationem,ſed vniens non confert. Deciditur in rota,ꝙ
vnio valet,ſed caret effectu,donec Papa contulerit , ſed poſtq̃
contulerit,illo dimittente beneficium,vnio habet robur. Iu-
xta hoc formo aliam quæſtionem,quam vidi in ſcholis publi-
7 ce diſputari.Quidam † impetrauit primam vacaturã præben-
dam , pone in eccleſia Paduana cum clauſulis ,adeo ꝙ gratia
afficit præbendam:poſtea eps vniuit primam vacaturam alte-
ri beneficio: vacat præbenda,an debetur impetranti.vr̃,ꝙ im-
petranti : quia ceteris paribus præfertur gratia apoſtolica gr̃æ
ordinariæ. de præben. ſi qui. & c.ſi a ſede.lib.6. pro hoc de re-
ſcriptis ſi propter.ſm̃ lecturam gl.eo.lib. At hic cętera ſunt pa-
ria: quia vterque.ſ.impetrans,& bñficiatus bñficij,cui facta eſt
vnio,habet ius ad rem. Item eps expreſſe nõ põt derogare grę
apoſtolicę.ergo nec tacite.debet.n.quicquid agit,intelligi ſine
præiudicio impetrantis.ad hoc de conceſ.præben. ſi cap.& ca.
ſi ſoli.lib.6. In contrarium Papa dando gratiã nõ intendit pri-
uare ordinarium niſi poteſtate conferendi quò ad titulũ: non
aũt vniendi.vnde dicimus,ꝙ etiam pendente impetratione,ſi
capitulum ſine fraude ſupprimit præbendã , valet ſuppreſſio.
no.de conſti.cum acceſſiſſent.pro hoc gl.de reſcriptis clemen.
literas.in verbo creatum. Item concurrunt hic titulus ad pro-
prietatem datus per vnionem,& titulus non ad proprietatem
conceſſus impetranti. non ergo ſunt pares ſed fortior eſt titu-
lus proprietatis:quia perpetuus.ergo &c.Item vnio fauorabi-
lis,quia cõtemplatione eccleſiæ,& perpetua: impetratio odio
ſa: de præben. quamuis. 1.lib.ſexto. Item per impetrationem
non habetur titulus in beneficium: ſed competit officij implo
ratio,vt conferatur.ſ̃.de renunc.veniens. & quod ibi not. Sed
vnio ſtatim fuit perfecta, licet nondum vacaret præbenda. ca-
ſus eſt de dona. conſultationibus , & pro hac parte vidi termi-
nare, & tunc pro & contra arguit , & pro hac parte eſt deciſio
Rotæ,quam ſupra dixi: per quam tamen poſſet dici cõtrariũ,
ſcilicet,vt quamuis valeat vnio,non valeat in pręiudicium im
petrantis,cuius gratia afficit. tamen quia non afficiebat certã
præbendam, poteſt teneri ſimpliciter excludi impetrantem.
Illa enim deciſio procedit,quando Papa aliqua beneficia ſpe-
cifice reſeruauit.Circa iſtã materiam vnionis poſſunt formari
aliæ quæſtiones.Sed dic,vt in clem.ſi vna,ſepius allegata.

S V M M A R I V M.

1 *Damnatur quis ex confeſſione extraiudiciali.*

QVam ſit graue. Clericus,qui de crimi-
ne publice gloriatur, ꝓ
pter quod ſcandalum eſt ſecutum,ab officio,& be
neficio ſuſpenditur.hoc dicit. Primò exordium.ſe
cundo narrat factum ibi , accepimus. tertiò dat iudicem , cui
8 duo mandat ibi, ideoque. Not.† ex confeſſione extraiudiciali
quis damnatur. Ad hoc op.de cat ſi clerici.ſ̃.de iudi.gl.ſoluit,
ꝙ hic non directò punitur ex confeſſione : ſed occaſionaliter
propter ſcandalum ſecutum. Ioan.dixit in hoc c. imponendã
purgationem clerico:in qua ſi deficeret,deponetur.ſ̃.de adul-
terijs,ſignificaſti. hoc procedit:quia ex cõfeſſione publica iſte
fecerat ſe infamem.tamen non apparet,vtrum per hæc ſurre-
xiſſet infamia:conſtat, ꝙ non ſurrexit per hoc,quia ſtat,ꝙ ſibi
non creditur. Philippus dixit non imponendam purgationẽ:
nec audiendum volenti ſe purgare, quia quis non auditur cõ-
tra ſuam ꝯfeſtionem.ſ̃.de probati. per tuas.C.de nõ num.pec.
authen.contra qui proprium, ſed dic , ꝙ poſſit confeſſionem
interpretari.ſ̃.de accu.cum dilecti.forte enim cognouerat,an
tequam eſſet clericus , & tunc deberetur minor pœna. tamen
ſtat dictum Philippi,vt non admittatur purgatio. Innoc.dicit
hunc puniri,tanquam maledicum,detractorẽ,& leuem,quo-
rum quodlibet ſufficit ad pęnitentiam imponendam. nõ aũt
ꝑꝑ fornicationem,de qua non conſtat.alias Papa non cõpuliſ
ſet virũ recipere mulierem. dictum eſt notabile in primo mẽ-
bro:ſed in ſecundo,an conſtiterit de fornicatione,nihil proba
tur ex litera:dato enim,ꝙ conſtitiſſet,non præiudicaſſet matri
monio fornicatio præcedens matrimonium ſup. de iureiur.
quemadmodum. Item cõſtare potuiſſet in eius præiudicium,
ſcilicet confitentis.non autem tertij.ſ̃.de confeſſis.c.1.Hoſt.di
cit,ꝙ in hoc c.ponitur ſpecialis pęna, quæ debetur clerico pu-
blice glorianti de crimine, vt puniatur etiam ſine accuſa.ſ̃.de
accuſa.euidentia.J.de ſen.excom. vt famæ , pro hoc principiũ
literæ ibi,gloriari. Et maxime hoc procedit ſecundum eum ,
quãdo gloriatio pręiudicat alijs maxime matrimonio, vt hic.
Potes tenere gloſ.& eius ſolutionem, & ſolutionem Innocen.
& Hoſt. Et patet per hoc reſponſio ad contrarium : quia non
punitur ex confeſſione.vnde dico ego, ꝙ erit neceſſe, vt eiter,
& de hoc cognoſcatur. Item ad c.at ſi clerici. an confeſſio ex-
tra iudicium præiudicet & in quo,dic,vt ibi dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Prælati exercent iuſtitiam per miniſtros de temporali iuriſdictione.*
2 *Purgatio vulgaris eſt prohibita.*
3 *Literis iudicum referentium,fides eſt adhibenda.*
4 *Irregularitas per homicidium licitum incurritur.*

EX literis. Epiſcopus, cuius autoritate homi-
cidium eſt commiſſum, a miniſte-
rio altaris,officio pontificali, & epiſcopatus admi-
niſtratione deponitur. Primo narrat factum.ſecun
do diffiniendo committit ibi,nos. No.ꝙ in terris de tempora-
1 li iuriſdictione prælatorum prælati † exercent iuſtitiam per
miniſtros, ad hoc de homicidio,ꝓlatis,& ca.ſequenti.li.6. No.
ꝙ nõ pñt tunc per ſe exercere, vel ſpecialiter autoritatẽ ꝓſtare.
No. ꝙ is,ad quẽ pertinet ſuperioritas , intelligitur auctoritatẽ
præſtare per verba enunciatiua , vt hic epiſcopus : per illa ver-
ba, omnes dicunt &c.& ratio quia referendo,ꝙ alij dicunt,&
& non reprobando,intelligitur,& ipſe dicere.hoc facit contra
referentes id , quod ſapit delictum , vt non excuſentur,quãuis
prætendant alios autores : vt ſi quis dicat alicui.omnes dicũt,
ꝙ tu es vnus fur.dicunt,ꝙ dicitur ſibi iniuriari.Not.purgatio-
2 nem vulgarem † prohibitam,quod dic,vt in glo. 1.Not.ꝙ cre-
3 ditur literis † iudicum referentium,ꝙ probat principium,ex li
teris veſtris accepimus. dic plene de materia , vt ſ̃.de probati.
poſt ceſſionem.Not ꝙ præſentia pręlati, qñ fit iuſtitia in terris
de ſua tẽporali iuriſdictione, habet vim autoritatis , vt videa-
tur tacite mandare, & ſic ſit irregularis.50.diſ.ſi quis viduam.
quod no.ibi,in quorum præſentia. Not.ꝙ incurritur irregula-
4 ritas † etiam per homicidium licitum,quia non dicitur hunc
furem iniuſte ſuſpenſum. Not.non eſſe neceſſarium perẽpto-
rium venire in noticiam eius,qui de culpa,vel contumacia eſt
notatus.ibi non potuit inueniri.pro hoc.7. q. 1.pręſentia.ſ̃.qui
filij ſint legi.perlatum.& per hoc illud ca. potes intelligere , &
ibi de hoc & c.cauſam.eo.titu.& no.3.q.9.caueant,& de dolo,
& contu.c.fin.ꝙ autem iſte fuerit in culpa, probat tex.quia di-
ſceſſit a præſentia iudicis : propter ꝙ dicit gl.ꝙ habetur pro la-
titante,vel pro tali, qui impediat ad eum peruenire citationẽ.
In verſ.nos autem.Not.ꝙ non poteſt eſſe eps,qui non eſt ſacer
dos:quod dic,vt in glo.pen.Not.ꝙ amotio a dignitate impor-
tat depoſitionem:ibi,amouentes.quod tenet hic Inno.ad hoc
de accuſa.cum dilecti.& ibi no.Oppo.primò,ꝙ epiſcopus etiã
ſi expreſſe conſuluiſſet iuſtitiam fieri , non debeat puniri. licet
enim clericis conſulere principibus, & alijs:vt crimina puniã-
tur.23.q.vlt.peſſimam,in fi.gl.2.ſoluit dicens ibi in ver.vt licet.
ꝙ ſi de facto furis extra iudicium conſulat clericus iuſtitiã fie-
ri reſpondendo de iure,licet ille puniatur,non erit irregularis,
quod tenet etiam glo.3.diſt.omnes.quod intelligo qñ de pro-
ximo non imminet crimen puniendum, de hoc in Spe.de le-
gato.§.iuxta.verſ.quid ſi iudex. Caueat ergo clericus , ne con-
ſulat cum ſpecialiter imminet crimen puniendum. Dicit vlte
rius eadem gloſ. ꝙ epiſcopus iſte fuit plus q̃ conſultor propter
ſuam pñtiã,& verba,quæ dixit.& dicit Inn. ꝙ illa verba, ſ.ma-
lũ eſſet, & c.non ſolũ in habente ptãtẽ, vt erat hic eps, ſed etiã
in alio conſiliario,inducerent irregularitatem per c.ſi quis vi-
duam,prælle. Et per hoc datur conſilium clericis, ne aliquid
dicant,cum ſit iuſtitia. Et refert Hoſtiẽ. de quodam epiſcopo,
qui dixit iuſtitiario,dum iret pro facienda iuſtitia.Eatis in no-
mine domini,vt cenſeatur irregularis.debent enim clerici in-
tercedere pro vita.J. de verb.ſign. nouimus.

S V M M A R I V M.

1 *Ludus alearum dicitur eſſe prohibitus.*
2 *Mutuantes in ludo pro lucro dicuntur vſurarij.*
3 *Conſuetudo delictum excuſare non dicitur.*
4 *Ludi voluptuoſi reprobantur.*
5 *Collatio beneficij facta indigno eſt nulla.*
6 *Exceptio falſi obſtat beneficiato .*
7 *Producens ſcripturam falſam, qua poſtea non vtitur, non tenetur.*
8 *Collatio ſecunda prima non caſſata,eſt nulla ipſo iure.*
9 *Exceptio periurij non obſtat clerico agenti tanquam beneficiato.*

INter dilectos. Ab obtinenda dignita-
te repellitur vſurarius,
& publicus aleator.hoc dicit. Primò deciſe narrat
factum. Secundò ponit diffinitionem ꝓceſſus ibi,
nos igit. Illa ſubdiuidit̃.primò.n.diffinit de P. ſecũdo de B ter-
tiò de cãtore, ſecũda ibi,ꝓterea.tertia ibi,qa vero.Et J.decidit̃,

Digitized by Google

1 ꝙ Papa cōmiſit cām iudicibus, qui remiſerunt inſtructam. At
* teſtationibus.ſ.remiſſis. Not. ex hoc c. ꝙ ludus † alearū * eſt ꝓ-
a hibitus. [a] de quo hic in gl. 1. & per Hoſt. in ſumma. eo tit. ſub. §.
clericus, & ſequenti. vbi enumerat multa mala, quæ in ludo ꝓ
b ueniunt. Not. contra mutuantes [b] in ludo † pro lucro, vt cēſcā-
2 tur vſurarij: [c] & ſm gloſ. pōt hic vſura excedere centeſimam.
c ad hoc quod no. 47. diſt. c. 2. Nota. ꝙ conſuetudo † non excuſat
3 delictum. [d] No. ꝙ ludi † voluptuoſi reprobatur. nec licet lude-
d re cauſa voluptatis. Nota illum tex. ad excuſandas excuſatio-
4 nes &c. Not. ꝙ vſurarij ſunt viles, & indigni. Ex quo no. ꝙ vſu-
rarius repellitur a teſtimonio. ſ. de teſti. c. 2. Alibi dicitur, ꝙ vſu
e rarius eſt infamis. [e] C. de infamibus. l. improbum. & ſic non po
f teſt eſſe teſtis [f] quod ibi tenet Bald. ad hoc. ſ. de teſti. teſtimo-
5 nium. No. ꝙ collatio † beneficij facta indigno non eſt nulla, [g] ip
g ſo iure. ibi irritandum, quod intelligo proprie. ſ. per ſententiā.
licet Hoſt. exponat. i. irritum nunciandum. ſed ſm hoc nō ꝓce
deret verſic cum igitur. ꝟ. Si enim prima collatio fuiſſet nulla,
non impediuiſſet ſequentem. ſ. de elec. auditis. Nota, ꝙ iudex
apponit cauſam in ſententia in illis verbis propter vilitatem, &
indignitatem. ſed non tenet. & dic, vt de re iudi. ſicut. & dicit
Inno. ꝙ hæc verba infamant. C. de infamibus. l. fi. quod eſt ve-
rum, qn̄ cauſa cognita proferuntur. eo. ti. l. verbū. & l. interlocu
tio. & l. fi. Nota tex. perſonis vilibus &c. In verſ. præterea. Nota,
6 ꝙ † exceptio falſi obſtat bn̄ficiato, vt propter falſitatem priuet̄
beneficio. ad hoc de reſcriptis olim. Nota, ꝙ negatiua probat̄
in eo, ꝙ dicit conſtitiſſe clauſulam fuiſſe in lr̄is præter conſciē-
tiam iudicum. & ſic non cum eorum conſcientia, quod eſt ne
gatiuum, & tn̄ Papa dicit, ꝙ præter conſcientiam iudicum cō
7 ſtitit. Nota, ꝙ † producens ſcripturam falſam non tenetur, ſi
poſtquam obijcitur falſitas, deſiſtit ab vtendo in verbo, præter
miſerit. deſiſtendo autem tacite videtur fateri eam falſam. vn̄
amplius ea vti nequit. C. de fide inſtru. l. 3. Nota, ꝙ ſuper exce-
ptione fertur ſententia ibi, duximus abſoluendos. In verſ. cum
igitur. Nota ſingulariter, ꝙ ſi aliqua opponuntur beneficia-
to, quamuis per agitata conſtet non intereſſe opponentis, &
eum repellendum, tn̄ diſcutitur de obiectis. Repulſo. n. Petro
Papa diſcutit de obiectis. B. hoc procedit in cauſis, in quibus
iudex ex officio ſupplet. vt in beneficialibus. ſ. de ap. oblatę ad
8 fin. non aūt in alijs. Nota, ꝙ collatio † ſecunda prima non caſ-
ſata, eſt nulla ipſo iure. In verſ. quia vero. Nota inconſtantiam
reprobari, ff. de procu. l. in cauſa. primo reſ. & maxime in per
ſonis eccleſiaſticis. ſ. de iure patro. cum aūt. cle. cum illuſio. de
renunci. Not. ꝙ ex officio punitur ordinarius conferens indi-
gno, vel in collatione variantem. Not de verbo, aſſignetis. qđ
eſt in fi. ꝙ improbat collationem tituli, non ſolius poſſeſſionis
dationem. de hoc in c. pro illorum. ſ. de præben. Oppo primo
in princ. in eo, ꝙ dicit, ꝙ donatio ſuccētoriç pertinebat ad can
torē. pertinet enim potius ad epm̄. ſ. de elec. cum eccleſia. de
offi. archi. cum ſatis. Sol. pertinebat ex iure ſpāli, & neutra pars
diffitebatur. Et nota. Hoſt. ꝙ licet verbum, pertinebat, ſit latū,
ff. de verborum ſignifi. l. verbum, pertinere. tn̄ admittitur in li-
bello, vt hic, & de reſti. ſpol. cum ad ſedem, vbi de hoc. & de fi-
de inſt. inter. Oppo. ſecundo, ꝙ per viam exceptionis non de-
buerint audiri P. B. & G. inuicē cū poſt collationem, per quam
acquiritur ius tituli, non debeant audiri exceptiones. ſicut nec
poſt cōfirmationem. ſ. de appel. conſtitutis. 2. Sol. Inn. ꝙ audiū
tur exceptiones, quia erant de crimine cū infamia. ſ. de accu-
ſa. accedens. Oppo. tertio ad idē de. c. in literis, & c. itē cū quis.
de reſti. ſpo. vbi prætextu criminis non repellitur quis a benefi
cio. Sol. aliqn̄ agit poſſeſſorio recuperandæ, & nō repellitur, vt
in contrarijs. Aliqn̄ adipiſcendæ, vel petitorio, & repellitur, vt
hic. Ad quod opp. ꝙ etiam ſi in petitorio non repellatur per
exceptionem etiam ꝓbatam, non infertur nullitas tituli: patet
hic in gl. 1. quia vſurarius non eſt ipſo iure priuatus beneficijs.
Sol ſm Inn. ꝯ agentem petitorio obſtant ſolæ exceptiones ex-
cludentes a titulo ipſo iure: vt ſi opponitur, ꝙ eſt hæreticus, vel
pp crimen ꝯdemnatus, & priuatur beneficio. 8. diſt. quo iure.
23. q. 6. c. 1. & 2. & ſm cū, ſi non inferunt nullitatem tituli, vt ſi
opponitur adulterium, vel periurium, vel ſimilia, non obſtat
agenti. ratio quia etiam probata, non tolerant excipiētem, ad
hoc de offi. dele. cum contingat. nec priuabitur, licet per exce-
ptionem. ad hoc ꝯſtet. de ordi. co. c. 2. Opp. quartò ad prædicta
de iſto textu, quia hic exceptiones oppoſitæ ꝯ P. non includūt
nullitatem tituli, & tn̄ audiuntur. Sol. audiuntur ad ſuperiora.
quia neuter erat in poſſeſſione adminiſtrandi. & iſte exceptio
nes erant de crimine cum infamia, vt prædixi. Nota ergo glo.
prædictam Innoc. ex qua habes, ꝙ † exceptio periurij, vel ſimi
9 les non obſtant clerico agenti, tanquam beneficiato, niſi infe
rant nullitatem tituli. Et nota, ꝙ periurium non infert nullita
tem tituli, vt expreſſe colligitur ex glo. Inno. prædicta dixi in c.
querelam. de iureiuran. Oppo. 5. ad prædicta, ꝙ indiſtincte de-
beat audiri excipiens de quolibet crimine, quod clericus poſ-

ſet priuari, quia ſi agendo excluditur clericus, & priuatur, for-
tius excipiendo debet audiri excipiens, regula, qui ad agendū.
lib. 6. ff. de ſuperficiebus. l. 1. de regu. iur. l. inuitus. §. cui damus.
Sol. Innoc. ꝙ illa regula, cui damus actionem, fortius exceptio
nem, procedit quando de eodem & ad idem agitur, & excipi-
tur. Sed in exemplis ſuperius dictis ad aliud tendit actio. ſ. ad
vindictam, & priuationem. Ad aliud exceptio. ſ. ad proſecutio
nem rei familiaris. ſic eſſet & econuerſo, qn̄ exceptio concer-
neret actionem ſurgentem ad vindictam, & actio cōcerneret
rem familiarem ſecundum Innoc. quæ verba nota. Et per hoc
ſoluo contrarium, quod fit in c. conſtitutis. 2. ſ. de appel. in glo.
fin. vbi hoc adde. Dic ergo ſic, ꝙ in c. conſtitutis. ibi non audit̄
excipiens de crimine ad effectum repellendi confirmatum;
quia exceptio non poterat parere priuationem. tn̄ agendo be-
ne fieret priuatio, & audiretur, & non procedit ergo regula ꝑ
ſuperius dicta. Per hoc deciditur quęſtio. Si clerico agente pro
cauſa ſui beneficij, opponitur, ꝙ cōtraxit matrimonium, ꝙ eſt
audienda hæc exceptio: quia excludit titulum beneficij ipſo
iure, quod tenet Compo. de ele. quod ſicut. & Ioan. And. hic,
& probatur de elec. coniugatis, c. 1. & 2. & c. Ioann. in §. præte-
rea. Oppo. ſexto in eo. quod dicit fuiſſe manifeſte probatum,
ꝙ clauſula vltima literarum relationis non fuerit inſerta de
conſcientia iudicum. negatiua. n. eſt hæc, & ſic improbabilis.
de elec. bone. 1. So. probari potuit per ipſos iudices, quibus cre
ditur ſuper ſua conſcientia. de proba. tertio. de teſtibus pn̄tiū,
ibi gl. & c. tā literis. de homicidio ſignificaſti, vel fuit probata
indirecte probando. ſ. ꝙ per aliū fuerat adiecta iudicibus abſen
tibus, ſicut in caſu. c. olim. ſ. de reſcriptis. per quod c. pōt. exem
plificari, ꝙ hic dicit de clauſula. non eīn apparet hic, qualis fue
rit, nec refert, dū tn̄ intelligas, ꝙ erat inutilis. B. & præiudicia-
lis. P. Opp. ſeptimo, quia dixi credendum iudicibus. non enim
pōt quis eſſe iudex, & teſtis. ſ. de teſti. cum a nobis. hic autem
dr̄ ꝯtrium ibi, depoſitionibus. Sol. dic, vt no. in ca. cum a nobis.
poteſt eīn iudex teſtificari coram alio de actis coram ſe, de te-
ſti. c. ſiu. lib. 6. Opp. octauo in eo, ꝙ Papa abſoluit B. ſuper exce-
ptione falſitatis. non. n. debet pronunciari ſuper exceptione. ſ.
de ordi. co. c. 1. Sol. qn̄ ſit pronunciandū, dic, vt ibi. hic tn̄ loqui-
mur de exceptione, quæ habet vim actionis. nā ſi probata fuiſ-
ſet falſitas contra B. fuiſſet priuatus beneficio, etiam ſi alias te-
nuiſſet collatio. probat hic litera. ita ergo etiam debuit abſol-
ui. ad hoc, quod no. de elec. ſuper eo. & per Archi. 33. diſt. illud.
Vel tertio Papa abſoluit, quia non poterat pronunciare ꝓ eo,
vt valeret collatio. ne ſi caſſaſſet ſimpliciter, iſte remaneret in-
famatus, & ſecundum hoc not. ꝙ quando plures cauſæ dedu-
cuntur contra electum, quarum aliquę infamant, aliquę nō:
ſi ex cauſis infamantibus, pronunciandum eſt contra electū,
& non ex infamantibus, debet iudex exprimere eam in ſentē-
tia. Opp. nono in verſi. cum igitur, ꝙ ſecunda collatio non de-
buerit caſſari, ex quo prima non tenuit. ſ. de elec. auditis. Solu.
prima non fuit nulla ipſo iure, vt ſupra dixi, ideo impedit ſe-
cundam. quod procedit, quando fuerit diuerſo cōtextu. ſecus
ſi eodem, quod dic, vt in c. cōſiderauimus. ſ. de elec. Oppo. de-
cimo in verſ. quia vero in eo, ꝙ Papa priuat cantorem colla-
tione illa vice, nam fuit ſuperflua priuatio, cū de iure ſit priua
tus: quia contulerat indignu. ſ. P. Soluunt aliqui, ꝙ purgatum
erat vitium per ſecundam collationem per c. cum vintonien.
ſup. de elec. & ſic reſpondet ad cap. cum in cunctis, de elec. hoc
non procedit, quia cap. cum vintonien. loquitur, quando non
ab eodem fit ſecunda electio. ſed alijs, ad quos erat tranſlata
poteſtas eligendi. hic autem ab eodem. ſ. cantore fuit facta ſe
cunda. Abſurdum eſſet, vt per actum ſuum purgaretur vi-
tium. Dic ergo melius, ꝙ non apparebat, ꝙ contuliſſet ſciēter
indigno, ꝙ requiritur ad incurrendam pęnā c. cum in cunctis.
nec Papa ſe fundat ſup hoc, ſed ſuper variatione, & incōſtātia.
Quæro,

ADDITIONES.

* Ludus alearum. Adde quod dixi in tract. meo, de alea, & dominus Paris de puteo, in tract. ſuo alearum.

a Eſt prohibitus. Adde gl. in verbo ad aleas in cap. clerici, de vi. & ho. cle. glo. ſummę. 35. diſt. Car. in clem. fin. de vi. & ho. cle. in §. ſed & tales. in 10. q.

b Mutuantes in Ludo. an mutuans ludenti, vel emens a ludente in ludo habeat contra eum actionem. vide tex. & glo. in l. quod ſi minor, in § teſtamento. ff. de minori. in l. ſi vero, in § ſi adoleſcens. ff. man. gloſ. in l. 1. ff. de alea. An. de But. & moderni, in c. ſi diligenti, de præſcrip.

c Vſurarij. Adde glo. in c. 2. de vſur. lib. 6. Bald. in l. 3. ff. de fur. Bald. in l. 1. C. de lati. liber. tollen.

d Delictum. Adde gl. vlt. in c. 2. de te. or. & ibi Inno. in c. 1. de treu. & pace.

e Infamis. And. de But. in c. Rayn. de teſta. Abb. in c. debitores, in 6. col. de iureiur. Ioan. de Ana. in c. quam pernitioſum, in fi. vlt. col. de vſur.

f Teſtis. Adde Bald. in l. 1. C de teſta. Bald. in l. cunctos populos. C. de ſum. tri.

g Non eſt nulla. Adde, an ſit obediendum Papæ quando ſcribit pro notorie indigno, vide per Ioan. And & Abb in cap ſi quando. de reſcript. Abb. in c. cum teneamur, de præben. Abb & Ant. de But. in ca. graue. eod. tit. Bald. in prohemio decretalium in 3. col.

Digitized by Google

Quæro, quia dixi, ꝙ electio ſecunda ſeu collatio tenet, ſi prima eſt nulla. quid ſi prima fuiſſet confirmata. Rñdet Inno. ꝙ ſecũda non tenebit. confirmatus.n. cenſeť prælatus. quia autoritate iudicis poſſidet. l. 1. §. penul. ff. ꝙ cũ falſo tutore. 8. q. 4. nonne. & hoc, qñ confirmatio facta fuit ab habente poteſtatem. Ad hoc oppono de hoc rex. hic enim fuerat facta collatio prima, q̃ habet vim electionis, & ꝯfirmationis. ſ. de cau. poſ. cũ olim. vbi no. Et tñ hic dicimus, ꝙ ſi prima fuiſſet nulla: ſecunda tenuiſſet. Sol. Inno. ꝙ aliud in collatione, q̃ in confirmatione, q̃uis eñ habeat vim confirmationis q̃rũ ad adminiſtrandũ, nõ tñ quantum ad alteri præiudicandum. ſed confirmatio ſic, qñ fuit facta vocatis volentibus ꝯdicere. Secus ſi nullo vocato: ad hoc, quod plene notauit Inn. de dolo, cum olim. de app. cõſtitutis. 2. & hodie dic, vt in c. fi. de elec. lib. 6. Opp. ad hoc de cap. poſt electionem. ſ. de conceſ. p̃ben. vbi ſecunda collatio nõ tenuit facta, prima non caſſata, quæ tñ non tenebat. Sol. ſm Inn. ibi non fuit facta deuolutio ab archiepiſcopo ad capitulũ ex aliquo præcedenti. ſed ex ſubſequenti: quia. ſ. dicebatur, ꝙ electus non erat debito modo p̃ntatus capitulo. Itẽ pp renunciationem, & abiurationẽ ſubſecutas, & ſic ab initio non fuerat nulla, & dic, vt ibi. Quæro vltimo: quia gl. vlt. dicit, ꝙ ſic ꝯmiſſariorũ electio non habebit effectum, cantor ſtatim poſſit eligere. an hoc ſit verum. Pone, & aliã q̃õnẽ ſimilem. Papa dedit executores ad prouidendum de bñficio: prouiderunt, & prouiſio non tenet. ad quẽ reuertiť ptãs. quidã vt refert Inn. ꝙ ad ordinarium: pro hoc hic gl. Aliqui, ꝙ ad Papã, quod vř ſibi placere, & prolixe proſequitur. quia Papa vř negociũ ad ſe reuocaſſe: de app. vt nřm. vt ecc. bñficia c. vno. Alij, ꝙ ad executores, ſi qui alij præter illos deputati ſunt. Alij, ꝙ ad eoſdem. pro hoc gl. Inn. ſ. de re iud. c. 1. & ibi dixi. Alij diſtinguũt, & melius ſm Inn. ꝙ aliqñ collatio non tenet ex defectu reſcripti: vt quia eſt nullũ, & reuertiť ad ordinariũ. aliqñ ex alio defectu. vt q̃a inhabili & incapaci: & tũc ad Papã, quia p̃ſumptio eſt, cũ voluerit p̃uidere, ꝙ diſpenſaſſet, ad hoc. ff. de re iud. l. barbarius. in fi. ſ. de re iud. cũ olim. Cõpo. in eo. c. ſ. de reſcrip. dicit ſe defendiſſe, ꝙ ſemper ad ordinariũ reuertitur, niſi Papa reſeruauerit: q̃a ad Papã, vel alios executores deputatos. & ſm eũ ibi ſemper intelligiť reſeruare, q̃ſi non exprimiť nomẽ bñficiandi. Poſſet dici, quod etiã ſi in lřis ſit verbũ, reſeruationis, ſemper ad ordinariũ reuertet, ſi litera non tenet: quia non operantur effectũ. Sed ſi ex alio defectu, aut eſt defectus inducens nullitatem ipſo iure. aut nõ ipſo iure: ſecundo caſu ceſſat q̃õ: nã opus eſt irritatione prius. Sed primo caſu, aut nõ tenuit per errorem iuris: quia executor errauit in iure, & reuertitur ad Papã, & nõ ad ipſum, quem nõ excuſat error iuris, quod tenet Inn. de re iudi. c. 1. Aut ad ordinariũ, ex quo reſeruatio tenebat. Aut per errorẽ facti, & reuertitur ad eundem executorẽ: quia actus nullus nõ facit eũ eſſe functũ officio: vt dicit Inno. in d. c. 1. & ſimile notaui de offi. dele. in literis. & eſt valde notabile. Quærit etiã Inno. & Hoſt. quando deputatur cõpromiſſarius a capitulo ad eligẽdum, & ipſe elegit indignum, ad quem reuertitur. de hac eſt hodie textus in c. ſi compromiſſarius. de electio. lib. 6. vbi indiſtincte reuertitur ad eligentes.

SVMMARIVM.

1 *Abbas publicas pœnitentias & literas indulgentiarum concedere non poteſt.*

1 ACcedentibus. Abbates † de matrimonio cognoſcere, publicas pęnitentias iniungere: & lřas indulgentiarum concedere non poſſunt: niſi hoc eis de iure cõpetat ſpeciali. hoc dicit. Primo ponit querelam ep̃orum. Secũdo, prouidet ibi, volentes. Oppo. in eo, ꝙ permittit ex iure ſpeciali abbatibus ea, q̃ ſunt dignitatis ep̃alis, nõ eñ etiã ſi ep̃i velint, poſſunt inferiores exercere, & ea, quæ ſpectant ad ep̃os ſolos. ſ. de conſue. quanto. de conſe. eccl. vel altaris. aqua. Sol. q̃dã ſunt dignitatis ep̃alis non ordinis, & illa poſſunt competere inferioribus ex iure ſpeciali, vt hic. Quædam ſunt ordinis, vt chriſmare, & ſiĩa: & illa non, vt in ꝯnijs. Ex hoc infero, ꝙ ep̃s non ꝯſecratus, ſed confirmatus etiam non ſacerdos, põt hæc de q̃bus in textu. Hoſt. tñ dicit, ꝙ nõ poſſet concedere indulgentias per ſe: licet poſſit cõmittere alteri ep̃o. vt concedat, ſicut in ſimili. ſ. de elec. ſuffraganeis, & hoc quia iſte indulgentiæ ſapiũt forum pęnitentiale. ĩ. de pęnitentijs cũ ex eo. & c. ꝙ aũt, & ea. noſtro. Sed non ſacerdos non habet ptãtẽ fori pęnitentialis. ĩ. de pęnitentijs, omnis. Imo tenuit Franciſcus vercellen. ꝙ etiã ſacerdos confirmatus in epiſcopum non conſecratus hoc non poſſit. Sicut archiep̃s non exercet pontificalia ante pallium ſuſceptum. ſ. de elec. ꝙ ſicut. quod nõ eſt verum. & contrariũ no. Archi. de pęnitentijs romana. lib. 6. & pro hoc quod no. in cle. 1. de hæreti. in gl. hæc lřa. nec eſt ſimile de ep̃o ad archiep̃m: licet. n. archiep̃s ante palliũ ſuſceptũ non poſſit pontificalia: nõ ſequitur, ꝙ ep̃s ante conſecrationem non poſſit ſacerdotalia: alias ſequeretur, ꝙ ſi celebraret, non ꝯficeret, quod eſt falſum.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ad reuelãdum peccatorem in pn̄ia confeſſum an aſtringatur.*

2 *Sacerdos non obediens Papa mandanti, quod reuelet peccatorem in pęnitentia confeſſum, an incurrat interdictum.*

1 DIlectus. Ad reuelandum † peccatorem in pęnitentia confeſſum, ſacerdos non cõſtringitur. Primò querela pbři. Secundò prouidet ibi, quia igitur. Glo. 1. ibi. quia dei legatione. p hoc dicit Hoſt. ꝙ Papa non poſſet eũ cogere, quia ſacerdos fungiť legatione ſpeciali, Papa generali, quæ præfertur gñali. de offic. legati. ſtuduiſti. Opp ꝙ iſte teneť reuelare. ſ. de furtis, qui cũ fure. Sol. ibi de furto, non de fure dicit. vel ſolue. vt ĩ. in gl. Quæ-
2 ro, an † ſacerdos non obediens incurrit interdictum. gl. ſoluit, ꝙ non, tribus rationibus. vna ꝙ eſt maior eis in hoc caſu tanquam legatus dei, quod not. per quod dixi etiam Papam hoc non poſſe. ponit alias duas, ſed vltima non eſt vera in verſi. vel quia ſub conditione. non enim conqueſtio habet vim appellationis, niſi vt dixi in ca. vt debitus, de appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Corpus quomodo dicatur.*
2 *Collegium qualiter ſumatur.*
3 *Corpus, & collegium an differant.*
4 *Collegium & conuentum differunt.*
5 *Corpus quid ſit.*
6 *Collegium ex quibus conſtituatur.*
7 *Collegium in quibus liceat conſtituere.*
8 *Collegium an poſſit facere ſtatuta.*
9 *Epiſcopus an poſſit vniuerſitatem ſcholarium diſſoluere.*
10 *Bona collegij diſſoluti ad quem pertinere dicantur.*

DIlecta. In præiudiciũ prælati ſubditi ſingulares non poſſunt erigere ſigna collegij. Primo querela. Secundo prouiſio ibi diſcretioni. Pro intellectu caſus præmitte, ꝙ in eccleſia lotren. erat conuentus monialium: & cum hoc erant aliqui clerici, & presbyteri, qui tanquam ſinguli deſeruiebant eccleſiæ. ſicut in eccleſia ſancti Stephani eſt conuentus monialium, & in eccleſia ſancti Laurentij ſubdita conuentui: imo q̃ eſt pars cõuentus, ſunt ſiĩr presbyteri, & cłici deſeruientes eccleſiæ: modo ſi tales volunt erigere ſigna collegij, procedit lřa. P̃ſona. põt intelligi propriè ratione patronatus eccleſiæ ſuę, vel im̃ppriè: prout eſt ſuperior, vel dña iſtarum. Quæro. 1. de rõne huius deciſionis. Rñde, vt in gl. vlt. præſuppoſito. n. caſu vt ſ. dixi. Abbatiſſa & moniales ꝯſtituebant cõuentũ. ꝙ idẽ eſt, q̃d collegiũ. p̃ſbyteri aũt, & clerici erant, vt ſinguli: & recipiebanť ad ſeruiẽdũ ecclię: volebant tanq̃ collegiũ hře ſigillũ, ꝙ p̃hibuit abbatiſſa: erat. n. ei p̃iudiciũ, ꝙ inter ſe regerent, qui ſolebant regi p ipſam. Itẽ apparuiſſet eos hře pinguius in ecclia: & potuiſſent facere ſtatuta, & obſeruaſſe ꝯuentiones inter ſe p̃iudiciales iuriſdictioni abbatiſſæ: & difficilius fuiſſet abbatiſſę corrigere oẽs ſimul reſiſtentes, vt collegiũ, q̃ corrigere ſingulos. Quæro 2. ad intellectũ materiæ collegiorũ. Quid eſt corpus: quid collegiũ: quid capitulũ: quid cõuentus: quid ꝯgregatio. quid fraternitas ſeu ꝯfraternitas: quid ſocietas: quid ſodalitium, & de ſimilibus? So. hæc pñt ſumi multipliciter. de corpore hẽs in gl.
1 q̃ñ corpus † dř aliqñ corpus naturale: aliqñ rep̃ntatiuum, ſeu myſticum. Naturale eſt duplex q̃tum ad materiã gl. aĩatum. & inaĩatũ. Aĩatum eſt, vt hõ: vnde aĩal quodcunq; dř vnũ corpus: quaſi vno ſpũ viuificatum: & dř corpus, quod habet dimẽſiones longitudine: latitudine. & profunditate. Corpus inaĩatum naturale, ſicut domus. Dixit, ꝙ aliud eſt corpus rep̃ſentatiuũ, & iſtud aliqñ ꝯſtituiť ex inaĩatis: vt hředitas. Aliqñ ex aĩatis: & tũc aliqñ irrõnabilibus, vt grex: aliqñ rõnabilibus, vt collegiũ canonicorũ: ppłs, & ſiĩa. de vltimo eſt intentio lřæ. Siĩr colle-
2 giũ † põt dici multipliciter: ſed in p̃poſito accipiť, vt idẽ ſignificet, quod corpus vltimo mõ ſumptũ. ſ. collectionẽ corporũ rõnabilium. de alijs alibi not. Tñ de ſocietate q̃ro: an differat a corpore, ſeu collegio. Rñdeo, ꝙ ſic: dř eñ ſocietas pluribus ꝯ ſingulariter ꝯſideratis, quæ non ꝯſeruatur ſub vno: & ſoluitur morte cuiuslibet ſociorum etiã vnius tñ. ff. p ſocio. l. adeo. in prin. Sed collegiũ ſeu corpus ꝯſeruať in vno ſolo. ſ. de poſtulagratum. Itẽ quilibet ex ſocijs conueniť pro ꝯtibus initis noĩe ſocietatis: nõ ſic in collegio. quod eñ eſt collegij, non eſt ſingulorũ. 12. q. 2. §. qui manumittiť. & per hoc infert Inn. ꝙ ſi agiť de ꝯctu ſocietatis, non debet cõfici libellus ſub noĩe ſocietatis. Sed ſi cõficiatur, vt res valeat, exponitur. i. noĩe ſociorũ. Quod

aũt ſocietas differat a corpore, ſeu collegio probaẽ in l. 1. § 1. ff.
ꝙ cuiuſque vniuerſitatis. vbi dr̃, ꝙ ſocij pñt ↄſtituere collegiũ,
ergo non ſunt. Qñque tñ accipiẽ ſocietas pro corpore. d. l. 1. in
3 princ. ſm̃ Inn. Quæro. 3. an ſit differentia inter corpus, † & col-
legiũ accipiendo, vt ſ. dixi, prout loquitur hic lr̃a gl. in rubrica
ff. de collegijs illicitis, dicit collegium eſſe corũ, qui cõiter vi-
uunt. Corpus, ſiue cõiter, ſiue ſeparatim: quæ differentia nõ ꝓ-
batur iure: vñ nulla differentia poſitiua ſignari põt: dicimus. n.
collegium etiã eorum, qui ſeparatè viuunt vt canonicorũ, qui
non ſemper viuunt in cõi: ſed qñque. ſ. de vita & ho. cle. qñ vt
4 air. Quæro. 4. an ſit differẽtia inter collegium, † & ↄuentũ: dic,
ꝙ non quantũ ad effectu iuris, ſed quantũ ad ſignificatũ voca-
buli in cõi acceptione: dicimus collegiũ clericorum ſclarium.
Cõuentũ religioſorũ. Sic ẽt differt ca pl̃m a conuentu: quia ca
pitulũ dicimus clericorũ ſclanũ. pro hoc. ſ. de app. ſignificauit.
de elec. ne pro defectu. & quod ibi not. ꝑ Inn. & ꝙ not. Archid.
de offic. ordi. quamuis. li. 6. & Cy. C. de ſacroſan. eccl. l. 1. Cõclu
do, ꝙ inter corpus, collegiũ, capl̃m, & conuentũ. quatenus ſu-
muntur ꝓ corpore repñtatiuo ↄſtituto ex pluribus rõnabilibus
coporibus, nulla eſt differentia quò ad iuris diſtinctionẽ, tñ ſi q̃
eſt: eſt ex alijs reſpectibus, non aũt in eſſentia: & in mõ ↄſtituẽ-
di, per hoc etiã habes, quid ꝓprie eſt collegiũ. Quæros itaque,
5 quid eſt corpus, † ſeu collegiũ: vt q̃ ſiui. ſ. rñdeo, ꝙ eſt collectio
corporũ rõnaliũ ↄſtituens vnũ corpus repñtatiuũ. Collectio,
poniẽ genus, q̃a oẽ corpus, ſeu collegiũ, eſt collectio, & nõ ecõ-
uerſo. Corporũ rõnaliũ poniẽ pro differẽtia. per hoc. n. differt
collegiũ a grege & ſimilibus. Conſtituens corpus repreſentatiuũ.
alia differentia, per q̃ excludiẽ collectio ſingulorũ, qui vt ſingu
li ſe hñt. ſicut erant hic p̃sbyteri. Excludit ſocietas ꝓprie ſum-
6 pta, quod paret ex p̃dictis. † Quæro, 6. ex quibus cõſtituiẽ colle-
a gium. [a] Sol. ex p̃miſſis, quia ex corporibus rõnabilibus, marib.
vel fęminis. nã & fęminę hñt conuẽtũ, ſeu collegiũ. ſ. de ma-
io. & obe. dilecta. de elec. indẽnitatibus, lib. 6. tñ nõ debent mi-
ſceri mares, & mulieres in collegio ad cõem hitationẽ: vt no.
in d. c. dilecta. hic tñ in ca. iſto fiebat ↄ̃riũ. ſed debes intelligere,
ꝙ erant presbyteri, & clerici ſeparatim in habitatione a mo-
7 nialibus. Quæro. 7. in quibus liceat conſtituere † collegiũ. [b] re-
b ſpondeo aduertendũ, quædã. n. collegia ſurgunt quaſi natura-
liter, vt quæ ſunt de iure gentiũ: vt collegiũ ciuitatis, villæ vel
caſtri, ſeu municipij, prouincię, vel regni. l. ex hoc iure. ff. de iu-
ſti. & iu. de tali dicit Inn. ſ. de offi. ord. cũ ab eccleſiarũ. ꝙ debet
eſſe approbatũ a principe, vel alio ſuperiore: ſufficit tñ ſm̃ eũ
quæcũq; approbatio etiã tacita: vt ſi princeps ex certa ſcia ſcri
bit tanq̃ ciuitati, vel prouinciæ. Bar. ff. de collegijs illicitis. l. vlt.
hoc reprobat dicens non eſſe neceſſariam approbationẽ, ipſo
CVm ex iniuncto. Summatum eſt ſupr. ca. proximo. primò mãdat opus demoliri, & irritatur quicquid ex illo ſecutum erat. ſecundò reprehendit archiepiſcopum: quia non curauit ſcandalum proximorum ibi ſuper eodem. tertio hortatur eum, vt pareat. ibi finis. Nunciationem factam tibi archiepiſcopo a monachis Cantuarienſibus. Abſens. quia nec adhuc erat archiepiſcopus. ſed denunciatio facta fuit prædeceſſori, vt inf. ver. reducens. Vel dic quod fuit facta etiam huic poſtea. Deinde ſcilicet poſt factum ędificium. prędeceſſorum. patet ergo, quod prędeceſſor opus incęperat. vel forte non ędificauit, ſed canonicos, & alia inſtituit, & quãuis hęres non ſuccedat in poenam, ſuccedit tamen in denunciatione. Hoſtiẽ. Iuramenti forſan fidelitatis. inf. de verb. ſigni. cum clerici. vel ſecundum Innoc. reſidentię faciendę. de cleri. non reſi. ex parte. Abſolutos. ad hoc de elect. venerabilem. ad finem. & forte propter dubium iuramenti pręmiſit verbum. authoritate noſtra, vt ibi. vel ne videatur iure ſuo venire cõtra factum ſuum. de cler. coniug. diuerſis, ſecundum Hoſt. vel ob id ſimile de elect. qualiter. vbi expoſui hæc verba. & dicit Goffr. quod ex eo ſequitur inſtitutio clericorum, ſicut ex contractu iuramentum. & pęna ob id ſequitur priuilegium, & his ſimilia. Monachi. eſt enim eccleſia regularis, vt hic. & de appell. dilecti. Dimiſerunt. hoc verum, vt ſinguli, ſed collegium ipſorum eſt abundans. Hoſt. Laboribus. forte in eundo ad curiam. de appel. dilecti. prohibitis. vtroque iure. ſup. cap. proximo. vel fuerunt hæc prohibita per iudicem. vnde. 1. ad probandum in indifferentibus, vitandum ſcandalum. Apoſtolus primæ ad Corinthios octauo. Comedam carnem. hoc eſt indifferens: quia cum eſu carnium poteſt eſſe ſalus. 41. diſt. c. 1. & ſequenti. niſi repugnet votum, vel obſeruantia regularis, vel ſtatutum eccleſię, in quo etiam caſu tempore neceſſitatis diſpenſatur. de obſeruantia ieiuniorum. c. pen. & vlt. Euangelio. Matth. 18. Lucę 17. vę. 1. æterna maledictio, vt no. 43. di. diſpenſatio. & eſt aduerbium dolentis, execrantis, & maledicentis. ſic 1. 1. q. 3. ve qui dicitis. ponitur etiam pro coniunctione. 2. q. 5. ſi mala fama. de ſymo. per tuas. ver. vtrum, & disiunctiue. ff. quod quiſque iuris. l. 1. §. 1. de ſtatu lib. l. ſtichus. §. eamen. ne cleri. vel mo. non magno. ibi, legeſve. veritatis. Matth. 18. Expirari. concor. de pur. c.
1 inter. Not quod epiſcopus † poteſt deputare eccleſiam ad redditus monachorum, quod colligit Inn. ibi coruoi redditibus. ſed non colligitur hic. & etiam Inn. dicit ſub dubio, quod forte aliquas eccleſias deputaoerat ad ipſorũ redditus, ſed quod fieri poſſit de conſenſu capituli, probatur. inf. ti. 1. paſtoralis. de donatio. conſultationibus. & c. paſtoralis. Nota illud, ſi non tenet principale &c. concordantiæ in glo. in verbo principale. Et ex ea no. id, ꝙ dicit, deſtructa re deſtrui priuilegiũ. Et in ea ibi, de Abb. vbi de hoc. & ibi, & hęc diximus, vbi de hoc, & de reg. iu. priuilegiũ. lib. 6. & declara hoc per id, quod dico inf. q. 10. & pluribus. ſequentibus. No. pręſumendum pro monachis, quod cum litigant, foueant iuſtam cauſam, vt hic io ver. ſuper eo. ꝙ intellige de alias bene obſeruãtibus regulam, de quibus hic loquitur. Not. non curandum de ſcandalo, quando vitando ſcandalum incurritur mortale, & hoc ſiue omittendo, vt ſi quis omitteret mandata de adorando Deum, patrem honorando, colendo ſabbato. i. dominica & ſimilibus, vel de accipiendo pęnitentiam & baptiſmum. Siue committẽdo, vt quia committit adulterium, fornicationem, furtum, vſuram vel ſimilia, vel contra prohibitionem iuris, vel ſuperioris communicat excõmunicato. quod metus cauſa factis. de cleri. excommunicato.
2 c. ſi. de hoc in glo. pen. No. vitandum ſcandalum † etiam puſillorum. arg. de præben. maiorib. de appel. c. de appellationibus. & dicuntur puſilli pauperes ſpiritu. de quibus Matthæi. 5. Bea-
3 ti pauperes ſpiritu. No. finem † ſpectandum. ad hoc de renunciatio. c. 1. in fi. & de hoc de electio. dudum. 1. Oppo. quod non debuerit papa mandare ædificatum deſtrui expenſis Cantuarien. archiepiſcopi, cum nunciationis tempore eſſet abſens. ff. eo. l. pen. Sol. vt in glo. 1. Et in ea. ibi. C. eo. l. vna. alias eſt. l. vlt. de ædificiis priuans. Et ſic allegatur inf. c. fin. in glo. 1. Et ad l. pen. dic, quod procedit, niſi hæres ratum habeat ædificium cęptũ, vel niſi ædificet. ff. eo. l. prętor. §. hoc interdictum. & l. fi. Sed per hoc non eſt ſolutum contrarium. gl. autem dicit, quod hic tenetur ſucceſſor: quia ſucceſſit ſcienter in vitium. quæ ſol. non colligitur ex textu, nec videtur procedere, quia alias poſſemus ſemper dicere hæredem teneri tanquam ſuccedentem in vitium. Et ad c. quia vero. de iudiciis. & de teſtit. ſpol. ſępe. dic, ꝙ loquuntur in ſuis caſibus, & nihil faciunt ad propoſitum, ſolue ergo aliter, quod lex pen. procedit de iure ciuili, ſecundum quod non tenetur hæres ex delicto defuncti. C. ne ex delicto defun. in rubro. & l. vna. ſed hoc c. de iure canonico, ſecundum quod tenetur hęres ex delicto defuncti. de ſepul. c. ſi. de quo tamen articulo dic, vt ibi not. Vel ſolue melius, quod aliud in prælato, qui tenetur propter nunciationem factam prædeceſſori, quia non cõſideramus perſonam prelati, ſed dignitatem, quæ eſt perpetua, nec alteratur ex mutatione perſonę. de reſcriptis ſi gratioſæ. lib. 6. Aliud in hęrede, qui licet cenſeatur per fictionem eadem perſona cum defuncto, non ſic eſt vere. & hãc ſo. quæ placet, tenet Bar. l. pe. Quero, ad quę opera pertinet nũciatio. glo. 3. io principio ſoluit, de quo dixi ſuper rubri. q. 3. ſed quoad vnum, quod ibi dixi, nunciationem locum non habere, niſi quoad inchoata. dic, quod etiam quo ad nondum inchoata, ſi aliquis apparatus factus eſt in ſpecie. i. pro certo opere faciendo, etiamſi nuncians ignoret, quare ſitutum ſit opus illud. ff. eo. l. 1. in principio. & §. poteſt. de pollicitationibus. l. 1. §. cępiſſe. nam etiam ſi quis ſe iactet, quod in certo loco vult ędificare, competit nunciatio. ff. eo. l. 1. §. pe. Opp. ad hoc. ff. eo. l. ſtipulatio. §. opus. Solu. dicit Inn. ſupra. c. proximo, quod ibi loquitur de eo, qui parauit materiam pro præterito ędificio fulciendo, vel cum non apparet, quid velit facere de illo paramẽto & in quo loco ædificare. Vel aliter quia hæc ſolu. non bene conuenit illi. §. dic, quod ad effectum demoliendi opus, requiritur aliquid operis factum eſſe, ſed ad effectum prohibendi ędificationem, non requiritur inchoatio. d. l. prima in principio. & §. poteſt. & l. de pupillo. §. nunciationem. & ibi hoc tenet glo. in verbo inchoet. Quærit conſequenter glo. quis dicatur opus nouum facere. & ſoluit. de quo dixi ſuper rubrica, quæſtione ſecunda. Quærit gl. deinde, an qui nunciat, teneatur iurare. ſoluit, quod ſic, dicens iuramentum exigi auctore prætore. Vbi quæro, quid ſi non exigitur, dic, quod valet nunciatio ſine iuramento. nam & ſine prætore nunciari poteſt, tamen ſi poſtea adhibetur prætor, iurabitur, ſi exigetur, alias nunciatio remittetur. ff. eo. de pupillo. §. qui opus. Ex hoc not. quod iuramentum iſtud poteſt tacite remitti, ſimile in iuramento calumniæ, de iure calum. c. 2. li. 6. & idem dic de cauſa, quam debet exprimere nuncians, ſi petitur, ſed ſi non petitur, non tenetur. ff. eo. l. 1. in principio. Quæro de effectu nunciationis. glo.

cadem

Digitized by Google

eadem. verſic. & quid ſimplici,ſoluit,quod dixi ſuper rubrica quæſtione ſi.& de hoc per Hoſt.in ſumma. eo.§. ſi. Quæro,cui poteſt nunciari.glo.ea.ver. & hæc denunciatio dicit,quod domino,& procuratori &c.de quo dixi ſuper rubrica. Quæro circa hoc,ſicut poteſt nunciari procuratori, ita & per procuratorem.dicit Innoc. ſup.ca.proximo,quod ſic,pro hoc.ff. eo.l. 1.§. Item nunciationem,ſi.quod nota. de elec.cle.cauſam. in gl.approbata . Sed quid ſi poſtea apparebit illum non fuiſſe procuratorem,vel fuiſſe inſufficientem.dicit Inn.in d.c.2.quod non fiet demolitio.ff.de remiſſionibus.l.1.§.1. Alii,vt refert contra: quia graue eſt prætorē contemnere, vel offendere.primum verius : quia non dicitur contemptus prætor , ex quo ad inſtantiam eius,cuius non intererat,facit. Sed nunquid inhibitio iudicis caſſabitur ex eo,quia partem non vocauit. dicit Inno.ibi, quod non,quamuis contra procuratorē poſſet allegare, quod & ſi præſens eſſet non differret iudex inhibere,niſi incontinēti,& quaſi in momento oſtenderetur, non valere procurationem : quia ſi contradicitur,non ſatisfit edicto,quod vult feſtinantet ab opere ceſſari,etiam ſi iniuria non fiat opus,quæ verba ſunt ambigua. Aut enim vult Inn.dicere,quod tenet inhibitio facta procuratori etiam non vocato domino , & tunc contradicere videtur proxime dicto: Sed ſaluando dic,quod licet quo ad demoliendum opus non teneat inhibitio facta procuratori , ſi poſtea apparebit eum non procuratorem , vt in proximo dicto,tamen iudex ſi inhibet non vocato domino,non ex hoc ſolo,quod non fuit vocatus, poteſt dominus dicere nunciationem caſſandam. Aut Innoc.intelligit de procuratore ex parte nunciantis,& tunc male ſaluaretur dictum eius . ſed intellectus præcedens verus,qui plenius declaratur ex quæſtione
4 ſequenti . Quæro igitur nunquid procurator † nuncians tenetur ſatiſdare dominum habiturum ratum. quidam dicunt,ꝙ ſic,etiam ſi conſtet de mandato.ff.eo.de pupillo . §.qui procuratorio . quem ſic intelligunt dicentes ſpeciale hoc caſu, ſicut in caſu l. qui ita.ff. ad Trebell. Alii dicunt.§.qui procuratorio, procedere,cum dubitatur de mandato.vbi dic,quod quandoque dubitatur de mandato probabiliter.& tunc indubitatum eſt locum eſſe ſatiſdationi.C.de procur.l.1.de offic.deleg. cum contingat. vbi de hoc.& de procur.c. 1. Quādoque certum eſt, quod non habet mandatum,& omnino repellitur,etiam ſi velit ſatiſdare. Quandoque certum eſt de mandato, & tunc aut aduerſarius nihil opponit,& non eſt opus ſatiſdare. Aut opponit,& tunc ſi procurator non vult expectare, vt diſcutiatur de mandato,poteſt ſatiſdare ad effectum,vt ſtatim teneat nunciatio.cætera proſequere, vt in hac glo. 3. Et in ea ibi creditori.fortius prælato,& clerico etiam ſi religioſus ſit vt hic . & inf.cap. proxi. Hoſt.& ibi publico. fit enim denunciatio etiam ad ius publicum tuendum,& ad alia duo,vt dicetur inf. ca. proxi. & ibi debet prætor captis pignoribus , vel mulctam indicendo, vel in quaſi poſſeſſionem mittendo,vt no.ff.eo. ſi prius. Quæ-
5 ro,quomodo † fit remiſſio nunciationis.Sol. vt in gl.4. quæ dicit, quod expreſſe & tacite,vt per mortem.ſ.nūciantis. Ex hoc no.quod non datur hæredi,quod dicit gl. ff.eo.nō ſolū.§. morte.verum re integra. l.ſi nihil eſt ædificatum. Item quando nō eſt ſatiſdatum,vel repromiſſum,ſed re non integra,vel ſi eſt ſatiſdatum,vel repromiſſum datur hæredi . Quæro in eo , quod hic dicitur deſtructo principali,deſtruit quicquid ex eo,vel ob id ſecutū eſt . quid ſi eccleſia,vel ciuitas,vel loca ſacra,vel prophana deſtituantur authoritate ſuperioris, vt propter delictū. dicit Inn. ꝙ de cætero nullus debebit vocari clericus illius eccleſiæ,vel municeps illius loci,& locus ille perdit priuilegia vt hic.& de conſe.di. 1.placuit. 16.q.7.& hic diximus. quādo dies legati vſusfructus cedat.l.ſi vſusfructus.§.fin.alias quibus modis vſusfructus amittatur. l. ſi vſusfructus. & ibi melius . Quid ſi ab hoſtibus deſtruitur.dicit Innoc.ꝙ tunc retinet omnia priuilegia,& clerici remanent ibi clerici.7. q. 1 . paſtoralis. 19. q. 3. qui ſemel . Quid ſi authoritate ſuperioris transfertur ad alium locum,vel alteri vnitur.dicit Inn.idem videri.ſ.quod non perdit priuilegia.de religio.do.quia monaſterium,de hoc no. ne ſede va. c. 1. quod autem ſit idē de locis prophanis,quod dictum eſt de eccleſia,inducit Inn. arg.ff.de contrahē.emp.l.ç de ſacra,ad hoc etiam eſt.ff.de religio.& ſump.fu.l.pe.de rerum diuiſio.in tantum.§.ſemel autem.locati.l.ex conducto.§.ſi vis tempeſtatis.& §.ſed ſi in re. & ſequenti . Per hoc infert Inn.ꝙ ſi eccleſia occupatur ad tempus a tyranno, ita ꝙ non poſſunt ibi inhabitare clerici, tamen retinet ſua priuilegia,& ſuos clericos , licet eiectos. Per hoc etiam poteſt inferri,quod ſi moreretur prælatus vel canonici,poſſunt alii ſurrogari,& ad concernentia vtilitatem eccleſiæ ordinari.ar. 23.di.in nomine domini.de elec. ꝙ ſicut . Sed vbi conuocabuntur pro actibus eccleſiæ expediendis.dicit Inn.ꝙ licet ordinarie talia facienda forent in eccleſia. d.c.ꝙ ſicut.tamen propter neceſſitatem poterunt fieri alibi. d. c.in nomine domini. Quid ſi tyrannus daret facultatem clericis eundi ad eccleſiam ſic inuaſam,& aliqui clerici adſunt,vel quid ſi aliqui remanſerunt in eccleſia ſic inuaſa.dicit Innoc.ꝙ etiam ſi eſt maior pars præſentium , dummodo iuſto timore, vel alia iuſta cauſa alii abſint, tenentur præſentes ad illos accedere,niſi poſſint abſentes reddire cum perpetua & bona pace, vel honeſta . Idem ſecundum eum dic , & fortius ſi præſentes ſunt pauciores & hoc dummodo actus, qui imminet , vtilius poſſit celebrari extra eccleſiam,quam intra etiam ſi ſit electio. ar. de elect.bonæ. 1.vbi de hoc,per hęc dicit Innoc. ſecus,ſi qui propter ſuas inimicitias non poſſunt ire ad eccleſiā,quia tunc debent procuratorem conſtituere.de elec. quod ſicut.§. 1. & c. quia propter. & idem ſecundum Inn. ſiue ſit magnum negocium,ſiue paruum,ſi vtiliter fieri poteſt per inferiores. de hoc dixi in d.c.bonæ . Quoad vltimum tamen dictum Inn.de negocio paruo,vel magno. dic,quod regulariter abſentes nō vocantur. fallit in electionibus,collationibus, & diuinorum ceſſationibus.de præben.cum in eccleſiis.lib.6.& no.de teſti. præſentium.li.6. in gl.ibidem reſidentium. Quid ſi canonici ſunt diſperſi.dicit Inn.quod ille,qui eſt caput capituli,ſiue præpoſitus,ſiue alius,ad quem pertinet vocatio capituli, vocabit eos. de maio.& obe.c.1.ad hoc de cle.non reſi.c.1.& hoc dummodo ſit in loco idoneo,vbi plures conuenire poſſunt , vel dummodo vocet ad locum idoneum mō prædicto , alias ſi vellet Lombardos, & commorantes in Lombardia ad remotas partes vocare,vt in Francia,non tenerentur ire, quia manifeſte fit eis iniquum præiudicium.ar.de elect.cum inter vniuerſas . dicit Hoſt.quicquid dicat Inn. quod ſi eccleſia indiget reſidentia citati,tenetur venire ſaltem,ſi iurauit eccleſiæ.l.de reſidendo, vel obediendo,quod fit quaſi vbique de conſuetudine generali.de iureiur.breui.de verb.ſig.cū clerici. & ſi vocatus non veniet,priuari poterit per prælatum.de cle.non reſi.inter quatuor.& c.ſe.& c.fin. ſed hoc nihil contradicit Inn. qui proprie loquitur de his , qui citantur extra locum eccleſiæ . quod fieri poteſt ex cauſa,vt prædixi, dummodo vt dixi,non vocētur ad locum,in quo appareat manifeſtum præiudicium, vt quia nimis remotus eſt.per hoc dicit Inn.quod in dubio.i.quando dubitari poteſt,an ſit nimis remotus,vel nō,tenetur vocatus obedire. 11.q. 3.quid ergo.Et ſi abſentes non venerint, procedent præcedentes.de elect.quia propter.ad hoc de elec. quod ſicut . & c.cum nobis & quod ibi dixi. & in hoc,quod dixi de habendo ius vocandi,intelligo ex conſuetudine:quia de iure non videtur clarum,ad quem pertineat vocatio. tamen Innn.de ma. & obe.c. 1.dicit vocationem ſpectare ad eum,qui maior eſt in capitulo,quod communiter approbatur.& dic, vt ibi dixi. Vbi quæro, quid ſi nullus eſt,ad quem pertineat ex officio alios vocare,dicit Inn.oportere,ꝙ conueniant ad minus duę partes,& illi vocabunt alios,qui commode vocari poſſunt, quod relinquendum eſt arbitrio boni viri , vel etiam conſuetudini antiquæ illius eccleſiæ. & ſi vocati non venerint,procedent vocantes ad perficiendum contractum,vel electionem . Quid, ſi ſit vniuerſitas ſecularis.dicit Inn.ꝙ quando congregatur,debent vocari omnes maiores annis 14. ſiue mares,ſiue mulieres , ſiue virgines,ſiue coniugatæ ſiue viduæ.contra hoc eſt de offic. dele.cum vigeſimum ſecundum Hoſt. vult dicere,ꝙ non ſufficiat ætas. 13. anni. ſed verius eſt quod dicit Inn.per iura quæ. inf.allegantur. Item ſecundum Inn. vocantur tutores minorum.ff.ꝙ cuiuſque vniuerſitatis.l.nulli. & trib.ll. ſequētibus.& l.ſicut municipium.§.in decurionib.ff.ad municipales.l.filii.§. vidua.& l.ea quæ deſponſata.& l.fi.§. idem reſcripſerunt mulierem. Item vocantur filii familias ſi habēt alibi,quam in domo patris domicilium,ſed ſi cum patre,pater tātum vocatur. ff.ad municipales.l.3.& 4. De hoc in additionibus Spe. de ſindico.ver.ſed cuiuſque ætatis. & ver. quid de mulierib.& verſi. quid de ſindico. Dicit Hoſtiē.ꝙ & ſi ſint hæc in iure ſcripta, de conſuetudine tamen non ſeruatur : quia nunquam vocantur mulieres,nec numerum conſtituunt, & in multis locis vocantur tantum regentes vniuerſitatem.pro hoc.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis.l.ciuitates.C.de iura.calum.l.2.§.hoc etiam. ff.de cond.& demon.l.municipalis . ad municipales.l.municeps. & ſi agitur de iure ſingulorum idem : nam qui pro vniuerſitate conſtituitur procurator, poteſt conſtitui pro ſingulis ſecundū Hoſt.quod vltimum dictum eſt impertinens,& in dubium. tamen quod dicit de conſuetudine ſeruanda verum eſt . Quæro
6 † circa id,quod ſup.dixi de re occupata ab hoſtibus,quid ſi qs timore hoſtium dimittit rēs ſuas. dicit Innoc. quod nihilominus retinet poſſeſſionem ciuilem. C. de acquir. poſſeſſ. l.licet. Quid de eo,qui capitur ab hoſtibus. dicit Innoc.quod amittit
7 poſſeſſionem rerum ſuarum , & idem dicit de non † capto ab hoſtibus,dūmodo res ſint ab hoſtibus captæ.ff.ex quibus cauſis maio.l.denique.& l.prætor.§.his autem . ſed ibi non probatur, niſi, quod captus ab hoſtib.pdit poſſeſſionem rerū,quod tamen dicit Inn.de non capto,cuius res captæ ſunt,verum eſt,

quod

quod perdit poſſeſſionem tanquam ſpoliatus. ſup. de reſt. ſpol. io literis. & c. Item cum quis.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio fit ad primum iudicem, ſi iniuſte appelletur*
2 *Appellari ab interlocutoria de iure ciuili an poſſit.*
3 *Appellari de iure ciuili an poſſit a ſententia ſuper poſſeſſione.*

SIgnificantibus. In optione eſt nuncian tis nouum opus, an infra tres mẽſes de præiudicio ſuo doceat, & interim ceſſetur ab opere, an recepta cautione de opere demoliendo, ſtatim ædificari permittat. hoc dicit cum ſequenti. primò narratur factum appellationis remedio. ſecundo index ſuper appellatione datur. ibi ideoque. Opp. 1. ꝙ non expediat nuncianti incõtinenti probare de ſuo præiudicio, ſed ſufficiat, quod intra tres menſes. inf. c. proximo. Sol. vt in glo. 1. quę ſtat cõtrario dicens, quod multo fortius auditur, qui probare vult incontinenti. ratio huius, quia terminus trium menſium eius fauore ſtatutus eſt, & præſumitur, ex quo non vtitur tali beneficio, quod nolit quęrere diffugia. & ſic, quod fouearius, de præſumptio. nullus. Opp. ſecundo, ꝙ non debuerit N. ciuis & laicus trahi coram eccleſiaſtico iudice, ſed corã ſeculari: quia actor debet ſequi forum rei. de foro compet. cum ſit generale. Sol. dic, quod aliquo iure ſpeciali hoc competebat archidiacono Pariſien. & eius officiali, alias procedit contrarium etiam in hoc caſu ſpeciali, quando clericus nunciat nouum opus cõtra laicum, quod debet accedi ad iudicem laicum, vt not. in Spe. de ſatiſdatione. §. fi. ver. quid ſi clericus. Oppo. 3. quia fundatur textus ſuper appellatione ſecũda, & per conſequens reijcit primam, tanquam interpoſitam ab interlocutoria iuſta: ſed contra quod etiam ex alio capite non tenuerit. prima, quia non apparet aliquam cauſam rationabilem in ea expreſſam, & hac eadem ratione poteſt inferri ſecundam non tenuiſſe. dicit Inn. quod in vtraque appellatione cauſa fuit aſſignata, licet hic non exprimatur. qualis autem cauſa fuerit expreſſa in prima appellatione, non poſſet aſſignari iuſta: quia cum iuſta eſſet ſententia, non potuit iuſta cauſa app. aſſignari, ſed ſecundum Inn. proprio motu placuit iudici a quo deferre, vel iudici ad quem remittere. Sed dic, quod licet delatio appellationis friuolæ teneat quo ad impediendum iudicem a quo, de ap. cũ appellationibus. lib. 6. tamen admiſſio iudicis ad quem non tenet. non tñ eſt nulla, niſi error ſit in ea expreſſus. ad hoc de ap. Romana, in plurib. §. lib. 6. Quo ad ſecundam autem appellationem dicit Inn. quod potuit eſſe iuſta cauſa hęc. domine, cũ ego incontinenti paratus ſim probare pręiudicium fieri eccleſiæ in præſenti ædificatione, & plateam ad eccleſiam pertinere, & vos decreueritis, me non admittendum ad hoc, & cautionem aduerſarij recipiendam, appello. quædam alia proſequitur Inn. quæ ſtatim proſequar in quæſtionibus. Opp. 3. ꝙ non tenuerit appellatio ab officiali archidiaconi ad Senonen. curiam tanquam interpoſitam omiſſo medio. de app. dilecti. Sol. vt ibi no. ad quod etiam remittit gl. vlt. oportet enim dici,
1 quod iure ſpeciali hoc fiebat. Opp. 4. quod papa † debuerit cauſam remittere ad officialem archidiaconi, cum ab eo foret iniuſte appellatum. de excep. dilecte. So. de iure ſtandum eſt contrario, ſed potuit de partium conſenſu etiam alteri committere. hic tamen non apparet, cui commiſerit. Quęro proſequendo gl. Inn. circa id, quod dixi in tertio contrario. ſi officialis Senonen. admiſiſſet probationes nunciantis, & reputans, quod non probauerit, interlocutus eſt contra eum, quomodo tunc appellabitur. dicit Inn. ꝙ diceret, cum ſufficienter probauerit, præiudicium generari ex ædificatione aduerſarii, iudex tamẽ contra me protulerit interlocutoriam de cautione aduerſarii recipienda ab aduerſario, appello. & per hæc vult Inn. expedire, ꝙ cauſa app. exprimatur ſpecifice. Vbi quæro, quid ſi dicit in caſu præmiſſo: quia ex teſtibus, vel aliis inſtrumentis aliter pronunciãdum eſt. dicit Inn. ꝙ hoc videtur ſufficere, & idem vt ſecundum eum ſi dicit, appello, quia iniuſta eſt interlocutoria. dicit tamen ꝙ hoc vltimum videtur nimis generale verbũ niſi exprimat, in quo ſit iniuſta. ſicut ſi diceret, appello; quia me grauatis, non eſſet audiendus, niſi exprimat, in quo grauetur. deinde Inn. in alia gl. in verbo, prouocauerit. dicit hic non fuiſſe deferendum appellationi ſecundę, cum in ea non eſſet expreſſa iuſta cauſa. ſup. de app. vt debitus. Alii, vt refert, dicũt, quod tam a diffinitiua, quam ab interlocutoria licet appellari ſecundum canones, etiam nulla cauſa aſſignata. Contra quod opponit Inn. de c. cordi. in prin. de app. lib. 6. & ſtat contrario. deinde quibuſdam intermiſſis recitat alios dicere melius, ꝙ quando appellatur ab interlocutoria, ſufficit dicere appello, & maxime ſi adijciat: quia eſt iniuſta, de teſti. ſignificarunt. & non oportet, ꝙ dicant, in quo ſit iniuſtitia. ſicut quando appellatur: quia locus eſt non tutus, ſufficit dicere appello, quia locus, quem aſſignaſtis, non eſt mihi tutus, nec oportet exprimere, quare. de app. ex parte. ſed iudex ad quem cognoſcet an interlocutoria fuerit iuſta ex actis prędictis coram primo iudice. & ſi ſic erit, confirmabit eam: ex nouis autem probationib. hoc nõ poterit, quia coram primo iudice debuit pars eas producere. & ſi denegaſſet recipere ſine cauſa, potuiſſet iuſte appellare pars. ff. de re iud. quod iuſtit. 4. q. 5. c. 1. per hoc dicit Inn. quod ſi ex prioribus actis inuenerit iudex appellationis interlocutoriam iniuſtam, caſſabit eam, & quicquid factũ eſt poſt appellationem. Ex prædictis apparet Inn. inhærere opinioni illi, quod non expediat cauſam exprimere in appellatione ab interlocutoria, dum tamen ex actis iam factis poſſit iuſtificari. ſed glo. in cle. appellanti. de ap. tenet contrarium dicens, quod etiam ſi cauſa ſit notoria, debet exprimi. quia licet notorium excuſet ab onere probandi, non tamen proponendi, vt dixi, vt lite non conteſta. accedens. quod etiam tenuit hic Hoſt. Paulus vero in clem. appellanti. dicit per illam non reprobari opinionem prædictam Innoc. intelligit enim Inn. velle non expedire cauſam exprimi, quando ipſo iure de ea conſtat. ſicut in terminis huius c. ſi iudex pronunciat cautionem recipiẽdam, & nunciantem probare volentem non audiendum. nam ipſo iure patet talem ſententiam non tenere, ſed ſi cauſa conſiſtit in facto, tunc dicit opus eſſe, vt exprimatur per dictam clemẽ. Quidam autem intellexerunt illam clementinam procedere, quando aliqua cauſa grauaminis fuit expreſſa, vt tunc nõ ſufficiat appellationem iuſtificari ex cauſa non expreſſa. ſecus autem ſi nulla cauſa fuit expreſſa; quia tunc non probatur ibi, ꝙ appellatio non teneat. ſed dic, quod probatur expreſſe. de app. cordi, poſt principium. ibi ab interlocutoria, vel grauamine duxerit appellandum, cauſam appellationis aſſignare depropere. & ita quo ad hoc vltimum decidit Rota Romanę curię in deciſione, quę incipit. Item ſi appellatur ante ſentẽtiam a grauamine. & ibi etiam deciditur, quod ſi appellatur vno vel pluribus grauaminibus expreſſis ſecuta generali clauſula, & ab omnib. aliis grauaminibus, quæ ex actis colligi poſſunt, quod niſi ex expreſſis ſpecifice iuſtificetur appellatio, non poterit iuſtificari ex nõ expreſſis. & per hoc ibi deciditur, quod ſi appelletur generaliter modo pręmiſſo, nullo grauamine ſpecialiter expreſſo: non valet appellatio propter nimiam generalitatem: & quia non ſeruantur iura, quæ voluerũt cauſam grauaminis exprimi: tum, vt deferatur honori iudicis a quo. de appellat. vt debitus. vt cognoſcere poſſit, an grauauerit, & in quo, & quos appellatos dare debeat, tunc vt non poſſit appellans vagari in incerto. Ex quibus concluditur approbatam eſſe opinionem Io. And. de qua in dicta clem. appellanti. in gl. 2. & reprobatam opi. Innoc. & Pau. ſuperius recitatas. inf. tamen pulchrum fuit motiuum Pauli & Inn. nam poſſumus dicere ſatis cauſas expreſſas, quę ipſo iure colliguntur ex actis. de excep. cum venerabilis. & quod ibi no. in fi. quia paria ſunt aliquid eſſe certum, vel referri ad certum de teſti. licet ex quadam, ſed in practica ſtaretur deciſioni Rotæ, pro qua eſt, quia in clem. appellanti. dicitur quod cauſæ debent eſſe nominatim expreſſæ. & quid importet nominatim exprimi, colligitur ex clemẽ. prima. de vita & hone. cle & ex glo. ibi in verbo, nominatim. ex qua habetur, quod dicitur nominatim. i. ſpecifice. ſed dicitur & aliter, prout dixi in c. Lateranenſi. de præb. vbi etiam de hoc per Inn. Quæ-
2 ro, nunquid de iure ciuili † poſſit appellari ab interlocutoria,[a]
a quidam Io. Aſtenſis. & quidam alij dixerunt indiſtincte, quod ſic, non facientes in hoc differentiam inter leges & canones, ſed Inn. dicit non appellari ſecundum leges, niſi in caſibus in legibus expreſſis: puta ſi iudex interloquitur queſtionem ſocij uiſi ſiue criminali negocio per tormenta habendã. ff. de ap. recipiendis. l. ante ſentẽtiæ. Item ſi fideiuſſores de iudicio ſiſti approbentur a delegato, tãquam idoneo, cum non ſint. ff. qui ſa. cog. l. arbitrio. licet quidam, vt dicit Inn. dicant tunc delegantẽ etiam ſine appellatione poſſe corrigere ſententiam delegati. ad hoc de re iud. c. ſi. quod procedit ſecundum Io. And. ſi ex officio, & non ad inſtantiam partis corrigat, pro hoc, quod not. de app cum ceſſante. ſed tamen quoad cautioi l. arbitrio, communius intelligitur, ꝙ ibi per appellationem. Item etiam ſm leges appellatur ab iniuria iudicis. C. de ap. l. ſi quis prouocationem. quod intelligit Placentinus de iniuria facti, puta ſi iudex verberauit litigantem poſt latam ſententiam. ff. de ap. l. illud.

C. de

ADDITIO.

a Ab interlocutoria. Adde c. cordi, de appell. libro 6. & in cle. appellanti. eodem titu.

C.de ap.l.in mainribus. Azo. vero intelligit de iniurioſa execu
tione,puta ſi ante quadrimeſtre exequitur ſentẽtiam.pro hoc,
quia licet appellare ab executore,ſi modum excedit. ff. quorũ
appellationes non recipiuntur.l.ab executore. ita ergo,& ſi tẽ-
pus prçuenit.ad hoc de off deleg.quærenti.de re iudi. quod ad
conſultationem . de hoc quando & quomodo liceat ab inter-
locutoria appellari de iure ciuili,dixi de app. ſuper eo.2. Quæ-
3 ro,nunquid a ſententia ſuper poſſeſſione poſſit appellari † de
iure ciuili.dicit Inn.quod non.& hoc non ex eo,quia ſit inter-
locutoria,ſed quia ſuper proprietate principalius & perfectius
iudicium expectatur.C.ſi de momentanea poſſeſſione.l.1. ſed
ſecundum canones bene appellatur.de reſt.ſpo.ex conqueſtio
ne.dicit tamen Inn.ꝙ ibi non fuit appellatũ a ſententia in poſ-
ſeſſorio:ſed quia petitio ſuper poſſeſſorio non admittebatur.
de hoc de reſt.ſpo.cum ad ſedem in gl.pe.in fin.& dic,vt ibi di
xi.& pro ibi notatis no. quod nunc dixi ſecundum Inn. ex quo
habes rationem, quare non appelletur de iure ciuili a ſenten-
tia in poſſeſſorio.& per illam rationem poteſt colligi,ꝙ quan-
do non poteſt ſufficienter prouideri per iudicium petitorij,e-
tiam de iure ciuili poteſt appellari.quod dixi in dicto cap.cum
ad ſedem.

S,cui. Summatum eſt ſupr.c.proxi. Oppone, quod ſit in optione ædificantis pręſtare cautionem de opere demoliendo, & tũc debeat permitti ædificare,vt in iuribus alleg. hic in principio gl.primæ.gl.ſoluit hodie ſtandum huic ca & præcedenti. recitat tamen,ꝙ eſt in optione nunciãtis,prout dixi ſummando c.pręcedens.recitat tamen opinionem aliorum dicẽtium, ꝙ potius ſit in optione ædificantis ibi,alij dicunt. & hæc fuit opi. Io.Hugolini,quę recitatur per gl C.de ædificijs priuatis.l. vlt. Alia etiam opinio ibi recitatur diſtinguens, an denunciatio fiat per prætorem,& locus eſt his c.aut per partem,& locus eſt opinioni ſtatim dictæ. Alia etiam opinio ibi ponitur diſtinguens,an ædificator poſſideat,& eſt eius optio. aut non: & eſt optio nunciantis,vt hic. Alia fuit opinio,quod ſi ędificatur in publico,locus eſt huic c.& præcedenti. ſi in priuato,procedit opi.Io.& Hugolini.tu dic indiſtincte ſtãdum his c.ꝙ et tenuit Azo.vt not.in d.l. vlt. Quæro de ratione decidendi,quare potius Papa approbauit opinio. Azonis,quam alias. dic,quia per eam prouidetur nuncianti,& ædificanti.nuncianti,ne fiat interim ſibi præiudicium,vt finge,ꝙ per ędificium officiebatur luminibus ſuis,& erat forte ſtudioſus. Aedificãti prouidetur: quia ſi ædificaret pręſtita ſatiſdatione,& poſtea probaretur de præiudicio nunciantis,perderet ſumptus ædificij,cum debeat opus demoliri,vt ſup.eo.c.1.& 2.

De priuilegijs & exceſſibus priuilegiorum. Rubrica.

Quia priuilegiati interdum abutuntur priuilegijs ſuis:ideo &c.poſſet etiam continuari ſpecifice ad rubricam proximam ſic. Dictum eſt de noui operis nunciatione,quæ ſpeciale priuilegium habet,de quo.ſup.ti.proximo in omnibus.c.Inde ſumpta occaſione,generaliter tractat de priuilegijs:& quia priuilegiati quandoque delinquunt:ideo de eorum exceſſibus annectit.De materia.25.q.2.facit.3.di.priuilegia.9.q.3.§.ſola.vſque ad fin.11.q.3.priuilegium.12.q.2.qui & humanis.26.q.2.non exemplo.Reperitur in ſexto,& clementinis.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas etiam dicitur,quæ non habet epiſcopum.*
2 *Epiſcopatus dicitur honor.*
3 *Epiſcopatus dicitur excellentior dignitas.*
4 *Dignitas eccleſiaſtica vileſcere non debet.*

Epiſcopalia. Maiores ciuitates ſolæ
priuilegio epiſcopatus
ſunt honorandę. Primò dictum. Secundo ra
1 tio ibi,ne honor. No.ꝙ dicitur ciuitas† etiam
a quæ non habet epiſcopum,[a] probatur hic,cũ
dicit in maioribus ciuitatibus tantum prefi-
ciendos epiſcopos.ſunt ergo minores ciuita-
tes,quæ tamen carent epiſcopo, & hoc procedit ſecundum di
uerſimodam acceptionem huius termini,ciuitas. Alicubi ta-
men dicuntur ciuitates illæ ſolum,quæ habent epiſcopum.de
hoc de ſenten.excommu.ſi ciuitas.lib.ſexto. Not.quod epiſco-
2 patus† eſt honor,ideſt honorabilis dignitas,alibi dicitur opus.
8.quęſt.1. qui epiſcopatum. Nota etiam,quod dicitur hic epi-
3 ſcopatus † dignitas [c] excellentior. ad hoc de ele. innotuit.hinc
c dicimus,quod minores prælati debent excellentiora ad epiſco
pos referre. de offi. archi.cap.1.& ca.ad hæc. de offi.archipreſ-
4 byt.ca.ſi. Nota † cauendum,ne dignitas eccleſiaſtica vileſcat.
ad hoc ſup.tit.2.accedentibus. Et nota,quod ſurgit vileſcentia
propter numeroſitatem. & intelligunt aliqui ibi,ſui numeroſitate,ideſt numeri paucitate: quia vileſceret, ſi in paruo loco ſtatueretur epiſcopus. Alij dicunt numeroſitate,ideſt multitudine: quia vileſceret,ſi in loco etiam paruo poneretur epiſcopus,quod eſt verius. Oppo.primo,ad hoc de c.& temporis.16. quęſt. prima. vbi dicitur epiſcopus humani caſtri. Solutio ibi ponitur caſtrum pro ciuitate. de hoc nota.88. diſt. epiſcopi.& c.ſequenti. Oppono ſecundo ad idem,quod non ſit attendendus locus,an paruus,vel magnus.93.di.legimus.gl. prima hic, ſoluit ſtando contrario. & quod hic dicitur,dicit referendum ad factum. idem Innoc.pro hoc,quia videmus potentes,& diuites epiſcopos honorari,& pauperes virtuoſos cõtemni, contra id,quod habetur Iacobi ſecundo. Et refert Hoſtien.de theologo,qui cum male indutus fuiſſet,male receptus fuit in quodam monaſterio, & illuc poſtea rediens cum ſplendidis veſtibus honorifice tractatus,multas gratias retulit veſtibus. hinc & illud. Vir bene veſtitus &c. Vel dic ad contrarium, quod a principio non debet inſtitui epiſcopus,niſi in ciuitate populoſa,vt hic.& 68. diſt. §. inter epiſcopos. ſed ſi ſit inſtitutus:ita eſt epiſcopus in parua,ſicut in magna,vt in contrario.

ADDITIONES.

a Epiſcopus. Adde quod ad eſſe ciuitatis non eſt de ſubſtantia quod ibi ſit epiſcopus.vt in c.vrbes & c.in illis.& in c.illud.80.di.c.fęlix.& in c.multis 16. quæſtione.1.Bar.in l.1.circa me. C.de metropolit.libro 11.Barb.in cap.1.de oſt.or.in primo no.

b Dignitas.Adde gl.ſingu.in verbo dignitatum in c.1.de præben.li.6. quæ vult quod in ſtatuto odioſo faciente mentionem de dignitate non venit epiſcopatus,quia eſt culmen dignitatum quam all.fin. Abb.in cap venerabilis. in vlti.not. de præbend. & quod epiſcopus ſit culmen dignitatis, tenet Abb.in c.dilectus in 1.not. de conceſſio. præben. Abb.in ca. cum vintonienſis. in 4. col.de electio.

SVMMARIVM.

1 *Canon dicitur legi ſuffragari.*
2 *Papa defendendo iuriſdictionem ſuam,non per hoc præiudicat iuriſdictioni iudicis ſecularis.*

Sicut. Non obſtante priuilegio fori, per eccleſiã
punitur laicus eccleſię malefactor.primò
præmittit rationem dicti. ſecũdò dictum ſubijcit,
ibi violentos.Priuilegia. fori,per quę conueniẽtius
eſt reus in foro ſuo,vel loquitur de alijs priuilegijs. Not.quod
1 canon† ſuffragatur legi.pro hoc,quia vnum ius per reliquum
iuuatur.ſup.tit.1.c.1.Et not. ꝙ dicit ſubſidium non ſeruitium.
non enim ſubeſt lex canonica humanæ,ſed econuerſo. inf.eo.
ſuper ſpecula.Dicit autem Hoſt.quod cum canon contradicit
legi,ſtatur vtriq; in foro ſuo.C.de Iuſtiniano co.compo.l.vna.
2 §.fi. 10.di.leges.de hoc dixi ſup.ti.1.c.1.No.ꝙ papa† defenden
do ſuam iuriſdictionem,non per hoc præiudicat iuriſdictioni
iudicis ſecularis.de hoc in gloſſ. prima, debet autem ſuum ius
defendere. de ſupplen. negli. prælat. licet.de immu. ecc. quoniam.lib.6. Non autem ſupplantare ius alterius.ad hoc 10.diſtin.quoniam.

Cum & plantare. Primò exordium,& epiſcoporum deciſa querela. ſecũdò prouiſio ibi,eccleſias.tertiò prorogatio ibi,quod autem. ſecunda in quinque,prout in quinque prouidet. ſecunda illius ibi,excommunicatos.tertia ibi in eccleſiis.quarta ibi,ꝙ ſi. quinta ibi,de confratribus. Religioſi. Et exempti eccleſias & decimas percipere non debent a laicis ſine dioceſanorum conſenſu. h.d. vſque ad §. excommunicamus.plantare.noua.n.religio inſtitui nõ poteſt per aliũ, quam per papam.de religio.do.c. fi.Fouere. ſimile de natis ex li.ventre.c.vno.Recte.inde dicitur regula: quia recte ducit. 3. di.regula.Scandalum.quod eſt vitandum.ſup.tit.1.c.2. periculum. cui obuiandum eſt.de conſt.c.2.li.6.de ſepul.c.j.eo.li.Eccleſias. de præben.in Lateranẽſi. Aliquo,in antiqua dicebatur moderno.Opp.ꝙ non poſſint recipere religioſi decimas de manu laicorum etiam de cõſenſu epiſcoporum, niſi ſint decimæ inſeudatæ laicis.de his quæ fi.a præla.cum apoſtolica.Solu.vt in glo. 2. quę ſtat contrario. & intellige de infeudatis ante concilium illud Lateranenſe.de decimis.c.2.§.illas.lib.6. & de hoc not. ſupra de pręben. in Lateranenſi. Et in hac glo.ibi cura.& de dona.paſtoralis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt ab omnibus vitandi.*
2 *Celebrans præſente excommunicato maiori, proximus eſt irregularitati.*
3 *Interdictus nominatim quis dicatur.*

EXcommunicatos. Excommunicatos,& interdictos
1 tenentur prędicti vitare. No.ꝙ excõmunicati † ſunt
2 ab omnibus vitandi, & qui ſcienter † celebrat præ-
ſente excommunicato maiori, proximus eſt irregularitati.inf.
eo.epiſcoporum.li.6.de ſen.excom.is cui.eo.li.non eſt tamen
irregularis,licet grauiter peccet.de ſen.excom is qui.eo.li. No.
a nominatim [a] interdictum debere vitari,& qui publice excom
b municatum vel nominatim interdictum ſepeliunt [b] ſcienter,
excommunicati ſunt ipſo iure. de ſepul. cle.eos.& idem de ſe-
pelientibus defunctos tempore interdicti, præter caſus a iure
permiſſos, vel manifeſtos vſurarios,vt ibi, & non excuſat con-
ſuetudo, vt poſſit communicari excommunicato, vel inter-
dicto.ad hoc de conſue.cum inter. quãdoque tamen ſuper in-
terdicto conceditur priuilegium.inf.eo.§.quod ſi.Quęro,quis
3 dicatur † nominatim interdictus,[c] ſolue,vt in glo.in verbo,no
c minatim.Et in ea ibi expreſſo.ſup.de cle.excom.mi.propoſuit.
& in fi.ad hoc de ſent.excom.conſtitutionem lib.6.

ADDITIONES.

a Nominatim.Adde c.conſtitutionem.de ſen.exc.li.6.cle.1.de vi.& ho.cle.Cal. in tract.de cle.interdi.in 1.q.2.membri principaliter.
b Sepeliunt.Adde Io.And.in regula delictum.de re.iur.li.6.in mercur.
c Interdictus.Adde gl.in verbo nominatim in cle.eos de ſepultu.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia,quæ dicatur pleno iure ſpectare ad religioſos.*
2 *Deponere an poſſit is,ad quem ſpectat eccleſia pleno iure.*
3 *Inſtituti in eccleſiis religioſorum, de quibus temporalibus rationem reddere teneantur.*
4 *Cuſtodia eccleſiarum vacantium ad quem ſpectat.*

IN eccleſijs. Religioſi etiam exempti in ec
cleſiis pertinentib.ad eos non
a pleno iure [a] non inſtituunt,nec deſtituunt inconſul
tis epiſcopis,ſed rationem exigũt ab inſtitutis. h.d.
Remouere.nec valet conſuetudo contraria, vel ſtatutum. de
capel. mo.c.vno.li.6. plebis cura.ſimile de verb.ſign. veniens.
1 lib.6. Quæro,quæ eccleſia † dicatur pleno iure [b] ſpectare ad re-
b ligioſos,vel alios.Sol.vt in gl. Quæro,nunquid ſi ſpectat pleno
iure,poſſint inſtituere,& deſtituere. So.vt in eadem gl.quæ te-
2 net,quod ſic a contrario huius literæ. Quæro tunc,an † pote-
runt deponere.gl.dicit,ꝙ non: quia hoc pertinet ad ſolum epi
ſcopum. pro hoc,quia etiam confirmatus nondum conſecra-
tus in epiſcopum,non poteſt deponere,vt no.de elec.tranſmiſ
ſa.ſed qño deponetur inſtitutus in tali eccleſia.Sol.vt in glo. Et
in ea ibi in priuilegiis.ponitur ad hoc de præſcr.veniens. & dic
ponderanda verba priuilegiorum.dicit autem Io. And. quod
licet habeãt priuilegium,vt poſſint recipere ordines a quo ve-
lint epiſcopo,epiſcopus tamen non dioceſanus nõ poterit in-
trare dioceſim ſine licentia proprii dioceſani. pro hoc, quod
no.de tempo.or.eos.in gl.pe.li.6.Sed Paulus & Io. de li.dicunt,
ꝙ poterit ingredi vt priuatus,nec in hoc requiritur licẽtia dio-
ceſani:quia hoc competit iure facultatis. C.de ſeruitutib.l.per
agrum. ſed cum inſigniis epiſcopalib.non: prout dicit Io.An.
Quæro, nunquid in omnib.eccleſiis ſpectantib.pleno iure ad
religioſos poſſint inſtituere,& deſtituere. vr̃,ꝙ ſic per ſupradi-
c cta.dicit tamen Hoſtiẽ. ꝙ interdum ſpectant pleno iure intan
tum,ꝙ inſtituũt rectorem,ſed quia populus nõ eſt exemptus,
oportet rectorem præſentari epiſcopo, vt ab eo recipiant curã
populi,& ſuper hoc viſitabitur ab epiſcopo. pro hoc de capel-
3 lis mo.c.vno.li.6.& quod ibi no.Quæro in eo,ꝙ † religioſis red
ditur ratio de temporalibus per inſtitutos in eorum eccleſiis,
de quibus temporalibus hoc procedit. dicit Inn. ꝙ non ſolum
de his, quæ ipſi exempti dederunt eccleſiis; ſed etiam de his,
quæ dederunt aliis,& quod plus eſt etiam de decimis, & aliis
rebus ſpiritualibus reddent eis rationem. nam ex quo eccleſia
ſua eſt,ſunt ſua omnia eccleſiæ annexa, vt poſſeſſiones eccle-
ſiæ,decimæ,& omnes obuentiones.ar. de conſtit. tranſlato,&
quia iura, quæ de hac materia loquuntur generaliter dicunt.
16.q.2.ſane.per hoc dic idem,etiam ſi ſint bona feudalia.ar.de
ap. Rom.§.debet.li.6.ad prędicta de iud.quanto.& c. cum de-
putati.& quod ibi no.de reſt.ſpo.olim.1.Item quia debent red
dere rationem villicationis ſuę.de acc.qualiter.2. Quid ſi pres-
byteri cõueniũtur ſuper poſſeſſionib.dicit Inn.ꝙ cõuenientur
tantum ſub patronis exemptis,vt not.inf.eo. recepimus.quod
intelligo verum, ſi patroni iſti habent iuriſdictionem, prout
dico in ſequenti quæſtione. Quid ſi imminet alienatio. dicit
Inn.ꝙ inſtituti non poſſunt aliquid alienare,nec maximas can
ſas agere ſine conſenſu patronorum exemptorum.nam ſicut
ſine conſenſu epiſcopi ab eius ſubditis hoc non fieret: ita iſti
requiruntur,qui habent ius epiſcopale in inſtitutis.ar. 12.q.2.ſi
qua.& c.placuit.& quod no.de reſcrip.edoceri.quæ iura maxi-
me.c.ſi qua.& c.placuit.probant de authoritate epiſcopi requi
renda, ſed,ꝙ ſufficiat authoritas patronorum exemptorum,
eſt,ꝙ no.de tranſac.c.2.& de reb.ecc.non alie.cle.1.in gl.in ver
bo proprii.& dicit Inn. ꝙ ſiue patroni clerici ſint exempti ſiue
non,in eccleſiis ſuis exigent rationem,qño regantur poſſeſſio
nes,& expẽdantur prouentus. non tamen principaliter exige-
tur ratio,quid debet ſingulis dieb.pro piſcibus, vel carnibus.
& hanc rationem petent ẽt a non ſuſpectis de dilapidatione:
quia a iure hoc eis conceditur. Hoſt. dicit, ꝙ in non exemptis
nulla eſt iuriſdictio, ſed exempti bene habent iuriſdictionem
ſuperius dictam. pro hoc,ꝙ no.de off.ord.quanto.poterunt er
go de plano inquirere, & ſi quid corrigendum fuerit dioceſa-
no nunciare.16.q.7.filiis.de ſta.mo.c.pen.ver.ordinentur.& c.
fi.ver.ꝙ ſi Abbas.nam & Metropolitanus non debet hoc face
re,niſi primo denunciet dioceſano.de cenſib.c.1.§.ſane.li.6.in
hoc concordat Inn. dicens, quod iſti patroni non cogent ſub-
ditos ad rationem reddendam, ſed debent hoc obtinere fieri
per dioceſanos. nam ratione patronatus nullam habent iuriſ-
dictionem ſuper illos. debet autem epiſcopus, ſi nimis ſæpe,
vel malitioſe exigeretur ratio non impendere ſuum officium:
quia malitiis non dẽt faueri.de reſcr.ſedes. ff. de rei vendicati.
l.in fundo. Ego dico,ꝙ tam quo ad alienationẽ,quam quo ad
reddendam rationem etiam patroni exempti non habent iu-
riſdictionem quaſi epiſcopalem,quo caſu procedit,ꝙ dictum
eſt, vt tunc poſſint authorizare alienationib.ſic loquitur glo.
prǽalleg.in clem.1.de rebus eccl.non alie.de quo dixi de tran-
ſac.c.2.Et hoc idem vult Inn. hic,dicens,ꝙ quo ad iuriſdictio-
nem, vel ad interponendam authoritatem alienationib.nihil
iuris habent patroni clerici,ſed epiſcopi tantum.hæc.n.ſunt iu
riſdictionis,& non de iure patronatus. poſſunt tamen ſe oppo
nere,ne nociuæ alienationes fiãt.16.q.7.filiis.Quæro,ad quem
4 pertinet cuſtodia † talium eccleſiarum vacantium. dicit Inno.
quo ad patronos prædictos.ad hoc de off.ord.cum vos.de app.
bonę.pro hoc etiam de inſti. cum veniſſet. Quęro,ſi imponi-
tur collecta epiſcopo,& clericis ſubditis.dicit Innoc.ꝙ eccleſię
prædictæ conferent cum patronis,& non cum epiſcopo. Quid
ſi religioſi morantes in iſtis eccleſiis delinquunt.dicit Hoſt. ꝙ
Abbas exemptus non poterit delinquentes iudicare extra ſuũ
monaſterium prohibente epiſcopo.ff.de iuriſd.om.iud l.fi.de
vſu pallii,ex tuarum.de off.ord.quanto. niſi iure ſpeciali aliud
competat.de foro compet.cum contingat.ſup.tit.2. cum acce
dentibus.inf.eo.c.primo.§.in eos.lib.6.& pro hoc,quod no. de
offi.arch.c.fi. Quid ſi patroni indigent.dicit Hoſtien.quod in-
ſtituti poſſunt eis ſubuenire de authoritate epiſcopi, non ali-
ter,de iure patro.nobis,de cenſi.cum apoſtolus. §.inhibemus,
& c.quanto. ſi tamẽ eccleſia eſt deputata vſibus religioſorum,
tunc de omnibus epiſcopalibus eſt eis reddenda ratio. inf.eo.
paſtoralis.ſalua cõgrua portione pro vicario perpetuo.de præ-
ben.extirpandæ.§.quia vero.& c.1.li.6 Et circa hoc refert Inn.
opi.quorundam dicentium hunc §. non habere locum niſi in
eccleſiis,quæ ſunt de menſa patronorum, ſed plus ſibi placet,
ꝙ etiam in aliis,de quibus dictũ eſt.ad hoc de reli.do. cum ve-
nerabilis.vbi de hoc no. Inn.in gl.hic epiſcopus.diuerſos autẽ
modos diuidendi redditus inter patronos, & inſtitutum dic,
vt ſup.de præb.de monachis. Quęro,nunquid inſtitutus vltra
rationem, quam reddunt patronis, teneantur etiam reddere
epiſcopis.dicit Inn ꝙ ſic ratione poteſtatis ordinariæ, quã ha-
bent.de off.ord.conquerente,quod procedit,niſi tales eccleſię
eſſent per omnia exemptæ etiam quo ad populum, quo caſu
nihil ſe impedit epiſcopus,ſed papa, vel alius ſuperior imme-
diatus ad hoc,ꝙ no.in d.c.de monachis. & ſecundum hanc li-
mitationem intellige plura de præmiſſis.

ADDITIONES.

a Pleno iure. Adde quid importat hoc verbum. vide Bal.in l.præcib.ver. procedo vlterius C.de impu.& ali.ſubſti.
b Eccleſia pleno iure. Adde quæ dicatur eccleſia pleno iure ſubiecta.vide glo.in verbo pleno iure in cle.1.de exceſſ.præla.& ibi Car.in 6.opp.& ibi Ioan.de Imo.poſt eum in 4.col.Pe.de Anch.in repe.c.ſi propter.in 28.colum. ver.& quarto vlterius.de reſcr. li.6.domini de Rota deciſ.17.in antiquis.

Quod

SVMMARIVM.

1 *Sepelire mortuos ſolemniter tempore interdicti, non licet.*

QVod ſi templarii. Hoſpitalarii, & tēplarii ſemel in anno celebrant in eccleſia interdicta.i. in loco interdicto ſita. nec tunc ibi tumulantur mortui. Sepeliantur. alias ſepeliant. ipſi.ſ.templarii, vel hoſpitalarii. Opp. 1.
1 ꝙ in eccleſia interdicta non poſſit celebrari etiam vigore priuilegii. de ſen. excom. c. fi. §. adiicimus. & quod ibi no. in t. glo. lib. 6. Sol. expone. quod dicit textus de eccleſia interdicta, vt dixi ſummando.i. ſita in loco interdicto, inſ. eo. vt priuilegia. per
1 hoc, quod no. inſ. c. tuarum. in gl. 2. Op. 2. ꝙ † poſſint hoſpitalarii, & templarii ſepelire defunctos in eccleſiis interdictis. infra eo. vt priuilegia. Sol. ibi de confratribus eorum. hic de aliis. vel licet ibi poſſint ſepelire: non tamen cum ſolenni officio, & ſic intelligetur hic, ꝙ non ſepeliantur. ſ. cum ſolemnitate officii. & per hoc no. ꝙ licet certis temporibus tempore generalis interdicti liceat publice celebrare ſolemniter. d. c. fi. de ſen. excō. li. 6. non tamen tunc licet mortuos ſolemniter ſepelire. de quo in clem. eos. de ſepul. in gl. hoc dicit.

DE confratribus. Confratres exemptorum, qui nō in totum tranſierūt ad eos, ſubiecti ſunt ordinariis. Poteſtatem. dicit Hoſt. quod hanc exercet epiſcopus per libelli porrectionem. remittit de ſymo. licet, quod non colligitur hic. & verius eſt, ꝙ ex officio punit ordinarius. de offi. ordi. c. 1. Suos, non exemptos.

QVod autem. Percipiunt recipiendo eccleſias, & decimas de manu laicorum. præſumunt recipiendo prohibitos ad diuina, & celebrando plus quam ſemel. Inn. Interdicto. referas, ad §. excōmunicatos. & §. quod ſi. & quod ſequitur. & quod egerint &c. referas ad §. eccleſias. & §. in eccleſiis. Irritum. ipſo iure, & de facto eſt corrigendum. at. de re iud. cum aliquibus. vnde nulla eſt inſtitutio cum ſine authoritate dioceſani inſtituunt. Hoſt. Quæro, nunquid, quod hic dicitur, vt eccleſiæ iſtorum ſubiaceant interdicto, eſt canon latæ ſententię. dicit Inn. quod non. vnde Hoſt. intelligit ſubiaceant. lata ſententia per epiſcopum. inſ. c. tuarum. §. eos vero. quod quis benignius: ideo amplectendum. ad hoc de rapto. excommunicationi. & quod ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiis aliorum derogans, ſuo priuandus eſt priuilegio.*
2 *Iudex qui negligit facere iuſtitiam, an poſſit conueniri per partem, & ad quid.*
3 *Iudex negligens facere iuſtitiam quam pœnam incurrat.*

1 **D**Ilecti. Suis priuilegiis † priuandus eſt, qui priuilegiis derogat aliorum. Primò querela. Secundò prouiſio. ibi pro certo. priuilegia. ſuper quibuſcūque rebus, vel iuribus. Inn. decurtabimus. alludit vulgari. Autēticis. nam tranſcripta fidem non faciunt, ꝙ dic, vt de fide inſtr. c. 1. & 2. No. vt no. in gl. 2. & ad hoc 11. q. 3. cotum. No. ſummarium, & cōcordantias vt in gl. vlt. & in ea ibi. c. primo, & ſecundo. & in fin. inf. eo. quanto.
2 Quæro, nunquid † iudex, qui negligit facere iuſtitiam, poſſit cōueniri per partem, & ad quid. Sol. vt in gl. 1. Circa quod q̄ro,
3 nunquid † iudex propter negligentiam prædictam incurrat pœnam c. primi. de re iud. li. 6. vr̄, ꝙ ſic per. c. nemo. & quod ibi not. de ſymo. quia punitur omittens, ſicut faciens. Hoſt. tenet hic cōtrarium. quia c. primum punit tātum facientem. ſed idē Hoſt. de app. legitima. li. 6. tenet primū. Ego puto verius, ꝙ ſola negligentia nō ſufficit ad incurrendam pœnam dicti c. primi. quia textus ibi dicit de iudice, qui fecerit quicquam &c. ꝙ nullo mō poteſt verificari de negligente. Fateor bene, ꝙ tenetur negligens per alia iura. Ad c. nemo. reſpōdeo, ꝙ ibi non fuit ſola negligentia: imo fuit poſitiua prohibitio impediens ibi recōciliationem. Item licet ſufficeret omiſſio quo ad caſum illius. c. ſecus tamen quo ad caſum dicti c. primi ꝑ verba pręmiſſa, quę requirunt actum affirmatiuum. & cū ſit illud c. penale, verba non debent extendi. regula odia. & regula in pęn. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in loco quantumcunque priuilegiato poteſt extrahere oſſa excommunicatorum.*
2 *Sepelientes excommunicatos incidunt in excommunicationem.*

AD hæc. Etiam priuilegiati, qui ſepeliunt mortuos excōicatos, eos extumulare tenētur. pars huius de exceſ. præl. ad hæc. de app. ad hæc 2. Cimiteriis. nō refert quo ad hoc, an ſint cōtigua eccleſiis, an nō. de quo de ſen. exc. is cui. li. 6. Exequaris. tuo iure per te, vel per alium in tua dioceſi ſaltem. inſ. eo. patentib. Hoſtien. No. non cōicandum defunctis excōicatis. Et nota, ꝙ in lo
1 cis quantuncunque priuilegiatis poteſt ep̄us † extrahere oſſa excōicatorum ſepultorum, ſicut hic permittitur in eccleſiis hoſpitalariorum. ſed Inn. dicit eas nō eſſe exemptas, ꝙ fuit verum tp̄e huius c. pro hoc, ꝙ dicetur de ciſtercienſib. inf. eo. recepimus. Sed præſuppoſito, ꝙ ſint exemptæ, non procedit hic hoc notabile prædictum: quia in loco exempto non habet ep̄s ſe impedire de off. ord. grauе. ad hoc not. inf. c. tuarum. & pro hoc inſ. c. cum capella. & de hoc plene inf. c. epiſcoporum. li.
a 6. Quæro, nunquid ſepelientes † excōicatos incidunt in excōi-
a cationem. [a] gl. 1. dicit, ꝙ ſic ꝑ cōionem, quam eis præſtant. & idem Alanus & Phi. Hoſt. tenet ↄ̄rium, quia non pōt vere cōicari defuncto. & quia nō inuenitur hoc iure expreſſum, ꝙ dictum non procedit in caſu c. 2. de hæreticis primo reſponſo. li. 6. & de ſepul. clem. eos. ſed pro Hoſt. facit de pęn. di. 1. § hoc idē. ver. Item a mortuo. vbi dr̄, ꝙ mortuus non eſt homo. & eccleſiaſtici. 17. Item cōio proprie eſt inter duos, vt dicimus de conſenſu. de ſpon. tuę. vbi de hoc. Item ceſſat ratio, qua iubemur vitare excōicatum, quæ eſt, vt rubore ſuffuſus ſatisfaciat: de homine enim mortuo in impietate nulla ſpes eſt. prouerb. 11. in prin. pro hoc. 24. di. qualis. Io. And. defendit gl. nam per mortē etiam ſi apparuerint ſigna contritionis, non tollitur quin corpus remaneat excōicatum, & egeat abſolutione de ſen. excō. a nobis. 2. pro hoc hic. & clem. eos. de ſepul. Item licet mortuus aliis participare nō poſſit, participari tamen ei poteſt, vt lauando corpus, veſtiendo, & his ſimilia, quę ſecundum Io. And. nō poſſunt negari eſſe fauorabilia mortuo, ꝙ intellige reſpectu viuentium ei coniunctorum, vel amicorum. de ſepul. abolendę. & ꝙ mortuus ſit capax cōionis, probatur aperte in d. c. a nobis. & de ſepul. ſacris. & 24. q. 2. c. 1. in quibus dr̄, mortuo communicari. Item ſubeſt ratio puniendi communicantes, vt plus timeatur cenſura eccleſiaſtica, quæ eſt præcipua cauſa prohibitionis. de excep. c. 1. in prin. li. 6. pro hoc, quod no. de app. paſtoralis. Item rebus inſenſibilibus communicamus, ſicut ſacramētis. de cler. exc. mi. c. fi. & ſufficit leuis communio ad incurrēdam excommunicationem ſaltem minorem, ſufficit enim dicere, Aue. 24. q. 1. omnis. vbi de hoc. 11. quæſt. 3. excommunicatos. & ſecundę Ioannis. c. vnico. & hoc eſt verius per rationem prædictam, vt timeatur cenſura eccleſiaſtica. & per hoc tollitur motiuum Hoſt. dum dixit ceſſare rationem, quare iubemur vitare excommunicatum, vt rubore ſuffuſus &c. nam non eſt illa ſola ratio, ſed eſt etiam vt claues eccleſiæ habeantur in reuerentia, & hæc durat etiam poſt mortem. In gl. 2. ibi pęnitentes. & ſup. de elec. noſſi.

ADDITIO.

a In excommunicationem. Adde glo. in cle. eos. de ſepul.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare iuri ſuo cuilibet eſt licitum.*

SI de terra. Contra priuilegium præſcribitur 20. annorum ſpacio, hodie 40. infra eo. accedentibus. Primò dictum. Secūdò ſoluit obſtaculum ibi, licet. Tertiò generalem rationem reddit ibi cum libero. Integre. ad hoc, quod not. de decimis. c. 1. lib. 6. laboribus. de hoc de decimis ex parte. 1. & c. nuper. Eoque modo. & ſic nō excludit aliam legitimam defenſionem.
1 No. quod licitum eſt † cuilibet renūciare iuri ſuo. de quo in gl. fi. quę opponit de ca. ſi diligenti. & remittit ibi, vbi de hoc plene dixi. Opp. primo, vt gl. prima. & ſolue, vt in ea, ſed Goffre. & Abb. dicunt, quod licet ſpacio 30. annorum non præſcribatur contra eccleſiam, tamen quando ſtetit tanto tempore, pręſumitur renunciaſſe priuilegio. Hoſt. dicit, quod tollitur priuilegium ſpacio 30. annorum vt hic, multo fortius 40. vt in cap. accedentibus. ſed ſol. gl. verior, vt ſtetur illi cap. Opp. ſecundo, quia potuiſſet eſſe, quod iſti ignorantes de priuilegio ſoluerūt decimam. non debet ergo tunc eis præiudicari. ff. commod. l. ad eos. de regu. iur. l. quod latenter. Solutio intellige textum de ſoluentibus ſponte per c. accedentibus. inf. eo. quod tamen cap. hoc etiam non expreſſe probat. ſed dictum eſt verum, de

quo

Digitized by Google

quo per Hoſt.in ſumma, eo.tit.§.qualiter, ſub.§.vlt.& pro hoc quia in præſcribendo hoc iure libertatis requiritur ſcientia, & patientia eius, contra quam præſcribitur, ſicut in præſcribendis ſeruitutibus. C.de ſerui.l.pen. dixi de præſcrip. de quarta, per hoc not.ꝙ priuilegium perditur tempore, de quo in glo.2. & in ea, ibi de quibus.4.diſt.§.leges, & ibi priuilegium, quod facilius perditur, quam ius commune. C.ad vellcianũ.l.antiqua, & ibi.§.quòd ſi non totum 35. diſt.ab exordio.

PORRO. Priuilegiorum tenor inſpiciendus eſt, & ſeruãdus, & poteſt exemplificari per c.nuper.de decimis. Not.ſummarium, & cõcor.in gl.3.& vlt. Et in gl.3.ibi.§.ſi quis autem, ad hoc de tranſac.de his, & de cond.& dem.in his, & quemadmo.teſta. aperi.l.1.& in fi.quod dic, vt inf.eo.cum perſonæ, lib.6.Opp.1. in prin.quia remouet tanquam obſtans id, quod facit pro, præmittit enim cum dictione quamuis, de libertatibus templariorum, & ſimiliter ſubijcit de libertatibus eorum. Sol.vt in gl.1. quæ exponit quamuis, pro, quia, & ad hoc no.gl de hac dictione, & tunc eſt ſenſus, quãuis templarij multa ſint libertatis prærogatiua donati: non dubitamus, quin aliam, i.ꝙ nõ aliam, habent enim eandem quò ad res poſtea quæſitas, & ſm hoc intelligit gl.2.in prin. & ſic intelligendo procedit, arg.ꝙ ſubinſert. Alio modo poteſt intelligi, quamuis, proprie aduerſatiue, & tunc dic, quin aliam proprie, quia habent libertatem, quã habebant habitatores, cum res trãſiuerit ad eos cum ſuo onere. de pig.c.litteris, de decimis, cõmiſſum, & hoc de oneribus realibus, de decimis, paſtoralis, facit de cenſibus cle.1.Hoſt.placet intellectus gl.tamen etiam ſecunda eſt vera, ſed pro prima facit de cenſibus, c.1.de ſta.mo.recolentes 12.q.2.eccleſiarum ſeruos, & de iure patro. c.vno lib.6. quod poteſt etiam trahi pro alio intellectu, ad hoc etiam de decimis, cum contingat. Opp. 2.ꝙ non ſit inſpiciendus tenor priuilegiorum, ſed mens, inf. eo.quanto.Sol.Inno.format, & non ſoluit, dic iſtud intelligendum ſecundum illud, vt inſpiciatur tenor quò ad mentẽ, non quò ad corticem tantum.ff.de legib.l.ſcire.inf.de verb.ſign.intelligentia.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum tenor eſt inſpiciendus.*
2 *Exempta eccleſia, an intelligantur exempti prælatus, & canonici.*
3 *Exemptus delinquens a quo puniatur.*
4 *Maſculinum in priuilegijs an concipiat fœmininum.*

RECEPIMVS. Solutio cenſus nõ probat, quẽ exemptũ, niſi ex alio hoc inferatur, vt quia ſoluitur ad iudicium libertatis. Primò decilã cõſultatio. Secundò reſponſio ibi ſecunda cæterum. Annuatim, & nullo tempore, prærogatiua, ſ.exẽptionis. Aliquid & ſic nec exẽpti, nec priuilegiati per hoc ſunt. Not.ſummarium, & pro hoc de cã poſ.c.fi.& ex hoc no. Abb. emphiteotam principis non per hoc eſſe exemptum a poteſtate ordinarij. Nota, ꝙ ad inferendam exemptionem non requiritur, ꝙ exemptus aliquid ſoluat Papæ annuatim, & dat gl. prima exemplum de exemptis nihil ſoluẽtibus in templarijs, hoſpitalarijs, & ciſtercienſibus, ſed dicit Hoſt. ꝙ omnes non ſunt exempti, licet ſint in multis priuilegiati, de ciſterciẽſibus, probat per c.ſup.de ſymo.ne dei, de ſupplen.negl prala.c.1.de templarijs, & hoſpitalarijs, de verb.ſig.veniens, lib.6.hodie, & prædicti, & alij plurimi religioſi ſunt exempti in graue præiudiciũ
1 ordinatiorum. Not.inſpiciendum tenorem † priuilegij, ad qđ quotidie allegatur, & procedit hoc ad cognoſcendum effectũ priuilegij, ſ.quid conferat, quandoque inſpicitur bulla, & filũ, & carta, & littera ad effectũ diſcernendi, an ſit falſum, de crimine falſi, licet. Opp.1.ꝙ qui ſunt ſub protectione Papæ ſint exẽpti ab ordinario de peregrinantibus, c.vno, glo.vlt.format, & non ſoluit, ſed ſolue, vt ibi dixi, nã nec ibi probatur, ꝙ illi ſint exẽpti perpetuò ab ordinario, licet defendantur a ſede apoſtolica. Quæro, nunquid per alia verba poſſit cõcedi priuilegium exemptionis, quam per ea, quæ ſunt in textu ibi, ad indicium perceptæ libertatis. Sol.dic, ꝙ ſic, & in hoc inſtat Inn. ſed expe-
2 ditur, inſ.eo.ſi papa, lib.6.Quæro, nunquid † eccleſia exempta,
a ſint exempti prælatus, & canonici, [a] dicit Inn.ꝙ ſic, & idem de oblatis eccleſiæ, ſed parochiani non, quod eſt determinatum, inſ.eo.per exemptionem, lib.6.& pro hoc quod no.inſ.eod.ex ore, in fi. Vbi quæro, quis percipiet decimas parochianorum, dicit Inn.ꝙ plebanus, vel alius, qui primò illas percipiebat, 6. q.1.ſi quis laicus, & hoc niſi priuilegium aliud obſtaret inſ.eo.
3 ex parte. Quid, ſi exemptus † delinquit, dicit Inn.ꝙ ordinarius quando delictum cadit ſub eius poteſtate, ſi eſt leue, bene facit remittendo ad prælatum illius, ar.ff.de re milit.l.3. primo reſpõſo, de cuſto.reorum.l.de militibus, & l.cum dubium.C.de exhibi. reorum.l.1.& ſic eſt dare caſum, in quo exemptus delinquẽdo fit de iuriſdictione ordinarij, quod eſt verum, & dic vt inf.eo.c.1.lib.6.vbi expediuntur quædam notata per Innoc. hic circa hoc. Quid ſi delinquit exemptus in re exempta, puta non portando habitum, vel diſſipando bona eccleſiæ exemptæ, dicit Inno. ꝙ tunc non conuenitur coram ordinario, inſ. eo.patentibus, & c.cum capella, idem no.inſ.c.tuanim, in glo. magna verſ.Ioannes diſtinxit, dicit Io.And.dictum Inn.de habitu intelligendum, cum monachus hic agit in loco, ſ.exempto, de hoc inſ.eo.c.1.lib.6.in gl.de monacho, & hęc etiam fuit mens Inno. quia ſi delinqueret in territorio diœceſani ratione delicti ſortiretur forum, d.c.1.Circa hoc quæro, habet Tudertinus epiſcopus eccleſiam ſibi quò ad omnia ſubdita in diœceſi Peruſina, Peruſinus epiſcopus fecit ſtatuta, nunquid ligatur per ipſa rector illius eccleſiæ, dic ꝙ non, vt ſi ſtatutum erat contra non reſidentes, nam ille non reſidendo deliquit circa rem exemptam, & in loco exempto, non ergo ſubeſt diœceſi per præcedens dictum Inno. & ſic conſuluit Fredericus de ſenis, vt patet in conſilijs ſuis 194. Quæro de alia quæſtione facti, papa exemit ordinem humiliatorum ſub his verbis. Vos & ſucceſſores veſtros in ordine veſtro domino ſeruituros, & veſtrum ordinem, domos, & loca veſtra cum omnibus, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum præſtãte domino poteritis adipiſci a quorumcunque ordinariorum iuriſdictione prorſus eximimus, deinde quidam legauit prædium, vt ibi fieret monaſterium monialium ordinis prædicti, & ſic factum fuit, quæritur, an ſit exemptum, quæſtio fuit de facto Florentiæ, & conſuluit Pau. de Eleaza. ꝙ ſic, nam primò moniales quò ad perſonas ſunt exemptæ per illa verba, & ſucceſſores veſtros, pro hoc inf.eo.per exemptionem, lib.6.Et hoc
4 vult Pau.ꝙ in priuilegijs maſculinum † concipiat fœmininũ, quod non videtur procedere, cum non ex proprio ſignificato, ſed per interpretationem cõcipiat pro hoc, quod dixi de elec. clem.1.Item ꝙ an locus ſit exemptus, licet attendendo illa verba loca veſtra, debuerit priuilegium intelligi de locis, quæ tunc habebant.ff.de aur.& ar.leg.l.ſi ita, & quod no.inſ.eo.cum capella, de quo dixi de reſcrip.clem.litteras, in vltimo contrario, tamen per alia verba ſequentia cum omnibus, quæ poſſidetis, aut in futurum poteritis adipiſci, conſuluit Pau.ꝙ ſic, quia nomen bonorum late intelligitur.ff.de verb.ſig.l.bonorum, de teſta.tela ium.2. Et quia locus iſte poteſt dici de bonis ordinis, nã & pro tali agit, & defendit ſuperior ordinis, vt no.Inn. de iudicum deputati, de reſt.ſpo.olim.1.pro hoc de reſcrip.cle.1.Item locus iſte eſt aggregatus exemptis, ergo eodẽ iure cum eis cenſendus eſt, de ſtat.mona.recolentes, contrarium in hoc puto, nam nomine bonorum intelliguntur bona particularia non ea, quæ habent ſe per modum vniuerſitatis, pro hoc, quod no. Inn.de reſt.ſpol.cum ad ſedem, vbi dicit, ꝙ licet admittatur libellus, ſi petitur hæreditas Titij, non tamen admittitur, ſi petuntur bona Titij, quia tunc nõ eſt petita vniuerſitas, ſed monaſterium habet ſe tanquam quædam vniuerſitas, d.c.cum ad ſedem, vbi hoc no.in gl.2. Item cum ſpecies detrahitur de genere, ſub diſpoſitione generali non compræhenditur, ad hoc ff.de pœnis l.ſanctio.de procu.qui ad agendum, lib.6.ſed in priuilegio prædicto ſpiritualiter fit mentio de domibus, & locis, ideo non poſſunt venire ſub illis verbis generalibus cum omnibus, quæ poſſidetis &c.pro hoc quia dictio, cum, denotat illa bona ſe habere acceſſoriè, & non principaliter.ff.de fundo inſtruc.l.1.& l.ſi cui, & pro hoc quod no. de cele. miſ.cum Marthæ.§.quæſiuiſti. Ad c.recolentes, dico, ꝙ nihil proprie facit, probat enim ſolum, ꝙ profitens religionem obligatur ad ſeruandum eius inſtituta, non autem, ꝙ per hoc ſit exemptus. Itẽ probat ibi de perſonis, non de locis, vbi dico referre, an aliquis locus vniatur loco exempto, an aggregetur ordini exempto, primo caſu fit exemptus, ne ſede vacante c.1.cum ibi notatis, tamen adhuc iſto caſu ſi aliud nõ apparet vnio intelligitur fieri ſine præiudicio diœceſani, de religio.do.c.2.In caſu autem ſecundo nõ per hoc eximitur locus, nec hoc vllo iure probatur. Quæro, quid operatur priuilegium, per quod papa ſuſcipit ad protectionem. Sol.vt in gl.vlt.

ADDITIO.

a Prælatus, & canonici. Adde Bart.in l.quod conſtitutum.de teſta. Barba.in c. nullus, in 16.colum.de for.compe.

SANE. Breue eſt, vel per alia verba hoc dicit. Priuilegium non extenditur ad perſonas in eo non expreſſas. Oppo.1.vt ponit gloſ.prima in verſ.ar.contra, & ſolue vt in ea, & ibi authoritate, vel temeritate, vt in textu, & ibi ad eius, vbi idem not. Et in fine dicit Goff. quòd iura perſonalia licet non extendantur ad alios, tamen quandoque proſunt alijs, vt cum minor reſtituitur, prodeſt beneficium etiam alteri. ff.de mino.l.quod ſi mi-

nor.de adm.tuto.ex pluribus, & quod ibi no.de ap.c.pen.& qđ
ibi no.in gl.1.Quæro,an procedit textus in priuilegijs corpore
iuris clauſis, dic,ꝙ ſic, de qbus ſup.de decimis ex parte, & ſup.
tit.2.nimis 1.& 2.ſecundum Hoſt.& de reſcrip.cum ordinem.

S V M M A R V M.

1 *Litteræ priuatæ ad hoc vt faciant fidem in iudicijs, debent eſſe patentes.*
2 *Miſſa an poſſint celebrari in Oratorijs.*

PAtentibus. Religioſi in domibus priuatis
licet ibi ſint priuata oratoria,
non poſſunt habere campanas, primo quæſtio. ſe-
cundo ſol.ibi taliter reſpondemus. Quin,pro imo,
1 pro c.0.e,de reſc.ipt.tibi,qui,lib.6.Not.ꝙ vt litteræ † priuatæ fi-
dē faciant in iudicijs,debent eſſe patentes, quod colligit Hoſt.
per verbum,patētibus,& ſic de clauſis ſecus, quod dicit Hoſt.
verum quando clauſæ apparent,non autenticæ,vt quia remo-
tum eſt,vel fractum ſigillu, & hoc niſi iudex, cui dirigebantur
poſt aperturam ſtatim ſcribi ſet in actis de ſcribi, quia tunc ſtabi
tur, ſicut cæteris actis, de off.dele.cum olim 2.de excel.præla.
inter.verſ.præterea,ſed ſi ſic aperiretur, ꝙ ſigillum remaneret
integrum,& apparent nō viciatæ &c.fidem facient.C.de edic.
diui.Adri.l.fi.& minus videntur ſuſpectæ clauſæ,quam paten-
tes, vnde ad hoc clauditur teſtamentum ſolemne. C.de fidei-
com.l.fi.ſed dic, ꝙ etiam patentes fidem nō facerent ſine ſigil
lo autentico,de proba.poſt ceſſionem, de fide inſtr.c.2.Opp.1.
ꝙ imo poſſint habere campanas,ſup.de excel.præla.nimis ini-
qua.Sol.illud de monaſterijs, hic de grancijs, vel priuatis ora-
torijs,pro hoc de cenſibus c.fi.vbi dicitur,in quo differat eccle
ſia ab oratorio,& ibi ēt dr̄ ratione oratoriorum non exigendā
procurationem.Inn.dicit, ꝙ in contrario ponitur ſpeciale pri-
uilegium illorum religioſorum. Hoſt.dicit, ꝙ permittitur eis
vna campana,vt in contrario,non plures, vt hic prima ſo.fuit
Goff.& eſt verior,& ſecundum eam ſummaui. Op.2.quia hic
permittitur dioceſano coertio exemptorum,cum tamen ſub-
ſint papæ,ſup.eo.recepimus.So.ſecundum Inn.hoc ideo, quia
licet perſonæ ſint exemptæ, eorum oratoria, vel eccleſia non.
vult dicere, ꝙ per hoc, ꝙ delinquunt in re non exempta, ideo
ſubijciuntur dioceſano, vt dixi in c.recepimus, pro hoc, quod
dicit hic gl.1.vel poteſt dici, ꝙ tēpore horum iurium non erāt
exemptæ vt dixi in c.recepimus. Quæro,nunquid in oratorijs
2 † poſſint celebrari miſſæ,gl.1.dicit,ꝙ non,quod dicit Hoſt. ve-
rum de miſſis publicis, ſecus de priuatis per iura,quæ alleg.di-
cta gl.& ſup.de cle.peregr.tuæ,ſup.tit.2.nimis iniqua,verſ.cos,
dic, ꝙ aut oratorium authoritate epiſcopi eſt inſtitutum, aut
a non. Secundo caſu nullæ miſſæ celebrabuntur. [a] Primo caſu
poſſunt celebrari priuatæ,nō publicæ per prædicta iura, quod
tenet Ioan.Andr.

A D D I T I O.

a Celebrabuntur. Adde doct in c.fi.de cenſibus. Et qua pęna puniuntur celebrantes in oratorijs priuatis ſine licentia epiſcopi, vide in c.vnicuique c.clericos,& in c.ſi quis de conſe.diſt.1.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſus abſoluens excōmunicatum in caſu eſt ipſo iure excōicatus.*
2 *Prædicatio eſt officium exhortationis.*

TVarum. In tota prouincia priuantur exhor-
tationis officio hoſpitalarij, ꝗ mit-
tunt pro eleemoſynis cruce falſo ſignatos,& ſi miſ
ſi,ſunt laici,excōicantur. Si clerici,officio & bene-
ficio ſuſpenduntur,& eadem ſuſpenſione puniuntur, qui ante
recōciliationem in polluta eccleſia celebrant. Suſpenſi ab epi-
ſcopis per exemptos reſtitui nequeunt:confratres priuilegiato-
rum,qui ſe ad ipſos non transferunt,priuilegiati non ſunt,pri-
mo conſultatio quærulosa,ſecundo reſponſio ibi, verum, pri-
ma & ſecunda ſubdiuiduntur in particulas, quæ patent. Et in-
fra, dicebatur in antiqua, ꝙ quia non ſufficiebant loca oīa cir-
cuire, aſſociabant ſibi alios tam clericos,quam laicos eorū pe-
ctoribus crucis caracterem imprimentes. Ipſi in ea diuina, er-
go erāt ſacerdotes,vel clerici, & ſic fuerunt irregulares, de ex-
ceſſ.præla.c.fi.Falſo, quia portant crucem, & non ſunt oblati.
Ion.Si laici, ſimilis differētia de vſuris præterea, & hic grauius
puniuntur laici,quia excōicatio eſt grauior,quam ſuſpenſio 24.
q.3.corripiantur,ſed tamen alio reſpectu ſuſpenſio ab officio,
1 & beneficio grauior eſt. Not.contra † religioſos, qui reſtituunt
ſuſpenſos ab epiſcopis,& hodie religioſi ēt exempti,qui in caſi
bus ſibi non permiſſis abſoluunt excōicatos a canone, vel ab-
ſoluunt a ſententijs latis per ſtatuta prouincialia, vel ſynodalia,
ſunt ipſo iure excōicati,& per ſolū papam abſoluuntur, eo.tit.
cle.religioſi.No.legē terræ obſeruandā,qđ procedit quo ad lai-
cos,ſed cler.non ſtringit, de eo qui mit.in poſ.c.3.de re iudi.cū
2 cām,& vtrobiq; dixi. No.ꝙ priuilegiū meretur amittere [a] &c.
& ex hoc habes vnum caſum, quo perditur priuilegiū,alij no-
tantur de decimis,ſuggeſtum in gl.1.No.per textum iſtum,vbi
permittitur dioceſano, vt interdicat officiū prædicationis his,
qui mittunt cruce falſo ſignatos, arg.ad qōnem de exempto.
qui exiſtēs in loco exempto mandat delictū committi in loco
non exempto, ꝙ videatur deliquiſſe in loco non exempto vbi
conſumatur delictū,& poſſit puniri a dioceſano,pro hoc quę-
ſtio poſita ſuper regulam in obſcuris, lib.6.facit aūt hic textus,
quia poterat eſſe, ꝙ mittentes hoc commiſerunt exiſtētes in lo
2 co exempto.No.ꝙ prædicatio † eſt officium exhortationis,pro
hoc gl.in verbo exhortationis,& maxime in hoc caſu in qōni-
bus,quia in fine prædicationis hortantur populū ad eleemoſy-
nas,& ad hunc textum concordat in eo, qđ cōpeſcunt, de hæ-
reticis vt officium.§.compeſcendi,lib.6.& de pęnitentijs clem.
abuſionibus,poſt principium. Opp.1.in eo,qđ dicit emancipa-
re, quia emancipatio eſt extra poteſtatem patriæ poſitio.C.de
emancipationibus per totum,qđ hic non fit. Sol.expone emā-
cipare improprie,vt in gl.3.Opp.2.qa hic probatur,ꝙ per dela-
tionem habitus profeſſorum, quis non fit profeſſus, & ſic ob-
ſtat de regula.ſtatuimus.Sol.vt in gl.in verbo ſignificātes,quæ
dicit attendendum animum deferentis, & per hoc infert ad
qōnem de eo, qui ſimulauit ſe mulierem, & cepit habitum
monachæ, ꝙ non ſit profeſſus,qđ tenet Hoſt.& de hoc de regu
la.c.3.& in Spe.de ſta.mo.verſ.39. Sed Bar.Brixi.contra in dñi-
cali inuenis quidam, qđ tenet Io. An.in profeſſione expreſſā,
& ſic vult, ꝙ vir poſſit profiteri in monaſterio monialium, qđ
tenet Arch.27.q.2.ſi vir,& Fredericus in conſilijs 366.quod eſt
ſingulare,& puto verum,quia moniales habent eadē ſubſtan-
tialia,quæ monachi,per hoc diceret, ꝙ ēt in profeſſione tacita
procedit, vt ingrediens monaſterium monialium licet ſit vir,
obligabitur. Opp.3.in eo, ꝙ permittit ordinarium punire exē-
ptos 16.q.1.frater inf.eo.cū capella.Sol.vt in gl.magna.Et in ea
ibi,filios ſuos,dic ꝙ per hoc non ſunt exēpti,inf.c.ſi papa,lib.6.
§.ſimiliter,ſed habent priuilegium,de quo de verb.ſig.veniēs,
primo reſponſio, lib.6.& ibi Io.diſtinxit hic, & 6.q.3.placuit,&
idem Gof.& Vinc.& Phi.& ibi res eccleſiæ,vt non deferendo
habitum,vt dixi in c.recepimus, & hanc diſtinctionem intelli-
ge,vt ibi dixi,cum enim nec diſtinguitur,an delinquatur circa
rem exemptam, an non exemptam ad primum caſum debet
addi, & in loco exempto, nam ſi delinquitur in loco non exē-
pto, punit dioceſanus inf.eod.c.1.lib.6.& de materia glo.per
Hoſt.in ſumma, eo.§.ſi.ſub.§.ſi.In gl.2.ibi nec regularis, inf.de
ſen.excom.is qui,lib.6.

A D D I T I O.

a Amittere. Adde c.priuilegium 11.q.3.gl.in verbo,abutuntur,in c.quoniam de iure patro.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium quod petitur innouari,debet iudici exhiberi.*
2 *Priuilegium cum petitur innouari,pars aduerſa citari debet.*
3 *Teſtes iurati eſſe debent.*
4 *Teſtium reprobatio poteſt fieri publicatis atteſtationibus.*
5 *Papa admittendo ad oſculum excommunicatum,cenſetur non pronunciare non ligatum,& num 6.*
7 *Contractus celebratus in ſcriptis an per teſtes probari poſſit.*
8 *Inſtrumenti amiſſio qualiter debeat probari.*

CVm olim. Priuilegium perditum, docto
de perditione,eius tenore, & ve
ritate per teſtes,innouatur,h.d.Primo proceſſus nar-
ratio.Secundo diffinitio ibi,nos vero.No.ex ſuper-
ſcriptione,ꝙ prælatus ſimul agit cum conuentu pro monaſte-
rio, poteſt tamen hoc etiam ſolus abbas de reſcrip.edoceri, &
quia in ſuperſcriptione loquitur abbati, & conuentui, ideo in
textu vtitur quādoque verbis ſingularis numeri, habito reſpe-
ctu ad abbatem ſolum ibi,te igitur. Aliquando in plurali habi
to reſpectu etiam ad conuentum ibi cęnobium veſtrum. Not.
1 ꝙ priuilegium † quod petitur innouari,debet iudici exhiberi,
ibi priuilegium luci nobis præſentans, ad hoc de cōfir.vtili cū
2 dilecta.No.ꝙ cum petitur priuilegium † innouari,citari debet
pars aduerſa,id eſt cuius poteſt intereſſe,patet hic,quia contra-
dixit epiſcopus Eugubinus innouationi,& ſic patet,ꝙ erat præ
ſens,& ex hoc præſumitur fuiſſe citatus. No.de cardinali Baſi-
licæ duodecim apoſtolorum, qui ſcribitur ſine titulo,quia nō
dicitur B.tituli baſilicæ, quod non auertit Spec.de libellorum
conceptione §.iam nunc videndum,poſt prin.verſ.Si vero fue
ris, vbi expreſſit titulum, cæteri autem præsbyteri cardina-
les

les ſcribuntur cum titulo, de teſt. licet 3. de cle. non reſi. c. 2. No.
3 ꝙ teſtes † debent eſſe iurati ibi, iuratorum, alias non probāt, de
4 teſti. nuper No. ꝙ publicatis atteſtationibus † poteſt fieri teſtiū
reprobatorum reprobatio, ſed non vltra, de teſti. licet 3. Not. ꝙ
per verba illa, cum dicitur in priuilegio, monaſteriū nullo me
diante ad romanam eccleſiam pertinere, inſertur plena exem
ptio, vt hic & inf. c. ſi papa, lib. 6. No. ꝙ olim ferebatur excōica-
tio in locum. patet, quia cōceſſum erat priuilegium, ne liceret
excōicare monaſterium, ſed hodie declaratum eſt, ꝙ in ſolas
perſonas veras fieri poteſt excōicatio, de ſen. exc. romana § in
vniuerſitatem, lib. 6. & de intellectu priuilegij conceſſi aliqui-
bus, ne poſſint excōicari, dic vt in c. ne aliqui, inf. eo. lib. 6. Not.
ꝙ negatiua probatur ibi, & ꝙ nulla eis mētio, & hoc, quia fuit
coarctata reſpectu certi inſtrumenti, & ſic cadit in ſenſum te-
5 ſtis, de elec. bonæ. 1. No. ꝙ Papa † admittendo ſcienter aliquem
ad oſculum, i. ſciens eum excōicatum, intelligitur pronuncia-
re eum non ligatum, ibi tanquam non ligatum, quod plenius
infra declaro. Et nota de oſculo ad hoc de præben. dilecto, de
ſen. ex. cle. ſi ſummus, & deriuatur ab oris, ideo ſcribitur ſine. h.
Not. ꝙ verbum, decernimus, quandoque nil noui inducit, vn-
de exponit Inn. decernimus, i. decernēdo declaramus, pro hoc
quia ſentētia nihil noui inducit. ff. de cond. indebiti. l. iulianus,
de conceſ. præb. propoſuit, vbi gl. in verbo vacare, & ibi de hoc.
Opp. primò, ꝙ propter contradictionē Eugubini epiſcopi non
debuerit differri innouatio, inf. c. prox. de confir. vti. cum dile-
cta, poſt prin. Solu. dicunt doc. cōiter, ꝙ hic ex ſuperabundanti
cautela hoc fit, vel dic verius, ꝙ de iure cum multæ exceptio-
nes competere poſſint contra originalem, quæ poſſent tolli, ſi
exemplaretur, non enim fortaſſe cauſa diligenter diſcuteret iu
dex de tenore, & de bulla, ſicut parte ſe opponente, de hoc ta-
men dic, vt in dicto c. cum dilecta. Sic, & in ſimili tempore miſ
ſionis in poſſeſſionem, quæ tamen expeditur de plano, auditur
contradictio, ne fiat niſi cauſa cognita, inf. de verb. ſig. dilecto,
ſic etiam auditur contradictio in executione ſententiæ, de re
iud. cum ſuper, & c. ſuborta. Opp. 2. ꝙ non debuerit papa man-
dare teſtes produci ſuper amiſſione, & tenore, debuit enim ſuf
ficere probari tenorem, cum parem vim habeant teſtes, & in-
ſtrumenta. Sol. hoc caſu non ſufficit probare tenorem, & dicit
gl. vlt. in prin. hoc eſſe no. dignum, ꝙ oportet, vt plura probent,
ſ. tria, amiſſionem, & tenorem, & ꝙ fuit verū, & ſine vitio, qđ
notauerunt Vin. Goff. & Hoſt. de cōuerſ. coniuga. dudum, pro
hoc qđ not. C. de fide inſtr. l. ſicut, vbi dicit gl. tenorē inſtrumē-
ti non poſſe probari per teſtes, quod tenet Azo. ibi in ſumma,
verſ. de amiſſione, qđ dic verum, niſi probetur amiſſio, vt hic,
quia tunc ſufficit, qđ tenet Bar. C. de edendo auth. ſi quis. Quid
autem proſit probare amiſſionem infra dico. Opp. 3. ꝙ nō de-
buerit Papa cogere ad probādum tenorem per teſtes, poterat
enim probari per regiſtrum, cum alias fuiſſet productum corā
papa, vt hic in prin. Sol. ſi fuiſſet tunc regiſtrata in actis, proce-
deret contrarium, ad hoc de reſt. in integ. cum ex litteris, verſ.
illa, de præſcrip. ad audientiam, verſ. nos igitur, de conuerſ. cō-
iuga. dudum, verſ. verū, vbi de hoc. Opp. 4. ꝙ nō debuerit iniun
gi epiſcopo onus producendi teſtes in curia, ſed debuit potius
mitti ad examinandum in partibus de fideiuſſo. cōſtitutis. Sol.
dicit glo. 2. ꝙ hoc fit, quia pars monaſterij in curia produxerat
ſuos. pro hac ſolutione eſt qualitas in iudicijs obſeruanda de
iud. nouit. verſ. cæterum, de mu. peti. c. 2. de excep. cū inter prio
rem. Opp. 5. ad hoc, quia ſi pars monaſterij voluit ſubire hoc
onus, mos fuit ei gerendus. ff. de proba. l. circa, potuit enim re-
nunciare priuilegio ſuo de reſt. ſpo. c. 1. ſed propter hoc nō de-
buit priuari epiſ iure ſuo, quin poſſet in partibus producere. So.
Hoſt. ſtat cōtrario, & hoc niſi partes ita cōueniſſent. ff. de noui
ope. nunc. l. 1. §. & poſt opens, cōi diuidundo. l. iudicē, vel niſi
pars epī petierit inducias ſub hac forma, ſimile, quod no. C. de
annali excep. l. ſi. in ſi. quæ ſolutiones non colliguntur ex litte-
ra, & diuinant. Io. An. ſoluit, ꝙ ſic placuit papæ, forte quia ha-
bebat factum ſuſpectum, pro hoc de elec. cupientes. §. ſi vero,
lib. 6. Ego puto ſolutionem gl. veriorem, niſi nimia foret diffi-
cultas in productione teſtium ad curiam, quo caſu procedit c.
cōſtitutus, vt patet ibi, quia difficile foret &c. hic aūt nō potuit
ſubeſſe tanta difficultas, cum nō multum diſtet Roma ab Eu-
gubio præſupponendo, ꝙ papa foret Romæ. Item quia hic lo-
quimur in Papa, qui potuiſſet innouare priuilegium non ad-
miſſis exceptionibus, pro hoc qđ no. Inn. de teſti. Albericus, po
tuit audire exceptiones eas ſolas, quę probarētur in curia. Opp.
6. ꝙ nihil debuerit credi Cardinali ſuis aſſertionibus, quia non
creditur teſtibus non iuratis, vt dixi notando. Sol. vt dicit gl. 3.
ꝙ creditur ad præſumptionem, & fuit ſo. Tan. ſed Inn. not. per
hoc ſoli aſſertioni cardinalis ſine iuramēto credi, primum ve-
rius, de hoc de teſti. cum a nobis, de fide inſtru. ꝙ ſup. Opp. 7. ꝙ
papa non fundetur ſuper bona ratione in verſ. & ꝙ nulla, in eo
quod dicit monaſterium ſubtractum a iuriſdictione epiſcopi

per priuilegium, quia nulla fiebat mentio de epiſcopo, potius
enim deberet inſerti nullum præiudicium paratum eſſe epi-
ſcopo, ex quo de eo non fiebat mentio de confir. vtili, c. ſi. de
decimis dudum. Sol. dicit gl. 4. ꝙ in priuilegio erant verba ple-
næ exemptionis, & nullus reſeruabatur epiſcopo, propterea di
cit Hoſt. ꝙ contraria procedunt in cōfirmationibus, vt in eis,
& in commiſſionibus de off. dele. ſuper eo, & indulgentijs, per
quæ aliquod ſpeciale conceditur, dummodo priuilegiatus ali-
quid exinde conſequatur, vt no. inf. c. paſtoralis, & c. in his, niſi
ex qualitate conceſſionis, vel intentione cōcedentis aliud per-
pendatur, de conceſ. præben. c. 1. §. nec etiam & §. ex parte, lib.
6. Sed in priuilegijs exemptionis ex qualitate conceſſionis dici
mus contrarium, nam ſi nihil reſeruatur ordinario, ex toto fit
exemptio de præſcrip. veniens, & ratio eſt pp intentionem exi-
mentis, dic, ꝙ hæc procedunt, quia exemptio præiudicat ordi-
nariæ poteſtati, quæ fundatur ſup iure cōi, de quo non eſt opus
in priuilegijs mentionem fieri de conſti. c. 1. lib. 6. Alia priuile-
gia, quæ veniunt ad concedendum aliquid ſpeciale, nō directe
conceduntur ad præiudicandum ordinariæ poteſtati, & non
tollunt ius, de quo non faciunt mentionem, vt in contrarijs, &
6 ſimilibus iuribus. Opp. 8. ꝙ papa † admittendo abbatē ad oſcu-
lum, non per hoc cenſuerit eum nō ligatum excōicatione, inf.
de ſen. exc. ſi aliquando, & c. cum deſideres, gl. pen. format, &
non ſoluit. Et in ea ibi ar. contra, ad textum nō ad proxime di-
cta. Inn. autem ex hoc no. aliquem reputari abſolutum hoc ip-
ſo, ꝙ papa ſibi cōicat, & hoc ſi cum cauſæ cognitione, ſ. alio cō
tradicente, & ab ipſo cognita veritate, ſed ſine cauſæ cognitio
ne ſecus, quia præſumitur, ꝙ per ignorantiam, vel per occupa-
tionem faceret. Ad cōtraria reſpondet, ꝙ prędicta procedunt,
vbi ſententia excōicationis dicitur nulla, ſed ſi non dicitur nul
la, ſed iniuſta quantuncunq; cōicet, non erit ille abſolutus, niſi
forma ſeruetur, d. c. cū deſideres, §. 1. & ſi. non enim præſumen
dum eſt, ꝙ vna ſola cōicatione velit iuris obſeruantiam tolle-
re. C. de inof. teſt. l. ſi quando, de elec. eccleſia 2. & hoc niſi appa
reret, ꝙ cōicando intendit abſoluere, quod tamen procedit in
papa ſolo, nō in alijs pręlatis. Alij dicunt, ꝙ ſi papa ſcienter cōi-
cat, videtur abſoluere, nec per hoc tollitur iuris obſeruātia, ſed
huic fit gratia, primum verius, & ita determinatum eſt per cle
men. ſi ſummus, de ſen. exc. Quæro circa hoc, ſi papa vitat ali-
quem, an per hoc cōicantes ei incurrant minorem, dicit Inn.
ꝙ non: eſt enim neceſſe, vt nominetur excōicatus a ſuperiore,
2. q. 1. multi. Oppo. ad hoc 93. diſt. ſi inimicus. Solu. ſecundum
Inn. ibi quando papa non ſolum vitabat, ſed etiam tanquā ex-
cōicatum vitari mandabat, ad hoc de poſtul. præl. c. 1. verſ. ſed
idem, fatetur tamen Inn. ꝙ peccat ille, qui in familiarem hēt,
quem pro ſuis delictis a prælatis vitari videt, per c. ſi inimicus,
quod no. ad hoc de exceſ. præla. graue. Quæro, quia dixi neceſ-
ſarium, vt non tantum tenor, ſed etiam inſtrumenti amiſſio
probetur, quare hoc eſt. Sol. quia non aliter admittetur proba-
tio tenoris. C. de fi. inſt. l. ſi. Si enim voluntarie, vel ex lata culpa
perdidiſſet, non eſſet audiendus ſecundum Inn. Item ſecundū
Vin. Gof. & Hoſt. de conuer. coniuga. dudum, prodeſt proba-
tio amiſſionis, quia ſufficient duo teſtes dato, ꝙ caſus conten-
tus in inſtrumento ſit talis, in quo requirantur plures. C. de te-
ſti. l. teſtium, in ſi. vbi dicitur probari teſtes non adiecto nume-
ro, & ſic ſufficiunt duo. ff. de teſt. l. vbi numerus, canonizata 4.
q. 3. qđ no. ſimile dicimus ſufficere per duos teſtes probari fa-
mam, licet requirantur plures ad eā inducendam, de accu. inq
ſitiones. Sic ēt duo probant teſtatorē teſtatum eſſe, licet requi-
rantur 7. ad probandum teſtū. Item ſm Inn. dēt probari amiſ
ſio, & alias nō admittitur probatio tenoris, quia potuiſſet eſſe
latens falſitas, quam non cognouiſſet teſtis, & dicēns falſitatē
nullam fuiſſe in inſtrō, aſtruit negatiuam, qđ non licet. de cau-
ſa poſ. cū eccleſia. Si tñ pars velit probare cōtractum, vel aliud
contentū in inſtrō ſm quoſdam, vt refert Inn. nō oporteret ali
quid probari de amiſſione inſtri, qđ procedit tūc tm̃, qñ extra
inſtrum interuenit aliqđ factum, de quo pōt alio modo conſta-
re. Sed in priuilegio ſecus eſt. Itē ſecus ēt in contractu celebrato
in ſcriptis, de quo tñ inf. ſtatim dicam in ſequēti qōne. Quæro
7 itaque, an per teſtes poſſit probari cōtractus celebratus in ſcri
ptis, vel in quo requiritur ſcriptura, vt in donatione excedente
quingentos aureos, & in ſententijs, & ſimilibus, dicit Inn. ꝙ ſuf-
ficit probare contractum & ſcripturam interueniſſe, & in ſcri-
ptura contenta fuiſſe vel contineri ea, quæ ius præcipit, & non
expedit probare amiſſionem inſtrumēti, ar. de re iud. ſicut. C.
de fid. inſtr. in exercendis, quia parem vim habent teſtes, & in-
ſtrumenta, vt ibi, & de fide inſtr. cum Io. Alij vt refert dicunt,
ꝙ in his caſibus debet probari caſualis amiſſio, nam cum con-
tractus vel factum capiat ſubſtantiam ex ſcripturā, non ſuffi-
cit probare ſcripturā interueniſſe, niſi probetur caſualis amiſ-
ſio. C. de bonorum poſſ. ſecundum tab. l. ſi. de teſti. l. teſtium,
de fideicommiſſ. l. ſi. Hoſtien. in hoc inſtat, & pro prima opi-

gione inducit hanc decr. ſecundã opi. approbat, quę eſt verior. Et no. quod dixi de caſuali amiſſione, quia vt ſup. dixi, ſecus in voluntaria, vel culpabili, & c. hoc non obſtat, imo potius facit pro. Quæro, quid deponent teſtes probantes tenorẽ, dic, ꝙ probare debent locum, & diem inſtrumenti, cũ hæc ſint de tenore inſtrumenti, ita ꝙ ſine his non valet, de proba. quoniam cõtra, de re iud. abbate ad fi. lib. 6. & probatio tenoris, quæ hoc caſu fit per teſtes, habet vim inſtrumenti inſinuati, quæ inſinuatio ſine prædictis non valeret. Opp. ad hoc, quia non tenetur teſtis dicere de tpe, ſi non interrogetur, valet teſtimonium, ſi nõ recordatur de fide inſtr. cum Io. Sol. illud verum in probatione contractus, qui probari poteſt nõ probando inſtrumentũ, ſi fuit non celebratus in ſcriptis, vt dixi in precedenti qõne. Secus in probando tenorem inſtrumenti rõne prædicta, pro hoc C. de fide inſtr. l. 1. & l. ſi ſolemnibus. Opp. ad hoc, quia cũ producitur inſtrumentum, non editur dies parti de fide inſtr. accepimus, & c. contingit, vbi no. Sol. licet non edatur parti, editur iudici, cui fit probatio. ff. de proba. l. quinquaginta, de reſer. ſtatutum. §. cum vero, lib. 6. ſm Io. An. qđ no. Et per hoc habes, ꝙ volens probare tenorem inſtrumenti capitulare debet, & probare de tpe, & loco inſtrumẽti, qđ tene menti, tñ ſi producitur ſcriptura ex archiuo publico, quæ facit fidem. C. de fide inſtr. auth. ad hæc, de præſcrip. ad audientiam, non requiritur, vt cõtineat tp̃s, vel locum vt no. Bar. in dicta auth. ad hæc, & eſt ſingulare, & hoc eſt, quia nõ requiritur, ꝙ ſit ſcriptura alias publica, vt dicit gl. in dicta auth. priuata aũt ſcriptura non reqrit tp̃s, vel locũ, de hoc dixi de fide inſtr. c. 1. Quæro, ſi legatus vult pro
a bare amiſſionẽ inſtrũ legationis,[a] & tenorem, an ſit audiendus, gl. vlt. dicit, ꝙ non, ſed creditur ſibi, vt dicit gl. ſi eſt alias honeſtus, dic rõnem, quia non agitur de præiudicio alterius, ſic loqtur c. nobiliſſimus alle. in gl. de quo ibi, & no. inf. de ſen. exc. ſicut, in gl. vlt. & in Spe. tit. 2. §. ſupereſt, verſ. quid ſi delegati & tri
b bus, verſ. ſeq. Sed nunquid ſufficit probare amiſſionem inſtrũ[b] no. doct. de tenore, gl. eadem, verſ. Item quandoque, dicit quãdoque ſufficere per l. ſi de poſſeſſione. C. de proba. quæ loquitur, quando aduerſarius ſubtraxit inſtrumentum. Secus ſi ex facto tertij pars perdidiſſet, & de hoc in Spec. de inſtr. editione. §. re-
8 ſtat, verſ. illud quoque. Quæro, qualiter probetur amiſſio † inſtrumenti, dicit gl. ꝙ per iuramẽtum, qđ eſt verum de amiſſione caſuali, & præmiſſa aliqua ſummaria cognitione, vel adiunctis aliquibus præſumptionibus ſm ſuperius dicta. Quid ſi impetraſti litteras ad delegatos, & perdidiſti, dicit eadem gl. ꝙ ſufficiet probare amiſſionẽ, & tenorẽ, fuit opi. Io. ſed Tan. contra per c. 1. de fide inſtr. qđ nihil facit, & per c. ſancimus 25. q. 2. & de off. deleg. cum in iure, qđ tenet Vin. niſi litteræ fuiſſent præſentatæ, qđ ẽt tenet Inn. dicens ante preſentationem, ſecus de hoc in Spec. de proba. §. ſi. poſt princ. & hoc dictum inducit Inn. ad probãdum, ꝙ ante præſentationem litterarum delegatus, vel executor non habeat poteſtatem, de quo plene dixi in additionibus de reſcrip. paſtoralis, pro gl. aũt facit dictum c. cum in iure, cum ibi notatis, & quia per teſtes probat quis ſe priuilegiatum. C. de fide inſtr. ſi ſolemnibus, & ordinatum, de cle. peregri. tuę. & mihi videtur de iure verior, ſed quia non agitur de magno præiudicio in reſcriptis iuſtitiæ, poſſumus tanquam æquiorem ſequi aliam opinionem, quę eſt communior.

ADDITIONES.

a Legationis. Adde gl. in verbo compellendos in cle. 1. in §. cæterum, de vſu.
b Amiſſionem inſtrumenti. Adde per Bal. in l. ſi. C. de eãdem.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegij innouatio ius nouum non tribuit, ſed antiquum conſeruat.*
2 *Sententia ius non tribuit, ſed declarat.*

1 EX parte. Innouatio priuilegij, † ius nouum non tribuit, ſed antiquum conſeruat, hoc dicit ſecundum oẽs, & hoc quoad vnum dictum continet, an parte aduerſa abſente poſſit fieri innouatio, in quo eſt diuerſitas doctorum, vt infra dicã, ideo quoad illud non ſummo. Primo appellantium conqueſtio, priuilegij productio, & de ipſius innouatione deciſa petitio. Secundo priuilegij innouatio, & proteſtatio ibi, nos autẽ. Moleſtare, iudicialiter. Citari, faciendo, & vexando laboribus, & ſumptibus. Obedientiam, quæ iure diœceſis debetur de offi. ordi. conquerente, non autem loquitur de obedientia temporali, de qua 8. diſt. quo iure, grauarent, non dicit in quo, tamen neceſſe fuit in appellatione exprimi, ſup. tit. r. ſignificantibus, vbi dixi de app. cle. appellanti. Compatientes, cum tamen compati debebant. C. qui po. in pigno. ha. l. aſſiduis, de ſo. compe. ex tenore, & c. ex parte 6. Item & religioni de dolo c. 2. Clerum, & populum, interdicto clero, non eſt interdictus populus, nec econuerſo, de ſen. exc. ſi ſententia, lib. 6. diutius, ſcilicet per 40. dies ſecundum conſuetudinem romanæ curiæ. Tan. & Goſ. Apparuit, ſimile de dolo cum dilecti. Not. ſummarium, & cõ-
2 cor. in gl. vlt. & ſimile in ſententia, quæ † ius non tribuit, ſed declarat, vt no. 11. q. 3. commodo, & per hoc infertur, ꝙ ſi priuilegium erat reuocatum per poſterius, vel ſublatum præſcriptione, vel renunciatione, vel ex alia cauſa, non valebat innouatio, nihil prodeſt. Oppo. 1. ꝙ non valuerunt litteræ per diœceſim impetratæ, in quibus non fiebat mentio de priuilegijs monialium, de reſcrip. cum ordinem, gl. prima format, & non ſoluit, dic, vt ibi dixi, nam ibi de alio priuilegio, quod concernit conuentionem, & nõ principale negotium. Opp. 2. ad idẽ, quia nõ potuit excuſari epiſcopus in eo, ꝙ tacuit de priuilegijs, cum ipſa ſciret, ad hoc de reſcrip. ſuper litteris. Sol. gl. 2. ſtat cõtrario. Inn. dicit, ꝙ imo valet impetratio epiſcopi, & ratio eſt, quia non tenebatur facere mentionem de priuilegijs, quæ patiebant exceptionem peremptoriam tantum de lit. conte. c. 1. lib. 6. Inn. tamen non dicit hæc verba in forma, ſed allegat notata de offi. dele. ex litteris, ſed pro eo faciunt præmiſſa. Opp. 3. ad hoc, quia ſi dixiſſet de priuilegijs, nõ habuiſſet reſcriptum, de præſcrip. veniens, de reſcrip. cæterum, & c. conſtitutus. Solu. verum eſt, ꝙ de priuilegijs poterit obijci exceptio perẽptoria, quæ non poſſet obijci, ſi de eis fuiſſet facta mentio. tamen per hoc litteræ epiſcopi non ſunt obreptitiæ, dicit tamen Hoſt. ꝙ ſm ſtilum curiæ debet in reſcripto fieri mẽtio de exemptione. Alij habent de exceptione prædicta, ſed verior eſt prædicta litera, & ideo ſm Hoſtien. contra exemptum non daret Papa talem iudicem, qualem contra non exemptum, nam de ſtilo curiæ nunquam datur diœceſis contra exemptum, qđ nota, quia ſtilus debet attendi, de crimine falſo, quam graui, dic tamen, ꝙ de iuris rigore tenet reſcriptum, non facta mentionẽ de exemptione, niſi eſſet priuilegium concedens exemptionem reſpectu poteſtatis conueniendi priuilegiatum ad iudicium, de quo loquitur c. cum ordinem, & ibi dixi. Oppo. 4. ꝙ non debuerint audiri moniales, niſi primo abſoluerentur ab excõicatione, de offi. dele. cum contingat. Sol. hic erant ſe defendentes, ad hoc de excep. ſignificarunt. Item ſecundum ꝙ dicit gl. 3. ſententia non tenuit, tum quia poſt appellationem, tum quia ſpecialiter ſunt ſubiectæ papæ, ſecunda ratio non procedit, cum iſti eſſent delegati papę, ſed prima eſt vera ſecundũ Hoſt. Opp. 5. ad hanc ſo. quia non apparet, ꝙ fuerint proſecutæ appellationem, ſed tantum petierunt priuilegium innouari. Sol. dicit Inn. ꝙ quia iudices non depulerant appellationem, & pars monaſterij videbat ſe non poſſe proſequi, ideo petijt innouationem. Goff. dicit, ꝙ apparuit illas ſententias fore nullas, & ſic non fuit opus de eis aliquid dici, ſed ratio nullitatis nulla patet niſi appellatio, vnde poteſt dici, ꝙ illæ fuerunt proſecutæ eam, & ea pendente petierunt innouationem, ꝙ non prohibetur, & præſuppoſito, ꝙ non fuiſſent proſecutæ, cũ hoc ſtat, ꝙ ſententiæ illæ erãt nullæ, quia ſufficit, ꝙ ab initio appellatio fuit legitima, de ſen. exc. licet lib. 6. Opp. 6. ꝙ abſente parte epiſcopi, non debuerit innouatio fieri, ſup. c. proximo, de confir. vti. cum dilecta. Sol. ſecundum Inn. non licuiſſet innouationem fieri, niſi epiſcopus fuiſſet contumax, qđ tamen dicit, ſibi non placere, non enim ſuper innouatione priuilegiorum fuit epiſcopus contumax, quia nec citatus quoad hoc, ſed vera cauſa eſt, quia epiſcopus nõ contendebat de priuilegijs, nec ſe opponebat innouationi, ꝙ ſi feciſſet, facta non fuiſſet, niſi de ſuſpitione timeretur vel alia iuſta cauſa ſubeſſet, d. c. cum dilecta, quo caſu licet, quia nihil iuris tribuit innouatio vt hic & inf. eod. quia intentiones, ſed ſi ius tribueret, ſecus, vt no. vt lit. pen. c. ſi. quæ not. Et intelligo procedere in papa, qui poſſet priuilegium de nouo tribuere, ſecus in alio per id, quod dixi, ſup. c. proximo, & de teſti. Albericus, & d. c. dilecta. Quæro hic moniales cõqueſtæ fuerunt de epiſcopo, ꝙ eas grauabat rigore quarundam apoſtolicarum litterarum, nunquid expedit, ꝙ probent de illis litteris, & ſimilis quæſtio formari poteſt in ſimilibus caſibus, vt quando priuilegiati conqueruntur de prelatis proferentibus excõicationem in eos, qui molunt in molendinis eorum, in c. quãto, vel ſi cõqueruntur, vt in caſu c. graue, de off. or. & in caſu c. ex parte 2. de reſcrip. & inſ. de verb. ſig. ex parte. Inn. dicit, ꝙ cauſam, vel demonſtrationem poſitam in litteris, vel libello non tenetur quis probare, dummodo cõſtet de re, cuius dicitur cã vel demonſtratio, niſi talis ſit cauſa, vel demõſtratio, qua omiſſa litteras nõ habuiſſet, nec libellus receptus foret, probat, quia falſa cauſa non vitiat nec falſa demonſtratio. ff. de cond. & demon. l. cum tale. §. falſam, alias lex cum ita legatur. §. legato, & §. falſam cauſam, inſt. de lega. §. huic proxime. Oppone ad hoc de eiſdem l. vbi vitiat. Sol. dicit Inno. ꝙ ſi per modum conditionis ſecus, vult dicere, ꝙ conditione vitiata vitiatur diſpoſitio, quod declara per id, quod dixi de conſan. & affi. quia circa, ponendo nouum intellectum ibi. per hæc infert Inno. ꝙ quandocunque ponitur in libello tale quid pro cã petitionis, &

ſine

Digitized by Google

ſine qua petitio non procedit, debet proponēs illam probare, aut ſuccumbet 6.q. vlt.actor, nam nec libellus recipiendus eſt ſine ſufficiētis cauſæ expreſſione, de libelli obl.c.ſi.de quo dic, vt ibi dixi, & ratio huius, quia hoc caſu ſe habet per modum finalis, & intellige de cauſa exprimenda in libello, quando agitur perſonali, d.c.ſi.de cauſa autem expreſſa in reſcripto no.de reſcrip.ſuper literis, & in d.c.quia circa.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus priuilegia libertatis concedere dicitur.*
2 *Caſus, in quo ſit condemnatio expenſarum ante diffinitiuam.*
3 *Eccleſia ſine auctoritate epiſcopi ædificari non debet.*
4 *Sententia an poſſit pro parte tenere, & pro parte non.*
5 *Reuocatio primæ ſententiæ exprimi debet in cauſa appellationis.*
6 *Abbas ex contractibus monachi an obligetur.*
7 *Monaſterium an obligetur de maleficijs monachi.*
8 *Abbati an alij obligentur ex contractu monachi.*
9 *Poſſeſſio quam acquirit monachus, an quæratur monaſterio.*
10 *Poſſidere quem, quomodo ſciatur.*

CVm olim. Eccleſia vtēs duplici priuilegio exemptionis, licet ex vno ſuccūbat, ex alio poterit obtinere. exemptus nō tenetur promittere obedientiam dioceſano, non tamē poteſt ſine illius licentia in loco non exempto eccleſiam cōſtruere. hoc dicit quò ad titulum, habet, & alia dicta. Primò narrat factum. Secundò ponit diffinitionem delegatorū ibi, iudices. Tertiò petitionem monaſterij ibi, tandem. Quarto ſententiā Papæ, primò interlocutoriam, ſecundo diffinitiuam ibi, nos igitur. Nullus, idem ſi aliquis, ſed non idoneus, ſup.c.prox.de transla c.2.præfigendum, de cauſa autē appellationis quō poſſit procedit etiam quo ad cauſam principalem, dic vt de ap.ſæpe, & c.per tuas, & c.1.lib.6.Credentes, & hoc non ex defectu eorum, ſed partis, vt infra patet. Cōdemnarunt, & bene, vnde ſententia in ſi.confirmatur. Portarium, i.curſorem, vel viatorem regium, & publicum, talem enim in illis partibus vocant portarium ſecundum Hoſt.Extorto, ſubaudi & ſubiectionem monaſterij abiudicarunt epiſcopo, & in hoc ſolo retractatur ſententia infra. Marabotinorum, genus monetę, ad hoc de cōfeſſis, cum ſuper, de iureiur.querelam.de emp. & vend.ad noſtram, de re iud.ad apoſtolicę, verſ.poſſet etiam lib.6.Fundaret de hoc inf.co.authoritate, lib.6.præſcriptione, canonica, quia & ſi probauerit tempus, non tamen titulum deſenſione, puta rei iudicatæ donationis, vel confirmationis, de hoc de religio. do.cōſtitutus. Factis de facto, & ad cautelam: ſufficiebat enim ius commune. Iudicarunt, & bene. vnde in fine cōfirmatur ſententia. Ante tempus, per hoc patet, ꝙ non fuerat confirmatoria illius, quæ non valebat, quia non dicit emanauerat. Non cognouerunt, nec pronunciauerunt. Inn. profeſſionis, alias proceſſionis, de qua de exceſ.præl.nimis praua, circa prin. Iudicibus, i.famæ iudicum præſentata, quia nec diuinare tenebātur,
1 vt ecc.benefi.c.vno.Not.in prin.ꝙ epiſcopus†concedit priuilegia libertatis, quod dic, vt de relig.do.conſtitutus.de cenſ.cum
2 venerabilis. No.caſum, † in quo ſit condemnatio expenſarum ante diffinitiuam in verſ.iudices autē, & valet, vt probatur in ſi.vbi ſententia cōfirmatur. Not ꝙ id, quod acquirit epiſcopus
2 poſt conſecrationem, acquirit epiſcopatui,[a] de quo in gl.in verbo reſtitutione, & dic idem poſt confirmationem, & habitam poſſeſſionem, pro hoc caſus in c.ſtatutum, alle.in gl.No.in verſu inſuper, ꝙ malęfidei poſſeſſor cōdemnatur in fructibus medij temporis, ſic enim debet intelligi, ꝙ erant malęfidei poſſeſſores hic, ad hoc de reſt.ſpo.grauis, & ædificatum cedit ſolo.C. de rei vend.l.2.inſt.de rerū diuiſione.§.ex diuerſo.Inn.& Hoſt.
3 No.ꝙ eccleſia † nō debet ædificari ſine authoritate epiſcopi ēt ab exemptis, de quo in gl.in verbo reuocari, & hoc in diœceſi epiſcopi in loco non exempto, quod dic, vt inf.eo.authoritate, lib.6.& ſi ædificatur, dominium erit epiſcopi, vt dicit gl.quod intellige, non vt eccleſiam ſibi retineat, ſed vt de illa, ſicut de alijs ſuæ diœceſis, ordinet 10.q.1.regenda, de cenſibus eccleſijs, & idem de fructibus de quibus hic, quia in vtilitatem eccleſiarum ædificatarum illos conuertet, de ſucceſ.ab inteſta.c.ſi.de off.ord.cum vos, ſm Inn. Hoſt.& Abb. Not.in verſ.tandē, ibi, ꝙ ſi alias pro forma libelli conditionalis, qui procedit hoc caſu, pro hoc de in integrum reſt.conſtitutus, & in Spe.de ſententiæ prola.§.iuxta, verſ.ſed nunquid talis libellus. No.in verſ.nos igitur, ꝙ licet exemptus ſuccumbat in cā ſubiectionis, per hoc non præiudicatur papæ, & eſt hæc fortis allegatio ſm Hoſt.ad effectum, de quo in textu, de reſtit.in integ.c.2.de ſuplen. negli. præla.licet.de confit.vtili cum dilecta. Not.in verſ.per hoc autem, id, quod no.gl.in verbo de hac.verſ & ita patet, & pro hoc
4 de fide inſtr.cum Io.No.ꝙ ſentētia†pro parte tenet, & pro parte non, de quo in gl.ſi.& de hoc de conuer.coniuga.placet.No.
ceſſio debet fieri ex cauſa. puta propter indigentiam monaſte
rij, & ſeruata congrua portione vicario ibi inſtituendo ſecun-
dum Hoſtien. pro hoc de præben. extirpãdæ. procedit autem,
quod dicit de vicario, niſi habeant poteſtatem neminem inſti
tuendi, quod fieri poteſt ſecundum notata de præben. de mo-
nachis. & c. in Lateranen. vt quia non eſt opus vicario. puta qa
non ſunt ibi parrochiani, & reducitur eccleſia, vt ſit tanquam
quædam grancia. Oppono tertio, ꝙ in apprehendenda poſſeſ-
ſione non ſit opus licentia diœceſani. ſ. eo. in his. vbi ſi conce-
ditur aliquibus a Papa poteſtas celebrandi cum altari viatico,
hoc poſſunt ſine diœceſani licentia Solu. ſecundum Io. Andr.
ibi de actu non præiudicante epiſcopo. hic autem de actu, qui
poſſet præiudicare epiſcopo, & reipublicæ, ſi fieret ſine diœce-
ſani authoritate, quia poſſent ſubtrahere hoſpitalitatem, elee-
moſynam, & iura epiſcopalia. ad hoc ſupra de ſupplen. negli.
præla. c. 2. & in hoc poſſet priuilegium eſſe ſurreptitium, quod
eſt diſcutiendum. de reſcript. ſuper literis. ne ſe. vac. c. 1. per hãc
ſolutionem habes, quæ fuit, vel eſſe potuit ratio dubitandi, &
quę decidendi. Sed contra eam eſt, quia etiam in caſu c. in his,
præiudicatur diœceſano. vnde aliter ſoluitur hoc contrariũ per
Hoſti. ibi, ꝙ hic non præiudicauit. quia ius diœceſani fuit exce-
ptum. ſimile. ſ. de vſu pallij. c. antepenult. & de confir. vtili. c. fi.
de offi. dele. ſuper eo. quod nihil eſſet, non enim hic fuit exce-
ptum in indulgentia. ſed declarauit Papa poſtea per indulgen
tiam non præiudicari iuri epiſcopi. Soluitur tertio, ꝙ hic priui
legium aliquid operatur dato, quod ſit opus licẽtia diœceſani
in apprehendenda poſſeſſione. nam ſi denegaret, cogi poſſet
ad hoc per ſuperiorem. ſupra de iure patrona. nullus. ſed in c.
in his, ſi eſſet neceſſaria eccleſiæ licentia, nil valeret indulgen-
tia. hæc ſolu. non plene explicat contrarium. ſed ampliando ip
ſam dic, quod in c. in his. quærebatur, an requireretur licentia
diœceſani ſuper eo, quod conceſſum erat. & reſpondetur ibi,
quod non: aliter indulgẽtia fuiſſet fruſtratoria, cum ſola dio-
ceſani licentia ſufficiat, hic autem quæritur, an licentia diœce-
ſani ſit neceſſaria, non ſuper eo quod conceſſum eſt, ſed ſuper
acceſſorio, vt in apprehenſione poſſeſſionis. caſus ergo ſunt di
uerſi. Oppo. quarto ad idem. nam cum teſtamentum confir-
matum eſt per ſententiam principis, non eſt opus petere bono
rum poſſeſſionem. C. de teſtamentis. l. omnium. ergo hic ſuffi-
ciebat indulgentia Papæ Sol. dicit. Vinc. ꝙ decretalis hæc pro-
cedit, vt ius ſpirituale ſeruetur illæſum. & vt videatur, an illæ
eccleſiæ ſint monaſterij. pro hoc, quod dixi in præcedenti con
trario. in prima ſo. Dic verius, ꝙ caſus ſunt omnino diuerſi. nã
licet per auctoritatem principis, & præſentiam tollantur, vel
ſuppleantur iuris authoritate, dicta l. omnium. & ſic tollitur
ſolennitas petendæ bonorum poſſeſſionis. non tamen tollitur
ius tertij. & ſic loquitur hic. Oppo. quinto ad idem de e. cum
veniſſet. ſ. de reſti. ſpo. So. vt in gl. 3. & in ea ibi, ſi ex ſtipulatio-
ne. & de præben. cum qui. ſecundo reſponſo. lib. 6. & in fi. dic vt
in dicto c. cum veniſſet. & no. de appel. bonæ in prima gl. Quę-
2 ro, quia † hic dicit de conceſſione eccleſiarum, quid ſi conce-
dantur decimæ vel poſſeſſiones. an in apprehendenda poſſeſ-
ſione erit eodem modo opus licentia diœceſani. dicit Inno. ꝙ
ſic. nam licet eccleſia, cui fit conceſſio, ante apprehenſionem
habeat dominium, vel quaſi. C. de ſacroſan. eccl. l. fi. de cõſue.
c. 2. Secus eſt de poſſeſſione. nam etiam dominus nõ poteſt in-
trare poſſeſſionem, quam nunquam habuit, vel quam amiſit:
maxime violenter, & hoc propria authoritate. imo per hoc
quandoque cadit a iure ſuo. 16. q. 6. placuit. de præben. cũ qui,
lib. 6. C. vnde vi, ſi quis in tantam. cuius l. intellectum dic, vt di-
xi de cauſa poſ. cum eccleſia. de dolo. c. 1. Quãdoque auocatur
ab eo poſſeſſio ſic adepta per interdictum vnde vi, directum,
vel vtile ff. de vi & vi arm. l. 1. & per totum. de reſti. ſpo. cum ad
ſedem. & per totum. quãdoque per condictionem triticariam
ſecun-

Digitized by Google

ſecundum Innoc. habet autem illa condictio generaliter locū
in omnibus rebus, ſiue mobilibus, ſiue ſoli, præter pecuniam
numeratam, quod dic, vt ff. de triticaria. l. 1. & 2. quādoque per
condictionem ex canone, vel officio iudicis, quod dic, vt dixi
de reſti. ſpo. ſæpe. Quæro, quid operatur indulgētia, de qua hic.
dicit Innoc. ꝙ operatur, vt is, cui fit conceſſio, habeat admini-
ſtrationem eccleſiæ, & ꝙ ſibi reſpondeatur de temporalibus,
& ꝙ conſeruato bono, & antiquo ſtatu eccleſiæ, quicquid ſu-
perfluum fuerit, in vſus ſuos conuertat. Sed nunquid ei licebit
antiquum ſtatum immutare. videtur, ꝙ non arg. de conſti. cū
omnes. & expreſſius de ſupplen. negl. præla. c. 2. dic, ꝙ ex cauſa
& interueniente authoritate epiſcopi, hoc poteſt fieri, aliter
nō debet, dicto c. cum omnes, in fi. pro hoc de conſue. c. antep.
de cenſibus, prohibemus. Nunquid poteſt res, vel poſſeſſiones
eccleſiæ vēdere, vel pignorare pro vtilitate eccleſiæ. videretur,
ꝙ non per dicta in præcedenti quæſtione. ſed dic, ꝙ ex cauſa po
teſt, vt in præcedenti quæſtione dictum eſt. pro hoc, quod no.
de ſepul. in noſtra. & idem dicit Innoc. de mutuo ipſius nomi-
ne contracto. vult dicere, ꝙ non licet diſtrahere bona huius ec-
cleſiæ pro mutuo contracto nomine eius, cui facta eſt conceſ-
ſio, & non verſo in vtilitatem huius eccleſiæ. & ſi hoc faceret
prælatus, cui facta eſt conceſſio, dicit Innoc. ꝙ de facili inuol-
ueretur crimine ſacrilegij, & poſſet per diœceſanum puniri ar-
gumento. 10. q. 2. c. fi. 17. q. 4. per totum. s. de offi. ordi. cum vos.
vbi de hoc, de reſti. ſpo. olim. 1. de excep. cū venerabilis, de ex-
ceſ. prælato. ſicut vnire. & per hoc infert Innoc. ꝙ creditores hu
ius eccleſiæ poſſent petere ſeparationem per interdictum de
ſeparationibus. ff. de ſeparatio. per totum, vt ſeparentur bona
vtriuſque eccleſiæ: intelligo, ſi prælatus, cui facta eſt cōceſſio,
conuerteret bona in ſolutionem debitorum ſuorum, ꝙ tunc
creditoribus illius eccleſiæ competeret petere ſeparationem
prædictam. Quæro ſi eccleſia donata eſt in vna diœceſi, & ea
cui donatur in alia. dicit Innoc. ꝙ per hoc non confunduntur
iuriſdictiones diœceſanorum. de relig. do. cap. 2. vbi de hoc. &
per hoc infert Inno. ad quæſtionem ſequentem. Quæro enim,
ſi ageretur de alienatione poſſeſſionum eccleſię donatæ, cuius
epiſcopi conſenſus requireretur. dicit Innoc. ꝙ conſenſus epi-
ſcopi ſui. i. eccleſiæ, cui facta eſt donatio, quia & alias in aliena-
tione poſſeſſionum eccleſiæ requiritur conſenſus diœceſani,
cui ſubeſt: non autem illius ſub quo poſſeſſiones ſunt ſitæ. 17.
q. 4. in venditionibus. 10. q. 2. caſellas. 12. q. 2. abbatibus. & c. ſi
qua. & c. ſine exceptione. ſed hoc dictum contradicere videtur
expreſſe præcedenti, cum in præcedenti dicatur, non fieri per
hoc confuſionem iuriſdictionum. ſed ſi eccleſia non eſſet do-
nata alteri, in alienatione poſſeſſionum ipſius, requireretur au
ctoritas diœceſani, cui ſubeſt. ergo & poſt donationem. Pro cu-
ius dicti examinatione videamus, an ſit verum, quod dicit In-
noc. in alienatione poſſeſſionum eccleſiaſticarum in alia diœ-
ceſi requiri cōſenſum diœceſani, cui ſubeſt eccleſia, & non diœ-
ceſani cui ſubſunt poſſeſſiones. videtur, ꝙ etiam auctoritas il-
lius ſufficiat argu. s. de ſo. comp. ſane. vbi etiam ratione rei iu-
dicatur clericus ab alio epiſcopo. pro hoc. C. de prædiis mino-
rum. l. ſi prædium. vbi in alienatione prædij, quod eſt minoris
ſufficit decretum præſidis, vbi eſt. pro hoc de reſcriptis clem. 1.
maxime ſecundo reſponſo de ſupplen. negl. præla. quia regula-
res. ff. de bonis auct. iudi. poſ. l. cum vnus. §. ſi is. de iuriſdictione
omn. iud. l. vlt. de tuto. & cura. l. pupillo. C. de iudi. l. properādū.
§. ſin autem. & pro hoc quod no. Io. & Lau. 10. q. 2. §. ꝙ ſi. & in
dicto c. in venditionibus. ſed pro dicto Inno. eſt. ff. de rebus eo-
rum, qui ſub tu. vel cura. l. magis. §. illud. Quidam dicunt decre
tum vtriuſque epiſcopi, ſeu auctoritatem debere interuenire
ad cautelam. ff. de excuſ. tuto. l. iuriſperitos. §. primo. ſimile, qđ
no. de elec. querelam. in illo articulo, an debeat formari ſen-
tentia in perſonam procuratoris, vel domini. Ioan. And. dicit,
ꝙ non ad cautelam: imo de neceſſitate requiritur. nam cum
cura eccleſiæ ſpectet ad diœceſanum. 10. q. 1. regenda. & c. de-
cretum, principaliter intereſt epiſcopi, cui ſubeſt eccleſia prin-
cipalis, cui facta eſt donatio, vt nō depauperetur eccleſia. ad ip-
ſum enim non ad epiſcopum prædij ſpectat viſitare, & procu-
rare. facit de cenſibus. c. fi. ſic etiam in procuratione legatorū,
& in decimis papalibus. non enim imponuntur talia prædiis,
ſed eccleſijs, & prædia eccleſiæ donatæ tanquam acceſſoria
ſequuntur principale, regula acceſſorium lib. 6. facit. C. de inco
lis. l. 3. 4. & 5. lib. 10. ff. de mu. & hon. l. reſcripto. §. fin. licet onera
realia ſequerentur res, & ſoluantur in loco, vbi ſunt res. ff. de cē
ſibus. l. forma. de mu. & ho. l. 2. §. patrimonio. cl. 2. de decimis,
paſtoralis, cum cōcor. Item quia coram illo ſuper illa re poteſt
prælatus eccleſiæ principalis cōueniri. de reſcri. dilectus 2. etiā
parte alibi ſita, vt ibi dixi. Requiritur ergo authoritas huius
epiſcopi, & maxime hoc procedit, quando prælatus iuraſſet
non alienare ſine licentia eius. ſimiliter ſecundum Ioan. And.
requiritur licentia epiſcopi, cum etiam coram illo ratione rei
poſſet prælatus principalis cōueniri dicto c. ſane. vterque ergo
epiſcopus debet authoritatem interponere, argumēto de ſen.
exc. cum illorum, §. ſi vero. ſed Cy. in dicta l. ſi prædium. tenet
ſufficere licentiam alterius. & fuit opi. Iac. de Are. per l. fin. ff. de
longi temporis præſcriptione. vbi iudex domicilij, & iudex ra-
tione rei poteſt ferre ſententiā ſuper re, quod etiam tenet Rai-
nerius in dicta l. magis. §. illud. & puto verius. quia licet interſit
epiſcopi, cui ſubeſt prælatus, vt non depauperetur eccleſia, ta-
men proprie & ſtricte intereſt ſolum ratione bonorum ſitorū
in ſua diœceſi. Sed pro bonis alibi ſitis intereſt ſua ſecundario.
Item etiam ſi principaliter interſit, nō poteſt negari, quin epi-
ſcopus prędij habeat poteſtatem cognoſcendi per ſe ſolum de
prędio, & de pręlato principali ratione huius prędij dicto cap.
ſane. poteſt ergo authoritatem interponere alienationi, quæ
authoritas interponendę poteſtatis ſurgit a iuriſdictione quaſi
epiſcopali, vnde etiam non epiſcopus habens quaſi epiſcopalē
eam interponit, vt dicit Innoc. de tranſac. c. 2. & nota. de rebus
eccle. non alie. clemen. prima. in glo. in verbo proprij. Quęro,
7 ſi alicui † monaſterio conceditur eccleſia pleno iure, quid per
hoc conſequitur. dicit Inno. ꝙ conſequitur regimen ſpiritua-
a lium & temporalium.[a] 16. q. 2. viſis. Sed nūquid poteſt fructus
illius eccleſiæ ſuos facere, vel ſibi retinere. dicit Inn. ꝙ non, niſi
ad tempus, & cum ſolennitate ex magna cauſa per notata, vt
eccle. beneficia. c. vno. in fi. & hoc niſi eccleſia, quæ cōceditur,
prius poſſideretur ab illo pleno iure in proprios vſus. nūc enim
tranſit ius quale habebat concedens. argu. ff. de acquir. rer. do.
l. traditio. de contrahē. empt. l. alienatio. ad hoc de dona. inter
vir. & vxo. nuper. & pro hoc, quia fit lata interpretatio in dona
tionibus. de dona. cum dilectus, in fine. Quid ſi duę eccleſię
vniuntur. dicit Inno. idem. & hoc in quocunque genere vnio-
nis. de multiplici genere vnionis no. ne ſede vac. c. 1. & intelli-
ge dictum Innoc. ꝙ tunc permixtim vtuntur ſuis bonis. vel ſi
intelligeres, ꝙ iſtę duę eccleſię vnirentur tertię eccleſię, intelli-
ge, vt in duabus quęſtionibus pręcedentibus. Sed primus mo-
dus intelligendi eſt verior, & de mente Innocen.

ADDITIO.

a Et temporalium. Adde glo. 1. in c. cum inter vos. de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Propter, dictio idem importat ꝙ dictio, pro.*

PEtiſtis. Quamdiu templarij, vel hoſpitalarij
non ſeruant interdictum, pro eis in lo-
co prolatum, & per hoc violant ſua priuilegia, nec
alij ſeruare tenentur. Communis diuiſio. ſecunda
1 ibi ad quod. No. de dictione, † propter[a], quę idē importat hoc
a caſu, quod dictio, pro. quod probatur ibi, quod pro illis. Goff.
autem dixit ꝙ hic diſtinguitur inter, pro &, propter, quia pro-
pter reſpicit caſum quādo propter eorum delictum fertur in-
terdictum. Pro, quando eorum fauore, quod nō conſonat tex
tui, ſed verius eſt, quod prędixi. alias tamen bene eſt differen-
tia inter, pro, & propter: vt no. de dona. c. fi. Oppo. primo, quia
videtur textus ſibi inuicem contradicere. nam primo dicit, ꝙ
propter non obſeruantiam hoſpitalariorum non datur alijs
licentia non ſeruandi. & in fi. dicit contrarium. So. principium
procedit non interueniēte licentia Papę. nam delictum ipſo-
rum tunc non excuſat alios non ſeruantes. non enim minus
ardebunt, qui cum multis ardebunt. 2. q. 1. multi. nec a multi-
tudine delinquente aſſumendum eſt exemplum. 7. diſt. mala
conſuetudo. pro hoc, quod no. de ſent. excommu. clemen. 1. in
glo. nota. Finis autem procedit de licentia Papæ. ibi de noſtra
licentia. & hæc ſecundum Innoc. eſt ea, quæ prodeſt. Poteſt, &
alio modo intelligi textus, vt principium loquatur, quādo ho-
ſpitalarij, & templarij non ſeruant vtētes ſuo priuilegio, quod
habēt, vt certo tempore poſſint celebrare tempore interdicti.
infra eo. vt priuilegia. Finis autem quando non ſeruant violan
do interdictum vltra priuilegia. & hic intellectus bene eſt ve-
rus in ſe. ſed tamen præcedens magis conuenit textui, quia in
reſponſione ſolum loquitur, quando non licite iſti non ſeruāt
interdictum. patet in ver. ad quod. ibi, illorum exceſſus. Oppo.
ſecundo, ꝙ tex. hic permittit impoſſibile, vel ſaltem difficile
multum in eo, ꝙ permittit non ſeruari interdictum, quamdiu
illi violant. nam ex hoc oportebit, ꝙ ſtatim cum videbunt eos
celebrantes, vadant ad celebrandum, & compleant vſquequo
illi, quod eſt quaſi impoſſibile. Sol. expone quamdiu violaue-
rint.

ADDITIO.

a Propter. Adde Car. in c. propter, in 1. not. de dona. Alberi. in ſuo dictionario,
in verbo, propter.

Digitized by Google

rint.l.quãdiu depoſuerint animum violandi, quod apparebit per aliquod extrinſecum, vt quia hoc expreſſe dixerunt. & ad hoc ſe obligarunt. ſola autem deſiſtentia facti non ſufficeret. potius enim ex quo ſemel violarunt, præſumuntur & alias violari, regula ſemel malus.lib.6. Quęro, nunquid ad effectum huius licentiæ, de qua in textu, ſufficit violatio interdicti per vnum templarium facta. dicit Vinc. ꝙ non, ſed requiritur, ꝙ fiat per maiores de ordine. de procur.c.fi. vel illorum, qui loco præſunt. infra c.proxi. Quæro, an quod hic dicitur de interdicto, procedat in ſuſpẽſione hominis, vel excommunicatione. dicit Vinc. ꝙ non. vnde licet templarij tali ſuſpẽſo, vel excommunicato communicent, non per hoc licebit alijs, ad hoc de ſen.excom. cum deſideres. quod puto verum etiam ſi eorum fauore lata foret, cũ hic ſolum loquatur de interdicto, & hoc maxime in excommunicato, cui non æque facile conceſſiſſet Papa communicari. de ſuſpẽſo autem poſſet dici idem, quod in interdicto loci. ſed tamen tutius eſt non extendere tex. cum in dubio in talibus interpretemur in partem duriorem, tanquam tutiorem de ſcrutinio.c.vno. vbi hoc no.glo.vlt.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus habetur pro conuicto.*
2 *Monachus exiſtens in loco vtroque iure ſubiecto monaſterio, cenſetur monachus monaſterij.*
3 *Monaſterium quando eſt emptum, eccleſia vtroque iure illi ſubdita cenſetur exempta.*
4 *Eccleſiam vtroque iure ſubeſſe monaſterio, quid importet.*
5 *Verbum ſynodale quid importat.*

QVoniam. Priuilegium monaſterio conceſſum, ꝙ eius monachi excommunicari non poſſint, intelligitur de manẽtibus monachis in monaſterio, vel capella vtroq; iure ſubiectis. Primo, cauſam decidendi. ſecundo deciſio ibi, credimus. tertio adhuc ſpecialis deciſionis ratio ibi, quoniam illud. No-
1 ta, ꝙ confeſſus † habetur pro conuicto[a]. Et no. ꝙ cõfeſſio eius,
a qui proſequitur ius eccleſiæ, nocet eccleſiæ, nam etiam cõfeſſio procuratoris ei nocet. de re iudi. ſuborta. quod dic, vt dixi 3. de confeſſ.c.fi. No. ꝙ monachus exiſtens in loco vtroque iure
2 † ſubiecto monaſterio, cenſetur monachus monaſterij, probatur hic aperte: quia conceſſum erat priuilegium, vt monachi illius monaſterij &c. & concernit exiſtentem in eccleſia vtroque iure ſubiecta monaſterio. pro hoc infra eo.cap.1. §.fi. lib.6. Nota ꝙ monachi in eccleſia vtroque iure ſubiecta monaſterio poſſunt ponere monachum, ſeu clericũ, & pro hoc nota differentiam inter monachum, & clericum, ad hoc de ſta. mona. ea quæ. ad fi. vbi prohibetur teneri clericos ſeculares in monaſterio. ſed in tali eccleſia ſecus. Nota, ꝙ exempto monaſterio
3 † cenſetur exempta eccleſia vtroque iure illi ſubiecta. & per hoc induxit hunc textum ad quæſtionem facti. Quæro igitur Papa exemit monaſterium cum ſuis pertinẽtus. nunquid eccleſiæ vtroque iure ſubiectæ, intelliguntur exemptæ. conſului, ꝙ ſic per hunc tex. & quia ſunt tanquam gratiæ. ad hoc ſupra de cenſibus.c.fin. & ipſarum ratione tenetur monaſterium ad iura epiſcopalia, dicto c.fin. & hoc verum, niſi haberet populũ non exemptum, quia tunc ratione populi inſtituti in eccleſijs ponuntur authoritate epiſcopi. de capel.mona. c.vnico. lib.6. & hac ratione ſubſunt epiſcopo. pro hoc ſupra eod. cum capella. & ꝙ no.Inn. de præben. in lateranen. Quæro, quid importat
4 † dicere eccleſiam ſubeſſe monaſterio vtroque iure. So. vt in gl. 1. vel ſecundum Inno. dic vtroque iure.i. quo ad vtramque legem dioceſanam, & iuriſdictionis. & ex hoc infertur in textu, ꝙ cum in eccleſia ſancti Blaſij perciperet epiſcopus ius epiſcopale, nõ erat exempta. Vbi quæro, quid ſi percepiſſet aliquem cenſum, vel aliquod temporale. dic, ꝙ per hoc non appareret ſubiecta epiſcopo, de cenſibus, cum venerabilis. de religio.do. conſtitutus ſecundum Hoſti. qui dicit præſumi pro epiſcopo, quando in eccleſia habet aliquod ius epiſcopale, ita quod ex hoc obtinebit ſuper ſubiectione, niſi aliud probetur, quod no.
5 Quæro quid importat verbum † ſynodale. Sol. vt in glo.2. vel dic ſynodale.i. nomine ſynodatici aliquid exigere. 10.q.3. placuit. de off.ordi. conquerente. in glo.3. ibi abbate. & de treu. & pace.c.2. cum concordantijs.

ADDITIO.

a Pro conuicto. Adde glo. in verbo, confeſſione, in c.peruenit. de fideiuſſ. gl.1. in c.ſi. de celeb.miſſ. Card. in c.ex literis. in 1.no. de diuor.

SVMMARIVM.

1 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
2 *Sed, dictio dicitur implicatiua.*

QVia circa. Pars de bigamis, quia circa. Epiſcopus, qui remiſit monaſterio decimas epiſcopales, præſentes, & futuras intelligitur remiſiſſe. quęſtio, & ſolutio ibi, reſpõdemus. Epiſcopalibus. alias ſpiritualibus. prima melior. & decima epiſcopalis propriæ eſt quarta decimarum, vt in iuribus all. in gl. 1. & ſupra, de pręſcript. de quarta acquiſitas. alias antiquas. & de his minus dubitatur, quam de acquirẽdis, de quibus dubiũ videbatur. argumento de conſti.c.2. de reſcript. c. fi. No. ꝙ in-
1 definita † æquipollet vniuerſali.[a] de quo in glo.3. & per Dy. in
a rubrica de re.iur.lib.6. & de elec. vt circa. eo li. in glo. omnium. & ff. de le.2.l. ſi pluribus. vbi per Bar. & in propoſito ratio, quare in caſu huius c. æquipollet vniuerſali, ponitur in tex. triplex, prima tangitur ibi, cũ nihil. ſecũda ibi, ac in beneficiis. tertia ibi, nec debeat. No. imputandum ei, qui non dixit apertius, cũ poſſet. ff. de reg.iur.l. impoſſibilium. de pac.c.fin. No. ꝙ dictio,
2 ſed, † eſt implicatiua hic. nam implicat dictionem, etiã, quod operatur dictio, non ſolum, quæ præcedit. No. ꝙ diſpoſitio cõcernit non tantum præſentia, ſed etiam futura. ad hoc de decimis, ex parte. & c. nuper. quod dixi de reſcri. cle. vltima. Opp. primo ad hoc in glo. vlt. ibi argumentum contra & ſolue vt in ea. & ibi apertius dicere. concor. Hoſti. & Abb. dicentes, quod contra dantem priuilegium ſemper ſit lata interpretatio. priuilegium vero, quod dat Papa, ſi alteri infligit enorme præiudicium, reſtringitur, dummodo aliquid conſerat. & quod dicunt de Papa, idem de quolibet alio. & de modis interpretandi diſpoſitionem, dixi de reſcript. cauſam. Oppo. ſecundo, ꝙ non procedat tertia ratio poſita in textu ibi, vna eadẽque ſubſtantia. nam decimæ præteritæ, & decimæ futuræ ſunt diuerſa ſubſtantia. So. pro vna ſubſtantia intelligit vnam eccleſiam, quæ poſſidet vtraſque ſecundum Hoſti. Quæro, qualis fuit forma priuilegij. dicit Inno. ꝙ in eo cõtinebatur, ꝙ epiſcopus omnes decimas, quæ ſibi competebant, vel competere poterant, de poſſeſſionibus monaſterij ipſi monaſterio remittebat, & ſecundum hoc de decimis, quas debebant monachi, eccleſijs parochialibus non ſoluent, niſi tres partes, vel ſi monaſterium habebat parochiam, non tenebitur ad quartam epiſcopalem, quia illam tenebunt vtroque caſu ex vi priuilegij. Quæro, quã dicetur conceſſio facta ſecundum canonicas ſanctiones. gl.2. dicit, quando de conſenſu cap. dic, & ex cauſa neceſſitatis, vtilitatis, vel pietatis ſecundum Inno. & Hoſt.

ADDITIO.

a Vniuerſali, Adde Spec. infra de procu. in §. ratione. Bart. in l. his qui ducenta. in §. vtrum. ff. de rebus dub. Oldra. conſil. 100. incip. in executione. Alex. de imo. conſil. 66. incip. viſo teſtamento dicti Benicaſiæ 2. col. in 2. volum. idem Alexan. conſ. 7. incipien. ſuper hac dubitatione ad fin. in 2. vol. idem Alexã. conſ. 110. incip. viſis acutiſſimis, in eo. vol.

SVMMARIVM.

1 *Papa in generali concilio dicitur diſponere.*
2 *Conſtantinopolitana Eccleſia poſt Romanam dicitur prima.*
3 *Pontificalis officij plenitudo confertur per pallium.*
4 *Patriarchæ tenentur præſtare iuramentum fidelitatis Papæ.*
5 *Profeſſio, & ſponſio qualiter differunt.*
6 *Inſignia apoſtolicæ dignitatis quæ ſint.*

ANtiqua. Ponit concilium ordinem quatuor patriarchalium ſediũ vſque ibi ſeruata. vbi ponit tria ipſorum priuilegia, primũ quia dat pallium. ſecundum ibi dominicæ. quia ante ſe portari faciunt crucem, præterquam in caſibus hic exceptis. tertium ibi, omnibus. quia ad ipſos appellatur. & in hoc proteſtatur ibi, ſaluis. Suffraganeis.i. archiepiſcopis, vel epiſcopis qui eſſent in hoc priuilegiati pro ſe, quaſi non pro Romana eccleſia. Nota de renouatione facienda. concor. in glo.1. quæ all. c. renouantes. & ibi de hoc, quod facit pro innouandis priuilegijs. de confirm. vtili, cum dilecta. Nota, ꝙ nomine patriarchalium ſedium intelligitur de quatuor principalibus. de quibus in textu. & ſic non de alijs. Nota, ꝙ in generali concilio Pa-
1 pa † diſponit concilio approbante. & intelligitur approbare eo ipſo, ꝙ nullus contradicit. 31. diſt. Nicena. ff. mandati. l. ſi re-
2 munerandi. §.2. Nota, ꝙ eccleſia Conſtantinopolitana † poſt Romanam eſt prima. dicit tamen Hoſti. ꝙ in conſiſtorio Papæ Hoſti. Cardinalis tenet primum locum. nec mirum quia Papa conſecrat, imperatorem inungit, & eſt palleatus. No. ꝙ ſynodus, & concilium quandoque accipiuntur cõuertibiliter, probat ſupra ſcriptio cum illo verbo, textus in vniuerſali ſynodo. No. de prioritate attendenda. quia prioritas ſedis, vel loci prioritatẽ dignitatis declarat, vt hic ſupra eo. ex ore. de maio. & obe.

Digitized by Google

& obe.c.1.& c.ſtatuimus. No.ꝙ per pallium confertur plenitu
3 do pontificalis † officij.[a] probat dictio, poſtquam. & ſic non
a prius ſimilem,de elect. quod ſicut. §.præterea. & quod dicitur
in textu,ꝙ eſt inſigne, expone.i.ſignũ, ſeu priuilegium. quod
dic,vt no.de vſu pallij niſi.& c.ad honorem. No.ꝙ Patriarchæ
4 †tenentur præſtare iuramentũ fidelitatis Papæ. & dicit Hoſti.
omnes immediate ſubiectos Papæ teneri ad præſtandum obe
dientiam Papæ. fallit in diaconibus, & presbyteris Cardinali-
bus,qui & ſi ſubſint immediate: non tamen ſibi præſtant obe
dientiam: rationem infra dicam. ſed ſubiecti non immediate
non præſtant Papæ obedientiam,niſi confirmentur, vel con-
ſecrentur per Papam,quia tunc præſtant. de quo dicitur de ec-
cle.edifi.c.fin.No.ꝙ quatuor patriarchæ conferunt pallium.&
quod dicit tex.licenter.probat non eſſe neceſſe,ꝙ ſuper hoc pe
tant licentiã.ſufficit enim,ꝙ datur per hunc tex.ſimile.28.diſt.
de his.ff.de condi.inſti.l.quæ ſub conditione.§.fin.in prin. No.
5 differentiam inter profeſſionem,† & ſponſionem. quia profeſ-
ſio intelligatur cum iuramento: ſponſio ſine.non ſeruatur ta
men,vt fiat ſponſio ſine iuramẽto: imo Papa recipit iuramen
tum.& ſic nomine Papæ recipiunt patriarchæ a palcandis, di-
citur autem profeſſio hoc caſu ad ſimilitudinem: quia ſicut
religioſus poſt profeſſionem tenetur ſeruare regulam.de regu
la.ſtatuimus.Sic qui fidelitatem,& obedientiam iurant, illam
ſeruare tenentur. Dicitur autem hic profeſſio canonica,quia
debet fieri ſecundum Deum,& canones,& non aliter.de hoc,
de tempo.ordi.ad aures. No.ꝙ in vrbe Romana quattuor pa-
triarchæ non faciunt deferri crucem ante ſe, quod intelligit
Hoſt. etiam abſente Papa, pro hoc, quia generaliter loquitur.
b No.ꝙ licet nomine vrbis[b] intelligatur de Romana.de pœniten
tiis. ca.3. tamen quandoque adijcitur Romana cauſa maioris
certitudinis,vt hic.No.ꝙ ad quatuor patriarchas poteſt appel-
lari,quod intellige per granatos,non aliter,ſaltem in ſe.de ap-
pel.vt debitus.& intelligit Inno.etiam omiſſis medijs.& idem
Goff.& Vinc.pro hoc.11.q.1.ſi clericus. & quod no.22.diſt.re-
nouantes.& in Spec.de appel.§.nunc tractemus. ver. & nunqd
in fi. & dicit Hoſti. hoc eſſe vnum de priuilegijs ipſorũ. ad hoc
de offi.legati.c.1.Sed ex glo.vlti.habetur contrarium, cum di-
cit hoc eſſe priuilegium ſedis apoſtolicæ,quod tenet Io.Andr.
nam nec litera hic probat primum.Item etiam imperator nõ
vtitur tali priuilegio.ff.de appel.l.imperatores,qđ eſt verius ꝓ
primo tamen facit tex.quia alias ver. ſit omnibus,nihil induce
ret.ſed hoc non eſt abſurdum, licet enim in principio dicat, ꝙ
renouat priuilegia talium, non per hoc infertur, ꝙ quicquid
hic exprimitur ſit priuilegium: tamen multis conſideratis ſa-
tis videtur fuiſſe intentio tex. id, quod dicit Inno. vnde in hoc
poteſt ſtari obſeruantiæ in tali dubio.Oppo.primo, ꝙ Alexan-
drina eccleſia debeat tenere primum locum,& non Conſtan-
tinopolitana.22.diſt.renouantes. Sol.vt in gl.2. Et in ea ibi.§.2.
& de reg.iur.ſine culpa.lib.6.& ibi decernimus,in his interue-
nit etiam culpa priuati. ſed melius facit de hære. c. 2.§.2. lib.6.
Oppo. ſecundo ad idem, ꝙ potius Antiochena debeat tenere
primum locũ, nam etiam fuit prior tempore, quam Roma-
na.24.q.1.rogamus. Sol.non ſemper præfertur prior tempore.
quod dic, vt in regula qui prior lib.6. Oppo. tertio, vt opponit
glo.penult.& quia non ſoluit,ſolue, vt dixi de offi.leg. volẽtes.
Quæro,quia dixi presbyteros, & diaconos Cardinales nõ præ-
ſtare obedientiam Papæ. dicit Hoſtien.ꝙ eſt,vt oſtendatur, ꝙ
licet Papa ſit caput generale eccleſiæ vniuerſalis: tamẽ eſt ſpe-
ciale caput Cardinalium,& cum eis eſt vnum corpus.vnde vi-
detur exigere a ſeipſo obediẽtiam,cum tamen inter dantem,
c & recipientem debeat eſſe diſtinctio.[c] de inſti. c.ſi. pro hoc de
his quæ fi.a præla.nouit.de præſcript.cum non liceat.& ob hoc
dicuntur Cardinales cum mittuntur legati miſſi de latere Pa-
pæ.de off.leg. c.primo. per hoc etiam patet Cardinales debere
ſe reputare plus aliis aſtrictos Papæ & Papam debere eos dili-
gere,vt ſeipſum.Quid de Cardinalibus epiſcopis. dicit Hoſtiẽ.
ꝙ iurant Papæ tãquam cæteri epiſcopi. nec per hoc excludun-
tur ab vnitate prædicta,quia non iurant tanquam Cardinales.
Ex his arguit Hoſt.ꝙ parũ, vel nihil debet Papa facere ſine con
d ſilio fratrum.[d] de hoc de hæret. ſuper eo.lib.6.Io.mo.arguit etiã
per hoc,ꝙ canonici non coguntur præſtare obedientiam epi-
ſcopis ſuis, niſi vbi talis eſſet conſuetudo. & ſic poteſt intelligi
de verbo. ſigni. cum clerici. quod dic, vt ibi. Quæro,quæ ſint
6 inſignia †apoſtolicæ dignitatis,de quibus dicit ver.dominicæ.
Solu.ſecundum Hoſt. ſunt hæc, vti veſtibus nibeis,palafredo,
albo,freno & calcatibus deauratis. quod facit legatus de late-
re cum tranſit mare: aliter nõ,niſi habeat priuilegium ſpecia-
le. & quod dixi de tranſeunte mare: obſeruatur etiam ſi Car
dinalis ſit monachus cuiuſcunque religionis. Quæro de quæ-
ſtione facti: Conſtãtinopolitanus patriarcha,vel alius de qua-
tuor hic expreſſis extra ſuam diœceſim vadit benedicendo po
pulo,an poteſt. videtur quod ſic per id, quod hic eis permitti-
c tur in ver. dominicæ. quod poſſint facere deferri crucem[e]
vbique ante ſe.nam benedictio prædicta æquiparatur delatio-
ni crucis,vt probatur eo.titu.cle.archiepiſcopo.ſubeſt ergo ea-
dem ratio. ergo & idem ius. nam iura etiam reſtringibilia cõ
prehendunt caſum eiuſdem rationis. ff.ſolu.ma.l.ſi vero.§. de
viro.vbi no.de elec.ſi poſtquam.§.primo.libro ſexto. & hæc ra
tio multum vrget: contrarium tamen cõſului.vbi pro plenio-
ri notitia conſiderandum, quod inſignia quædam ſunt ad di-
ſcernendam dignitatem eius, cui competunt, vel ad aliquam
proprietatem,ſeu perfectionem in eo ſignificandam: non ta-
men denotãt aliquam poteſtatem ſuper alios: quædam vero
ſunt denuntiantia ſuper alios poteſtatem. de primis quo ad epi-
ſcopos poteſt poni exemplum in lineo ſuper indumento, quo
vtuntur epiſcopi,qui non ſunt monachi: qui dicitur rochetũ.
de vita & hone.cle.clerici in fi.Item in rationali,quod in vete-
ri teſtamento deferebant pontifices.36.diſtin.§.ecce.& §.in in-
ſula.de qua,21.diſtin.cleros.& de his dico, quod cum ſint inſi-
gnia,ſeu ornamenta tantum, & non denotant poteſtatem ſu-
per alios: ita competunt prælatis in aliena diœceſi, vt in ſua. ꝓ
hoc,quod no.glo.de vſu pallij ex tuarum. in verbo pallio. vbi
ſuper glo.reddit Ian.Andr.rationem, quia per hoc,ſcilicet ra-
tionale, & per infulam non deſignatur plenitudo pontificalis
officij. ſed tantum etiam adhuc idem, ſi deſignaretur ſignum
prælationis, vt in anulo. de quo de vita & hone.cle. clerici. &
idem de omnibus inſigniis non ſignificantibus poteſtatem in
alios.& de talibus inſigniis procedit, quod dicitur, proconſu-
lem vti inſigniis ſtatim, cum eſt extra vrbem, etiam ſi non ſit
in ſua prouincia.ff.de off.proconſulis.l.prima.no.de vſu pallij,
ad honorem,in glo.penult.& cap.ex tuarũ,in glo.3.licet enim
Ioan.And.ſuper dicta gl.3.dicat illud contingere ratione mit-
tentis,quia proconſul mittitur a principe, vnde etiam exercet
voluntariam iuriſdictionem,antequam perueniat ad prouin-
ciam ſibi decretam. ff.de offic.proconſulis.l.2. ſicut & legatus
Papę.de offi. leg. excommunicans. quod not.Goff.in ſumma
de vſu pallij in fi.& ſic repræſentat proconſul perſonam princi
pis,qui vbique poteſtatem habet. Dico tamen, quod hæc ſol.
poteſt impugnari,quia proconſul,& legatus repræſentãt perſo
perſonam mittentis ſolum in prouincia ſibi decreta,& nõ ex-
tra.de off.lega. nouit. deberent ergo ſolum in illa vti inſigniis.
propterea potior eſt ratio præcedens, quia ex quo inſignia illa
ſunt ad ornamentum potius, quam ad denotandam poteſta-
tem in alios,poſſit vbique vti,ex quo nulli fit præiudicium.De
ſecũdis inſigniis pone exemplum in pallio, in quo denotatur,
ꝙ locus, per quem defertur, ſubiaceat iuriſdictioni palleati. &
ſimiliter in delatione crucis, quam facit archiepiſcopus ferre
per ſuam prouinciam, & non extra, niſi ex iure ſpeciali, vt lite
pẽdente.1. imo nec intra prouinciam facere poteſt deferri per
loca exempta, niſi ex priuilegio ſpeciali conceſſo per clem.ar-
chiepiſcopo.eo.titu. ſimile in benedictione ſolemni, quam fa-
ciunt epiſcopi præmittentes,ſit nomen domini benedictũ &c.
vel quando ambulantes ſignant tanquam ſuper ſibi ſubditos,
vt ſignant diœceſani in ſuis diœceſibus: & de hac loquitur di-
cta clem. archiepiſcopo.& eo.titu. abbates lib.6. & quod hæc
benedictio ſit poteſtatis, patet: quia per eam delentur venia-
lia,vt nota.in ſalutatione ſexti libri in glo.fi. non enim poſſunt
remitti non ſubditis. de pœnitentiis, quod autem:de illis,& ſi-
milibus dico,quod nõ competunt extra diœceſim vel prouin-
ciam per dictam cle.archiepiſcopo.vbi expreſſe hoc probatur.
& per conſequens procedit, quod dixi tales patriarchas extra
ſuam prouinciam non poſſe benedicere, quia non reperitur
eis permiſſum. Ad rationem contrariam, quia æquiparantur
delatio crucis,& benedictio,vt nunc dixi.& delatio crucis per-
mittitur hic,&c. reſpondeo, ꝙ non per omnia comparantur.
nam plus ſe habet benedictio ad deſignandam poteſtatem iu
riſdictionis in eis, qui benedicuntur per ſuperius dicta. & per
id,quod no.de ſupplen.negl.præla.c.1.& eo.titu. abbates li.6. ꝙ
delatio crucis. tamen etiam ſi præciſe cõparentur, priuilegiũ
conceſſum ſuper vno nõ extenditur ad aliud.§.eo.patentibus,
regula priuilegium.lib.6.& ſic ſufficit, ꝙ de benedictione non
expri-

. ADDITIONES.

a Officij. Adde per totum titulum de auctoritate, & vſu pallij.
b Vrbis. Adde glo.in verbo,parte ablata,in c.forus.de verb.ſigni. Bart.in l.cũ qui vectigal.ff.de ver.ſign.
c Diſtinctio. Adde glo.in verbo, valeat,in c.fi.de offic.archiepiſc.& glo.1. in c. debitum,de bap.
d Fratrum. Adde Felyn.in rubrica de conſtit.vbi videbis pro & contra.
e Crucem. Adde glo.fin.in c.1.vt lite pen. Item dic,ꝙ iſti quatuor patriarchæ repræſentant quatuor euangeliſtas in eccleſia Dei,vt eſt textus in c.ſcriptum eſt.de elect. Ipſi autem euangeliſtæ dicuntur mundi cardines,quia per quatuor euangelia inceſſabili tuba didicimus, & ꝙ per orbem terrarum illum illuſtrantes prædicamus,& agimus.hoc dicit tex. formal.in c.huius.75.diſt. & per Lud.Ro.conſ.524.incip.Vos eſtis lux mundi,in 6.col.

Digitized by Google

exprimitur hic Et cum dicitur, ꝙ iura etiam reſtringibilia cō-
prehēdunt caſum eiuſdem rationis. dico, hoc procedere in di-
ſpoſitionibus communibus iuris cōmunis, de quibus loqui-
tur dictum. c. ſi poſtquam. ſiue iuris municipalis pro hoc. ff. de
cōſtitutionibus principum. l. 1. & quod ibi nota. ſecus in diſpo-
ſitionibus nō communibus, vt in priuilegiis, in quibus ſtricte
interpretamur: dum tamen aliquid tribuant dicto c. patenti-
bus. vbi conceſſis oratoriis per priuilegium, non intelligitur
conceſſum, vt ibi ſint campanæ, quæ tamen videntur venire
acceſſorie. Et hæc nota, & ſigna.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegia ſane ſunt intelligenda.*
2 *Sepultura eccleſiaſtica tempore interdicti denegatur.*
3 *Religioſus an poſſit eligere ſepulturam.*
4 *Percutientes eos, qui habitum monachorum ficte ſumpſerunt, an ſint excommunicati.*
5 *Nouitij & conuerſi cenſentur monachi.*
6 *Confratrum priuilegio an gaudeat, qui dat medietatem bonorum retento vſufructu.*

VT priuilegia. Priuilegium religioſis con-
ceſſum de ſepeliendis cōfra-
tribus tempore interdicti, intelligitur de illis, qui
licet in ſeculo manentes, ſe obtulerunt ordini mu-
tato habitu ſeculari, vel qui bona ſua dederunt vſufructu reli-
cto, hoc dicit vſque ad §. illud. Præmittit exordium. ſecundo
duas declarationes ponit ibi, ſane. tertio duas alias ibi illud.
quarto ſubdit pœnam ꝯfacienti ibi, qui vero. Suas, prælatorū
ipſi. ſ. priuilegiati. ad eccleſias ſuas. ipſorum. ſ. religioſorum.
Sepeliantur, etiam tempore interdicti. Denarijs. daret enim
quilibet libenter denarios duos, vel tres, vt hoc priuilegio gau
deret. & ſic vileſceret cenſura eccleſiaſtica cōtra id de conſue.
cum inter. de pœnitentijs, cum ex eo. de excep. pia lib. 6. & ipſi
qui de ſuo aliquid cōferunt remiſſionem centum dierum, vel
1 anni, vel prout in priuilegiis continetur. Not. ſane † intelligen
da priuilegia. Et no. quod dicit glo. 1. No. ꝙ tempore interdicti
2 denegatur eccleſiaſtica ſepultura. quod dic, vt in gl. 2. & idem
arguitur ex c. ꝙ in te. de pœnitentiis. vbi de hoc in gl. 3. & ex cle.
eos, de ſepul. No. de excommunicatis, vel interdictis nomina-
tim. ſic ſ. e. cum & plantare. §. excommunicatos. de præben. in
3 lateranen. No. ꝙ religioſus † poteſt eligere ſepulturam, vt hic
in ver. qui tamen. quod dic, vt no. de ſepul. c. ſi. hic tamen non
loquitur de profeſſis. Oppo. primo, ꝙ iſte tex. inuicem ſibi cō-
tradicat. nam in ver. Sane. dicit non denegandam ſepulturam
confratribus illorum religioſorum, quamuis eorum eccleſiæ
ſint interdictæ, & ſic videtur permittere ſepulturam in eccle-
ſia interdicta. & J. in ver. qui tamen. dicit contrarium. Sol. ſm
Inn. in ver. ſane. poteſt exponi tex. cum dicit, ſi eccleſiæ fuerint
interdictæ. i. ſitæ in loco interdicto. & tunc ceſſat ꝯtrium. quia
ver. qui tamen. loquitur, quando eccleſiæ ſunt interdictæ. Vel
ſi ver. ſane intelligitur proprie de eccleſijs interdictis. tunc ſm
Innoc. non in eccleſijs interdictis, ſed in aliis ſepelientur. & ſic
non interdicet. ver. qui tamen. Ad hanc ſo. oppone, quia per
hoc nullum priuilegium habebunt, nam omnes commoran
tes in parochia eccleſiæ interdictæ poſſunt in eccleſia non in-
terdicta eligere ſepulturam, quia nullibi inuenitur prohibitū.
So. dicit Innoc. hanc decre. loqui, quando interdicta eſt eccle-
ſia in pœnam populi, quæ pœna infligitur populo etiam ſi po
pulus non deliquerit in pœnam domini, vel aliquorum de po
pulo. Per hoc fatetur Inn. ꝙ ſi eccleſia foret interdicta propter
delictum clericorum, vel propter violationem, vt ſanguinis,
vel ſeminis ſparſionem, poſſet quiſque vbi vellet eligere ſepul
turam, & audire diuina, ſed in caſu præcedenti non poſſunt,
niſi ratione priuilegij ſm eum. Et in hoc quatenus Inno. videt
velle eccleſiam eſſe interdictam propter violationem. dic, ꝙ
non eſt vere interdicta. nam celebrantes in ea non ſunt irregu
lares. de ſen. exc. is qui lib. 6. Item etiam quo ad deciſionem c.
non videtur procedere, quod dicit Innoc. nam in ver. ſane. ex-
preſſe innuit tex. ꝙ non debet negari ſepultura in eccleſia in-
terdicta. quod probo ratione. nam cum loquatur generaliter,
& ſic tam de his, qui non elegerunt ſepulturam, quam de his,
qui elegerunt. non eligentes autem non poſſunt ſepeliri niſi in
eccleſia ſua de ſepul. c. 1. & eo. ti. de ſepul. c. 2. li. 6. neceſſario in-
fertur, ꝙ non eligentes in ſua eccleſia quamuis interdicta ſe-
peliri poſſunt. & hoc tenet Hoſti. dicens hoc operari priuilegiū
huius c. & hoc niſi ſint excommunicati, vel nominatim inter
dicti. & tunc ad ver. qui tamen. reſpondet, ꝙ ver. Sane. loquitur
de non eligentibus ſepulturam, verſ. qui tamen de eligētibus,
quia non poſſunt eligere in eccleſia interdicta. pro hoc textus
in dicto ver. qui tamē. ibi in quibus elegerunt ſepulturas, & hic
intellectus eſt planior, & pro ipſo eſt ratio, quia in non eligen-
tibus ſubeſt neceſſitas, cum non poſſint in aliis eccleſijs ſepe-
liri. ſed in eligentibus ſubeſt voluntas tantum: at ſubuenitur in
neceſſitate conſtitutis, non autē voluntariis, ff. qui ſatiſda. cog.
l. ſi vero. pro hoc de off. deleg. ab arbitris. lib. 6. Oppo. ſecundo
ad prædicta, & ad textū, ꝙ nullum priuilegium requiratur, nā
dato, ꝙ eccleſiæ ſint interdictæ, poterunt de iure cōi ſepeliri in
cimiterio non interdicto. Solu. textus hic refert ſe ad id, quod
cōiter contingit, quia communiter cimiteria cōtigua ſunt ec-
cleſijs: quo caſu interdictis eccleſijs, & cimiteria interdicta
ſunt. de conſe. eccl. vel alta. c. vno, lib. 6. ad hoc de ſen. excom. ſi
ciuitas in ſi. eo. lib. Quæro, an confratres ſeu oblati mutato ha-
bitu ſeculari cenſeantur religioſi. glo. in verbo mutato, ſentit,
ꝙ non in eo, quod dicit, ꝙ illi ex toto nō habent habitum mo-
nachalem. ſ. illius religionis, ſed ſm Inn. etiam poſſent aſſume-
re habitum prædictum ſine profeſſione. argum. de regula. cō-
4 ſulti. Quæro tunc, an percutiens † tales ſit excommunicatus.
Vinc. dicit, ꝙ non. Pro cuius ſolutionis intellectu quæro, an cē
ſeantur perſonæ eccleſiaſticæ. glo. hic dicit, ꝙ ſic largo modo
cenſentur. & ſic non proprie. Hoſti. autem dicit, ꝙ etiam ſi qui
offerunt ſe, & ſua eccleſijs cathedralibus conuentualibus, vel
aliis ſecularibus, & in ſignum accipiunt certum habitum, cen-
ſentur eccleſiaſticæ perſonæ. de quo per eum in ſumma de re-
gularibus. §. primo. ver. quid de ruſticis. & in Spec. de ſtatu mo.
verſ. 36. per hæc apparet, ꝙ percutientes tales debeant incidere
in excōicationē contra id, quod ſupra dixi ſm Vinc. pro Vinc.
tamen facit, quia c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. loquitur de percu-
tiente clericum, vel monachum. at iſti nō ſunt clerici, nec mo
nachi. Sed pro opinione cōtraria induco c. religioſo. §. primo.
de ſent. exc. lib. 6. vbi percutiens nouitiū in religione eſt excōi-
catus. & tamen interim non eſt monachus, vt dicitur ibi in
textu, quia non eſt profeſſus. vnde ibi glo. in verbo, non poſſit,
dicit hoc eſſe, quia eſt eccleſiaſtica perſona. & ſic vult, ꝙ quicū-
que cenſeri poteſt eccleſiaſtica perſona, gaudeat priuilegio ca-
nonis ſi quis ſuadente. pro quo inducit illam glo. 17. q. 4. quiſ-
quis. vbi dicitur ſacrilegium committi, cum infertur iniuria
eccleſiaſticis perſonis pro hoc quod no. de ſent. exc. nō dubiū.
in gl. prima, quæ tenet conuerſos ſecularium eccleſiarum gau
dere priuilegio canonis, ſi quis ſuadente. quod tenet ibi Hoſti.
qū talis cōuerſus eſt plene tranſlatus. vt quia mutauit habitū.
& ſm hoc in caſu noſtro, cum iſti mutauerint habitum, debēt
gaudere priuilegio dicti canonis, ſi quis ſuadente, quod puto
æquius quoad confratres, qui mutauerūt habitum. ſed quoad
illos, qui tantum dederunt bona ſua retento ſibi vſufructu, di-
co ſecus. licet enim comparentur ibi, intelligo, ꝙ comparātur
ad effectum, de quo in hoc textu. ſed quoad alios effectus nō.
qui enim non mutauit habitum, nullo iure poteſt cēſeri ex to-
to perſona eccleſiaſtica. ſed qui mutauit habitum authoritate
eius, qui habitum illum tradere poſſit, bene poteſt cēſeri eccle
ſiaſtica perſona per id, quod no. Spec in d. ver. 36. & Hoſti. in d.
ver. quid de ruſticis. Et hæc procedūt intelligendo verba cano.
ſi quis ſuadente, nō ſtricte, cum dicitur ibi, ſi quis in clericum,
aut monachum. pro quo intellectu optime facit glo. præalleg.
in c. religioſo. facit etiā ratio, quia in pœnis ſpiritualibus inter-
pretamur potius quem ligatum, q̄ non, de ſcrutinio. c. vno. vbi
hoc no. in gl. fin. pro hoc, quia excōicatio eſt medicinalis. J. de
ſen. exc. c. 1. li. 6. tamen inhærendo rigori, & veritati iuris dicen
dum foret, nullū gaudere priuilegio canonis ſi quis ſuadente.
5 niſi ſit clericus, aut monachus. Et ad id, quod dicitur † de noui
tio, reſponderetur, ꝙ interim cenſetur monachus ſaltem cum
deſtinatione, & ex habitu. ſimiliter conuerſi religionū cenſen-
tur monachi, quia profitentur. ideo gaudent priuilegio dicti
canonis d. c. non dubium & c. parochianos. eo. titu. Sed confra
tres de quibus hic, nō poſſunt cenſeri clerici, vel monachi per
id, quod dico in quæſtione ſequēti. & ſic de iuris rigore verius
eſt, quod dicit Vinc. ſed opi. cōtraria æquior, & communius
tenetur. Quæro, an confratres prædicti poſſint contrahere ma
trimonium dicit Inn. ꝙ ſic. pro hoc inducit Hoſt. qui cler. vel
vo. cōſuluit. & c. veniens. & c. rurſus. & expreſſius hodie proba-
tur de voto. c. vno. lib. 6. vbi dicitur votum fieri ſolenne altero
de duobus modis tantum. vel per receptionem ſacri ordinis,
vel per profeſſionē in aliqua de religionibus approbatis. Quæ-
6 ro, quid ſi aliqui † dent medietatem bonorum, retento vſufru
ctu, an gaudebunt priuilegio confratrum, de quo in ver. qui ta
men. glo. dicit, ꝙ non: etiam ſi dent totum, niſi etiam reddāt
ſe quoad perſonam. Hoſti. dicit hoc eſſe contra tex. hic cū hæc
duo ponantur disiunctiue, vel vt mutent habitum, vel vt dent
ſua retento vſufructu, quod eſt verius. ſufficit enim alterum
adimplere de reſcrip. inter cæteras, ſed gl. poſſet intelligi de cō-
fratribus, qui fiunt monachi. & tunc eſt vera. Quid ſi dederit
maiorem partem bonorum, videretur ſufficere per l. in modi-
cis. alle. in gl. ad hoc de teſti. ſpo. c. 1. lib. 6. contra puto. & in eo,

ꝙ dicit ſua bona, intelligo omnia, vt indefinita æquipolleat
vniuerſali. ſ.eo. quia circa. quo caſu ſi dediſſent omnia bona,
quæ habent,& habebunt in futurum, videntur cenſendi quaſi
ſerui eccleſiæ, vt quicquid acquirant, ſit eccleſiæ. ipſis enim
manentibus in libertate, non tenet talis donatio, tanquam
per quam tolleretur libertas teſtandi. ff. de verb.oblig. l. ſtipula-
tio hoc modo concepta. pro hoc quod nota gl. 27. q. 1. c. lex.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti an poſſint admitti ad diuina.*
2 *Priuilegiati ſi per tempus aptum præſcriptioni priuilegio non vtan-
tur, an ipſo priuentur.*

ILLud. Priuilegium, quo religioſis venientibus
ad locum interdictũ ſemel in anno ape
riuntur eccleſiæ & celebratur in eis, intelligitur, ꝙ
vna ſola eccleſia aperiatur in loco interdicto. ſ. eo.
cum & plantare. §. ꝙ ſi. Diuina ibi alias, libi. 1. ad vtilitatem tuã,
quia ibi recipiunt oblationes,& collectas. Prima color. Fratri-
bus. nuncis ergo ipſorum, qui non ſunt fratres, non aperient.
Præſumpſerint. ſic ſ.c.cum & plantare. §. fi. No. ibi excluſis ex-
1 communicatis, ꝙ interdicti † poſſunt admitti ad diuina, cum
de his nihil dicat. & ꝙ de vno prohibetur &c. de præſumpt.
nonne. ꝙ intellige, ſm Inno. de interdictis, qui non ſunt nomi
natim interdicti. ſ.c.c.& qui non dederunt cauſam interdicto.
j.c.proxi. Opp. primo, quia hic apparet in eccleſia interdicta
poſſe celebrari, ꝯ id. ſ. de conſue. cum inter. Sol. dicit glo. 1. hic
hoc eſſe, quia de ſpeciali priuilegio relaxatũ eſt interdictum.
ſed dic non probari hic, ꝙ in eccleſia interdicta celebrari poſ-
ſit. ſed tantum ꝙ in eccleſia ſita in loco interdicto. ſed quod
etiam in eccleſia interdicta, probatur ſupra eo. cũ & plantare.
§. quod ſi, ſed vt ibi dixi, tutum eſt exponere ibi, eccleſiam in-
terdictam. i. ſitam in loco interdicto. quod dic vt ibi.& proprie
loquendo textus hic,& ibi intelligitur quando eccleſia nõ eſt
interdicta ſpecialiter, ſed generaliter, & per cõſequentiam tan
quam, quia ſita in loco interdicto. Ex hoc habes, ꝙ interdictũ
poteſt ſuſpendi. nam hic ſuſpenditur in aduentum iſtorum
regularium. Oppo. ſecundo ad hoc de c. ad hæc quoniam. &
quod ibi no. ſ. de app. So. ſm Inno. refert, an ſit interdictus lo-
cus, an ſit interdicta perſona, vel ſuſpenſa pro ſuo delicto. nam
primo caſu poteſt ſuſpendi interdictum. nam etiam poſſet fie
ri quo ad aliquos,& non quo ad alios, & quo ad certum tem-
pus, ita ꝙ non comprehenderet aliud, vt quando dñs terræ eſ-
ſet præſens, & non alio tempore. de off. deleg. ſanc. de ſpon. nõ
eſt vobis. Secundo caſu non poteſt ſuſpendi, ratio, quia cũ per-
ſona ſuſpenſa, vel interdicta ſatisfacit, ſententia eſt relaxanda,
non aliter, quia non debet ſacramenta tractare. 81. diſt. ſi qui
ſunt.& c. miniſtros.& c. oportet.& ſic non habet locum ſuſpẽ-
ſio. dicit Hoſt. hoc tamen fallere quandoque, vt de teſti. venięs.
2. in fi. quod dic, vt ibi dixi. per hæc infertur, ꝙ quando perſo-
na eſt ſuſpenſa pro delicto alterius ſicut in caſu. c. mitor. 17. q.
4.& c. ſi habes. 24. q. 3. poſſit ſuſpendi interdictum quod tenet
Inno.& no.& facit ad notata in dicto c. ad hæc qm̃. Op. tertio
in eo, ꝙ pluralis reſoluitur in ſingularem, ꝙ imo potius debeat
intelligi pluraliter,& coniunctim, de reſcript. gl. vlt. format,&
non ſoluit. Sed videtur remittere ad no. de reſcrip. c. 2. per illa
tamen non declaratur materia copulatiuæ & non proprie fa-
ciunt ad tollendum hoc contrarium. vnde dic, ꝙ hic plurale
reſoluitur in ſingulare propter pluralitatem ſubiectorum. Eſt
enim ſenſus, ꝙ venientibus fratribus aperiantur eccleſiæ. ſ. plu
res quo ad plura loca. i. ciuitates vel villas ſeu caſtra. ſed in vno
loco ſufficit vnam eccleſiam aperiri, & hoc operatur cauſa, pp
quam permittitur, vt aperiantur. ſ. vt poſſint ibi audire diuina,
ꝙ ſufficienter peragitur in vna eccleſia, & ſic alias reſoluitur
pluralitas in ſingularia, qñ concernit diuerſos effectus. l. falſa.
in fi. in gl. alleg. ibi de hoc per Bar. qui idem no. ff. ad treb. l. hæ-
redes. §. cum inter. Oppo. quarto, ꝙ hodie priuilegium hoc, vt
tpe interdicti aperiantur eccleſiæ, ſit reuocatum. j. de ſen. exc.
c. vlt. in fi. lib. 6. Sol. ſta ꝯ, ꝙ tenet Io. And. in d. c. in glo. vlt &
ſuper ea.& idem ibi Archi. Quæro in eo, quod dicit in iucũdo
aduentu iſtorũ aperiendas eccleſias, nunquid cantabuntur di-
uina alte pulſatis cãpanis, & apertis ianuis. Inn. dicit, ꝙ ſic per
verbum iucundo. quod ſignat populum debere iucundari ip-
ſorum aduentu, quod procedit ſm tpa huius c. nam vt dixi in
præcedenti ꝯ, hodie hoc priuilegium eſt reuocatum. Oppo.
quinto ad hoc, ꝙ etiam ſm hæc tpa non procederet. ſ. de cõ-
ſue. cum inter. So. ſm Inn. ibi non dicitur, ꝙ priuilegiati nõ poſ
ſunt celebrare alta voce, ſed ex ſola conſuetudine non poſſunt
venire ꝯ interdictum etiam ſubmiſſe celebrando. dicit tamen
Inn. ꝙ non ſolum ex priuilegio, ſed etiam ex conſuetudine po
teſt aliquis habere, ꝙ celebret tpe interdicti voce tamen ſub-
miſſa ſed ꝙ celebret alte ianuis apertis,& cãpanis pulſatis hoc
non poteſt habere ex cõſuetudine, vt in c. cum inter. præall. ſed
ex priuilegio Papę ſic. de cuius potentia diſputare ſacrilegium
eſt. 17. q. 4. §. qui autẽ. C. de crimine ſacrilegij. l. diſputari. Hoſti.
autem dicit, ꝙ nec ẽt vigore conſuetudinis põt quis habere, vt
celebret tpe interdicti etiam voce ſubmiſſa per dictum c. inter.
quod non probat hoc, ſed ſolũ id, quod nunc dixi. vñ ſm hæc
tempora veniſſe erat dictum Inn. hodie autem de iure cõi cõ-
petit omnibus celebrare voce ſubmiſſa & ianuis clauſis tẽpo-
re interdicti. j. de ſen. exc. c. fi. lib. 6. Quæro ſi priuilegiati ſm for
2 mam huius §. per tempus aptum præſcriptioni vſi non fuerũt
ſuo priuilegio, nũquid præſcribitur contra eos. gl. 1. in fi. dicit,
ꝙ non. In contrarium inducit aliqua iura, ad quæ non reſpon
det. dicit Hoſti. eſſe verum, ſi iſti in aliquibus, vel ſaltem in ali-
quo loco priuilegio vſi ſunt. ff. de ſerui. l. ius cloacæ, alias, vt po
nitur ad fi. de ſerui. ru. prædi. l. certo generi, alias procedunt iu
ra contraria. Vinc. tenet ſimpliciter cum glo. per rationem, qa
hoc priuilegium eſt mere ad vſum voluntarium, vult dicere,
ꝙ in poteſtate iſtorum eſt pro ſuo libito vti priuilegio, vel non
vti. Sed per hoc non ſoluuntur ꝯria Io. An. dicit opi. gl. fortius
eſſe veram, qñ nec veniunt, nec vtuntur,& cõtraria procedere
qñ veniũt,& non vtuntur. ſed adhuc videntur procedere ꝯria,
quia habens priuilegium ad faciendũ, nõ vtendo perdit illud.
l. 1. ff. de nũdinis. alle. in gl. propterea dic de materia, vt dixi de
cõſti. cum acceſſiſſent.& ad propoſitum quo ad l. 1. præal. dic,
ꝙ ibi de priuilegio non conceſſo fauore ordinis. & de intelle-
ctu illius l. dixi, in d. c. cũ acceſſiſſent, hic autem de priuilegio
cõceſſo ordini, contra quod volentes præſcribere, oportet poſ
ſidere.& propterea videtur dicendum, nõ poſſe præſcribi hoc
caſu, niſi iſti voluiſſent vti, & non fuiſſent permiſſi: cum hæc
præſcriptio ſit negatiua, ad quã inchoandam requiritur actus
poſitiuus, prout dixi de præſcrip. de quarta. de quo no. de ele.
conſti. Ioannes. & hoc forte voluit ſentire gl. cum dicit iſto ca-
ſu non nocere iſtis, ſi non vtuntur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopis vſum priuilegij quis interdicere poterit?*
2 *Cauſam interdicto non præbentes, an poſſint intereſſe diuinis. tempore
interdicti.*

QVod nonnullis. Tẽpore generalis in-
terdicti clam celebra-
re poſſunt epiſcopi non prohibiti, qui non fuerunt
culpabiles interdicti. hoc dicit. Et eſt hoc priuile-
giũ, hodie ius commune. ſimile. 23. diſtin. communis ſtatus. pri
mo ponit priuilegium. ſecundo exceptionem ibi, niſi. tertio li
mitationem ibi, verum. Excommunicatis. iſti & nominatim
interdicti ſemper excluduntur ſupra cap. proxi. Suppreſſa. ſic
ꝙ exterius auditi non poſſint. infra de pœnitentiis, quod in te.
a No. priuilegium epiſcoporum [a], quod vt dixi eſt hodie ius cõ-
mune. Aliud priuilegium eorũ de ſent. exc. quia periculoſum,
lib. 6. de aliis eorum priuilegiis in Spec. titu. 2. §. nunc de epiſco-
porum. ver. ipſi quoque in multis, & addimus priuilegium, de
quo de cele. miſſarum. cle. dignum.& de hoc no. j. e. c. vlt. li. 6.
in glo. pen. Quæro in eo, ꝙ dicit quandoque. quoties vti pote-
rant in anno gl. 2. arguit ꝙ ſemel per c. præcedens. §. illud. tenet
contrarium exponens, quandoque, pro quandocunque, quod
b no. Ex hoc enim habes, ꝙ dictio quandoque [b], quæ de ſe ſonat
idem, ꝙ dictio, aliquando, quãdoque exponitur vniuerſaliter
pro, quandocunque, & hoc quando non poteſt reddi ratio di-
uerſitatis, quare non æque permittatur ſemper, prout permit
titur aliquando illud fieri: & iſte eſt caſus hic, quia eadem eſt
ratio vnius dici, quæ alterius.& ad hoc eſt ſingulariter hic tex.
pro hoc, quia indefinita æquipollet vniuerſali, quando non eſt
diuerſa ratio eorum, quæ ſignificantur per terminos eius, vt
nota. de elec. c. circa, in glo. omnium. Quæro nunquid poterãt
epiſcopi priuilegiati, vt hic, celebrare in aliena parochia. gl. di-
cit, ꝙ ſic, ſi alius epiſcopus hoc permiſerit. quod dic hodie, vt
infra eo. c. fi. lib. 6. vbi etiam ſine licẽtia hoc permittitur. Quæ-
ro, nunquid canonici poſſint intereſſe celebrationi cum epi-
ſcopo. So. vt in glo. 2.& dic, vt in c. licet. infra eo. lib. 6. per quod
c. patet, ꝙ ſoli familiares domeſtici intereſſe poſſint, quales nõ
ſunt omnes canonici. Cum gl. tamen tenuit antiquus Comp.
c & Vinc. quia canonici ſunt pars corporis cum epiſcopo [c], qui
eſt caput. 6. q. 1. §. verum. & hoc ita tamen, ꝙ non vileſcat inter-
dictum.

ADDITIONES.

a Epiſcoporum. Adde Brixi. in ſuo repertorio in verbo, epiſcopus.
b Dictio quandoque. Adde l. non enim, in fi. ff. de tribu. glo. 2. in l. tutor. ff. de
iureiur.
c Cum epiſcopo. Adde cap. nouit, de his quæ fi. a præla.

d:ctum.s̃.c.proximo.Sed dic, vt in d.c.licet. dixit etiam Vinc. ꝙ epiſcopus vbique celebrare poteſt maxime in eccleſia maio ri, quæ eſt ſpõſa eius.7.q.2. ſicut. & ſm eum hic interpretamur ſtricte hoc priuilegium, quia odioſum. ad hoc de conſue.cum inter. Quæro, nũquid priuilegiũ, de quo in textu poſſit concedere legatus. Specu.tit.2.§.ſupereſt. verſ. ſed nunquid legatus. ſentit, ꝙ ſic.quod procedit reſpectu ſui interdicti, vel alterius inferioris.non autem reſpectu interdicti ſuperioris.pro hoc, qđ nota.s̃.c.proxi.§.illud.in glo.1.in fi.Quæro, quia hic dicit excludendos interdictos, & excõicatos, an nõ interdicti aliunde venientes poſſint admitti.vr̃, ꝙ ſic per arg.a cõtrario. de quo hic per Inno.Hoſti.& Abb. ſed hodie terminatum eſt, ꝙ non. j.c. licet.lib.6.per quod c.terminantur aliqua notata hic per Inno. & Hoſti.reſpectu familiarium eius, qui eſt priuilegiatus. an & quando poſſint admitti. Quæro, quia permittitur epiſcopis ſolum, vt poſſint diuina celebrare, poterunt ne facere celebrati. dic, ꝙ ſic ſm Hoſt.ſm quem priuilegium hoc eſt late interpretandum. j.co. in his. Sed contra eſt, quod dixi s̃.q.4.ſm Vinc. tamen placet dictum Hoſt.non quia priuilegium ſit late interpretandum hic, ſed quia eſt eadem rõ in celebrãdo, vel faciendo coram ſe celebrari. nam nec ſemper eſt ep̃s aptus ad celebrandum nec decet, ꝙ diem aliquam tranſeat ſine miſſa.arg. de celeb.miſſarum, dolentes.& probatur j.c.c.fi.lib.6.pro hoc, quia celebraſſe videtur, qui cum alijs celebrat. de vi.& ho.cle.
1 vt quiſque. Quæro, quis poſſet interdicere epiſcopis † vſum priuilegij: & hoc quo ad id, quod dicit textus ibi, niſi eis fuerit interdictum. dicit Boatinus, ꝙ ſuperior ep̃i vel Papa: non autem inferior. ſed cum ſit priuilegiũ iure clauſum, videretur dicendum ſolum Papam hoc poſſe. primum tamen verius. Quæro de intellectu literæ ibi, cauſam aliquam non præſtiterint.dicit Inno.ꝙ qualemcunque præſtiterint, etiam ſi modicam, procedit, quod hic dicitur.dat exemplum, vt ſi dando cõſilium, vel auxilium, vel ſi occaſione ipſius fuit poſitũ interdictum q̃uis exinde doluerit. pro hoc, quia etiam ſi in ſuum fauorem poſitum ſit interdictum, illud tamen ſeruare tenetur s̃.c.petiſtis.dicit Io. And.ꝙ licet teneatur obſeruare, nihilominus poteſt vti
2 priuilegio, de quo hic. Quæro nunquid non dantes † cauſam interdicto poſſint intereſſe diuinis tempore interdicti.So.vt in glo.pen.& dic, vt in c.ſi ſententia.de ſen.exc.lib.6.vbi permittitur tales audire diuina extra locum interdictum, niſi ſint expreſſe interdicti.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium an poſſit concedi quod quis non poſſit excommunicari.*
2 *Mens potius quam verba eſt conſideranda.*
3 *Vis & poteſtas iuris qualiter differant.*
4 *Excommunicatio eſt communionis ſubtractio.*
5 *Epiſcopi an poſſint organa ſua ſuſpendere.*
6 *Fraus iuri quot modis fieri dicatur.*
7 *Verba legis, & non mentem offendens, an incidat in legem.*

QVanto amplius. Priuilegiati, ꝙ excõicari non poſſint, per ordinarios excõicari non debent etiam indirecte. vel ſic. Priuilegia non ſunt violanda etiam indirecte.hoc dicit.primo querela. ſecundo prouiſio ibi, nolentes.In dæorum ſimile de exceſſibus prælatorũ nimis. 2.ad fi. Memoratas excõicationis, & interdicti. Crebris.i.frequentibus. j.de penitentijs ꝙ quidã.vniuerſis & ſing. concordat de exceſ.præla.nimis.1.& 2.in fi.& pro hoc, ꝙ dixi in procemio. conniuentibus.i.tacite conſentientibus. argu.eius quod no.de hære. c.2. vel 1.clauſis.de ſent.excom.conqueſti. & pro hoc. ff.de manu. vindicta.l.4.in princ. & dicitur a conniueo, quod idem eſt ſm Hugutionem, quod oculos claudo, dictũ a nix niuis, quæ præſtringit oculos, & inducit clauſionem ipſorum, & diminutio-
1 nem viſus. No.priuilegium † quandoque concedi, vt quis non poſſit excõicari, vel interdici. hodie aũt talia priuilegia cõceſſa perſonis ſingularibus ſunt reuocata per c.ne aliqui.e.tit.li.6.
2 No.ꝙ potius ponderari † debet mens, q̃ verba. quod dic, vt in glo.prima, quæ alle.concordantias, in quibus attẽdimus mentem, & extra gloſſ. ſunt & alia ſimilia, ſecundum quæ etiam in iuramentis ſtamus menti. 11.q.3.anteceſſor, & in baptiſmo. de conſe. diſt.4. retulerunt. & in reſcriptis de reſcript. c.2. & in iudicijs. j.de ver.ſi.in his.& in matrimoniis.de ſpon.ex literis.j. & c.tua.& in priuilegiis, vt hic. No.ꝙ violantur indirecte priuilegia, cum per quãdã ꝯnam impeditur ipſorum effectus, & dicit gl.1.per hoc iſtã decre. eſſe ꝯ ciuitates, q̃ faciunt conſilia de his, de quibus hic, quia per hoc violãt eccleſiaſticã libertatem, quod probatur j.de immu.eccl.c.fi.lib.6.vbi tales excõicantur
3 ipſo iure. No.differentiã inter vim † & ptãtẽ iuris. ad idẽ. ff. de leg.l.ſcire.ſed tñ põt exponi ac, pro, i.ibi ac ptãte. nam proprie idem ſignificãt.No.ꝙ ius non eſt aliud, q̃ iuris mẽs, & ptãs.d.l. ſcire.& regula vl.li.6.No.de dictione, quodãmodo.quæ eſt nota improprietatis, & fictionis, probat tex. in verbo, quodãmõ. iuncta gl.quæ exponit quaſi nõ vere.& pro hoc, quod notauit gl ff.de acqui.poſ.l.ſi me in vacuam.in princ. quod dixi de Re-
4 ſcriptis, ſignificauit. No.ꝙ excõicatio † non eſt aliud, q̃ cõionis ſubtractio. No.de excõicatione maiori, & minori.ad hoc. j.de ſen.exc.ſi quẽ. Nota, ꝙ facit ꝯ legẽ, vel canonẽ is, qui offendit mentem eius, regula vl.li.6.No.ꝙ non debet ſuperior ſub diſſimulatione tranſire querelas iuſtas inferiorũ.pro hoc, quia diſſimulatio eſt mortale in prælato, ſi nõ corrigit ſubditos delinquentes.43.diſt.epheſijs.s̃.de off.or. irrefragabili.no.de off. archi.c.3.in gl.pen. Opp.primo, ꝙ non competierit Cluniacenſibus conqueri de eo, de quo conqueſti ſunt. cum enim prælati excõicarent ſubditos ſuos, i.ipſorum prælatorũ, nec dicaṝ hic, ꝙ intereſſet cluniacenſiũ, quia non apparet, ꝙ eſſent ſerui monachorum, vel alias tales, ex quo tñ perſonis competeret monachis actio iniuriarum, nil ergo intererat monachorũ, ſi prælati ſubditos ſuos male tractabant. at non auditur, cuius non intereſt.2.q.6.non ſolent.s̃.de elect.cum inter R.Sol.dicit Inn. ꝙ dolus facit hic competere actionem de dolo ad ſuum dãnũ conſequendũ, quæ competit, vbicunque nõ cõpetit alia actio, & aliquid dolo factum eſt. ff.de dolo.l.1. vel ſm Inn. ſi agũt ad pœnam infligẽdã, accuſare poſſunt de crimine ſtellionatus.ff. de cri.ſtellio.l.pen.pro hoc, quod dicitur in l.3. ff.de cri.ſtellionatus.ꝙ ſicut in ciuilibus loco deficientis actionis ſurrogatur actio de dolo, ita & in criminalib.loco deficiẽtis accuſationis, ſurrogatur accuſatio de crimine ſtellionatus. ſic dicta ab aĩali vocato ſtellio, quod eſt varium in coloribus: ſic enim & accuſatio de crimine ſtellionatus comprehendit plures naturas criminum, & varias. Item ſm Inn.ep̃i, & alij prælati ꝯ archiep̃os & ſuperiores cum excedũt modificatã iuriſdictionem, quam habent in certis caſibus tantum, per actionem iniuriarum, & de dolo conſequi pñt, ꝙ præcipiet eis, ꝙ de cętero nõ excedãt; & ꝙ reuocent id, in quo exceſſerunt, & hoc non ſolum ſi poſt litem conte.exceſſerunt, ſed etiam ſi prius, ſi hoc fuit expreſſe petitum.de hoc de reſt.ſpo.grauis, & pro hoc de off.archi. c.fi. de exceſ.præla.c.a.de cenſi. Romana.lib.6. Sed dic, ꝙ etiã poſſent accuſare de crimine ſtellionatus, vt puniantur d.l.pen. de
5 crimine ſtellionatus. Quæro, nũquid † ep̃i poſſent organa [a] ſua
a ſuſpendere, & prohibere ſuis clericis, ne celebrẽt religioſis priuilegiatis, vt per hoc abſtineant ab occupatione iurium ep̃i, q̃ ſępe faciunt. dicit Vinc.ꝙ ſic, quia hic ſolũ prohibetur, ne excõicent cõicantes religioſis priuilegiatis. pro hoc quia nec tenentur clerici ad celebrãdum illis. pñt ergo ſubtrahere 10.q.2. precarie.ff.de precario.l.& habet.& per hoc vult Vinc. ꝙ in caſu huius c. etiã ſi religioſi opprimerent, vel ſubtraherent iura ep̃i: tñ non poſſit ep̃s excõicare communicantes eis. pro hoc, ꝙ magna pęna eſt inter hoĩes eſſe, & hominum carere cõmercio.C.de apoſtatis.l.hi, qui ſciẽtiam. Opp.ad hoc, quia ſolum prohibetur hic, qñ in fraudẽ hoc faciunt, ibi in fraudẽ priuilegiorum.So.ſta ꝯtio, qđ etiã tenet Hoſt.ſed dicit Vin. ꝙ præſumitur fraus, ſi non apparet ꝯrium.i.ꝙ ex cã rõnabili fecerint. 50.diſt.accedens.s̃.c.tuarum.pro hoc ſm Hoſt.quia vbi priuilegia violantur, bona fides eſſe non põt. Quæro, nũquid ſubditi prælatorum excõicati, quia cõmunicabant religioſis, teneant̃ obſeruare excõicationem.glo.1. dicit, ꝙ tales ſniæ non ſunt timendæ.quod non probatur hic. ſolum enim prohibetur hic, eas ferri, & contrafacientibus pęnam cõminatur, imo potius probatur hic ꝯrium ſm Io.An.in eo, quod dicit tex. ꝙ cõicantes religioſis illis incurrebãt maiorẽ excõicationem &c. & per hoc, ꝙ dicit gl.vlt.in fi.ꝙ tales ſniæ in veritate non tenebant, & propterea non mandat Papa illos abſolui, non eſt verũ, ſed forte non mandat, vel quia non fuit petitum, vel forte mãdauit, & fuit hic deciſum pro prædictis, quia ex quo tulerunt ſnias in ſubditos, q̃uis ex cã irrationabili, tenet excõicatio mero iure. j.de ſen.exc.ſacro. dixi de reſcript.ab excõicato. Quæro, quot
6 modis fit fraus † iuri [b]. gl. vlt.enumerat quatuor modos, & ex-
b tra glo.enumerãtur alij, quia fit fraus de noĩe ad nomen, vt in eo qui prohibitus eſt habere loci ſeruatorem, qui facit procuratorem, vel vicarium.in auth. vt nulli liceat habere loci ſeruatorem.in princ.col.10.ad idẽ.de elec.auaritię.& c.fundamẽta. lib.6.cum ſimi.Item de tpe ad tp̃s.ff.de mino.l.denique. vt cũ fert ſnia ꝯ maiorẽ, & proceſſum fuerat cũ ipſo minore.ad hoc de ſimo.in tñ.Itẽ de facto ad factũ, qđ aliqui vocãt de loco, ad locũ.C.ſi mancipiũ ita fuerit alienatũ, ne ꝓſtituaṝ.l.fi.& plures alij modi numerari poſſent. ſed vt dicit Dy.in regula vlt.lib.6. omnes

A D D I T I O N E S.

a Orgãna. Adde Cald.in tract. de eccleſiaſtico interdicto.
b Iuri. Adde gl.in c.plerique. 14.q.3.gl.in l.humanũ.C.de legi.Dy.in regula.j. de reg.iur.lib.6.Pet.de Anch.in repe.c. canonũ.de conſti.Bal.in l.nõ dubiũ, in 3.ope.C.de legi.

Digitized by Google

omnes modi reducuntur ad quatuor enumeratos in glo. & in ea ibi.§.non tantum. ſimilis fraus.de conceſſ. preben. conſtitutus.& c.ſi.& ibi fit legi ſimilis fraus de ſol.c.2.& ibi plerique. & ibi hæc gl. & de hoc per gl.ff. de legib.l.contra. & ibi non valet ſimilis fraus.de pign.illo vos.de emp.& vend.ad noſtram. vbi de hoc.& per Hoſt.in ſum.de emp.& ven.§.fin.& ibi debitricē. dicit Io. An.ꝙ hoc faciunt vſurarij Paduani,qui propter multa priuilegia data per ſtatuta Paduæ fideiuſſoribus, faciunt ſe ſcribi fideiuſſores ſuppoſito alio creditore,poſtea recipiūt ceſſionem. de materia etiam quō multis modis fiat fraus legi,ple
7 ne no. Bald.C.de legi.l.non dubium. Quæro,ſi quis † offendit verba legis,vel canonis,& non mentem,an incidit in legē. Placentinus tenuit,ꝙ ſic.per l.proſpexit. ff. qui & a quib.pro hoc 6.q.3.ſcriptum. Io.contra per l.ſed & ſi poſſeſſori.ff. de iureiur. & de iure patroatus.l.adigere.§. qnamuis.dic,quod vbi conſtat de mente,vera eſt opinio Io.ff. de in ios voc. l.quamuis,& pro hoc eſt tex.& quod no. Dy.in regula vlt.præall. Sed ſi non conſtat,non procedit quęſtio,& tunc vera eſt opi. Placen.ff.de lega.3.l.non aliter. Sed tunc non proprie dicitur ſeruare mentem,cum de ea non conſtet.Quęro,cum in fine comminatur poenam ſeueritatis debitæ,qualis erit, dic, quod decurtabuntur priuilegia prælatorum.ſup.eo.dilecti.& ſi proteruitas contumaciæ exegerit,degradabuntur. de cle.non reſi.ex tuæ.de iudi. cum non ab homine.ſecundum Hoſtien. Sed dic verius pęnam fore arbitratiam, cum non ſit iure expreſſa. de offi. dele. de cauſis.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus in habitu laicali captus non tuetur priuilegio clericali.*

2 **EX parte.** Qui ſine habitu, † tōſura,& cæteris, vt laici conuerſantur, deprehenſi in maleficiis ſe pro clericis nō defendent. h.d.non dearticulando an eſſent clerici coniugati,vel non. vel ſic. Qui ſine habitu,tōſura,& cæteris,vt laici conuerſantur,deprehenſi in maleficiis interim iudicantur a iudice laico, antequam aliud conſtet,nec ſufficit,ꝙ reſumant tonſuram, & habitum abiectos.primò conqueſtio. ſecundò prouiſio ibi,ne igitur habitus. ſic ſup.de cle.trāſmiſſam. Depræhenduntur,forte per modum,quod ſit notorium facti. & ſic non eſt locus inficiationi.de cohabi.cle.c.ſi.de acc.euidentia. Opp.primò,vt opponit gl.in verbo depræhenſi. So.vt in gl.ex qua habentur plures ſolutiones.Sed melius ſolue,vt dixi de apoſtaticis.c.1. nam iſte tex.nihil aliud probat,niſi ꝙ reſumptio habitus & tonſurę non defendit iſtos depræhenſos in maleficiis,qui prius conuerſabantur,vt laici. quod intelligo interim. per hoc autem non negatur,quin poſſent excipere de clericatu,& probare & eſſēt audiendi per c.ſi iudex laicus.de ſen.ex. lib.6. Sed interim donec probabunt,tractantur vt laici, ex quo prius ſic incedebāt, pro hoc quod reſumptio tonſuræ & habitus ſunt facti. & ideo non debēt operari ius. poteſt etiam c.hoc intelligi de cle.coniug.prout loquitur ca.ex parte. ſup.de cle.coniu.cuius hæc eſt pars,& tunc plana eſt hæc decre. quia tales non gaudent priuilegio clericali,niſi duobus concurrentibus.ſ.quod ſint coniugati cum vnicis & virginibus, & incedant in habitu & tonſura.de cle.coniug.c.vno.lib.6. Vel ſecundum Hoſtiē.hic loquitur de clericis in minoribus,qui relicto clericali habitu, ſe conuertunt ad militias vel vxores. de cle. coniug.c.pe.& contraria ſignata in glo. loquuntur de clericis in ſacris, qui non poſſunt relinquere clericatum. quę ſolutio quoad id, quod dicit de conuertētibus ſe ad militias,non eſt vera per id, quod dicitur in d.c.pe. de cle.coniug. vel ſecundum Hoſt. id,quod dicitur hic in tex.diximus tolerandum. procedit de tolerantia approbationis,quæ fit ex certa ſcientia, & excuſat a poena canonis. Secus in diſſimulata.ſup.de præbend.cum iam dudum. quod non procedit.nam non apparet in textu,quod papa in hoc det priuilegium iudici laico puniendi clericum, vel quod velit extinguere priuilegium immunitatis clericorum: vnde verius eſt,quod prędixi,& quod notaui de apoſtatis. capit. 1. Quæro, quid importat verbum,foris factis.Sol. vt in gl.prima. & dicit Spec. de inſtr.edi.§.nunc vero aliqua.ver. hoc autem quæritur obtentum,quod executor teſtamentarius,cui dixit teſtator,vt emendaret ſua foris facta, teneatur ſoluere debita teſtatoris, ad quæ ſoluenda fuit lapſus terminus in vita teſtatoris,vt ſic teſtatorem non ſoluiſſe in termino cenſeatur foris factum,ideſt delictum,quod non placet,nam ſoluere non eſt emēdare delictum,ſed ſatisfacere pro eo,quod debebat, ſed ſi quid damni incurriſſet creditor,ad illud reſarciendum benè haberet executor prædictus poteſtatem.

S V M M A R I V M.

1 *Pariſius ius ciuile legi non debet.*
2 *Leges canonibus dicuntur famulari.*
3 *Cauſæ eccleſiaſticæ omnes non poſſunt decidi per canones.*
4 *Canonibus deficientibus ad leges recurrendum eſt.*
5 *Docere vbi culpa eſt,culpa etiam & audire.*
6 *Lupanaria caſtitatem non infamant.*
7 *Loca vicina quæ dicantur.*

1 **SVper ſpecula.** Pariſius † vel in locis vicinis ius ciuile legi non debet. pars huius de magiſtris.& ne cle.vel mo. ſuper ſpecula.primo prohibitionis ratio. ſecundo prohibitio ibi,firmiter. tertio contra facientis poenam ibi,& qui. Sacrę paginę.i.diuinę,a qua non excluditur canonica. pro hoc, quod no.de æta.& qual.c.pe.de iureiur.nimis.de accuſ. qualiter.1.in prin.patrocinius.in vtroque foro.ex quo nō diſtinguit. Excludatur ipſo iure ſm Hoſt.contra eſt.ſupra.de iura.calum.c.ſi.§.1. in verbo cadat.vbi intelligetur per ſentētiam, quod eſt verius.pro hoc,quod ibi dixi.& pro hoc,quod ſequitur ibi, innodetur.ſ.per ſententiam. No.textum in princ.ex quo no.ꝙ le
2 ges† famulantur canonibus. [a] pro hoc in auth.de ec.ti.in prin.
a col.9. ſup. de iudi.clerici. Not.ꝙ non omnes leges recipiuntur ſecundum canones,ſed illę ſolę,quæ æquitatis,& iuſtitiæ veſtigia imitantur. & eſt ratio, quia ſi non ſunt rationabiles, non ſunt leges, cū de legibus dicatur, ꝙ per Imperatores Deus eas diſtribuit humano generi.6.diſt.quo iure.No.ꝙ non in omnibus eſt vſus legum.& dicit Vin.ꝙ in Hiſpania in libro iudiciorum prouinciæ Legionen.eſt lex,ꝙ quicunque receperit leges Romanas,capite puniatur.imo dicit Hoſt.quod paucę prouinciæ reguntur iure ciuili,& enumerat plures, quę non vtuntur legib.qbus quaſi tota Italia,& Regnū Arelaten.vtitur ſecundū
3 eum.No.ꝙ non omnes cauſę eccleſiaſticæ† poſſunt decidi per canones,probat verbum,raro. quod innuit aliquando leges eſſe neceſſarias. pone exemplum in teſtis & tutelis & ſimilibus. per hoc no.non curandum de eo,ꝙ raro occurrerit, quia ſi curandum foret, non ſimpliciter interdixiſſet vſum legum, ſed dic,ꝙ vbi non eſt vſus legum,deficientibus canonibus, attenditur conſuetudo.ſup.de conſue.per totum.& hodie,quia ſciētia canonum eſt amplianda, poſſunt omnes cauſæ eccleſiaſticæ decidi per canones,vel per gloſſas, aut dicta doctorū auth. iuris canonici. Not.ex hac,ꝙ vbi ius canonicum inuenitur expreſſum,non eſt recurrendum ad mendicata ſuffragia. de conſti.c.1.& c.ne ionitatis.& eſt hoc ſecundum Hoſt. contra illos, qui per argumenta legalia diffiniunt.ſ.cauſas, vel quęſtiones cōtemnentes ius canonicum expreſſum, quod dicit patere in multis gl.Inn. ſed tamē dic,ꝙ multum profundè diſcutit Inn. canones vt de ſe patet. No.etiam Hoſt.demum recurri ad leges
4 deficientibus † canonibus,& deficientibus legibus, recurritur ad conſuetudines,vel naturales rationes, vel exempla, & tandem ad vulgaria prouerbia & dicta moralia.de conſe. diſt.vlt. ne tales.de Iudæis & ſi Iudæos.de iureiur. quemadmodum,ibi quia turpius &c.37.di.ſi quid ren. Not.aliquid ꝓhiberi in vno loco,quod in alio permittitur.ad hoc ff.de poſtu.l.ex ea.81.di.
5 vale. Not. ꝙ vbi † eſt culpa aliquid docere,culpa etiam eſt audire,vel diſcere. pro hoc,quia hic prohibentur vtrumque. pro hoc.C.de malefi.& mathematicis.l.pen.& ſup.ne cler.vel mo. ſuper ſpecula.ver. quia vero. quāuis aūt prohibetur ibi ſtudiū iuris in certis locis, tamen viget in Romana curia co. tit. cum diuerſis.li.6. Opp,1.cum dicit francos non vti legibus,quia leges debent ab omnibus obſeruari, vt probant iura allegata in gl.2. Sol.vt in ea,ꝙ de facto non vtuntur. & in ea ibi,volumus ſub.§.hoc ſi quis.pro hoc.C. de offi.præfe.Africæ.l.1.& 2. ff. de cenſib.l.fin.Opp.2. ad hoc,quia ſi de facto non vtuntur, ergo peccant.non debuiſſet ergo papa approbare hunc non vſum. Sol.dic,ꝙ potuerunt pręſcribere,vt non ſubeſſent imperio,ſed papæ. & ita omnes nō recognoſcentes Imperatorem de facto ſubſunt papæ,ſicut ēt negligente Imperatore,vel defuncto,papa ſuccedit in iuriſdictione.de for.compe.licet ex ſuſcepto.Oppo.tertiò in eo,ꝙ ponderatur vicinitas loci, ꝙ locus non ſit at-
6 tendendus,ſicut etiam dicimus, ꝙ lupanaria † non infamant caſtitatem.gl.vlt.format,& non ſoluit.dic,vt not.in ca.tolerabilius.alle.in glo.& 48. di.quantumlibet. in fin.vlt. glo.& quo ad

A D D I T I O.

a Canonibus. Adde cap. vlt. de ſecun. nup. cap.primo. de noui oper. nunc.glo. ſummæ.10. diſt.

Digitized by Google

ad caſum noſtrum ponderatur loci vicinitas: quia ſubeſt eadē
rario, quę in ciuitate Pariſius. Et pro hoc de ſen. excomm. ſi
ciuitas. li. 6. & c. ſi quis contumax. alleg. in glo. cum concor. ſu-
pra. de parochi. ſuper eo. vnde etiam propter vicinitatem duæ
ciuitates propter peccatum Sodomorum fuerunt exuſtæ vt
in §. ſed & continuo. de pœn. diſt. 1. pro hoc cle. ſi quis ſuaden-
te. ver. quod ſi de pœnis. & dicitur tempore Octauiani Augu-
ſti quod in retributionem militum, qui ſecum fuerant contra
Antonium, dedit Cremonam, quæ fuerat ei rebellis, & quia
non videbatur ſufficere, dedit & Mantuam vicinam, & inde
eſt ille ver. Mantua ve miſeræ nimium vicina Cremonę. Indu-
cuntur hæc ad quæſtionem de duobus habentibus domum
communem, & propter maleficium alterius pars inferior ve-
nit deſtruenda, quid fiet. de quo per glo. in di. §. ſed & cōtinuo.
& eſt quæſtio Brixien. in dominicali 44. vbi dat tres ſolutiones.
Prima, quod permutabitur pars inferior cum ſuperiore, vel in
totum deſtruetur domus, & aget, qui non commiſit malefi-
cium contra illum, qui dedit cauſam damni. vel emet partem
diruendam a fiſco. pro hoc, quod no. de pœnis fęlicis poſt prin
7 cipium. lib. 6. & hoc vltimum placet. Quæro, qua † dicantur
b loca vicina [b] quo ad caſum huius ca. dic vſque ad duas dietas.
de reſcrip. nonnulli. vel forte plus. de elect. cum inter 43. diſtin.
quanto, ſecundum Vinc. vel verius dic ſtandum communi in-
terpretationi, & conſuetudini, quæ eſt optima legum inter-
pres. de conſue. cum dilectus. & iura prędicta loquuntur in a-
lijs caſibus.

ADDITIO.

a Vicina. Adde glo. in cap. fęlicis. de pœn. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio quid ſit, & quomodo fit.*
2 *Delegatio, & nouatio qualiter differant.*
3 *Nouatio an requirat ſtipulationem.*
4 *Ceßio quomodo fit.*
5 *Innouatio quid ſit, & quomodo fiat.*

QVia intentionis. Innouatio priuilegij
ius vetus conſeruat,
ſed nouum non tribuit. primò dictum. ſecundò
quędam proteſtatio ibi, cæterum. Extitiſſe. hoc in-
tendit, ſi cōtra priuilegium innouatum ſcriptum
erat, vel iudicatum, vel ſi erat per aliud reuocatum, innouatio
non pręiudicat iuri alteri quæſito. Per hoc, ideſt per hanc in-
nouationem ſeu verius per declarationem præmiſſam. ſimile
de elect. cle. in plerique. Not. ponderandum tempus datæ in
verbo impetratæ. ſic ſup. de reſcrip. eam te. Opp. primo, quia
ſecundum hoc, nouatio nihil prodeſt, cum tamen debeamus
beneficiis iuuari, non decipi. de commo. c. vno. Sol. hic iuua-
tur ex conſeruatione iuris veteris, quod alias deperiret. Oppo.
ſecūdo, quod per innouationem tribuatur ius, ſicut tribuitur
per confirmationem. de tranſac. c. 1. Sol. aliud in confirmatio-
ne, & de illa dic, quod aut fit in forma cōmuni, & ius non tri-
buit, vt hic in gloſſ. Aut ex certa ſcientia, & tunc tribuit ius, de
quo no. de confir. vlt. c. penul. & ſi. pro hoc de tranſac. veniens,
vbi per confirmationem tranſactio fit realis, quæ erat perſo-
nalis, quod procedit, quando ab initio actum fuit, vt eſſet rea-
lis, ſed defecit ex poteſtate tranſigentium. Secus ſi fuiſſet actū,
vt eſſet perſonalis. de decimis ex multiplici. ſimile dicimus in
ſponſalibus contractis inter impuberes per verba de pręſenti,
quæ adueniente pubertate ſumunt robur ſpōſaliorum de prę-
ſenti. tamen prius habuerunt effectum ſponſalium de futuro
tantum. de deſpon. impuberum. c. vno. lib. 6. Quęro, in quo dif
fert innouatio a nouatione, vel ceſſione, & quid eſt vnūquod-
que iſtorum. Vinc. circa hoc poſuit vnam glo. quam amplian-
do, & declarando, Quęro primo, quid eſt nouatio. Sol. ſm eum
nouatio eſt, quando ex prima cauſa ſic conſtituitur alia, quod
perimitur prima. & hæc eſt potius deſcriptio. & probatur. ff. de
noua. in pluribus l. & formam nouationis ponit Spec. de ſolu-
tionibus. §. 1. ver. conſequenter. Quæro, nunquid fiat hodie no-
uatio ipſo iure, ſi expreſſe hoc non agitur. videtur, quod non
per l. vlt. C. de nouationib. & ſic licet ſuper prima obligatione
adijciatur ſecunda, non per hoc nouatur prima, nec tollitur.
inſt. qui. mo. tollitur obligatio. §. vlt. vbi patet, quod ex vtraque a-
getur. dicit tamen Vin. quod tacite fit nouatio ope exceptionis, &
ſi contra agentē ex prima obligatione poterit excipi de ſecun
da. ff. de prætoriis ſti. l. pen. inſt. quib. modis tollitur obl. §. pręte
rea. Et procedunt hæc ſm Vin. in nouatione volūtaria, ſed eſt
alia neceſſaria, quæ fit per litis conteſtationem. ff. de ſol. l. ſolu-
tionem. de nouationib. l. delegare. & per hāc nihil tollitur, ſed
adijcitur. & fit melior conditio actoris quo ad interpretationē
præſcriptionis, vel quo ad faciēdum rem litigioſam, & quo ad
alios effectus in iure ſcriptos. fit ēt hęc neceſſaria per ſententiā:
nam ſententia facit vſuras ceſſare vſque ad tempus quadrime
ſtre, ſed poſtea currunt maiores. ſ. centeſimæ. C. de vſuris rei iu
di. l. vlt. ſm Vinc. Sed plenius dic, quod cum quæritur, qualiter fiat
nouatio. aut loquimur ſm iura antiqua ante tempora digeſto-
rum. & tunc ſiue adderetur, ſiue detraheretur, ſiue interueni-
ret noua perſona, præſumeretur nouatio, & de hoc iure fit mē
tio in l. fi. C. de nouationib. & in §. pręterea præallegato. Aut
loquimur ſecundum tempora digeſtorum, & tunc in ſtipula-
tionib. prætoriis non fiebat nouatio ipſo iure, niſi a partib. hoc
ageretur expreſſe, ſic loquitur l. pe. de præto. ſtipu. præall. Sed
fiebat ope exceptionis, vt ibi. In ſtipulationib. vero conuentio-
nalib. dic, quod aut ſecunda continet plus, quam prima, & pręſu-
mebatur nouatio. Aut minus, & non præſumebat. ff. de verbo.
oblig. l. qui vſumfructum. & hoc ſi continebat minus re, ſecus
ſi cōtinebat minus tempore: quia tunc nouabatur prima ope
exceptionis, & intelligitur facta termini prorogatio. ff. de ver.
obl. l. cum ſtipulatus ſum mihi a procule. Aut continebat tan
tundem, & tunc aut interueniebat noua perſona & non præſu
mebatur nouatio, niſi actum eſſet, quod eſſent duo rei. ff. de duob.
reis. l. 2. in prin. Aut non interueniebat noua perſona, & non
præſumebatur nouatio, niſi expreſſe hoc ageretur. ff. de dona.
l. fundum Cornelianum. At loquimur ſecūdum iura codicis,
& nunquam pręſumitur nouatio, niſi hoc expreſſe agatur. d. l.
fi. C. de noua. & d. §. pręterea. tamen vbicunque præſumebatur
olim nouatio tacite, hodie etiam fit nouatio ope exceptionis.
ff. de dona. l. 2. & hoc in ſtipulationib. æque principalibus. ſed ſi
vna eſſet principalis, & alia pœnalis, quando fiat nouatio, not.
in l. ſi pacto quo pœna. C. de pact. & in l. ita ſtipulatus. ff. de ver.
obl. de prædictis in d. l. pen. ff. de prætor. ſtipul. per Bar. Quęro
circa hoc. Si plures, quorum quilibet tenebatur inſolidū, con-
demnati ſunt, nunquid per ſentētiam fit nouatio. dic quod ſic,
quia cum prius tenerentur in ſolidum, tenebuntur pro virili.
C. ſi plures vna ſententia condemnati ſunt. l. 1. ipſi autem obti
nenti oritur actio iudicati. quod dic verum, quatenus habetur
reſpectus ad ſententiam, ex quo enim iudex aliud non expreſ-
ſit, tenentur pro virilibus, ſed non deſinūt teneri ex prima ob-
ligatione inſolidum. quod dic, vt in ſequēti quęſtione. Quæro
itaque, an per ſententiam obligatio prima tollitur. quidam quod
non, ſi erat realis. ff. de pig. l. græce. & l. ſi fundus. ſed ſi perſona-
lis ſic. C. de vſuris rei iudicatę l. fi. Alij, quod nunquam tollitur pri
ma. ſiue ſit perſonalis. ſiue realis. ff. de fideiuſſorib. l. fideiuſſor.
quod eſt verius, quando ſententia fuit condemnatoria, quia ta
lis non nouat primam tollendo, ſed addendo, vt not. glo. C. de
iud. l. 1. & ſi plures vna ſen. condem. ſu. l. 1. tenet Cy. & Bar. in d.
l. 1. de iud. De ſententia autem abſolutoria dicitur, quod elidit ob-
ligationem ciuilem, de quo in l. Iulianus. ff. de cōd. inde. Quid
ſi fertur pro reo. dic, quod non tollitur actio actoris, ſed oritur ex-
ceptio rei iudicatæ ex ſententia contra ipſam. Quęro, quid eſt
1 delegatio, † & quō fit, dicit Vin. quod fit, cum quis creditori ſuo,
vel cui voluerit creditor, cōſtituit debitorem ſuum, vel alium
loco ſui. ff. de nouatio. l. delegare. & debet interuenire ſtipula-
tio inter delegatum, & illum, cui fit delegatio, vel litis conte-
ſtatio, vt in d. l. delegare. Et formam delegationis huius ponit
Spe. de ſolutionib. §. 2. in prin. Opp. ad hoc, quod nunquam fiat de
legatio ſine ſtipulatione. C. de noua. l. a. So. gl. ibi ſubaudit, vel
per lit. conteſtationem. & ſic l. prima loquitur de delegatione
voluntaria, in qua neceſſaria eſt ſtipulatio, ſed in neceſſaria nō.
Exemplum ſi quis ſuſcipit pro me iudicium animo nouandi,
& litem conteſtatur, ipſe incipit teneri, & ego liberor. Quęro,
2 in quo differant nouatio, † & delegatio, dic, quod tāquam ge-
nus, & ſpecies. nam nouatio ſe habet in plus, quam delegatio.
poteſt enim fieri nouatio inter eaſdem perſonas. delegatio ve-
ro fit per interuentum nouæ perſonæ, vt ſupra dixi. & de hoc per
3 Cy. C. de noua. in rubrica. Quæro, an nouatio † requirat ſtipula
a tionem. [a] videretur, quod ſic per l. item illa. in fi. ff. de conſtituta pe-
cunia. dic contra, quod quandoque fit ēt ſine ſtipulatione. ff. mādati. l. ſi man
dato meo. §. ſi. quæ eſt ſingularis ad hoc, vt dicit Bart. ff. de no-
4 ua. li. 1. Quæro, quō fit ceſſio, & quid eſt. dicit Vin. quod ceſſio, † vel
demandatio quod eſt idem, fit, cum cedo actiones mihi cōtra
aliquem cōpetentes, & hic non exigitur conſenſus eius, contra quē
ceduntur, nec per hoc perit actio cedentis, quin poſſit illa vti pre-
terquam in caſib. notatis ſup. de aliena. mu. iud. c. 2. Quęro, quid
ſi eſt innouatio, & quō fit. dicit Vin. quod quandoque fit innouatio pri
uilegij, vel inſtrumenti, & tunc ſi fit cum inſinuatione, perpetua
eſt, & creditur ei, etiam ſi pereat inſtrumentum primū. de fide
inſtr.

ADDITIO.

a Stipulationem. Adde c. fi. de fide inſtr. & in c. Albericus & in cap. ſignificaſti,
de teſti.

Digitized by Google

inſt.inſtrumenta.Fit etiam quandoque innouatio priuilegiorum datorum per Romanos pontifices,quæ innouant ſucceſſores.& de hac hic.& ſup.co.ex parte.de cōfir.cum dilecta. 12. di.præceptis.& per hanc innouationem non datur ius,cū priuilegium primum extat.ſed ſi eſt abolitum,ſecus.ponit Vinc. exemplum de priuilegio archiepiſcopi Piſani, qui poterat tanquam legatus, cum ibat in Sardiniam vti palafredo albo, ꝙ reuocauit papa Innocentius,quia aſtiterat Ottoni imperatori contra eccleſiam. Papa autem Honorius poſtea innouauit ex certa ſententia, & ſic per hanc innouationem fuit datum ius nouum.24.q.1.achatius.de feudis.ca.2.vnde etiam ſi vir dedit ſponſæ anulum alienum,& poſtea conſtante matrimonio dat alium anulum pro illo,non videtur noua donatio. ff.de dona. inter vir.& vxo.ſi donatæ.§.ſi ſponſus.ſecundum Vinc.in quo dic,quod non eſt propria innouatio, quando ius tribuit. & in exēplo de archiepiſcopo prædicto fuit potius reſtitutio, quam innouatio.

SVMMARIVM.

1 *Cultui diuino fauendum eſt.*
2 *Interpretatio benigna in concernentibus cultum diuinum fieri debet.*
3 *Prædicatores præmittuntur minoribus.*
4 *Prædicatores vbicunque celebrare poſſint cum altari viatico.*
5 *Epiſcopi an poſſint concedere altare viaticum.*

IN his. Priuilegiati vt vbique poſſint cum altari viatico celebrare,hoc poſſunt ſine licentia prælatorum. primo ponit exordium, & factum narrat.ſecundo prouidet,& rationem reddit ibi,cum autem.prælatorum.illorum locorum ſiue ſint epiſcopi,ſiue minores prælati.Inn.publicare.& rebelles compeſcere, vt continuetur,quod ſequitur ſecundum Inn.alias parum prodeſſet publicatio ſine conſeruatore, ſed hæc poteſtas compeſcendi cum non tribuatur hic expreſſe,dico,ꝙ exercebitur tan
1 tum iure ordinario. Nota fauendum cultui † diuino. pro hoc, quia debet augeri,non minui.de conſt.c.pe. & per hoc dicit gl. 1.hic,ꝙ ob fauorem cultus diuini nō detrahitur quarta, dic.ſ. epiſcopalis,vel parochialis,vt d.c.vlt.allegato in gl.Fallit in fratribus minoribus & prędicatoribus per cle. dudum. de ſepul. Nota, ꝙ in concernentibus cultum diuinum debet fieri beni-
2 gna interpretatio,† & non maligna,vt in textu. quod dic maxime.nam in quibuſcunque debet fieri interpretatio non maligna.de decimis,ad audientiam. No.de fratribus prædicatori-
3 bus † & minoribus, & præmittuntur prædicatores, quia prius fuit ille ordo approbatus.de hoc de elect.quorundam.li.6.No.
4 priuilegium eis conceſſum,vt vbicūque celebrare poſſint † cū altari viatico,& dic vbicunque in tota chriſtianitate,& ſic hęc dictio ponitur large,alibi ſtricte.de vſu pallij.ca.pe. & intelligit Vin.vbicunque,in habitaculis tamen ſuis.No.per hoc de altari viatico.i.portatili. ſic & corpus Chriſti dicitur viaticum,ſed alio reſpectu de quo inf.de pœnitentiis, quod in te.in gloſſ. 2. Not.de dictione prorſus.& expone,ideſt publice,& latenter ſecundum Hoſt.qui remittit ad notata de pactis plerique. de ſepul. c. 1. in fi. vel dic prorſus,ideſt omni modo. & per hoc hic non debent iſti fratres ſine licentia parochialis presbyteri clericis vel laicis præbere euchariſtiam, vel vnctionem extremam, vel matrimonia benedicere, alias excommunicati ſunt ipſo iure,& per papam abſoluendi.eo.tit.cle.religioſi.Not.ꝙ ius commune ſpecialiter publicatur,quod fit,vt dicit gl.pen.ne quis allegeт ignorantiam.ad hoc de iudæis,ita quorundam. de accu. ſicut olim.Opp.primò,quod hoc priuilegium nō fuerit neceſſarium,nec debuerit concedi, cum fratres habeant eccleſias, in quibus ſunt altaria,ſuper quibus celebrare poſſunt.Sol.dicit Hoſtiē.quod olim fratres vtebantur in ſua nouitate hac indulgentia,quando carebant propriis eccleſiis, & habebant oratoria ſimplicia,hodie vero cum habeant eccleſias,& altaria conſecrata,non indigent, hoc procedit intelligendo verbum vbicunque,vt ſup.dixi.ſ.in habitaculis ſuis.ſed intelligendo large, adhuc hodie procederet priuilegium maxime quo ad loca,in quibus non habent eccleſias, tamen hodie non vtuntur. dicit autem Hoſtien.quod non debent admittere parochianos alienos ad ſepulturam,niſi ſint ſuper hoc priuilegiati. 16.q. 1. ca. 1. & ar.c.in noſtra.de ſepul.hodie ſunt in hoc priuilegiati per cle. dudum. de ſepult. Opp. ſecundo, quod debuerit pronunciari pro prælatis,vt ſine eorum licentia non poſſent fratres vti hoc priuilegio.ſup.eo.paſtoralis. Sol.caſus ſunt diuerſi,& dic vt ibi. Quæro tertio in eo, quod dicit ſine parochialis iuris præiudicio,in quo poſſet eſſe præiudicium. dic, vt ſi in contemptum eccleſiarum reciperent parochianos ad diuina, de parochiis, vt dominicis, vel ſi in ſuis habitaculis vellent benedicere nubentes, vel decimas vel oblationes parochiarum reciperent. vel ſi iniungerent alienis parochianis pœnitentiam. de vſuris. quanto 14.quęſtio.2.qui oblationes.de pœnitentiis,omnis,de conſe.diſt.2.tribus.vel ſi tradunt euchariſtiam eis.30.quæſt. 5. aliter. vel ſi occupant primitias,vel mortuaria,ideſt funeraria, quæ deferuntur cum funere.32. diſt.præter hæc.de teſt. c.fi.de ſepul.cap.1. de verb.ſignific. cum inter.hodie tamen indiſtincte apud eos audiuntur diuina,& prędicationes,& audiūt cōfeſſiones,& ſepeliunt eligētes apud eos ſepeliri. quod dic vt in
5 clement.dudum. de ſepul. Quæro nunquid epiſcopi † poſſint concedere altare viaticum,videtur,quod non,per hoc cap. ex quo papa hic conceſſit,ad idem.eo.tit.cap.fin.lib.6.vbi hoc priuilegium conceditur epiſcopis. & hoc tenuit Guil.naſo.In contrarium de conſe.diſtin. 1. concedimus.vbi de hoc.& c. miſſarum.& cap. ſi quis extra,quod tenet Tan. & Ioan. And. quod dic verius,vt poſſint epiſcopi in ſuis diœceſibus hoc concedere. pro hoc,quod not. de cenſi.cap.fi.& in Spec.tit. ſecundo,§. nunc de epiſcoporum.verſi. 121. Ad contraria dic,quod quo ad totum orbem ſolus papa poteſt, & ſic loquuntur illa iura. pro hoc in auth.vt nullus fabricet oratorii domum.§. 1. coll.5. dicit autem Hoſtiē.quod altare viaticum videtur eſſe conceſſum peregrinis,& aliis tempore neceſſitatis. de conſe.diſtin. 1. concedimus.& ex hoc videretur priuilegium huius cap. fuiſſe ſuperfluum.ſed dic,quod operabatur,vt non poſſent prohiberi a diœceſanis,quod alias potuiſſet fieri,non obſtante. d.capit. concedimus.

SVMMARIVM.

1 *Monialia quæ dicantur.*
2 *Exemptio facta a priore monaſterij cum ſuis capellis, an comprehendat capellas ab alio poſſeſſas.*
3 *Exemptio monaſterij facta ſimpliciter a priore an teneat.*

DVdum. Priuilegium de decimis noualium non ſoluendis non comprehendit decimas tempore impetrati priuilegii ab aliis poſſeſſas,niſi de illa poſſeſſione in ipſo fiat mētio. hoc dicit. primò deciſa narratio facti. ſecundò dubii deciſio ibi, de conſilio. Quæro de ratione dubitandi,& decidendi. dic,quod ratio dubitandi fuit, quia priuilegium ſimpliciter conceſſum erat ſuper decimis noualium.vnde videbatur generaliter intelligendum dė quibuſcunque noualib.ſup.eo.circa. Ratio decidendi in contrarium ponitur in textu,& expreſſius in gl. 1. q̃a ſi tempore impetrationis decimæ poſſidebantur ſuper aliquibus noualibus,non eſt intentionis papę per ſuum priuilegium præiudicare iuri poſſidentium,ex quo non facit mentionem, ſicut etiam priuilegium impetratum lite pendente non præiudicat liti. Fuit ergo quo ad decimas ab aliis poſſeſſas obreptitium,vt dicit gl. vlt.ſed tamen quo ad hoc dic,ꝙ cum eſſet generale,non poteſt proprie dici obreptitium,& ratio præcedens eſt verior: quia cum poſſidere ſit facti,debuit fieri mentio. nā talia,quæ ſunt facti, alias non tolluntur, ſi non fit mentio. de conſti.c. 1.lib.6.Inn.reddit & aliam rationem, quia hoc priuilegium debuit intelligi de futuris noualib.& ſic non comprehēdit decimas noualium,quæ tempore impetrationis iam erant facta,ſed hanc rationem reprobat:quia hoc papa appellat noualia etiam ea,quæ prius reducta erant ad culturam. reddit ergo Inn. eandem rationem, quam ſupra dixi:quia papa non intendit per ſuum reſcriptum auferre poſſeſſionem, quam alius tenet,imo ſi tale reſcriptum impetretur,non valet. C.vnde vi. l.meminerint.ſi per vim,vel alio modo l. 1. quod vltimū procedit,ſi ſpecifice impetraſſent moniales decimas noualiū poſſeſſorum ab aliis,non facta mentione de poſſeſſione, tūc enim priuilegium foret obreptitiū,prout dicit hic gl. 2.& ſup.dixi,& ſic procedit,quod dicit Inn.ſed moniales hic impetrarunt generaliter decimas noualium.nō ergo poteſt opponi obreptio, ſed ſolum poteſt opponi, quod non eſt intentio concedentis præiudicare iuri alterius conſiſtenti in facto,niſi faciat mentio
1 nem.Quæro,quæ dicantur † monialia.[a] dic,vt inf.de verb. ſig.
a quid per moniale. Quęro,an poſſint reddi alię rationes huius deciſionis,quam illæ quas dixi ſupra.dicunt aliqui, quod ſic.ſ. quia ſuper iſtis decimis erat lis inter moniales, & conuentum de bucclaria.de qua non fecerunt in priuilegio mētionem. & hanc rationem ſenſit Vin.qui notauit hic,nō valere indulgentiā ſuper re litigioſa; quia nec infirmatio ſuper tali re valet.de ꝯfir.vtili.c.1.pro hoc.ff.de litigioſis.l.vlt. ſic nec valet alienatio rei litigioſę,niſi ī caſib.C.de litigioſis.l.vl.de hoc ſup.vt lite pēden.

ADDITIO.

a Monialia. Adde in l.quid per nouale.ff.de verbor.ſignificat.

den. eccleſia. Sic nec lite pendente ſuper crimine promouetur
quis ad dignitatem. ff. de libe. cauſa. l. qui de libertate. nec reci-
pitur ad ordines, nec ad teſtimonium. de teſti. non debet. hæc
dicta bene ſunt vera, ſed tamen quo ad textum noſtrum diui-
nant. quia hic non apparet, quod tempore impetrationis pen
deret lis: nec ſuper hac ratione fundatur papa. verior ergo eſt
ratio, ſuper qua fundatur textus: quia fuit tacitum de poſſeſ-
ſione partis aduerſæ. Opp. ad hoc, quod nō fuerit opus de poſ-
ſeſſione facere mentionem. nam de iure communi ſunt reli-
gioſi priuilegiati ſuper decimis nouallium. ergo vt priuilegiū
iſtud aliquid operetur, intelligamus de nouallibus etiam ab a-
liis poſſeſſis. primum probatur de decimis, ex parte a. pro ſecū
do eſt, quia debemus interpretari, vt indulgentia aliquid tri-
buat. ſup. c. proxim. Sol. ſecundum Goff. & Phi. priuilegiū con-
ceſſum monialibus hic intelligitur de nouallibus, quæ propriis
manibus, & ſumptibus non colunt, & ſic aliquid concedit. per
hoc non procedit obiectio. licet enim debeat fieri interpreta-
tio, vt indulgentia aliquid concedat, debet etiam reſtringi, vt
non præiudicet iuri alterius. de decimis ſuggeſtum. ſup. cap: vt
priuilegia. & in pluribus c. aliis. Quæro, nunquid hæc deciſio
procedit in priuilegio ſimpliciter impetrato ſuper decimis
non ſoluendis. dicit Boatinus, ꝙ non. & ſic reſtringit hunc tex
tum ſolum, quādo impetratur ſuper decimis nouallium. Vbi
quæro, quæ eſt ratio diuerſitatis. So. poteſt reddi ratio, quia qn̄
impetratur ſimpliciter ſuper decimis non ſoluendis, bene dēt
ſcire papa, ꝙ decimæ poſſidentur ab aliquo. Sed quando ſuper
decimis nouallium, ceſſat talis præſumptio, & maxime quia no
ualia ſunt, quæ nunc primum reducuntur ad culturam. d. cap.
quid per nouale. de verb. ſig. & ſic potuit papa præſumere, ꝙ p
neminem poſſiderentur, cum etiam poſſet eſſe, quod nōdum
fuerant ad culturam reducta, imo vt ſup. dixi ſecundum Inno.,
videtur priuilegium proprie cōcernere noualia futura, in hoc
tamen tenui contrarium, quod etiam tenet Inn. & bene pro-
batur, quia cum dicatur hic, quod non veniunt decimæ no-
ualium, quæ tempore impetrationis poſſidebātur per alium,
ſequitur, quod ſi non poſſidebantur per alium, licet iam eſſent
facta noualia, comprehendentur ſub priuilegiis. pro hac ratio
ne, & pro hac deciſione, de qua in textu, eſt textus expreſſus in
c. a. de decimis. lib. 6. vbi approbatur ratio prædicta, vel, quod
ſub priuilegio non comprehendūtur decimæ nouallium, quæ
tempore impetrationis ab alio poſſidebantur. & ibi de hoc in
gl. 5. pro hoc, quia & alias non tenet impetratio nō facta men
tione de colorata facti poſſeſſione aduerſarii. de conceſſ. præ-
ben. cum noſtris. & ca. literas. Quęro, quid ſi pars aduerſa non
erat in poſſeſſione tempore impetrationis, ſed tamen decimę
ei erant debitæ. quidam vt refert Inn. credunt non præiudica-
ri parti aduerſæ. quia priuilegium extenditur tantum ad futu
ra noualia. quæ ratio non eſt vera vt ſup. dixi. & ex hoc neque
dictum eſt verū, quod intelligo, niſi illa pars haberet aliquod
ius ſpeciale, puta priuilegium, tunc enim dico, ꝙ eodem mo-
do ſibi non pręiudicatur quo ad illud ius. vt pone in terminis
huius c. quod priori, & conuentui cōceſſum fuerat priuilegiū
ſuper decimis nouallium in tali territorio. deinde moniales im
petrarunt, prout hic. dic, quod quo ad poſſeſſiones comprehē-
ſas in territorio expreſſo in primo priuilegio non habebūt mo
niales effectum ex ſuo priuilegio, niſi de primo fecerint men
tionem. ſup. de reſcrip. cum ordinem. debet enim ſecundum
priuilegium intelligi ſine pręiudicio primi, vt ibi dicitur. Quę-
2 ro, quid ſi papa † eximit monaſterium cum ſuis capellis, an ve
a nient capellæ ab alio poſſeſſę. * dicit Inn. quod non ſecundum
vnam literam, ſed ſecundum aliam, quam habuit Hoſt. & Jo.
An. dicit, ꝙ ſic. dummodo per hanc exceptionem non paretur
graue detrimentum iurium alterius. Ex hoc infertur ad aliam
quæſtionem. pone, quod monaſterio habēti priuilegium præ-
dictum dantur aliquę poſſeſſiones, in quibus ędificant eccle-
ſias. dicit Inno. quod erunt exemptæ, dummodo de illis poſſeſ-
ſionibus ante prædictam ædificationem modicū emolumen
tum conſequeretur epiſcopus. hoc dictum præſupponit quod
cum eximitur monaſterium cum ſuis capellis veniant etiam
futuræ. ſed contra hoc eſt de reſcri. clem. fina. & maxime quia
in priuilegio fuit poſitum verbum ſuis. quod denotat domi-
nium quod eſt verius. & ideo dictum Inn. debet intelligi quan
do fuit exemptum monaſterium cum capellis habitis & habē
dis in poſterum, & ita obſeruatur in priuilegiis. Quo præſuppo
ſito videamus an procedat dictum Inn. alio reſpectu. videtur
enim quod qualecūque pręiudicium fiat epiſcopo, tamen ca-
pellæ prædictæ debeant cenſeri exemptę. Eſt enim quid impu
tetur epiſcopo qui potuit cogitari cum dedit poſſeſſiones, hoc
poſſe contingere, quod monaſterium ibi ædificaret capellas.
So. Hoſt. diſtinguit ꝙ aut eccleſię ędificantur cum licentia epi
ſcopi. & tunc ſi ſciuit exemptionem, cum nihil ſibi retinuerit,
ius ſuum remiſiſſe videtur. ſup. c. quia circa. Si vero ignorauit,
aut certificari potuit, ſi fuiſſet diligens, & ſibi imputet. art. 37.
diſt. §. ſi. ad finem. ff. ad macedoni. l. pen. Aut non potuit certifi
cari, vt quia monaſterium, ſeu illi de monaſterio interrogati
ſuper exemptione in fraudem tacuerunt, & tūc epiſcopo ſub-
ueniēdum eſt ar. ff. de redhibitoria act. l. 1 §. 1. & 2. & l. cum ſex
menſes. ſup. de cle. excom. apoſtolicæ. de reſcr. ex parte. Sol. aut
fuerunt conſtructæ ſine licentia epiſcopi, & poteſt eas vendi-
care. ſup. c. cum olim. vel aliter etiam poteſt breuius reſponde-
ri, ꝙ poteſt eſſe, ꝙ poſſeſſiones fuerunt conceſſę ab aliis, quam
ab epiſcopo, vel ſi fuerunt conceſſæ ab epiſcopo, præceſſit con
ceſſio impetrationem priuilegii. Opp. 1. ad idem, ꝙ nullo mō
priuilegium exēptionis poſſit concernere capellas ab aliis poſ
ſeſſas, ſicut hic in textu non concernit priuilegium cōceſſum
ſuper decimis decimas ab aliis poſſeſſas. Sol. per id, quod dici-
3 tur in ſequēti quęſtione. Quæro, quid ſi papa † eximit aliquod
monaſterium ſimpliciter. recitat Inno. opi. quorundam dicen
tium, ꝙ tenet exemptio, etiam ſi alius erat in poſſeſſione eiuſ-
dem monaſterii tempore impetrationis. & hoc niſi probetur a
parte altera, ꝙ priuilegium fuit obreptitie impetratum. ſ. quia
ſuggeſtū fuit, ꝙ nullus erat in poſſeſſione, vel malitioſe de poſ
ſeſſione fuit tacitum. Opp. ſecūdo ad hoc dictum de eo, quod
ſup. dixi, quando eximitur monaſterium cum capellis, ꝙ non
veniunt capellæ ab aliis poſſeſſæ, vel ſi veniunt, intelligitur de
his, per quas non agitur de magno alterius præiudicio, confir-
ma quia vt dicit hic Inn. quando de alieno fit gratia, ſtricta in-
terpretatio facienda eſt. Sed ſi de ſuo, fit larga interpretatio. de
dona. eum dilectus. quod nota. Sol. ſecundum Inn. defendēdo
dictum illorū dici poteſt aliud in expreſſis nominatim, aliud
in non expreſſis. pro hac differentia eſt ff. ſi quis cautionibus.
l. ſed & ſi quis §. 1. communia prędiorum. l. in tradendis. de cō
modato. c. vno. & quod ibi no. de procur. qui ad agendum. lib.
6 vult dicere Inn. ꝙ quādo eximitur monaſterium cum capel
lis non facta mentione ſpeciali, & nominatim de ſingulis ca-
pellis, procedit primum dictum, vt non comprehendantur ca
pellæ ab alio poſſeſſæ, maxime ſi fieret illi graue præiudicium.
Sed qn̄ aliquod monaſterium nominatim eximitur, procedit
ſm dictum, vt teneat exemptio, ēt ſi poſſidebatur ab alio. Op.
3. ad hoc, quia ēt ſi nominatim eximatur monaſterium, nō vr̄
præiudicari debere poſſidēti per iſtum textum. Solue ſm Inn.
ſecus eſt in priuilegio decimarum maxime nouallium & labo
rum propriorum, quę cum minori difficultate conceduntur,
& ſic intelligit Inn. priuilegium monialium hic, de nouallibus
ēt quæ propriis laborib. colunt, ꝙ non eſt verum, vt ſup. dixi:
quia quo ad hoc nō expediebat priuilegium, cum de iure hoc
habeant. præſuppoſito autem dicto Inn. pro vero, quia ſaltem
eſt verum in aliis noualib. dicit Inn. poſſe dici, ꝙ ſi priuilegia-
tus poſſidet decimas bona fide tempore, quo ſurgit lis ſuper
hoc, an cōprehendantur ſuper priuilegio, an nō, incumbit ad-
uerſario probatio, ꝙ tempore impetrationis ipſe poſſidebat. Si
autem non poſſidet priuilegiatus, ſed alius, incumbit priuile-
giato onus probandi, ꝙ tempore priuilegii impetrati ille non
erat in poſſeſſione. ar. ff. ſi vſusfructus petatur. l. vlt. in prin. ſi ſer
uitus vendicetur. l. ſicuti. §. ſed ſi quæritur. Si vero neuter poſſi
det, ſtabitur priuilegio ſm Inn. pro hoc ſup. ca. porro. & c. dile-
cti. ſed per hæc licet pulchra, & notanda non eſt reddita ſuffi-
ciens ratio, quare aliud ſit in priuilegio exemptionis, quam in
priuilegio conceſſionis ſuper decimis nouallium. Sed dic, ꝙ ra
tio poteſt reddi, vt dictum eſt, quia ſuper decimis cum minori
difficultate conceduntur talia priuilegia, quam ſuper exēptio-
ne, ꝙ declaratur in qōne ſeq. Quęro, quid ſi papa eximit mo-
naſterium cum capellis, & eas nominat. dicit Inn. ꝙ ſubintelli
gitur clauſula, ſi ſunt monaſterii, quia per hæc verba nō intelli
guntur datæ monaſterio, ꝙ no. ad id, ꝙ no. Inn. de fide inſtr. in-
ter dilectos. vbi dixi, ꝙ ſi eximitur monaſterium cum capellis
ſui ordinis cum illa clauſula, quas his duximus exprimendas
vocabulis, licet ſpecificentur capellę vel eccleſię, non per hoc
infertur, ꝙ ſint exēptę, niſi probetur, ꝙ ſint illius ordinis, nec
ad hoc probandum ſufficiunt verba præmiſſa, cum in priuile
gio dicitur, quæ ſunt veſtri ordinis: quia illa ſunt verba narran
tia, quę non probant inſ. c. ſi papa. li. 6. vbi idem tenet Archid.
per hæc dicit Inn. ꝙ in caſu præmiſſo ſi capellæ poſſidentur ab
alio bona fide non intelliguntur exemptę, & ſimiliter ſi alii
fieret graue pręiudicium non erunt exemptę. Opp. quarto ad
hoc, quia expreſſe videtur Inno. ſibi contradicere in eo, quod
ſupra dixit, ꝙ quando ſpecifice, & nominatim eximitur mona
ſterium, tenet exemptio, etiam ſi ab alio erat poſſeſſum. Sol. di
cit Inn. valde ſingulariter, quod aliud eſt, quando fit expreſſio
prin-

ADDITIO.

a Ab alio poſſeſſæ. Adde Alex. de Imo. conſi. 178. incip. in occurrente caſu in
2. volum.

Digitized by Google

principaliter, aliud quãdo fit in acceſſorijs: quia in acceſſorijs non ſit tanta examinatio, quanta in principali. Refert tamen Inn. aliquos contradicere. declaro, quando nominatim eximitur monaſterium, vt quia papa dicit, eximimus monaſterium ſanctæ Iuſtinæ, tunc præſumendum eſt, quod papa plene cognouit de hoc, ſi cui præiudicaret talis exemptio, & ideo ſimpliciter oportet ſtari. Sed quando expreſſit per modum acceſſorij, vt quia dixit, eximimus monaſterium tale cum ſuis capellis, quas ſuis vocabulis duximus exprimẽdas, & ſubiicit nomina de iſtis capellis, quæ veniunt acceſſorie, non præſumitur plene cognouiſſe. ratio quia præſumitur principaliter cognouiſſe de ipſo principali, cuius ratione conceſſit hæc acceſſoria. imo quo ad hæc acceſſoria, an accedant, an non, oportet probari vt ſup. dixi quæ nota. Quæro, nunquid ad excludendum priuilegium monialium in caſu huius c. expedit, ꝙ poſſidentes habeant proprietatem iuris decimarum. Inn. videtur dicere, ꝙ ſic, dicẽs, ꝙ ſi ſolam poſſeſſionem habuiſſent, valeret priuilegium, ſed de proprietate ideo non ſit mentio in textu quia de ipſa certum erat, ꝙ erat penes aliquem, ſiue per priuilegiũ, vel per præſcriptionem, vel ad minus omnib. deficientibus per ius commune. Refert tamen Inn. alios dicere, ꝙ ſola poſſeſſio ſine proprietate dum tamen ſit bonæ fidei, impedit vires priuilegij. ar. de conceſſ. præb. cum noſtris, Sed ſi foret malæfidei, ſecus. quod eſt verius, & probatur in d. c. 2. de dec. lib. 6. ꝙ autem poſſeſſio iniuſta non ſufficiat, probatur ex eo ſecundum Inno. quia præſumendum eſt, ꝙ facilius conceſſiſſet decimas ab aliis male detentas, quam a nullo detentas. arg. de feudis. c. 2. quod nota. Et pro hoc quia iniuſta poſſeſſio non debet parare commodum maxime, ſi eſt violenta. de teſt. ſpo. grauis. & probatur hoc in d. c. 2. de decimis. c. 2. li. 6. cum ibi notatis in gl. 5. Per hoc infert Inn. quod priuilegium monialium locum habet, etiam ſi decimæ debebantur alii de iure, dummodo illi non eſſent in poſſeſſione. vnde ſecundum Inn. etiam præſuppoſito, ꝙ moniales male detinerent ante impetratum priuilegium, vt quia erant aliis debitæ, licet verum ſit, quod monachi ad fructus decimarum pro tempore præcedente, priuilegium habeant actionem, tamen ſi agunt, & eis ſoluuntur decimæ, per talem ſolutionem non acquirunt monachi poſſeſſionem, quia nuſquam per id, quod ſequitur & ſoluitur ex condemnatione acquiritur poſſeſſio alicuius rei vel iuris, niſi alio mõ fiat in poſſeſſionem inductio. quod nota. dicit Hoſtien. quod vellet ſuper hoc videre ius. cum enim poſſeſſio ſit facti. ff. de acqu. poſſeſſ. l. 1. in prin. acquiritur etiam per violentam apprehenſionem, adeo quod etiam prædoni competit reſtitutio, ſi ſpolietur. de reſt. ſpolia. in literis. per hoc infert ſe non videre rationẽ, quare is, cui ex vi ſententiæ aliquid traditur, non acquirat poſſeſſionem illius. & contrarium dicit expreſſum. ff. de acqu. poſſ. l. iuſte. & de re iud. cum aliquibus. dicit Innoc. verius dicere: quia non negat Inno. quin monachi acquirant poſſeſſionem decimarum, quæ ſoluuntur, ſed ſolum dicit, quod per hoc non acquirunt poſſeſſionem iuris decimandi. quod eſt verum habito reſpectu, vt ſi monachi per hoc vellent dicere ſe repoſitos in poſſeſſionem iuris decimandi. nam ſolum conſecuti ſunt ſolutionem pro tempore præterito, vnde nihil infertur ad tẽpus præſens. & p hoc etiam nihil infertur cõtra priuilegiũ monialium, vt dici poſſit has decimas non comprehendi in priuilegio: ſufficit enim quod tẽpore impetrationis monachi non poſſidebant. & dicit Inn. non mirandum, ſi per priuilegium facilius tollitur ius, cuius poſſeſſio non habetur, quam ipſa poſſeſſio, quod not. Et patet ex prædictis, quia ſicut nunc dixi, priuilegium monialium prodeſt eis etiam quo ad decimas, in quibus monachi tempore impetrationis habebant ius dummodo eas non poſſiderent. Sed quo ad poſſeſſas per eos non, vt hic in textu.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatus plene non dicitur quis ex ſola receptione ad confraternitatem.*
2 *Tranſlati non plene, an poſſint ab epiſcopo excommunicari.*
3 *Mercenary religioſorum, an poſſint per epiſcopum excommunicari.*

QVidam. Confratres priuilegiatorum, niſi ſe ad eos in totum trãſtulerint, ad epiſcopalia iura tenentur. Communis diuiſio. ſecunda ibi, verum. No. quod ſola receptio ad † confra-
1 ternitatem non ſufficit, vt quis dicatur plene tranſlatus. inducit gl. prima ſimile in milite, qui non dicitur de numero militum, priuſquam ſit inter eos. in quo dic, quod etiam non gaudet priuilegio, priuſquam ſit in matricula deſcriptus. C. de offic. magiſt. militum. l. 3. & ibi gl. quam nota ſingulariter. & per hoc idem dici poteſt de ſcholaribus non deſcriptis in matricula. Opp. 1. ad hoc, quod imo miles gaudeat priuilegio militum, antequam ſit intra numerum receptus. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtamento militis. l. 1. in fi. gl. prima format, & non ſoluit. ſed glo. in illa l. vna. ſoluit dupliciter. primo, quod l. ex eo. ff. de militari teſtamento. allegata in glo. quæ probat id, quod dixi, notando loquitur de priuilegio ſolemnitatis, quod habet miles in teſtando, quod non habet, ſi nondum eſt receptus intra numerum. ſed lex vnica de teſtamento militari loquitur de aliis priuilegiis, quę ſolutio non bene conſonat illi legi vnicæ, quę fundatur ex hoc, vt etiam interim cenſeatur miles, & ſic gaudeat priuilegio militari. pro hoc, quod no. de conceſſ. pręben. quia diuerſitatem. in gl. pe. Soluitur ſecundo hoc contrarium in d. l. vnica. quod in l. ex eo, non iurauerat miles. & ſic vult, quod in lege vnica iurauerat, quæ ſolutio diuinat, quatenus intelligatur, quod iurauerat ei, qui poterat recipere intra numerum, ad quem accedebat. Sed poteſt alio modo intelligi, quod non diuinauit, quod l. ex eo. loquitur de non milite, qui erat aſcribendus in numero militum. Sed lex vnica loquitur de milite, qui transferebatur de vno numero ad alium numerum, & ſic iurauerat in primo, & iſte dum tranſit ad numerum, gaudet priuilegio. Opp. ſecundò, quod imo gaudeãt iſti confratres priuilegio confratrum, etiam ſi non ſint plene trãſlati, dum tamen dederint bona ſua monaſterio. ſup. c. vt priuilegia. in ver. hoc autem. Sol. hic debet ſuppleri, quod iſti morã faciebant in domibus ſuis, & nec habitum mutauerãt, nec bona monaſterio contulerant, & ſic concordabit cum c. vt priuilegia. Sed hæc ſolutio multum reſtringit iſtum textum. ideo ſolue melius ſecundum Inn. ꝙ ibi ſolum dicitur, quod confratres, qui manentes in ſeculo mutauerunt habitũ vel dederunt bona ſua monaſterio, gaudent priuilegiis, de quib. ibi, ſed non per hoc ſequitur, ꝙ ſint exempti a iuribus epiſcopalibus, a quibus non eximuntur, niſi omnino tranſeant, vt hic, quod no. & per hoc deciduntur aliquę quæſtiones. Quæro, an epiſcopus
2 † poterit tales, qui ex toto non tranſiuerunt, excommunicare. dic, quod hoc non conceditur eis in priuilegio, vt priuilegia, ꝙ excommunicare non poſſint. Quęro, an poterunt audire diuina apud religioſos, quorum ſunt confratres. dicit Vin. ꝙ non, ſed audient apud parochias ſuas, quia non deſinunt eſſe de parochia, ad hoc 17. quæſt. 1. qui bona. de parochiis. c. 2. Quęro,
3 nunquid † mercenarii, qui cuſtodiunt armenta religioſorum, vel ad alia ſeruitia ſe deputant pro annuo ſtipẽdio, poſſint per epiſcopum excommunicari. dicit Vin. quod ſic. quod patet ex prędictis, & ex textu: quia non deſinunt eſſe ſubditi epiſcopi. Quæro, an tenentur ſoluere decimas, ſi religioſi illi ſunt priuilegiati ſuper decimis non ſoluendis, dicit Vinc. quod ſic, niſi aliud contineatur in priuilegio religioſorum, cuius tenor debet attendi. ſup. cap. porro.

SVMMARIVM.

1 *Nouale quid eſſe, quomodo probetur.*

COnſultationi. Quo ad priuilegium retentionis decimarum, ſemel nouale ſemper eſt nouale. primò dictũ. ſecundo ratio. ibi cum alias. i. ſi in futurum, & perpetuo
1 non † cenſeretur iure noualis. Nota ſummarium, & eſt ſimile, quia fundus dotalis etiam ſoluto matrimonio, remanet dotalis. ff. de fundo dotali l. etiam dirupto. Nota id, quod notat gl. 2. Et in ea ibi, non vtuntur. vel abutuntur ſup. c. tuarum. idem in aliis caſibus notatis de decimis, ſuggeſtum. in gl. 1. Quæro, quæ fuit ratio dubitandi. Sol. vt in glo. vlt. quæ etiam ponit rationem decidendi. & in hoc eſt eius mens, ꝙ ſi terra, quæ fuit ſemel nouale, deſineret poſt aliquod tempus puta annum eſſe nouale, ꝓtingere poſſet detrimentũ his, qui reduxiſſent ad culturã ꝓpter expenſas, quas in hoc feciſſent, puta, qa expẽderunt forte mille & in quinquaginta annis recipient forte quingenta, & ſic etiam ſi nouale finiretur poſt quinquaginta annos, remanerent iæſi. Sed hæc ratio non videtur procedere, quia per hoc non recipiunt detrimentum ratione indulgentiæ. nec eſt verum dicere, quod indulgentia in aliquo noceat. dato enim, quod poſt quinquaginta annos inciperent ſoluere decimas, apud eos tamen remanent nouem partes fructuum, qui cedunt loco expenſarum factarum pro reductione. propterea Io. An. intelligit de expenſis factis pro indulgẽtia obtinenda, pro qua expenduntur forte centum, & in quinquaginta annis decima valuit, pone quinquaginta, & ſic plus detrimenti, quam vtilitatis affert. Sed primum exemplum potius puto de mẽte, licet & ſm tolerari poſſit. & defendẽdo primum dico, ꝙ ſenſus eſt, quia ſi non putaſſent ſe habituros decimam perpetuo, non poſuiſſent tot ſumptus ad reducendũ terram illam, & põt contingere, ꝙ terra reducta, ſi dẽt ſolui decima, nõ valet plus, ꝗ con-

Digitized by Google

ſtiterint expenſæ reductionis ad culturam, ſed potius minus, & ſic indulgentia, per quam moti fuerunt ad reducendum, eſt potius detrimenti, quam commodi. Opp. quia ex quo tranſiuit multum tempus a tempore reductionis, non poteſt dici nouale: quia nouale eſt ager nunc primum præciſus. i. primo reductus ad culturam. inf. de verb. ſign. quid per nouale. Solu. cōtrarium eſt verum, ꝙ nō eſt vere nouale, ſed eſt nouale, quo ad priuilegium immunitatis de nō ſoluendis decimis. & hoc ſolum probatur hic. Quæro, qūo probabitur de nouali, quod non extet memoria, quod ager fuerit aliquando cultus. dicit Vinc. quod per illos, qui dicent, quod non viderunt, vel audiuerunt, & quod eſt communis opinio, quod nō fuerit aliquando cultus, & ſi apparerent aliqui, qui dicerent ſe audiuiſſe ab vno, habebuntur loco vnius. ff. de conditionib. & demonſt. l. cui fundus. de teſti. licet ex quadam. & in hoc non aperit Vin. an illi plures audiuerint ab vno, quod fuerit aliquando cultus, an audiuerint, quod nunquam fuerit cultus, & nō eſt vis, quomodo intelligatur quo ad effectum deciſionis præmiſſæ. Quid ſi apparent indicia, quod fuerit cultus, vt ædificia antiqua, vel quia locus eſt vicinus antiquo caſtro depopulato. videtur præſumendum, quod fuerit cultus: quia per ædificia hoc probatur. C. de adminiſtratione tutorum. l. lex quæ. §. nec enim. C. de alimentis præſtandis. l. 3. 12. q. 2. quatuor. in fi. & c. aurum. Sed dic, quod ſufficit, vt cenſeatur nouale, quod non ſit memoria, quod fuerit cultus. & quomodo probetur non extare memoriam, dixi in quæſtione præcedenti. & plenius dicitur in d. c. quid per nouale. De prædictis in Spec. de probat. §. 1. vbi ponit aliqua alia circa hoc, quæ hic poſuit Vincē. de his etiam tangitur de verbor. ſign. c. primo.

De purgatione canonica. Rubrica.

Quia propter delicta, de quibus viſum fuit in hoc libro maxime in titulo de exceſſibus prælatorum proxime. ſup. ri. 3. ſæpe peruenitur ad purgationem. ideo ſubijcitur hæc rubrica, de materia. 2. q. 5. 15. q. 5. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus alias fide dignus per iuramentum ſe purgat.*
2 *Nobilitas nihil prodeſt ad immutandam formam purgationis.*

1 NObilis. Infamatus † alias fide dignus per iuramētum ſe purgat, alias non: Ponit thema, & ſolutionem ſub duplici membro. ſecunda ibi, ſi autem. Anceps. i. præcipitans. Gl. vlt. ibi, propter monachatū. quod no. quod monachus deſinit eſſe nobi-
a lis.[a] De quo no. in cap. ea quæ, de ſta. regula. Op. primo in eo, quod in principio dicit nobilis, vel ingenuus.
2 nobilitas † enim nihil prodeſt ad immutandam formam purgationis. nam etiam pauper poteſt eſſe fidelis. Sol. expone vel,
b pro ideſt.[b] licet gl. exponat proprie & intellige, quod loquitur de ingenuo. i. fidedigno, vt vocet ingenuū, vel nobilem, ideſt non ſuſpectum de infidelitate. i. quod non præſumatur faciliter deierare. & pro hoc gl. vlt. bene infert, quod propter crimē perditur dignitas. ſ. vt quis non præſumatur verax. & ſecūdum hunc intellectum ſummaui. Alius intellectus ponitur ſecundum Inn. quod hoc c. loquitur de purgatione vulgari. pro hoc quia olim erat in titulo de purga. vulgari. in prima compilatione, & ſecundum hoc eſt ſenſus, quod nobilis. i. de crimine non ſuſpectus purgat ſe per ſuum iuramentum, ſed criminoſus habetur pro non ingenuo vt. ſ. purget ſe vulgariter. hic intellectus hodie non procedit, cum ſit hæc decre. in hoc titulo. tene ergo primum, & dic vt ſupra. quod ſe purgat criminoſus tanquam non ingenuus: quia ſcilicet comparatur ſeruo, qui ſubijcitur tormentis, 5. q. 5. illi qui.

ADDITIONES.

a Nobilis. Adde Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. & diffuſe per Corſetum de Sicilia in repe. c. grandi. de ſup. neg. prælato. li. 6.

b Pro, ideſt. Adde glo. ſecundam, in l. ſi mater. ff. de impen. Cardi. in ca. paſtoralis. in prima colum. de iudi. idem Card. in cap. tertio loco, in primo nota. de probationi. Card. in cap. quanto in 5. quæſt. de off. or. Card. in cap. cum in tua. in prin. de ſpon.

SVMMARIVM

1 *Emendatio in futurum an tollat infamiam præteritam.*

SI quis. Suſpectus, qui tertio monitus ſe nō corrigit, cum poſſit, ab officio ſuſpēditur. donec ſe purget. hoc dicit. primò thema, & quomodo. ſecundò ſolutio ibi, admoneatur. permiſerit. agendo. ſ. illa. propter quæ mala ſuſpicio naſci poteſt ſecundum Inn. Populus. poteſt exponi, ideſt teſtes ſinodales quantum ad verbum, iuramento, i. qua Chriſto tenetur. vel proprie quantum ad verbum, banna, & eſt vulgare in foro Iulij. gl. exponit ſub pœna fidei. i. qua Chriſto tenetur. ſic poteſt intelligi. 15. q. 4. placita. vel. i. excōmunicationi, qua priuatur Chriſtianorum commercio, ſed populus nō excommunicatur. de ſen. exc. Romana. §. in vniuerſitatem. li. 6. Emendauerit, non vitauerit ea, vnde fama ſurrexit ſecūdum Inn. pro hoc intellectu, quod no. 2. q. 5. presbyt. ſi. in gl. vlt. publica. i. in publico. ſatisfactionem, ideſt purgationem. 2. q. 5. ſuper ea. & ſic facit ad titulum. Item no. ex c. ibi, accuſatores. quod ad purgationem proceditur tunc demū, quando non ſubeſt accuſator, ꝙ no. Opp.
1 ſecundò ad tex. ꝙ emendatio non ſufficiat. nam per † emendationem in futurum non tollitur infamia præterita. So. aliquando infamia ſurgit de actu commiſſo, vt ꝙ quis fuerit adulter, & procedit contrarium. Aliquando ſurgit de ſuſpitione ſola ex aliquibus coniecturis, vt ſi presbyter tenebat mulierem in domibus eccleſiæ, non tamen ſecum, & ex hoc ſurrexit infamia, poteſt vitari expellendo illam.

MOniales. Inſeruire. ad hoc euitandum emanauit c. vnicum. de ſta. regula. lib. 6. Accuſentur, ideſt manifeſtentur. non valuerunt. ſi enim detegerentur, non eſſet locus purgationi. erga regulam. i. ſecundum tenorem regulæ, ſecundum gl. vel dic erga. i. iuxta regulam purgationis, quæ habet, quod ſecundum qualitatem ſuſpitionis indicitur purgatio, & taxatur numerus purgatorum. de hære. ad abolendā. §. ſi vero. 2. q. 5. omnib.
a Et nota de dictione, erga,[a] quæ ſtat. pro iuxta ſeu pro, ſecundum. Aliquando pro verſus vt erga te, & verſus te.

ADDITIO.

a Erga. Adde l. veluti. ff. de iuſti. & iure.

SI quis. De gradu, ideſt in gradu prodiderit dic, vt gl. timore probationis, ex qua no. infamatum poſſe poni ad torturam ſecundum Hoſt. ad hoc de accu. ſi confiterit. dic tamen, quod ſufficit etiam ſi extra iudicium gloriando dixit. ſup. de exceſ. præla. quam ſit graue. ſecundum Inn. pulſatus, ideſt infamatus. In glo prima, in fi. de hoc de offi. deleg. c. t. & 2. quæſt. 1. notum. In gl. fi. & ibi primo. vbi de hoc. de præſump. quanto. & quod not. de præſump. literas. in glo. vltim. vbi etiam de violenta præſumptione. in glo. pen. & dic plene, vt ibi notaui in diſtinctione.

SVMMARIVM.

1 *Plures eundem accuſare poſſunt.*
2 *Epiſcopus ſe purgans per iuramentum debet tangere ſacra.*
3 *Epiſcopatus eſt ordo.*

QVoties. Infamatus, contra quem crimē probari non poteſt, ſe purgare debet iurando de veritate, ſed compurgatores de credulitate iurant. Primò narrat factum. ſecundò purgationem indicit ibi, communi. tertiò ponit formam purgationis ibi, porro. Scriptum. in libro accuſationum. tertio die, arbitrarius fuit numerus, alias debuiſſet eſſe 12. inf. eo. inter, vbi de
1 hoc. No. ꝙ plures † poſſunt accuſare eundem.[a] ꝙ dic, vt in gl. i.
a Not. quod debet porrigi libellus accuſatorius, & in ſcriptis, & qn̄ ſcriptura ſit de ſubſtantia libelli, dixi in c. 1. de libel. obl. no.
a in cle. ſæpe. de verb. ſig. No. ꝙ epūs † ſe purgans per iuramētum
b debet tangere ſacra[b] ibi, ſuper ſancta Dei euangelia. ad hoc gl.
3 in cle. 1. §. porro. & eſt gl. 2. de hæreti. Not. ēt, ꝙ epiſcopatus † eſt ordo,

ADDITIONES.

a Eundem. Adde gl. in verbo, duo in c. cupientes. de electio. lib. 6. Inn. in c. olim, de accu. Arch. in c. epiphanium. 5. q. 6. & Spe. tit. de accu. in §. 1. ver. quid ſi vulneraſti. & quid contra. an vnus poſſit plures accuſare. vide glo. in verbo quæſitum in c. prohibentur 2. quæſt. 1. glo. in verbo libellis. in c. Maximianus. 81 diſt. & Bar. in l. nihil intereſt. in prin. ff. de adult. Bar. & Bald. in l. qui rationibus. C. qui acc. poſſ.

b Sacra. Adde glo. in c. vt circa. de elect. lib. 6. quæ vult, quod vbi diſpoſitio aliqua, vel ſolemnitas actus exigit iuramentum cum tactura, non eſt illi ſatisfactum, ſi fuit præſtitum iuramentum ſine tactura, & ad materiam vide gl. ſumma. 22. q. 1.

Digitized by Google

a ordo,[a] quod colligit gl.2.& de hoc in proœmio ſexti.in prin.&
32.diſt.c.1. No.ex gl.quod mihi non licet per me,nec per aliũ.
regula qui facit li.6.Opp.primo,ꝙ debuerit abſolui epiſcopus,
ex quo accuſatores non probauerant. Sol. propter infamiam,
quæ ſurrexerat,indicitur purgatio,quamuis accuſatio reijcia-
tur.ſup.de accuſa.veniens. Opp.ſecundo,ꝙ epiſcopus non de-
beat tãgere ſacra,cum iurat.de iura.calũm.c.fi. Sol.poteſt dici,
ꝙ tangit,quia hic ſe purgabat de ſymonia,quę eſt quædã hęre
ſis,& cum ſe purgat de hæreſi,tangit.pro hoc.1.q.7.quoties vel
melius dic,ꝙ priuilegiatus eſt epiſcopus,quando iuraret,vt te-
ſtis,vel de calumnia,alias nunquam.de elect.vt circa.in gl.per
hoc in additione li.6.vel hoc operatur expreſſum mandatum
papæ,tene tamen pręcedentem.

A D D I T I O.

a Ordo. Adde gl.in verbo epiſcopus.in proœm.6.gl.in verbo ſui ordinis in cap.
quis periculoſum.de ſen.ex.li.6.Ant.de But.in c.cum contingat in 1.col.de
æta.& quali.Car.in cle.in pleriſque in 11.q.de electio.Domi.in c cleros.31.
diſt.Abb.in cap.ſi quis pro certo in 1.not.de ſymo.Abb.in c.ex literis in
vlt.no.de exceſſ.prælato.

S V M M A R I V M.

1 *Purgatio an habeat locum in caſu matrimoniali.*

NOs inter. Epiſcopus parochianũ ſuum cō-
pellit ad purgandum,niſi ab eo ap
pellauerit.communis diuiſio.ſecunda ibi,conſul-
tationi. Opp.primo,ꝙ epiſcopus non poſſit coge-
re parochianum,vt ſe purget,dummodo ſit laicus.ſup.de iu-
di.nouit.Sol.vt in gl.1.ꝙ hoc intelligitur,quando eſt infama-
tus de crimine punibili per eccleſiam.quod tenet Inn.de non
priuilegiatio per eccleſiam:nam non poſſet eccleſia indicere
purgationem.probat Inn.quia purgatio indicitur in defectũ
probationum,ſed non deficiunt,cum eccleſia non poſſit reci-
pere propter priuilegium.probatur hic & ſup.eo.c.2.ſup.de te-
ſti.tam literis.ſed Arch.de conſue.c.4.li.6 dicit epiſcopum poſ
ſe corrigere de quolibet crimine.ꝙ non eſt verum,niſi in foro
pœnitentiali,vel quando contra conſcientiam expreſſe facit
criminoſus.ſup.de iud.nouit.& quod ibi no.tene primũ.Opp.
ſecundo,ꝙ appellatio non proſit:quia a correctione nõ appel
latur.ſup.de app.quia nos.So.vt in gl.fi.quia hic excedatur mo
dus.Pone exemplum,vt quia volebat epiſcopus recipere igno
tos,vel inimicos,vel viles,vel abiectos.vel volebat recipere no-
tos.vel nimis inquirebat de qualitate compurgatorum.inf.c.
1 conſtitutus. Quæro tertiò,an in cauſa matrimoniali † habet
a locum purgatio.[a] dicit Vin.ꝙ ſi agitur ad diſſolutionem vin-
culi,non,cum tunc non ſtetur confeſſioni coniugum.ſup.de
eo qui cog.conſan.ſuper eo.Si vero ad ſeparationem thori,ſic.
ad hoc 2.q.5.§.hoc autem.& deficiens habebitur pro adultero.
Quæro ſecundo,ſi in terminis c.parochianus deficit in purga-
tione,qualiter punietur.dic,ꝙ ſicut clericus punitur,vt conui-
ctus.ſup.de acc.accedens.ita & iſte.Si autem nollet ſe purga-
re,tunc ſicut clericus ſuſpenditur ab officio,donec ſe purget.
ſup.eo.c.2.ita iſte ſuſpendetur ab auditione minorum.

A D D I T I O.

a Purgatio.Adde c.multorum.iuncto.c.ab iſto die.el 2.35.q.6.

S V M M A R I V M.

1 *Deficiens in purgatione punitur,ac ſi probatum eſſet crimen.*

CVm P. Compurgatores debent eſſe honeſti,
& habere notum eum,quem purgãt,
nec debent a iudice impediri,& deficiens in purga
tione punitur vt conuictus.primò deciſum thema.
ſecundo determinatio ibi,purgatores. Illa in quatuor.primò
dicit,quales debent eſſe purgatores.ſecundò quid iuris,ſi pur-
gandus deficit in purgatione.ibi deficiente.tertiò inſtruit iudi
cem circa compurgatores ibi,præcauens,quartò mandat pur-
1 gatores non impediri ibi,nec eos.Nota,ꝙ † deficiens in purga
tione punitur,ac ſi probatum eſſet crimen,vt in ca.accedens.
ſup.de accuſ.vbi dixi.Oppo.ꝙ deficiens in purgatione non de-
beat priuari officio,& beneficio,ſed ſuſpendi.ſup.eo.c.2.inf.c.
inter.Solu.illud de deficiente:quia non vult.hæc quia non po-
tuit ſe purgare.

S V M M A R I V M.

1 *Compurgatores iurant de credulitate.*

EXtuarum. Abſolutio ad vulgarem purga-
tionem facta,non tenet;ideo ea
non obſtante indicitur canonica purgatio,& ad-
mittitur accuſatio. Cõis diuiſio.ſecunda ibi,quia
vero. Abſoluiſſe,hæc abſolutio non tenuit,quia continebat er-
rorem expreſſum.ſ.quia ſe purgauerat vulgariter,quę purga-
tio eſt inhibita ſm Inn. Quinta,numerus ergo compurgatorũ
eſt arbitrarius.2.q.5.omnib.Not.ſententiam ferendam pro ſe
purgante,vt pronuncietur boni teſtimonij. Quæro,vt quærit
1 gl.vlti.an † poſt purgationem admittatur accuſatio.gl.recitat
opiniones.ſed ext.gl.tenuit Hugutio,ꝙ poſſet accuſari,quia ẽt
ſi probaſſet ſe innocentem,poſſet accuſari. hæc opinio proce-
deret,ſi pro purgato nõ fuerit lata abſolutoria,de qua in text.
ad hoc inf.c.cum in iuuẽtute.ſi.n.fuit lata,præiudicat omnib.
& hoc verum.& tenuit Brixi.in veneria lib.71.de quo not.2.q.
5.mennã.& in Spe.de abolitionib.in fi.vel dic,aliqñ terminus
fuit præfixus ad accuſandũ,& poſt terminum nullus auditur.
ſup.de clan.deſpon.c.fi.qui ma.acc.poſſ.c.fin.& intellige,vt ibi
notaui.Aliqñ terminus non fuit præfixus,& tunc interdũ pur
gatio fuit indicta per præuaricationem,& auditur accuſator,
vt in gl.ſed hoc allegans debet probare.l.quoties.§.qui dolum.
ff.de dolo.de renuncia.c.2.lib.6.Aliqñ fuit iniuncta bona fide,
& tunc aliqñ poſt eam pręſtitam non fuit abſolutus,& adhuc
poteſt accuſari,quia nihil reſiſtit.nã & ſi probaſſet ſe innocen
tem,ante abſolutionem accuſari poteſt,vt ſup.dixi.Aut fuit ſe
cuta abſolutio in forma textus,& tunc nõ auditur accuſator,
vt in gl. An autem purgatus debeat prononciari immunis ab
omni infamia.notat Arch.2.q.5.omnibus.& dico ꝙ nõ:quia
ſolum ab illa,de qua fuit cognitum,debet abſolui.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatio an admittatur poſt purgationem.*

COnſtitutus. Sufficit,ꝙ compurgator ſit
ab eccleſia toleratus & bonę
famæ,nec de crimine cõdẽnatus.primo facti nar-
ratio,& reprehenſio.ſecundò prouiſio ibi ſane no
1 mina.i.nominatione,& fama.No.ꝙ † compurgatores non iu
rant de veritate,ſed de credulitate.ibi ſm conſcientiã.ꝙ eſt,qa
in facto alieno,alias teſtis debet dicere de veritate percepta ꝑ
aliquem ſenſum.3.q 9.teſtes.& §.de his.ſup.de teſti.cum cau-
ſam.in gl.2.ibi arg.contra.So.ꝙ primum eſt regulare,vt ſemel
approbatus,iterum nõ examinetur,ſed aliquando fallit,vt in
caſu c.ſcriptum ſup.de ele.& c.cum vintonien.& dic,vt ibi no
tauit gl.& c.in cauſis.Quęro,quid ſi repulſus fuit a teſtimonio
compurgator alias crimine probato per exceptionem,an re-
pelletur a purgando.notat Arch.2.q.5.omnibus.pro hoc gl.fi.
hic,quæ dicit eũ repelli,ſi grauata eſt eius opinio,ad hoc quod
not.ſoſ.c.proximo.in gl.2.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ex officio indicit purgationem.*
2 *Mucro eccleſiæ intelligitur depoſitio.*
3 *Hæreticus pœnitens debet detrudi in monaſterium.*

INter ſolicitudines. Propter magni-
tudinẽ criminis
ẽt a beneficio ſuſpẽditur infamatus,hoc primo.&
augetur numerus cõpurgatorum,hoc ſcdo.qui de-
bẽt eſſe probati,fideles,& noti,hoc tertio. Ex cã interdum poſt
purgationẽ præſtitã ſuſpenditur quis ad tps,hoc quarto. Defi-
ciẽs in purgatione punitur,vt cõuictus.h.d.ſecunda ibi,atten-
dentes,tertia ibi,n.i tñ.quarta ibi,in purgatione.quinta ibi,ꝙ
ſi forſan.vulpeculas.i.hæreticos ad modũ vulpiũ latẽtes,& la-
tebras qrẽtes,& voloſos,& eſt ſimile in pri.40.di.quãto.tales,
infamatos de crimine.ſup.c.cum P.Improbare veritatem.hoc
facto remiſit archieps decanum ad papã cũ proceſſu,cõſulens
quid iuris.qui rñdit vt ſequitur.mucrone.i.depoſitione.No.in
principio,ꝙ qñ deducitur aliqd in iudiciũ,eo ipſo,ꝙ iudex non
improbat,intelligitur approbare.ibi,nolumus improbare.hoc
notat hic Inn.pro hoc de pbẽ.cũ iam dudum.vnde ſupplendũ
eſt ibi,nec illud improbamus,imo approbamus.vel his verbis
vtitur,quia nõ fuerat ſeruata forma,de qua in glo.1.pendebat
ergo in voluntate papæ,an approbaret,vel nõ.Item nota,ꝙ ex
ſola ſuſpitione indr̃ purgatio ibi,vehementem ſuſpitionem.ꝙ
tenet Inn.ẽt ſi ſoli iudici ſit quis ſuſpectus.ad hoc 2.q.5.omnib.
vbi de hoc per Arch.ſup.de off.ord.ex par.vbi ẽt not.No.ꝙ ex
proceſſu,& atteſtationib.poteſt ſurgere infamia ꝯ aliquem ibi
1 ex teſtium dictis.No.quod iudex † ex officio indicit purgatio-
nem ibi,fama deferente.Nota vlterius formam purgationis,
& qualitatem purgatorum,qui debent eſſe catholici,& vita

Digitized by Google

probari,quod præſumitur,niſi contrarium doceatur. ſup.cap.
prox. vel ſecundum Inn. ſpeciale in crimine hæreſis,vt tales re
quirantur de quibus conſtat, & de hoc inquirit. Nota circa fi-
2 nem,quod mucro † eccleſiæ intelligitur depoſitio, alibi,excō-
3 municatio. Nota pœnam hæretici pœnitentis,† vt detrudatur
in monaſterium. In gl. prima ibi,contra illum facem,etiam ſi
vellet ſe purgare,vt nota. 2.quæſt. 5. habet homo proprium.in
gl. 1.& in Spec. de inquiſitione §.nunc tractemus. ver.ſed quid
ſi reus. In glo.qui cum ibi,in quibus,quǫ nota. 1 1.q. 3.cum ali-
quis. Opp.primo ad textum.papa hic in ver.attendentes. dicit
ortam ſuſpitionem ex dictis teſtium,& ſic indirecte. Ad quod
oppono de c.cum dilectus de ord. cog. vbi non infamatur te-
ſtis,qui repellitur propter exceptionem criminis. Sol. vt in gl.
2.in fi. quod tamen ſigillatur.i. minuitur opinio,quę repellit.
vel ſecundum Inno. aliud eſt,cum probatur crimen per exce-
ptionem contra accuſatorem,aliud cum contra teſtem. ratio
diuerſitatis, quia accuſato traduntur capitula, vt ſe defendat,
quod non fit teſti ad hoc quod nota.in cap. peruenit.ſup.de fi-
deiuſſ. & de accu. ſuper his.quod not.vel quantum ad tex. dic,
quod directe fuit actum contra iſtum per archiepiſcopum Se-
nonenſem ex officio.ibi,ex officio tuo.Opp.ſecundo,quod nu
merus non debuerit eſſe tantus.ſ. 14. ſed ſufficeret minor. inf.
eo.cum in iuuentute. gl. ſoluit ponens verſus,& eam nota, &
ſimiles verſus.ſup.de ſymo.inſinuatum. Opp.in verſi.manda-
mus, mandat papa, quod compurgatores habeant notam vi-
tam purgandi. poſſibile eſt enim contingere, quod indicitur
purgatio alicui forenſi,qui non habet notos, & ſic obligabitur
ad impoſſibile. Soluit Hoſtien.quod arbitrio iudicis ſubuenie
tur,vt ſufficiat minor notitia.ſ. moderna, etiam non antiqua.
ad hoc quod no.inf.eo. cum in iuuentute.ſup.de accu. cum P.
in gl. vltim.inf.c.accedens.in ver.in pœnam. Opp.quarto in eo
quod poſt purgationem manet ſuſpenſus,& ſic deberet plene
abſolui.ſup.eo.ex tuarum.inf.c.accedens.2.quęſt.5. ſuper.& c.
presbyter.Sol.ſecundum Inn.ſpeciale in hęreſi,& in criminib.
grauibus idem dici poteſt.dicit Hoſtiē. alia autem eſſe ſpecia-
lia in crimine hæreſis,quæ colliguntur ex principio. ca.vel ali-
ter tex. exprimit cauſam, quare remanet ſuſpenſus, quia licet
ceſſet infamia,non tollitur, quin dederit cauſam infamię con
uerſando cum hæreticis, & propter illam familiaritatem im-
ponit ſibi illam pœnam. Opp.quinto,quod non debuerit co-
gi,vt abiuraret familiaritatem hęreticorum ſup. de coha. cler.
clericos. Item de futuris nemo certus,ergo &c. Solu. regulari-
ter non cogitur quis iurare in futuro,ſed in caſibus,vt dicit gl.
pen.& dic,vt in ea. Vel aliter cap.clericos. loquitur in peccato
fornicationis, in quo faciliter quis relabitur. ideo ne incurrat
periurium,non cogitur iurare. 50.diſt. quia tua. quæ ratio hic
ceſſat.cogitur etiam in crimine hæreſis ad alium effectum ab-
iurare: quia ſi amplius conuerſabitur,cenſetur relapſus,& tra
dendus curię ſeculari ſine miſericordia,vt in cap.accuſatus.de
hæreti.lib. 6. Opp.ſexto in eo,quod remanet ſuſpenſus ab offi-
cio,& habet beneficium: quia propter officium datur benefi-
cium de reſcr.c. fin.lib. 6. Solu.ſi ſuſpenſio ab officio eſt perpe
tua,ſuſpenſus dicitur etiam a beneficio,ſecus ſi eſt temporalis.
de hoc in ca.latores. de cleri.excom.mi.in clem. cupientes.in
gl.nota nouam.in fi. Opp. ſeptimo, quod quamuis deficiat in
purgatione,non debeat deponi,cum proceſſum eſſet per viam
inquiſitionis,quæ non tendit ad depoſitionem, ſed ſolum ad
amotionem ab adminiſtratione.ſup.de accuſ.ſuper his.& cap.
qualiter.3.Sol. hic agebatur de crimine hæreſis,quod impedit
executionem officii etiam poſt peractam pęnitentiam, & ſic
eadem pœna imponitur,ſicut ſi per accuſationem.ſup.de acc.
inquiſitionis.quod tameo declara,vt ibi.ibi enim potius vide-
tur dici contrarium ſecundum Inn.quod inquiſitus nō degra
detur. vel ſecundum Goff. hic proceſſum fuit per accuſatio-
nem,ſed hic ſolum tollitur per textum cum dicit,ſi nullus ac-
cuſator apparet,ſed expone,quod nō apparuit a principio, ſed
nunc apparebat:ſed hoc eſt diuinare:vnde tene pręcedentem.
Oppono octauó,quod non debuerit mandari hunc detrudi in
monaſterio, ſed potius tradi curię ſeculari, tanquam hæreti-
cus. ſup.de hæreti. ad abolendam.§. 1.glo.vltim. ſoluit faciens
differentiam inter directe conuictum,& pręſumptiue,vt quia
deficit in purgatione.Sed contra hanc ſolutionem. ſupr.de ac-
cuſat. accedens. tamen eam nota,vel ſecundum Hoſtienſ. dic
quod cap. ad abolendam. loquitur de incorrigibili non relap-
ſo, qui etiam ſi eſſet probatus hæreticus directe, volens pœ-
nitere,admittitur,& detruditur in carcerem. vt dicit glo.in fi-
ne.ſimilis enim eſt detruſio in monaſterio,de qua in textu.

S V M M A R I V M.

1 *Pur[illegible] res debent eſſe vicini.*

Vm dilectus.

Breue eſt. vos.erant forte iudices dati ad recipiendā
1 purgationem alicuius infamati. Nota,quod † pur-
gatores debent eſſe vicini. & per hoc dicit Vinc.ꝙ
debent etiam fuiſſe in loco tempore commiſſi delicti. intelli-
go,ideſt ſurgente ſuſpitione,quod nota.

S V M M A R I V M.

1 *Papa dicitur pater epiſcoporum.*
2 *Purgatio non dicitur ob infamiam ſurgentem ab æmulis.*
3 *Iudex non debet admittere volentem probare id, ad quod non tenetur.*

Vm in iuuentute.

Non ſemper pro-
pter infamiam eſt
indicenda purgatio. hoc dicit.primò narrat factū,
& procuratoris petitionem. ſecundò petitionem
improbat ibi,nos autem. tertiò admittit cum quadam prote-
ſtatione ibi cæterum. zelum.i.ſine felle.ſed imprudentes erāt
ideſt minus cauti. ideo dicit,ſed nō ſecundum conſcientiam,
ad hoc. 15. q. 5. alias prima.§. 1. Nota ibi,iuris neceſſitate.quia
conſtabat famam ortam a beniuolis.per vos.loquitur iudicib.
non compurgatoribus,& qui fuerint iudices,dicitur in c.cum
in iuuentute. ſup. de pręſump. Not. principium, pater filium,
1 quem diligit &c. Ex quo no.ꝙ papa † dicitur pater epiſcoporū.
alibi dicitur frater.ſup.de cri.fal. ꝙ graui.& ita vocat ſe in lite-
ris,ſed hoc eſt habito reſpectu ad affectionem.ſed reſpectu gra
dus eſt frater. Nota,ꝙ ob infamiam ſurgentem ab æmulis non
2 indicitur purgatio,† quod procedit, cū eſt certum,alias in du-
bio indiceretur ſecundum Inn.ſup.c.inter,de ſymo. licet.1 1.q.
3.in cunctis. tamen hic non dicitur, ꝙ ſurrexiſſet infamia.ſed
3 ꝙ aliqui inſtabant ibi,pulſati fuerimus.Not.ꝙ iudex† non de-
bet admittere volentem probare id, ad quod non tenetur, &
quo probato nulla ſurgit vtilitas ibi in verſi.nos autem & c. ad
hoc de off.dele.cum contingat. Not.ꝙ interdum per importu
nitatem principis concedit non concedenda.concor.in gl.pro
hoc.43.diſt.ſit rector.inf.de ſen.exc.ſi aliquando.de reſcr.c.fin.
li.6.de præben.deteſtanda.e.lib. Nota,quod cum deficiunt cō-
purgatores proprii ordinis, admittuntur alii proximioris ordi
nis,ſeu dignitatis.patet quia hic deficientibus epiſcopis,admit
tuntur Abb. No.ꝙ interdum purgatio fit ab aliquo volūtarie,
non præcedente inquiſitione.ſed dicit Inn.ꝙ talis purgatio nō
impedit inquiſitionem faciendam,ſecus ſi inquiſitione pręce
denti indicta fuiſſet,de colluſione,in tāta.ꝙ no.Ego autem di-
co cōtrarium. nam iudex volentem ſe purgare non admittet,
niſi ſeruata forma,quam ponit gl.in c.inter,ſm quam aſſigna-
tur terminus volentib.accuſare.ergo poſtea non audiantur. ſu
pra.qui ma.ac.poſſunt.c.ſi.papa tamen non tenetur hoc obſer
uare,nec ſeruauit hic,& tunc tenetur dictum Inn. No.ꝙ ad ꝓ-
bationem negatiuę debent omnia contenta enumerari,& ex-
cludi. ſic enim papa hic enumerat epiſcopos ſubiectos collo-
cenſi,& ſtrigonienſi.& dicit in Vngaria non eſſe alios. Opp.
primò,ꝙ papa de neceſſitate iuris debet indicere purgationē,
ex quo erat orta ſuſpitio.ſup.eo.c.2.Sol.non habuit papa,quod
ſurgeret ſuſpitio propter maledictionem emulorum. Opp.ſe-
cundo in eo, ꝙ papa repellebat procuratorem volentem pur-
gare epiſcopum.non enim debuit ſupplere de facto.ſup.de po
ſtulatione bonę. 1.Item volenti probare gerendus eſt mos.ſup.
de prob.l.circa.Sol.non eſt ſupplere de facto,ſed de iure repel-
lere petitionem improuidā.ff.de aſſeſſorib.l. 1.ſup.de iudi.exa-
minata.nec debet quis admitti ad probandum ſuperflua. ſup.
de off.dele.cum contingat. ſed ſi ſurgeret aliquod commodū,
ſi vult quis probare ꝙ non tenetur,bene admittitur,vt in gl.&
de hoc in c.ex conqueſtione.de reſt.ſpol. Op.tertio,ꝙ per pro-
curatorem non potuerit fieri purgatio,cum in ea iuretur. ſup.
eo.c.2.& c.quoties,ſed procurator nō iurat ſine mandato ſpe-
ciali.de procura.qui ad agendum li.6.Sol.vt in gl.ſed qualiter.
Vel aliter ſiue procurator haberet mandatum,ſiue non, papa
non cogebatur admittere purgationem, ſed admiſit propter
importunitatem.vel dic,ꝙ procurator generalis hoc poteſt.ſu
pr.de acc. veniens ſecundum Inn. Ego dico,ꝙ procurator ge-
neralis poteſt petere,vt inducatur purgatio, vt hic,ſed non po
teſt eam præſtare niſi haberet ſpeciale mandatum, vt in con-
trario. Opp.quarto,ꝙ non cum Abbatibus,ſed cum epiſcopis
debuerit præſtari purgatio.ſup.eo.quoties. Solu.vt in textu epi
ſcopi haberi non poterant.ſ.vicini,nec non vicini eſſent admit
tendi.ſup.eo.inter.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis ad credulitatem admittitur.*

De

Digitized by Google

DE teſtibus. Compurgator iurat de credulitate. pars huius de teſti. c. de teſtibus. Nota, ꝙ teſtis admittitur † ad credulitatem in verbo, credo. ſimile in c. licet ex quadam. ſ. de teſti. & de ele. vt circa. li. 6. ſed eſt ſpeciale hic in purgatoribus. Quæro, ſi nolunt purgare, an cogerentur. dic, vt in ca. ſuper his. vbi nota de teſti. cogendis. regulariter non coguntur.

SVMMARIVM.

1 *Infamia publica debet eſſe ad hoc, vt indicatur purgatio.*

ACcedens. Infamatus ſuper defectu nataliũ, ſi vult promoueri, debet ſe purgare, primo conqueſtio. ſecundò promiſſio. ibi quocirca. Emulis. inuidis. ſimile de renunciatione lectę, & quod ibi no. alias dicitur emulus in bonum. ad hoc, quod no. 43. diſt. ſ[illegible]imus. Ad ſacros. large ſumitur. ſic. ſ. de fi. presby.
1 cap. 1. & quod ibi not. Not. ꝙ vt indicatur purgatio, † debet eſſe infamia publica. Not. ꝙ qui non facit per ſe aliquid reſiſtente conſcientia, debet prohibere ſi poteſt, ne ab alio fiat. ad hoc, de offi. ordin. ſi ſacerdos. j. de ſentent. excommunicat. quantę. Oppono primò. purgans debent dicere de veritate. ſ. eod. quoties. in §. porro. ſed iſte non poteſt hoc iurare, cum de natiuitate ſua neſciat. & ſic ſubiret anceps periurium. l. videamus. ff. de in litem iuran. gl. 2. nititur ſoluere, & non ſoluit. Dic ſecũdum Innoc. & Hoſtien. ꝙ hoc caſu ſufficit iuramentum de credulitate. Et ad c. quoties. reſponde, ꝙ loquitur in eo, qui ſe purgat de facto proprio. Alij dicunt, ꝙ purgatio in hoc caſu erat cõmiſſa ad alios, in alijs purgans iurat de veritate, compurgatores de credulitate: hic fiet econtra. iurant autem compurgatores dicere de veritate, vt quia viderunt eum naſci quod dicere eſt abſurdum. Sed poſſet dici, ꝙ dicent veritatem eo ipſo, ꝙ probant eum teneri, & tractari pro filio talis, non presbyteri. ad hoc. ſ. de proba. per tuas. Ego teneo precedentem ſolutionẽ propter impoſſibilitatem probationis. dicit autem Hoſt. ꝙ ſi quis fuit reputatus legitimus filius, ſequens fama quod ſit illegitimus, non debet attendi. & ponderemus initium de presbytero non bap. c. fin. Ego contra, quia regula eſt, ꝙ propter infamiam indicitur purgatio. poſſet enim ſurgere ex probabili cõiectura, quæ hucuſque latuiſſet. Opp. ſecundo, ꝙ non debuerit indici purgatio, cum infamia ſurgeret a maliuolis, ſeu emulis. ſ. eo. cum in iuuentute. Sol. hic non dicitur ad dicta emulorũ: imo mandat indici, ſi eſt infamatus, intelligo infamia non ſurgente a maliuolis. Opp. tertiò, quia naſci non eſt in poteſtate noſtra: & ſic non infert crimen, ergo non debet onerari, vt ſe purget. Sol. ſi nihil peteret, non oneraretur: ideo non ſimpliciter cogitur, vt ſe purget, ſed ita demũ, ſi vult promoueri. & ſic propter irregularitatem aliquando quis ſe purgat ſup. de apoſtatis. cap. 3. ad hoc ſ. de teſti. tam literis. de fi. presby. michael.

SVMMARIVM.

1 *Notorium quomodo probetur, quando nullus refragatur.*
2 *Scriptura priuata habetur pro publica contra producentem.*
3 *Contrarietas reprobari debet.*
4 *Purgatio habet locum, cum deficit plena probatio.*
5 *Forma procedendi ad purgationes.*
6 *Inquiri iterato an poſſit ſuper eiſdem criminibus.*

CVm dilectis. Super notorio crimine non eſt indicenda purgatio: & pendente cauſa ſuper criminibus coram delegato papæ, purgatio ſuper eis ab ordinario recepta non tenetur. h. d. primò auditoris dano, ſecũdò actoris petitio ibi, idem procurator. tertiò rei reſponſio ibi, dictus vero. quartò cauſæ diffinitio ibi, is igitur. Conſtantien. epiſcopus. nunc: ſed tunc electus, vt patet in fine. vel iſte fuit alius, vt in fine patet. ꝯſanguinei. propter hoc j. dr̄ inceſtus. vxorem. & propter hoc. j. dicit, adulterium. dicuntur. aſſertiue, quia ita erat: & hoc verbum ponitur propter ſtilum. conſtitiſſet. iuris ordine non ſeruato, vt infra patet. contumacem. prout videbatur iudicibus. Aſſignant, & infra deciditur, ꝙ mortuo epiſcopo Conſtanñẽ. de quo fuit alius ſurrogatus, qui nondum erat cõſecratus, qui iniunxit purgationem presbytero, & ipſe eam præſtitit. Deciditur, & concluſio procuratoris, qui petebat excludi presbyterum a poſſeſſione eccleſiarum, quibus erat priuatus. Lite non conte. hæc non erat bona allegatio. cum enim eſſet facienda conteſtatio coram eis, quibus Papa mandauerat, vt purgationem indicerent, & in ea deficientes punirent, & infra hic deciditur concluſio presbyteri, qui dicebat ſe abſoluendum propter prædicta. tranſcriptum. ſolenniter, vt faceret fidem. ſ. de
offic. deleg. cum in iure. Præſertim, ideſt, maxime viciniæ po-
1 pulis. Nota † modum probandi notorium, quando nullus refragatur. Et infra deciditur, ꝙ mandat Papa presbyterũ priuari eccleſijs, ſi accuſatus conuictus fuerit. Nota, quia idem crimen ſortitur plura nomina, vt vocetur inceſtus, & adulterii, vt hic: quia cum vxore conſanguinei. Item in verſ. is igitur. No
2 ta, ꝙ ſcriptura † priuata habetur pro publica contra producen
* tem. In ver. quia tamen. Not. ꝙ contrarietas * † reprobari ꝑ
3 cor. in gl. Nota, ꝙ notorium eſt, quod inficiari nequit, quando populus viciniæ totus atteſtatur, & ex hoc habes modum ꝓbandi notorium. Et nota ſufficere, ꝙ ſit notorium in vicinia ibi, viciniç. de quo dic. vt de fama dicitur in ca. cum oporteat.
4 de accuſ. Nota, ꝙ purgatio † habet locum, cum deficit plena probatio, & non aliter, de quo in glo. antepen. Nota in fine, ꝙ pendente cauſa coram delegato papæ, ordinarius non cognoſcit. de hoc de app. ſi duobus. de offic. lega. licet, & ca. ſtuduiſti. Opp. primò in eo, ꝙ Conſtantienſis epiſcopus priuauit beneficijs H. deficientem in purgatione, debuit eum deponere. ſ. ca. inter. & cap. cum P. So. vt in gl. 1. Et an deficiens in purgatione puniatur præciſe, vt conuictus. no. ſ. eo. cum in iuuentute, & videtur probari, ꝙ ſic ſ. de accu. accedens. Et ad materiam huiꝰ gl. dic, vt nota. in cap. inſinuatum. de ſymon. Opp. ſecundò in verſi. cunque. ꝙ non debuerit Papa committere inquiſitionẽ ad inſtantiam plebani, vel clericorum, quia nec audiuni, quorum non intereſt. ſup. de elec. cum inter. R. 2. q. 6. non ſolet. So. potuit intereſſe iſtorum ratione correctionis euangelicæ. 2. q. 1. ſi peccauerit, & tunc dic, ꝙ io modum denunciationis impetrauerunt. ſ. de accu. cum oporteat. & capit. cum dilecti, vel dic, quia ſolutio præcedens non videtur procedere, ſecũdum quam non oportuiſſet litem conteſtari coram delegatis, ideo dic, ꝙ directo accuſabat, in qua accuſatione non attenditur intereſſe: quia intereſt reipublicæ quemlibet admitti non criminoſum. Ad hanc ſo. oppone, quia ſecundum hoc papa non mandaſſet delegatis, vt indicerent purgationem. Sol. oportet intelligi, ꝙ hic mandauit, quatenus accuſatio nõ probaretur: ſed ille tantum eſſet infamatus, vel dic breuius, de hoc non inquirit, nec expedit. nam & ſi non fuerunt admittendi, hæc exceptio debuit opponi ante lit. conte. ſ. de accuſa. ſuper his. vbi per Innoc. & notat Innoc. hunc textum in verbo clericorum conſtantienſiũ. ex hoc colligẽs, ꝙ ad petitionem vniuerſitatis committiſ inquiſitio. ſed tex. hoc non probat: quia dicit quorundam clericorum & ſic in particulari: quod verbum forte. Innoc. non habuit in textu. Opp. tertio in eodem, verſi. ꝙ non debuerit Papa mandare indici purgationem. H. cum alias ſe purgaſſet coram conſtantienſi. ſ. de collu. c. fi. de accuſ. de his. Sol. hic deducebatur nouum crimen. ſ. inceſtus, & adulterij. vł ſecundum Innoc. accuſatus aut fuit abſolutus, & amplius nõ accuſatur, vt in contrarijs. Aut cõdemnatus, & accuſari poteſt ſecundum eum: quod eſſet verum, quando ſecundo ageretur ad ampliorem pęnam, vt dixi in cap. in literis. de raptoribus ꝑ l. primam & ſecundam in princ. & §. 1. ff. vi bonorum rapto. cũ ibi notatis. de abſoluto autem diſtingue, vt plene dixi in ca. de his, vel aliter ſecundum Innoc. Conſtantienſis non inquiſierat: ſed audita infamia indixerat ſtatim purgationem, & deficientem priuauerat beneficijs, quod facere non debuit, ſufficiebat enim, ꝙ ſuſpẽderet ab officio, vel beneficio, vel ab vtroque, ſic crimina erant grauia. 2. q. 5. presbyter ſi ſ. eo. inter. primo reſponſo: propterea iteratò imponitur purgatio, quia hic non tenuit. dic tamen de forma procedendi, vt ponit gl. 1. in c. inter. Et de hac purgatione iniuncta per Conſtantienſem non fit aliqua mentio infra in deciſione. Si intelligimus, ꝙ illa, de qua in fine textus, fuerit iniuncta per ſucceſſorem iſtius nondum conſecratum. Oppon. quartò in eodem verſi. cum enim delegati indixerint purgationem, non debuit papa infra mandare amplius indici. Sol. hæc iniunctio non tenuit, vt j. in text. & quando iudex inquirens non ſeruat ordinem iuris, non impeditur alia inquiſitio ſecundum eum, ſicut ſuper accuſatione populari pactum vnius alij non præiudicat. ff. de pactis. l. iuris. §. vlt. ſecundum Innoc. Oppon. quinto circa finem in eo, ꝙ papa reuocauit proceſſum delegatorum. Primo, quia non cõſtiit Papę per ſcripturam authenticam de proceſſu. ſ. de fide inſtrum. cap. 1. & 2. Item non debuit reuocari ſaltem quò ad collationem factam per abbatem non citato eo, cui facta erat colla-

ADDITIO.

* Contrarietas. Adde tex. in l. 1. C. de fur. vbi. ꝙ contrarietas, eſt vitanda, quod intelligendum eſt eſſe verum in actore, non in reo, vt ibidem per Bal. & per Spe. in tit. de accu. §. fi. verſ. quid ſi reus, & in tit. de aduo. §. 1. verſ. Item ſtudeat, & in tit. de actore verſ. Item opponens, & in tit. de inquiſi. §. 6. verſ. nũquid Abb. Paul. de Ca. conſi. 59. & adde dictum notabile, ꝙ contrarietas in inſtrumento illud vitiare dicitur Spec. in tit. de inſtrum. edic. §. 9. verſ. Item, quòd inſtrumentum.

collatio.ad hoc,de maio. & obe.intet. cum ſimilibus. Solu.ad
primum dico, ꝙ ſcriptura priuata habet vim authenticæ ꝯtra
producentem. hoc notanter probat litera ad hoc, quod nota.
in cap.imputan.ſ̄. de fide inſtrum. Ad ſecundum dicit Innoc.
ꝙ erat in iudicio ille, cui facta erat collatio, quia erat ipſe idē
accuſans,ſcilicet O.de quo expreſſe tex. Opp.ſexto in eo,ꝙ Pa
pa improbat delegatos tanquam,qui iniunxerant purgationē
ſuper notorio. poteſt enim iudex procedere ſuper notorio, ac
ſi non ſit notorium recipiendo probationes.ſ̄.de elec.bonę. r.
gloſ.antepenul.ſoluit,quæ etiam notat,in notorio requiri cita
tionem, & ſententiam, quod dic, vt in cap.ad noſtram.3.ſ̄.de
iureiuran.vbi eſt alia gl.Oppono ſeptimo etiam in eo, ꝙ repro
batur proceſſus delegatorum tanquam factus lite non conte.
nam conteſtatio in inquiſitione non eſt neceſſaria.ſ̄.de re ind.
cum I. & A. Solu.bene allegauit hoc.H.ſed non apparet,ꝙ ex
hoc Papa moueatur,vel inquantum motus fuerit,dic, ꝙ con-
trarium procedit in inquiſitione, quæ fit ex officio:ſecus cum
ad inſtantiam denunciantis, vt hic: vel hic accuſabat.O.cleri-
cus,verius eſt primum,quod non allegabat. Oppon.octauò in
verſi.ſi vero,ꝙ non debuerit amplius indici purgatio,cū alias
defeciſſet, & tanquam deficiens fuiſſet damnatus, nec appel-
laſſet.Sol.admittitur de gratia,vel verius,quia proceſſus primi
non tenuerat,vt dicitur in textu.Oppono nonò in eodem ver.
in eo,ꝙ Papa ponderat,an apud bonos,& graues ſit infamat*,
deberet enim ponderaſſe cauſam,& ortum infamiæ,an a vili-
bus,an a fide dignis.ſ̄.de accuſ.qualiter. 2.gloſ.penul.ſoluit cō-
cludens ſufficere,ꝙ ſit infamis apud graues.de hoc nota. in c.
cum oporteat,& nota hanc glo.in fin.quamuis enim a vilibus
ſurgat infamia,ex quo crebreſcit apud graues,eſt locus purga-
tioni. vnde ad cap.qualiter.dico,ꝙ quatenus ponderat, ꝙ non
a vilibus, debet intelligi reſpectu cauſę immediate.i.ꝙ non ſit
inter viles. Et pro materia illius glo.dic,vt nota.per Arch.11.
q.4.in cunctis.Oppon.decimò in fin.ꝙ Papa debuerit pronun
ciare iſtum.H.cecidiſſe a cauſa, qui cauſa pendente coram de-
legato,agit coram ordinario.ſ̄.de reſcrip.ex tenore. Sol.ibi lo-
quitur, qñ qui impetrauit delegatum, agit coram ordinario.
hic autem quando aduerſarius,prius enim, qui impetrauit,vi
detur renunciare delegationi.ad hoc de app. vt debitus.quę ra
tio ceſſat in aduerſario. Sed opp.ad hoc. valet enim proceſſus
coram ordinario,niſi excipiatur de delegatione,cum poſſit or
dinarius ignorare.ſ̄.de app.ſi duobus.Solu.præſupponendum
eſt hic,ꝙ debite fuit exceptum:vel poſſet ex textu ſumi,ꝙ quā-
do proceſſus pēdet multum ab officio iudicis, ſufficit cauſam
pendere coram delegato. Vel tertiò,& ſubtilius iſte H.debuiſ
ſet hoc intimare ordinario, qui bene ſciuit cauſam pendere.
coram delegato, tāquam qui iam citatus erat coram eis. ideo
in eius fauorem non tenet proceſſus d.c.ſi duobus.2.quod ibi
5 nota. per Innoc. † Quæro de forma procedendi ad purgatio-
nem.dicit Innoc. ꝙ cum iudex videt infamiam,ſiue graue ſcā
dalum,vel ſuſpitionem vehementem contra aliquem, poteſt
procedere per inquiſitionem, ſi habet probationes:ſi deficit,
tunc iniungit purgationem,quam ſi pręſtat,pronunciatur bo
ni teſtimonij: & abſoluitur ab infamia.ſ̄.eod.accedens, & ca.
inter,& cap.ex tuas,& cap.cum P.Si defecerit,ſecundum Inn.
non condemnatur de crimine.quod etiam tenet gloſ.vlt.ſ̄.eo.
inter.ſed cap.accedens.ſ̄.de accuſ.multum contradicit, vt de-
beat condemnari,tanquam conuictus,quod eſt communius.
Innoc.vero dicit, ꝙ ſi crimina ſunt grauia,deficiens in purga-
tione deponitur. d.cap. inter,in fin. Si minus grauia, priuatur
6 beneficio.ſ̄.eod.cum P.Quæro,an † ſuper eiſdem criminibus
poſſit iterato inquiri. Innocē. ꝙ non & ſ̄. dixi per cap.fin.ſ̄.de
colluſione. Quid, ſi quis vult accuſare ſuper eis, ſuper quibus
fuit facta accuſatio. dicit Innoc.ꝙ pōt,ſiue ſit ille,qui promo-
uit inquiſitionem, ſiue alius. Ad quod oppon.quia obſtat ex-
ceptio rei iudicatæ. Reſponde,ꝙ non obſtat:quia ad aliud agi-
tur in accuſatione, per quam tenditur ad pœnam corporalē.
Aliud in inquiſitione: vnum ergo non tollit reliquum.ff.de
excep. rei iudi.l.conqueritur, & l.an eadem.§.fin. C.de falſis.l.
damnamus.ſ̄.de cauſa poſ.paſtoralis. Oppo.ad idem de l.ſi qs
ad ſociam pœnam,& l.ſequenti.ff.pro ſocio.de pac.l.reſcriptū
§.ſi pactum.Sol.illę,probant, ꝙ actionibus ciuilibus tendenti-
bus ad idem quis non agit pluries:& ſic non contradicunt.In-
ducit Innoc.exemplum per cap.cum dilecti in fi.ſ̄.de elec.vbi,
qui ſuccubuit in peremptoria,deducens principaliter non au-
ditur,quia ad idem tendit.Sed in dilatorijs eſt ſecus: niſi dedu-
cantur ad eundem effectum: vt quia primò oppoſui contra re
ſcriptum,& ſuccubui:& eaſdem contra illum oppono.Oppo.
ad hoc, ꝙ debeat audiri, quia variatur modus agendi.ſ̄.de te-
ſti.veniens.2.vbi in eodem iudicio idem ꝓponitur ſæpius. Sol.
ibi ad diuerſos effectus,de hac tamen quęſtione Innoc.alij te-
nent contrarium, ꝙ inquiſitus non poſſit accuſari cum vtraq;
tendat ad publicam vindictam:niſi quatenus pœna accuſatio
nis excedit pœnam inquiſitionis. Et tñ hoc paſſu,quia inſtat
in pluribus Innocen.decido. Quæro,pone,ꝙ ſimul fuit propo
ſita exceptio,de aliquo crimine,& iudicatum in quæſtione,in
qua proponebatur,nunquid iterato poterit accuſari,vel inqui
2 ꝙ † quis punitur duplici pœna. & vnius penæ impoſitio non liberat ab alia, quatenus, ſcilicet in alia eſt plus. Oppon. primo, vt gloſ. & ſolue, quod vna pęna non tollit aliam. Oppon. ſecūdo, quòd minor pęna deberetur, ſcilicet ſexcentorum ſolidorum. ꝰ. eod. cap. 2. in glo. 1. Sol. illud ſecundum legem lombardam, quæ non tollit pęnam, de qua hic.

SVMMARIVM.

1 *Iudex iniuriantem ſibi, an punire poſſit.*
2 *Iudex an poſſit punire delicta commiſſa in cauſa coram ſe pendente.*

1 DIlectus. Iudex † punire poteſt iniuriantem ſibi. vel aliter. Si quis iniuriatur iudici, per ſuperioris arbitrium punitur. Oppon. primo, ꝙ pars licite contradicit iudici: nec ſtatur iudici, niſi quatenus per acta docetur. ꝰ. de proba. quoniam. Sol. dic tex. intelligendum, qñ pars temere prorumpit cōtra aſſertionem iudicis: vt quia iudex aliquid allegabat, & conuitiabatur ſibi dicens, ꝙ mentitur: nec expedit tunc aliquid docere per acta, quia ſurgit notorietas ex ipſa contumelia facta in iudicio. Oppono ſecundò, ꝙ iudex deberet per ſe punire. C. de calumniatoribus. l. 1. Sol. partem delinquentem ſeu aduocatum ſeu teſtes coram iudice, & in offenſam iudicis bene punit iudex, vt dicta l. 1. & tenet Barto. ff. de falſis. l. ſi quis obrepſerit. hic autē dicit de ſuperiore, quia forte appellatum erat ad ſuperiorem, vel ſecundum Innocen. iudex non punit iniuriam, niſi tangat eccleſiam. non autem ſi ipſum tangit. ꝉ. de verborum ſignifi. ex parte. ꝰ. de maledi. c. 1. ꝉ. eod. cap. lib. 6. & dic, vt ibi not. Opp. tertiò ad prædicta. poteſt enim eſſe iudex talis, qui de delicto cognoſcere nequit. Sol. intelligo, ꝙ per ſe punit, quando in cū cadebat cognitio delicti. ita tenet Bart. ff. de falſis. l. diuus. 2. & ſic poteſt intelligi hic: vt tunc remittat ſuperiorem. Quæro ge
2 neraliter, an iudex † poſſit punire delicta cōmiſſa in cauſa corā ſe pendente. Inn. ꝙ ſic: ſi eſt ordinarius: vt ſi partes inuicem conuitiantur, vel ſe percutiunt. arg. l. nec quicquam. §. 1. & ſequenti. ff. de offic. proconſulis. Sed ſi eſt delegatus, non. ſed fiet punitio per ordinarium. in authen. de teſt. §. ſi vero ignoti. hoc procedit, quando commiſſio eſt ſpecialis: ſecus ſi generalis: vt quia mandatur delegato, vt faciat obediri epiſcopo a ſubditis: tunc enim poteſt omnia acceſſoria. ſupra de offi. delegati, pręterea. infra eodem cap. 1. lib. 6. Item etiam ſi ſit ſpecialis delegatio. Fallit in caſu cap. ſtatutum. §. notorium. de reſcriptis. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Patronus aliquando ponitur pro vicedomino.*
2 *Patroni laici de poſſeſſionibus beneficij vacantis nihil diſponere poſſunt.*
3 *Patroni eccleſiam defendere debent.*
4 *Seueritas canonica importat excommunicationem.*
5 *Pœna occidentis, vel mutilantis clericum.*
6 *Filiorum nomine, an contineantur nepotes.*

IN quibuſdam. Patroni, aduocati, vel vicedomini in eccleſijs vendicantes ſibi plus, quam iura permittant, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcuntur: & ſi occidunt prælatum eccleſiæ, per ſe, vel alios, perdunt, quod habent ab eccleſia, & poſteri eorum vſque ad quartam generationem non admittuntur ad clerum, nec in religionibus ꝓficiuntur hoc dicit. primo triplex patronorum exceſſus. ſecūdò punitio ibi, cum igitur. vtraque poteſt in particulas diuidi, quæ patent. inſolentiam, ideſt inſolitam ſuperbiam. Not. differentiam inter patronos: aduocatos: vicedominos, ſeudatarios, & beneficiatos. ad hoc de iure patron. præterea. vbi dicit
1 Innocen. quod patronus † aliquando ponitur pro vicedomino, & ſic interdum ſunt vocabula promiſcua: ſed proprium
2 vocabulum iuris eſt patronatus. Nota, quòd patroni † laici de poſſeſſionibus beneficij vacantis nihil diſponere poſſunt. Secus de patronis clericis, ſupra de priuile. cum & plantare. §. in
3 eccleſijs. Nota, quòd patroni † debent defendere eccleſiam. intellige tamen expenſis eccleſiæ, vt tenet Roffredus in libro iuris canonici. de iure patronatus. verſi. nunc videamus. Sicut tutor pupillum, & procurator dominum. Nota de ſeueritate
4 canonica, † quod importat excommunicationem. Alibi habes cenſura eccleſiaſtica. ꝉ. de verborum ſignificat. quærenti. Et hæc conſiſtit ſecundum Hoſtiē. circa pœnam ſpiritualem: ſed ſeueritas proprie circa pœnam temporalem. Animaduerſio autem eccleſiaſtica circa degradationem, & curiæ ſecularis traditionem infra, de verborum ſignific. nouimus. de homicid. pro humani. lib. 6. ſecundum Hoſtien. Ego dico, quòd pro vocabulis promiſcuis ponuntur, vt in multis ca. patet. No-
5 ta, de pœna † occidentis, vel mutilantis clericum, & de pęnitentia talium. 17. quæſt. 4. qui ſubdiaconum. 23. quæſti. 5. ſunt quædam. De occidentibus epiſcopum. in clemen. ſi quis ſuadente. eod. tit. Not. hic æquiparari occidentem, & mutilantē, & hoc quo ad pęnam huius cap. Not. caſum in quo tenentur hæredes, & puniuntur pro delicto defuncti. & ſic innocens punitur, vt hic in verbo, poſteritates, & intelligo. ſ. per lineam maſculinam. infra eod. vbicunque. lib. 6. ex quo non exprimitur de fœminis. Nota caſum in quo per ingreſſum religionis non tollitur inhabilitas etiam contracta ſine culpa, quam infra declarabo. Oppono primo in eo, quod punit poſteritates iſtorū. Innocens enim puniri non debet. ff. de pęnis. l. abſentem. ſup. de his quæ ſiunt a maio. parte capituli, quæſiuit. imo quando damnatur pater, bona deuoluuntur ad filios. C. de bonis damnatorum authentica, bona. Sol. hic eſt ſpeciale: & ratio ſpecialitatis ponitur in textu propter exceſſum delicti. quod tenet gl. antepenult. Oppono ſecundo in verſ. neque. quòd ſi ingrediūtur religionem, debeant poſſe habere prælationes in religione: quia religio tollit irregularitatem. in authen. de monachis in princ. Roborat, quia iſti poſteri ſunt ſine culpa, ergo tollitur omnis inhabilitas. ꝰ. de apoſtatis. cap. 2. Sol. vt ibi no. videlicet, ꝙ verum eſt, ꝙ tollitur inhabilitas, præterquam quo ad habendam prælationem, vt dicit gloſ. in d. cap. 2. quam vide. vel hoc operatur expreſſio huius cap. alias tolleretur. Quæro, quia hic dicit de beneficiatis, de quibus intelligitur. videtur intelligendum de laicis, qui habent beneficium, vt bene meriti tanquā prouiſionem temporalem: non autem in titulum. Si enim intelligeretur de clericis beneficiatis ex titulo, non procederet litera quo ad puniendos poſteros, cum tales non habeant poſteros. de coha. cle. de cle. coniugatis per totum. Item non ſic rigoroſe puniuntur clerici delinquentes inter ſe. ſicut extranei. de vita, & hone. clericorum quoniam vt ait. Item hæc decre. emanauit fauore clericorum intitulatorum in eccleſia: ergo non trahatur ad eorum pœnam. ſimile quod no. clem. prima, de reſcrip. dic ꝫ, quod tenet hic Hoſt. pro hoc, quia loquitur generaliter de beneficiatis. & rationes inductæ nihil obſtant: cum dicitur, ꝙ non poterunt puniri poſteri. per hoc enim non euitatur pęna. Finge enim, ꝙ laicus excedens ꝯtra hoc c. nō habet poſteros: nō propterea euitat pęnā. Ad illud, quod dicit, ꝙ nō

ſic

Digitized by Google

ſic rigoroſe puniuntur clerici inter ſe delinquentes. verum eſt
in non grauioribus, vt in c. quoniam, vt ait. hic de grauioribus,
de occidente, vel mutilante prælatū. Ad illud, ꝙ fauore cleri-
corum &c. verum eſt bene agentium. Quæro an filij nati ante
exceſſum commiſſum, tenentur hac pęna. quidam ꝙ non per
textum in verbo poſteritates. dic contra. hic enim puniuntur,
non, quia peccauerunt, ſed quia filij. quod tenet Hoſti. Et re-
ſpondendo ad verbum, poſteritates. ꝙ etiam iam nati dicūtur
poſteri, quaſi poſt parentes victuri. vel ſimpliciter. ſ. poſt nati.
Quid de collateralibus: dic, ꝙ non puniuntur hac pęna, quia
non ſunt poſteri. ita tenuerunt Io. Goff. & Philippus. & ſentit
glo. antepen. pro hoc eo. tit. vbicunque. lib. 6. Quæro, an nomi-
6 ne filiorum † veniant nepotes. ᵃ format Hoſt. ſed impertinens
a eſt, quia nihil dicit de filiis, ſed dicit de poſteris, quorum nomi
ne omnes deſcendentes veniunt. De primo tamen dubio Ho-
ſtien. diſtinguit. ſed dic pleniſſime, vt not. ff. de verbo. ſigni. l. li-
berorum. vbi ponit Bar. & ponit glo. ſupra de fil. presbyt. ad ex-
tirpandas. & ibi de hoc. Quęro, quando iſti priuantur patro-
natu, ad quem deuoluitur. glo. tenet in verbo, admittant, ꝙ ad
eccleſiam, vt ſ. amplius non habeat patronum. pro hoc de iu-
re patro. c. vnico. lib. 6. & quod not. s. de iure patro. ſignificaſti.
non ergo proprie deuoluitur, ſed extinguitur. Quæro in fi. qs
poterit diſpenſare, vt tales habeant prælationem in religioni-
bus. glo. ꝙ epiſcopi. pro hoc, quia tales laborant alieno vitio. C.
de naturalibus liberis. l. legem. in contra. quia hoc eſt conciliū,
& contra concilium epiſcopi non diſpenſant. no. de elect. cum
dilecti. de fil. presby. c. penult. & fi. Sol. illa loquuntur, quando
concilium ſimpliciter prohibet aliquid propter crimen: hic
vero permittit diſpenſare.

A D D I T I O.

a Nepotes. Adde glo. in clem. 1. de bap. Ant. de Bu. in c. ad extirpandas. de fil. presbyte. Bart. in l. liberorum. ff. de verb. ſigni. Lud. Rom. conſ. 238. incip. in caſu præſentis conſultationis. Et quid in vltimis voluntatibus, vide per Ale. de Imo. conſ. 61. incip. ſuper eo, quo quæritur in prima col. in 1. vol. Et quid in contractibus. vide per Alex. de Imo. in d. conſ. 61. Et quid in priuilegiis. vide per Bal. in c. 1. in §. decedenti, qui feu. dare poſ. in vſibus feu. & per Pe. de Anchar. in cle. 1. de baptiſ. Et quid in feudis. vide tex. ſing. in c. 1. in §. & ſi clientulus, de aliena. feud. quem alle. ſingu. Alex. de Imo. in l. Gallus. in §. inſtituens. ff. de libe. & poſth. Bal. in c. qui in eccleſiarum. in 17. col. de cōſti.

S V M M A R I V M.

1 *In excommunicatione perſiſtens dicitur ſuſpectus de hæreſi.*

GRauem. Domino excōmunicato manente
ſubditi fidelitatem non debent, &
ſi longo tempore in ea perſtiterit, & monitus non
redierit eccleſiæ, ab eius debito abſoluuntur. h. d.
primo querela. ſecundo prouiſio ibi, tenet per duos annos, ſm
glo. videtur ſufficere per annum, ideo dic, vt in glo. quia hic
1 narrat factum. Nota, ꝙ perſiſtens † in excōmunicatione pre-
ſumitur ſuſpectus de hæreſi. & quod dicit de biennio, factum
a narrat, quia ſufficit annus ᵃ. 11. q. 3. rurſus. tamen ſm Inno. hęc
ſuſpitio eſt probabilis, non violenta. poteſt tamen dici præſum
ptio iuris, ex qua poteſt indici purgatio, in qua ſi deficit, locus
eſt c. excommunicamus. §. credētes. de hæreti. dic, vt in c. cum
contumacia. de hęreti. lib. 6. quia aut eſt excommunicatus pro
contumacia in cauſa hæreſi, & poſt annū cenſetur hæreticus:
aut in alia cauſa, & non cenſetur, ſed eſt præſumptio cōtra eū,
& ratio præſumptionis eſt, quia cum quilibet catholicus de-
beat ſaltem ſemel confiteri in anno. j. tit. primo. omnis. & iſte
hoc non fecerit, imo ſteterit excluſus ab omnibus ſacramen-
tis, merito contra eum præſumitur. Item nota caſum, in quo
nobiles habent priuilegium in pęnis. de hoc dic, vt ſupra de iu
reiur. cum quidam. No. pœnam, quæ imponitur iſti, vt eccle-
ſiæ abſoluantur a debito, ad quod tenentur. Alij autem fide-
les denunciantur abſoluti. ratio differentię. quia debet intelli-
gi, ꝙ eccleſiæ abſoluētur. ſ. in perpetuum ſine ſpe reſtitutionis.
ſimile. s. c. proxi. & s. c. ad aures. alias hæc abſolutio eſſet ſuper-
flua, cum ipſo iure pendente excōmunicatione ſint abſoluti.
quod dic, vt in glo. vlti. & plene dixi s. de dolo. veritatis. ideo
ſubditi denunciantur abſoluti. ſ. ad tempus, donec durauerit
excommunicatio. Sic etiam in ſimili, cum quis eſt bannitus a
rege, vaſallus eius interim nō tenetur ad fidelitatem. 10. colla.
quibus modis lex, vel conſuetudo regni. c. domino mouente
guerram. nec eſt mirum, ſi abſoluuntur fideles. i. vaſalli a iura-
mento, quia etiam a debito pecuniario ex cauſa abſoluit eccle
ſia. s. de iudæis, ita quorundam. de hæreticis, vergentis.

A D D I T I O.

a Annus. Adde Abb. in c. 2. in 11. col. de iu. Hoſt. in ſumma titu. de voto. & in tit. de hæret. Colla. in cap. 1. de ſent. exc. in 2. col. lib. 6. Aſtetanus in ſua ſumma lib. 7. titu. 20.

De pœnitentijs, & remiſsionibus. Rub.

Viſo de pęnis, quæ imponuntur In foro iudiciali. Reſtat vi-
dere de pęnis in foro pęnitentiali. Et quia interdum ab eis re-
leuantur aliqui per remiſſiones: poſtquam dixit de pœniten-
tiis: ſubiicit de remiſſionibus. de materia in tractatu de pęni-
tentia. & 50. diſt. §. ſed exemplo. vſque ad fi. diſt. 26. q. 6. §. ecce. 4.
q. 7. per totum. 33. q. 2. §. ſed quia. cum ſequenti. Reperitur in
ſexto, & clem.

MAnifeſta. Manifeſta. poteſt ſumi pro
notorio, & publico. purgan
da, purgatione per pęnitentiam non purga-
tione ſuper innocentia, de qua loquitur titu
lus de purgatio. canoni. in gloſſ. ibi ſolennis.
cuius forma habetur quinquageſima diſtin
tione, in capite.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna occidentis presbyterum.*

QVi presbyterum. Nota ex textu, ꝙ p
mortali aliquando
imponitur pęnitētia duodecim annorum. ſed re-
1 gulariter de ſeptem, vt in glo. Nota penam † occi-
dentis presbyterum, & intellige ex propoſito, ſecus ſi ex caſu
infra titu. 1. c. 3. No. ꝙ etiam in foro pęnitentiali quis conuin-
citur, ibi conuictus. Hoſtien. tamen exponit conuictus. ſ. in fo-
ro iudiciali, ſed primum verius. & poteſt dici conuictus, quia
ſacerdos interrogat, & per cōiecturas inueſtigat crimina. No.
ꝙ eccleſia poteſt imponere pęnam a dignitate ſeculari priuan
do, ſicut hic priuat a militia ſm Inno. ſm quam tamen poteſt
intelligi de militibus, qui reliquerant ſecularia, & poſtea redie
rant ad illam. de pęni. diſt. 6. ſi quis vero. & c. contrarium. quia
hic vix fuit ſine peccato. 100. diſt. qualitas. vel per militiam in-
telligit omne negocium ſeculare ſm Innoc. No. ꝙ aliquando
in pęnitentiam imponitur alicui, vt abſtineat a matrimonio.
alios caſus colligit glo. de iſtis. 33. q. 2. §. pęnitentibus. alias qq.
& addit Goff. alium caſum in ſolenniter pęnitentem. 33. q. 1.
alias 2. de his.

S V M M A R I V M.

1 *Peccare contingit etiam bene agendo.*
2 *Vrbis appellatione continetur Roma.*
3 *Pœnitentia non ſcandoloſa imponi debet a ſacerdote.*

SIgnificauit. Circumſtantijs conſideratis
arbitraria pęnitentia imponi-
tur ei, qui defendēdo modum exceſſit. h. d. primo
petitio. ſecundo prouiſio ibi, quoniam igitur in gl.
hanc. Anthonomatice. i. per excellentiam. No. ꝙ etiam bene
1 † agendo contingit peccare. ſ. excedendo modum. No. ꝙ no-
2 mine vrbis † intelligitur Roma ᵃ per anthonomaſiā. i. per ex-
a cellentiam. & de figuris pluribus eſt glo. in c. forus. quæ incipit.
3 hic eſt figura. j. de verborum ſigni. Nota † ſacerdotem debere
imponere pęnitentiam non ſcandaloſam delinquenti, & ſic
de qua non turbetur. Oppono, primo ad textum, quod ad ni-
hil teneretur iſte, cum fecerit iuſtum bellum. ſ. defendendo &
eccleſiam ſupra de reſti. ſpol. olim. 1. Item reſiſtendo impera-
tori, qui erat contra eccleſiam. 11. quæſt. 3. Iulianus. nec erat
imperator proprie, vt quia priuatus. propterea in textu dicitur
dicto imperatori. ſimili vocabulo vtuntur litigantes de aduer
ſario. talis aſſertus rector eccleſiæ. Solu. ad prædicta dubitabat
iſte exceſſiſſe modum, & ſic deliquiſſe. d. cap. olim. Item bona-
rum mentium eſt timere culpam, vbi non eſt. Oppono ſecun
do, quod ſufficiat ſola contritio. debetur enim incontinenti
culpæ. ad quid ergo mandat eum reconciliare. Solu. reconci-
liatur de facto. vnde dic ſecundum Innocen. quod verbum ab-
ſoluo in foro pęnitentiali ſonat, id eſt abſolutum denunciat,
vel poteſt dici, ꝙ ſtat etiam proprie, quatenus aliquid remit-
tit de pęna temporali. de quo in c. omnis. infra eod. Oppono
tertio ſi habes, imponatis. quia papa loquitur vni in plurali. ſu-
pra de crim. fal. quam graui. Si habes, imponas, ceſſat contra-
rium. Si imponatis. dic, ꝙ in ſupraſcriptione, & ſuis cōiudici-
bus. vel loquitur ſm antiqua tpa. Op. quarto, ꝙ iſte eſſet grauiter
puniendus, quia contra imperatorem fecit, qui eſt dominus
mun-

A D D I T I O.

a Roma. Adde cle. Romani. in §. j. de iureiu. & no. in l. eū qui veſti. ff. de ver. ſig.

mundi.C.de quadrien.præſcrip l.bene a zenone. Solu.iſte non erat imperator, vt ſupra dixi, vel intruſus. vel etiam ſi ſit imperator, licite ei reſiſtitur, ſi eſt contra eccleſiam, vt in c.Iulianus. ſ.allega.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus ſine licentia epiſcopi non poteſt alium iudicem eligere.*
2 *Remiſſio quid ſit.*
3 *Remiſſiones quid proſint.*
4 *Contritio quid ſit.*
5 *Remiſſiones concedendi vnde ſurrexit poteſtas.*
6 *Remiſſiones an proſint exiſtentibus in purgatorio.*
7 *Remiſſiones a quo tempore inceperint.*
8 *Contritio peccatoris tanta poteſt eſſe, quod ſine aliqua pœnitentia peracta mereatur peccator remiſſionem peccatorum.*

QVod autem. Remiſſiones nõ proſunt nõ ſubditis remittentium, niſi proprij iudices id concedant. h.d. primo qõ. ſecundo ſolutio, & ſolutionis ratio ibi, hic volumus. No. de remiſſionibus, quæ fiunt in dedicationibus eccleſiarum. quod dic, vt in glo.prima. vel conferentibus ad ædificationem pontium: vt puta, quia multi viatores ſubmergebantur, ita ꝙ erat opus pium. poſſunt etiam cõcedi ex alijs cauſis, vt viſitantibus certa loca, ita ꝙ exempla textus non reſtringũt regulã. No. illud generale, a non ſuo iudice &c. vt in textu. ex quo no. ꝙ par eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi. No. glo. vlti. ꝙ clericus
1 ſine licentia epiſcopi non poteſt alium iudicem eligere. dic vt
2 in ea. †Quæro primo, quid eſt remiſſio.[a] Reſpondeo quatenus
a ſumitur hic, ꝙ eſt pœnæ temporalis pro peccato iam commiſſo quo ad culpam, diminutio ſeu liberatio. Diminutio ſeu liberatio ponitur, vt genus, omnis enim remiſſio eſt diminutio, ſeu liberatio, & non econuerſo. Quæro ſecundo, vnde dicitur. dic a remitto. quod eſt idem, quod indulgeo ſeu parco, ſeu libero. vnde vocamus communiter indulgentias. ſ. eo cum ex
3 eo. §. ad hoc. †Quæro tertio, quid proſint remiſſiones pro euidentia quæſtionis præmitto, ꝙ pro peccato debetur, ſi eſt mortale, quia de veniali exigua eſt quæſtio, cũ remittatur per aquã benedictam notat glo. in procemio 6. & alijs modis. Sed pro mortali debetur pęna æterna. ſ. de pœni. diſt. 1. ſi peccatum. & hic tollitur per contritionem, & commutatur in temporalẽ.
4 de pęni. diſt. 1. verbum. & hic in glo. † Quid autẽ ſit contritio.[b]
b & quid attritio dicetur. ſ. c. omnis. Scias etiam, ꝙ pœna æterna ſine contritione non tollitur qui enim creauit te ſine te, nõ iuſtificat te ſine te, vt dicit Aug. ita diſpoſuit Deus ab æterno, vt ſoli volenti gloriam tribuat. non ergo eſt alius modo tollendi pœnam æternam. Sed pęna temporalis tollitur multis modis principaliter per ſatisfactionem quæ dicitur multipliciter. Quędam eſt ſatisfactio, in qua eſt magna largitas, vt quando eccleſia concedit remiſſionem plenam in anno iubilæo: non eſt tamen ſine iuſtitia propter ſatisfactionem itineris, vel quæ fit per numerationem. Quædam eſt ſatisfactio, in qua non eſt tãta largitas, & aliquãdo nulla. Exemplum primi, vt ſi peccator per ſe ſatisfaciat in hoc ſeculo, vel in purgatorio. Exemplum ſecundi, quando ſatisfacit non per ſe, ſed alio mediante. & hoc dupliciter: aliquando ipſe in nullo concurrit, vt in ſatisfactione per orationes, & pia opera pro defuncto, qui eſt in purgatorio. hic tamen habet iuſtitiam, quia cum eccleſia ſit vnum corpus iuſtum eſt, vt operatio membrorum proſit. & alijs membris. Aliqñ ipſe peccator in aliquo concurrit, vt in indulgentiis, quæ dantur ſub certa forma pro labore itineris, vel contribuenti tãtam pecuniam pro eccleſia, vel ex alia ſatisfactione, quæ tamen per ſe non ſufficeret de iſtis eſt intentio. glo. autem circa hoc de iſtis indulgentiis ſeu remiſſionibus recitat quinque opiniones. Prima eſt, ꝙ proſunt quo ad Deum. i. ꝙ peccator decedens contritus tanto minus punietur in purgatorio, ſed non quo ad eccleſiam, quin ſacerdos. ſ. imponat pęnitẽtiã, quam impoſuiſſet. hãc opinionem dicit Inn. concordare ęquitati, ſed nimis diminuit priuilegium conceſſum eccleſiæ. Qđcũque ligaueris &c. Matth. 16. & 21. diſt. in nouo. 24. q. 1. quodcunque. ſ. de transla. c. 1. & multa ſimilia. Item ſm hanc opinionem remanerent ſuperfluæ ſi peccator ſatisfecit, cum decedit. Alia & ſecunda opinio, ꝙ valent quo ad eccleſiam reſpectu pœnitentiæ iniunctæ vltra condignum, vt ſi debebatur pęnitentia triennij, & fuit impoſita quinquẽnij quo ad illud biẽnium valet. hæc viliſicat claues eccleſiæ. Tertia ergo opinio ponitur in glo. ꝙ valent quo ad eccleſiam, & quo ad Deum, ſed indulgens tenetur ſatisfacere. contra hanc eſt, quia indulgentia non fundatur a merito indulgentis, ſed a theſauro eccleſię. In eccleſia enim eſt theſaurus. ſ. ſãguis Chriſti, cuius gutta ſufficit ad remiſſionem peccatorum, quæ fuerunt, ſunt, vel erũt. qui. ſ. Chriſtus cum fuerit in eccleſia, & eius caput merita ſua communicat alijs fidelibus. Eſt præterea in eccleſia theſaurus omnium meritorum, qui puniti fuerunt vltra condignum, vt martyrum. hunc theſaurum papa principaliter, & miniſtri eccleſiaſtici communicare poſſunt ex poteſtate clauium, ſub quibus reconditur. quod proſequitur Hoſt. in ſumma de remiſſionibus. §. pen. & fin. Quando autem conceduntur indulgentiæ, vel plenæ, vt in iubilæo, vel minus plenæ, vt faciunt inferiores prælati. & aliquando etiam Papa certi. ſ. temporis, per quas inducit remiſſio, hoc ſurgit ex cõicatione huius theſauri, non ex merito remittentis. Non ergo videtur procedere, qđ dicit gl. ꝙ remittens ſatisfaciat. Sed ſalua gl. ꝙ procedit, qñ indiſcrete remiſit, vt puniatur de indiſcretione. Eſt & quarta opinio, ꝙ valent quo ad pęnitentiam omiſſam ex negligentia. ꝯ hanc eſt, quia ex negligentia quis nõ debet reportare commodum. Sed ſolue intelligendo, ꝙ poſt negligentiam eſt cõtritus. & eſt ſnĩa glo. ꝙ durante tpe pniæ nihil proſunt, ſed eo tranſacto proſunt quo ad partem pniæ non peractam per negligentiam. hæc opinio poteſt redargui, vt prima, & ſecunda, quia diminuit, & viliſicat. Quinta opinio ponitur in gl. ibi, ſed ex hoc c. ꝙ proſunt ex vi indulgentiæ illis tantum modo, quibus, vt proſint proprij iudices indulgent ſpecialiter. vt ſi mihi erat impoſita pęnitentia triẽnij, & epiſcopus, vel proprius ſacerdos indulget, vt poſſit vti indulgentia cõceſſa certo loco vnius anni. Citra autem talem conceſſionem proſunt, non vt indulgẽtiæ, ſed vt bona opera, hæc eſt ſententia quintæ opinionis quã tenet glo. Sed contra eam eſt textus a contrario, qui probat, ꝙ ſubditis remittentium proſint etiam ſine ſpeciali conceſſione. Sunt extra glo. aliæ opiniones. Raymundus enim tenuit, ꝙ ſolus Deus ſcire poteſt, quantum proſint, qui ſolus ſcit menſuram deuotionis pęnitentis, & nullus alius. de conſe. diſt. 4. quęris. & diſt. 5. non mediocriter. ergo & ſolus Deus ſcit menſurã remiſſionis. Fundatur hæc opinio, vt ſm deuotionem plus vel minus proſint. ꝯ hanc eſt, quia conceduntur ſub certa forma, vt tantum tribuentibus, vel viſitantibus. quæ forma debet attendi, & non contritio. forma enim menſurat diſpoſitionem. de reſcri. cum dilecta. ff. mandati. l. diligenter. Alij vt Hugutio dixerunt, ꝙ debet attendi fides pœnitentis, & voluntas, & poteſtas condentis, ſeu concedentis. de ſecundo cõcedo, vt attendatur formalitas indulgentiæ. De primo not. per id, quod dixi in præcedenti ſtatim. Gulielmus Altiſiodorenſis, vt refert Inn. dixit, aliqua neceſſaria eſſe, vt proſint. primum eſt poteſtas cõcedentis. ſecundum neceſſitas rei, cui conceditur, & pœnitentis, vt quia non poſſunt aliter ſatisfacere, vel ieiunando, vel aliter ſatisfaciendo, quod vltimum reprobo, quia diminueretur nimis poteſtas eccleſiæ in iſtis remiſſionibus. Tertium, quod requiritur eſt deuotio, vt credat pœnitens eccleſiam hoc potuiſſe concedere. Quartum ſtatus pœnitentis, vt ſit contritus. Quintum diſcretio, vt tantum det pęnitens, pro quanto volet peragere pœnitentiam debitam. quod etiam reprobo. nam ſecundum hoc prodeſſent remiſſiones ſolum tanquam commutatio. Sextum iuſta æſtimatio pœnitentis, vt ſecundum ꝙ ei dimittitur, recompenſet, hoc coincidit cũ præcedenti. Alij dicunt breuius, vt thomas tertia parte ſummæ q. 104. art. 1. & 2. quinque conſideranda. primum auctoritas in conferente. Idoneitas in recipiente. pietas in fine. i. propter finem pium. vtilitas in opere, & congruitas in tempore. Quid concludes. dominus Io. And. tenet opinionem tertiam, ꝙ proſunt, quatenus verba ſonant. quod declara, vt ſ. & fuit opinio Goff. in ſumma huius tit. in fi. non enim debet fieri amara interpretatio, ſicut etiam priuilegium principis non eſt amare interpretandũ. de deci. ſuggeſtum. & ibi in glo. fi. hanc hodie omnes tenẽt, & eſt vera, & habet iuſtitiam, quam ſupra dixi. Quæro, vnde ſurre-
5 xit poteſtas † remittendi, ſeu concedendi remiſſiones. dicit Innocen. ꝙ ex priuilegio conceſſo Papæ & eccleſiæ. Quodcunq; ligaueris &c. quod exponit. i. ligatum denunciaueris. i. abſolutum denunciaueris, vel proprie. in multis enim ligat eccleſia faciendo conſtitutiones circa ea, quæ nõ erant diſpoſita de iure diuino, vt ꝯ portãtes ligna ſarracenis. de iudæis, ſignificauit. & c. ſequenti. vel ꝙ clerici in ſacris non ꝯhant matrimonium. ſ. de coha. cle. cum olim. & de cle. coniu. cum olim. & in ſimilibus, & in illis libere ſoluit, ſeu remittit. arg. c. inferior. 21. diſt. & hic in tex qa par eſt poteſtas ligãdi, & ſoluẽdi. Itẽ ẽt põt ſoluere Papa ligamine iuris diuini cõicãdo theſaurũ eccleſię. &
6 idẽ de alijs plati. & declara, vt ſ. †Quæro, an exiſtẽtibus in pur-
c gatorio[c] pſint remiſſiones. quidã, ꝙ nõ p hũc textũ. qa nõ proſunt

ADDITIONES.

a Remiſſio. Adde Spec. tit. de remiſſionibus per totum. Adde tamen, ꝙ remittere eſt dare. l. peculium. in princ. & ibi Bart. ff. de pecul.
b Contritio. Adde San. Tho. in quarto ſent. diſt. 17. q. 1. arg. 1.
c In purgatorio. Adde tex. in c. lega. 24. q. 2. glo. in verbo, mendaciter. cle. abuſionibus, de pęni. & remi. Felr. diffuſe in tract. de indulgentijs, incip. hodie mecum eris in paradiſo.

Digitized by Google

ſunt non ſubditis.ſed poſt mortem anima relinquitur iudicio
Dei.J.de ſen.exc.a nobis. el 2. 24.q.2.c.1. dic, ꝙ defunctis inſi-
ſtentibus in purgatorio proſunt, ſi Papa conecdit remiſſionē.
ar.dicti c.a nobis, quia eius priuilegium concernit etiam ſepul
tos.ſed in aliis prælatis inferioribus dic ſecus. Ad quod op.de
c.tempus.13.q.1.alias 2.& c.animæ.de pęni.diſ.6.§.1.vbi dicit,
ꝙ orationes,eleemoſynę,& ieiunia,& ſacrificia eius valent.So.
valent per viam ſuffragij, non autem per viam iuriſdictionis.
vnde etiam ſm Inno. in Papa idem dici poteſt,ꝙ eius remiſſio
prodeſt per viam ſuffragij: tamen ſm cum aliquid operatur
authoritas prælati, vt ſi fiat eccleſia pro anima defuncti. plus
7 enim prodeſt,ſi ſit in loco deputato a prælato,ꝗ ſi alibi.† Quę-
a ro a quo tempore inceperunt remiſſiones[a] dicit Innoc. ꝙ ſem
per fuerunt in poteſtate eccleſię.ſed ante Gregoriū non fuerūt
in vſu,aut parum: quia tunc catholici non indigebant ſicut
nunc, & ſic non ſuberat congruitas temporis. ad hoc 15.diſt.
c.1.in princ. Vltimo ſcias,ꝙ poteſt eſſe tanta contritio peccato
ris,ꝙ ſine aliqua peractione pęnitentiæ, vel remiſſione meretē
remiſſionem omnium peccatorum,ſicut in latrone ſm Inno.
de pęni.diſt.1.importuna. Conſulo tibi, vt credas plenam eſſe
poteſtatem eccleſiæ in remiſſionibus. tamen non confidas in
illis ad effectum euitādi aliam pœnitentiam,cum neſcire poſ-
ſis,quantę pęnitentiæ ſis obligatus.

ADDITIO.

a Remiſſiones. Adde Io.de Ana.in tractatu iubilæi.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens verus non dicitur,qui peccandi animum non deponit.*

1 QVod quidam. Non eſt vere pęnitens, † qui peccandi animum
non deponit. recipitur tamen eius confeſſio. Cō-
munis diuiſio ibi, conſultationi.recipere. præterꝗ
in caſu c.q̄q̄.de vſu.lib.6. Oppo.primo ad tex. ꝙ talis confeſſio
non ſit admittenda tanquā inutilis. Sol. vt in gl.1. valet enim,
vt citius de aliis pęniteat. ſimile quod dicimus de baptiſmo
Io.Bapt.ꝙ valebat ad aſſuefactionem. de conſe. diſt.4. non re-
generabantur.i. vt facilius homines inducerentur ad verum
baptiſma.Item in tali demon habet minorem poteſtatem. vn
de in dialogo legitur de Iudæo, qui ſe munierat ſigno crucis,
ꝙ dixit demon,inueni vacuum vas,ſed ſignatum.de conſe.di.
4.poſtea ſignatur. Item ſi contingat talem confeſſum decede-
re,valet ad minus ſupplicium ſubeundum.quod dic,vt in glo.
Ex hoc no.ꝙ pęnitentia eſt diuiſibilis in partes. vt de variis pec
catis poſſit vario tempore fieri.Opp.ſecundo, & ſolue vt in gl.
fi.& intelligo,ꝙ talis confeſſio,de qua in textu non eſt vera. qa
non debet abſolui, ex quo non plene pęnituit. ſed debet ei cō-
ſuli,& pęnitentia iniungi, vt in textu.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunans in pane, & aqua, deficiente pane, & aqua, alijs cibarijs vti poteſt.*

a LIcet. Qui ex penitentia debet certa die in pane,
1 & aqua[a] ieiunare † deficiente pane aliis ci-
bariis vti poteſt. primo dictum. ſecundo limitatio
ibi,diſcretioni. Pars huius de feriis,licet. pęniten-
tia,in hoc facit ad titulum. ſed idem ex deuotione. Reficiant.
intellige authoritate ſuperioris,ſi hoc poſſunt: alias per ſe poſ-
b ſunt.ſ.de elect.venerabilem. Et quod dicit cibariis[b]. intellige
etiam de carnibus, ſi alia haberi non poſſunt.

ADDITIONES.

a Et aqua. Adde an talis poſſit vti aqua inzucarata, vide per Bal.in c.& ſi Chri
ſtus.de iureiuran.

b Cibariis. Adde, quæ comprehenduntur nomine cibi. vide per Bart. in tra
ctatu de alimentis,in prima col.

SVMMARIVM.

1 *Pueros in lectis tenere peccatum eſt.*

2 *Negligentia ſtudioſa æquiparatur voluntati.*

3 *Sacerdoti pęnitentia publica imponi poteſt.*

QVæſitum. Sacerdotes Græci procurantes,
vel ſtudioſe negligentes oppreſ-
ſionem filiorum, deponuntur: & ſi eſt publicum,
publice pęnitebunt.h.d. quæſtio, & ſolutio ibi, re-
1 ſpondemus. No. ꝙ peccatum eſt † tenere filios paruulos in le-
ctis.& ſolet ſuper hoc fieri prohibitio per conſtitutiones ſyno-
dales.vt vidi Florentiæ. probat hæc litera,quia magis puniun
tur,quando in lecto ſunt oppreſſi, ꝗ quādo in cunis. No.quod
2 ſtudioſa negligentia † æquiparatur voluntati. & poteſt dici ſtu
3 dioſa negligentia, lata culpa. Nota, ꝙ ſacerdoti † imponitur
pęnitentia publica. quod dic,vt in glo.3. Opp. ꝙ etiam quādo
incuria ſeu negligentia opprimantur, ſint irregulares.50.diſt.
ſæpe.& c.ſequenti.Sol.illud quando ex facto ipſorum. hic autē
ſine ipſorum facto.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes dicuntur pœnitentia arbitri.*

2 *Sacerdos ſimplex poteſt confeſſionem de homicidio audire & pœnitentiam iniungere.*

1 DEus qui. Sacerdotes † debent arbitrari pœ-
nitentiam ſm quātitatem exceſſus,
& contritionem pęnitentis, & alias circumſtātias.
h.d. Pars huius de vi. & ho. & de diuor. Deus qui.
Primo deciſum exordium.ſecundo quæſtio, & ſolutio ibi,cæ-
2 terum. Dicentis,primæ ad Corinth.3.c. No. ꝙ ſacerdos † ſim-
plex poteſt audire confeſſionem ſuper homicidio, & pęniten-
tiam iniungere.ibi,homicidio. hoc tamen ſolent epiſcopi re-
a ſeruare,[a] qui etiam reſeruant, & alios caſus, de quo infra c.c.2.
lib.6.

ADDITIO.

a Reſeruare. Adde Card.in clem. dudum.de ſepul.in §.ac deinde. in 7.q.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ peperit ex adulterio,an reuelare teneatur.*

OFficij. Auditur confeſſio mulieris, quæ partū
alienum ſuppoſuit, vel ſubiecit, vel
proprium ex adulterio ſuſcepit, nec vult illud dete
gere marito. Communis diuiſio ibi, quoniam:
Paret ſupra de teſta.& infra tit.1. officij. Opp. ꝙ mulier nulla-
tenus poſſit pęnitere, niſi reuelet partum ſuppoſitum, quam-
uis immineat ſcandalum. nam propter ſcandalum veritas nō
a eſt occultanda,[a] ſeu relinquenda.J.de reg.iur.c.3. Sol.ſecundū
Innoc.illud de veritate iuſtitiæ. & dic vt ibi. ſed hic non relin-
quitur veritas iuſtitiæ. quia mulier nō eſt iudex nec teſtis. Op.
ſecundo ad idem, quia agitur de præiudicio mariti, cui tollit
libera teſtamenti factio, quia forte non inſtituiſſet illos hære-
des,qui erant ſucceſſuri ab inteſtato. Reſpondeo ſm Innoc.ꝙ
debet dari conſilium mulieri, vt ſuadeat iſti filio, vt ingrediat
religionem mendicantium. ſed hoc conſilium non eſt ſuffi-
ciens tenendo, ꝙ mendicantes ſuccedant ad effectum, vt poſ-
ſint vendere bona,& precium conuertere in vſus ſuos, de quo
plene dixi de probatio.in præſentia. Vnde aliter dic, ꝙ mulier
non cogitur reuelare, quia nihil prodeſſet. non enim teneretē
filius ei credere, qui erat in poſſeſſione filiationis. aliter ergo
ſatisfaciat.ſ.de ſuo,ſi habeat. vnde ſi non habet, tenetur, cum
habebit. ipſi autem marito ſi imminet ſcandalum, reuelare
non tenetur. Si enim timet mortem, periculum eſt animæ
mariti,ſi reuelat,ne interficiat eam. & mortem corporis mu-
lieris. ſed ex taciturnitate imminet periculum bonorum tan-
tum, ꝙ vadant ad eum, cui non debentur. ſed inter duo mala
minus eſt eligendum. 13.diſt.nerui. & c.duo. Et vt concludas,
1 cum quæritur,an † mulier, quæ peperit ex adulterio, vel quæ
ſubiecit ſibi partum,teneatur reuelare.& ad quid teneatur,di-
ſtingue. Aut vir ſcit, & ad nihil tenetur. poſſet enim bona ſua
dimittere extraneo,ex quo non habet filios. ita & iſti non ſuo
filio, qui habetur pro filio legitimo, quod facit ad quæſtionē
facti &c. Aut vir neſcit, & tunc aliqñ non imminet ſcandalū,
& reuelare tenetur per rationes poſitas in glo.2.& fi. Aliqñ im
minet ſcandalum, vt mortis, ſi reuelat.& tunc aliquando mu-
lier videt,ꝙ ſibi credetur,& reuelare debet. vel ſaltem induce-
re filium, vt intret religionem mendicantium, vt ſupra dixi,
vel melius,vt renunciet hæreditati paternæ. de conſumptis au
tē interim non tenetur filius,qui fuit bonæ fidei. ſ.de reſti.ſpo.
grauis.& quod ibi no. C.de rei vēdi.l.certa.ſed mulier ſic, quæ
dedit cauſam. aut videt mulier veriſimiliter, ſibi non creden-
dum. & tunc aliquando habet, vnde ſatisfaciat. aliquando
non. vel melius aliqñ nō ſuperſunt veniētes ab inteſtato: & ad
nihil tenet̄,niſi vt pęniteat de peccato ī eo,ꝙ decepit virū.Ali-
qñ ſuperſunt: & tunc aliqñ hēt, vñ ſatisfaciat. aliqñ nō. Si hēt,
tenetur

ADDITIO.

a Occultanda. Adde quando veritas omittitur propter ſcandalum, vide per
Card.in clem.1.in 1.q.de immu.eccle.& ibi Io.de Imo.

Digitized by Google

tenetur ſatisfacere, vt in glo. vlt. Si autẽm non habet, non tene-
a tur, quia inanis eſt actio [a] &c. ſed tenetur, cũ poterit, & in hoc
dubio. ſ. ſcandali, valet pœnitentia, quamuis non reuelet, quia
ex vna parte eſt periculum animæ, & corporis, ſi reuelat. ex al-
tera bonorum tantum, ſi tacet. minus ergo malum eligendũ,
vt ſupra. Poteſt etiam dici quantum ad membrum, quando
non ſuperſunt venientes ab inteſtato, ꝙ ſi habet vnde ſatisfa-
ciat, tenetur erogare pauperibus. ſ. de vſur. cum tu. Caute autẽ
faciat per ſacerdotem, vt res ſit occulta de pœnitentia diſtin. 1.
non tibi dico. hæc diſtinctio pro parte eſt Ioan. Cald.

ADDITIO.

a Actio. Adde c. olim, el 2. de reſti t. ſpol. & in l. nam is, in princ. ff. de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris ſexus eſt deterioris conditionis, quam viri.*
2 *Mulier etiam abbatiſſa publice prædicare non poteſt.*
3 *Mulier ſi ordinatur, an recipiat caracterem.*

NOua quædam. Abbatiſſa non poteſt moniales benedicere, ipſarum confeſſiones audire, vel publicè prædi-
care. h. d. Ponit exceſſum. ſecundo prohibet ibi, cũ
igitur. Commiſit. Matthæi 15. 21. diſt. in nono. No. quod ſexus
1 mulieris † eſt deterioris conditionis, quam viri in aliquibus,
2 & caſus enumerat Specu. de procuratori. §. 1. No. ꝙ mulier † ẽt
abbatiſſa non poteſt publice prædicare. in ſecreto autem non
prohibetur inſtruere. No. finem literæ, ꝙ apoſtolis ſunt com-
a miſſæ claues. [a] ſoli tamen Petro principaliter. ſupra de ma. &
3 obe. ſolitæ. Quæro, ſi mulier † ordinatur, an recipiat caracterẽ, [b]
b videtur, ꝙ ſic. quia aliquãdo vocatur diaconiſſa. 27. q. 1. diaco-
niſſa. dic contra, quia eſt incapax. & ratio ſumitur ex textu in
fi. Item quia mulier fuit male vſa paritate, cũ creata eſſet par
viro. ideo eſt ſubiecta viro, Gen. tertio. ſub viri poteſtate eris.
propterea prohibetur ab ordine, & ab his, per quæ quædam ſu-
perioritas denotatur in habente. & de hoc per Goffre. in ſum-
ma de ætate, & quali. ver. quid de muliere & per glo. in c. dia-
coniſſa præalleg.

ADDITIONES.

a Claues. Adde doc. in c. tanta. de exceſ. præla. docto. in procemio Gregoria-
no in §. vna vero.
b Caracterem. Adde Archid. & Domi. in c. presby. 32. diſtin. Thom. in quarto
ſenten. diſt. 25. q. 2. ar. 1.

SVMMARIVM.

1 *Corpus Chriſti dicitur viaticum.*
2 *Sacramenta eccleſiaſtica per interdictum denegantur.*
3 *Pulſatio campanarum prohibetur tempore interdicti.*
4 *Matrimonium tempore interdicti an permittatur contrahi.*
5 *Pulſatio campanarum tempore interdicti quare prohibetur.*

QVod in te. Tẽpore generalis interdicti conceditur pœnitentia, & viaticum
morientibus. hoc primo. clerici, qui ſeruauerunt
interdictum, poſſunt cum ſilentio in cimiterio ſe-
peliri. hoc ſecundo. in conuentualibus eccleſijs clerici bini,
vel terni poſſunt dicere horas, hoc tertio. Cruce ſignatis, &
peregrinis tempore interdicti poteſt concedi pœnitentia. h. d.
quarto & vltimo. habet quatuor dicta, quæ patent. ſecũda pars
ibi, licet. tertia ibi, & in conuentionalibus. quarta ibi, recipien-
tibus. No. ꝙ idem iuris eſt de viatico, qđ de pœnitentia: vt per-
a mittantur tempore interdicti. [a] Idem dicit gl. de baptiſmo par
uulorum. ſed hodie permittitur baptiſma etiam adultorum. J.
b de ſen. ex. quoniam lib. 6. Item pœnitentia [b] etiam non exiſten-
tibus in articulo mortis. de ſent. exc. c. fin. lib. 6. & dixi in c. tan-
1 ta. Nota, ꝙ corpus † Chriſti dicitur viaticum. quia. ſ. ſm glo. cõ-
ceditur in via. dicitur via hæc vita. & homines viatores in æter
na gloria comprehenſores. dicit autem glo. ſacrm viatici non
eſſe de neceſſitate. ſed ꝯnum no. ſ. de accu. veniẽs in gl. prima.
& illa verior. omne enim ſacrm dr̃ neceſſitatis, qđ non poteſt
omitti ſine mortali. No. ꝙ per interdictum denegantur ſacra
2 † eccleſiaſtica. & inter cætera extrema vnctio, & ſepultura ec-
cleſiaſtica. tamen ſepultura non eſt proprie ſacrm. Not. etiam
de generali interdicto ibi, generale interdictũ, cuius tpe licet
in conuentualibus eccleſijs celebrare horas, & tumulare cle-
ricos in cimiterio ſine ſolennitate. Secus autem eſt de ſpeciali
interdicto, quia de illo nihil dr̃. vnde etiam priuilegium c. fin.
de ſent. excõ. lib. 6. vt celebrari poſſit in quatuor feſtiuitatibus,
non habet locum tempore interdicti. Item quia permittit di-
ci horas in conuentualibus eccleſijs: nõ in nõ conuentualibus
hoc non licere. quod eſt verum per hoc c. ſed per c. alma. per-
mittitur in omnibus, & permittitur hodie, vt omnes clerici ec
cleſiæ ſimul dicant horas, vt ibi, hic autem, ꝙ bini, vel trini.
3 Nota ꝙ tempore interdicti prohibetur pulſatio † campanarũ,
ad hoc ſ. de priui. ꝙ nonnullis. Oppo. primo, ꝙ Papa debuerit
concedere extremam vnctionem, ſicut conceſſit viaticum ea-
dem ratione. Sol. non eſt eadem ratio, quia nõ eſt vnctio ſacra-
mentum, niſi cum fit. & dum fit, magna eſt communicatio cũ
recipiente. ſed viaticum eſt ſacramentum, antequam tribuat,
& pauca cõicatio exigitur cum recipiẽte. Item ſufficit ita ſcri-
ptum eſſe. Itẽ eucharıſtia eſt de iure diuino ex mandato Chri-
ſti. vnctio de poſitiuo. & ſic facilius omittitur. Oppo. ſecundo,
ꝙ clerici non poſſint tumulari in cimiterio tempore interdi-
cti. quia interdicta eccleſia, eſt interdictum etiam cimiterium
contiguum. J. de ſent. exc. ſi ciuitas. lib. 6. de cõſe. eccle. vel alta.
c. vno. eo. lib. Solu. hic loquitur de generali interdicto, non de
ſpeciali, & eſt priuilegium. patet in verbo, concedimus. Quæ-
ro, quid ſi ſacerdos non poteſt habere hoſtiam, vt conficiat eu
chariſtiam. dic, ꝙ erit excuſatus non recipiens, nec propterea
licet non habeatur hoſtia permittitur, ꝙ conficiat in pane. ei
autem, qui debebat recipere, ſufficit fides pro merito. de conſe.
diſt. 2. vt quid paras dentem & ventrem: crede, & mãducaſti.
c quod tenet Inno. Quid ſi ſacerdos eſt in peccato, [c] dicit Innoc.
ꝙ non peccat in caſu neceſſitatis tangendo corpus Chriſti. vt
leuando de terra, vel ex alia cauſa. Quæro tertio, quia concedi-
tur viaticum decedentibus. quid de prægnantibus appropin-
quantibus partui. dic, ꝙ de ſtricto iure non cenſentur morien-
tes, ideo non gaudent hoc priuilegio. ad hoc textus in verbo
morientibus, & infra titu. primo. permittimus. & quod not. ſ.
4 de off. ordi. paſtoralis. Quæro, nunquid tẽpore interdicti † per-
d mittitur contrahi matrimonium. [d] Inno. ꝙ ſic. ſ. de ſpon. non
e eſt. ibi dixi. Quid de receptione ordinum. [e] dicit Inno. in illo c.
non eſt, ꝙ laicus non poteſt recipere, ſed clericus ſic. quod di-
cit de laico, procedit in ordinibus, in quibus conferendis cele-
bratur miſſa ſolennis, quæ eſt interdicta. de alijs, quæ poſſunt
conferri ſine miſſa, poſſet dici contrarium, quaſi non veniant
nomine diuinorum officiorum. Quæro, quid ſi tempore in-
terdicti vult aliquis ſatisfacere, an quantum ad ipſum relaxa-
bitur. glo. vlt. ꝙ non. Inno. diſtinguit. an fuerit principalis, pro-
pter quem fuit latũ, qui vult ſatisfacere, relaxabitur. An alius,
& non relaxabitur. quia non ſufficeret eius ſatisfactio. infra de
ſent. exc. ſi ſententia. §. 1. lib. 6. & c. vlti. §. illis. eo. lib. Quæro, quia
5 prohibetur pulſatio † campanarum [f] tpe interdicti: quæ eſt
f ratio. dicit Hoſti. ꝙ eſt, quia pulſatio eſt ſignum horarum, &
diuinorum officiorum. ſ. de offi. cuſto. c. primo. nam per pul-
ſum vocatur populus ad diuina. de homicidio. Ioannes. Subla-
to ergo principali, etiam & præparatoria, dicto ca. Ioannes. &
quod ibi no. & c. alma. §. addicimus. præall. & c. fi. propterea di-
xi in c. fin. de exceſſibus prælatorum, ꝙ pulſans campanas pro
officio diuino, ſi poſtea dicitur, eſt irregularis tanquam præpa
rans ad officium cõtra interdictum, ſecus ſi ad horas indican
das. Quæro in fi. quia permittitur cruce ſignatis pœnitentia. an
ſimpliciter etiam ſi non peregrinentur, intelligitur permitti.
glo. vlt. ꝙ non. Inno. contra, & verius per literam ibi, cum pul-
ſauerint. ſed pro glo. facit litera ibi, & aliis peregrinis. quaſi di-
ctio, aliis, implicet relationem qualitatis in terminis præceden
tibus. ſ. de reſcriptis, ſedes, & quod ibi no. & hæc fuit intentio
textus. hodie vero non expedit inſtare. quia omnibus permit-
titur pœnitentia indiſtincte. vt in c. alma. præallegato.

ADDITIONES.

a Interdicti. Adde diffuſe per Cald. in tractatu de eccleſiaſtico interdicto.
b Pœnitentia. Adde Abb. in c. non eſt. in 2. colum. de ſponſal.
c In peccato. Adde glo. ſingul. ſecundum Abb. ibi in verbo, peccet grauiter,
in c. de homine. de cele. miſſ.
d Matrimonium. Adde Cald. in tracta. de eccleſiaſtico interdicto.
e Ordinum. Adde Hoſti. in c. vt priuilegia. de priuil. & per Paul. de Eleaz. in
cle. eos. de ſepul. & ibi Cardi. poſt eum 10. q.
f Campanarum. Adde Cald. in tract. de eccle. interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio per ſe fieri debet.*
2 *Confiteri pluries dicitur eſſe tutum.*
3 *Confeſſio proprio ſacerdoti fieri debet.*
4 *Eucharistia reuerenter ſuſcipi debet.*
5 *Sacerdos proprius quis dicatur.*
6 *Scholares cui debent confiteri.*
7 *Peregrini cui debent confiteri.*
8 *Confitens laica ſi eſt neceſſitate aſtrictus, an erit tutus.*
9 *Contritio peccatoris quanta eſſe debet.*
10 *Sacerdos an aliquo caſu poſſit reuelare confeſſionem.*
11 *Secretum dicens amica an illud cogitur teſtificari amicis.*
12 *Laico ſi quis confiteatur, & laicus reuelet, qua pœna puniatur laicus.*

Digitized by Google

OMnis vtriuſque. Diuiditur io tres par
tes principales. pri-
mo diſponit quemlibet teneri ad confeſſionem.
ſecundo addieit certam limitationem circa debē-
tem confiteri. tertio duas alias circa ſacerdotem. ibi ſecunda,
ſiquis.ibi tertia ſacerdos. habet multa dicta. ſed principaliter
dicit, ꝙ quilibet doli capax tenetur ſemel in anno confiteri
proprio ſacerdoti, vel de eius licētia alteri, & recipere euchari-
ſtiam. Sacerdos reuelans confeſſionem depoitur, & in mona
ſterium detruditur. No. diſpoſitionem concilij in principio.
a primo in eo, ꝙ dicit omnis. ᵃ & per hoc comprehendit etiam
Papam ad hoc, ꝙ no. de foro compe. ſignificaſti. Item in eo, ꝙ
dicit vtriuſque ſexus. & dicit idem de hermafrodito eadem ra
tione & in eo, ꝙ dicit, fideles: quia infideles non ligantur con-
ſtitutionibus canonicis. quia nihil ad nos de his qui &c. de di-
uor. gaudemus. Eſt autem præſumptio de infidelitate contra
non ſeruantem hunc canonem ſ. tit. 1. c. fin. & quod ibi no. Itē
in eo, ꝙ dicit, diſcretionis. quod expone vt in gl. quando eſt do
li capax etiam dr̄ pubes. Ad quod opponit gl. de l. prima. C. de
falſa moneta. ſed ibi de infante: & ſic non doli capace. Eſt au-
b tem triplex ætas ᵇ ſeu quadruplex. vna ante pubertatē, & hæc
duplex. vna ante doli capacitatem. alia poſt. Secunda eſt a
pubertate vſque ad plenam pubertatem, quæ eſt in 18 anno.
alia vſque ad pleniſſimam, quæ eſt in 25. No. ꝙ debet quis con
fiteri omnia ſua peccata non autem aliena, quia videretur ac-
cuſator. & dicit glo. hoc procedere maxime in mortalibus, quia
non eſt pęnitentia fructuoſa, ſi vnum mortale remanet. Secus
dicit de venialibus. ratio eſt, quia illa tolluntur faciliter, vt no.
in proœmio ſexti. An autem valeat pęnitentia de vno morta-
li ſine aliis. dic, ꝙ ſic ad hunc effectum, ꝙ non tenetur amplius
de illo confiteri. licet ſit tutum confiteri ſ. eo. ꝙ quidam. & qđ
ibi no. & per Hoſtien. in ſumma huius titu. §. ante peccata. ver.
1 quantus. † No. etiam, quod debet confiteri per ſe. & ſic non per
nuncium. de pęni. diſt. 1. quem pœnituit. niſi forte eſſet impe-
2 ditus: tunc poſſet per ſcripturam. Nota tutum eſſe † plures cō-
fiteri. quia dicit ſaltem ſemel. de pęn. diſt. 3. ſepties. & c. ſeq. No-
3 ta, ꝙ confeſſio † debet fieri proprio ſacerdoti. nec ponderat li
tera, quod fiat in parochia. vnde etiam extra parochiam fieri
poteſt, quia eſt voluntariæ iuriſdictionis, quod tenet Hoſti. in
ſumma. eo. ſub §. quibus. & Archi. de pœni. diſt. 6. c. fin. Nota, ꝙ
pœnitentia iniuncta debet adimpleri per ſe, ſufficit tamen ali-
c quando per alium, ᶜ quando per ſe non poteſt, vel quando eſt
actus per alium expedibilis. 82. diſt. presbyter. de pęni. diſt. 3. pę
4 nitentia. No. ꝙ eucharıſtia † debet ſuſcipi reuerenter. facit ele.
ad noſtram. de hęre. Item in ver. ſeu §. ſi quis. ꝙ ex cauſa poteſt
quis confiteri alieno ſacerdoti. puta quia eſt latens odium ſibi
cum proprio ſacerdote. vel ſacerdos eſt nimis ſimplex. Nota
deinde totum textum. Opp. primo in principio in eo, ꝙ man-
dat ſemel in anno quemlibet confiteri. quod imo ſemel ſin-
gulo mēſe. cle. ne in agro. §. ſane. de ſta. mo. So. ibi in monachis.
ſed hic in aliis. Oppo. ſecundo in eo, ꝙ dicit ſolus de §. quam-
uis, de pęnitenti. diſt. 1. So. illud fuit ex peſſima conſuetudine,
quæ reprobatur. debet autem eſſe ſolus, vt liberius cōfiteatur,
ſicut in ſimili. ſ. de elec. quia Papa. Opp. tertio ad idem. poteſt
enim ſubeſſe cauſa, vt propter nimiam multitudinem ꝙ non
poterit quis audire ſolus: tunc ex cauſa poſſunt audiri plures,
vt fit interdum tempore iubilæi. puto tamen, ꝙ ſi quis nollet
dicere, niſi ſolus, non eſſet cogendus dicere cum aliis. Oppo.
quarto ad idem. quādoque enim crimen eſt publicum, de quo
debet imponi publica pęnitentia. ſ. eo. c. 1. ergo tunc non ex-
pedit, ꝙ ſolus dicat. Sol. etiam tunc debet audiri ſolus ſm̄ Ho-
ſti. vt liberius confiteatur, niſi aſſentiat dicere publice. facit de
diuor. ex literis. Oppo. quinto, ꝙ non debeat expectari annus,
ſed toties, quoties committitur peccatum, etiā ſtatim ad hoc,
quia bonarum mentium eſt timere culpam, etiam ſi non eſt.
5. diſt. ad eius. Sol. in non pęnitentibus, ſi qui ſunt, poteſt expe-
ctari annus. imo ſm̄ Inn. etiam in pęnitentibus, licet tutius ſit,
ꝙ ſtatim. per hoc dico præſumi contritum, qui obiit intra an-
num, quo confeſſus fuit etiam ſine pęnitentia. Oppono ſexto
in eo, ꝙ præcipit confiteri proprio ſacerdoti, ꝙ imo cui velit.
ſ. c. fin. Sol. illud procedit ex priuilegio. Oppo. ſeptimo in verſ.
alioquin. ꝙ non debeat denegari ſepultura. quia cui commu-
nicamus viuo, debemus communicare & mortuo. Solue, vt
in glo. & dic quod communicabamus viuo. ſed non in eccle-
ſiaſticis. imo ab ingreſſu eccleſiæ arcetur, & caret eccleſiaſtica
5 ſepultura moriēs. † Quæro, quis dicitur proprius ſacerdos. dic,
quod ille, cui eſt commiſſa cura eius, qui debet confiteri. & diſ
finit Hoſtien. curam per verba ſuperflua. Cura enim non eſt
aliud, quam poteſtas adminiſtrandi ſacramenta eccleſiaſtica.
eſt ergo proprius ſacerdos, ſiue ſit intitulatus in beneficio cu-
rato principaliter, ſiue vicarius perpetuus ſiue epiſcopus, vel
archipresbyter cathedralis eccleſiæ. omnes illi habent imme-
diatam curam. epiſcopus & archipresbyter in tota diœceſi. de
archipresbytero no. & probatur de offic. archipresby. cap. 3. Itē
legatus. ſ. de offic. lega. c. 1. Item vicarius epiſcopi generalis. de
offic. ordi. inter cætera. & ſufficit licentia cuiuslibet iſtorum. vt
d quis poſſit confiteri alteri quam proprio ſacerdoti, ᵈ etiam ſi
licentia ſit generalis, ſcilicet non expreſſo, cui confiteatur. vt
in extrauaganti vas electionis. & hic in glo. ſuper verbo alieno.
6 † Quæro, cui debent confiteri ſcholares. ᵉ Reſpondeo ſecun-
e dum Innocen. quod illi ſacerdoti, in cuius parochia ſteterunt
per annum. 16. quæſt. 1. Alij quod eo ipſo, quod ſe transferunt
ſunt de parochia. de parochiis c. ſi. quod tenet glo. in clem. pri-
ma. de priuile. pro hoc, ꝙ no. de pœni. diſt. 6. placuit, & intelli-
ge non ſolum de criminibus commiſſis, dum ſunt in iſta par-
rochia, ſed vbicunque. non enim in foro penitentiali ſortitur
quis forum ratione delicti. dixi in c. ſane. de foro compe. Quid
de mercenariis. dic idem eadem ratione, quod tenet glo. in il-
7 la clem. prima. & hoc tangit Inn. Quid de peregrinis, † & via-
toribus. dicit Innoc. quod tutum eſt, vt obtineant licentiam a
proprio ſacerdote. Sed ſi non obtineant, quid iuris. dicit, quod
videtur eis conceſſa eo ipſo. quod ſacerdos proprius dedit ſi-
gna peregrinationis. Sed quid ſi non dedit. dico, quod ſi nul-
libi habitant, nulli poſſunt confiteri, qui valeat abſoluere, niſi
eſſet legatus, vel alias habēs poteſtatem. ſed ſi habitant ad tem
8 pus, dic idem, quod de ſcholaribus. † Quæro, quid ſi conſtitu-
f tus in neceſſitate confitetur laico ᶠ dic vt no. glo. de offic. ordi.
paſtoralis. quod ſcilicet laicus non poteſt abſoluere. ſed valet
pęnitentia quo ad obedientiam eccleſiæ. Quæro, quia permit
titur confiteri alteri ſacerdoti de licentia proprij, an ſacerdos
g curatus poſſit deputare non curatum loco ſui. ᵍ dic quod ſic,
tanquam delegatum. Sed ſi dedit ſacerdos licentiam ſubdito
confitendi alteri ſacerdoti, aut generalem, & oportet, quod cō
fiteatur alias habili, & curato. Sunt enim duæ ſeruitutes, ideſt
duo impedimenta, & ſolum vnum eſt ſublatum per licentiā.
quod dic, vt in glo. executionem. Aut ſpeciale de confitendo
tali, & intelligitur illi delegaſſe. ad hoc quod no. ſupra de offi.
archid. cap. 3 de elec. cum ex eo. §. porro. lib. 6. & in dicta cle. 1.
de priuile. quia aut illa glo. quę incipit executionem. dicit expe
dire licentiam proprij ſacerdotis, vt quis poſſit confiteri prędi
catoribus, & minoribus. dic hodie non expedire per clemen.
dudum. de ſepul. quæ poſtea fuit prorogata ad hæremitas, &
carmelitas. & per hoc dico quod confeſſus talibus religioſis
poteſt ſuſcipere euchariſtiam, etiam ſi non confiteatur pro-
9 prio ſacerdoti. Quæro quanta debet eſſe contritio † peccato-
ris. dicunt quidam, quod tanta, quod peccator velit, quod po-
tius ſubiſſet omnem pęnam, quam peccaſſet 32. quæſt. 2. ita
ne. Innocen. dicit, quod ſufficit, quod dolet offendiſſe Deum,
& quod ſit in propoſito amplius non peccandi. quæ tamen
contritio non ſufficeret, niſi confiteatur. Patet de Lazaro,
& de leproſis. quibus mandatur, vt oſtenderent ſe ſacerdoti-
bus. de pęniten. diſtin. 1. quem pœnitet. Eſt ergo confeſſio ne-
ceſſaria, ſi habetur facultas, & prodeſt. tum propter erubeſcen
tiam peccati, quæ eſt maior pars pęnitentiæ. de pœnit. diſt. pri-
ma, quem pęnitet. tum propter humilitatem, & obediētiam,
quæ exhibetur eccleſiæ gemendo coram ſacerdote. tum pro-
pter gratiam per impoſitionem manus ſacerdotis. 24. q. 3. no-
tandum. tum propter reconciliationem, quia ſacerdos reſti-
tuit communioni, & participationi ſacramentorum. de pęni.
diſt. prima multiplex. & c. nonnulli. tum propter commutatio-
tionem pęnitentiæ temporalis, quæ eſt in arbitrio ſacerdotis
de c. Deus, qui debet eſſe miſericors, vt hic in textu. & de pęni.
diſt. prima. ſit ſacerdos. & c. nullus. quod denotatur per oleum.
Item vigoroſus, quod denotatur per vinum ſaltem, vt expo-
nat grauitatem delicti peccatori. In §. ſi quis. Quæro, ſi ſacer-
dos proprius malitioſe denegat dare licentiam ſubdito alteri
confitendi. glo. quæ incipit, quid ſi. dicit ſubditum poſſe ad
alium accedere. & hæc fuit opinio Ioan. vel quod debet acce-
dere ad ſuperiorem, qui compellat, vt det licentiam. hanc vl-
timam tenent Philippus, & Goff. & Hoſti. quando periculum
non eſt in mora. ſed Innoc. dicit, quod in caſu neceſſitatis po-
teſt alteri confiteri. ſed non pōt abſolui ab illo, cum nō ſit pro-
prius

ADDITIONES.

a Omnis. Adde c. ſi Romanorum. 19. diſt. glo. fin. in c. ſolitæ. de maio. & obed. l. 3. ff. de off. præſid.
b Aetas. Adde glo. in verbo, perfectis. in proœmio 6.
c Per alium. Adde Cal. in repe. c. noſtro, poſtulaſti.
d Sacerdoti. Adde Archid. in c. placuit. de pęni. diſt. 6.
e Scholaris. Adde Hoſti. in ſumma tit. de vo. in §. cui confitendum ſit.
f Laico. Adde glo. in verbo, quia facile, in §. criminis. 25. diſt. glo. fin. in c. compat. 24. q. in glo. fin. in c. 2. de pęni. & remiſ. lib. 6.
g Loco ſui. Adde c. cum ex eo. de electio. lib. 6. Docto. in c. ſuffraganeis. de electio. in antiquis Cardin. in c. cum ſatis. in vlt. col. de off. archi.

prius ſacerdos. tamen talis confeſſio, quia habet contritionẽ,
quæ remittit peccatum, ſufficit, vt poſſit cõicari, quod not. Ex
quo arguo, ꝙ ante peractam penitentiam poteſt peccator ſu-
mere cõmunionem. Item ſm Inno. etiam in caſu neceſſitatis
poteſt abſolui a non proprio ſacerdote, qui alias habet claues.
Quæro, quid ſi non inuenit alium, cui confiteatur: & ex iuſta
cauſa recuſat confiteri proprio ſacerdoti. dicit Innoc. conſide-
randam cauſam. Aliquando enim homo recuſat propter indi
ſcretionem proprij ſacerdotis. & tunc ex quo nõ inuenit aliũ,
confiteatur proprio, & ſalua erit conſcientia. ad hoc, quod no.
de pœni. diſt. 6. c. ſi. Aliquando ex alia cauſa, vt quia imminet
ſcãdalum, vel graue periculum. puta, quia dubitat, ne reuelet.
tunc eligat mori ſine pęnitentia, vel confiteatur crimen ſine
circumſtantiis. Deus enim ordinabit opera ſua, vt non ſit cau-
ſa mali. ſu.& caueant. Quæro aliquis confitetur, ꝙ intendit in-
terficere Seium dicens ſe non poſſe reſiſtere voluntati. dicunt
10 quidam, vt refert Innoc. ꝙ ſacerdos † poteſt reuelare[a] eis, quæ
a poſſunt prodeſſe, & non obeſſe. 2. q. 1. ſi peccauerit, cum ſimili-
bus. Alij, ꝙ omnino debet celare, vt hic. & ſ. de off. ordi. ſi ſa-
cerdos. de excel. prælat. dilecta. dic primũ verius, vt prodat his,
qui poſſunt prodeſſe. ita tamen, ꝙ non prodat peccatorem. ſi
videt fieri non poſſe, quin prodat, omnino taceat: quamuis au
tem confitens dicat ſe non poſſe abſtinere, tamen auditur in
confeſſione, & imponetur ei pœnitentia pro preterita culpa. i.
de preterita voluntate, ad hoc ſ. eo. ꝙ quidam. Pone aliquis di
11 cit ſecretum † ſuum amico dicens, ꝙ h. d. ſub cõfeſſione[b] verũ
b cogetur ille teſtificari. dicit Innoc. ꝙ ſic. quia non potuit ei di-
ci tanquam ſacerdoti. imò etiam ſacerdos cogeretur, ſi non
fuit ei dictum loco confeſſionis. ſed in dubio abſtineat ſecũdũ
Inn. ne fiat fraus, quia ſemper poſſet ſacerdos propalare dicẽs,
ꝙ non audiuiſſet in confeſſione. Quid ſi aliquis non habens
12 ſacerdotem conſtitutus in neceſſitate confitetur laico † iuxta
ea, quæ ſupra dixi, & quæ not. ſ. de off. ord. paſtoralis. dic ſecun
dum Inn. ꝙ is, qui audiuit, quis non habeat claues, debet tace-
c re.[c] quia fuit loco ſacerdotis. & ſecundum Inno. non poſſet co
gi ad teſtificandum ar. c. tranſlato. de conſti. ex quo ſucceſſit lo
co ſacerdotis. Sed quid ſi reuelat, an incidit in pęnam huius c.
dico, ꝙ non, ſed erit pęna arbitraria. ad hoc de off. delega. de
cauſis. Quid ſi ſubditus, vt liget manus epiſcopo in ſecreto ei
confitetur crimen. dic, ꝙ cautus debet eſſe epiſcopus, vt dicat
ſe non recipere in confeſſionem, ſi ille erat infamatus. vel dic,
ꝙ & ſi non proteſtetur, quamuis audiuerit vt confeſſor, pote-
rit vt iudex procedere contra illum, non habito reſpectu ad il-
lam confeſſionem. abſolutio enim fori pęnitentialis non ex-
cludit proceſſum iudicialẽ. 33. q. 2. admonere. no. de his. Quæ-
ro, quo probabitur, ꝙ ſacerdos audiuerit in confeſſione id, qđ
reuelat. Reſpondeo, ꝙ probari poterit per confeſſionem. vt q̃a
dixit ſibi in confeſſione ſimile dictum, cui ſtabitur in eius præ-
iudicium. ſ. de excel. prælat. quam ſit. Sed quid ſi negat ſibi di-
ctum in confeſſione dic, ꝙ niſi ex coniecturis poſſit hoc con-
uinci, non eſt locus huic pęnæ. Ego tamen putarem, ꝙ ſi pecca
tum eſt occultum, & ipſe erit proprius ſacerdos, & ille probet ſe
fuiſſe confeſſum per illos, qui viderunt eum in actu confeſſio-
nis, ꝙ præſumitur contra ſacerdotem adeo vt ſubijciatur tor-
mentis propter illas coniecturas, ad hoc, quod no. j. de reg. iur.
cum in contemplatione.

ADDITIONES.

a Reuelare. Adde Archid. in c. ſacerdos, de præben. diſt. 6.
b Confeſſione. Adde Abb. in c. ſi ſacerdos. de off. ordi. Abb. in c. qualiter. el 1. de accu. Abb. in c. dilectus. de exceſ. præla. Abb. in c. inimauit. de te.
c Tacere. Adde ſanctum Tho. in quarto ſent. diſt. 21. q. 3. art. 1. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Medici ante omnia debent vocare infirmos ad confeſſionem.*
2 *Medicina proprie verſatur circa corpus.*
3 *Iura ſunt nobiliora medicina.*

1 CVm infirmitas. Medici † corporũ vo-
cati ad infirmos debẽt
ante omnia eos inducere ad confeſſionem, nec ali
quid eis ſuadere pro ſalute corporis periculoſum
animæ. Primo duplex cauſa conſtitutionis, & conſtitutio. ſe-
cundo pena tranſgreſſorum ibi, ſi quis. vel diuide in duo dicta
principalia ibi, ſecunda cæterum. Primam ſubdiuide, vt ſupra.
Noli peccare. i. habeas animum non peccandi. Nota, ꝙ medi-
2 cina † proprie verſatur circa corpus, ibi, medici corporum. Ex
a quo arguo, ꝙ cum aĩa ſit precioſior corpore.[a] vt j. §. cæterum.
& iura emanauerint ad medẽdum animabus. ſ. in proœmio.
3 & quod ibi no. ꝙ iura † ſint omnino nobiliora medicina,[b] qđ
b etiam dicit philoſophus primo ethicorũ circa fi. per hoc alias
argui, ꝙ per ſcientiam medicinę non põt perueniri ad fęlicita-
tem, quia fęlicitas eſt ſm animam, & non ſm corpus, vt ſumi-
tur a philoſopho vbi ſupra circa fin. primo ethicorum. & 10.

ADDITIONES.

a Corpore. Adde c. præcipimus. 12. q. 1. glo. in verbo, animarum, in c. 1. de præben. lib. 6. glo. in verbo, ſibimet, in c. dilecto. de ſenten. lib. 6.
b Medicina. Adde Fely. in rubrica de maio. & obe.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtores eleemoſynarum ſine literis apoſtolicis, vel diœceſanorum admitti non debent.*
2 *Quæſtuarij prædicare poſſunt.*
3 *Prædicatio eſt contentioſæ iuriſditionis.*
4 *Eleemoſyna facit acquirere regnum Dei.*
5 *Indulgens an poſſit vti ſua indulgentia ſeu commiſſione.*
6 *Indulgentia quid operatur.*
7 *Papa quam indulgentiam dicatur concedere.*

1 CVm ex eo. Eleemoſynarum quæſtores † ſi-
ne apoſtolicis, vel diœceſanorũ
literis admitti non debent, nec tunc proponant vl-
tra id quod continetur in illis, hoc primo. debent
eſſe modeſti, & a locis, & expenſis incongruis abſtinere hoc ſe-
cundo. In conſecratione baſilicę vltra annum, & ex alijs cauſis
vltra 40. dies inferior a Papa de indulgentia non concedit. h. d.
habet quatuor partes principales. ſecunda ibi, formam vero.
tertia ibi, qui autem. quarta ibi, ad hoc. quid dicant, patet ex
ſummario. Alios mentiendo ſcilicet, ꝙ ſint ſcilicet deferentes
falſum habitum religionis. falſum. de priuileg. ex tuarũ. Apo-
ſtolus ſecundæ ad Corinthios. 5. ad Romanos 14. parce ſemi-
nat. ad Galathas 6. Lucæ 6. non ſuppetant, cautius diceret fide-
lium ſint ſubſidia opportuna. quandoque facultates ſuppetũt.
tamen tex. etiam bene iacet. ſuppetere enim eſt ad abundan-
tiam. poſſidetis. ſequitur in indulgentiis. nos autem de omni-
potentis & apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, tot
dies de iniunctis pęnitentiis relaxamus. vel per alia verba ad
a hunc effectum, & exprimitur numerus dierum. Baſilica[a] dica-
tur nondum cõſecrata: Eccleſia poſt conſecrationem. ſ. de re-
2 ligioſis domi. c. primo. No. in principio, ꝙ quæſtuarij † poſſunt
prædicare ibi, in ſua prædicatione, ſed proprie ad eos non per-
tinet prædicare, ſed habent petere ſubſidia charitatiua, & pro-
ponere indulgentiam, ſi quam habent, de hære. vt officium. §.
competenti lib. 6. No. ꝙ prohibentur proponere vltra cõtẽ-
ta in ſuis literis. quod intellige quantum ad effectum. poſſunt
enim vti alijs verbis, vt tenet Hoſt. & infra dicam. Et collige ex
3 hoc in eo, ꝙ prohibentur prædicare, ꝙ prædicatio † eſt conten
tioſæ iuriſdictionis. 16. q. 3. placuit. el 2. 9. q. 3. ſcriptum. de hæ-
retici. cum ex iniuncto. quod tenet Vinc. ſed non probatur hic,
melius facit cle. dudum. de ſepulturis. hodie autem conciliũ
Vienen. in cle. abuſionibus. eo. tit. repetens hoc concilium ad-
dit, ꝙ diœceſani examinent diligenter quæſtuarios, antequam
admittant, & ibi reuocantur quædam priuilegia quorundam
quæſtorum, & quorũdam ordinum. & ſi quæſtores delinquũt
in his, ſubmittũtur ordinariis, exemptionis priuilegiis nõ ob-
ſtantibus. No. ꝙ prout eccleſia Romana facit, alij facere debẽt
ibi, vt ſm eam diœceſis. & c. ſ. de re iudi. in cauſis. No. de die re-
ſurrectionis generalis ibi, omnes ſtabimus. Nota, ꝙ dies illa vo
catur dies meſſionis. tunc enim metet quiſque prout geſſerit,
& ſeminauerit. i. recipiet ſm merita. vocatur etiam dies venti-
labri, quia tunc grana diſcutiũtur a paleis. Item ſegregationes,
quia tunc mali ſegregabũtur a bonis. 2. q. 1. c. ſi. No. ꝙ per elee-
4 moſynas † acquiritur regnum Dei. & ſic per pecuniam, quod
non eſt verum. 1. q. 1. ordinationes in prima glo. Sed Deus pon
derat affectum dantis. In § ad hæc. No. contra indulgentias in-
diſcretas. i. conceſſas non ponderatis circumſtantiis. Item con
tra ſuperfluas. i. nimis largas, vel ſine cauſa. Glo. in fi. dicẽs, ſta-
dum contrario. ſufficit enim, ꝙ lex, vel canon prohibet, etiam
ſi non adijciatur clauſula annullans cõtrafactas. C. de legibus.
l. non dubium. ſ. de teſtibus. c. 2. Quæro in principio, quia pro-
hibet admitti quæſtores ſine literis. An cum literis indiſtincte
ſint admittendi. Hoſt. ꝙ ſic, ſi literæ ſunt non ſuſpectæ. ſ. de fi-
de inſtrumentorum. quod ſuper. Sed ſi ſurgit ſuſpicio, con-
ſulatur diœceſanus. & ſolent diœceſani facere conſtitutiones
ſinodales, vt non admittantur quæſtores ſine ſua licentia, quę
conſtitutiones valere poſſunt, cum quæſtores ſint examinan-
di per clemen. abuſionibus. ſuperius allegatam. Quæro, nun-
quid,

ADDITIO.

a Baſilica. Adde, ꝙ baſilica, de proximo conſecranda habetur pro conſecrata, & gaudet priuilegiis eccleſia. ita dicit Abb. in c. eccle. ita dicit Abb. in c. eccleſia. in 3. not. de immu. eccle.

Digitized by Google

quid,quod dicitur in tex. vt nihil proponant in prædicatione,
niſi prout continetur in literis, ſit ad vnguem obſeruandum.
dic,ꝙ ſic.vt ſcilicet nihil varıẽt in effectu.ſed in forma verborũ
non refert. immo eſt cõmendabile,ne videantur omnino ru-
des.quod eſt contra doctores,qui recitant,prout inueniunt ſm
Hoſt. Quæro in §.ad hęc. Pone,ꝙ conceſſa eſt indulgentia per
plures epiſcopos, nunquid operatur aliquem effectum maio-
rem, quam ſi fuiſſet vnicus in conſecratione Baſilicæ.glo.no-
ſtra tenet,ꝙ ſic: licet fieri non debeat cõtrarium.ſ.dixi, & pro-
ba.litera,cuius eſt ſenſus clarus,ꝙ in die dedicationis permitti-
tur concedi annum. ſiue ſit vnus eps, ſiue plures. alias ſolum
40.dies. cardinalibus tamen legatis concedit Papa maiorẽ nu
merum cõiter. intelligit aũt Hoſt. hunc textum qñ indulgẽtia
emanat ab ẽpis pluribus. Secus ſi ab epiſcopo,& archiepiſco-
po. tũc enim ſm eum eps poterit dare annum, & archiepiſco-
pus alium.quod eſt falſum: alias ſequeretur,ꝙ ſi eſſent plures
epiſcopi cum archiepiſcopo,quilibet ſubditus illorum epiſco-
porũ haberet annum a ſuo epiſcopo, & alium ab archiepiſco-
po. Item ꝙ ſi de conſenſu epiſcopi diœceſani epiſcopi conue-
nientes ſimul concederent indulgentiam, quod extenderetur
ad plures annos. Dic ergo,ꝙ aliquando conceditur indulgen-
tia propter vnicam cauſam, vt in die conſecrationis baſilicæ
propter conſecrationem, & non refert an vnus epiſcopus, an
plures ſimul conſecrẽt. quia cum ſit vnica conſecratio: vnica
indulgentia,ſ.anni permittitur concedi, quod clare dixit text.
Aliquando ex diuerſis cauſis,vt epiſcopus in die conſecratio-
nis concedit annum propter cõſecrationem. Archiepiſcopus
ex alia cauſa concedit 40.dies, modo valet vtraque conceſſio.
Tunc quæro,quando plures indulgentię ſunt cõceſſę,an vtra-
que erit cum effectu.dic, ꝙ ſic,obſeruata forma conceſſionis,
nec textus repugnat. Quid ſi indulgẽtia eſt vnica,puta 40.die-
rum danti aliquid in ſubuentionem eccleſiæ,& aliquis pluries
dat,an pluries gaudebit indulgentia. Vinc.ꝙ ſic, qđ eſt verũ,&
tenet Spec.eo.tit.ver.quid ſi eadem,vt fiat larga interpretatio.
Item forma hoc patitur. per hoc ſequitur, ꝙ ſæpius viſitans ec
cleſiam eadem die, ſæpius gaudet indulgentia conceſſa viſi-
tanti. hodie raro cõceduntur viſitanti. ſed porrigenti manus
adiutrices.& ſic bene eſt locus, ꝙ omnia conuertuntur in pe-
5 cuniam. Quæro,an indulgens,† ſeu remittens poſſit vti ſua re-
miſſione. Vinc.tenuit ꝙ non, quo argumento vtitur Io.And.
Attendendum, ꝙ ſtatuens non ligetur ſuo ſtatuto q̃uis cõtra-
ueniat,plene dixi ſupra de rapto.c.primo.plenius in repetitio-
ne c.de conſti.lib.6.ſed nõ puto dictum Vinc.eſſe verum, cum
indulgentia habeat vim ſtatuti,& ſit perpetua.ad hoc ſ.de off.
leg.c.fi.& hic. vnde poteſt gaudere indulgentia,tãquam alter.
dic tamen vbi ſupra in dictis locis,& in regula licet lib.6. Quę-
6 ro,quid operatur indulgentia, † ſeu remiſſio. dic plene,vt ſ.e.
quod autem,vbi tenui,ꝙ operatur, prout verba ſonant. Quæ-
ro,pone,ꝙ ſacerdos dedit pęnitentiam anni, an per indulgen-
tiam poteſt remitti. dic ꝙ ſic, cum indulgentia emanat a ſu-
periore eius. Sed ſi archiepiſcopus dediſſet pęnitentiam, non
videretur, ꝙ indulgentia epiſcopi poſſet eam remittere, cũ nõ
poſſit commutare, ꝙ tenent hic doctores: contra tamen dici
poteſt quaſi remiſſio, ſeu indulgentia habeat effectum autho-
ritate iuris,quod ligat omnes. Quæro,an tempus indulgentiæ
ſit vtile,an continuum,verbi gratia fuit iniuncta pęnitentia ti-
bi triennii,vt ieiunares quarta, & ſexta feria, habes indulgẽtiã
40.dierum, an intelligetur vt tot dies remittantur, quibus de-
bes pęnitere, de quartis & ſextis.an vero continuetur tempus
de iſto anno.Hoſti. dicit, ꝙ indulgentia dierum habet tempus
vtile,an indulgentia anni, vel annorum continuum. quod di-
ctum non probatur iure. & poteſt dici idem vtroque caſu, vt
ſemper ſit tempus vtile. Quæro,an per hanc limitationem, de
qua in textu,limitatur poteſtas ſacerdotis in foro pęnitentiali.
dic, ꝙ quominus poſſit indulgere amplius tempus,vel potius
imponere pœnitentiam minoris temporis, ꝙ debeatur vltra
hanc formam,ratio,quia pęnitẽtiæ ſunt arbitrariæ.ſ.eo. Deus
qui.& c.omnes. hic ergo textus procedit in ſuro contentioſo.
7 Quæro, quam indulgentiam concedat Papa. dic, ꝙ omnem
quam vult etiã plenariam, vt in anno remiſſionis plene. Pro
hoc textus ibi,plenitudinem poteſtatis,&c.variatur autem cõ
ceſſio ad eius libitum. ſolebat quondam concedere, vt in tex-
tu tempore Innocen.& Hoſtien.dabat annum. & 40.dies.ho-
die dat aliquando plures. potuit autem reſtringere poteſtatẽ
quo ad inferiores prælatos.quia ab eo dependent.ipſe autem a
Deo tantum.21.diſt.quamquam.22.diſt.c.primo.ſ.de vſu pal-
lii ad honorem.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus intra prouinciam poteſt concedere remiſſiones ſub for*
ma concilij generalis.

1 NOſtro Archiepiſcopus intra † prouinciam po
teſt concedere remiſſiones ſub forma
concilij generalis,hoc dicit,quæſtio,& ſolutio ibi,
nos igitur. Nota ſummarium,& eſt ſimile,quia ar
chiepiſcopus in tota prouincia poteſt facere, deferre crucem
ante ſe,benedicere populo,& celebrare in pontificalibus, & ẽt
ſine. & facere ſibi celebrare etiam in locis exemptis. clem. ar-
chiepiſcopo,de priuilegiis.

NE pro dilatione Epiſcopus, etiam nõ
exemptus. probat li-
tera.ĩ.ibi præter ſui ſuperioris licentiam. & in mi-
noribus prælatis. Si ergo non ſunt prælati,quam-
uis exempti,hoc eis non licet,nec valet contraria conſuetudo.
infra eo.c.pen.lib.6.in fi. Nota pro celeritate, de hoc ſunt argu
menta pro,& contra.de elec.c.fi.lib.6.

De ſententia excommunicationis. Rub.

Quia excommunicatio eſt pœna contumacis, cum fertur
ab homine. Si vero a iure eſt pœna delicti. Ideo poſt tractatũ
de pęnis,hæc rubrica ſubiicitur. Vel continua ad proxima ſic,
viſum eſt de pęnitentiis,& remiſſionibus.verum quia inter pę
nitentes,& quibus ſit remiſſio,ſunt excommunicati, qui egẽt
abſolutione. ideo &c. De materia. 11.q.3. 24.q.2. & 3.facit 9.
q.1. Repetitur in ſexto & clem.

SVMMARIVM.

1 *Aetas dicitur excuſare.*
2 *Percuſſio facta clerico, vt inferat excommunicationem, tria requi-*
runtur.

SVper eo Impubes, qui clericum per-
cuſſit, ab epiſcopo abſolui
poteſt, qui ioco, vel cauſa diſciplinæ percu-
tit clericum,excommunicatus non eſt. qui
vero odio,ſic, & per Papam abſoluitur. ha-
bet duo dicta.ſecundum ibi, nec clerici. Et
illa ſubdiuiditur in duo. ſecunda ibi, illius
1 cæterum.No.ꝙ ætas † excuſat.[a] Ad ꝙ oppone, vt glo.de l.a. C.
a ſi aduerſus delictum. Sol. minor ætas non excuſat delictum,
quin.ſ.committatur, ſi committens eſſet doli capax.de delic.
puerorum.c.1 & 2.ſed excuſat quo ad mitiorem pœnam. Op
pono ſecundo,ꝙ magiſter cauſa diſciplinæ percutiens ſit excõ
b municatus.[b] & ſimiliter clerici iocoſe percutientes[c] ſe. De ſe-
c cundo probatur, quia non licet clericis ludere tali ludo, per
quem venitur ad rixam.ſ.de homici ad audiẽtiam.l.nam lu-
dus.ff.ad l.Aquiliam.Sol.textus loquitur de ioco leui,qui non
veriſimiliter paratur ad iniuriã ibi, iocoſa leuitate. De primo
ſcilicet magiſtro probatur. ſ.de homicid. presbyterorum.& c.
ad audientiã.Sol.illa loquuntur,quando excedit modum cor-
rigendi.Op.tertio in eo,ꝙ dicit,ꝙ ſi ex odio ſe percutiunt, ſunt
excommunicati, ſolus enim primo percutiens eſt excõicatus,
alius non, qui ſe defendit. ĩ.eo.ſi vero.clem. ſi furioſus. de ho-
micidio.Sol. poteſt eſſe,ꝙ dubitatur quis incęperit, vel ꝙ alius
d ſe defendendo non obſeruauit modum inculpatæ tutelæ.[d] ha
bes ex prædictis,ꝙ regulariter percutiens clericum ex odio eſt
excommunicatus.27.q.4.ſi quis ſuadente. Et requiruntur tria.
2 Primum eſt, ꝙ interueniat factum ibi, percuſſio, ſeu violatio
perſonæ clerici.ĩ.eo.nuper. voluntas autem nõ haberetur pro
facto, vt ſi præcepit quis clericum verberari, vel per eum non
ſtetit: tamen res non habuit effectum.Contra tamen eſt de pę
nit.diſt.prima.ſi quis pulſatus.& dictum c.nuper. ſed primum
verius,& quãdo voluntas habeatur pro facto,plene dixi in c.1.
de eo qui mitt. in poſ. Secundo requiritur, ꝙ ſit violatio iniu-
rioſa, propterea in c.ſi quis. dicitur ſuadente diabolo. Si enim
ex ioco,vel cauſa diſciplinæ,non habet locũ,vt hic. & per hoc
habes duos caſus,in quibus percutiẽs clericum eſt excommu-
nicatus. Alium enumerat Inno.ĩ.eo.non dubium.& c.veniẽs.
Hoſti.in ſumma.eo.§.quis poſſit.ſub §.ſuper illo. Tertio requi-
ritur,ꝙ fiat violentia,ſed hoc idem importat,quod iniuria.

ADDITIONES.

a Excuſat. Adde c.fin.infra eo.
b Excommunicatus. Adde Innoc.in c.veniens,infra eod.
c Percutientes. Adde glo.in verbo,iniurioſa.in c.contingit. clem.1.infra eod.
& glo.2.in c.ſi quis ſuadente.17.q.4.
d Tutelæ. Adde c.ſignificaſti.el 2.de homi.Bart.in l.ſi ex plagis. in §.taberna-
rius.ff.ad l.Aquil.

SVMMARIVM.

1 *Abbas monachos ſe inuicem percutientes abſoluit.*
2 *Abbas monachum ſemper abſoluere non poteſt, ꝙ notandum eſt.*

1 MOnachi. Monachos † ſe inuicem percutiētes abſoluit abbas, & ſi expedit cū conſilio epiſcopi. Primo dictum ſecundo limitatio ibi,
2 & ſi. Nota, ꝙ abbas † non ſemper poteſt abſoluere monachum excommunicatum per canonem, ſi quis ſuaden-
a te. ſed aliquando recurritur ad epiſcopum,[a] vt hic. quod pro-
b cedit, quando exceſſus eſt enormis.[b] Aliquando ad Papam in caſu c. cum illorum. ꝫ. eo. ad hoc ſupra de offi. ordi. quãto. & ꝙ ibi not. Quæro, quid ſi monachi ſunt non profeſſi, ſed in probatione. dicit Inno. idem eſſe, quod probatur infra eo. religioſo. libro ſexto. vbi percutiēs monachum nouitium, eſt excommunicatus, ſicut ſi profeſſum. eadem ergo erit ſimilitudo, & in abſolutione.

ADDITIONES.

a Ad epiſcopum. Adde, fallit, ſi abbas haberet iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, & tunc poterit, vt ex glo. in verbo, proprij, in clem. 1. de rebus eccl. non alie. & per Inno. in c. ſtatuimus, de tranſact. & per Feder. de ſenis conſ. 14.
b Enormis. Adde quæ dicatur enormis læſio. vide glo. in verbo, refundendis, in clem. ne Romani. de elec. & tex. in c. reuertimini. 16. q. 1. & per Io. Andr. in addit. Spec. in rubrica. de accu.

SVMMARIVM.

1 *Clericum percutiens fortuito caſu non dicitur excommunicatus.*
2 *Vim vi repellere licitum eſt.*
3 *Occidens alium, ne alium occidat, an ſit puniendus.*
4 *Laicus clericum repercutiens an ſit excommunicatus.*

SI vero. Habet quatuor dicta. ſecūdum ibi, officialis. tertium ibi, ſi vero. quartū nec ille. Et illa ſubdiuiditur. & etiā aliæ poſſunt ſubdiuidi in particulas, quæ patebūt in ſumma. Hoſtiarius, q clericū percuſſit, nō grauiter, ab ep̄o pōt abſolui. officialis deliberate percutiens clericū per Papam abſoluitur. Qui repellendo vim vi clericum percutit, excōmunicatus nō eſt. qui percutit clericum turpiter inuentum cum propinqua, excommunicatus non eſt. Secus ſi cum remota, & dicitur propinqua, vt in textu. Non ex deliberatione. i. ſcienter, & maligne: alias tenetur, vt in præcedenti reſponſo. Nota, ꝙ actus prauus extra iudicium factus, minus punitur, quam in iudicio, probatur hic in prin. & in §. officialis. vel factus per priuatum minus punitur, quam ſi per iudicem. eodem modo hic probatur. No-
1 ta, quod percutiens † clericum fortuito caſu non eſt excommunicatus, vt ſi arcebat turbam irruentem, quo caſu ſecundū Innocen. præſumitur, quod fortuito, niſi probetur, quod deli-
2 berate. 6. q. vltima. actor. Nota, ꝙ vim † repellere[a] vi licet. No.
a ꝙ generalis locutio reſtringitur ad ſubiectam materiam. ibi omnes leges. ſ. de hac materia loquentes, vt dicit glo. No. in §. ſi. ex ordine literæ ibi, vxore. quod maritus plus diligit vxorē, quam matrem, ſororem, & filiam. ad hoc de biga. debitum. Quæro circa §. ſi vero clericum. Pone, quod clericus eſt in bello armatus, vel facit inſultum. nunquid ſi percutitur ab inſultato, percutiens eſt excommunicatus. Innocen. ꝙ ſic. ſed non mittetur ad Papam. Hoſtien. contra, ſi fecit cauſa defenſionis, quod eſt verum, vt hic quando non aliter euadere. nec Innoc. contradicit. Quid ſi officialis talis talem clericum caperet, quē non poteſt aliter ab iniuria coercere. dicit Inno. ꝙ non eſt excommunicatus, ſed meretur. 23. q. 3. fortitudo. 2. q. 7. negligere. ꝫ. eo. quanto. quod procedit, ſi non teneat nimis. ſed donec arceat iniuriam, vel reſignat cum prælato ſuo. infra eo. vt famę.
3 Quæro tertio, quid ſi occidit † eum, ne alium occidat. dicit Inno. idem ꝙ non eſt excōmunicatus, ſed tamen eſt irregularis. pro hoc glo. pen. in cle. ſi furioſus. de homicidio, & idem dicit Inno. ꝙ ad tuitionem patris, matris, filij, vel vxoris percutiens nō eſt excōicatus. ad hoc. ff. ꝙ metus cauſa. l. iſti. §. ſi. ad ſillanianum. l. prima. d. c. fortitudo. & c. non inferenda. ſ. de reſti. ſpol. olim. 1. vbi ſolus ep̄s non ſpoliauit hoſpitale. immo habuit comites, & tamen non ſunt excōicati, niſi modum exceſſerint. ratio aūt, quare euitatur excōicatio, eſt, quia iſta nō facit ob iniuriam, quod requiritur, vt habeat locū c. ſi quis ſuadente. dixi ꝫ. eo. c. 1. Ratio vero, quare incurrit irregularitatem, eſt, quia in ea conſideramus factum etiam ſine culpa. dic, vt in d. gl. pen.
4 Quæro, pone ꝙ clericus percuſſit laicum, nec intēdit amplius eum percutere, laicus repercutit. an eſt excōicatus. dicit Inn. ꝙ ſi certum eſt de animo percutiētis, repercutiēs eſt excōicatus. Secus ſi dubium. tunc enim licitū eſt ſe defendere. ff. ad l. Aquiliam. l. ſcientiam. §. qui cū aliter. C. de ſicarijs. l. 2. dicto c. olim. & quod ibi no. & eſt ratio, quia qn̄ dubitatur, poteſt dici excuſari repellente vim vi. ſed quando certum eſt, hoc ceſſat, per hoc intelligitur regula vim vi repellere licet. vim. ſ. inſtantem, non præteritam, & hoc reſpectu perſonarum. ſed pro rebus licitum eſt etiam ex interuallo d. c. olim. & ibi no. In §. ſi. Quęro, an quod dicit de matre, ſorore vel filia, procedunt in naturalibus non legitimis, vel in legitimis non naturalibus. Hoſti. dicit procedere in primis. ſ. naturalibus tantum, non in ſecundis. ſ. legitimis, vel adoptiuis. ff. de in ius vocan. l. 4. §. parentes. & duabus l. ſequentibus. Quid ſi vxor non eſt vxor in effectu, ſeu in veritate, licet ſic putetur. dic, ꝙ habet locum textus. pro hoc quod no. in c. plerique. in gl. vlt. de dona. inter virum & vxorē. Contra eſt, quod no. Io. And. in c. primo. eo. li. vbi tenet priuilegia mariti in reſtituenda dote non cōpetere marito putatiuo. ſed dic illud non eſſe verum per l. ſi cum dotem. in fi. ff. ſo. mat. & C. qui potiores in pigno. l. vlt. & ibi per Cy. 7. q. & ſic in vxore putatiua habet locum textus. Quid ſi inuenit clericum ſe-
b dentem cum matre, vel vxore[b] & ſolum cum ſola in loco ſuſpecto. dicit Hoſti. quod non excuſatur, ſi percutiat, niſi prius monuerit. C. de adulterijs. auth. ſi quis ei, poſſet tamen excuſari, ſi caperet propter tales ſuſpitiones, & in dubio tutius eſt, ꝙ capiat, q occidat. ꝫ. tit. 1. c. 2. Quid ſi inuenit cum nepte, vel cū auia. gl. tenet, ꝙ ſolum procedit litera in perſonis hic expreſſis, arguit in ꝯtrium, ꝙ nomine matris veniant omnes aſcendentes, & ſic nomine filiæ deſcendentes, quod tenet Innoc. dicens ad collaterales non extendi. Hoſti. autem dicit opinionem gl. tutiorem. ſed lex addit de nepte. & de ſponſa. in auth. vt liceat matri, vel auiæ. §. quia vero. de rigore inhærendum eſt tex. vt ſolæ perſonæ nominatæ excipiant, & in illis ſolis ſit locus huic priuilegio. & ratio, quia debemus potius extendere excommunicationem, & fauere priuilegio clericorum, q̄ minuere.

ADDITIONES.

a Repellere. Adde c. ſignificaſti. el 2. de homi. & clem. ſi furioſus. eo. titu.
b Vxore. Adde l. cum inceſtu. ff. de adulte.

SVMMARIVM.

1 *Abiectio coronæ an ipſo iure tollat priuilegium clericale.*
2 *Iurare recuſans habetur pro vere conuicto.*
3 *Ignorantia non excuſat, cum culpa præceſſit.*

SI vero. Qui pecutit clericum, hoc probabiliter ignorans, excommunicatus non eſt. & hoc dubium purgat per iuramentum. & ſi iurare non vult, habetur pro excommunicato, hoc dicit. habet tria dicta. ſecundum ibi, ꝙ ſi. alias, vel ſi. tertium ibi, ab illo. No. ꝙ de ſcientia, vel ignorãtia ſua probat quis per iuramen-
1 tum. No. ꝙ abiectio † coronæ non tollit ipſo iure priuilegium
a clericale,[a] de quo hic in glo. ſi. No. ꝙ recuſans † iurare habetur
2 pro vere conuicto ibi, conſtat eum in clericum inieciſſe. Oppono primo ad textum, ꝙ percutiens clericum ſit excommunicatus, licet putauerit laicum. ff. de furtis. l. vulgaris. §. ſi quis ęs. vbi qui ſubtraxit æs, putans eſſe aurum, tenetur furti. So. tenetur pro furto, ibi pro ære. nec hic negatur, quin teneatur iniuriarum, ſicut ſi percuſſiſſet laicum. vnde potius ille §. facit pro, cum ibi non teneatur furti pro auro. Ita hic non tenetur de iniuria tanquam illata clerico. & ſic non eſt excommunicatus. Oppono ſecundo ad idem, ꝙ immo teneatur tanquam de iniuria facta clerico. ff. de iniurijs. l. cum qui. §. fin. vbi percutiens filiumfamilias, quamuis neſciat, cuius ſit filius, poteſt conueniri iniuriarum a patre. Oppono tertio ad idem. de §. ſi iniuria. eadem l. vbi ſi putans iniuriari Titio, iniuriatur Sempronio, tenetur Sempronio iniuriarum. Sol. ad incurrendam excommunicationem requiritur ſcientia, vel affectata ignorantia. alias non dicitur fieri iniuria clerico. ideo probabilis ignorantia excuſat, & eſt probabilis, ſi caret corona, & tonſura, vt hic in principio. ſed vt competat actio iniuriarum, ſufficit intentio iniuriandi cum facto, ibi ergo non excuſat error quali-
3 tatis, cum conſtet de ſubſtantia. Item ignorantia non excuſat, quia præceſſit culpa. In terminis autem c. cum requiratur dolus ad incurrendum pęnam c. ſi quis ſuadente, excuſat ignorantia etiam poſtquam præceſſit culpa. fuit enim in culpa percutiens, & tamen excuſatur. ad hoc quod no. 29. quæſt. prima. §. primo.

ADDITIO.

a Clericale. Adde c. ſi iudex laicus, & ibi doc. de ſent. exc.

SVMMARIVM.

1 *Conuerſum percutiens an ſit excommunicatus.*

Non

Digitized by Google

1 NOn dubium. Percutiens† conuerſum re
a ligionis [a] approbatæ, excommunicatus eſt, nec abſoluitur niſi a papa, præterquam in mortis articulo, habet duo dicta ibi,
b nec. Quæro, quid de conuerſo eccleſiæ ſæcularis, [b] gl. tenet idē, quod in conuerſo religionis, qđ notanter pondera, dixit Hoſt. ꝙ conuerſus eccleſiæ ſæcularis aliquando dedit ſe, & ſua, & viuit honeſte & audit horas, & tonſuratus eſt, vel mutauit habitum, & de tali procedit gl. quia gaudet immunitate, tanquam plene translatus in eccleſiam: aliquando manet in domo propria, & de ſuis viuit, & tunc nō gaudet, primum probatur, ſup. de priuilegijs, vt priuilegia §. hoc autem. Secundum, eo. tit. c. 3. verſ. de confratribus. Sed c. vt priuilegia, in §. hoc autem, loquitur de conuerſis religionum, vnde poſſumus tenere ſimpliciter inhærendum eſſe textui, quia conuerſus eccleſiæ ſecularis poſſet recedere, nec dicitur plene translatus, vnde nō eſt incapax proprij, no. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccle. & ſup. de probatio. in præſentia, niſi teneremus, ꝙ cenſeatur ſeruus, ita ꝙ quicquid acquirit, acquirit eccleſiæ, tamen ſi cōtraheret matrimonium, valeret, no. in c. tuarum, de priuilegijs, & per conſequens apparet verius eſſe, ꝙ non gaudeat priuilegio, & hæc opinio verior de rigore, de æquitate poſſumus inhærere gl. ſicut in ſimili dicimus, ꝙ illi de tertio ordine B. Franciſci gaudent immunitate, ideo quòd percutiens eos eſt excommunicatus. clemen. eos, eo. tit.

ADDITIONES.

a Conuerſum religionis. Adde doct. in c. parrochianos, inf. eo. gl. clem. 1. de deci. Inn. in c. recepimus, de priuileg.
b Secularis. Adde Ioan. And. in c. dilecta, de ma. & obe.

SVMMARIVM.

1 *Mandans clericum percuti, & poſtea reuocans, an ſit excommunicatus.*
2 *Ratam habens clerici percuſſionem, an ſit excommunicatus.*

MVlieres. Habet tria dicta, ſecūdum ibi de his, tertium ibi, illi. In ſumma dicit. Mulieres, quę inciderunt in excommunicationem per canonem, ſi quis ſuadente, abſoluuntur ab epiſcopo, & idem de perſonis non ſui iuris delicatis, vel de quibus arbitrabitur Papa, ꝙ non commode poſſint ad Papam accedere: mandans percuti clericum eſt excommunicatus, vt percutiens mulieres etiam ſui iuris, ad hoc c. in demnitatibus. §. & cū eas, de elec. lib. 6. Pontificis, qui talium abſolutiones concedet fieri per dioceſanum, vel alium ſi videbitur. Quæro primò in princ. quid de filiofamilias, an dicitur non ſui iuris, glo. ꝙ non. In contrarium eſt, quia eſt in poteſtate patris. Poteſt dici, ꝙ licet ſit in poteſtate, non eſt tamen in voluntate patris ex toto, immo poteſt acquirere bona propria, vel de æquitate poſſet diſtingui, an habitet cum patre, & teneatur ire. An ſeparate, & teneatur, ſed verius eſt indiſtinctè, ꝙ debet ire ad curiam, niſi ſit impubes, vt in gl. Quęro ſecundo in §. de his, quis arbitrabitur, an excommunicatus, an poſſit ire ad papam, vel non, dic, vt in gl. 2. quia aut conſtat de impedimento, & non expedit arbitrari, aut eſt dubium, & arbitrabitur papa, vt in textu. Quæ
1 ro tertiò in §. fi. Si quis mandauit clericū † percuti, deinde reuo
a cauit, an ſit excommunicatus, [a] ſi ſequitur percuſſio, gl. ꝙ ſic, ad hoc quod not. 6. diſt. in fi. ſummæ, hæc deciſio eſt vera quo ad eccleſiam, ſed quo ad deum in nullo tenetur. Quid ſi moritur ante percuſſionem, gl. dicit, ꝙ non eſt excommunicatus, quod tenet Inn. & Hoſt. Alij contra vt Tan. & Goſ. quia præſumitur mori in eadem voluntate. teneo cum glo. non enim poteſt excommunicari poſt mortem, cum careat anima, ad hoc, inf. eo a nobis, tamen fateor ꝙ deceſſit in mortali, ſi non peni-
2 tuit. Quid † ſi quis non mandauit, ſed ratum [b] habuit percuſ-
b ſionem, diſtingue vt in c. cum quis, inf. eo. lib. 6. & ibi no. in gl. 4. Vltimo no. tex. ibi vere committit, qui facit ad quæſtionem, Statuto punitur faciens maleficium, quæritur, an mandans te
c neatur [c] ſtatuto, ꝙ ſic, per iſtam litteram, & regulam qui facit per alium &c. lib. 6. In contrarium eſt, quia ſtatuta habent lo
d cum in caſu vero, & non ficto. [d] l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. ge. modo qui facit per alium nō facit per ſe, niſi per quandam fictionem, vnde in regula, qui per alium &c. eſt verbum, vide
e tur, [e] quod eſt verbum fictionis, ad hoc, quod no. in l. naturaliter. ff. de acq. poſſ. in prin. primum tene per iſtum textum ibi, vere committit, ſed iam vidi reſponderi, committit, id eſt mādat. committo enim aliquando exponitur pro, facio, aliquando, pro mando ſeu commiſſionem facio, ſeu iniungo, ſed eſt extortio, & de hoc in l. non ſolum, primo reſponſo, & in §. ſi mandato. ff. de iniurijs, vnde dico, ꝙ mandans vere delinquit, & facit delictum, nam & ipſe delinquens non facit delictum, vt animus eius interficiat alium, ſed membra, tamen tenetur, quia ex animo, cui membra miniſtrant, ita mandans vere facit per mandatarium, tanquam per miniſtrum.

ADDITIONES.

a Excommunicatus. Adde gl. in verbo, mandato, in c. cum quis, de ſen. excom. lib. 6.
b Ratum habuit. Adde tex. in gl. in regula ratihabitio, de reg. iur. lib. 6. Arch. in c. omnis 17. q. 4. Bal. in lib. fi. C. ad maced:
c Teneatur. Adde Bal. in tit. de pace conſtan. in verbo obiectioni. Cy. in l. non dubium. C. de legi.
d Et non ficto. Adde tex. in c. 1. ne cler. vel mo. & in c. licet canon. de elect. lib. 6. gl. in regula ea, quæ a iure, de reg. iur. lib. 6. Mateſilanus in tractatu extenſionum. 3. col. Lo. ro. conſilio. 178. incipien. ampliſſime doctor in 6. col.
e Videtur. Adde c. videtur, qui ma. accu. poſ. c. præterea, el. 1. de appel. c. cum apud. de ſpon. c. de vxore, de ſepul.

POrro. Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, licet occultus, abſolui debet per papam, hoc dicit. Fratres, i. proximos clericos tamen, & ſic loquitur de generali fraternitate ad hoc, quod no. de regula. Ioannes. Quæro de ratione dubitandi, dic, ꝙ videbatur, quia erant occulti, quòd non eſſent publicandi, & ſic abſoluendi, contrarium deciditur, nō enim publicabuntur, ſed monētur in ſecreto ibi, monetur inducere, nec debent vitare in publico, inf. eod. cum non ab homine, ibi de hoc. Oppono, primo, ꝙ epiſcopus poſſit abſoluere ſine ſpeciali mandato, inf. eo. peruenit. Sol. vt ibi dicetur. Oppono ſecundo de c. monachi, ſup. eo. & inf. eod. cum illorum. Sol. vt in gl. 1. quæ dicit in monachis illa procedere, non in alijs quam in monachis, ꝙ intellige alijs, ſcilicet communiter viuētibus, vt in c. quoniam, de vita & hone. cleri. etiam priuilegiatus tenetur vitare excommunicatum, & pro violenta iniectione manus in clericum.

SVMMARIVM.

1 *Papa communicando epiſcopo an ſit excommunicatus.*

NVlli. Oppono, ꝙ ſtandum ſit priuilegio, papa enim concedit priuilegium communicādi excōmunicato, inf. eo. ꝙ in dubijs, & c. inter alia, & c. cum voluntate, primo reſponſo. Sol. intelligo hoc c. de priuilegio generali, & dicit, ꝙ nunquā vidit tale priuilegium, nec putat, ꝙ emanet a curia: tamen ſi emanaſſet, procedit littera, vt ſcilicet præſumatur priuilegium ſuſpectum, & ei non ſtetur. In contrarijs autem eſt priuilegium corpore iuris clauſum, & ſpeciale, & ex cauſis honeſtis. Quæro, nunquid
1 papa † communicando excommunicato, eſt excommunica-
a tus [a] gl. ꝙ non, quam ſigna. per quam dico idem in qualibet pœna iuris poſitiui, quia eſt ſolutus legibus, pro hoc, ꝙ not. gl. 93. diſt. ſi inimicum, inf. eo. ſtatuimus, libro ſexto.

ADDITIO.

a Excommunicatus. Adde gl. in verbo, expectare, in c. ſi inimicus 93. diſt. tex. iuncta, gl. in verbo, participet, in clemen. ſi ſumus, de ſen. excom. Cal. in rep. c. ab excommunicato 11. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Monachus pro iniuria ſua an agere poſſit.*
2 *Monachus an iniuriam ſuam remittere poſſit.*
3 *Clericus an poſſit conqueri de laico ſibi iniuriante coram iudice eccleſiaſtico.*

PArochianos. Percutiēs monachum, vel religionis conuerſum denunciari excommunicatus & vitari debet, donec abſoluatur a papa, hoc dicit, generalis, quia omnes ligat chriſtianos, vel quia in generali concilio edita fuit. Publice, ſcilicet iniectio fuit publica, alias priuatè, ſup. eod. porro, cū litteris, quæ debent continere ſeriē negocij, inf. ea. quæ eſt. Quæ
1 ro, nunquid monachus † poſſit agere pro iniuria ſua. gl. ꝙ nō, ꝙ eſt verum ſine licentia abbatis, ſed cum licentia poteſt, etiā generali, vt ſi eſt in ſtudio, vel longe abeſt. ff. de iud. l. ſi longius,
2 ſup. de accuſa. ex parte, & ꝙ ibi no. de ſepul. c. fi. lib. 6. † Sed num quid poteſt remittere ſuam iniuriam. gl. ꝙ non. Quid de cleri
a co ſeculari, [a] dic idem, ꝙ nō valet remiſſio, quin percutiens ſit excom-

ADDITIO.

a Seculari. Adde glo. in verbo, iniuriam, in c. is qui 23. q. 4. gloſ. penul. in c. ſalonitanæ 63. diſt.

Digitized by Google

excommunicatus.inf. eo.contingit. 1. ſecūdum Inn. ſed actio-
nem iniuriarum poteſt remittere ſecundum cū,qui hoc nota-
uit. ſup. eo. non dubium,quod eſt verum de actione ſibi com-
petente,non de illa,quæ competit eccleſiæ. Quid ſi talis cleri-
cus habet beneficia in pluribus eccleſijs, cui eccleſiæ compe-
tet actio. dic diſtinguēdum, vt in c.relatum.el 2. de teſtamen-
3 tis.Nunquid clericus † poteſt conqueri de laico ſibi iniuriante
coram iudice eccleſiaſtico: glo.quòd ſic.de hoc. 11.q.3.c. ſi. &
no. de foro competen. ſi clericus.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus,in quibus percutiens clericum non eſt excommunicatus.*
2 *Abſoluendus iurare debet ſtare iuramento abſoluentis.*

EXtenore. Ponitur forma præcepti, ꝙ in vir-
tute iuramenti fieri debet illi, qui
pro violenta percuſſione clerici excommunicatus
abſoluitur. Cōmunis diuiſio, ſupplicatio, & com-
miſſio,ibi mandamus. No. formam mandati, ꝙ ſit abſoluto
ab excommunicatione canonis, ſi quis ſuadente. Not. tres ca-
1 ſus, † in quibus percutiens clericum nō eſt excommunicatus.
No. quartum caſum, in quo licet ſit excōicatus, abſoluitur ab
alio,quàm à papa quādo.ſ.ſunt ſocij.ibi,aut cum ipſo.illa enim
alternatiua non facit illum caſum de numero præcedentium,
niſi ad hoc, ꝙ non expedit, quòd accedat ad papam pro abſo-
lutione. ſed à diocæſano poteſt abſolui. ſup. de vita & hone.
2 cleri.quoniam,vt ait. No.etiam,quod abſoluendus † iurat ſta-
re mandato abſoluentis. & dicit glo. 1. hic, ꝙ idem importat,
ac ſi iuret ſtare mandatis eccleſiæ ſcilicet, gl. in c. ſi quis volue-
rit. 1.q.7. dicit eſſe differentiam. tene primum, quia verius,&
de hoc ſup. de appel. quæſtionum &c. præcedenti. Oppono,ꝙ
indiſtinctè potuerit abſoluere archiepiſcopus hic etiam vice
inf. ſua.eo.peruenit.So.ibi in leui percuſſione.& dic,vt ibi.

DE cætero. Excommunicatum pro percuſ-
ſione clerici abſoluit epiſcopus, ſi
ſine periculo papam adire nequit. ſed mandatur
ei,ꝙ adeat Impedimento ceſſante; habet duo dicta
ibi, ſed eſt. Adeat. per ſe inf.eo.ꝙ de his.in fi. Nota mandatum,
quod fit excommunicato, quando abſoluitur ex cauſa ab il-
lo,de quo non poterat a iure abſolui.ſ.vt ceſſante impedimen-
to,adeat illum, a quo abſolui debuit. & ſecundū Inn. hoc pro-
cedit,non tantum in excommunicato pro percuſſione clerici:
ſed, etiam ſi ex alia quacunque cauſa. vt ſi excommunica-
tus abſoluitur in mortis articulo, poſt abſolutionem ſe præ-
ſentet excōmunicatori. inf. eo. a nobis.vel ſi appellauerat a iu-
dici, ad quē ſe præſentet. de of. ordi. ad reprimendam.Et ho-
die ſi ſe non præſentat, recidit ipſo iure in excommunicatio-
nē.inf.eo. cos.li.6.& ad hoc cle.ſi quis ſuadente.& quod ibi no.
gl. de penis.Glo. 2. quærit,an presbyter hoc poſſit. tenet, quod
ſic, & idem Inn. &. Hoſt. & abſoluit ſacerdos auth. quam ha-
bet a Deo,de raptoribus,in litteris.& hoc in ſūma neceſſitate.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus a delegato,ab eo abſolui non poteſt.*

AD hæc. Cum abſolutionem excommunica
ti papa delegat, mandat cautionem
recipi de parendo mandatis eccleſiæ.hoc dicit. No
1 ta quod excommunicatus † a delegato, ab eo ab-
ſolui nequit: patet, quia alij committitur. ſed forte hic erant
mortui,alias per ſe abſoluerent,niſi expiraſſet iuriſdictio eorū.
ſup.de offi.dele.quærenti.de offi.ordi.paſtoralis.ſup.eo.tenore.
glo. 1.No.ꝙ abſoluendus præſtat ſufficiētem cautionem.quod
dicit gl. verum,quando pro crimine,vt pro iniectione manus
in clericum.Secus pro contumacia. Tu dic melius diſtinguen
do,vt dixi in c. qua fronte. de app. an. ſ. contumacia ſit dubia,
an manifeſta,&c.vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus ob læſionem factam epiſcopo, an ſufficiat qui petat*
veniam non ſatisfaciendo.

EA noſcitur. Excommunicatus per cano-
nem, ſi quis ſuadēte, diues vel
pauper per papam, vel legatum debet abſolui. Fal-
lit in muliere, ſene, infirmo, & mutilato, per epi-
ſcopum abſoluuntur. hoc dicit. Primò ponit exceptionem a re
gula, & regulam, ſecundo quandā limitationem ibi, ſi vero.
Prima in duas. primò excipit a regula. ſecundò eam ponit ibi,
alias. No.caſus, per quos excommunicatus excuſatur ab acce-
dendo ad ſedem apoſtolicam pro abſolutione. No. ꝙ quando
impedimentum eſt temporale,impedimento ſublato tenetur
accedere. patet hic de ægrotante, qui ſanatus accedit. No. re-
gulam in verſ.alios,ex qua no.non eſſe differentiam inter pau-
peres,& diuites,quo ad petēdam abſolutionem. quia vterque
accedit ad papam, vel legatum, ſed in ſatisfactione eſt differen
tia.excuſatur enim pauper. probatur in litera. ſ. ibi iuxta facul-
tates,ad hoc,quod notauit Archi. 17.q.4. ſi quis deinceps. Op-
po. ad textum, ꝙ propter paupertatem poſſit excommunica-
tus abſolui a diocæſano.inf.eo. quod de his.&.c.quamuis.gl.in
verbo,pauperes. ſoluit. vel dic plenius, ꝙ interdum paupertas
ſapit mēdicitatem, vt ſic nullo modo habeat, vnde poſſint ac-
cedere.& tunc reſpiciendæ ſunt coniecturæ, an ſit alias ſolitus
mendicare, & tenebitur accedere. niſi forte domi relinqueret
familiam, cui prouidere ſoleret de eleemoſynis ſibi factis. aut
non eſt ſolitus mendicare, & conueniret, vt mendicaret, ſi ac-
cederet, & nullo modo tenetur. Interdum paupertas nō ſapit
mēdicitatem, ſed ſtat in proprio ſignificato pro non diuite: &
tunc tenentur accedere, ex quo habet vnde: licet non ita bene,
ſicut diuites. Ad prædicta, quod notauit Inn. inf. eo.quamuis,
vbi dicit nullum cogendum mendicare. C. de mendicantibus
validis.l. 1.Quæro, quid de mancis. ſ. habentibus manus dimi-
nutas, qui tamen poſſunt accedere. dicit Inno. quod cenſen-
tur miſerabiles perſonę, ita ꝙ excuſantur ab eundo.ad hoc inf.
eo.quamuis.quod non poſſet tamen adeo eſſe diues etiam ha-
bens ſeruientes quos poſſet ducere, ꝙ non cenſeretur miſera-
bilis.Quæro, quia in fine dicitur, quod abſoluti in ægritudine,
a ſanati debent accedere ad papam, [a] vel legatum. ſ. de latere, vt
dicit glo. an ſufficit ad quemlibet legatum, etiam in alia pro-
uincia. videtur, quod ſic: nam & quilibet legatus de latere ab-
ſoluit quoſcūque excommunicatos etiam extra prouinciam,
& in abſolutione facit mandatum, quod fieri ſolet abſoluto.
de quo ſup. eo. ex tenore. ergo fortius poterit ſolum mandatū
facere iam abſoluto per diocæſanum. pro hoc etiam litera ibi
legatum.quæ generaliter loquitur. Inno.tenet contrarium di-
cens expedire, quod ſit legatus proprius. Et ad rationem reſpō-
det, ꝙ licet quicunque legatus poſſit abſoluere, & mandatum
iniungere: illud eſt in vim acceſſorij: ſed ſi vult mandatum fa-
cere principaliter, ſecus, ꝙ ſit proprius. Ratio differentiæ, quia
permittitur cuicunque legato abſoluere propter periculum
moræ. Spe. de legato, §. nunc dicamus. veri. ſed an tunc. tenet
primum. ſ. quod ad quemlibet legatum poſſit accedi. domi-
nus Io. an. ibi in additionibus dicit, opinionem Inn. veriorem
de rigore. & in hoc ponderat textus c. eos. inf. eo. li. 6. vbi dicit,
quod ſublato impedimento debent accedere ad eum, qui de-
buit abſoluere. nō dicit potuit. ſed licet ponderatio ſit pulchra,
poſſet calumniari. qui enim poteſt, per illum debet etiam fie-
ri. & ideo prima opi. eſt in obſeruantia. & pro hoc litera, quæ
1 hoc loquitur generaliter, vt dixi. Quæro, quid † ſi quis eſt ex-
communicatus, quia læſit epiſcopum, an ſufficit, quod petat
veniam non ſatisfaciendo, vt ſic teneatur epiſcopus iniuriam
remittere. dicit Hoſt. quod non, ſed debet ſatisfacere. inſ. eo. cū
deſideres. &. c. cum pro cauſa. &. c. ſolet, lib. 6. nec ſufficit, quod
flectat genua, & petat veniam coram epiſcopo iniuriato. im-
mo de iure eſt pęna iniuriantis vt omnes eius facultates ſint
eccleſiæ: vt in c. ſi quis deinceps. 17. q. 4. hodie eſt adita pęna in
clemen. ſi quis ſuadente. de pęnis.

ADDITIONES.

a Ad papam. Adde c. eos qui. de ſen. ex. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Percutiens clericum inuentum ſine habitu, quomodo puniatur.*

CVm non ab homine. Ante denū-
ciationē vi-
tandus eſt excommunicatus, niſi ſit occultus. hoc
primo. Qui interficit clericum contempto habitu
clericali ſe enormitatibus immiſcentem, non eſt excommuni
catus. hoc dicit. habet duo dicta. ſecundum in §. in articulo. ibi
ſoli, vt homini, non vt Deo, quia nunc ēt in occulto non vita-
1 ret. Oppono in §. in articulo. ꝙ interficiens † clericum etiam
inuentum ſine habitu, ſit excommunicatus, quia non eſt exu-
tus clericus priuilegio clericali, niſi poſt trinam admonitionē
deijciat habitum. inf. eo. in audientia. glo. ſoluit, quod hic non
ſolum habitum deiecit: ſed etiam ſe immiſcuit enormitari-
bus puta prælijs, ſeu aggreſſuris: quod tenet Inn. Alij intelli-
gunt, vt Hoſt. quādo præceſſerat trina monitio ſecundum for-
mā c. in audientia. quod eſt diuinare. Alij intelligunt de igno-
rante. ad hoc ſup. c. ſi vero. 2. ſed non videtur poſſe intelligi de
ignorante.

Digitized by Google

ignorante. tunc enim interfectores hic non punirentur aſperius, quàm ſi in laicum hoc feciſſent, dicto. c. ſi vero. Sed dic, ꝙ ſtat, ꝙ ignorauerunt: ſed quia fuerunt in culpa percutiendo, puniuntur aſperius, ꝗ ſi in laicum, quamuis enim culpa hic non excludat excuſationem ignorantium, quantum ad euitãdam excommunicationem dicto. c. ſi vero. Secus quantum ad aliam pęnam. nam in. c. ſi vero, ideo culpa non excludit excuſationem ignorantiæ: quia requiritur dolus ad incurrẽdam excommunicationem. de hoc plenius inf. co. perpendimus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato excommunicans incurrit excommunicationem.*
2 *Satisfactio pro iniuria, pro qua quis eſt excommunicatus non tollit excommunicationem.*

CVm deſideres. Ante abſolutionem cõmunicandũ non eſt excommunicato, licet iurauerit ſtare mandatis eccleſiæ. vel compoſuerit cum offenſo. Item infamato de excommunicatione communicandum non eſt, niſi ſe purget, vel abſoluatur. ſ. ad cautelam. hoc dicit. habet tria dicta ibi ſecundum in. §. ſecundæ: tertium in. §. in tertio. Not. ꝙ abſolutio ab excommunicatione non ſurgit ipſo facto. vt ſi epiſcopus communicat tanquam non excommunicato. & hoc procedit in quacunque communione. ad hoc clemen. ſi ſumus. de ſenten. excom. vbi idem in papa. niſi appareret de mente eius. Item quod iuramentum, quod præſtat abſoluendus ab excõmunicatione ſurrexit a conſuetudine eccleſiæ. hodie illa conſuetudo eſt redacta ad ius, vt hic. ſimile de officio lega. ꝙ tranſlationem. de clan. deſpon. c. fi. Item, quod abſolutio eſt beneficium ibi, abſolutionis beneficium. poſſet etiam intelligi illud verum de ſolennitate, quæ ſeruatur poſt abſolutionem, cum introducitur abſolutus in eccleſiam cum pſalmo pœnitentiali & oratione dominica. inf. eo. a nobis. quæ tamen ſolẽnitas ſecundum Inno. non ſufficeret pro abſolutione. ideo in-
1 tellige, vt prius. No. quod communicans excommunicato † in-
a currit excommunicationẽ, [a] ſicut excommunicatus ibi, pęnã contrahit cum eodem: non tamen intelligas eandẽ in ſpecie: quia ſolam minorem incurrit. & intellige quando communicat excommunicato maiori excommunicatione. ſi enim minori, non incideret excommunicationem. 11. q. 3. quoniam. propterea dicimus quod excommunicatio non tranſit ad tertiam perſonam. 11. q. 3. rogo. In §. 2. No. de abſolutione ad cau-
b telam [b] de hac ſup. de excepti. apoſtolicę. Nota in c. ſolet. de ſen.
2 ex. li. 6. In §. in tertio. No. quod ſatisfactio † pro iniuria, propter quam quis eſt excommunicatus, non tollit excommunicationem, quam examinat gl. vlt. In glo. contrahit in fi. & adde caſum. c. præſenti. de hæreti. lib. 6. & plene proſequitur Hoſti. in ſumma eo. §. ſi. ſuper §. vtile. Oppo. in princi. c. quod ſi epiſcopus reddidit communionem, debeant, & alij communicare. ſicut enim cum aliquis eſt excluſus a communione, debet euitari, ita per contrarium cum eſt reddita communio, debet cõmunicare. & hoc in caſu, in quo epiſcopus poteſt abſoluere, tenet hæc ratio: quia non eſt certa forma tradita in abſolutione. Item ſicut alibi dicimus, quòd per illa verba, nullus tali cõmunicet, inducitur excommunicatio ſup. de iudi. c. 1. vbi plene examinaui. ita & ſi redditur communio, debet induci abſolutio, regula prima inſ. de reg. iur. So. intellige tex. quod epiſcopus reddidit communionem ſcilicet, de facto communicando per ſeipſum. Secus ſi reddidiſſet per ſententiam, niſi ſeruetur forma eccleſiæ, quæ ſeruanda eſt in abſolutione: vt ſi abſoluat, non cenſebitur abſolutus, ad hoc inf. in fi. literæ ibi, forma eccleſiæ, tamen quia nulla verba formalia tradita ſunt in abſolutione, primum eſt verius. Quæro in iſto principio, quid ſi epiſcopus mandat communicari excommunicato: puta titio. dic, quòd aut iudicialiter, & eo ipſo videtur abſoluere per ſuperius dicta. Aut extra iudicium: & tunc non abſoluit. pro hoc hæc litera, tunc ergo, aut adiungit de excommunicatione. vt quia dicit præcipio communicari titio excommunicato, & non eſt ei parendum. quia mandatum continet intollerabilem errorem. Aut hoc non adiungit: tunc ignorans de excommunicatione debet obedire ſup. de tempo. ordi. ad aures. ſed ſecus non, vt hic. In. §. ſecundo opponi de c. ſi vero. 2. ſup. eo. vbi non expedit, quòd ſe purget. ſed ſufficit, quod per proprium iuramẽtum dicat ſe non excõicatum. So. iuramentum ibi eſt ſufficiens purgatio. ibi enim loquitur de non infamato, quando erat aliquod dubium, hic de infamato. ideo hic ſe purgat. & ſi deficeret, vel purgare ſe nollet, euitabitur ſecundum Inno. ſup. de apoſtatis, tuæ. Quæro, quia hic fit mentio de abſolutione ad cautelam, per quem debet fieri. quidam dicunt: quod per epiſcopum, vt Hoſti. etiam in caſu, in quo non poſſet vere abſoluere: vt in excommunicatione per canonem, ſi quis ſuadente. Alij dicunt, fieri per illum, qui poſſet directo abſoluere, quod puto verius, cum enim ſit via extraordinaria, debet fortius prohiberi, quam ordinaria. Quæro, an hic abſolutio poſſet fieri ante purgationem. videtur, quod non, ex ordine literæ. dic contra; quia eſt in arbitrio epiſcopi, vt in tex. an indicat purgationem. an abſoluat. & hunc §. intelligo, etiam ſi non ſit excommunicatus, vt in dubio vitetur propter infamiam, inf. eo. licet lib. 6. Quæro in §. ſi. an valeat abſolutio non ſeruata forma glo. tenet, ꝙ ſic & idem plurimi doctores, vt Ala. Vinc. Tan. Gof. & Phi. per rationem. ſicut enim excommunicatio valet non ſeruata forma inf. eo. ſacro. ita & abſolutio. quia par eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi. de pęni. di. 1. verbum. Hoſt. tenet contrarium dicens, quod quò ad eccleſiam militantẽ non valet, vt hic ibi, niſi forma &c. quo ad triumphantem ſic, primum communius, & hæc in terminis glo. quando omittitur iuramentum. ratio, quia iuramentum non eſt de forma ſubſtantifica abſolutionis. probat principium c. inualuit enim de conſuetudine. & ad materiam glo. quod no. 2. q. 1. de manifeſta. 11. q. 3. cum aliquis 24. q. 3. comperimus, & per Archidiaconum. de hæreti. vt officium lib. 6.

ADDITIONES.

a Excommunicationem. Adde no. in c. quoniam multos, in c. rogo. c. excommunicatos & c. excellentiſſimus. 11. q. 3.
b Ad cautelam. Adde c. ad præſentiam. de appel.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens monialem eſt excommunicatus.*
2 *Turbatio an ſit peccatum.*

VEniens. Sacerdos ejiciens de eccleſia regularem turbantem diuina officia, non eſt excommunicatus. primo presbyteri conqueſtio. ſecundo prouiſio ibi, Ideoque ludendo, illicite, & inhoneſte, quod probant religio, ſexus, tempus, & locus.
1 Not. quod percutiens monialem † eſt excommunicatus. probatur hic a contrario & inf. eo. de monialibus. Oppo. quod fuerit excommunicatus, ex quo turbatus fuit. ibi, commotus. ad hoc 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Sol. fuit commotus ex cauſa iuſta, quæ ſequitur, vt liberius vacaret diuino officio. ad hoc 11. q.
2 3. illa, & hic in glo. prima. Ex quo no. quòd turbatio † non eſt peccatum, ſeu ira, quando fit ex cauſa licita. hinc dicimus, Deũ iraſci male agentibus, de rebus eccle. nõ alie. ſi quis. Opp. ſecundo ad idem, quod licuerit presbytero eam ejicere, cum non haberet magiſterium ſuper cauſa. ſup. eo. c. primo. So. quidam dicunt, quod immo, & ſic intelligunt hoc c. vel ſecundum Inno. dicit melius idem, quàmuis non haberet magiſterium, & eſt ſpeciale, vt ſacerdos poſſet ejicere de eccleſia turbantes diuinum officium, quod ſentit etiam gl. prima & poteſt intelligi, vt ſonat litera, quod eiecit extra eccleſiam forte intra clauſtrum, vel extra partem eccleſiæ, presbyterorum, & intra partẽ monialium, ſicut contigit in talibus, quod diuiditur eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati pro iniectione manuum in clericos, ſi iniuria eſt leuis, per epiſcopum abſolui poſſunt.*
2 *Iniurians clerico an ſit excommunicatus.*
3 *Iniuria facta clerico ſit ne leuis vel grauis, quomodo cognoſcatur.*

PEruenit. Legitur varijs modis; ſed ſecundum lecturam communẽ ita ſum-
1 mo. Excommunicati † pro iniectione manuum in clericos, ſi iniuria eſt leuis, per epiſcopum abſolui poſſunt, hoc dicit. Pars huius ſup. de teſti. cog. peruenit. Oppo.
2 quia innuit tex. quòd iniurians clerico ſit excõicatus. nam † poteſt fieri iniuria clerico in rebus: nec iniurians erit excommunicatus inf. eo. a nobis, & c. nuper, ſup. de excef. prela. c. ſi. in fi. ibi in perſonas, & res, non enim eſt iure expreſſum, niſi de iniuria perſonali. So. hunc textum intelligo de iniuria perſonali, & ſic concordat contrarijs. Opp. ſecundo, quod tales excommunicati debeant abſolui per ſolum papam, vel legatum de latere ſup. eo. ad eminentiam. Item certi ſunt caſus in iure expreſſi, in quib⁹ permittitur epiſcopo, vt abſoluat. ſup. eo. ſi vero. el. 1. in principio inf. eo. cum illorum. ſup. de vita & ho. cle. ergo in contrarium eſt ius commune. at hic generaliter permittitur epiſcopo. patet in verbo, fraternitatis, & ſic loquitur epiſcopo, vel archiepiſcopo, vel ſuperiori prælato. ſup. de crimine falſi. quam graui. propter hæc contraria variantur lecturæ in c. duæ ponuntur in glo. vna Alani, ꝙ continet priuilegium ſpeciale. hanc tenuit In probat tex. in fi. ibi duximus committendum 3

quaſi

Digitized by Google

quaſi papa ſpecialem commiſerit epiſcopo, cui loquitur. Sed contra hanc ſunt rationes tactæ in glo. Item quia non apparet in ſupraſcriptione, cui loquatur papa. Item quia in antiqua dicitur, ꝙ epiſcopi poſſunt abſoluere mulieres, ſenes, & pueros, qui inciderunt canonem, ſi quis ſuadente. poſtea ſequebatur hæc litera, de his &c. per conſequens etiã in hoc caſu poſſunt. Et ſequendo hanc lec. ad contraria reſpondetur, ꝙ hic permittitur epiſcopis, vt abſoluant excommunicatos per canonem, ſi quis ſuadente,
a quando iniuria fuit leuis,[a] & modica ibi modicam, & leuem. vbi conſidera, ꝙ reperitur iniuria ænormis, & ab hac ſolus papa abſoluit, vt in iuribus præall. ſuperius. vel etiam legatus de latere, prout dicetur inf. eo. ad eminentiam. Reperitur non ænormis & hæc duplex. quædam mediocris. & ab hac regulariter nõ abſoluit epiſcopus, niſi in caſibus expreſſis. vt in c. quoniam, vt ait. & c. ſi vero. 1. ſ. eo. & inf. eo. cũ illorum. Alia eſt leuis. & de hac loquitur hic. & hoc caſu de iure communi poteſt epiſcopus abſoluere. ita communiter intelligitur decre. iſta. Hoſt. per quandam extrauagantem, quæ dicitur fuiſſe Inno. quarti, quam non habemus, quam Spe. allegat vario modo. alij, ꝙ ſuit Inn. in titulo de legato. §. nunc dicamus. ver. ꝙ etiam dixi. Alij, ꝙ Alexãdri. eo. §. vltra medium.
3 ſed non eſt vis. tene quod prædixi. Quæro, quomodo † cognoſcetur, ꝙ iniuria ſit leuis, vel ænormis, vel mediocris dic, ꝙ ex coniecturis. inſti. de iniurijs. §. atrox. ſ. de re iudi. cũ te. & quod ibi no. Quæro, quis hoc arbitrabitur, reſpondeo epiſcopus, qui habet abſoluere, vt videat, an ſua ſit iuriſdictio. ad hoc litera ibi, tuæ fraternitatis arbitrio. Sed ſi inique arbitraretur, poterit appellari per eũ, cuius intereſt. de dilat. c. primo. & qđ ibi dixi.

ADDITIONES.

a Leuis. Adde Ab. 1. c. peruenit el. 1. in 1. not. de appel.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus per canonem, an dicatur excommunicatus a papa.*

Significauit. Habet varias lecturas. ſecundum vnam, quæ eſt communis, hoc dicit. Clericus, qui ſcienter ſponte participat excommunicato a papa in diuinis officijs excommunicatus eſt maiori: & tantum per papam abſoluẽdus. Opp. ꝙ participantes non incurrant eandem excommunicationem, ſed ſolam minorem. ſ. de except. a nobis. Tunc vltra oppono ſubſequenter, ꝙ non ſint remittendi pro abſolutione ad papam. quilibet enim ſacerdos abſoluit a minori. inf. eo. a nobis. 2. So. propter hæc contraria, decre. iſta legitur pluribus modis. tribus in glo. & duobus extra glo. Primus gloſſæ eſt, ꝙ propter participationem incurrunt minorem: & ſic ſtat contrario primo. & tunc obſtat contrarium ſecundum ꝙ non deberent remitti ad papam. Legit ergo glo. ſecundo, ꝙ ille, cui participauerunt hic, fuerat excommunicatus cum omnibus participantibus ſibi, & talem excommunicationem hodie ſolus papa promulgat. inf. eo. ſtatuimus. & c. conſtitutionem. li. 6. hæc eſt vera lectura in ſe, ſed diuinat. gl. itaque legit tertio, ꝙ hic loquitur in participantibus in crimine damnato ſecundũ caſum c. nuper. inf. eo. vt quia fuerat excommunicatus: quia immiſcebat ſe diuinis contra prohibitionem papæ: & iſti participarunt ſe diuinis. ſed hæc lec. diuinat. quia non eſt verum, ꝙ talis participans ſit remittendus ad excommunicatorem: immo poteſt abſolui ab ordinario. inf. eo. nuper. Legitur ergo quarto, ꝙ hic ſpeciale in excommunicato a papa. hanc lecturam ponit gl. vlti. in c. a nobis. de excep. ſed quia durum eſt ita dicere. ideo Goſ. limitat hoc, quando quis participat in diuinis excommunicato a papa: quod tenet Spe. ti. 2. §. nunc oſtendẽdum. verſ. 28. licet Io. in c. ſi quis epiſcopus. in concilio. 11. q. 3. ſimpliciter dicat participantem in diuinis excommunicato a quocunque incurrere maiorem. Vltima lectura eſt, ponderãdo omnia verba tex. vt concurrentibus duobus enumeratis in tex. participans incurrat maiorem, nec abſoluatur, niſi a papa. primum eſt ꝙ participans ſit clericus. ſecundum ꝙ ſcienter. tertium, ꝙ ſponte quaſi non coactus ab aliquo. quartum, ꝙ excõmunicatum a papa. quintum, ꝙ in diuinis. ibi officijs. dic ſcilicet diuinis, vt no. inf. eo. in præſentia. in gl. fi. & hãc tenuit Hoſt. & tenent alij. & ſecundum hanc ſummaui. pro hac lectura induco, quia cum hæc decre. deuiet a communibus regulis, debet intelligi in ſuis terminis, regula, quæ a iure. lib. 6. Quæro,
1 quid de excommunicato † per canonem: an dicitur excommunicatus a papa, qui eſt conditor canonum, adeo ꝙ locum habeat hoc c. cæteris concurrentibus. Io. cal. in additionibus hic dicit, ꝙ non, vt verbum, a nobis, intelligatur, quando per ſententiam vocis viuæ, propter ſtrictam interpretationem faciẽdam in hoc caſu, cum deuiet a communibus regulis: quod placet. mitius enim agitur cum lege, ꝙ̃ cum miniſtro legis. ff. de arbi. l. celſus. Item excommunicatus per canonem non dicitur excommunicatus a papa immediate. & ideo cum dicit litera, a nobis, neceſſario intelligitur de ſententia vocis viuæ. Quæro, quia in tex. dicitur, ꝙ iſti debent mitti ad papam pro abſolutione, an poterunt mittere procuratorem. Reſpondeo, ꝙ non. & in hoc pondero tex. ibi, quos, intelligo in propria perſona. alias autem licet ſit quæſtio, an per procuratorem poſſit peti abſolutio, de qua ſup. eo. cum deſideres. vbi tangit Inno. & alij, in qua quæſtione Hoſtien. tenuit, ꝙ non, quia abſoluendus debet oſtendere contritionem, quam non poteſt oſtendere, niſi per ſeipſum. Item debet introduci intra eccleſiam, communiter tamen tenetur contrarium, & ita tenet ibi Inn. dicens, ꝙ a ſentẽtia ſuſpenſionis, vel interdicti indiſtincte poteſt peti abſolutio per procuratorem, ſed ab excommunicatione non poteſt, niſi ex iuſta cauſa. & de hoc in Spe. de procur. §. j. verſ. Item opponitur, ꝙ licet habeat & verſ. 16. vbi dicitur in curia ſeruari indiſtincte admitti procuratorem, & plus, ꝙ procurator habens mandatum ad petẽdam abſolutionem, licet non habeat ſpeciale mandatum ad iurandum, iurare poteſt, vt fieri debet, dicto c. cum deſideres. hoc tenet Spe. de iuramento calumnię. §. reſtat. verſ. quid ergo fiet.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarij an ſint ipſo iure excommunicati.*

Tva. Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, vel incẽdiarius poſt publicationem a ſolo Papa abſoluuntur. No. ꝙ inijciens manus in clericum etiam non violentas, dum tamen
a temerarias, incidit in canonem:[a] ꝙ dic, vt in glo. 1. Colligunt aliqui, ꝙ incendiarij ſint ipſo iure excommunicati. ſed de hoc hic vt in gl. vlt. quæ ſentit contrarium. & diſtinguit. an dolo, & vltimo ſupplicio punitur: an negligentia: & tunc eſt ciuilis a-
1 ctio. Opp. in eo, ꝙ † dicit de incendiarijs, nam incendiarius nõ
b eſt excommunicatus[b] ipſo iure, ſed excommunicandus per ſententiam. 23. q. vlt. peſſimam. contrariũ tamen videtur probare litera hic, quæ dicit de publicatione: & nihil de excommunicatione. glo. vlt. ponit duas lecturas. vna, ꝙ hic de incendiarijs eccleſiam, hanc reprobat, quia reſtringit textum. Alia, ꝙ generaliter, & ſtat contrarium, & intellige textum, vt in gl. Alij dicunt, ꝙ per hunc tex. inducitur noua ſpecies excommunicationis, vt omnes incendiarij ſint excommunicati ipſo iure. Mihi placet lectura gl. Sed ad eam oppono, quia ſi intelligimus, ꝙ fuerint excommunicati, & demum publicati, deberẽt poſſe abſolui per excommunicatorem. ſup. de offi. ordi. ad reprimendam. inf. de ſen. excom. per tuas. Item publicatio nihil addit. ſup. de app. paſtoralis. Sol. hoc ſpeciale inducit textus, & hunc ſingularem caſum, ꝙ qui excommunicauit, abſoluere nequit, ſcilicet incẽdiarium poſt publicationem. Ad illud autem, ꝙ dixi de publicatione, quod nihil addit, reſpõde verum, quantum ad vinculum, ſed quoad difficultatem abſolutionis ſic: & hoc operatur hæc decre. Et de incẽdiarijs in ſũma Hoſt. de raptoribus ſub rubrica de incendiarijs. §. & qua pœna.

ADDITIONES.

a In canonem. adde in regula, ſcienti, de reg. iur. lib. 6. & ibi per doc.
b Excommunicatus. Adde gl. in verbo, damno. no. in c. peſſimam 23. q. vlt. tex. in c. ex literis, de rap. Inno. in c. ſicut dignum. de homi. Anto. de Bu. & Ab. in c. ſi ingreſſus. de iniur.

SVMMARIVM.

1 *Legati de latere poſſunt abſoluere excommunicatos pro iniectione manuum in clericos.*
2 *Iniuria enormis quæ dicatur.*

1 Ad eminentiam. Legati de latere † abſoluere poſſunt excõmunicatos pro iniectione manuum in clericos. Cõmunis diuiſio ibi, ſuper quo. pro tempore, poteſt conſtrui cum verbo, deſtinantur: & cum verbo, abſoluuntur.
a No. ꝙ legatus de latere dicitur ſolus cardinalis,[a] qui mittitur a papa, & dicitur de latere. quia a latere papæ mittitur. cũ enim eſt in curia, aſſidet lateri Papæ, ad hoc litera ibi, legatis cardinalibus, qui a latere &c. No. ſummarium, maxime ſi in litera habes, omnes, ibi, vt omnes habeas: ſecundum quã literã collige, ꝙ etiam ſi iniuria fuit ænormis, abſoluere poteſt. Alia litera habet, eos. & tunc non ita probat. in hoc autem eſt quæſtio. Quæro

ADDITIO.

a Cardinalis. adde Ab. in c. 5. de of. le. doc. in ru. eo. ti. Card. Zab. in tractatu ſchiſmatis in 8. mon. & in c. 1. & ibi doc. de of. lega. lib. 6.

Digitized by Google

ſtio. Quæro ergo, an indiſtincte poſſit legatus abſoluere quem-
a libet excommunicatũ [a] pro iniectione manuum in clericos, etiam ſi iniuria ſit ænormis. Hoſt. tenuit, ꝙ non, & Spe. ti. a. §. nunc dicamus. ver. ꝙ etiam dixi. ſed communiter tenetur contrarium: quia hic loquitur litera generaliter. Item iura reſeruantia caſus atroces loquuntur in alijs, quã in legatis de latere, pro hoc inſ. eo. eos, §. primo. lib. 6. ibi a quibus vis ſententiæ &c. & hoc hodie tenent omnes, & ita legati obſeruant, & de hoc eſſet hic caſus, habendo in litera, vt omnes &c. pro hoc etiam, quia ſic expedit animalibus. & de hoc per Archi. de offi. leg. c. 1. lib.
a 6. Quæro ſecundo, præſuppoſito, ꝙ † nõ abſoluerent pro ęnormi, quæ dicatur ænormis iniuria. Spe. in verſ. vbi ſupra. dicit ænormia eſſe homicidium, vel mutilationem membri, ſed ſanguinis effuſionem vel etiam fractionem oſſis non, ego dico contrarium, vt dixi in c. peruenit, ſupra eo.

A D D I T I O.

a Excommunicatum. adde gl. 1. in c. excommunicamus, & ibi Car. in j. q. de of. leg. gl. 1. & ibi Car. in 2. q. in c. nouit. de off. le. Item legatus poteſt abſoluere ab omni excommunicatione etiam reſeruata Papæ vt in iſto c. ad eminentiam. iuncto c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. niſi eſſet excommunicatus propter arduam cauſam. ita dic. Lappus. Abbas. in c. ſi abbatem. de electio. in lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatio contra non citatum an valeat.*
2 *Sententia nulla rata haberi poteſt.*
3 *Sententia vocis viuæ lata generaliter an differat a ſententia ſtatut.*

A Nobis. Habet pulchram materiã, & variantur intellectus tam in text. q̃ in materia. In ſumma dicit. Generalis excommunicatio ferri poteſt: ſed non ligat niſi ſubditos proferentis. Primo quæſtio, ſecundo ſolutio ibi, ad quod. & illa. indictũ, & exceptionem ibi, niſi delegantis, puta Papæ committentis ſibi totam prouinciam. No. ꝙ valet pronunciatio generalis: vt ſi iudex diffiniendo pronunciat excommunicatum quemcũque, qui furtum fecerit. caſus eſt hic, & pondera verbum, pronunciauerit, & puto, vt dicam, quod ſit caſus vnicus in iure, cum alias ſententia debeat fieri cõtra certam perſonam, & præmiſ-
1 ſa citatione. No. ꝙ valet excommunicatio † contra non citatum: & hoc quia fertur propter crimen. habes etiam hic, ꝙ propter crimen fertur excommunicatio a iudice. No. aliud ſpeciale extra territorium ius dicenti impune non paretur. i. non parens & non obediens eſt impunis. i. non puniendus. de conſti. c. 2. lib. 6. ff. de iuriſ. om. iudi. l. vlt. No. quod ſententia generalis reſtringitur ad ſubditos pronunciantis. Ex quo no. quod diſpoſitio generalis reſtringitur ad ſubiecta, quæ cadunt in poteſta-
2 tem diſponentis. No. vt gl. vlt. quod ſententia † nulla poteſt haberi rata. ad hoc 9. q. 2. c. 1. ſup. de his quę fiunt a pręla. cum vos. declaro glo. intelligendo, ſcilicet textum, quòd ſententia iudicis extenditur ad non ſubditos, ſi ſuperior hoc cõcedat, etiam ex poſtfacto. & ſic quæ nulla fuit, ratificatur. Ego tamen aliter intelligo textum ſcilicet, ꝙ non comprehenduntur non ſubditi, niſi per delegationem ſuperioris haberet iudex poteſtatẽ in eos: vterque intellectus poteſt tollerari. Op. ꝙ pronunciatio, de qua in textu, non valuerit: quia pro futuris culpis non debet ferri excommunicatio. inſ. eo. roma. §. pe. lib. 6. So. lata tenet, vt ibi, licet fieri nõ debeat. vel ſecundo poſſemus intelligere hoc c. in ſententia ſtatuti. contrariũ loquitur in ſententia vocis viuæ. Sed contra hunc intellectum eſt textus ibi, ſi quis ita pronunciauerit. ſed ſaluari poteſt exponendo, ideſt promulgauerit. Op. ad primum intellectum, ꝙ ſententia ſit nulla: quia contra non citatum. l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quę ſententię ſine appel. reſcin. ſup. de maio. & obe. inter. So. vidi dicentes, ꝙ neceſſario oportet intelligi hoc c. in ſentẽtia ſtatuti: quę ſicut ſententia leuis fertur contra non citatum. cõtrarium loquitur de ſententia iudicis. Sed ſaluando hunc intellectum primum, ꝙ textus procedat in ſententia iudicis. dico, ꝙ eſt hoc ſpeciale, & ſingularis caſus in ſentẽtia excommunicationis. & ratio quia ſententia excõicationis etiam contra nõ citatum valet. inſ. eo. ſacro. verſ. videris. cum etiam per literas poſſit quis excõicari. ſup. de cle. excom. mi. apoſtolicæ. Item ſententia excõicationis etiam lata ſine ſcriptis valet. inſ. eo. c. 1. lib. 6. ita dixi in quadam collatione. Opp. ad idem, nam ab homine non fertur excõicatio propter crimen, licet propter contumaciam. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. inſ. eo. ſacro. at hic fuit lata propter crimen. ſcilicet furti. So. regulariter fertur propter contumaciam, hic autẽ propter crimen, quod fieri poteſt. Item contrarium loquitur de ſententia contra certam perſonam. hic de generali, quæ habet vim legis, vel ſtatuti, quę promulgatur generaliter, & contra incertam perſonam. Item poſſumus dicere, ꝙ hic ligantur iſti propter contumaciam, cum contemnunt ſentẽtiam, & iudicẽ cõtraueniẽdo. quaſi hęc verba generalia, ſi quis ſic & cet. habent tacitam monitionem, ne fiat. Op. ad alium intellectũ, quatenus intelligimus textum de ſententia ſtatuti. nam ſtatutum, ſicut lex ligat omnes. 8. di. quæ contra. So. ſecundum Inn. Aliquando ſtatuens diſponit de actu, qui nõ concernit aliquẽ ſubditum ſuum, & ſtatutũ non valet. vt ſi archiepiſcopus facit ſtatutum, ꝙ nullus archiepiſcopus faciat deferre crucem ante ſe, cum nullum archiepiſcopum habeat ſubditum, non valet ſtatutum. Aliquando diſponit ſuper actu, qui poteſt concernere etiam ſubditos ſtatuentis: vt ſi patriarcha facit ſtatutum prędictum, tunc valet ſecundum Inno. Sed dic, ꝙ etiam primo caſu valet: quia licet archiepiſcopus non habeat archiepiſcopos ſubditos, habere poteſt: & fient ſubditi delinquendo in prouincia eius. ſup. de priuil. tuarũ. & hic in gl. 2. in prin. Dic ergo aliter, ꝙ ſtatutum bene ligat omnes. ſ. ſubditos, vt in textu. & dicuntur ſubditi omnes delinquentes in territorio ſtatuentis, & ſi alias non ſuberant, vt dicit glo. 2. in prin. Ad quod oppono, quia poteſt ignorare ſtatutum, cum nõ fuerit eis publicatum. 13. di. ꝙ dicitis. ſup. de poſtula. c. 1. gl. ſoluit, ꝙ non excuſat ignorantia, quia fuerunt in culpa delinquẽdo. quod reprobat Hoſt. quia licet fuerint in culpa, non ſequitur, ꝙ ſint obligati ad pęnam ſtatuti, quod ignorarunt. ſup. de clan. deſpon. c. fi. qui ma. ac. poſſunt. c. fi. C. de adulterijs. l. ſi ea. dic ergo arbitrandum ex coniecturis, an. ſ. de nouo venerint, vel multum ſteterint in loco, & in dubio ſtabitur iuramento ipſorum ſuper ignorantia. ſup. eo. ſi vero. 2. hunc articulum plene examino in repetitione c. 2. de conſti. lib. 6. & ponit Cynus in l. extra territorium. ff. de iuriſdictione om. iudicum. Et poſſet dici, ꝙ aliquando ſtatutum emanat ſuper actu alias illicito. & procedit, qd dicit gl. & eius ratio. Aliquando ſuper actu alias licito, & procedit, quod dicit
3 Hoſt. Ad fi͂m de conſti. c. 2. & fi. Quæro, an ſit † differentia inter ſententiam vocis viuæ latã generaliter, & ſententiam ſtatuti. gl. noſtra, ꝙ ſic. Inter cętera dicimus, ꝙ ſententia ſtatuti eſt perpetua. ſed vocis viuæ tpalis, quouſque durat iuriſdictio pronunciatis. quã gl. ſigna: quia ſingularis eſt: & intellige, ꝙ eſt tpalis. ſ. vt ſublata iuriſdictione pronunciantis, nullus amplius ligari põt. de maio. & obe. c. vnico. li. 6. ſed ligati prius perpetuo manent ligati, niſi abſoluantur. hanc gl. induco ad illam materiam an ſtatuens ligetur ſuo ſtatuto. quod plene dixi in c. 1. ſup. de rapto. plenius in repetitione illius. c. 2. de conſti. li. 6. Quæro, an ſubditi ſtatuentis delinquentes extra territoriũ ligentur per ſtatutum. gl. ſentit, ꝙ ſic in eo, quod dicit, ꝙ non ligant, qui delinquunt extra territorium. ergo aliud de ſubditis. Inn. & Abb. poſt eum diſtinguunt. quia aliquando ſtatutum promulgatur ſimplicit. quicunque furtũ fecerit in dioceſi. & tunc non: quia reſiſtunt verba. contra hanc opi. inducitur textus in c. 2. de conſti. li. 6. vbi fuerunt verba generalia. & tamen reſtringuntur intra territorium, & ſtandum eſt illi textui reſpectu ſententię ſtatuti. ſed alias voluit ſaluare dictum Inno. quo ad ſententiã vocis viuę: vt ſicut ſi ordinarius excõicat certum ſubditum, valet etiam ſi ſit extra territorium, quod dixi in c. fi. s̄. de foro cõpe. Ita ſententia generalis nõ limitata ad certum locum comprehendat ſubditos etiam extra territorium: & ſit ratio differẽtiæ inter ſententiam ſtatuti, & ſententiam vocis viuæ; quia ſtatuta ſunt ad regulandum territorium dicto. c. 2. de conſti. lib. 6. Sed ſententia vocis viuæ non: quod plene proſequor in d. c. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Effractores eccleſiarum ſunt excommunicati.*

1 C Onqueſti. Qui cum effractione ſpoliãt eccleſias, † excommunicati ſunt, & per papam tantum poſt denunciationem abſoluuntur. Primo querela. ſecundo dat iudicem ibi, quando reſarciant, &c. requiritur ergo duplex ſatisfactio pro iniurijs, & damno dato. ſup. de iniurijs. olim.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus quandoque ipſo facto eſt exutus priuilegio clericali.*

P Erpendimus. Habet varias lecturas, ſecũdum communẽ, hoc dicit. Clericus dimiſſo habitu ſe immiſcens enormitatibus, ſi percutitur, non eſt percutiens excõicatus: vel etiam ſi interficiatur. Primò narrat factum deciſe: ſecũdo determinat ibi, fraternitati, & variatur narratio in facto, vt inſ. patebit. nam ſecundum quoſdam ſub & inſ. deciditur, ꝙ quidam dicebant hũc ſacerdotem fuiſſe interfectum in bello. & ad hoc ſolum reſpondet. patet ibi, interfectores. Occiſus, patet. quia poſt ſe refert ad occiſionem. Oppo. ꝙ tam comes,

quam

quam qui ſibi obediuerant, debuerint mitti ad ſedem apoſtolicã tanquam rei mortis huius ſacerdotis. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ſ. c. tua. & c. ad eminentiã. cum pluribus. c. Sol. iſti non fuerunt excõicati ſecundum vnam lecturam. habet enim hęc decretalis duas lecturas principales: vna eſt, quã dixi. & hæc diuiditur in plures. Quidam enim dicunt, ꝙ non fuerunt excõicati: quia hic clericus erat incorrigibilis, quo caſu traditur iudicio iudicis laici. ſ. de iudi. cum non ab hoie. J. ti. t. nouimus. de pęnis. c. 2. li. 6. Et procedit hæc lectura intelligẽdo, ꝙ comes iuſſerit tãquam iudex. hanc ſentit glo. ſi. & tenet Hoſti. ſed diuinat. Item contra hanc lecturam eſt tex. in fi. in eo, ꝙ mandat imponi pęnitentiam. non enim deberet imponi, ſi iuſte erat interfectus: gl. tamen hoc ſoluit, ꝙ imponit ad cautelam. Alij dicũt, ꝙ hic loquitur de clerico, qui contra Deum, & æquitatẽ non ex vanitate, vel negligentia, ſed ex malitia, & iniquitate dimittit habitum, & ſe immiſcet enormitati, & tyrannidi idest ſceleribus atrocious: iſte ipſo facto perdit priuilegium clericale. hanc ponit glo. in c. cum non ab homine. §. 1. ſ. eo. & Hoſt. hic. Contra hanc oppono de c. in audiẽtia. J. eo. vbi requiritur trina monitio. Sol. illud, qñ ſe non immiſcet enormitatibus, vt dicit gl. in illo c. cum non ab homine. Opp. ad idem de c. ſi iudex laicus. J. eo. li. 6. vbi etiam ſi clericus ſine habitu, & tonſura deprehẽditur in maleficio, ſi allegat ſe clericum, debet cognoſci. & ſi probat, per iudicem ſæcularem non poteſt puniri. Sol. ſoluẽdo lecturam præcedentem dici oportet, ꝙ comes non fecit vt iudex. quo caſu loquitur c. ſi iudex laicus. ſed fecit, vt priuatus. & dicunt aliqui, ꝙ ſe defendendo: fuit opi. Tan. & Goſ. quæ diuinat oĩno. nam nec eſt verum, quia licet ſit licitum repercutere ſe defendendo: non eſt licitum poſt offenſam inuadere, quod fecit comes, de cuius mandato iſte fuit interfectus: ſufficiebat, ꝙ cepiſſet eum. Alij dicunt, ꝙ quamuis ſe non defendẽdo hoc mandauit, nõ eſt excõicatus: quia clericus derelicto habitu ſe immiſcendo enormitatibus eſt exutus priuilegio clericali quò ad hoc, vt interficiens non ſit excõicatus. ſed non videtur hoc ſufficere quoad comitem, qui ſolum mandauit. ſed dic, ꝙ excuſatur, ſicut ipſi interfectores. Ratio autem differentiæ, quare laicus iudex de tali non iudicat, qui tamen eſt exutus priuilegio clericali, quia licet perdat priuilegiũ canonis, ſi quis ſuadente, non propterea perdit priuilegium fori, quod difficilius tollitur. vnde ſi velles intelligere, ꝙ comes iuſſiſſet, vt iudex, oportet dici, ꝙ non allegauit ſe clericũ. Ex hac lectura no. ſum-
1 mariũ. Nota caſum, in quo † clericus ipſo facto eſt exutus priuilegio clericali quò ad immunitatem perſonæ. Hoſt. tamen dicit intelligendum hoc c. de inueterato in aggreſſuris, & tyrãnijs. ad hoc eſt argumentum in c. vnico. de vita & honc. cle. li. 6. quod eſt etiam diuinare. Secunda principalis lectura eſt, ꝙ iſti interfectores bene ſunt excõicati. nec contrarium hic dicitur: ſed ſolum, ꝙ non ſunt mittẽdi ad ſedem apoſtolicam pro abſolutione, non per hoc tollit, quin abſolutione indigeat. ſimile ad hanc lec. ſ. eo. ſi vero, in prin. & §. officialis. verſ. niſi. Cõtra hanc eſt, quia non mandat papa epiſcopo, vt abſoluat ab excõicatione. ſed tantum, ꝙ imponat pęnitentiam competentẽ. Op. ſecundo principaliter, quia quæſtio de vno quærit, & papa rñdet de alio. contra id G. de tranſac. l. vt reſponſo. ſup. de ſpon. muliere. fuit enim narratũ, ꝙ iſte fuerat poſitus in patibulo: & papa reſpondet de interfectoribus. Soluit Inn. ꝙ varie narrabatur caſus, vt dixi per deciſam ſub illo. & inf. & ad deciſam reſpondebat, ſicut in alijs pluribus. vel dic, ꝙ interfectores vocantur, qui fuerunt cauſa, vel participes mortis huius ſacerdotis. Hoc c. fuit repetitum per dominum Franciſcum de Zabarellis in forma quæ ſequitur.

S V M M A R I V M.

1 *Percutiens clericum incurrit excommunicationem.*
2 *Literis epiſcopi ſtari debet.*
3 *Falſitas an committatur, ſi quis fingat ſe eſſe aliam perſonam.*
4 *Caſus, in quo clericus perdit priuilegium clericale ipſo iure.*
5 *Pœnitentia, quæ pro ſatisfactione excommunicatis imponitur, eſt arbitraria.*
6 *Papa ſine cauſa poteſt auferre priuilegiũ immunitatis perſonæ clerici.*
7 *Priuilegium alicui conceſſum an, & quando reuocari poſſit.*
8 *Comes an poſſit dici interfector, ſi mandauit.*
9 *Immunitas eccleſiaſtica quæ dicatur.*
10 *Munus vnde deriuetur.*
11 *Munus dicitur tribus modis.*
12 *Immunitas eccleſiaſtica eſt libertas.*
13 *Priuilegia conceſſa ab imperatore ſunt multa.*
14 *Excommunicatio quid ſit.*
15 *Excommunicatio an ſit ſententia.*
16 *Excommunicatio an ſit imperij, vel iuriſdictionis.*
17 *Excommunicatio an ſit ſententia, vel interlocutoria.*
18 *Excommunicare quis poſſit.*
19 *Excommunicari quis poſſit.*
20 *Vniuerſitas an poſſit excommunicari.*
21 *Excommunicatio ex qua cauſa poſſit ferri.*
22 *Excommunicatio an ex qualibet contumacia ferri poſſet.*
23 *Sententia excommunicationis timenda eſt.*
24 *Excommunicatio ſub qua forma ferri debeat.*
25 *Effectus excommunicationis quis dicatur.*
26 *Geſta ab excommunicato extra iudicium in temporalibus an valeant.*
27 *Teſtamentum confectum ab excommunicato an valeat.*
28 *Inſtrumentum confectum ab excommunicato an valeat.*
29 *Excommunicatus an poſſit doctorari.*
30 *Excommunicatio qualiter tollatur.*

PErpendimus. Difficilis in textu quoad caſus poſitionem. difficillima, & intricantiſſima in materia quoad iurium, quæ contradicere huic c. videntur, extricationẽ & ſolutiones veras ponendas, hactenus leuiter diſcuſſas. ſed deo fautore patefient. Et vt inf. patet, multa obſcura, & nondum per ſcribentes tacta reſeruantur. quæ tamen in vſu quotidiano conſiſtunt. Ordo autem dicendorum facile patet ex ſerie ſoliti ſtili. inf. tamen in quęſtionibus ſpecialem ordinem poſui. Diuido in partes duas, quia primò factũ deciſe narratum, ex quo quæſtio colligitur. ſecundo ſolutio, quam in fine moderatur. ibi ſecunda, fraternitati. Et illa ſubdiuiditur. quia primò ſoluit. ſecundo ſolutionem moderando iudici præcipit ibi, tu vero. Pro intellectu texus præmitto, quod factum vario modo narratum fuit Papæ ſecundum Inn. Quidam dicebãt, ꝙ ſacerdos de quo in tex. fuerat ſuſpenſus patibulo de mandato comitis. Alij, ꝙ in bello interfectus. & de interfectoribus papa reſpon-
1 det. Præmitto ſecundo, ꝙ percutiens † clericum & fortius interficiens regulariter incurrit excommunicationem per c. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. quod loquitur de excõmunicatione maiori per ver. anathematis. quod eſt ibi. Item quia nomen excom-
a municationis[a] generaliter prolatum intelligitur de maiori. inf. eo. ſi quem. & a tali excommunicatione ſolus papa regulariter abſoluit. dicto c. ſi quis ſuadente. Præmitto tertio, ꝙ hæc decre. legitur principaliter duobus modis. Primo, quod interfectores, de quibus in textu, fuerunt excommunicati: ſed non mittendi pro abſolutione ad ſedem apoſtolicam. Secũdo modo, quod non fuerunt excommunicati. Expediendo primam lec. ſummo ſecundum eam ſic. Percutiens clericum, qui habitu clericali dimiſſo ſæuis ſe immiſcuit, pro abſolutione ab excommunicatione, quam incurrit, ad apoſtolicam ſedem mittendus non eſt. Poni poteſt caſus in terminis. ſed quia de modo ponendi caſum ſecundum hanc lec. facile conſtat ex caſu, quem ſtatim ponam ſecundum ſecundam lec. Ideo dimitto. No. ſecundum hanc lec. quod excommunicatus per violẽtam iniectionem manuum in clericum non ſemper mittitur pro abſolutione ad ſedem apoſtolicam. Similis caſus ſup. eo. ſi vero. §. officialis. & c. peruenit. hic enim ab epiſcopo abſoluũtur, quod probat verſ. fraternitati, hic in tex. & ad hoc ſup. de cri. fal. quam graui. Op. ſecundum hanc lec. ad tex. in eo, quod mãdat imponi pęnitentiam, & non mandat abſolui. nam per pęnitentiam, quantacumque ſit, non tollitur excommunicatio: ſed requiritur abſolutio. ſup. eo. cum deſideres. §. fi. inf. eo. a nobis. 2. Sol licet hanc lec. tenuerit hic lo. an. Ego tamen puto, ꝙ non ſit de mente. ideo non expedit ſoluere contra. Si tamen vis ſaluare, dic, quod cum pœnitentia ſoleat imponi poſt abſolutionem, vt ſatisfaciat pro exceſſu, inf. eo. a nobis 2. in fi. Ex eo, ꝙ dicit de pœnitentia, ſubinfertur, quod abſolutio præceſſit. quia poſito conſequenti, infertur antecedens præceſſiſſe tanquam per quod peruenitur ad conſequens. & hoc ex natura connexionis. de conſti. tranſlato. Quia vero non multũ conſonat hæc lectura menti huius c. nec per eam c. noſtrum foret magnæ vtilitatis. Ideo tranſeo ad ſecundam lecturam, quę habet, ꝙ percutiẽtes hic non ſint excommunicati: ſed in aſſignatione cauſæ variatur hęc lec. vt inf. dicam in primo contrario. Inherendo autem huic lec. & ei cauſæ, quam puto veram in ſumma dicit, Percutiens, vel etiam interficiens clericum ſe dimiſſo clericali habitu ſęuis immiſcentem, excõicatus non eſt. hoc dicit notabiliter, & ſingulariter multũ. Pono caſum in terminis ſecundum hanc lec. Quæſiuit quidã epiſcopus per ſuas literas a papa de facti quæſtione tali. Quidam ſacerdos falſo ſe nominauit filium regis, & armis acceptis ſeditionem fecit, & guerram, in qua guerra inferendo alijs iniuriam fuit interemptus.

A D D I T I O.

a Excommunicationis. Adde gl. in verbo, excommunicationis maioris, in c. prudentiam. in §. 6. & ibi Car. in 6 no. de of. dele. Car. in c. meminimus in 1. op. qui cleri. vel vo. Ab. in c. intelleximus, in 2. no. de iudi. Cards. Alexan. in c. tanſus, in 1. col. qui cle. vel vo.

emptus.vel prout alij dicuot de mandato. B.comitis patibulo
ſuſpenſus. An interfectores ſunt pro abſolutione ab excõicatio
ne ad ſedem apoſtolicã mittendi.quod implicat etiam, an ſint
excommunicati.papa reſpondet,ꝙ non. & per conſequens, ꝙ
excõicati non ſunt. Colligo notabilia. Primo no.ex verſ.perpẽ-
dimus. ꝙ ex literis alicuius perpẽditur de eius mẽte. ſic & alias
ex verbis perpenditur mens loquentis. 46. diſ. hoc habet & ibi
2 gl. No.ſtari literis † epiſcopi,quod eſt ideo:quia de nullius præ-
iudicio agebatur. quando autem,& quando non,plene dixi de
3 proba.poſt ceſſionem. Not tertio,ꝙ falſitas† eſt,ſi quis ſe fingit
aliam perſonam ibi,filiũ regis falſo nominare. & eſt pęna falſi,
quãdo in fraudem hoc fit. ff.de fal.l.falſi.in principio. & ibi gl.
& dixi.ſ.in prohemio.Not.quarto,ꝙ ſeditio, & guerra hic ac-
cipiuntur pro diſtinctis propter copulam,&,quæ cadit inter di
uerſa. vt nota gl. ff. de iur.& facti igno.ſuper rubrica.& proba-
tur in l. ſi duo. C. per quas perſonas nobis acquiritur. Dicitur
autẽ ſeditio, quaſi ſeorſum itio, quia ſeditioſi in diuerſum va-
dunt,alioique trahunt, vt dicit gl. C. de ſeditioſis ſuper rubri-
ca.& dicitur proprie ciuium diſſenſio ſecundum Iſidorum.li.
18.ethimologiarum.Guerra autem eſt ipſum prælium,ſeu pu
gna.de re iudi.ad apoſtolicæ in prin.li.6.No.quinto,ꝙ c. ſi quis
ſuadente,habet locum in interficiente.immo fortius,quam in
percutiente, quia interficiens manus violẽtas inijcit. & cũ hoc
vltra facit:quia occidit,pro hoc tex. hic: quia interfectores ex-
cuſantur ab excõicatione ſolum propter inhabilitatem ſacer-
4 dotis interempti. No.ſexto caſum, in quo clericus † perdit pri-
a uilegiũ clericale [a] ipſo iure,& ſine vlla monitione. & hoc quo
5 ad immunitatem perſonę. Nota ſeptimò,ꝙ pęnitentia,† quæ
pro ſatisfactione excommunicationis imponitur,eſt arbitra-
ria:quia hic committit arbitrio eius, cui ſcripſit. ſic & regulari
ter quælibet pęnitentia eſt arbitraria in foro pęnitentiali.de pę
ni.deus,vel etiam in ciuili,quando non eſt in iure certa. ſup. de
offi.dele.de cauſis.licet autem expreſſe non appareat, cui hæc
fiat commiſſio, tamen colligitur, ꝙ fuit epiſcopus. vt ſup. dixi
in no.ad primam lec. Venio ad oppoſitiones. Et primò oppo-
no, ꝙ interfectores presbyteri fuerunt excõicati, & tanquam
excõicati debuerunt ad ſedem apoſtolicam pro abſolutione
deſtinari. 17.q.4.ſi quis ſuadente.ſup.eo.non dubium. So. pro-
pter euitare hæc,& ſimilia contraria hæc ſecunda lec. variatur
in aſſignanda ratione, quare non fuerint excõicati. Quidam
namque dicunt,ꝙ non fuerunt excõmunicati, quia hic ſacer-
b dos erat incorrigibilis:quo caſu traditur iudicio ſæculari.[b] ſup.
de iudi.cum non ab homine. inf.ti.primo nouimus.de pœnis.
c.2.li 6.Hæc lectura procedit præſupponendo, ꝙ comes man-
dauit tanquam iudex ſacerdotem interfici. & hanc lec. ſentit
gl. fi. & ſentit Hoſt. ſed diuinat. Inſuper & ex alijs rationibus,
quæ dicuntur in tribus ſequẽtibus opi.non eſt vera,ſed ea prę-
ſuppoſita. Op.tertiò ad textum ſecundum eam,quia prę ſuppo
nendo, ꝙ fuiſſet traditus iudicio ſæculari, ſtatim fuiſſet de iu-
dicio laici iudicis etiam dato, ꝙ non immiſceat ſe ſæcus.dicto
c.nouimus. & dicto c. 2. de pęnis li.6.Fruſtra ergo diceretur in
textu,ꝙ fuit interemptus in guerra. So. illa fuit cauſa, vt trade-
retur. non enim tradendus eſt ſtatim, dum delinquit, & pro-
pter quodcumque delictum, vt probatur in dictis.c.& de hære
ti.ad abolendam. Oppo. quarto ad idem : quia non debuiſſet
Papa mandare pęnitentiam imponi interfectoribus, qui po-
tius eſſent premiãdi, ſi ex auctoritate comitis tanquã ex man-
dato iudicis interfeciſſent,cum miniſter dei eſt,qui malos au-
thoritate iudicis interficit.23.q.5.qui malos. Sol.vt in gl.vlt.ꝙ
ad cautelam hoc fit,ꝙ dic,vt in ca. Opp. quinto ad idem,quia
clericus non eſt exutus priuilegio clericali, niſi cum actualiter
eſt traditus iudici ſeculari, etiam ſi ſit incorrigibilis, niſi prius
foret depoſitus dicto.c.cum non ab homine.vel niſi fuiſſet ter-
tio monitus.inf.eo.contingit. 2.So.contraria ſunt vera.& tenẽ-
do hanc lec.dici oportet,ꝙ alterum de prędictis interuenit.vel
ſuppleri, ꝙ interuenit traditio actualis, quæ foret magna di-
uinatio.Quam ob rem modus iſte non placet. Alij vero aliter
ſaluant dicentes, ꝙ hic loquitur de clerico, qui contra deum,
& æquitatem non ex vanitate, vel negligentia : ſed ex malitia
dimittit habitum.& contra deum, & æquitatem ſe immiſcet
tyrannidi,& enormitati ſcelerum,& ibi interficitur. Iſte enim
ipſo facto perdit priuilegium canonis,ſi quis ſuadente.hãc lec.
ponit gl.in c.cum non ab homine.§.1.ſup.eo.& probatur opti-
me per illum tex.qui hoc probat,etiam ſi interficientes,vel per
cutientes ſciant illum eſſe clericum.nam de ignorantibus non
eſſet dubium,cum tex.cano.ſi quis ſuadente. requirat dolum,
ſeu temeritatem,vel violentiam. Et ꝙ in c. cum non ab homi-
ne.§.primo.loquatur de ſcientibus,patet.quia alias non impo-
neretur maior pęnitentia,quam ſi percuſſiſſet laicum: quæ ta-
men ibi imponitur. Et ſecundum hanc lec.hic eſt caſus notabi
lis,& ſingularis, in quo ſtatim clericus ipſo iure perdit priuile-
gium clericale.& eſt ratio, in odium tam grauiter delinquen-
tium,& vt alij terreantur,& arceantur a talibus. Opp. ſexto ad
hanc lec.de c.in audientia.& c.contingit 2.inf.eo.vbi ad hoc vt
clericus dimittens habitum perdat priuilegium clericale, re-
quiritur trina præcedens monitio.Sol.ſecundum gl.in dicto §.
primo.contraria procedunt quando licet portet arma: non ta-
men ſe immiſcet enormitatibus.Opp.ſeptimò ad eandem lec.
fortiſſime de c.ſi iudex laicus.de ſen.excom.li.6. vbi clericus e-
tiam ſine habitu deprehenſus in enormitatibus nõ iudicatur
a ſeculari iudice,ſi ſe clericum allegat. ſed de hoc.ſ. an ſit cleri-
cus,cognoſcitur ab eccleſiaſtico: & ſi fuerit inuentus clericus,
iudex laicus non ſe intromittit:ꝙ autem illud c.loquatur de re
prehenſo in enormitatibus,probat ibi principium in verſ.ma-
leſactorem captum. nam adiectiuum ſignat ſecundum tem-
pus verbi, cui addicitur.ff.de noxa.l.in delictis.§.extraneus. So.
dico,ꝙ aliud eſt priuilegium, de quo loquitur c. ſi iudex. quia
ibi de priuilegio fori,de quo. 11.q.1. inolita. & c. placuit. & de
foro compe.ſi diligenti. Aliud eſt priuilegium,de quo hic.ſ.im
munitatis perſonæ,quod facilius perditur,vt in caſu noſtro.Et
hoc inueſtigare eſt ſubtile in aſſignando rationem differentię.
propterea quia cum hoc quod eſt ſubtile,eſt etiam valde vtile,
& multa deciduntur, exinde plene videamus. Et primo ſcias,
ꝙ nomine priuilegij clericalis intelligitur de vtroque tam fo-
ri,quam perſonæ.de offi.ordi.clemen.prima. iuncta gl. in ver-
bo priuilegij.vbi ſingulariter probatur,& ſic videretur, ꝙ cen-
ſeantur eiuſdem rationis.ſed tamen, ꝙ etiam inter ipſa ſit dif
ferentia,probo per textum in c.ſi vero. 1. in principio.& §.offi-
cialis.ſup.eo.ti.vbi plus excuſatur,qui vt priuatus percuſſit cle-
ricum, quam ſi, vt iudex laicus. Rationem aut duplicem dif-
ferentiæ dico. Primò, quia odioſius eſt,ꝙ clericus iudicetur a
laico,quam ſi ab eo tanquam priuato percutitur.Sicut & alias
valet iuramentum clerici in contractibus pręſtitum laico ſine
licentia epiſcopi,& non valet præſtitum iudici ſeculari. ſup.de
iura.calum.c.1.& quod ibi no. Inno. propterea notanter pon-
dero textum hic in verſ. interfectores. & in c.cum non ab ho-
mine. §. primo, in verſ. occiſores. quæ duo verba denotant fa-
ctum. Eſt & ſecunda ratio nona, quæ eſt fortior, & notabilior,
quia priuilegium immunitatis quò ad perſonam clericorum,
vt quòad canonem ſi quis ſuadente.eſt de iure poſitiuo.ſuit e-
nim illud c. conditum ab Inno. ſecundo, vt ibi patet ex ſupra
ſcriptione.& ita etiam Inno.inf. eo. nouerint, enumerat illud
priuilegium inter priuilegia clericis a papa conceſſa.quod inf.
dico in ſecunda quæſtione principali.Sed priuilegium immu-
nitatis quo ad exemptionem, vt clerici ſint de iudicio iudicis
eccleſiaſtici,eſt de iure diuino. & a deo emanauit, vt probatur
96.di.ſi imperator. Ibi enim dicit, ꝙ deus voluit ad ſacerdotes
pertinere,quæ de eccleſia diſponenda ſunt,non ad ſeculi pote-
ſtates.& ꝙ imperator volens iudicare de clericis,vendicat alie-
num ius,& contendit contra deum.& ſequitur ibi ꝙ a pontifi-
cibus & ſacerdotibus omnipotens deus chriſtianæ religionis
clericos & ſacerdotes voluit ordinari,& diſcuti, id eſt iudicari.
Ex quo infert ibi gl. ꝙ antequam emanarent aliquæ conſtitu-
tiones,clerici non erant de iuriſdictione ſeculari. & ꝙ conſtitu
tiones diſponentes, ꝙ non iudicentur clerici niſi ab epiſcopis,
non ſunt niſi iuris declaratio.quæ glo.eſt notabilis, & ſingula-
ris.& hoc tenet Inn.& Hoſt.& omnes in c.2.de ma.& obe. Sed
Lau.tenuit,ꝙ papa exemit per c.cõtinua. 11. q. 1.& per textum
in authen. de ſan.epiſcopis.§.ſi quis cõtra,coll.9.& vt cle.apud
propri.epiſcopum.§.ſi vero eccleſiaſticum,col.6. Sed hæc iura
probant prius,ꝙ ab imperatoribus proceſſit clericorum exem
ptio. ſed ſufficit, ꝙ concludunt ꝙ non immediate a Deo, per
hoc etiam ꝙ exemptio talis dependeat a Papa,& ſic a iure po-
ſitiuo, Inn. in d.c.2.de maio.& obe.inducit.c.primum,de iura.
calum.quod non multum vrget. Sed ego induco authẽ. ſtatui
mus.C.de epiſcopis & cler. quæ probat,quod a iure poſitiuo ci
uili,& tam a papa, quam ab imperatore proceſſit,quia ibi pro-
hibetur clericum iudicari a laico iudice contra conſtitutiones
canonicas,& ciuiles.Ego tamẽ dico verius,quod origo exem-
ptionis fuit de iure diuino, per dictum c. ſi imperator. ſed etiã
præſuppoſito, ꝙ de iure diuino exempti non fuiſſent: tamen,
ꝙ clerici potuerint eximi a papa, etiam ſi ſine conſenſu impe-
ratoris,tenet Inn.in dicto c.2.per rationẽ,quia cũ ſint ſpiritua-
les,& ex toto corpus & animam dederint in ſeruitium, & ſor-
tem Chriſti 12. q.1.cui portio.ad hoc ſup.de præben. cum ſm,
per conſequens ſubſunt papę in iudicio,& cõſtitutionibus. 10.
di. imperium. & c.ſuſcipitis. & c. ſi in adiutorium.de maio.&
obe.ſolitæ.quod eſt no.dignum. Et procedit hæc ratio ſine du-
bio,præſupponendo maioritatem pontificatus, & ſubordina-
tionem

ADDITIONES.

a Clericale. Adde Benedi. Capra. in cle. 1. de of.or.ſuper gl.in verbo priuilegij.
b Seculari. Adde c.at ſi clerici.de iudi.c.tuæ de pęnis. c. cum non ab homine de
ſenten. ex.

Digitized by Google

tionem dignitatis imperialis ad pontificalem. vt ſcilicet, apud
a papam ſit vterque gladius ſpiritualis & materialis.[a] ſed impe-
ratori exercitium gladij materialis committitur. de quo plene
no. & ſcripſi de iud. nouit. & qui fi. ſint legi. per venerabilem. Si
autem ponimus iuriſdictiones Papę, & imperatoris eſſe diſtin
ctas, quid iuris, infra ſtatim ſubijciam. Sed quando ſunt ſubor
dinatæ, ratio præcedentis dicti eſt: quia ſecundum hoc ex cau-
ſa poteſt Papa auferre imperatori iuriſdictionē oēm deponē-
do eum de re iud. ad apoſtolicę lib. 6. ergo fortius iuriſdictionis
partem eximendo ab eo clericos. per ſimile arg. probat Inn. de
reſti. ſpo. olim. 1. & de iudi. cum deputati. ꝙ ſi principalis admi
niſtrator, & inferior immediatus amouibilis ad ſuperioris
principalis nutum concurrunt in agendo pro adminiſtratio-
ne, præferendus eſt ſuperior. & eſt ratio: quia qui poteſt aliquid
radicitus eneruare, fortius qualitatem reſtrictiuam, ſeu taxa-
tionem poteſt adijcere. ff. de in litem iur. l. videamus. §. iurare. Si
cut enim qui poteſt adulterum interficere: fortius poteſt eum
afficere cōtumelijs. ff. de adulterijs. l. nec in ea. §. ius occidēdi.
ad hoc ff. de reg. iu. plus. & regula cui licet. lib. 6. quæ regulæ in-
telliguntur, vt cui licet plus, liceat & minus, quod eſt ſub pluri,
tanquam pars quantitatiua. quod no. Dy. in d. regula, plus. Sic
autem eſt in propoſito, ꝙ ſi tota poteſtas eſt in papa, & poteſtas
imperatoris eſt dependens: ſequitur, ꝙ eſt pars quantitatiua po
teſtatis papæ, & ſub illa eſt tanquam ſpecies ſub genere, vel in-
ferius ſub ſuperiori. & ſic ratio concludit. Faciunt hæc ad quæ-
ſtionem de ſtatuto, quod permittit aliquem impune occidi, ꝙ
ſi quis mutilet, vel verberibus afficiat, ſit impunis. Et ſi dicatur
contra: quia verba ſtatutorum ſunt intelligenda in proprio ſi-
b gnificato,[b] & non ſecundum interpretationem. ff. de neg. geſt.
l. 3. §. hęc verba. ſup. de iniurijs. in noſtra. vbi verbum damno-
rum poſitum in ſtatuto non comprehendit expenſas, & tamē
alias comprehendit. ff. de dam. infec. l. inter quos. §. ti. vbi fit mē
tio de impēſis, de quibus debet haberi ratio in cautione dam-
ni infecti. quod plene no. Archi. 2. q. 1. in primis. Reſpondeo, ꝙ
plus continere id, quod eſt minus, non eſt interpretatio: immo
verum ſignificatum, nam & caſum eiuſdem rationis vel for-
tioris ſtatuta comprehendunt. ff. ſolu. ma. l. ſi vero. §. de viro. de
elec. ſi poſtquam. §. 1. lib. 6. quod dixi de conſue. c. cum dile-
ctus. in materia ſtatutorum. ad hoc, quod no. in regula pro poſ
ſeſſore. in quæſtione li. 6. & ſpecialiter. C. de malefi. & mathe.
l. fi. ff. de ſica. l. 3. §. transfugas. de adul. l. capite. & no. Bal. C. de
epiſ. & cle. l. ſi quis non dicam. in prin. Sed ſi ponimus, ꝙ iuriſ-
dictiones papæ & imperatoris ſint diſtinctæ: adhuc probo, ꝙ
papa poſſit eximere laicum, etiam ſubiectum imperatori, cū
vult fieri clericus: nam duplex eſt lex: publica & priuata. publi-
ca communis; priuata ſpecialis, quam vnuſquiſque ſcriptam
habet in corde. 19. q. 2. duæ ſunt, quam quilibet tenetur ſequi,
& præferre publicæ, quādo non eſt ſub publica, vt dicitur in d.
c. duæ. vnde quando quis ducitur ſpiritu Dei, non conſtringi-
tur l. publica, quo minus etiam ſuo inuito ſuperiore, cui de l.
publica parere tenetur, ad religionem tranſire poſſit. ſup. de re-
gula. licet. Sic ergo laicus, qui vult fieri clericus, cum in hoc du
catur Dei ſpiritu, non eſt ſub imperatore, nec ab eo prohiberi
poteſt, quin ad l. dei trāſeat. nec poſtquam tranſiuit, poteſt im-
perator talē regulare, ſed ſolus Deus, vel eius vicarius per ſuas
conſtitutiones, quæ ſunt diuinæ tanquam dependentes a no-
uo, & veteri teſtamento. ſ. de iureiur. nimis. de accu. qualiter. 2.
in prin. Ex præmiſſis infero vnam concluſionem multum no-
6 tabilem, & nouā quæ eſt, ꝙ papa † etiam ſine cauſa poteſt au-
ferre priuilegium immunitatis perſonæ clerici. ſed priuilegiū
immunitatis, vt clerici conueniantur coram eccleſiaſtico tan-
tum, & non coram ſeculari, non poteſt. Primam concluſionis
huius partem probo: quia priuilegium immunitatis perſonæ
clerici, per c. ſi quis ſuadente. ſurgit a iure poſitiuo, vt prædixi.
papa autem poteſt ius poſitiuum tollere. ſ. de conceſ. preben.
propoſuit. de conſt. c. 1. lib. 6. quo reuocato tollitur priuilegium
ex eo dependens. Et hoc intelligo verum quoad vnum, vel plu
res clericos in particulari. ſed quo ad omnes clericos, ſecus di-
co: quia illud eſſet immutare ſtatū vniuerſalem eccleſiæ, quod
non poteſt. Sic, & alibi dicit gl. ſingularis, ꝙ ſine cauſa poteſt
c Papa deponere vnum epiſcopum: ſed omnes[c] non. ita no. 9. q.
3. per principalem. & ratio eſt, quam dixi: quia non poteſt im-
mutare vniuerſalem ſtatum eccleſiæ, cum debeat potius con-
ſeruare. 24. q. 1. memor. Puto tamen, ꝙ priuilegium d. c. ſi quis
ſuadente. ex cauſa etiam quoad omnes tollere poſſit Papa, cū
d ſit de iure poſitiuo. Sed cum ſit quid arduum,[d] debet hoc face
re cum cōſilio ſuorum fratrum Cardinalium per id, quod no-
tabiliter dicit Io. mo. de hære. ſuper eo. lib. 6. vbi dicit, ꝙ cetus
Cardinalium eſt in poſſeſſione, vt papa non faciat ardua ſine
eius conſilio. Decet enim, vt quod pręcepit inferioribus pręla-
tis, de conſilio capituli habēdo, ſup. de his quę fi. a præla. nouit.
& c. quanto. ipſe in ſe obſeruet. C. de legi. l. digna. ad hoc 12. q.
2. non liceat Papæ: quia indecens quoad mores reputatur im-
poſſibile in principe, ſicut etiam theologi dicunt omne inde-
cens deo eſſe impoſſibile. Et ſi dicas, ꝙ etiā cum conſenſu Car-
dinalium non poſſit, cum canon, ſi quis ſuadente, habeat vim
quaſi contractus, ſicut etiam dicit Inn. de tempo. ordi. dilectus.
in addi. ꝙ epiſcopus non poteſt diſpenſare contra ſua ſtatuta,
e per quæ ius eſt alteri quæſitum,[e] licet poſſit ea tollere. & idem
Inn. de iudi. nouit. dicit, ꝙ licet Imperator reuocet legem, per
quam conceſſum eſt priuilegium eccleſiæ, nō propterea reuo-
catur priuilegium. Rńdeo, ꝙ quandoque priuilegium confer-
tur in ſubditum ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti: & tunc poteſt
tolli, ſicut ipſa lex vel ſtatutum. pro hoc gl. Inn. inf. de iniurijs
in noſtra. quam ſic intelligo. dicit enim Inno. ibi, ꝙ ſtatutum
factum per commune, per quod ſe obligauit ſingulis de com-
muni, poteſt tolli ab his, qui regunt ciuitatem per regulam pri-
mam inf. de re. iur. quod eſt ſingulare. & probatur in dicto c. in
noſtra. ſecundum vnam lecturam Aliquando confertur priui
legium in non ſubditum. & tunc dico, ꝙ non poteſt tolli, nec
tollitur reuocata l. vel ſtatuto. ſic loquitur gl. Inn. in c. nouit. &
eſt ratio, quia in non ſubditum non poteſt tranſire, tanquā lex.
ff. de iur. om. iud. l. fi. de conſti. c. 2. li. 6. tranſit ergo tanquā qua-
ſi contractus, ex quo non ſubditus acceptauit, & hoc inſtar do-
nationis. Sed contractus nō poteſt diſſolui ſine conſenſu vtriuſ
que contrahentis. ff. de pac. l. ab emptione, ſup. de ſpon. c. 2. Ad
gl. autem Inn. in c. dilectus. de tēpo. ordi. dico, ꝙ debet intelli-
gi ſecundum præmiſſa. Sed in eo, quod dicit, ꝙ etiam antequā
ſit alteri ius quæſitum, non poteſt epiſcopus contra ſua ſtatuta
diſpenſare, ne incidat in pęnam ſui ſtatuti, eſt maius dubium:
quia ipſe idem Inn. videtur contradicere in c. cum ad monaſte
rium. de ſta. mo. vbi dicit, ꝙ in his, quæ ſunt iuris poſitiui, con-
ditor canonis, vel ſtatuti poteſt etiam ſine cauſa diſpenſare. &
quod eſt fortius ſecundum eum ibi, hoc poteſt papa in mutan-
do ſtatum vniuerſalem eccleſiæ. quod vltimum expreſſe repu
gnat ſupradictis. Sed intelligo, ꝙ papa poteſt immutare ſtatū
eccleſiæ, dum tamen non per omnia. ſed oportet, vt prædixi,
cum hoc ſit arduum, ꝙ cum conſilio collegij Card. Gl. vero.
Inn. in c. dilectus, intelligo, ꝙ etiam antequā ſit alteri ius quæ-
ſitum, non poteſt conditor canonis, vel ſtatuti diſpenſare, id-
eſt non poteſt facere ſola voluntate: vt contraueniens non in-
cidat ſtatutum. & hoc ſtante ſtatuto. Sed ſi contra ſtatutum
concedit priuilegium, & ſtatutum diſponit ſuper eo, quod nō
eſt alias prohibitum, bene videtur, ſic loquitur gloſ. Inn. in c.
cū ad monaſterium. Et ex his liquēt illæ glo. Inno. quę ſunt no-
tabiles ſic intellectæ. & alio modo intelligendo, contradicere
videntur inuicem. Et ex hoc patet prima pars concluſionis pię
miſſæ. Secundam partem concluſionis eiuſdem, quæ eſt, ꝙ pri
uilegium immunitatis, vt clerici non conueniantur, niſi tan-
tum coram iudice eccleſiaſtico, & non coram laico, non poſ-
ſit papa reuocare. dico probatam eſſe ex eo, quod dixi ſupra ta
le priuilegium eſſe de iure diuino, quod eſt ius diuinum non
cærimoniale, ſed morale, contra quod papa non diſpenſat. de-
bet enim potius vſque ad animam, & ſanguinem confirmare
25. q. 1. ſunt quidam. quod ibi exponit Lau. ideſt, vſque ad om-
nes conatus. pro hoc ea. q. quæ ad perpetuam. & quod dixi de
conſue. c. fin. nam neque poteſt diſpenſare papa in eo, propter
quod decoloratur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ. 1. q. 7. & ſi illa:
quod eſt verum, ſi ex toto vellet immutare, quod non poteſt e-
tiam cum conſilio Cardinalium. nam hoc faciendo, conuin-
ceretur errare, dicto c. ſunt quidam in fi. vbi probatur optime,
& eſt notandum ſemper. Sed quo ad vnum clericum, vel ali-
quos in particulari, bene poteſt 34. di. lector. & quod no. Archi.
in d. c. ſunt quidam. pro hoc c. vnicum. de vita & hone. cle. lib.
6. Vt autem concludamus præmiſſa, cum quæritur generali-
7 ter, an & quando poſſit tolli, ſeu reuocari priuilegium † alicui
f conceſſum.[f] dic, quod aliquando quærimus de priuilegio,
quod eſt de iure diuino. aliquando quod eſt de iure poſitiuo.
De primo dic, quod aut is, qui vult tollere, vel reuocare, eſt in-
ferior papa, & indiſtincte non poteſt. Solus enim papa eſt dei
vicarius in terris. de tranſlati. c. 1. quia ſolus vocatus eſt in ple-
nitudinem poteſtatis, de vſu pallij, ad honorem. Aut eſt papa.
& dic,

ADDITIONES.

a Et materialis. adde extrauagan. incip. vnam ſanctam. & diffuſe per Anto. de roſel. in ſua monarchia.
b Significato. Adde Bal. Angel. & Ioan. imol. in l. multum in §. 1. ff. de acqui. her.
c Omnes. adde Ab. in c. tranſlato. de conſti. ſuper gloſ. 1. Barba. in c. quæ in eccleſiarum. in 9. colum. de conſti. idem Barba. in c. quod tranſlationem in 17. col. de of. leg. Cardi. conſilio 85. incip. venerabilis vir.
d Arduum. adde Fely. in rubrica de conſtit. vbi ponit remiſſiones ad vtranque partem.
e Quæſitum. adde doc. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti.
f Conceſſum. adde gl. fi. in ca. clericis. de immu. eccle. lib. 6. facit no. per doc. in ca. cum veniſſent. de iu.

Digitized by Google

& dic, ꝙ aut vult tollere ex toto, & non poteſt: aut in partem, & pōt, vt ſupra dictum eſt, & eſt ratio: quia qñ in partem hoc eſt potius interpretari, quam tollere, quod poteſt, ſicut, & interpretatur illa verba: in ore duorum &c. de teſti. licet. 1. Secūdo. 1. qñ priuilegium eſt de iure poſitiuo. dic, aut fuit cōceſſum non ſubdito: aut ſubdito. Primo caſu, aut nondum eſt ab eo acceptatum: aut ſic. Si non, poteſt tolli libera voluntate concedentis: quia poteſt pœnitere, ex quo de nullius præiudicio agit, regula, ꝙ ſemel placuit. lib. 6. Si autem fuit ab eo acceptatum, non poteſt tolli per gl. Inn. in c. nouit de iudi. & per rationem, quam ſupra dixi. Si autē conceſſum fuit priuilegium ſubdito. aut quæris, an poſſit tolli quoad effectum conſummatum. aut quo ad non conſumatum. Primo caſu aut per conſummationem ſortitur naturam eorum, quæ ſunt de iure naturali, vel gentium. aut remanſit in ſua natura. Primo caſu non poteſt tolli etiam a principe ſine cauſa, ſic nec tollit ius gentium. de conſti. quę in eccleſiarum. vbi per Inno. & ego plenius ibi dixi. Et pone exemplum, vt ſi per priuilegium conceditur, dominium ſine cauſa tolli nequit vt not. in d.c. quæ in eccleſiarum. Si autem remanſit priuilegium in ſui natura iuris poſitiui: vt ſi per priuilegium fit legitimatio. dic, ꝙ aut quæritur de principe: aut de inferioribus. Si de principe: aut de imperatore: aut de Papa. Si de imperatore, dici poſſet, ꝙ in ſpiritualibus nō poteſt, quia de talibus non habet ſe impedire. 96. diſt. bene quidē. ſ. de conſtitu. eccleſia. Sed in temporalibus ſic. Dic tñ melius, ꝙ in his, quæ cadūt ſub poteſtate imperatoris, eadem iuris diſpoſitio habet locum in imperatore, quæ in Papa. De Papa autem dic, ꝙ aut vult tollere in totum: aut in partem. Si in totū: aut per hoc immutatur ex toto ſtatus eccleſiæ, & non pōt etiā cum cardinalibus. aut non ex toto, & pōt cum conſilio Cardinalium, ſi eſt quid arduum. alias ſolus poteſt. Si aūt in partem: tunc ſolus pōt: ſicut etiam poſſet illegitimum legitimum facere, & econuerſo. de cler. coniuga. cum olim. Si de inferioribus dic, ꝙ non pñt per gl. Innoc. in c. dilectus. de tempo. ordi. Si vero quæritur quoad effectum nondum conſummatum: dic, ꝙ libera voluntate diſponentis tolli poteſt. ſic loquitur. ca. in noſtra, de iniurijs. & gl. Innoc. ibi. & ſic etiam pōt intelligi gl. eius in c. cum ad monaſterium. præalle. Per hęc patet, quid iuris de vtili materia ſic incidenter tacta. Sed redeundo ad ꝯrium principale. de c. ſi iudex laicus. poſſet, & taliter dici, ꝙ non eſt verū ſemper, ꝙ adiectiuum ſignificet ſm tempus verbi, cui addiī, ſed illud procedit in adiectiuo, quod non habet actum ſucceſſiuum, & qñ non intelligendo ſm tempus verbi, ſurgit abſurditas. ſic & in l. in delictis. §. ſi extraneis. ff. de noxa. præalleg. vt qñ ſeruus committit delictum, ſciente aliquo, qui tunc nō eſt dñs, ſed poſtea fit. nam non propterea tenentur de delicto illi' ſerui, tanquam dñs ſciens, cum non eſſet dñs tempore delicti commiſſi. vnde non eſt verum, ꝙ fecerit hoc iſto dño ſciente. Item eſſet abſurdum, ſi diceremus, ꝙ puniretur, tanquā ſciēs, cum tempore delicti commiſſi non potuerit prohibere. Sed quando adiectiuum habet actum ſucceſſiuum, poteſt verificari etiam ſm aliud tempus, quam ſit illud, cui adijcitur. pro caſu induco. l. qui concubinam in princ. & l. ſi quid earū. §. interemptum, ff. de leg. 3. vbi ſi legatur vxori, vel concubinæ, qđ eius cauſa paratum eſt, de debetur ēt id, quod paratum fuit cā prioris. ſed traditum fuit vtendum ſecundæ, cui legatum factum eſt. Per hæc dico, ꝙ c. ſi iudex laicus. non probat, ꝙ malefactor fuerit deprehenſus in maleficio, q̄uis dicat malefactorem deprehenſum. nam ſemper dicitur malefactor, donec pęnituerit, quia demum per pœnitentiam deſinit eſſe malefactor. & redit ad id, quod erat ante maleficium. 50. diſt. ferrū, & quod ibi not. glo. Et hæc ſolutio etiam eſt noua, & ſubtilis, & tolerari poteſt. tamen præcedens vtilior eſt in hac materia. Oppo. 8. ad eandem lec. ꝙ non ſtatim ipſo facto ſit exutus priuilegio clericali: ſed demum poſt trinam admonitionem. J. eod. contingit. 2. Sol. vt dixi ad cap. ſi iudex laicus. in prima ſolutione: quia contrarium loquitur de priuilegio fori, quod non perditur niſi poſt trinam admonitionem. ſed poſt trinam ſic, vt not. in cap. ſi. iudex laicus in glo. hoc ideo. quæ eſt ad hoc valde notabilis, & probatur in dicto cap. contingit. vbi dicit, de clericis, qui trahuntur ad publica iudicia, & id fieri permittit poſt trinam admonitionem, ſi incedunt vt laici, & delinquunt. Secus eſt in priuilegio immunitatis perſonæ per cap. ſi quis ſuadente. quod etiam ſine admonitione perditur, vt hic. & rationem differentiæ plene dixi in precedenti contrario in prima ſolutione. Oppono 9. ad hanc ſolutionem, quod etiam ſine vlla monitione perdat etiam in caſu ca. contingit, per cap. 2. ſupra ne cle. vel mon. Sol. illud nihil facit. & de hoc dic, vt not. in gloſ. in dicto capit. 2. & infra eod. in audientia. in gloſ. fin. Oppono 10. ad idem de cap. 1. de apoſta. & de priuilegijs, ex parte. 3. vbi tex. videtur expreſſe in contrarium, quod etiam priuilegium fori ſine monitione perdatur. Solut. debet ſuppleri, quòd in dictis iuribus interuenit monitio. ita dicit Innocen. in dicto cap. 1. ſed hæc eſt diuinatio. Idem ergo Innocen. & gloſ. ordin. in dicto cap. 1. ſoluit aliter, quòd aliquando clericus per omnia habetur, vt laicus. & tunc non requiritur monitio, vt in illis iuribus. aliquando non per omnia: vt quia dimiſſa corona, in alijs incedit vt clericus: & tunc requiritur trina monitio. dict. cap. contingit. 2. hæc ſol. pręciſe repugnat textui in cap. ſi iudex laicus. vbi loquitur de eo, qui vt laicus per omnia ſe habebat, qui tamen ſi allegat ſe clericum, auditur. Abb. autem & Ioann. And. in cap. contingit. præalleg. ſoluunt aliter, quod ſi clericus ſine habitu, & tonſura enormitatibus ſe immiſcet, poteſt per exercentem iuſticiam etiam ſciētem eum eſſe clericum, puniri: ſic intelligunt cap. 1. de apoſta. & dict. cap. ex parte. Sed hæc ſol. reprobatur, vt præcedens per cap. ſi iudex laicus. Sol. ergo aliter, quòd ſi clericus incedit per omnia, vt laicus, & deprehenditur in maleficio, non debet

a defendi ab eccleſia [a] hoc ſolo, quod allegat ſe clericum, vel ꝙ reſumit tonſuram, & habitum clericalem: nec capientes ſunt cenſendi excommunicati: nec iudex laicus ex hoc deſiſtet procedere, quia cenſetur laicus. dict. cap. ſi iudex. verſic. idem, & verſic. fin. & ſic loquitur cap. primum de apoſta. ſed expreſſius hoc patet in cap. ex parte præalleg. Sed non per hoc infertur, quin ſi velit, probare ſe clericum, ſit audiendus, & fiet cognitio per iudicem eccleſiaſticum, & interim detinentur a iudice laico, vt in dict. cap. ſi iudex laicus. cum ibi not. vbi hoc expreſſiſſime patet, quod eſt not. dignum. Oppon. 11. ad idem, quod etiam priuilegiū fori perdat clericus, ſine monitione per iſtū tex. quatenus facit mentionem de comite, quòd eius mandato fuerit ſacerdos ſuſpenſus patibulo. Sol. contrarium hoc procedit: quia vt dixi in euidentialibus de comite nihil reſpondetur. ſed de interfectoribus. Ad hoc oppono, ꝙ etiam comes

8 † poteſt dici interfector, ſi mandauit. ſ. eo. mulieres. §. fin. Sol. præſupponendo factum, vt præmiſi in euidentialibus, adhuc non procedit contrarium. Papa enim nihil reſpondet, niſi de interfectoribus vere: nō autem iuris præſumptione, qualis eſt mandas. licet enim dicatur vere percutere quo ad incurrendā pœnam excommunicationis. dict. c. mulieres. non tamen per omnia. vnde ſi ad incurrendam pęnam requiritur iuris diſpoſitio, ꝙ perſonaliter committeretur delictum, tunc mandans non diceretur vere facere, nec incurreret pœnam. caſus eſt in clem. prima. de vita & honeſt. cler. iuncta glo. ſingulari in verſ. publice & perſonaliter. quæ facit ad multa. Vt tamē ſciamus, quid iuris hic ſit de ipſo comite, præſupponendo, ꝙ eius mandato fuit ſacerdos interfectus. dico, ꝙ aut ſciuit eum clericū: aut ignorauit. Si ſciuit, aut mandauit, vt priuatus: aut vt iudex. primo caſu puto, ꝙ non ſit excommunicatus, ſicut nec ipſi percutientes, vel interficientes. pro hoc d. c. mulieres. §. fi. ſicut enī percutientes ſunt excommunicati, etiam mandans excōmunicatus eſt. Ita & negatiue non ſit excommunicatus, cum nec ipſi. quia ſicut oppoſitum in oppoſito, ita & propoſitum in propoſito. de conſti. c. 2. vbi dixi in additionibus. Et contrariorū eadem eſt diſciplina. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. l. 1. qui ſatiſd. cog. l. ſciendū in fi. 32. diſt. hoſpitiolum. Per hoc dico non eſſe neceſſarium dicere, prout dixerunt quidam, ꝙ hic comes mandauit ſe defendendo, quod non apparet hic. Sed nec per hoc excuſaretur ab excōicatione, ſi eſſet caſus, in quo mādans nō ſe defendendo eā incurreret. nā defenſio quoad iniuriā perſonæ tūc tñ eſt licita, cū quis perſonaliter impugnaī, & p ſeipſum ſe defendit. nec in tali licet collectis amicis ſe defendere. eſſet. n. potius vltio. ff. ad l. aqui. l. ſciam. §. ſed & ſi quęcūque. in prin. & l. ſciam. § qui cū aliter, & l. ſi ex plagis. in prin. de homi. cle. ſi furioſus. Sic ēt dico non eſſe neceſſariū dicere, put dicit Hoſ ꝙ comes hic nō fuit excōicatus: qa ſacerdos iſte inueteratus erat in aggreſſuris, & tyrānijs, p hoc de vita & ho. cle. c. vnico, lib. 6. qđ eſt diuinare. ne ꝯuenit iſti textui. & tex. c. vnici. pal. loquitur in alio caſu. Dic ergo melius rōnē, quare interficientes nō fuerūt excōicati: qa ſacerdos erat exutus priuilegio clericali ex eo, ꝙ dimiſſo habitu ſe immiſcuit enormitatibus, vt dictū eſt. ſ. in ſecunda lect. & per ꝯñs nec comes, ſi præceſſit vt priuatus, vt prædixi. Si aūt mandauit, vt iudex dico, ꝙ mandatū fuit nullū, tanq̄ a non iudice ſ. de iud. at ſi clerici. & c. decernimus. tñ non puto, ꝙ ſit excōicatus ex vi canonis, ſi quis ſuadente. ſicut nec pcutiētes, cū ſit exutus ſacerdos, vt p̄dixi, priuilegio canonis illius. ſed eſt excōicatus per c. ſi de immu. eccleſ. lib. 6. tanquam violans immunitatem fori clericorum, qđ eſt notabile. Si vero ignorauit comes hunc eſſe clericum: puta, quia nec ille allegauit, nec excepit de clericatu: vel ſi excepit, non probauit, ad quod tenetur: quia non præſumitur p ipſo, ex quo

A D D I T I O.

a Ab eccleſia. Adde extrauagan. Pauli ſecundi, quæ vulgariter appellatur la paulina.

ex quo reperitur ſine habitu, & prius non habebatur pro clerico, ſecundum formam c.ſi iudex laicus,in fine.& tunc indiſtincte excuſatur comes, per dictum c.ſi iudex laicus,& c.ex parte. 3.de priuilegijs. nec eſt excõicatus per cano. ſi quis ſuadente. nec per cap.ſi.de immu.ecc.lib.6. Oppo. decimotertio ad haec & ad lecturam communem, & veram, ꝙ immo non poſſit aliquo caſu clericus exui priuilegio clericali : quia renunciare nequit ſuo priuilegio.J.eo.contingit.1.ſ.de for.compe.ſi diligenti. Sol.gloſ.3.ꝙ manens clericus non poteſt renunciare, vt in contrarijs, ſed ab apoſtatando ab habitu poteſt poſt trinam ad monitionem. infra cap. in audientia, & cap.contingit.2.vel immiſcendo ſe enormitatibus,vt hic.& ſ.eo. cum non ab homine.§.1. quia ipſo facto ſe priuat.ſ.de vita & hone.cler.ca.ſi. de cler.coniuga.c.pen. Dic melius,ꝙ hic non perdit priuilegiũ per renunciationem,ſed ex iuris diſpoſitione,ſic:& alias delinquendo, vel contrahendo fit clericus de foro non ſui iudicis eccleſiaſtici.de for.compe. dilecti & cap.ſi.quod tñ non poſſet per expreſſum conſenſum:de foro compe.ſignificaſti.An aũt, & qñ quis poſſit renunciare ſuo priuilegio,dixi in ca.ſi diligẽti.præal. Oppon.decimo quarto in eo,ꝙ ponderatur in ſacerdote iſto,ꝙ dereliquit habitum.nam etiam retento habitu ex eo ſolo, ꝙ immiſcet ſe enormitatibus,perderet priuilegium, quia etiam ſi negociationibus alias licitis ſe immiſcet, perdit. ſ.de vita & hone.cle.c.ſi.Sol.ibi de priuilegio rerum,vt clerici nõ teneantur ad collectas. de quo C.de epi.& cler.l.2.ſ.de immu.eccl.aduerſus.hoc enim perdit clericus coniugatus ipſo iure,etiam ſi deferat habitum.de cle.coniu.Ioannes, & quod ibi no.gl.& c.ex parte,& determinatum eſt per c.vnicum.de cler. coniug.lib.6. Non coniugatus autem perdit hoc priuilegium poſt trinam monitionem immiſcendo ſe negociationibus, ẽt ſi deferat habitum,& tonſuram.probatur in ca.ſi.præalleg.vbi de habitu,& tonſura nihil ponderatur. Sed de priuilegio perſonæ loquitur c.iſtud, & tale non ſic facile perditur.hoc enim retinet etiam coniugatus,non bigamus,d.c.vnico.de cler.coniuga.lib.6.pro hoc clem.1.de vita, & hone.cle. vbi ad perdẽdũ priuilegium perſonale plus requiritur q̄ ad perdendum reale, & ibi expreſſe hoc probatur.Opp.15.ꝙ ẽt ſine vlla monitione, & q̄uis non immiſceat ſe enormitatibus,perdat clericus priuilegium clericale non ſolum in rebus,ſed etiam in perſona : & tam quoad priuilegium canonis,ſi quis ſuadẽte,q̄ quoad priuilegium fori de biga.c.vnico lib.6. Sol.ibi de clerico facto incapaci per bigamiam,qui eſt oĩno exutus omni priuilegio, & in eo ſpãle,quod dic,vt ibi.Oppo.16.ꝙ etiam ſi incedat in habitu,& tonſura, poſſit tñ clericus a laico iudicari.ſ.de foro cõpet.ex tranſmiſſa.& c.verũ.Sol.licet illa c.poſſint intelligi taliter,ꝙ ibi laicus non iudicat de clerico, de quo dic,vt ibi not.tñ ſm verum intellectum dic verius, ꝙ ibi iudicat laicus de clerico ex ſpeciali priuilegio, & natura feudi, & tanq̄ dñs feudi : & hoc eſt ex priuilegio iuris. nam & alias ex priuilegio laicus fit capax innum ſpũaliũ.63.diſt.Adrian. & c.ſequenti.96.diſt.c.1. vbi nota.& de ele.quod ſicut.vbi per Inn.& ibi dixi.& pro hoc gloſſa in c.decernimus.de iud.& pro hoc etiam de appella.Romana.§.debet lib.6.Sic & alias põt laicus non iure proprio,ſed tanquam delegatus ab eccleſiaſtico iudice cognoſcere inter clericos.d.cap.decernimus.& quod ibi not.tunc enim facit authoritate delegantis cuius vice fungitur.93.diſt.c.fin.94.diſt.c. 1.de offic.deleg.ſtuduiſti.ff.de iuriſ.omn.iud.l.& quia. Sic etiã laicus ſuper ſpũalibus poteſt eſſe arbiter [a] authoritate ſuperioris eccleſiaſtici interueniente.de arbi.contingit. ca.per tuas. in ſi.ibi cum authoritate dicti archiepiſcopi.quod intelligo, etiã ſi compromittatur in laicum ſolum ſine admixtione clerici. licet gl.aliter intelligat in c.contingit.ſed moueor : quia admixtio habilis cum inhabili non facit totum habile.ſed totum vitiatur,qñ coniunguntur ad actum inſeparabilem , quod procedit etiam in arbitris , & in iudicibus,ff.de arbi.l.pedius. alias parui.§.1.de offic.deleg. cum ſuper abbatia. & c.ſuper qõnũ.§. ſi vero duo,pro hoc, quod no.Inn.in d.c.cõtingit. vbi in nullo ponderat admixtionem prædictam , ſed ſolam authoritatem ſuperioris eccleſiaſtici. Vt autem præmiſſorum plenam noticiam habeamus:quia conſiſtunt in duobus articulis. Primus, an, & qñ clericus poſſit a laico iudice iudicari , ita ꝙ iudicans non dicatur violare libertatem eccleſiaſticam. Secũdus,an & qñ clericus gaudeat priuilegio canonis ſi quis ſuadente. Circa vtrumque plene diſtinguo. Et primo circa primum ſic,aliqñ non conſtat de clericatu. aliqñ conſtat,vel conſtare poteſt. Si non conſtat, vt quia incedit per oĩa tanq̄ laicus,nec alias habebatur pro clerico:nec ipſe excipit de clericatu,habetur per oĩa pro laico.non enim præſumitur quis clericus,niſi doceatur,cũ ſit qualitas, quæ non ineſt a natura de præſump.c.ſi.de ſcruti. c.vnico.& ſpecialiter de reſcriptis,cum a deo.de tranſac.ex literis & ſic loquuntur c.1.de apoſta.& c.ex parte.3. de priuile. qđ declara,vt ſ.in decimo ǭrio. Si autem conſtat,vel conſtare poteſt:aliqñ quærimus, an iudex laicus poſſit iudicare de clerico iure non proprio:vt quia facit authoritate legitimi ſuperioris, aliqñ an poſſit hoc iure proprio. Primo caſu dic,ꝙ põt:vt ſi cõmittitur laico tanquam delegato aliqua cauſa inter clericos. de iud.decernimus.& quod ibi no. gl.ſicut etiam ſi eſt arbiter inter clericos de authoritate legitimi ſuperioris. de arbi. contingit,quod ſic debet intelligi: vt in vltimo ǭrio. Si vero iure ꝓprio iudicat,qñque clericus fuit traditus curiæ ſeculari,vt fit poſt degradationẽ.qñque nondũ traditus.Si tradit' eſt,per oĩa de iudicio iudicis laici eſt. de iud.cum nõ ab homine.de verb. ſign.nouimus.de pœnis.c.2.lib.6. Si nondum eſt traditus:aliqñ loquimur de cauſa priuilegiata,vt feudali,aliqñ de non priuilegiata. de prima dic , ꝙ in illa poteſt a laico iudicari. de foro compet.ex tranſmiſſa.& c.verum. de appel.Romana.§.debet, lib.6 de quo dixi in vltimo ǭrio. De non priuilegiata dic,ꝙ aliqñ clericus fecit actum incompaſſibilem oĩno cũ clericatu:vt quia factus eſt bigamus:& tunc eſt exutus omni priuilegio.de biga.c.vnico lib.6. Aliqñ non fecit actũ ſic incompaſſibilẽ : & tunc aliqñ erat ante clericatum præuentus a iudice laico.aliqñ non.ſi ſic.vt quia fit clericus pendente lite : & tũc iudex laicus de eo iudicat per no.in c.vnico.de oblig. ad rõ.vbi de hoc dixi. & ff.de pœnis.l.1.vbi,de hoc per Bart. & per Guil. de cu.& Bal. C.de epiſc.& cler.l.officiales. Si aũt non fuit præuentus,aliqñ clericus in nullo delinquit,aliqñ ſic. Si non,tunc ſolũ a iudice ſuo eccleſiaſtico iudicari poteſt.11.q.1.inolita. & c.placuit. de foro compe.ſi diligenti. Si vero deliquit : aliqñ deliquit circa aliqua , propter quæ tñ non negat ſe clericum : & tunc adhuc non , niſi a ſuo iudice eccleſiaſtico,iudicatur.de iud.at ſi clerici.in prin.Aliqñ circa talia,propter quæ ipſo facto negat ſe clericum,vt ſi dimittit habitum clericalem. & tũc aut fuit tertio monitus,& non ſe correxit, & poteſt a laico iudicari.J.eo.contingit.2.aut non fuit monitus : & tunc regulariter a ſolo eccleſiaſtico iudicatur. fallit in caſu c.vnici. de vita & hone.cle.li.6. Et de modo procedendi,cum allegat ſe clericum,dic vt in c.ſi iudex laicus.præalleg. Circa ſm articulum de canone,ſi quis ſuadente diſtingue, quia aliqñ faciens violentiã clerico in nullo violat libertatem perſonæ, vt quia iniuriatur clerico ſuper rebus:aliqñ ſic primo caſu non incidit in canonem ſi quis ſuadente , ſed aliqñ incidit in excõicationem per alium canonẽ : vt per c.ſi.de immu.eccleſ.lib.6. Si autem violat perſonam, & intelligo quomodocũque,ſiue quia percutit: ſiue intercludit, vel aliter, vt plene not.Innoc.J.eo nuper. tunc aliqñ violat , vt iudex legitimus, vel eius authoritate. aliqñ vt priuatus. primo caſu aut cum cauſæ cognitione:aut ſine.Si cauſa cognita,non incidit in canonem.J.c.proximo. & c.vt famæ.J.eo.ſi clericos, & ibi de hoc in gl.5.lib.6. Si ſine cauſæ cognitione,non excuſatur,ſicut nec priuatus.J.c.proximo,vbi caſus.& probatur in ſimili.ſ.de reſti.ſpol.conquerente.iudex.n.qui non facit iuſtitiam,non eſt iudex.J.de verb.ſign.forus. Idem ergo de eo, qđ de priuato. Si vero,vt priuatus, qñq; neſciuit,ꝙ eſſet clericus; qñque ſic. Si neſciuit,non incidit in canonem.ſ.eod.ſi vero.2. & hoc niſi ignorantia eſſet improbabilis,vt ibi not. Præſumitũ aũt ignorans, etiam ſi clericus ſit in habitu ſine tonſura.Sed ſi ſurgit dubium probabile,an ſcierit,tenetur probare ignorantiam,q̄ tñ probat per iuramentum.d.c.ſi vero. quod eſt notandum. Si ſciuit, aliqñ percuſſit non iniurioſe,& non incidit : vt ſi iocoſe.ſ.eo. c.2.vel q̄a tui habat diuinum offĩciũ.J.c.veniẽs: vel cauſa correctionis.J.eo.cum voluntate. aliqñ iniurioſe , & tunc qñque clericus fecit actum oĩno incompaſſibilẽ clericatui : vt quia factus eſt bigamus : qñque non.Si ſic,ipſo iure eſt exutus omni priuilegio, vt dixi in præcedenti diſtinctione per c.vnicũ.de biga.lib 6. Et in hoc dubium eſt,de militia armata, an ſit actus oĩno incõpaſſibilis.ſed dic,ꝙ non eſt per ca.fina. de cler.coniug ibi enim dr̃,ꝙ non eſt cogendus talis miles habitũ deferre clericalem.põt ergo,ſi vult.pro hoc 51.diſ.ſi quis poſt. vbi hoc tenet gl 53.diſt.c.1.quod tenet Hoſt.in ſumma.eo.tit. §.quis poſſit,ſub.§.ſuper illo aũt.Fuit etiam dubium de matrimonio,an ſit actus omnino incompaſſibilis.& dic,ꝙ nõ,ſi defert habitum,& tonſuram per c.vnicum.de cle.coniuga.lib.6. Si vero oĩno fecit actum incompaſſibilem clericatui : qñque in nullo delinquit,& percutiens eſt excommunicatus : vt in c. ſi quis ſuadente. aliquando in his, per quæ negat. primo caſu: vt quia deferens clericus habitum & tonſuram delinquit : & tunc percutiens eſt excommunicatus,niſi ſe defendendo, [b] & cũ moderamine inculpatæ tutelæ hoc fecerit.ſ.c.ſi vero.1.§.2. Si vero delinquit clericus in his , propter quæ ſaltem facto videtur

---

ADDITIONES.

a Arbiter. Adde Lanfran.in tracta. de arb.

b Defendendo. Adde cap ſi,[illegible] ſubcaſti, el 2. de homi. & in clem. ſi furioſus, eodem titu.

detur negare clericatum: vt quia dimittit habitum,vel tonſu-
ram,vel vtrunque,dic,ꝙ aliquando dimittit habitum,& ton-
ſuram:aliquando alterum tantum.primo caſu aut immiſcuit
ſe enormitatibus:aut non:ſi ſic,percutiens eum in illis non eſt
excommunicatus, vt hic.& ſ.eod. cum non ab homine.§.pri-
mo.quæ ſic loquuntur.& idem de mandante,qui mandat,vt
priuatus,quod.ſ.dixi.in 11.contrario.Si non ſe immiſcuit:vel
quia nullus ſe immiſcuit:vel ſi immiſcuit aliquibus,& illa fue
runt non enormia.& tunc aut fuit tertiò monitus:aut non. Si
ſic,aut non reſumpſit habitum clericalem,& ipſo iure eſt exu
tus priuilegio.j.eo.in audientia.aut reſumpſit,& retinet priui
legium,vt ibi. Si autem non fuit monitus,tenet adhuc priuile
gium dict.ca in audientia.ſi vero dimiſit alterum tm̃,videret
dicendum idem , ac ſi vtrumque. & ſic ꝙ poſt trinam moni-
tionem perdit priuilegium maximè ſi dimittit habitum per
c.in audientia : quod ſolum dicit de habitu ibi,relicto habitu
clericali. Sed contra eſt.c.contingit.2.j.eod.titu.ꝙ probat non
ſufficere monitionem ad excludendum priuilegium clerica-
le:niſi tunc cum de clerico nihil oſtẽdit. & tũc,ſi quid oſtẽdit,
ſecus eſt: vt quia defert tonſuram patentem ſine habitu, & ſic
etiam in caſu huius c.videtur dicendum idem. Sed c.cum nõ
ab homine.§.1.ſ.eod.ponderat ſolam derelictionem habitus,
quod videtur iuſtius.& in hoc intricatio eſt non parua.Dic ta-
men , quòd ſi de clerico non coniugato loquimur , ſtandum
eſt c.contingit.2. & ſic ad retinendum priuilegium ſufficit , ꝙ
non incedit omnino,vt laicus. & per conſequens ad excluden
dum priuilegium præcedente monitione requiritur,ꝙ de cle
rico coniugato ſufficit alterum:quia ad hoc,vt habeat priuile
gium clericale,duo requiruntur coniunctim delatio habitus,
& tonſuræ , quod probat cap.vnicum de cle.coniug.in princ.
a & in fi.lib.6.vbi de veſtibus,& tonſura [a] coniunctim loquitur,
quod eſt nota dignum . Si qui autem caſus reperiantur, non
enumerati, collocentur ſub aliquo prædictorum membrorũ.
Venio ad quæſtiones,quas ſub tribus articulis concludo: ſub
quibus formo quæſtiones quam plures, quas tamen ad faci-
liorem modum inueniẽdi per numerum ſucceſſiuum in mar
gine ſigno:non attenta diſtinctione articulorum, ſicut etiam
feci de contrarijs. Quæro namque primo:quia de duplici pri-
uilegio immunitatis clericorum ſeu eccleſiæ facta eſt men-
tio. Quid ſit immunitas eccleſiaſtica. Et vnde dicatur. Et qua-
liter ſumatur . Secundo principaliter examinabitur , in qui-
bus conſiſtat immunitas eccleſiaſtica. & qñ dicatur violari.
Tertiò circa ſpecialem immunitatem, de qua loquitur hic ti-
tulus, & circa hoc c.quærentur quædam. Ad primum , quid
9 ſit immunitas † eccleſiaſtica. [b] vnde dicatur , & qualiter ſu-
b matur:dico,ꝙ immunitas accipitur multipliciter,vbi ſciẽdũ,
ꝙ ſm deriuatores.ſ.Hugutionem , Papiam , & alios , immu-
nitas deriuat̃ ab hoc termino,munium.dicit aũt munium ab
10 hoc termino,manus,quaſi manu ſit factum. Manus † vero de
riuatur ab hoc termino, munus. hinc dicit iuriſconſultus , ꝙ
deriuatur immunitas ab hoc termino munus.ff.de verbo.ſig.
11 l.munus.1. Dicitur aũt munus † tribus modis.Primo idem ꝙ
c donum . Et in quo differant donum, [c] & munus,dicitur in l.
inter donum. eod.tit.& 1.q.1.iudices. vbi per Archi.ſ.de ſym.
& ſi quæſtiones.vbi gl. Secundo dr̃ idẽ, quod onus,& ſic acci-
pitur in ti.ff.de mu.& hono.& ff.de verb.ſig.l.munus proprie,
& inde dr̃ immunitas ab,in, quod eſt ſine,& munere, vel mu-
nio,quaſi ſine onere:vt dicit text. in d.l.munus. Dr̃ tñ immu-
nis,& alio modo.i.non munificus:vt parcus.Per hoc infertur,
ꝙ debet immunitas ſcribi, & non emunitas per c.licet Roſ.di
xerit,ꝙ ſm leges per I.ſm canones per E.& ſic etiã ſentit Goff.
in ſumma de immu.eccl.in princ.& Inn.in rubrica illius ti.qđ
redarguit Ioan.An. in addi. Spe.ſuper rubrica de immunitate
eccleſiarum.maximè per tex.c.fi.de immu.ecc.in prin.vbi ſcri
bitur per I.Tertio dr̃ munus,ſeu munium idem, qđ officiũ.d.l.
munus.1.& tunc dicit etiam aliqñ idem ꝙ honor.ff.de mu. &
ho.l. honor.§.de honoribus:ſiue muneribus.Modo in propo-
ſito, immunitas quoad eccleſiam dicitur : vt.ſ.eccleſia ſit ſine
onere.Et in hoc comprehenduntur omnia priuilegia,quæ ha
bet eccleſia. Dr̃ enim immunitas, quaſi libertas. ſic accipitur
per totum titulum.ff.de iur.immu. Sic etiam not.Gof.& Hoſ.
in ſummis tit.de immun.eccl.in princ.Ad quæſtionem igitur
12 reſpondeo,ꝙ immunitas † eccleſiaſtica eſt libertas, ſeu exem-
ptio eccleſiæ in perſonis,rebus,ac iuribus eccleſiaſticis quibuſ
cunque. Patet etiam ex prædictis,vnde dicitur immunitas. Et
qualiter ſumitur cum de immunitate clericorum tractatur.
Secundo principaliter quæro , in quibus conſiſtit immunitas
eccleſiaſtica:& quando dicit̃ violari. Ad primum dico, ꝙ illa
quęſtio proprie quęrit de priuilegijs eccleſiæ,quę & quot ſint.
vbi quia per alios materia refert̃ intricate:& quia vtilis & quo-
tidiana eſt dearticulando ipſam . Sciendum eſt, ꝙ priuilegia
conceſſa ſuper libertate eccleſiæ poſſunt tripliciter diſtingui.
Primò reſpectu formalitatis eorum ſeu tenoris , qui eſt atten-
dendus.de priuile.porro. Secundo reſpectu eius,cui concedũ-
tur.Tertiò reſpectu concedentis. Iuxta primum modũ, quæ-
dam ſunt priuilegia perſonalia:quædam realia.i.quædã cõcer
nunt perſonas clericorum : quædam res, ſeu iura clericorũ &
eccleſiarum.hanc diſtinctionem vltimã facit gl.de biga c.vni-
co.lib.6.in verſ.priuilegio. Et de priuilegio perſonarũ exempli
ficat per c.ſi quis ſuadente.17.q.4.& per c.2.de for.compet.vbi
de priuilegio fori,& de vtraque.ſ.in diſtinctionib poſt ꝯria tra
ditis plene dixi. De priuilegio rerum exemplificat.d.gl.per l.1.
& 2.& l.generaliter.C.de epiſ.& cle.& ſ. de vita & hon.cle.c.fi.
in quibus priuilegiantur clerici in pluribus , maximè reſpectu
munerum,ſeu onerum.Quibus aũt muneribus obligentur,&
in quibus non,plene diſtinguit Innoc.de immu. eccl.non mi-
nus.& Gui.de monte laud.in cle. 1.de vita & hon.cle.Attento
aũt ſecundo modo diſtinguendi.ſ.reſpectu eius cui fit conceſ-
ſio, diſtinguuntur priuilegia : quia quædam ſunt vniuerſalia :
vt q̃ conceſſa ſunt toti eccleſiæ: vt priuilegium fori clericorũ,
& canonis,ſi quis ſuadente:& aliqua alia de quibus.j.in ſequẽ
ti principali qõne in pluribus articulis. Quædam ſunt priuile-
gia ſpecialia:vel alicuius ordinis, vt Ciſtercienſium. de reſcri-
ptis,cum ordinem. vel vni eccleſiæ conceſſa.de pręſcriptio.au
ditis.& c.veniens.de decimis,dudũ.& de decimis.c.2.lib.6.In-
ſpecto vero tertio modo diſtinguendi.ſ.reſpectu concedentis
diſtinguuntur priuilegia : quia quædam conceſſa ſunt a Deo,
quædam ab homine. Priuilegia conceſſa a Deo ſunt q̃ plura:
ſed principaliter tria. Primũ eſt illud,ex quo tota ptãs eccleſia
ſtica dependet, & cauſata eſt.ſ.illud, quodcunque ligaueris &
c.24.q.1.quocunque.de transla.c.1. Et per hoc habet papa po-
d teſtatem decidendi, & interpretandi [d] omnia dubia iuris etiã
ciuilis.qui fi.ſunt legi.per venerabilẽ.verſ.rõnibus.Secundum
eſt priuilegium de decimis,& oblationibus dandis clericis.16.
q.1.reuertimini.de decimis,tua 2.quod plene no.e.tit.a nobis.
Tertium eſt priuilegium,quod habet eccleſia , vt adminiſtret
ſola.i.ſine laicis res ſuas.96.diſt.ſi imperator.de rebus eccl.non
alie.c.fin.Et hinc eccleſia ſola de ſpiritualibus , & non impera-
e tor, [e] ius condere, & aliter diſponere põt.95.diſt.denique. & c.
cum ad verũ. Multa ſunt, & alia priuilegia conceſſa eccleſijs a
Deo,quę patent in nouo & veteri teſtamento,prout dicit Inn.
j.eod.nouerit.vbi de hac materia ponit. De priuilegijs eccle-
ſiæ conceſſis ab homine,dic, ꝙ quædam a principe : quędam
ab inferioribus.De primis quędam conceduntur a papa,quę-
dam ab imperatore.De conceſſis a papa eſt priuilegium cano
nis ſi quis ſuadente,vt dicit Inn.in d.c.nouerit;quod etiam di-
xi ſupra plene in ſecundo contrario ad ſecundam lecturam.
De his etiam eſt priuilegium ſuper legatis ad pias cauſas pro-
bandis per duos teſtes.ſupra de teſta.relatum.& quod ibi not.
Innoc.quod cap. intelligo tam quò ad legatum adimendum,
quam quò ad inducendum:vt contrariorum ſit eadem diſci-
plina,& quia tex.c.relatum.dicit indiſtincte,ꝙ cauſa ſuper ta-
libus relictis pertinet ad forum eccleſiæ, & ſic ſiue dicatur de-
beri, ſiue non deberi:vt quia adeptum,terminabitur per iudi-
cium eccleſię,& ſic locus eſt cap.relatum.ſic reſpondi in quę-
ſtione facti. Multa & alia ſunt priuilegia a Papa conceſſa,vt il-
lud , ne res eccleſiaſticę alienentur ſine certa ſolemnitate 12.
q.2.ſine exceptione. de rebus eccle. non alie.ſi quis. & alia hu-
13 iuſmodi. Priuilegia † conceſſa ab imperatore ſunt multa , qñ-
que autem conceduntur loco, quantum ad immunitatem.
quandoque eccleſiæ , & aliquando generaliter acceptæ. id eſt
toti congregationi fidelium.C.de ſacroſan. eccl.1.aliquando
minus generaliter acceptæ.id eſt omnibus eccleſiaſticis.Et ali-
quando ſtrictius:vt eccleſiæ Romanæ . Et quandoque epiſco-
pis,vel alijs ordinibus clericorum.Ad prędicta.C.de epiſcopis
& cler.l.nemo.& per totum ti.de his,qui ad eccleſ.confu.l.pre-
ſenti.in authen.vt eccl.Rom.ca.ante.col.2.in authen. de ali. &
emphi.contra.§.1. Et multa alia ſimilia proſequitur Innocen.
in dict.cap.nouerit . De priuilegijs conceſſis eccleſiæ ab infe-
rioribus poſſunt dari multa exempla. ſupra de reſtitu. in inte-
grum. auditis. de fide inſtru. inter. de reſcript. auditis. de de-
cimis dudum. Et de iſtis do regulam generalem , quòd quili-
bet poteſt dare priuilegium eccleſiæ in his, quæ ad ſe ſpectãt:
quia quilibet etiam priuatus poteſt transferre ius ſuum in ec-
cleſiam. de do. cum dilecti. de condit. appoſi. verum.priuilę-
gium tamen generale nullus inferior a principe tribuere po-
teſt,

ADDITIONES.

a Et tonſura. Adde gloſ.in cap.ſi iudex laicus,de ſent.excom.
b Eccleſiaſtica. Adde gl.& Archi.in c.cum deuotiſſimam.12.q.2.
c Donum. Adde gl.in c.1.de ma.con.contra interdic.eccl.gl.in c.accuſatus,in §.
illi quoque debere.lib.6.
d Interpretandi. Adde doct.in c.cum veniſſent,de iu.
e Imperator. Adde doct.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſti.

Digitized by Google

teſt, cum ad ſolum Principem, Papã, & Imperatorem ſpectet vniuerſaliter de orbe diſponere. 9.q.3.cuncta. & c.per principalem. de vſu pallij ad honorem. ff. ad l. rhodiam de iactu. l. deprecatio. C. de quadri. præſcrip. l. bene a Zenone. Nunc examinanda eſt ſecunda queſtio huius membri: quę eſt, quando dicatur violari libertas, ſeu immunitas eccleſiaſtica. Et hãc proſequar per plures q̃ones vtiles, & nouas, quæ quotidie de ſacto emergunt. Primò autem præmittendo quæſtionem quandam in genere. Quæro, cum ſint multa priuilegia eccleſiæ; vt patet ex dictis in pręcedenti quæſtione: an per violationem cuiuſcunque dicatur violari libertas, ſeu immunitas eccleſiæ dicit Inn. & ſingulariter in dicto cap. nouerit, quòd non: ſecundum quẽ non fit contra libertatem eccleſiæ, quando violantur priuilegia conceſſa particularibus eccleſijs. ſed tunc fit contra libertatem huius eccleſiæ, vel illius. Quando autem ſunt conceſſa eccleſiæ vniuerſali, ſecus ſecundum eum, quia ſcilicet, tunc violatur eccleſiaſtica libertas. Bar. autem ff. quatum ratum actio non da. l. 1. §. quę oneranda. dicit fieri contra libertatem eccleſię quando fit aliquod ſtatutum, vel aliqua diſpoſitio, propter quam clerici efficiuntur timidiores. & hoc per tex. illius. §. qui dicit fieri contra libertatem alicuius, quando fit aliquod, propter quod fit timidior: quod non nego. nam bene reſultat diſpoſitio contra libertatem, & contra priuilegia conceſſa eccleſiæ vniuerſali, quando per eam fiunt clerici timidiores. ſed ẽt ceſſante tali timiditate, fit contra libertatem eccleſię eo modo, quo dicit Innocen. vt nunc dixi. immo etiam alio modo, vt dico in ſecunda ſequenti quæſtione. Ex hoc aperitur via ad deciſionem multarum quæſtionum, in quibus multi ſolẽt aberrare, quas proſequendo. Quæro quid ſi communitas aliqua ſtatuit, ne per ſuos iudices reddatur ius prelato alicuius eccleſiæ: puta epiſcopo ȝ ſuos debitores. nunquid ſtatutum tale eſt contra libertatem eccleſiæ. vr̃, ꝙ non per dictum Innocen. ſtatim dictum: quia fit contra particularẽ eccleſiam tm̃. pro hoc eſt, quia potuiſſet communitas ex toto reuocare iuriſdictionem a ſuis iudicibus. ff. de iudi. l. iudicium. de offic. deleg. paſtoralis. §. pręterea, & per ꝯñs fortius pôt in parte limitare, d. c. paſtoralis. verſ. item cum totum. ꝯtium dico: quia fit ȝ priuilegium ꝯceſſum ab imperatore clericis omnibus. C. de epiſ. & cler. auth. ſtatuimus, & probat hoc tex. notabiliter de excep. c. 2. li. 6. Non. n. lęditur hic tm̃ particularis prelatus: imo tota vniuerſalis eccleſia, & eius libertas. ſicut & qñ vnus clericus conuenit coram iudice laico, fit iniuria toti ordini clericali. 11. q. j. inolita, & c. placuit. de for. ꝯpet. ſi diligenti. Quid ſi ab vna particulari eccleſia exiguntur collectæ per laicos. dic idem. nã violatur libertas eccleſię, [a] de qua de immu. eccl. non minus. & c. aduerſus. & eo. tit. clericis. lib. 6. quod c. clericis, licet ſublatum ſit quoad ſuam particularem pęnam per cle. vnicã. de immu. eccl. tamen adhuc durat in ratione ſua. Pro hac deciſione eſt, quia fit contra libertatem eccleſię etiam ſi indirecte videtur immunitas eccleſię, de priuil. quanto. de immu. eccl. c. fi. lib. 6. vbi expreſſe probatur, ꝙ etiam ſi diſpoſitio non ſit ſuper illis, ſuper quibus eccleſia habet ſpiritualia priuilegia: tm̃ pôt eſſe, ꝙ fit ȝ libertatem eccleſiæ: vt ſi fiat ſtatutum municipale, ꝙ nullus coquat panem clericis certi loci: vel cum eis contrahat. Ex hoc infertur, ꝙ fit ȝ libertatem eccleſiæ, quoneſcunque tollit, vel diminuitur libertas eccleſię etiam particularis. ad hoc de immu. ecc. c. 1. lib. 6. ibi lædere, ac minuere: quod tm̃ procedit, qñ libertas talis non eſt vnius eccleſiæ particularis: ſed eſt etiã generalis aliorum: vt declaro in ſecunda ſequenti q̃one. Per hoc patet, ꝙ qui turbat iuriſdictionem vnius ordinarij eccleſiaſtici, turbat libertatẽ eccleſiæ, & dr̃ facere iniuriam eccleſiæ vniuerſali. de immu. eccl. q̃m, lib. 6. Quæro circa hæc de q̃one facti. Communitas terrę Prati in tuſcia fecit ſtatutum, ꝙ nullus pręſumeretur allegare, ꝙ prępoſitus Pratenſis eccleſiæ nõ habeat iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in loco: nũquid eſt contra libertatem eccleſię. videtur, ꝙ non, ſed potius pro, quia fauet eccleſiæ Pratenſi. dic contra. & ſic conſuluit dñs Lappus de caſtiglionchio optimus in iure canonico theoricus, & practicus. nam per tale ſtatutum violatur libertas epiſcopi dioceſani, qui in ſpirituali iuriſdictione fundat intentionem ſuam de iure communi in tota dioceſi. de offi. ord. c. 1. eod. tit. cũ ep̃s lib. 6. ita ꝙ nullus inferior ep̃o habet iuriſdictionẽ in tota diocęſi. 25. diſt. perlectis. pro hac determinatione eſt caſus in d. c. quoniam. de immu. eccl. lib. 6. & de rebus eccl. non alie. c. fi. Eſt enim violatio libertatis eccleſiaſticæ, ſi laici deponunt authorizabiliter in aliquo de rebus eccleſię, vt ibi probatur. & de ꝯſt. eccleſia. 96. diſt. bene quidem. Quid ſi eccl̃ię particulari, vel alicui ſpeciali ordini cõpetit aliquod particulare priuilegiũ, & illud violetur: pone in priuilegio Ciſtercienſium, de quo de reſcriptis cum ordinem: vt ſi aliquis delegatus apoſtolicus vrget Ciſtercienſem ad reſpondendum coram ſe per reſcriptũ, non faciens de eorum ordine mentionem, an facit ȝ libertatẽ eccleſiæ? dico, ꝙ non per prędictam theoricam, & doctrinam Inn. de qua. ſ. in tertia quęſtione. nam hoc caſu oportet, ꝙ citatus alleget ſuum priuilegium: forte enim negabatur eſſe ciſtercien. ff. de iudi. l. ſi quis ex aliena: quod no. gl. in d. ca. cũ ordinẽ, & eſt vera ſic intellecta. ſ. ꝙ tenetur docere de his, quæ ſunt facti: & hoc niſi notorium eſſet, de accuſa. veniens. & qđ ibi no. in gl. fi. Sed etiam ſi ſit notorium, videtur obligari ad veniendum, vt proponat: quia licet notorium excuſet ab onere probandi: non tm̃ ab onere ꝓponendi: vt lite nõ cõteſta. accedẽs. 1. & quod ibi no. gl. in cle. appellanti. de appellati. Verius tm̃ dico, ꝙ exceptionem excludentem iudicis iuriſdictionem ſufficit eſſe notam iudici. de ap. ſi duobus: vbi aperte hic probatur in princ. in verſ. niſi iudex. & ibi de hoc eſt caſus ſingularis. In hoc tm̃ caſu ſi delegatus ignorans exceptionem pronunciaret procedendum eſſe, ſententia teneret, & tranſiret in rem iudicatam: vt dicit gl. in d. c. cum ordinem. per d. c. ſi duobus. & eſt vera: quia talis inia non eſt ȝ ius ſcriptum, de re iudic. cum inter. non enim violatur libertas eccleſię ſimpliciter. ſed libertas huius eccleſiæ, vel ordinis, in quo quamuis ſint plures eccleſię: omnes tm̃ ſingulariter conſiderantur, ac ſi eſſent vna. Ex p̄dictis concludo, ꝙ fit ȝ libertatem eccleſiæ q̃ncunque violat̃ priuilegium cõceſſum ſuper generali libertate eccleſiæ. & hoc ſiue violẽter quò ad oẽs eccleſias, ſeu clericos: ſiue quò ad vnã eccleſiam, vel clericum: quia omnes eccleſię ſunt vna eccleſia 24. q. 1. loquitur. de ſumma tri. c. 1. §. vna. & eo. ti. cle. vnica. §. ad hęc. & de exceſ. prela. clemen. vnica. ad fi. verſ. verum. de ſentẽ. excom. cle. prima. Secus de libertate particularis eccleſię. i. deſt non competenti eccleſię generali: vt patet ex predictis, qđ eſt diligenter notandum: quia prius per neminem bene explicatum. Quid ſi conſtitutio laicorum diſponit non autorizabiliter, & pręceptiue: ſed priuilegiatiue, & permiſſiue: vt quia diſponit, ꝙ frater defuncti excludat filiã, & ei pręferatur in ſucceſſione. an frater qui eſt clericus, vel monachus gaudebit tali ſtatuto. hęc quęſtio fuit de facto in perſonam dñi Lappi abbatis, qui ſcripſit ſuper ſexto & clemen. & conſultum fuit per dominos Ioann. de lig. & Franciſcum de Albegottis & Lappum de caſtiglionchio: ꝙ ſic. ex quo ſtatutum per verba gñalia promulgatum eſt, & ſuper actu indifferenti cadente etiam in clericos, & hoc per textum. c. dilecti. de foro compe. in ver. Anglicis. Sed contra poſſet dici, quia in c. dilecti. priuilegium fuit apoſtolicum, vt ibi dicitur. Idem tm̃ puto cũ prędictis per id, ꝙ dixi in ſecunda quęſtione: vbi tradidi regulam, ꝙ quilibet pôt dare priuilegiũ eccleſiæ ſuper pertinentibus ad ſe. & ſtatuta & leges extenduntur ad non ſubditos, quatenus ꝯtinent eorũ fauorẽ. C. de eman. li. l. 1. & ibi gl. Sed quid ſi authorizabiliter, & pręceptiue, tm̃ non directe concernit eccleſias: vt pone, ꝙ diſponit ſtatutum, ꝙ aliqua bona imobilia non poſſint vendi non ſubdito communi, & annullat contractum. nunquid ſi laicus vendit eccleſię, deſtruitur ꝯctus, obſtante ſtatuto. dñs Frãciſc⁹ de Albergottis conſuluit in q̃one facti ſic: quia ſtatutum non eſt contra libertatem eccleſiæ. nam in cõtrahendo eccleſia nõ fungitur iure ſpeciali: ſed cõmuni cũ alijs. ergo in hoc nõ verſatur libertas eccleſiaſtica, quia illa dr̃ libertas eccleſiaſtica: q̃ non competit omnibus: ſed eccleſijs tm̃. ar. l. hoc legatum. ff. de le. 3. pro hoc, quia priuilegium debet aliquid indulgere ſpeciale. C. de theſauris. l. 1. lib. 10. 3. diſt. priuileg. & regula priuilegium lib. 6. Dr̃ enim proprie libertas eccleſiaſtica, qñ eccleſia habet priuilegium, per quod tractatur nõ communiter cum alijs: ſed iure ſpeciali. & ponit ſtatutum, quod eſt aduerſus laicos vendentes reddere eos inhabiles ad adminiſtrationem rerum: maxime quæ ſunt in territorio ſtatuentis. inſti. de contrahen. empt. §. fi. & inſti. quibus alię. nõ licet per totũ. ff. de rebus eorum. l. 1. C. quę res vendi non poſ. per totum. & ex vi prohibitionis ꝯctus per ſubiectum cum non ſubiecto celebratus infirmatur. C. de commer. & mer. l. 2. & l. mercatores, & C. quæ res vendi non poſ. l. 2. ff. de decre. ab or. fa. l. fin. Ioan. Cal. conſuluit ꝯtrarium. ſ. ꝙ non includuntur eccleſiæ, nec eccleſiaſticæ perſonæ: quia ſi ſtatutum hoc exprimeret, eſſet illicitum in eo, ꝙ prohiberetur ꝯctũ de ſe licitum cũ eccleſia fieri. ad hoc de priuileg. q̃to. de immu. eccl. c. fi. lib. 6. de exceſ. præla. cle. frequens. Sed nec in verbis generalibus includitur eccleſia. ad hoc. ff. de magi. conue. l. 1. de decurio. l. vacuatis lib. 10. & quod not. ff. de reg. iur. l. neque ex pretorio. pro hoc etiam. ff. ꝙ quiſque iuris. l. 1. in fi. de iureiur. c. 1. li. 6. & hoc tenet Ioan. And. in c. fi. de immu. eccl. lib. 6. dicens, ꝙ tale ſtatutum quoad prohibendum ꝯtractus factos cum nõ ſubditis laicis bene valet per l. dudum. in fi. C. de contrahen. emp. iuncta l. cũ ita. ff. de cõdi. & demõ. pro hoc, quia eſt conſonum legi. C. non licere habitatoribus metrochonię. l. 1. in princ. lib. 11. Sed ſecus eſt in eccleſijs: quia ſunt

ADDITIO.

a Eccleſiæ. Adde doct. in c. nouerint. & in c. grauem. de ſent. excom.

Digitized by Google

ſunt priuilegiatæ ſuper donationibus, vt poſſint in eccleſiam fieri. C. de ſacroſan. eccl. l. illud. Sic & ſuper alijs contractibus, ꝙ tranſeat dominium in eccleſiam ſine traditione. eo. tit. l. fin. In generali ergo conceſſione facta populis ſuper condendis legibus per l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. non intelligitur derogatum priuilegio tali eccleſiarum, vt in earum præiudiciũ poſſint populi ſtatuere, ad hoc. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. in princ. de pœnis. l. ſanctio. de cenſi. c. cum inſtantia. regula generali. lib. 6. Item ſic intelligendo, eſſet contra libertatem eccleſiæ. de conſti. eccleſia. de rebus eccl. non alie. c. fi. & ſi fuiſſet expreſſum, ſtatuentes, & qui ſeruari facerent, eſſent excommunicati. ꝫ. eo. nouerit. ad illũ ergo peruerſum intellectum ſtatutum trahi non debet: quia in generali ſermone non veniunt illicita. C. de condi. inſer. l. 2. ff. de condi. inde. l. ſi procurator. §. celſus. ꝫ. de iureiur. veniens. & c. quintauallis. de elec. ſi cõpromiſſarius. §. 1. lib. 6. Et dicit Ioan. And. non eſſe abſurdum dicere, ꝙ iudex eccleſiaſticus poſſit cogere illos, ad quos pertinet, ad declarandum ſtatutum non reſpicere ꝯtus faciendos cum eccleſijs. de hæret. ſtatutum li. 6. quia & ſi non de iure, de facto tamen impeditur vtilitas eccleſiæ per illud, pro hoc. ꝫ. de arbi. peruenit. & quod ibi no. in gloſ. 2. Idem eiſdem rationibus diſputando in hoc fœlici Paduano ſtudio prius determinauit Oldradus, de quo ponit Fredericus de ſenis in opere conſiliorum. c. 77. Ego autem dico, vt in ſolutione ſequentis quæſtionis, & ibi ſoluuntur motiua ſupra hincinde facta. Quæro de quæſtione facti conformi præcedenti, in qua conſului. diſponit ſtatutum Piſtorij, quòd donatio ſit ipſo iure nulla: niſi ſit denunciata poteſtati infra menſem: an facta eccleſiæ non denunciata modo prædicto ſit nulla. & proſequẽdo eam latius, vt pateat tam huiuſmodi quàm præcedẽtis, & ſimilium quęſtionum, ſolu. ſciendum eſt, quod Ioan. Cald. diſputauit eandem quæſtionem: licet ſub alijs terminis, & incipit Bononiẽſi ſtatuto. quando ſtatutum diſponit, teſtamentum non valere, quod non fuerit regiſtratum in memorialibus communis. ꝫ. tertiam diem, ſi eccleſia fuerit inſtituta, & tenuit quoad eccleſiam ſtatutum non ligare per rationes poſitas in præcedenti quæſtione. In contrarium eſt, quia ſtatutum poteſt qualificare contractus laicorum per rationes ſupra in præcedenti quæſtione, pro hac parte factas. pro hoc eſt etiam, quod not. Bart. ff. de mu. & ho. l. reſcripto. §. fi. vbi dicit apponi poſſe remediũ, ne prædia transferantur in eccleſiam, niſi cum onere, vt teneatur eccleſia ad tributa, & vectigalia: & dat modum, quòd fiant omnia prædia ciuium tributaria communis. & tunc trãſeunt in onere reali. ad quod inducit not. per Innocen. de foro compet. poſtulaſti: quæ non multum faciunt. ſed pro hoc. ꝫ. de decimis, paſtoralis. de pign. ex literis. Ad idem induco deciſionem Federici de ſenis in opere conſiliorum. cõſi. 77. præalleg. vbi dicit, quòd ſi per ſtatutum prohibitum eſt fieri ceſſionem in Magnatem, etiam ſi fiat ab eccleſia, nõ tenebit ceſſio. nec tale ſtatutum in hoc dicitur eſſe contra libertatem eccleſiæ. Si ergo valet ſtatutum inhabilitans laicum paſſiue, ne recipiat ab eccleſia: nec dicitur eſſe contra libertatem eccleſiæ: idem debet & actiue. licet enim aliquando aliquis inhabilitetᷣ paſſiue, & non actiue de cler. excom. mi. ca. fi. tamen hoc caſu fortius deberet tenere ſtatutum inhabilitans actiue, q̃ paſſiue: quia ſtatutum inhabilitãs actiue concernit bona, quæ ſunt de iuriſdictione ſtatuentium. quæ ratio ceſſat, qñ paſſiue, & nulla ratio probabilis poteſt in ſpeciali aſſignari: quare plus, quãdo actiuè, quam apſſiuè. Id autem quod pluribus iuuatur rationibus, fortius eſt: ergo & firmius. de offic. deleg. prudentiam. verſi. illa quippe. Ex his hæc quæſtio, & præcedens, & ſimiles tum propter motiua hincinde: tum propter authoritatẽ plurimorum: tum etiam propter materiæ magnitudinem, & arduitatem ſunt non facilis inueſtigationis. propter quæ non eſt præcipitãda ſententia, vt accidat. ff. de interrog. actio. l. & quia. 50. diſt. ponderet. 2. q. 1. Deus omnipotens: tamen diuino fretꝰ auxilio ſubijciam, quid ſentio. nam & Dei cauſam agimus cũ de rebus tractatur eccleſiaſticis, & eccleſiaſtica libertate, vt cõueniat, de ele. cle. ne Romani. ibi ſuper hoc eius. i. Dei negocio.

Primo autem pro fortificatione illius partis: ꝙ talia ſtatuta valeant, inducam aliqua, & quędam quæ maxime facere videntur in contrarium, tanquam non obſtantia tollam. Secundo dicam, quid de iure in prædictis puto. Tertio ſoluam rationes ꝯtrias. Pro parte igitur affirmatiua, ꝙ talia ſtatuta valeant, induco, ꝙ quilibet pôt de ſuis rebus diſponere, prout vult, & quilibet habens iuriſdictionem facere ſtatuta licita de rebus ſuis. Pręmiſſa autem ſtatuta de ſe licita apparent maxime in qõne præcedenti. Etẽi in traditione rei ſuæ etiam facienda ſpecialiter & expreſſe eccleſiæ pôt laicus ẽt priuatus formã adijcere, per quam non ſeruatã ꝯtus ẽt qui tenuit, reſcindi pôt. de do. cũ dilecti. de cõdi. appo. verum. vbi res traditæ eccleſiæ reuocantur ad vſum laicorum tradentiũ. In hoc tñ Inn. de for. cõp. verſi, dicit & notabiliter & ſingulariter valde, ꝙ reuocatio fieri debebit authoritate iudicis eccleſiaſtici: quia cum ſit res facta ſacra, committeretur ſacrilegium, ſi laicus eam authoritate propria occuparet. 12. q. 2. nulli liceat. & ca. ſequẽti. de foro compe. cum ſit. & c. conqueſtus. & quia hoc dictum multum facere pôt ad qõnem: ideo declarando ipſum inſiſtemus. Nam aliqui in hoc diſtinguunt, an tradens appoſuerit pactum, per quod poſſidens ꝯſtituit ſe pręcario nomine poſſidere in eum caſum, in quem facienda ſit reuocatio. & tunc authoritate ꝓpria fieri pôt, per l. ſi quis ſub hoc pacto. ff. de ꝯtrahen. empt. An aliter fiat. & tunc procedit dictum Inn. & hoc no. Bar. ff. de acqui. poſſ. l. qui abſenti. §. ſi quis poſſeſſionem. Ego vero puto dictum Inno. ſimpliciter poſſe defendi. nam forte eccleſia negabat pactum: vel erit dubium de forma pacti: quia dicet eccleſia, ꝙ non eſt ſic late intelligendum: vel ꝙ ei fuit renunciatũ, & multa ſimilia poſſunt opponi. Item ex quo res eſt facta eccleſiaſtica, non debet in manum laici deduci ſine authoritate iudicis eccleſiaſtici, cum res eccleſiæ non ſint alienandæ ab eccleſia ſine magna cauſa, & cum decreto de rebus ecc. non alie. ca. 1. lib. 6. hæc autem reuocatio, & ſi non ſit proprie alienatio: habet tñ inſtar, pro hoc, quia ẽt bona hęretici, q̃ ipſo iure ſunt ꝯfiſcata, iudex laicus non apprehendit: niſi prius per eccleſiaſticum declaretur illum eſſe hęreticũ. de hęre. cum ſm lib. 6. in fi. pro hoc induco c. cũ dilecti. de do. pręalleg. quod ſingulariter ad hoc facit. ibi enim cum proponeretur extare caſum reuocationis, antequam reuocatio fieret, primo diſcuſſum fuit, quid iuris per iudicem eccleſiaſticum. Illud ergo de pręcario nomine adiecto procedit in alio, q̃ in eccleſia: & eſt vtile valde ipſi tradenti, ſed in eccleſia non, rationibus ꝑmiſſis. Ex hoc tenendo, ꝙ teneret appoſitio pacti pręcarij modo prędicto, neceſſario infertur, ꝙ fortius debeat tenere ſtatutum dãs formã traditioni, antequam res ad eccleſiam tranſeat. Sed etiam tenendo, ꝙ requiratur iudicium iudicis eccleſiaſtici pręcedens ſecundum dictum Innoc. ꝙ puto verius rõnibus præmiſſis, adhuc idem infertur, quia ſufficit, ꝙ habemus hoc, ꝙ in traditione potuit certa forma adijci per laicum, quod expreſſe probãt c. cum dilecti, & c. verum. non enim apparet, quare non eodẽ modo poſſit ſtatutum dare formam rei transferendæ in eccleſiam. Item ratio, quæ ſit de priuilegio eccleſię, nihil vr̃ vrgere. non enim pręiudicat ſtatutum eccleſiæ in caſibus qõnum ꝑmiſſarum: nec facit eccleſiam incapacem. ſed ipſos potius laicos inhabiles reddit ad alienandum, niſi certis perſonis, & ſeruata certa forma. Et inſuper c. eos, de imm. u. eccle. cum ratione ſua non facit in contrarium. procedit enim iſtud cap. qñ ex forma prohibitionis colligitur, ꝙ in derogationem eccleſiaſticæ libertatis talia fiunt: vt quia ſit mentio de clericis, vt ibi: vel quia prohibitio eſt talis, quæ vergit in omnimodum detrimẽtum eccleſiarum: vt in exemplis ibi poſitis. Si præcipitur, ꝙ nihil vẽdatur clericis, & idem diceretur, ſi per verba gñalia: vt ꝗa dicit nihil poſſe vendi non ſuſtinentibus onera. nam per hoc indirecte cogerentur ad ſuſtinendum: & ſic libertas eccleſiæ violaretur. & hic eſt intellectus illius literę. Nec ca. eccleſia. de conſtit. & c. fi. de rebus eccl. non alie faciunt ad id, ad quod ſupra inducunt: quia loquuntur qñ ꝯſtitutio laicorum diſponit ſuper rebus eccleſiaſticis expreſſe. & ſic ſuper non ſuppoſitis iuriſdictioni ſtatuentis. His attentis, venio ad ſecundum, vt dicã, quid mihi vr̃ de iure & quo ad duas pręcedentes qõnes, & ſimiles. & dico, ꝙ tunc demum quo ad eccleſiam talia ſtatuta non tenent, cum apparere pôt eam vergere in derogationem libertatis eccleſiaſticę. hęc eſt enim ratio dicti c. eos, quę debet attendi. ff. de cal. l. hęc actio. de le. 2. l. cum pr̃. § dulciſſimus. prima diſt. conſuetudo. 8. diſt. veritate. & c. fruſtra. Si autem quæratur, quando dicantur vergere contra libertatem eccleſiæ, & maxime in qõnibus ſimilibus. Ad quęſtiones ſupra formatas, vt habeatur plena noticia, diſtinguo ſic. Aliquãdo de eccleſia, vel eccleſiaſticis perſonis ſit mentio. aliqñ non. Si ſic: dico, ꝙ eo ipſo apparet, ꝙ ſunt contra libertatem eccleſiæ in eo, quę d. laici ſtatuunt de non pertinentibus ad ſe per di. ca. fin. de rebus eccl. non alienan. & dict. c. eccleſia. de conſtitu. Si autem nulla ſit mentio ſicut in duabus proximis quæſtionibus, & ſimilibus, tunc aliquando ſtatutum non ſimpliciter prohibet contractus, ſed certam formam requirit, vt in qõne pręmiſſa, cũ diſponit, ꝙ non valeat donatio non inſinuata poteſtati. Aliqñ ſimpliciter prohibet. primo caſu, quandoque forma eſt obſeruabilis ſine magna difficultate. quandoque non ſine magna difficultate. Si ſine magna difficultate. aut forma adijcitur ꝯtractui, qui de ſui natura eſt de foro eccleſiaſtico, vt ſuper legatis ad pias cauſas, vel alijs contractibus in pias cauſas factis. Aut adijcitur alteri contractui. primo caſu dico, ꝙ non tenet tanq̃ non ſuper pertinentibus ad iuriſdictionem ſtatuentis, cum talium regulatio ad eccleſiaſticum iudicẽ pertineat. de teſta. nos quidem, & c. ſi hæredes, & c. tua, & c. Ioannes B. de epiſ. & cler.

Digitized by Google

l. nulli. & l. ſi quis ad declinandam. in auth. de ſanc. epi. §. ſi quis autem pro redemptione. col. 9. Si aũt adijcitur ꝯ̄ctui, qui de ſui natura eſt de foro iudicis ſecularis, vt regulariter ſunt oẽs ꝯ̄ct⁹: & diſpoſitiones laicorum: & tunc per hoc non violatur libertas eccleſiæ in aliquo: q̃uis enim ſit fauendum eccleſijs, & eccleſiaſticis perſonis. de immu. eccl. per totum. C. de ſacroſ. eccl. & de epi. & cler. tñ ſicut dr̃ de viduis, ꝙ debet eis faueri: ita tñ ꝙ alijs non fiat iniuſtitia. de for. compe. ex tenore. Sic dico fauẽdum eccleſiæ, vt tñ non turbetur iuriſdictio laicorum. de iud. nouit. qui fi. ſint legi cauſam. 2. & maxime hoc dico: quia ex cauſis iuſtis poſſunt iuſtificari talia ſtatuta, ne. ſ. bona alienenẽ in non ſubditos ad nutum eorum, qui bona habent, ſed demũ cum ſubeſt cauſa rationabilis: alias facile poterit ciuitas exui tributarijs, & ſuſtinentibus onera ciuitatis. Idcirco ſi diſponit ſtatutum, ꝙ nõ teneat venditio, niſi prius fiat proclamatio in palatio. ſi quis velit in aliquo contradicere: vel niſi alienans ſit annorum 30. vel niſi interſint duo proximiores, non tenebit alienatio facta in eccleſiam nõ ſeruata tali forma: quia in hoc nullo iure ſpeciali munita eſt eccleſia: nec in aliquo ſibi præiudicatur per hoc. Et hanc conſiderationem nemo adhuc fecit de ſcribentibus: quæ tamen vera eſt, vt de ſe patet. Si vero forma adiecta non eſt ſine magna difficultate obſeruabilis: dico idem, ſicut quando præciſe contractus prohibetur cõparãdo in hoc difficultatem impoſſibilitati. ꝯ̃. de iureiur. breui. & hoc maxime intelligendo, ꝙ ſit maxima difficultas: & talis, quæ cenſeatur impoſſibilitas: vt eſt in caſu. c. filius. de teſti. & eius, quod ibi no. Innoc. & ff. de leg. 1. l. apud iulianum. §. conſtat. de verbo. oblig. l. continuus. §. cum quis. & quod ibi not. gl. & Dy. in regula ſemel. lib. 6. Sicut ergo non tenet ſtatutum, per q̃d ex toto prohibetur contractus, quando ex hoc præiudicatur multum eccleſiæ, vt dico in ſequenti membro: ita dico etiam hoc caſu. Et per hoc deciditur alia quæſtio. diſponit ſtatutũ, quòd non poſſit fieri translatio immobilium in non ſubeuntem onera communitatis, niſi de licentia communis: vel habentis ius communis. nunquid tenet quoad eccleſiam, vt in eam translatio præmiſſa forma non ſeruata, ſit nulla. dico, ꝙ non: quia cum obtentio talis licentiæ pendeat ab vno ſolo, habetur pro impoſſibili. dict. §. cum quis. & quod ibi not. & in dicta regula ſemel. Et hæc dico limitare debere ſtatutum noſtrũ Paduę diſponens ſub forma prædicta, quia debet intelligi, ita ꝙ ad eccleſias non extendatur. Sed etiam ſi difficultas non ſit tanta, vt cẽſeatur impoſſibilitas, dummodo ſit difficultas: poteſt idem dici. difficultas enim impedit cõmiſſionem moræ. ff. ſi cer. pet. l. quod te. de colla. bon. l. 1. §. ſi frater. & §. ſi cũ duobus, d. c. breui. & per conſequens impedit pęnam, quæ ex mora committitur. ff. ſi quis cautio. l. 2. §. 1. ad l. rhodiam de iact. l. vehenda. §. pen. & d. c. breui, vbi probatur hoc procedere, etiã ſi obligatio ſit iurata. & in hoc non differt difficultas ab impoſſibilitate. Propterea cũ inhabilitatio facta ſimpliciter, vel ſub certa forma, ſit quædam pęna, ſicut apparet in excommunicato, qui in pęnam fit inhabilis ad actus publicos. de re iudic. ad probandum. de cler. excõ. mini. c. fi. Et idem apparet in vſurario, qui remouetẽ a dignitatibus. de exceſ. præla. inter dilectos. & idem in ſimilibus, concludo, ꝙ ſtatutum reddens difficilẽ translationem tali difficultate, quę proprie poſſit dici difficultas, quoad eccleſiam non eſt ſeruandum, nec ſtringit: quæ no. diligentiſſime. quando aũt dicatur talis difficultas, & quæ nõ, patet per exẽpla ſupra ſtatim, & infra ſtatim poſita, & ſimilia, in quo q̃ maxime debent attendi circunſtantię ex quibus act⁹ variatur. de iureiuran. cum quidam. de ſym. & ſi q̃ões. Si autẽ ſtatutum ſimpliciter prohibet ꝯ̄ctũ, vt in q̃one præcedenti, cũ diſponit non poſſe bona transferri in nõ ſubditũ, vel non ſuſtinentẽ onera cõis: & tunc ſi quidẽ ꝯ̄ctus eſt de foro eccleſię, nõ tenet, ſicut dixi in præcedenti membro: & fortius ꝓcedit hoc caſu q̃ in illo. Sed ſi nõ eſt de foro eccleſiaſtico: vt cũ ſtatutum prohibet vendi non ſuſtinenti onera. Aut ſi obſeruaretur ſtatutum quoad eccleſiam, multum pręiudicaretẽ eccleſiæ. Aut nihil, vel parum. primo caſu dico, ꝙ ad eccleſiam vel clericos nõ extenditur. Et ſic dico de ſtatuto præmiſſo, quod prohibet bona vendi non ſuſtinentibus onera. nam licet clerici non ſuſtineant onera. de immu. ecc. non minus. & eod. aduerſus, & c. 1. lib. 6. C. de ſacroſ. eccl. l. ſacro ſancta. de epi. & cler. l. de his. non propterea debent minus bene tractari, q̃ laici ſuſtinentes. ad hoc d. c. non minus. alias priuilegium eccleſiæ eſſet ei dãnoſũ. ꝯ̄ id. C. de legibus. l. ꝙ fauore. de reg. iur. ꝙ ob grãm. lib. 6. Item ꝑ hoc indirecte violatur libertas immunitatis eccleſiæ, ex quo ꝑꝑ eã clerici ſunt deterioris conditionis. de priuileg. q̃to. & di. c. n. de immu. eccl. Fiunt etiam clerici ex hoc timidiores: & ſic neceſſario infertur, ꝙ corũ libertas violatur. ff. quarum. re. ac. non datur. l. 1. §. quæ onerandæ. de quo. ꝯ̃. in tertia quæſtione. Et hoc maxime procedit, quando ſic generaliter prohibetur alienatio immobilium, vel omniũ, quia per hoc libertati eccleſiarum multum præiudicatur, ſi ſic obſeruaretur. Sed ſi nullum præiudicium eccleſiæ, vel non magnum generetur, põt ſuſtineri ſtatutum: vt quia diſponit arma non alienari in non ſubditum, vel quid ſimile, de his, a quibus clerici prohibentur de iure. ne cle. vel. mo. per totum. immo etiam ſi ſint alia, quæ poſſint competere clericis: dum tamen nõ fiat notabile præiudicium eccleſiarum. & appareat aliqua cauſa rationalis, propter quam moti fuerunt ſtatuentes, idem dicerem per ea, quæ ſuperius dixi in hac quæſtione, ponendo intellectum c. eos. de immuni. eccle. lib. 6. vt ſi diſponit ſtatutum, vt certa bona, quæ ſunt in confinibus non alienentur in non ſuſtinẽtes onera, poſſit contingere fines variari, vel diſponit, ꝙ aliquæ domus, quæ ſunt ad vſum publicum, licet ſint ſingulorum, nõ poſſunt trãſferri in non ſubditum, ne poſſit contingere, ꝙ a tali, in quem translata forent, non poſſet habere commune in locationem pro vſu publico, vt quia ille locare nollet, vel non ſine magno emolumento, in quo magnum præiudicium fieret communi. Iſtis caſibus dico, ꝙ etiam in eccleſiam non tenebit facta alienatio: & licet ſciam hæc noua, tamen puto, ꝙ cum cæteri diligenter inſpexerint, videbũt, ꝙ de radice vera iuris ꝓcedũt: & maxima nituntur æquitate, vt & eccleſię conſeruentur in ſuo iure, & laicorum iuriſdictio non ex toto confundatur, vt accedat. 11. q. 1. peruenit. Venio ad tertium, & rñdeo rõnibus ꝯ̄rijs præmiſſis, & ex prędictis pro magna parte patet ſolutio. tñ adhuc ſpecialiter ſoluo aliquas. & primo ad illã, cũ dicebatẽ in venditionibus eccleſiam cenſeri iure cõi cũ alijs, & per ꝯ̄ſequens, quod indiſtincte valet ſtatutum prohibens alienationem in non ſubditũ: nec eſt ꝯ̄ libertatem eccleſiæ. dico, ꝙ immo violatur immunitas eccleſiæ ſaltẽ indirecte, vt ſtatim dixi. Ad aliam, cũ dr̃, ꝙ põt ſtatuens prohibere translationẽ in non ſubditum. dico referre, an ſit nõ ſubditus, vt quia de alieno territorio, & de tali procedit illa rõ. an quia exemptus, vt clerici, & eccleſiæ: & de tali non ꝓcedit: quia vt dixi priuilegiũ exemptionis, non debet ei fore damnoſum, ſi clerici excludantur a beneficio, quod habent ceteri ciues, vel ſubditi: quo etiã clerici gaudere debent. de for. cõpe. dilecti. & quod ibi not. Ad dictũ Bar. in l. reſcripto. §. ſi. ff. de mu. & ho. dico, ꝙ nihil viget: imo facit ꝓ prędictis: & hoc quatenus dixi, ſtatutum poſſe qualitatẽ adijcere translationi faciendæ. Sed ex alia rõne non ꝓcedit dict. Bar. in Italia, cũ in ea prædia ſint non tributaria. C. de epis & cle. l. de his. ff. de cẽſi. l. 1. quod plene no. gl. in l. oẽs. C. ſine cẽſu, vel reliquis fundum cõparari non poſſe. quod tenet Bal. in auth. itẽ nulla. C. de epis & cler. Si tñ eſſet ciuitas habens regalia, quemadmodum habet hæc ciuitas Paduę per pacem Cõſtantię facere poſſet prædia tributaria: & tunc tam de prædijs Italię, q̃ de alijs dico, ꝙ faciẽdo ſic generaliter oĩa prædia tributaria, appareret factũ in fraudẽ, & in grauamẽ eccliarũ, & maximẽ qñ tributũ eſt maximũ: & ſolũ eſſet impoſitũ, & non exigeretur: ſed ſi bona fide fieret, teneret: & cũ tali onere trãſirẽt in eccleſiam. per c. paſtoralis. de deci. Tertium principale tractandum eſt circa ſpecialẽ immunitatem, de qua loquitur hic titulus, in quo articulo multa iam liquidata ſunt in oppoſitionibus. Sed vltra illa quæro principaliter de quatuor. Primò de ſubſtantia excommunicationis. ſecundò de concurrentibus, ſeu requiſitis ad eam inducendam. tertiò de excommunicationis effectu. quartò quomodo tollatur, & non eſt mea intentio attingere cuncta, quæ ſummiſtæ, & cæteri de excommunicatione tractant: ſed rñ aliqua precipua dubia. Circa primum de natura ſeu ſubſtantia excommunicationis quæro de pluri-

14 bus. Primò, quid eſt excõicatio. ᵃ dicit Goſ. in ſumma eodem

a in princ. & Hoſt. in ſum. co. in princ. ꝙ eſt a qualibet licita communione, vel legitimo actu ſeparatio. Quæ diffinitio põt impugnari. nam non explicat naturam diffiniti: cum tñ omnis diffinitio ſubſtantiam diffiniti, ſeu naturam debeat explicare. Hinc dicit Boet. 2. ſuorum topi. ꝙ ſubſtantiæ integra demonſtratio diffinitio eſt, & ob hanc cauſam per genus & differentias ſubſtãtiales dari debet, vt etiam diffiniti naturam aperiat, & cum diffinitio conuertatur: quod proſequitur Ariſt. 6 & 7. topi. propterea dicit lex omnis diffinitio. ff. de re iud. ꝙ diffinitio in iure periculoſa eſt. parum eſt enim, ꝙ non poſſit ſubuerti: ratio eſt, quia difficile plurimum eſt in his, de quibus agunt iura vniuerſalẽ & propriam diffinitionem tradere: cũ per circunſtantias iuris diſpoſitio in pluribus varietur. de conſang. & affi. nõ debet. in princ. ꝙ aũt diffinitio prędicta nõ explicet naturã diffiniti, patet, quia poſſet ꝯ̄uenire banno, & cuilibet ꝓhibitioni etiam factæ per iudicẽ ſecularẽ, per q̃ ſubtraheretur alicui cõio. Diffinio igitur aliter ſic. Excõicatio eſt cenſura a canone, vel ab eccleſiaſtico iudice prolata, excludens a cõione,

Cen-

A D D I T I O.

a Excommunicatio. Adde Domi. in c. cum medicinalis. de ſent. excomm. lib. 6. Calde. in repet. c. ab excommunicato. 11. q. 3.

Digitized by Google

Cenſura.ponitur genus:quia omnis excommunicatio eſt cen
a ſura,[a] & non ecõuerſo.Sumitur aũt cenſura multipliciter.ĩ.ti.
1.quærenti.ſed in propoſito idẽ importat, ꝙ iudicatio ſeu ſen
tentia a canone, vel eccleſiaſtico iudice. tangitur differentia
ſubſtantifica reſpectu proferentis:quia cum excõicatio ſit pę-
na ſpiritualis, laicus eius nõ eſt capax actiue, licet papa poſſit
b ei hoc ꝯcedere.[b] 96.diſt.bene quidem. vbi hoc notat gl.in lai-
co.dixi aũt eccleſiaſtico iudice.quia per nõ iudicem ferri ne-
quit,cũ ſit iuriſdictionis.de offic.ord.ꝯquerente.vbi enumera-
tur inter ea,quę ſunt de l.iuriſdictionis.pro hoc.ĩ.co.ſacro.vbi
ꝙ præmiſerat generaliter,ne quis excõicet non præmiſſa mo-
nitione in verſ.ſi vero iudex.reſtringit ad iudicem tm̃, vt pro-
bat illud verbum, iudex.ad idem.ĩ.c.ſi quem. ibi a iudice ſuo
& apertius.ĩ.eo.c.1.lib.6.ibi, iudex eccleſiaſticus. quod verbũ
ibi repetitur excludens a cõione. per hoc ponitur alia differen
tia magis ſpecialis: quia ex hoc differt excõicatio ab interdi-
cto,& ſuſpenſione:quæ duo etiam continentur ſub verbo,cẽ-
15 ſura eccleſiaſtica.d.c.quærenti. Quæro,an excommunicatio †
c ſit ſententia.[c] Sol.dicit Spec.de ſententia.§.1.in pñ.ꝙ eſt potius
pęna,q̃ ſententia per c.nemo epiſcoporũ. 11.q.3.& 24.q.3.cor-
ripiantur.dic verius,ꝙ eſt ſententia,probat rubrum. de ſentẽt.
excom.ex quo licitum eſt arguere. cũ capitula debeant ſub ꝯ-
gruis titulis collocari.ſ.in prohemio. & apertius in prohemio
6.in verſ.& tandem.in verbo titulis. & ibi glo. ponit circa hoc
vnum valde ſingulare, videlicet, ꝙ rubricæ intelliguntur de
textu: adeo ꝙ ſcriptor, qui promiſit librum ſcribere,tenet̃ ad
ſcribendum rubricas. ad idem in prohemio cle. verſi.& licet,
in verbo,congruis titulis,& ff.de diem adiectione.l.imperator.
in fin. pro hoc,quod dixi in quæſt.pręcedenti.quia excommu
nicatio eſt cenſura.ideſt iudicatio,vel ſententia.pro hoc.ĩ.eo.
ſacro.vbi ſępius ponitur verbum ſententia.ſed ibi etiã in verſ.
cumque.probatur ꝙ etiam ſit pęna. propterea dico, ꝙ eſt ſñia
pęnalis,ſeu pęnę inflictiua. Vbi quæro,an ſit inflictiua pęnę ca
pitalis.vr̃,ꝙ ſic.quia ęquiparatur deportationi,vt no.in gl.inſt.
de capitis diminutione.§.media, vel ſaltem debet æquiparari
banno.nã prohibetur cõio excõicato, ſicut bannito. dic ꝯ, qa
eſt medicinalis.ĩ.eo.c.1.lib.6.quod tenet Bar.ff.de publicis iu-
dicijs.l.2.vnde dico,ꝙ potius æquiparatur relegationi. vt not.
de ap.paſtoralis.in gl.fi.quæ ęſt ad hoc ſingularis. & tenet hoc
Ioan.And.eo.tit. decernimus.lib.6.banno aũt comparari non
poteſt:quia bannum non habet in iure limitatam naturã: ſed
ſecundum varias terrarum diſpoſitiones variatur. Item ban-
nitus ab vna ciuitate in alijs non euitatur, quia ius dicenti ex-
tra territorium &c.ff.de iuriſdi.om.iud.l.fi. de conſti.c.2.lib.6.
Sed excõicatus ab vno ẽpo ab omnibus eſt vitandus. de offic.
ordi.ad reprimendam. pro hoc,quod not. Bald.C.de ſacroſan.
eccl.aut. item nulla. & de hæredi.inſti.l. 1.pro hoc etiam, quia
non eſt verum,ꝙ ita prohibeatur communio excõicato, ſicut
bannito:nam bannito ſubtrahitur territorium:excõicato nõ.
immo etiam in certis caſibus permittitur cõmunicari excõi-
cato.de ſent.excõ.inter alia. 11.q.3.qm̃ multos.Ex his apparet,
d ꝙ cauſa ſuper excõicatione non eſt capitalis.[d] ſed tamen adeo
cenſetur ardua, ꝙ in ea ſit probatio, ꝙ quis excõicatus ſit per
vnum teſtem,& famam, vt dicit Spe.de notorijs criminibus.
§.fama.verſ.quid ſi agenti.quod eſt ſingulare. Circa hoc,cum
16 excommunicatio † ſit pęna, Quæro, an ſit imperij,an iuriſdi-
e ctionis,& ſi eſt imperij,an meri,[e] an mixti.dicit Inn.de off.de-
leg.de cauſis.in verbo,conſenſu,ſi eſt meri imperij.dicit enim
ꝙ quòad pęnam excommunicationis poteſt fieri prorogatio
in iudices, dummodo ſint tales, qui imperium merũ habeãt.
idem ſentit de elec. tranſmiſſam. ad fin.vbi dicit,ꝙ confirma-
tus habet merum imperium.quod ex eo probat, quia excom-
municat,vt ibi dicitur:& hoc expreſſe tenet Hoſt. de offi.ordi.
ꝙ ſedem, & Spe. de iuriſd.omn. iud. verſ.ſecundum canones,
quod eſt verum: quia meri imperij eſt, quicquid officio iudi-
cis expeditur, & ꝙ mere eſt concernens vtilitatem publicam.
ff.de iuriſd.omn.iud.l.imperium. quod dixi de offic.ord.ꝙ ſe-
dem, ſed merum imperium diuiditur per gradus, vt nota. in
dicta.l.imperium. vbi Bart.diuidit in maximum, maius, ma-
gnum,paruum,minus,& minimum. quod declaraui in dicto
cap.ꝙ ſedem,& ſub paruo collocat relegationem,& ſic com-
parando excommunicationem relegationi, vt in quæſtione
præcedenti,dicendum eſt,ꝙ excommunicatio eſt meri impe-
rij: ſed ſub ea ſpecie,quæ dicitur paruum imperium. Ex hoc
infero,ꝙ excommunicatio eſt iuriſdictionis:ſumendo iuriſdi
ctionem, quatenus eſt genus comprehendens merum impe-
rium,& mixtum: iuriſdictionem ſimplicem,& modicã coer-
tionem, quod not.gloſ.in d.l.imperium, & dixi in dict.cap.ꝙ
ſedem.vbi etiam aliter diuiſi imperium.non autem eſt iuriſdi
ctionis quatenus iuriſdictio eſt ſpecies, & vocatur iuriſdictio
ſimplex,quæ expeditur officio iudicis mercenario.vel ad par-
tis inſtantiam,& concernit priuatam vtilitatem:de quo in d.l.
imperium,& dixi in dic.cap.quod ſedem. Infero etiam,quòd
vt quis poſſit excommunicare,requiritur, ꝙ ſit iudex eccleſia
ſticus.quod dixi.ſ.q.11.& ſic non eſt verum,quod not.Hoſtiẽ.
in ſumma.eo.§.quis excommunicare. ſub.§.nedum autẽ. verſ.
tu dicas.vbi dicit, ꝙ etiam ſacerdos poteſt excommunicare ꝑ
cap.ſi ſacerdos.de offic.ordi. ſed ibi intelligitur de habente or-
dinariam, & de hoc plenius dixi de offic.ord.cum ab eccleſia-
17 rum. Quæro,quia dixi,ꝙ excommunicatio † eſt ſententia, an
f diſtinitiua,an interlocutoria.[f] dicit Spec.de ſententia.§.2.ꝙ po
tius trahit ad naturam interlocutoriæ,quam diſfinitiuæ,ꝙ te-
net gl.2.q.1.in ſumma.quæ eſt ad hoc notabilis, & hoc maxi-
me procedit,qñ fertur propter contumaciam:quia tunc ęqui
paratur miſſioni in poſſeſſionem, quæ fit ob contumaciã, vt
lite non conteſt.qñ.§.fi.quæ miſſio eſt interlocutoria, vt de ſe
patet.nam interlocutoria eſt omne præceptum iudicis, quod
facit ante diſfinitiuam,vt dicit gl.in auth. de litigioſis §.ad ex-
cludendas.col.8.quæ ſecundum aliquos non eſt alibi. Per hoc
infero, ꝙ excommunicatio reuocari poteſt, qñcunque etiam
a delegato.quod tenet Spec.de ſñia.§.qualiter.ver.quid ergo ſi
ſñia,quod eſt not.dignum,& ſingulare Oppon.ad hoc,qa qñ
ſñia interlocutoria eſt mandata executioni, iudex eam nõ re-
uocat, niſi de conſenſu partiũ, vt not. ff.de præto.ſtipula.l.1.in
fi.in gl.in verbo,addidit,in fine,quæ eſt notabilis. At excõica-
tio trahit ſecum executionem.de ap. paſtoralis.in fi.ergo ſi de-
bet tolli,requiritur conſenſus partium. pro hoc: quia eadẽ eſt
ratio,qñ interlocutoria trahit ſecũ executionem, quæ eſt, qñ
a iudice mandata eſt executioni. quod etiam tenet Bar.in d.l.
1.in fi.per l.apud aufidium.ff.de optione legata. Sol.dico,ꝙ gl.
illius l.primæ debet intelligi de interlocutoria ꝯcernente cõ-
modum, & intereſſe partis: qñ enim non concernit partis in-
tereſſe,nulla ſubeſt ratio,quare partium conſenſus exigat̃, ma-
xime autem procedit hoc in ſñia excõicationis,quæ cũ ſit me
re in iudicis ptãte,ſi iudex abſoluit etiam parte aduerſa non ci
tata, etiam eo caſu, quo de iure citanda fuit, tenet abſolutio:
quia etiam ſi præſens foret,impedire non poſſet abſolutionẽ,
vt no.Inno.de offic. deleg.prudẽtiam.§.ſextam. in verbo ma-
litiam.pro hoc ꝙ not.gl. 11.q.3.excõicatos. & Spe.de cõtuma
cia.§.fi.verſ.ſed pone excõicatus,& ſequenti. Et ꝙ teneat abſo-
lutio,vel reuocatio excõicationis parte nõ vocata: verum eſt,
qñ qui abſoluit, vel reuocat, ad hoc ptãtem habet non impe-
ditam.de ſent.exc.venerabilibus.§.vbi autẽ.lib.6.pro hoc de re
ſcrip olim.in princ.de ap.qua fronte. vbi ex cauſa põt abſolue-
re, etiam ſi pars aduerſa contradicat, & appellet. Secus ſi non
habet ptãtem pure,ſed in certum caſum,ſicut eſt iudex appel-
lationis:quia tunc reuocatio,vel abſolutio nõ tenet.de ap. Ro
mana.§.ſententias.lib.6.& quod ibi notauit Ioan.And. Poteſt,
& alio modo reſponderi ad gl.dictæ l.primæ.in fin. ꝙ cũ dicat
ibi glo.ꝙ intelocutoria, quæ eſt executioni mandata, reuocari
põt cauſa cognita.pro hoc l.pen.eo.tit.ſaltem fateri oportet, ꝙ
excõicationem tanquam interlocutoriam, cum cauſæ cogni
tione reuocare poteſt iudex etiam delegans:& hęc ſolutio de
ſe eſt vera: tamen præcedens vtilior, ex qua liquet, quod dixi
excõicationẽ eſſe interlocutoriam, ſeu de natura interlocuto-
riæ.Ex hoc vlterius infero,ꝙ ſi appellatur ab excõicatione, nõ
valet appellatio, niſi cauſa in appellatione expreſſa. qđ eſt ſin-
gulare,& hoc tenet Inno.ĩ.eo. per tuas.in verbo,abſoluere.ſed
non per rõnẽ iſtam, quia ſit interlocutoria: ſed alia rõne, quã
ſtatim ſubijcio.hoc etiam tenet Spe. de ap.§.6 circa principiũ.
ſed ſufficit pro hoc ratio ſurgens ex pręmiſſis,quia excõicatio
potius accedit ad naturam interlocutoriæ, q̃ diſfinitiuæ. cum
autem appellatur ab interlocutoria, vel grauamine,expedit
cauſam exprimi.de app.vt debitus.& eodem tit. cle. appellan-
ti. Pro hoc eſt, & alia ratio, quia ſicut iudex tenetur iuſtifica-
re excommunicationem ex cauſa.inf. eod. ſacro. & eo.tit. c.1.
lib.6. vbi plus dr̃, ꝙ cauſa debet in ſcriptis exprimi.ita ergo &
ꝯquerens de iniuſtitia debet cauſam exprimere: alias non au-
diet̃.pro hoc,quod no.Hoſt.in d.c.1.quod ponit ibi Io.An. ſup
gloſ.vt quia in fin.Sed hæc ratio non vrget.nam potius ex quo
iudex

ADDITIONES.

a Cenſura. Adde Archiep.Flor.in tractatu de cenſuris.Cal.in tractatu de eccle
ſiaſtico interdicto,& Ioan.Ant.de lign.in tractatu de cenſura eccleſiaſtica.

b Concedere. Adde glo.1.in c.laicis.16.q.7.gl.1.in c.imperium. 10.diſt.Inno.
in cap.ꝙ ſicut in gl.ſua,in verbo epiſcoporum,de electione An.de But.in c.
nobis.in pen.col.de iure pat.Per.de Ancha.in c.per literas.de præben.

c Sententia. Adde Abb.in rubrica de ſent.excom. verſ.not.2.

d Capitaliter. Adde Bart. in l.2.ff de publ. iud.

e Meri. Adde glo.1.in cap.quiſquis.2.q.6.Innoc. in c.ex tranſmiſſa,de electio
ne.Card.in c.quòd ſedem.in 12.q.de elec.

f Interlocutoria. Adde gloſ.ſummæ, & ibi Archid. Ioann. de Fantu. & Do.
mi.2.quæſt.1. gloſ. Ant. de But. & Abb. in cap.ſacro,de ſentent. excomm.
glo.1 in cap decernimus.3.q.9.gloſ.in verbo, dicenda,in §.biduum.2.q.6.
Abb.in cap.paſtoralis.in §.verum,de app.

iudex tenetur in excommunicatione cauſam exprimere, de-
beret appellanti ſufficere, ꝙ negaret cauſam iuſtam ſubeſſe. iõ
verior eſt ratio præcedens: Inn.autem in d.c.per tuas.adducit
aliam rationem: quia excõmunicatio trahit ſecum executio-
nem: nec eam appellatio impedit.de ap.paſtoralis,vt ergo im-
pediat,neceſſarium eſt cauſam exprimi:alias cauſa non deuol
uit̃ ad iudicem,ad quem,vt dicit Inn.ibi.Sed hęc rõ non oĩno
vrget,quia non iuſtificat̃ appellatio ab excõicatione ad effectũ
impediendi executionem: ſed tñ deuoluendi.d.c.per tuas. vñ
potior eſt rõ, quia hæc cenſetur appellatio ab interlocutoria,
vel grauamine.de hoc etiam dixi in d.c.per tuas.Quæſtio ſecũ
da principalis huius tertij articuli eſt de cõcurrentibus,ſeu re-
quiſitis ad excommunicationem inducendam. Et hic quæro,
a quis poſſit excommunicare, * quis excommunicari? ex qua
18 cauſa:& ſub qua forma. Ad primũ quis † poſſit excõicare ſunt
variæ opiniones,vt patet ex notatis. 11.q.1.experientię.& c.de
perſona.& vtrobique de hoc per Archi.de hoc etiam de offic.
ordi.cum ab eccleſiarum,& plene per Hoſt.in ſumma.eo.§.qs
poſſit excõicare.vbi dico, ꝙ excõicatio profertur aliquando a
iure: & in quibus caſibus quis excommunicatus ſit ipſo iure.
no.Hoſt.in d.§.& glo.eo.tit.eos.lib.6.& in cle.1.eo.tit.in glo.eſt
ſciendum.Aliquando ab hoĩe & in hoc eſt varietas: quia qui-
dam dicunt,ꝙ citra epm̃ nullus excõicare põt.Alij,ꝙ quilibet
iudex eccleſiaſticus habens ordinariam hoc põt. Alij ꝙ ẽt ſa-
cerdos. iura pro prædictis opinionibus allegantur per Hoſt.in
d.§.quis poſſet excõicare. & per Archi.in c.experientię.& c.de
perſona.præalleg. & colliguntur in alijs pluribus locis.Ego,au
tem puto,ꝙ quilibet habens iuriſdictionem eccleſiaſticã, ſiue
ordinarius,ſiue delegatus,hoc poteſt, nec curo vndecũque ha
beat, ſiue de iure communi, ſiue ſpeciali.pro hoc.J.eo.ſi quẽ.
vbi dicit de excommunicato a iudice ſuo:nec diſtinguit,qua-
lis fuerit iudex. intelligo tamen, ꝙ ſit eccleſiaſticus.pro hoc.J.
eo.c.1.lib.6. vbi ſimpliciter dicit de iudice eccleſiaſtico. ꝓ hoc
qđ dixi.ſ.in 11.q. & ſufficit, ꝙ nulli iudici eccľiaſtico eſt hoc
ꝓhibitũ. cum enim ſit iuriſdictionis, vt dixi.ſ.q.14. & probat̃
de elect. tranſmiſſam, neceſſario ſequitur, ꝙ quilibet habens
iuriſdictionem eccleſiaſticam excommunicare poteſt.ꝓ hoc
quod notabiliter dicit Innoc.de reſtit.ſpol.olim.3.vbi tenet,ꝙ
quilibet clericus poteſt poſſidere, & præſcribere ius commu-
nicandi. & per hoc dico non eſſe verum id, quod notat Hoſt.
de foro compe. cum contingat. vbi dicit per conſuetudinem
non poſſe competere excõmunicandi poteſtatem,ſed per pri-
uilegium ſic. vt enim patet ex pręcedenti dicto Innoc.non tñ
per conſuetudinem,ſed etiam per præſcriptionem poteſt hoc
ius competere.ad hoc,de his,quæ fiunt a maiori parte ca.ca.2.
quod allegat Inn.in d.c.olim.3. ſed non probat hoc:immo po
tius contra. Item ibi loquitur de interdicto non de excommu
nicatione.dictum tamen eſt verum:& probatur optime ratio-
ne,quam ponit Inn.in d.c.olim.3.quia poſſet epiſcopus expreſ
ſe concedere poteſtatem excommunicandi clerico etiam qui
ſit priuata perſona.per id,quod no.de offic.ordi.cum ab eccle-
ſiarum. ergo & per tacitum conſenſum ex conſuetudine, vel
pręſcriptione poteſt acquiri per patientiam epiſcopi. Oppone
ad hoc de c.debent. 11.q.3.vbi probatur ſolum epiſcopum poſ
ſe excommunicare. So.quędam eſt excommunicatio,quę fer
tur cum ſolemnitate: quædam ſine. de ſecunda procedit, qđ
dixi.ſed prima dicitur anathema: & fertur cum ſolemnitate,
quę exprimitur in d.c.debent.& hanc ſolus epiſcopus cum nu
mero 12.ſacerdotum cum circunſtantium profert, vt ibi dici
tur,& hoc tenet gl.in d.c.cum ab eccleſiarum,& Hoſt.in ſum-
ma.eod.§.quot ſunt ſpecies.in fin.In hoc tamen dico,ꝙ hodie
communiter non ſeruatur illa ſolemnitas. pro hoc, quia nec
apparet,ꝙ maioris roboris ſit excommunicatio lata cum prę-
a dicta ſolemnitate,quàm quando ſine ſolẽnitate:niſi quia ma-
gis videtur aggrauari excommunicatus ſeruata prædicta ſo-
lemnitate,& hoc quò ad hominum opinionem, & de hac ꝓ-
cedit opinio, quæ vult per non epiſcopum non poſſe excõmu
nicationem ferri:quia tex.in c.debet,exprimit de epiſcopo, &
duodecim ſacerdotibus.Quęro circa hoc,an ex prorogatione
poſſit competere poteſtas excõmunicandi, quidam vt refert
Innoc.de offic.dele.de cauſis. dicunt, ꝙ non:quia poteſtas ex-
cõmunicandi non peruenit niſi a Deo,vel eius vicario. ꝓ hoc
quod not.Inno.de reſti.ſpol.olim.3.vbi idem dicit.quod tenet
Archi.1.q.7.quotiens cordis.In contrarium eſt elec.cum dile-
cti. vbi clericus ſe obligat ad penam ſpiritualem. & hoc puto
verius. nam cum clericus poſſit in ſe prorogare iuriſdictionẽ
non ſui epiſcopi de conſenſu proprij epiſcopi. de for.compet.
ſignificaſti.non ſubeſt rõ,quare poſt prorogationem nõ poſſit
a tali excommunicari. Item dico plus,ꝙ etiam expreſſe poteſt
prorogari poteſtas excommunicandi non quidem,vt per pro
rogationem cõpetat ſimpliciter ei,cui prius hæc poteſtas non
competebat: ſed competit in iſtum, in quem prius non com-
petebat.& in hoc nulla ꝓhibitio.Sed ſi iudex talis foret,qui nõ
poſſet excommunicare:vt quia licet ſit clericus,tamen habet
iuriſdictionem ſolum in ciuilibus de iure ſpeciali tunc proce-
dit,quod dicit Innoc.in d.ca.de cauſis.non tamen per rationẽ
prædictã ex eo,ꝙ hæc poteſtas dependeat a Deo, vel eius vica-
rio.nam in prorogatione interuenit authoritas Vicarij Dei,q
ſtatuendo iura permittentia prorogationem, hoc intelligitur
permiſiſſe.de offic.dele.P.& G. vbi de materia prorogationis,
ſed ſubeſt alia ratio,quia vt teneat prorogatio,neceſſe eſt,ꝙ iu
dex, in quem fit,iuriſdictionem habeat in cauſis ſimilibus ad
illam, in qua fit prorogatio.vnde iuriſdictio iudicis dati ad ci-
uilia prorogari nequit ad criminalia, nec econuerſo. ad hoc
C.de iuriſdict.omn.iud.l.1.vbi dicit gl. ſub dubio forte, quòd
poteſt fieri prorogatio in cauſis meri, vel mixti imperij in iu-
dicem habentem merum,vel mixtum imperium, quod ſine
forte tenet Innoc.in d.cap.de cauſis, & alij communiter in d.
l.1.quod tenui in dict.cap.P.& G.& ſic non poteſt fieri proro-
gatio in alium iudicem non habentem merum imperium in
cauſis prædictis:cuius eſt ratio: quia prorogatio non eſt niſi iu
riſdictionis extenſio:quod importat vis vocabuli. & probatur
ff.de præcario.l.ſed ſi manente. ibi prorogatur præcarium, &
dixi in d.c.P.& G.extendere autem eſt, id,quod habet ſubſiſtẽ
tiam ad aliud eiuſdem ſimilitudinis,protrahere, ſed extra ſuã
ſpeciem non poteſt quid extendi.nam tunc potius eſſet noua
diſpoſitio. Secunda quæſtio huius articuli fuit, quis poſſit †
19 excommunicari. ad quam dico, ꝙ quilibet ſubditus iudicis
eccleſiaſtici,adeo quòd iudex eccleſiaſticus ratione domicilij
excommunicat ſubditum etiam exiſtentem extra territoriũ.
pro hoc,vt lite non conteſt.tuæ. quod ad hoc facit ex eo, quia
ibi dirigitur epiſcopo.& dicitur, ꝙ ſi reus ſe abſentet,poteſt ex
communicari: & ſic intelligendo, indiſtincte ſequitur, ꝙ etiã
ſi extra territorium ſit,tenet ſententia.ad idem de app.cum ſit
Romana,in fin.quod facit eodem modo. Pau.tamen de Lea-
za.tenuit contrarium: quia iudex non poteſt exequi ſententiã
ſuam in alieno territorio.de ſor.compet.poſtulaſti. at hic exe-
queretur,cum excommunicatio trahat ſecum executionem.
de ap.paſtoralis.quod dicit Ioan. de Lig.in cap.fin.de for.cõp.
non procedere:quia cap.poſtulaſti,loquitur de executione, q̃
concernit dimẽſiones locales. Excommunicatio autem ligat
animam, quæ eſt quid indiuiſibile.Sed contra hanc rationem
eſt expreſſe de ſent.excomm.a nobis.2.vbi apparet, ꝙ excom-
municatio etiam afficit corpus. nam etiam poſt mortẽ ab ex-
communicatione fit ibi abſolutio:nec communicatur corpo
ri eius, qui defunctus eſt in excommunicatione,niſi apparue-
rint in eo contritionis ſigna,& tunc communicatur poſt abſo
lutionem tantum,vt ibi.ad hoc de ſepul.ſacris.defendi tamen
poteſt illa ratio. quia excommunicatio principaliter ligat ani-
mam,& propter hoc non fertur in corpus repreſentatum, vt
eſt vniuerſitas.de ſent.excomm. Romana.§.in vniuerſitatem.
20 lib.6.Ad ꝙ oppono,quod immo etiam vniuerſitas† poſſit ex-
communicari. C.de epiſcop. & cleri. authen. item nulla com-
munitas.vbi eſt de hoc textus ſingularis.Sol.dic,ꝙ excommu
nicatur vniuerſitas.i.ſinguli de vniuerſitate: maior eñ, & iu-
rati ſeu conſules,per quos regitur vniuerſitas,excommunicã-
tur.de immu.eccl.aduerſus,& illi dicuntur vniuerſitas,ſeu cõ-
communitas in effectu.ad hoc de procur.c.ſi.Sed quòad dictũ
præcedens,potior poteſt aſſignari ratio, ꝙ excommunicatio-
nem trahere ſecum executionem,non eſt immediate ex pote
ſtate excommunicatoris, ſed ex iuris diſpõne, quæ hoc dicit.
dict.cap.paſtoralis.de ap.eo.tit.is cui.§.fin.lib.6.Et cum hoc iu-
re diſponitur,ꝙ excommunicatus ab vno epiſcopo vitetur ab
omnibus,& in quocunque territorio.11.q.3.curę. de offi.ord.
ad reprimendam.iuri autem canonico nõ obſtat variatio ter-
ritorij, cum canones ab omnibus ſint obſeruandi.9.q.3. cun-
cta,& c.ſequentibus,vſque ad fin. quæſtionis. de conſtit.cap.1.
Item exequi in alieno territorio tunc prohibetur,quãdo opor
tet iudicẽ exequentem aliquid contentioſæ iuriſdictionis exer
cere in alieno territorio, vt eſt clericum priuatum beneficio
non dimittentem de facto beneficio ſpoliare,& eijcere de poſ
ſeſſione.ſic loquitur cap. poſtulaſti. & ff.de re iud.l.a diuo.§.1.
quia tunc procedit regula,extra territorium ius dicenti &c.ff.
de iuriſdic.omn.iudi.l.fin.de conſti. cap.2.quando vero,quod
exequendum eſt,non exigit aliquid fieri in contentioſo iudi-
cio:ſed ſufficit fieri per actum nudi facti, tunc fieri poteſt etiã
in alieno territorio.ſicut ſi iudex domicilij decernit citationẽ
contra aliquem:nuncius intimat ea citato etiam exiſtenti ex-
tra territorium. C.de epiſcop. & cle.l.omnes.§.ſi vero appari-
tor.alias verum ſi apparitor.de offi.præfec.vrbis.l.2.de for.cõpe.
Roma-

A D D I T I O.

a Excommunicare. Abb.in cap.ſi quis contra clericum,& in c.cum contingat de for.compe.Domi.in cap.nemo.2.q.1.

Digitized by Google

Romana.§.contrahentes.li.6.quod dixi de for.compe.c.fin.in exequenda autem excommunicatione nullus actus exterior requiritur,ſed fit ipſo iure, vt in præcedenti ratione dixi. & ſi quis actus requireretur,non eſt contentio de iuriſdictionibus. non enim habet excommunicans aliud facere, niſi notificare epiſcopis vicinis,q̃ſo talem excommunicauit, & ſtatim ſurgit iuris diſpoſitio,per quam coguntur illum euitare.11.q.2.curę. Sed nunquid ſtatutum epiſcopi,per quod excommunicantur ſubditi certum quid facientes, ligat ſubditum contrafacientē in alieno territorio. Reſpondeo non,per c.2. de conſt.li.6.& rationem diuerſitatis inter ſtatutum & ſentētiam vocis viuę notaui in d.c.2.& de rapto. c.1. quia ſtatutum eſt quaſi quædam qualitas regulans principaliter territoriū & in vim conſequentiæ perſonas, ita quia non ſolum ſubditos,ſed quoſcunque intra territorium afficit, & ſic non afficit ea ratione,quia ſubditi ſint,ſed ratione territorii regulati per ſtatutum,ideo nō poteſt extendi extra territorium: quia per hoc ſurgeret, quod per ſtatuta vnius epiſcopi regularetur territorium alterius, quod eſt contra iura.Sed ſententia vocis viuæ afficit perſonam, & in ea ceſſat ratio prædicta,de quo dixi plenius in dictis iuribus.Et pro hac differentia eſt quod dico inf. quinta ſequenti.q. Quid ſi delinquit ſubditus epiſcopi in loco exempto intra dioce. an ligatur ſtatuto epiſcopi delictum illud puniente. Io.cal.diſputando terminauit quod non: quia locus exemptus æquiparatur loco extra territorium conſtituto per c.cum epiſcopus. de offi.ord.lib.6.quod benefacit.& de ſtatu regula. c.vnico.in fin. eo.li.de priuile.cle.archiepiſcopo.18. q.2. luminoſo. in quibus idem probatur exceptis quibuſdam caſibus, & ſic in aliis firmatur regula. pro hoc etiam de foro compet. cle. quamuis.& quod ibi not.in gl.quia nomine. quod tenet Io.And.in d.ca.2. de conſtit. lib. 6. & hoc tenuit dominus Marſilius eius doctor, quando delinquens eſt alias exemptus. ſecus ſi alias ſubditus, quia tunc ligatur.& ſic diſputando terminauit Fredericus de ſenis,vt patet in eius conſiliis.c.2.& mouetur,quia locus exemptus eſt in dioceſi. de offi.ord.cum epiſcopus.præalleg.ſed melius probatur de reſcrip.Abbatem.&de offi. or.graue. primam tamen opinionem puto veriorem, cum ſtatuta non habeant vires,niſi quatenus extenditur iuriſdictio ſtatuentis. d.ca.2. de conſti.li.6.in ratione ſui,maxime cum dicit extra territorium ius dicenti &c.nam quo ad hoc iuriſdictio importat idē quod territorium per ibi notata. at locus exemptus non eſt de iuriſdictione epiſcopi.d.c.graue.quod etiam dixi in d.c.2.ergo nec de territorio. Quero quid de alias nō ſubdito excommunicatoris. Solu.hæc quæſtio plures implicat, ſed principaliter proſequamur quatuor. Prima eſt ſi excommunicat eccleſiaſticus iudex per ſententiam ſpecialem eum qui non eſt eius ſubditus aliqua ratione. Secunda eſt ſi excommunicatur alias non ſubditus,qui tamē factus erat quoad quid ſubditus vt ratione delicti contractus vel rei de qua agitur. Tertia quid ſi ſentētia fuit generalis lata per ſtatutum, an ligabitur ipſe ſtatuens ſi contrauenerit,vel eius ſuperior. Quarta quid ſi ſententia eſt generalis lata voce viua, an ligabitur proferens vel eius ſuperior,ſi contrauenerint. Ad primam reſpondeo,quod non habet multum dubii,quia ſententia lata a non ſuo iudice nulla eſt 3.q.1.in primis.9.q.1.per totum.de conſue.ad noſtram. de iudi.at ſi clerici.& ſpecialiter de ſen. excom. probatur de priuile.cum olim. & verillud etiam. Ad ſecundam reſpondeo,quod cum iudex ratione delicti vel rei vel contractus non habeat poteſtatem in perſonam niſi inuentam in ſuo territorio.de for.compet. Romana.§.contrahentes. libr.6. non tenet excommunicatio lata in prędictos,niſi ſint intra territorium excommunicãtis. quod tenet Inn.de fo.compe.c.fi.in prin.& Io.mo.ind.§. contrahentes.dicens quod ſi hoc poſſet, fieret cōtra mentem illius §. qui vult,quod delinquens alias contrahens non trahatur de aliena dioceſi.Si enim teneret excommunicatio,traheretur: quia cogeretur pro abſolutione ad excommunicatorem accedere. de offi.deleg.cum contingat.in fi.ſup.eo.cum deſideres.p quā rationem idem ſequitur Io. And. in di.§. contrahentes.& hoc dictum placet: ratio tamen prædicta non eſt neceſſaria, quia §.contrahentes.prohibet realem traditionem,quam facit ordinarius de nolēte ad ſe venire,quem facit duci captum.C. q̃uo & quando iudex.l.conſentaneum.vbi eſt caſus iuncta gl.in verbo eum.licet gl.teneat contrarium de iudi.ca.1. lib.6.in verbo delegatum.& minus bene.Sed quod excommunicatus cogatur ad excommunicatorem venire pro abſolutione,hoc non eſt præciſe trahi,ſed cauſatiue.Item poſſet abſolui per ſuperiorem excommunicatoris de reſcri.ab excommunicato.de offi. dele.prudentiam.§.ſexta.& c.cum contingat.de offi.ordi.cum ab eccleſiarum.& quod ibi no.in gl.fi.inf.eo.per tuas. & ca. veneralibus.§.vbi autem.lib.6.9. q.3. nullus primas. & ibi glo. & per Arch.11.q.3.qui reſiſtit. Sed ratio prędicta poteſt roborari ex eo,quod ſicut in §.contrahentes, prohibetur iudici contractus trahere contrahentem inuitum ad ſe, niſi ſit inuentus in ſua dioceſi, ſic etiam prohibetur ius dicere in perſonam exiſtentis extra territorium. per excommunicationem autē ius dicitur in perſonam,quæ prohibetur a communione. Ad tertiam quæſtionem dico,quod de iuris veritate per ſtatutum excommunicatus erit & ſtatuens & eius ſuperior, ſi delinquant, quia tanquam priuati delinquunt,licet ſit in cōtrarium quod nota Io.And.de regu.iur. cui licet,in quæſtione lib.6. cuius rationibus reſpondeo.de conſti.c.2.lib.6.& de hoc etiam dixi de rapto.c.1.Et per ibi nota. colligitur etiam modus ſoluendi rationes,quæ ſunt pro opinione contraria,& pro prædictis facit quod dicitur in duabus quęſtionibus ſequ. Ad quartam quæſtionem reſpondeo, quod non ligatur epiſcopus vel archepiſcopus per ſentētiam vocis viuę latam generaliter ab ipſo epiſcopo. Vbi quæro, quę eſt ratio diuerſitatis inter ſententiam ſtatuti & vocis viuę.Sol.Io.cal.in repetitione ca.1. de rapto.tenuit,quod nulla foret,& ſecundum hoc tolleretur deciſio duarum quæſtionum ſtatim præcedentium.Ego vero dico rationem fore, quia ſententia ſtatuti non dependet a ſtatuente,ſed a ſtatuto.vnde etiam defuncto vel tranſlato ſtatuente,diſpoſitio ſtatuti firma manet.de offi.leg.c.fi. Sententia autem vocis viuę trahit robur ab ipſo proferente in eſſe & in conſeruari:vnde eo mortuo vel tranſlato caret effectu.ita no.ſup. eo.a nobis. in gl.pen.quæ eſt ad hoc ſingularis.non mirum ergo,ſi per ſtatutum ligatur ſtatuens vel eius ſuperior: quia vt alius delinquit,& delinquendo gerit perſonam priuatam, ſed ſtatuendo publicam.quod not.Cy.poſt Pe.C.de ſacroſan.ec.auth.quibuſcunque. non ergo ligat ſeipſum vel ſuperiorem, ſed ligatur vterque a diſpoſitione ab epiſcopo egreſſa, qui ſtatuendo fuit ſuperior ad ſe & ad ſuperiorem conſideratos vt priuatos. quæ ratio ceſſat quando ſententia eſt vocis viuę: quia tūc cum non habeat fomentum niſi ab ipſo proferēte,procedit ratio, quod idem non ligat ſe vel ſuperiorem.& hanc differentiam approbat Fredericus de Senis in conſiliis,c.16. vbi dicit quod ſententia epiſcopi ligat ſubditum exiſtentem extra territorium, qui tamen non ligatur per ſententiam ſtatuti. Queſtin tertia hu-
21 ius articuli eſt,ex qua cauſa poſſit excommunicatio † ferri.Solut. quia non eſt vnica ſpecies excommunicationis, & non ex eiſdem cauſis fertur excommunicatio vnius ſpeciei pro quib. fertur excom.ſpeciei alterius,ideo pręmitti oportet,quod ſint excommunicationis ſpecies. in quo dicit Goff.in ſumma, eo. §.ſpecies,quod poſſunt eſſe infinitæ:quia quot ſunt ſpecies cōmunionis, tot poſſunt eſſe ſpecies excommunicationis. quod non eſt ſimpliciter verum.nam diuerſitas ſpecifica attenditur ſecundum diuerſitatem ſubſtantialem, ſicut differunt homo & equus,& hoc modo non poſſunt eſſe plures ſpecies excommunicationis, quam duæ,de quibus ſtatim dicetur. Sed ſi attenderemus diſtinctionem accidentalem, prout diſtinguūtur etiam ea, quæ ſunt idem ſpecie, ſed ſunt diuerſa numero, vt Pe.& Paul.procederet quod dicit Goffr. qui in eodem.§.dicit
a quod duabus excommunicatinnibus[a] agit frequentius eccleſia, & ſic de duplici excommunicatione tantum communiter tractatur in iure.vna eſt quæ dicitur anathema, & excludit ab ingreſſu eccleſiæ & communione fidelium & a ſacramentis, & hæc dicitur excommunicatio maior. & ſic vult Goffr.
b quod quęlibet excommunicatio maior dicatur anathema,[b]& pro hoc de iud.cum non ab homine. ſed tamen ſtricte loquendo dicimus anathema,ſolam excommunicationem,quæ fertur cum ſolemnitate de qua 11.q.3.debent.quod dixi ſupra.q.16.Alia eſt excommunicatio,quæ ſeparat a ſacramentis.& dicitur minor.dicit tamen Goff.quod hęc etiam quandoque ſeparat a communione hominum. vnde vt idem dicit in ſumma de cle.ex.mi.§.item ſciēdum,aut loquimur de minori quæ fertur a canone,& hæc ſeparat a ſacramentis, vt quando contrahitur per participium excommuoicati.1.eo.nuper. Aut loquimur de minori quæ fertur ad homine, & hæc quandoque ſeparat a ſacramentis tantum. 5.q.1.c.2. quandoque a cōmunione fidelium & nō a ſacramentis.5.q.2.præſenti.& q.4.in loco.ibi tamen non proprie loquitur de excommunicatione, vt inf.ea.q.dico ad idem.18.diſt.placuit.34.diſt.quorundam.58.diſt.ſi quis de adulteriis.& hæc etiam ponit de cle. ex.in princ. Poſſunt autem colligi varij modi excommunicationis minoris,per ea quæ notat gl.inf.eo.ſi quem.& hę varietates ſurrexerunt

---

ADDITIO.

a Excommunicationibus. Adde Abb.in rubrica de ſen.exc.& Cald.in repe ca. ab excommunicato.de reſcr.

b Anathema. Adde c.nemo epiſcoporum.11.q.3. gl.in verbo,anathematis. in c ad apoſtolicæ.de re iud.lib.6.

runt in primitiua eccleſia. ſed hodie excommunicatio quæ di
citur anathema, non eſt in vſu, vt dixi in dicta.q.16. Item excõ
municatio minor ſolum eſt in vſu, quatenus profertur a iure,
& prout inducit excluſionem a ſacramentis tantum, vt bene
probatur in d.c.ſi quem.& melius de cle.ex c.ſi. Et ad prædicta
facit quod ibi dixi. Hoc premiſſo cum quæritur quibus ex cau
ſis proferatur excommunicatio minor, vel maior, prout ſunt
in vſu modo prædicto. dic de minori, quod fertur a iure tantũ
vt nunc dixi. & fertur propter communionem excommuni-
cati.inf.eo.nuper. licet aliquando propter communionem ta-
lem incurratur maior, vt quando participat quis in crimine
damnato.d.c.nuper. & cap.ſi concubinæ. De maiori dic, quod
aut fertur a canone, aut ab homine. Si a canone, dic quod fer-
tur propter crimen. 17.q.4.ſi quis ſuadente. de conſti.c.2.lib.6.
quod tenet glo.12.q.3.epiſcopi ſi. ſed poſſet dici, quod proprie
fertur pro contumacia. quia canon vel ſtatutum intelligitur
monere, quod quilibet abſtineat ab eo propter quod excom-
municatur. & ſecũdum hoc debet intelligi quod notat Arch.
poſt Laurentium in d.ca.epiſcopi ſi. vbi dicit in omni excom-
municatione premittendam eſſe monitionem. Si ab homine,
videtur dicere textus quod ferri poſſit pro contumacia & pro
offenſa.inſ.tit.1.ex parte.& hoc tenet gl. Io.in d.c.epiſcopi ſi. &
eadem.q.nemo.& pro hoc videtur tex.expreſſus de ap.qua frõ
te.§.ſane.cum dicit, ſi quis excommunicatur pro contumacia
vel alia qualibet cauſa. nam dictio, alius, denotat diuerſitatem
in ſubſtantia, licet communiter denotet identitatem in quali-
tate, ſed non ſemper vt notat gl.de reſcrip.ſedes. pro hoc etiam
quod notat gl.de offi.dele.ex literis. in verbo, ſatisfactum. vbi
diſtinguit an feratur excommunicatio pro crimine, an pro
contumacia. ſed Goff.in ſumma eodem. §. excommunicatio
ferri. & Hoſt.in ſumma eo.§.quibus cauſis.in pri. dicunt, quod
ſolum pro contumacia fertur, quę contumacia eſt multiplex.
dicitur enim contumax qui citatus non venit, vel venit & non
reſpondet, & aliis pluribus modis, quos ibi proſequuntur. &
hoc tenet Inn. in d.ca.ex parte.in verbo, offenſa.& in eo quod
dicit ibi tex. quod excommunicatio quandoque fertur pro of
a ſenſa. ſupple & pro contumacia. [a] nam pro ſolo crimine quis
non eſt excommunicandus ſi velit ſe corrigere. 11.q.3.nemo.
45.diſt.ſed illud. 24.q.3.tam ſacerdos. & idem tenuit Inn. ſup.
de exceſ.pręla.c.primo. vbi dicit quod c.in loco.4.q.4.præaile.
cum dicit de excõicatione, debet exponi pro ſuſpicione. hoc
etiam tenet Bar. Brixi.in d.cap.epiſcopi ſi.& 17.q.4. de presby-
terorum.& vtrobique idem tenet Archi. qui etiam hoc tenet
de excep.ca.1.lib.6. in verbo contumaciæ. vbi dicit, quod iura
dicentia quem poſſe pro crimine excommunicari, intelligen-
da ſunt, ſi nolit ſuper illo ſe corrigere, & ſic excommunicatur
pro contumacia. pro hoc quod not.11.q.3. certum.& 2.q.1.ne-
mo epiſcopus. hoc etiam tenet gl. in d.ca.1. de excep. in verbo
contumaciæ. & Ioã.de ligna.in tractatu de cenſura eccleſiaſti-
ca.in quæſtione propter quid feratur excommunicatio. & hęc
opinio eſt vera, & aperte probatur inf.eo.ſacro.in prin. vbi ge-
neraliter prohibetur excommunicationem ferri monitione
non præmiſſa.& eodem modo probatur per c.ex parte. inf.tit.
1.recte intellectum. nam ibi dicitur, quod excommunicatio
quandoque fertur pro contumacia tantum, vt quia citatus no
luit ſtare iuri. Aliquando etiam pro offenſa, vt quia iuſſus no-
luit maleficium emendare. cuius ſenſus eſt, quod aliquando
nulla pręcedente culpa quis citatur, & quia non comparet, ex-
communicatur, & tunc dicitur excommunicatio lata pro con
tumacia tantum, aliquando pręceſſit culpa ſeu maleficium,
ſuper qua citatur vt emendet, & quia non paret, excommuni-
catur, & tunc excommunicatio dicitur lata non pro contu-
macia tantum, ſed etiam pro offenſa. hunc intellectum expreſ
ſe probat dictio etiã, quæ eſt implicatiua. ff. de verb.ob.l. quod-
cunque.§.ſicuti. C. qui admitti ad bono.poſſ. poſſunt.l.i. de cõ-
ſti.cum omnes.& c.ęccleſia.& ex hoc ſequitur, quod etiã quan
do pro offenſa fertur, cauſa immediata eſt contumacia ex eo
quia non ſatisfacit ſuper offenſa, ſeu non ſe emendat, & per
hæc patet, quod illud c. ex parte, inductum pro contraria par-
te, potius facit pro eodem. modo reſpondeo ad c. qua fronte.
quia debet intelligi, cum dicit excommunicationem ferri pro
contumacia.ſ. tantum. & cum dicit vel pro alia qualibet cau-
ſa, debet ſuppleri etiam intelligendo, ſecundũ c.ex parte. prout
nunc dixi.& ſecundum hæc debet intelligi gl.in c.ex literis. de
offi. deleg.& quęlibet alia ſimiliter dicens. Quæro, an ex quali-
22 bet contumacia † poſſit ferri excommunicatio. videtur quod
non, ſed quod ſolũ pro contumacia facta in tribus caſibus ex-
preſſis.21.q.3.certum. pro hoc, quia dicitur eadem q.nullus ſa
cerdotum. quod pro leuibus cauſis non debeat prohiberi ali-
cui communio, ſed pro illis tantum pro quibus canones hic
permittunt. ſed glo.in ca.certum. dicit idem pro contumacia
qualibet ſuper quocunque crimine. quod tenet Inn.inf.ti.1.ex
parte.1. in verbo offenſa. pro hoc quia quanto contumacia fit
ſuper actu leuiori, videtur eſſe grauior. ſicut furtũ dicitur ma-
ius in re leuiori. inſti. de rerum diui.§.gallinarum. quod no.ſu-
pra.in procemio in gl.ſi. pro hoc quod no. Arch. 11.quæſtio.3.
epiſcopi ſi. tamẽ propter c.nullus ſacerdotum. dico quod præ-
lati non debent eſſe faciles ad excommunicandum pro quali-
bet leui contumacia, ſed quod poſſint, bene probatur inf. eo.
ſacro. Quęro circa hoc, an excommunicatio lata ex falſa vel in
b iuſta [b] cauſa, teneat. de primo quando ex falſa cauſa, dicit glo.
de offi. ord. ex parte, quod tenet licet abſolutio ab excommu-
nicatione ex falſa cauſa non teneat: quia vtrobique conſulitur
animæ. quam gl. licet omnes teneant, dico non procedere, q̃a
omnis diſpoſitio ex falſa cauſa vitiatur, quando cauſa eſt adæ-
quata effectui, ita quod diſponens ceſſante cauſa non erat di-
ſpoſiturus. C. de fal.cauſa adie. legato. l.1. vbi caſus notabilis,
de conſan.& affi.quia circa. vbi etiam hoc expreſſe probatur,
ſecundum intellectum quem poſui ibi.ſ. quod cauſa intelligi-
tur ibi appoſita conditionaliter, cum fuerit adiecta in reſcri-
pto, in quo etiam ſi non apponatur clauſula, ſi præces veritate
nituntur, tamen ſubintelligitur de iure canonico. de reſcrip.c.
2.cum autem cauſa apponitur conditionaliter, habetur pro fi-
nali, adeo quod ſi eſt falſa, vitiat. ff. de condit. & demon.l. de-
monſtratio.§. 2. & ſecundum hoc ſaluatur intellectus ca.quia
circa. qui aliter defendi non poteſt a contrariis, quæ ibi formã-
tur. quod dic, vt ibi dixi. Per hæc dico, quod excommunica-
tio lata ex falſa cauſa, non tenet, quando excommunicans ſi
ſciuiſſet cauſam non eſſe veram, non erat excommunicatu-
rus. quod dixi de reſcrip.ab excommunicato. De ſecundo.ſ. de
excommunicatione lata ex iniuſta cauſa, dicit canon. 11.q.3.
23 ſententia. quod timenda † eſt. & putant aliqui ſpeciale in ex-
communicatione, vt iniuſta liget. ſed vt dixi in d.c.ab excom-
municato, nullum in hoc ſpeciale. nam quælibet ſententia la-
ta ex iniuſta cauſa ligat & tranſit in rem iudicatam. de re iudi.
cum inter. nam etiam abſolutio ab excommunicatione ex in-
iuſta cauſa tenet eo.tit. venerabilibus.§. vbi autem lib.6. par au
tem eſt poteſtas ligandi & ſoluendi. de maio.& obe.cum infe-
rior. pro hoc inf. eo. ſacro. vbi eſt caſus apertus, quod excom-
municatio lata in non contumacem & ſic ex iniuſta cauſa, in-
diget abſolutione. Quarta q̃ſtio huius articuli, eſt ſub qua for-
24 ma † ferri debeat excõmunicatio. Sol. duplex eſt forma, prout
in iure communiter ſumimus. altera ſubſtantialis, altera ac-
cidentalis, quam dicimus de ſolemnitate. de vtraque exem-
plum. ſup. de ele. quia propter. Et primo de ſubſtantiali in eo q̃
in forma ſcrutinii exprimuntur ibi aliqua adeo ſubſtantialia,
quod ſi vnum ſolum omittitur, tota electio vitiatur. ff. de tran
ſa.l.cum hi.§.ſi prætor. & de tali forma p̃cedit quod dicimus,
factum contra formam mandati non tenere. ff. mand.l.dili-
genter. de reſcr.cum dilecta. & quod ibi dixi. de offi.dele. vene
rabili. pro hoc de elect. ſi cui.lib.6. De forma accidentali exem
plum in dicto c.quia propter. vbi diſponitur de citandis abſen
tibus ad electionem. & idem dicitur eo.ti.coram.& eo.ti.bonę
2.tamen electio facta aliquibus contemptis non eſt nulla, licet
poſſint agere de contemptu. de ele. quod ſicut. ver. ſi autem.&
c.bonæ 2. & c.eccleſia. 2. Poteſt etiam poni exemplum in for-
ma, quę eſt vt præmittatur poſſeſſorium petitorio. ff. de iudi.l.
ſi de vi. C. de rei vend.l.ordinarii. de interdictis. l.incerti.2.q.1.
& 2.per totum.& 2.q.2. per totum. de reſti. ſpo.ex conqueſtio-
ne. quæ tamen forma ſi omittitur, proceſſus nõ vitiatur. quod
tenet gl. C. de app.l.1.& 2.q.1.in ſumma. licet gl.in c.cum dile-
cta. p̃ çall.in verbo ordinem. teneat quod vitietur. ſed primum
verius, vt ibi etiam dixi. quia non habemus iure expreſſum, q̃
per hoc proceſſus vitietur, & contrarium probatur iuribus &
rationibus. quod dic, vt ibi dixi. Hoc præmiſſo dico quod aut
quæritur de excommunicatione quæ fertur a canone, & illa
fertur ſecundum formam in canone vel per quem fertur vel
alio expreſſam, ſicut in caſibus, in quibus ipſo iure incurritur
excommunicatio, quos notat gl. eo.tit. eos.lib.6.& eo.ti. cle.1.
in verbo, excommunicationis. & inter cæteros eſt caſus cano-
nis ſi quis ſuadente. 16.q.4. circa quem multa quæri poſſent,
quæ tamen pro maiori parte deciduntur per ea quæ dixi in di
ſtinctione ſup. in vlt. contrario. Aut quæritur de excommuni-
catione lata ab homine. & aut quęritur de forma ſubſtãtifica,
aut de ſolenni. primo caſu nulla proprie eſt forma ſubſtantifi
ca poſitiua. quia etiam nulla ſeruata forma lata excommuni-
catio

ADDITIO.

a Et contumacia. Adde gl.in c.1.vt lite non conteſta. Inno.in cap.ſi aduerſus, de eo qui mit.in poſſe.
b Iniuſta. Adde c.ſententia paſtoris.& in c.cui eſt illata.11.q.3.

Digitized by Google

catio tenet.inf.eo.ſacro.quod apertius probatur inf.eo.c.1.lib.6.vbi excommunicatio lata non in ſcriptis & alias nõ ſeruata forma ibi expreſſa, eget relaxatione, vt probatur ibi in ver. ſuperior.ſed impropriè loquendo tradita eſt forma negatiua in certis caſibus: quia diſpoſitum eſt certis caſibus excommunicationem non ferri & latam non tenere, vt ſi continet intollerabilem errorem, vel fertur poſt legitimam appellationẽ.infr.eo. per tuas.& c.ſolet.lib.6.& poſſet exemplificari in aliquibus aliis caſibus,in quibus excommunicatio eſt nulla.de quib.notat gl.eo.ti.præſenti.lib.6.in verbo cautelam. Secundo caſu de forma ſolenni,dic quod aut quæritur de excommunicatione lata cum ſolennitate quæ dicitur anathema,& in hac exprimitur forma.11.q.3.debent.& fertur a ſolo epiſcopo,vt ibi.quod dixi ſupra q.16. Aut de alia excommunicatione,& aut de minori,& nulla forma propriè eſt conſideranda: quia vt dixi ſupra q.26.non eſt hodie in vſu. Aut de maiori,& dic quod forma exprimitur quo ad ea quæ præcedunt excommunicationem.inſ.eo.ſacro.vbi dicitur quod debet præmitti citatio.quo ad ea vero,quæ concomitantur excommunicationem, exprimitur forma.inſ.eo.c.2.lib.6. vt feratur in ſcriptis,& exprimatur cauſa propter quam fertur.quo ad ea vero,quæ conſequuntur poſt eam latam, exprimitur forma vt intimetur excõmunicatio vicinis & ſubditis,vt vitent excommunicatum. 11.q.3.cure.de offi.ord.ad reprimendam.de proba.poſt ceſſionem.

25 Quæro de effectu † excommunicationis dic, quod principalis effectus eſt prohibitio communionis,vt excommunicatus maiori, nulli communicet nec ſibi communicetur, & hoc tam quo ad communionem hominum, quam quo ad participationem ſacramentorum.de cler.excomm.illud.& c.fin. de excep.a nobis.Sed ſi eſt excommunicatus minori,intelligitur remotus ſolum a participatione ſacramentorum.d.cap. a nobis. Quia autem circa alios effectus plura quæruntur circa excommunicatum maiori: ideo videamus quædam. Quoniam autem eorum quæ aguntur,quædam ſunt extraiudicialia,quædã iudicialia.primo videamus de extraiudicialibus.& quia horũ quędam concernunt temporalia, quædam ſpiritualia,primo
26 videamus circa temporalia.Quæro igitur,an geſta † ab excommunicato extra iudicium in temporalibus valeant.So.aut geſſit in rebus eccleſiæ,aut in aliis. de ſecundo dicam infra.q.34. Sed primo caſu dic, quod ſi excommunicatio eſt publica, geſta non tenent, adeo quod alienatio facta de rebus eccleſię nõ valet.de dolo veritatis in fi.vbi melius probatur quam alibi,licet ibi reddatur & alia ratio,quare nõ tenuit alienatio,de quo ibi dixi.pro hoc etiam,quia per excommunicationem interdicitur communio, vt dixi in quęſtione præcedenti, & per conſequens adminiſtratio,quæ non poteſt eſſe ſine communione pro hoc quod no.Inn.de cler. non reſi.ex tuæ.vbi licet nõ præciſe hoc firmet,tamen hæc inclinat. Et ibi hoc tenent Hoſt. & Io.An.pro hoc etiam de ap.paſtoralis.in fine.vbi dicitur quod perdit fructus beneficii: non tamen perdit beneficium, vt ibi
a no.Sed ſi excommunicatio eſt occulta, [a] valent geſta a beneficiato ratione officii.de re iud.ad probandum. Quæro inciden-
b ter in eo quod dixi,excommunicatum nõ eſſe priuatum, [b] an hoc ſit verum ſimpliciter, vel an ſaltem poteſt priuari. ſuper hoc dicit Inn.de æta.& quali. cum bonæ. quod ſi excommunicatus per annum ſtetit in excommunicatione, debet ſpo-
c liari per ſententiam beneficio.[c] ſic intelligit illud c. dicens idẽ de perſiſtente per annum in interdicto.ad idem inducitur.11.q.3.ruſus.per quod c.vt dicit Inn.in d.c.cum bonę.mitigatur rigor.c.ſi quis presbyter. eadem quæſtione. vbi dicitur, quod ſtatim poſt excommunicationem locum amittit. Et ſecundũ Inn.ibi poſſet etiam dici,quod ſolus lapſus anni ſine ſententia amotionis a beneficiis ſufficit, vt vlterius non audiatur ſuper beneficiis.& dicit Inn.hæc procedere etiam in ſuſpenſione. ar. dicti c.cum bonæ. quod ea licet dicat de perſiſtente per triennium,Inn.tamen ibi dicit idem ſi per annum. Ego dico nullibi probari,maxime per illa c.quod propter ſolam perſiſtẽtiam in excommunicatione poſſit quis priuari beneficio.nam c.ruſus prealleg.& c.quicũque. eadem.q.quod ad idem inducitur, ſolum probant, quod ſi is,contra quem proceditur ſuper crimine propter contumaciam,excommunicetur & in excommunicatione perſiſtat per annum, non auditur poſtea volens purgare ſuam innocẽtiam ſuper crimine illo.& licet c.quicunque. videatur loqui etiam de cauſa ciuili,tamen debet intelligi,quod erat cauſa ſuper crimine: licet ciuiliter alias non proceſſiſſet ibi iudex ex officio de eo quod concerneret intereſſe priuatum. de poſtula. bonæ. 1. Et per hoc dico,quod poſt annum is,qui intra annum poſt excommunicationem nõ comparuit, habetur pro conuicto de illo crimine. quod expreſſe probant illa c.& idem probatur de hæreti. cum contumacia. lib.6. Sicut enim ibi excommunicatus propter contumaciam in cauſa hæreſis perſiſtens in excommunicatione per annum habetur pro conuicto de hęreſi: ita etiam in alio crimine habetur pro conuicto de illo,quod tenet.gl. vlt.in d.c. cum contumacia. non tamen per hoc dico,quod habeatur pro conuicto de hęreſi,niſi quando ſuper hæreſi procedebatur, & ſic debet intelligi gl.c.excommunicamus. §.qui autem.de hęreti.in verbo condemnetur in fi.quod etiam probatur in d.c.cum contumacia.vbi hoc tenet Io.And. Ad c.ſi quis presbyter. & c. cum bonæ. dico eodem mõ,quod non probant id, ad quod inducuntur.nam c.ſi quis presbyter. ſolum dicit quod locũ ſuum amittat: non dicit beneficium, ſed quo ad hoc communiter intelligitur de beneficio,ſed ex alio non probat, ibi enim non apponitur tempus. Item ibi loquitur de eo qui eſt inobediens faciendo ſciſma cum aliquibus, & qui adminiſtrat, poſt excommunicationem,& ſic eſt irregularis.Nimirum ergo ſi perdit locum.ad hoc de exceſſ.præla.tanta.Ad c.cum bonę dico, quod ibi dicitur de triennio,non de anno. Item ibi contẽpſerant papam, quod ſpecifice ponderatur ibi in verbo contemptu apoſtolico.& per hoc dico ibi eſſe caſum ſingularem,quod ſuſpenſus perſiſtens triennio,eſt priuatus ipſo iure beneficiis tam habitis ante ſuſpenſionem, quam poſtea acquiſitis. dicitur.n. ibi,quod non licet eis ea retinere,ergo carent titulo,alias licite tenerent,donec priuarentur. pro hoc quod notat Innoc. de conceſſ.præben.cum noſtris. vbi dicit,quod homicidæ & irre-
d gulares licite tenent beneficia,donec priuentur, [d] tamen hæc ratio poſſet impugnari, & intelligi quod in c. cum bonę. illis non licet ea retinere in effectu, quia debent ſpoliari, vt ibi. quod eſt tutius tenere. Ex prædictis itaque patet,quod iurib.nõ probatur ex perſiſtentia in excommunicatione per annum quem cenſeri priuatum beneficio. Tamen dico,quod opinio omniũ qui hactenus hoc tenuerunt, poteſt ſaluari hoc mõ, quia ſi procedítur ſuper crimine,propter quod excõmunicatur reus,cum ex lapſu anni habeatur pro conuicto de crimine vt prædixi, ideo poterit priuari beneficio,ſed oporteret intelligi, quod crimen foret tale,ex quo veniret priuandus,& tunc non ratione perſiſtentiæ,ſed ratione criminis, communiter tamen tenent omnes,quod ratione ſolius perſiſtentiæ. quod tenet Archi. in d.c. ruſus.& Io. An.in d.c.cum bonæ.intelligendo ſecundũ eos,quod ſuper crimine procedebatur, & quod ob contumaciam ſuper crimine ſeu proceſſu de crimine fuit excommunicatus. & ſic ſecundum eos ſi pro contumacia ſola quis fuit excommunicatus,ex perſiſtentia quantacunque non priuabitur beneficio. ſed non apparet ratio differentiæ, an ſit excommunicatus ſuper crimine,an pro contumacia ſimplici,ex quo ponderamus immediate perſiſtẽtiam in excommunicatione,niſi dicamus crimen fore tale, quod de ſui natura priuationem inducat, vt prædixi. & hoc de iure eſt verius,tamẽ propter authoritatem Innoc.& multorum magnę authoritatis poteſt adhæreri concluſioni communi,quod perſiſtens in excommunicatione lata occaſione criminis,vel perſiſtens in ſuſpenſione vel interdicto per annum priuari poſſit beneficiis per dictum c. cum bonæ.prout intelligit Inn.vt ſupra. dixi.pro hoc etiam de pœnis c.fi.& quod ibi nota. ſed ex rigore iuris hoc non probatur,vt patet ex prædictis. Quarto proſequendo de geſtis per excommunicatum, ſi excommunicatus eligit cum non excommunicatis,an electio tota vitiatur.& licet hæc quęſtio concernat geſta in ſpiritualibus, tamen quia dubium principale quæſtionis non fundatur ſuper ſpiritualitate,ideo hic interui. In quæſtione igitur videtur quod ſic: quia quando admiſcentur habilis cum inhabili,totum vitiatur.de offi.dele. cum ſuper Abbatia.& c.ſuper quęſtionum.§.ſi vero duo. In contrarium quod tunc tantum vitietur electio quando excommunicatus ſcienter fuit admiſſus,probatur de elec.illa.de procur.c.fi.vbi vitiatur actus vniuerſitatis,quando ſcienter admittit excommunicatos, & ſic ſecus ſi ignoranter.So.vltimum verius.quod tenet Inn.

ADDITIONES.

a Occulta. Adde quid de excommunicato occulto,an poſſit alium excommunicare,pro parte negatiua,vide gl ſummæ 24.q.1.Hoſt.& Io.And.in c.pia.de exceptio.lib.6.Pau.de ele.in repet.ca.ſi celebrat. de cleri exc.mi. Anto. de But.in c.2.de or.ab epiſcopo.Ant de But.in c.ſciſcitatus. de reſcriptis in vlt. col.Domi.in c.ſi is cui,in vlti. col.de off.dele.lib.6. Card.in diſputatione incip.excommunicamus.S.Th. in 4.ſen.diſt.18 q.2.ar.2. In contrarium.ſ.pro parte affirmatiua,tenent Ant.de But.& Abb.in c.cum dilectus.in 2. col. de conſue.Ab.in c.veritatis in pe.col.de dolo & contu.Abb.in c. ab excommunicato in 2.col.de reſcriptis Lap.alleg.183 prima opi.eſt communis.

b Priuatum. Adde Ab.in c.poſtulaſti.in 4.not.de ſenten.excom.Abb. in c.1.de iudi.in 11.colu.Abb.in cap.grauem in 4.not.de pœn. Abb.in ca.poſtulaſti, de homi.

c Beneficio. Adde,quod hoc fallit,ſi eſſet excommunicatus pro ciuili,etiã ſi per annos & annos perſeueraret in excommunicatione,vt eſt gl in verbo conſtituatur in c.contingit.de dolo & contu. & ibi Ant. de But. facit magnum feſtum.& gl.in verbo hæretice prauitatis in c.fi.de ferijs.

d Priuentur. Adde Ant.de Bu.in c.inquiſitionis,de accu.do.in c.pro humani.de homici.li 6.dec.in c.ſtudent 50. diſt.

Digitized by Google

Inn. in d. c. illa. vbi dico; quod de iuris rigore quamuis ad ele-
a ctionem admittatur excommunicatus[a] per non excommu-
nicatos etiam ſcienter, tamen nõ deberet electio vitiari. quia
ſufficit quod per alios tanquã habiles facta eſt electio, in quos
ſolos reſidet ius collegii. & quod vitietur, hoc eſt in pœnam
ſcienter admittentium. niſi enim fieret in pœnam, fruſtra põ-
derаretur, an ſcienter an ignoranter. quod tamen ponderatur
in d. c. ſi. de procura. Ad contrarium c. cum ſuper, dico, ꝙ ibi lo
quitur non in actibus vniuerſitatis, ſed ſingulorum, & eo caſu
quo aliquibus eſt conceſſa aliqua poteſtas, quæ non competit
eis inſolidum indiſtincte & ſemper, ſed in certum caſum tan-
tum. ſ. purificata clauſula, ꝙ ſi ambo. cum ergo ante purifica-
tionem procedit habilis cum inhabili, videtur procedere ac ſi
ſibi competeret iuriſdictio pro parte tantum, & cũ ſocio pro
alia parte. habet ergo locũ regula, quod potuit &c. de qua ibi
qua repetitur ſententia pro parte lata ab eo qui non habet po-
teſtatem. Sed ſi poteſtas contingeret vtrique inſolidum indi-
ſtincte & ſemper, tunc ſecus foret. ideo in pluribus tutoribus,
quibus competit poteſtas in ſolidum. C. de auctoritate præſtã
da. l. fi. ſi verus tutor procedit cum falſo, actus tenet. ff. quod cũ
fal. tut. l. 1. §. ſed Pomponius. & eſt ratio: quia verus admittens
non verum, non videtur facere eo animo, quia putet ſe habe-
re poteſtatem pro parte tantum, cum indiſtincte habeat in ſo
lidum, & ſic non poteſt videri velle procedere pro parte tan-
tum, & per conſequens ceſſat ratio, quod potuit, voluit &c. &
per hæc aperitur intellectus illorum iurium hactenus non re-
ſeratus quoad ſoluendam contrarietatem §. ſed Pomponius.
ad dictum c. cum ſuper. & de hoc dixi in d. c. illa. & c. cum ſu-
per. Ad §. ſi vero duo. dic, quod loquitur in alio caſu. & nihil
obſtat. Quæro de geſtis ab excommunicato circa temporalia
in aliis rebus quam eccleſię. Sol. quandoque geſſit ratione pri-
uati intereſſe, quandoque publici. Secundo caſu dicit, vt in ſe-
quenti quæſtione. Sed primo caſu ponit exemplum vt qa con
traxit: an ergo tunc ſurgit obligatio efficax, quæ obligetur a-
liis & alii ſibi. Inn. de dolo veritatis. & de ſen. excomm. ſi vere,
& de excep. c. 1. lib. 6. dicit geſta valere, etiam ſi ſit publice ex-
communicatus. quod bene probatur in c. ſi vere. Hoſtien. in di
ctis c. tenet contrarium: quia excommunicatus contrahendo
facit contra canones, qui cum prohibent a communione: er-
go geſta non valent. 10. diſt. vides. de teſti. c. 2. & de poſtu. c. fin.
vbi de hoc articulo dixi plura ſingularia. Dic opinionem Inn.
veriorem, quę aperte probatur de pœnis felicis. §. cum autem.
lib. 6. vbi patet, ꝙ agit excõmunicatus pro abſolutione ex obli
gationib. quæſitis poſt excommunicationem, & loquitur ibi
non tantum de quæſitis poſtquam eſt abſolutus, ſed ẽt prius.
nam de quæſitis poſt abſolutionem non fuiſſet dubiũ, & hoc
tenet Io. cal. in queſtione excommunicatus maiori in ſolutio-
ne. Ad rationem Hoſt. reſpondeo, quia non ſimpliciter prohi-
betur communio excommunicato, ſed ſolum imponitur pę
na communicanti. 11. q. 3. cum excommunicato. non ergo
infertur nullitas agitatorum. C. de legib. l. non dubium. vbi de
hoc. ff. de diuortiis. l. quod ait lex. & eſt ratio, quia quando adij
citur pœna, lex perſiſtit in prohibitione actus. ſimile dicimus
in laudo pœnali, ꝙ non emologatur, ſed ſolum obligatur non
parens ad pœnam. de arbi. per tuas. C. de arbi. l. cum antea. &
hoc, niſi ſit adiecta in compromiſſo clauſula rato manente pa
cto: quia tunc bene poteſt emologari. ff. de arbi. l. 2. & hoc te-
net gl. Quæro de geſtis ab excommunicato ratione publici of
ficii in reb. quæ non ſunt eccleſiæ. Solu. dic vt dixi de geſtis in
reb. eccleſiæ. & ſatis deciditur hoc per c. ad probandum. de re
iud. ex quo probatur ꝙ ſi excommunicatio eſt publica, non te
nent. ſecus ſi occulta. Quæro circa hoc, an excommunicatus
b poſſit eſſe teſtis.[b] dico, ꝙ aut opponitur de excommunicatio-
ne, & repelletur. de teſti. veniens 2. in fi. eo. c. decernimus. lib. 6.
hoc tamen membrum videtur concernere iudicialia, cum ta
men quæratur hic tãtum de extraiudicialibus. ſed cum etiam
extraiudicialia concernat, hic expedio. Dic ergo, ꝙ aut fuit op
poſitum, aut non fuit oppoſitum, vel non fuit locus oppoſi-
tioni, vt quia excommunicatus fuit deſcriptus in teſtem in in-
ſtrumento. primo caſu repellitur. de teſti. veniens. 2. Secundo
caſu adhuc videtur, ꝙ hoc non teneat: quia teſtificari eſt publi
ci officii, ſicut eſſe iudicem. quod tenet glo. C. de libe. cauſa. l. ſi
filium. ſed Inn. in c. pia. de excep. li. 6. dicit non vitiari inſtrumẽ
tum, in quo excommunicatus eſt ſcriptus in teſtem, & quod
computatur in numero aliorum teſtium. pro hoc, quia licet
teſtificari ſit publicum officium, tamen teſtis non reddit teſti-
monium ratione officii quod habeat, vt dicit Innoc. de elec.
nihil. tamen quia negari nequit, quin teſtificari ſit actus legiti-
mus, & actus legitimi interdicuntur excommunicato. eo. ti. li
cet. li. 6. videretur dicendum contrarium. ſed attento, ꝙ c. licet
non dicit excõicatum ipſo iure remotũ, ſed debere remoueri
a legitimis actib. poteſt teneri, ꝙ dicit Inn. & q̃io intelligatur

27 c. licet. dic, vt in ſequenti quæſtione. Quid de teſtõ † confecto
c ab excommunicato,[c] dic ex prędictis ꝙ valet: quia licet teſtari
ſit publici officii, tamen teſtatur quis ratione priuati intereſſe.
ꝙ tenet Io. An. eo. ti. decernimus. lib. 6. vbi de hoc plene per eũ.
ſed Io. cal. in qõne excommunicatus maiori. in ſolutione ſecũ
di articuli tenet contrarium, dicens ꝙ licet teſtamentum vi-
deatur quaſi contractus: quia tamen ipſius factio eſt de iure ci.
uili. inſti. de teſtamentis ordinandis. in prin. ideo non tenet cõ-
fectum ab excommunicato, cum a ciuilibus actibus. i. haben-
tib. formam a iure ciuili, ſit remotus. eo. ti. licet. lib. 6. vbi dici-
tur, ꝙ debet remoueri a legitimis actibus. Primum puto ve-
rius. vbi pro intellectu huius dubii, & præcedẽtium & ſequen-
tium, dico ꝙ actus dicuntur legitimi omnes, qui a quacunque
parte iuris ſcripti ſunt inuenti. ita dicit glo. ff. de reg. iur. l. actus
legitimi. & Dy. in regula actus legitimi. li. 6. vbi dicit Io. mo. ꝙ
actus eſt effectus potentiæ. & dicitur legitimus, quando a lege
defertur ſeu a lege approbatur ſeu firmatur. ff. de verb. ſig. l. le-
ge obuenire. Sed in hoc aduerte, quia quidam actus ſunt legiti
mi tam in ſe quam reſpectu facientis. quidam ſunt legitimi in
ſe, ſed reſpectu faciẽtis ſunt iuris priuati. Primi ſunt actus, qui
fiunt ab aliquo ratione officii legitimi. i. a lege ſurgentis ſeu ap
probati, ſicut eſt iudicare. iudicat enim iudex ratione iuriſdi-
ctionis quæ eſt a lege, vel ab homine mediante. pro hoc quod
dixi in repetitione c. quæ in eccleſiarum. declarando an iuriſ-
dictio ſit de iure gentium, an de poſitiuo. Similiter tabellio cõ
ficit inſtrumentum ratione publici officii. de fide inſtru. cum
P. & quod ibi not. ne cler. vel mo. ſicut. Secundi ſunt actus qui
licet ſint de iure & per conſequens legitimi, tamen facienti cõ
petunt tanquam ſibi & tanquam priuatæ perſonę, & non ra-
tione alicuius officii publici, ſicut eſt teſtificari: quia licet ſit pu
blici officii, tamen quoad teſtificantem non eſt alicuius offi-
cii; ſed teſtificatur tanquam ipſe, quod dixi in præcedẽti qõ-
ne. ſicut etiam eſt teſtari. licet enim teſtamentum ſit actus legi
timus, & teſtamenti factio ſit publici iuris. ff. de teſta. l. 3. tamẽ
qui teſtatur non ratione alicuius officii publici, ſed tanquam
ipſe facit. vt dicimus hoc reſpectu quatenus concernimus vo-
luntatem teſtantis, ꝙ teſtamentum eſt de iure naturali. C. de te
ſta. l. teſtandi. & quod ibi not. Eſt autem lata differentia inter a-
ctus legitimos primo modo, & legitimos ſecũdo modo. nam
in primo non curatur patria poteſtas. filius enim familias po-
teſt tales actus exercere, ſicut pater familias. vnde poteſt eſſe iu
dex etiam quo ad procedendum contra patrem & eum cogẽ-
dum. ff. ad Trebell. l. ille a quo. in fi. & l. ſequenti. In publicis. n.
cauſis. i. actibus legitimis hoc modo filiusfamilias habetur ac
ſi eſſet paterfamilias. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. filiusfa-
milias. Sed in actu legitimo ſecundo modo bene curatur pa-
tria poteſtas. vnde filiusfamilias non poteſt teſtari. C. qui teſta.
facere poſſunt. l. ſenium. de ſepul. licet. §. quamuis. lib. 6. Et pro
hoc quod notat Cy. in d. l. ſenium. Ex his dico, quod de actib.
legitimis ſecundo modo cum quæritur de ipſorum validitate
reſpectu facientis, debemus iudicare ſicut de actibus non legi
timis, cum reſpectu facientis non ſint legitimi. & per hoc pa-
tet ꝙ ſicut ſup. q. 3. dixi tenere geſta ab excommunicato, quæ
geſſit ratione priuati intereſſe, ita per conſequens tenent om-
nes actus etiam legitimi, qui quoad facientem ſunt non legi-
timi. & ſic tenet teſtamentum. & hęc nota tanquam per nemi
nem tacta, & per quę multa dubia ſoluuntur. & per hæc patet
ſol. ad rationem Io. cal. quam etiam ſoluendo plenius, dic ꝙ id
quod dicitur in iure excommunicatum eſſe remotum ab a-
ctib. legitimis, debet intelligi de actibus omnino legitimis. ſic
intelligo c. licet. præalleg. nam proprie intendunt iura facere
excommunicatum inhabilem ad quæ gerit ratione alicuius
officii a iure approbati: quia cum excommunicatio ſit inhabi
litatio ſurgens a iure, merito tales actus tenere non debent. Et
ex hoc id quod dicitur in c. ad probandum. de re iudi. de ſen-
tentia lata a publice excommunicato, intelligo in quocunque
actu ſimili. i. qui ſit legitimus non tantum de ſe: ſed etiam ra-
tione facientis. & omnes tales dico eſſe nullos, ſi ab excommu
nicato geruntur, per dictũ c. ad probandum. Sed actus legiti-
mos ſolum de ſe, qui ratione facientis non ſunt legitimi, dico
ſemper tenere, etiam ſi ab excommunicato publice fiãt: quia
nullo

ADDITIONES.

a Excommunicatus. Adde Inn. in c. ſi celebrat, de cler. ex. mi. & Fili. in c. dilecte in Chriſto in 3. col. de exceptio.

b Teſtis. Adde Spec. de teſti. in §. 1. ver. item quod eſt excommunicatus. Io. An. in c. teſti. de teſti. Car. in c. ex literis. in 3. opp. de tranſacti. tum ſi eſt teſtis deſcriptus in inſtrumento, valet ſecundum Inn. in c. pia. de exceptio. lib. 6. & Car. in d. c. ex literis.

c Ab excommunicato Adde Pe. de Anch. in c. pia. de excep. li. 6. idem Pe. de Ancha. regula nemo poteſt. de reg. iu. li. 6. Io. de Imo in ca. filijs in 1. col. de teſta. Ab. in rub. de teſt. Fred. de Senis conſi. 73. incip. vetus querela.

nullo iure probatur contrarium, & ſi de aliquo reperiatur, ra-
tio ſpecialis, in illo iure apparebit. & per hoc patet, quod deter
minatio præcedentis quæſtionis eſt vera. Quid de inſtrumen-
28 to † confecto ab excommunicato. [a] Sol. patet ex dictis in præ-
a cedenti quæſtione. tamen ſpecialiter in hoc dicit Inn. in c. pia,
præallegato. quod non valet ſi eſt ſententialiter damnatus, per
c. nullus. 3. q. 4. & de procuratoribus. c. fi. & ſic vult, ꝙ ſi non eſt
ſententialiter damnatus, valet inſtrumentum. Io. delig. in c. ve
ritatis. de dolo. dicit indiſtincte valere inſtrumentum: quia ex-
communicatus eſt capax officij tabellionatus. pro hoc de hæ-
reticis excommunicamus. §. credentes. vbi ſolum poſt annum
interdicitur tabellionatus. primum verius per dicta in ſequen
ti quæſtione. nec curo, an ſententialiter ſit damnatus. i. quod
ſit ſibi interdictum officium, vel quod per ſententiam iudicia
ſit lata excommunicatio: ſed ſolū diſtinguo, an ſit publice ex-
communicatus, an occulte, quia ſi occulte, valet inſtrumentū:
ſi publice, non, per dictum c. ad probādum. & ſic etiam ſi quis
eſt excommunicatus per ſententiā iuris, dummodo publice,
idem erit. non enim apparet differentia, an a iure, an ab homi
29 ne. Quæro, an excommunicatus † poſſit doctorari. [b] videtur
b ꝙ non. quia repellitur ab actibus legitimis, vt dictū eſt in dua-
bus præcedentibus quæſtionibus, at doctoratus eſt actus legi-
c timus, & eſt dignitas [c] vt in prima conſtitutione Codicis ibi,
magiſteria dignitate. & hoc tenent ibi Iac. Bu. & Bal. In cōtra-
rium. quia doctoratus non eſt actus, qui competat alicui rōne
officii publici, ſed competit tanquam ſibi & ratione priuati iu
ris. ſicut dictum eſt de teſtamento & de officio teſtis in ſtatim
præcedentibus quæſtionibus. quod puto verius. vnde licet do-
ctorari non debeat, tamen tenet doctoratus. Et ad rationem
contrariam, dico primo, ꝙ non probatur in dicta conſtitutio-
ne, ꝙ doctoratus ſit dignitas. loquitur enim ibi de dignitate
magiſteria alio modo. ſ. quia ille erat magiſter agentium in re
bus. Sed præſuppoſito, ꝙ de doctoratu loqueretur, adhuc idem
dico. non enim excluditur excommunicatus a qualibet digni
tate: ſed ab illa ſola quæ eſt publici officii, & cuius collatio eſt
omnino actus legitimus, vt tribus proximis quæſtionibus de-
claraui. non ſic autem eſt doctoratus: quia ſaltem ratione eius
cui confertur, competit ei tanquam ſibi & tanquam priuatæ
perſonæ; licet in hoc poſſet aliqualiter inſtari. Quæro nunc de
geſtis ab excommunicato in ſpiritualibus. Solu. vt not. de dolo
veritatis. vbi dixi. Quæro de agitatis in iudicio per excommu-
nicatum vel contra ipſum. Sol. quo ad primum, vt no. in d. ca.
veritatis. & de re indic. ad probandum. & vtrobique dixi. Sed
quo ad ſecundum de geſtis contra eum, communiter dicitur
ꝙ valent. de iudi. intelleximus. & quod ibi not. Circa hoc cum
oporteat eum qui excipit de excommunicatione, ea probare.
de excep. c. 1. lib. 6. Quæro, an ad probandum quem eſſe excō-
municatum, ſufficiat probare quod petiit ab excommunica-
tione abſolui, vt ſic per hoc videatur confeſſus eſſe ſe excom-
municatum, intantum ꝙ poſſit a iudicio excludi, & extra iudi
cium euitari. videtur ꝙ ſic. de elec. venerabilem. ver. fuit. vbi di
cit, ꝙ recognouit ille ſe excommunicatum, dum petiit abſol-
ui. quod tenet ibi glo. quæ nihil allegat. & propterea eſt magis
ſingularis. In cōtrarium eſt quod no. Inn. in d. c. venerabilem.
vbi dicit, quod per hoc ſolum infertur, ꝙ habet læſam cōſcien
tiam. & idem de or. cogn. c. 2. dicit quod non poteſt ex hoc pu
blicari, nec ſufficit opponenti de excommunicatione probare
ꝙ petierit abſolui: quia poteſt eſſe ꝙ petiit ex abundanti cau-
tela ſe abſolui. quia bonarum mentium eſt &c. 5. diſt. ad eius.
& idem de app. ad præſentiam. dicit, ꝙ excommunicatus qui
petijt ſe abſolui, poteſt poſtea probare excommunicationem
eſſe inualidam, quod nota ſingulariter. Bar. autem ff. de verb.
oblig. decem. dicit, ꝙ qui petit ſe abſolui, eo ipſo fatetur ſe eſſe
in poſſeſſione excommunicationis, adeo ꝙ euitari debet, niſi
petierit ad cautelam. & hoc per ca. venerabilem. ſecus dicit, ſi
de præterito dicit ſe fuiſſe abſolutum. Ego ſimpliciter dico, ꝙ
non probatur excommunicatio, cum probatio debeat eſſe ta-
lis, quæ neceſſario inferat. de proba. in præſentia. nō ſic autem
hic neceſſario infertur, cum poſſet eſſe vt prædixi. i. quod petijt
ad quandam abundantem cautelam, licet hoc non expreſſe-
rit, & quod petendo ſimpliciter ſe abſolui, non intelligatur fa
teri ſe excommunicatum, induco de homici. ex hibita. vbi ſin-
gulariter probatur, ꝙ qui petit veniam ſuper delicto, non per
hoc fatetur ſe illud commiſiſſe. Et ad c. venerabilem. reſpon-
deo, quod dictio, dum, ibi poſita, denotat tempus. ſ. ꝙ tunc re-
cognouit ſe excommunicatum. ſ. per verba ad hoc apta. non
autem denotat cauſam, vt ſit ſenſus, ꝙ per ipſam abſolutionis
petitionem recognouerit. ita dicit Spec. de proba. §. fi. verſi. ſed
30 nunquid. quod eſt nota. Quæro quomodo tollitur † excōmu-
nicatio. Sol. tollitur per abſolutionem. ſupra eo. ti. cum deſide-
res. inf. eo. ſacro. & in pluribus aliis c. quomodo autem fiat abſo-
lutio, & a quo, & quæ forma ſeruetur in facienda abſolutione
tam ab ordinario quam a delegato. no. in d. c. cum deſideres.
& offi. dele. cum contingat. & de reſcrip. ab excommunicato.
& in omnibus de hoc dixi. Plura alia quæri poſſent. ſed per præ
miſſa aperitur via ad omnia. Laus & gloria ſit indiuiduæ Tri-
nitati. Amen. Repetitum per me Franciſcum de Zabarellis iu
ris vtriuſque doctorem. 1394. menſe nouembris in felici ſtu-
dio Paduano.

ADDITIONES.

a Ab excommunicato Adde gl. in c. decernimus. de ſent. exc. li. 6. & in c. excō-
municamus. 1. §. credentes, de hæret. lib. 6. Fre. de Senis conſi. 228. incip. re-
ctor Marchiæ Anchonitanæ.
b Doctorari. Adde Card. in proœm. cle. in 2. col. Innoc. in c. per venerabilem.
qui filij ſint legit. Io. de Ana. in rubrica de magiſtra Card. Ale. in proœm. de-
creti in vlt. col. ver. ideo dicimus.
c Dignitas. Adde Abb. in c. quanto in primo not. de magiſt. in c. propoſuiſti.
ad fi. de proba. in c. clerici el 2. in 5. col. de 6. & ho. cle. in c. a nobis el 2. ſuper
gl. in verbo relaxatum, de ſen. ex. in c. ſuper eo. el 2. eo. tit. in c. 1. vlt. no. de pri
ui. in c. 1. de iudæis. in c. cum ſit. el 2. in primo no. eo. tit. in c. clerici, in 2. col.
de iud. in c. 2. in 1. col. de delic. puer.

SVMMARIVM.

1 *Iuſſus domini in atrocioribus excuſare non dicitur.*
2 *Abbas per clericum ſecularem monachum percutere poteſt.*
3 *Cauſa conſideretur ne potius quam factum.*
4 *Abbas quando veniat appellatione monachorum.*

VNiuerſitatis. Abbas, qui fecit monachū
per laicum verberare, & ip
ſe verberans excommunicati ſunt, nec abſoluun-
tur niſi a papa. Communis diuiſio ibi, nobis. Not.
1 ꝙ iuſſus domini † non excuſat in atrocioribus ibi, ad iuſſionē
Abbatis. 26. diſt. an putatis. de reg. iur. ꝙ quis lib. 6. vbi de hoc.
2 Nota, ꝙ per clericum ſecularem poteſt Abbas † percutere mo
nachum ibi, per clericum. de hoc per Arch. 45. di. in prin. No-
ta, quod per conuerſum hoc non licet, quia dicit ſolum de cle
rico & monacho. & hoc niſi conuerſus eſſet clericus. quod te-
net Archid. loco præallegato. Nota, ꝙ Abbas non euitat excō-
municationem, quando ſine cauſa præcipit verberare mona-
chum: ſed cum cauſa ſic, vt cauſa diſciplinæ, quo caſu etiam ſi
turbetur non eſt excommunicatus: quia iuſta eſt turbatio. 45.
di. ſed illud. Opp. primo, ꝙ Abbas non debeat percutere in pro
pria perſona. 86. diſt. non licet. C. de epiſc. & cl. authen. ſed ne-
que. gl. ſoluit ꝙ illa in epiſcopo, qui non debet per ſe percute-
re. quod eſt verum ſi habet per quem id faciat, alias per ſe po-
teſt vt nota. in iuribus allegatis. Aliud in Abbate qui ſimplici-
ter poteſt per ſe. ratio differentiæ ponitur in glo. quia ſanctitas
&c. Opp. ſecūdo in eo quod prohibetur Abbati, ne faciat per-
cuti monachum, niſi per clericum vel monachum, etiam ſi
3 cauſa ſubeſt. debet enim conſiderari potius cauſa, quam factū,
ideſt quam modus. 33. q. vlt. occidit. ff. de furtis. l. verum. ſupra
de accu. cum dilecti. glo. format & non ſoluit. dic contrarium
procedere, quando modus non eſt de ſubſtantia. pro hoc. 11.
q. 3. ſi ergo minus. & §. iratus. ſicut etiam contrahitur irregula-
ritas ex homicidio licet iuſto. Ratio autē, quare prohibuit per
laicum percuti monachum, eſt honeſtas & decentia. Itē quia
laicus magis excandeſceret, quam clericus. Item videretur de-
notari quædam ſuperioritas laici ad monachum. Opp. tertio
de c. vt famæ. inf. eo. vbi etiam laicis licet. Sol. vt in gl. vltim. li-
cet capere, ſed non percutere. & licet gl. vltim. dicat, quod licet
capere eum qui corrigi non poteſt; idem dicit & ſi nondum
apparet incorrigibilis. inf. eo. ſi clericos. & ibi de hoc in glo. 5.
lib. 6. quam vide ad intellectum capituli. Oppo. quarto, quod
Abbas non deberet cogi ire ad ſedem apoſtolicam pro abſo-
lutione: monachi enim abſoluuntur ab Abbate, cum ſunt ex-
communicati per c. ſi quis ſuadente. inf. eo. cum illorum. Sol.
hic non poſſe abſoluere ſemetipſum: quia inter ſoluentem
& ſolutum debet eſſe diſtinctio. de inſti. c. fi. Opp quinto, quia
poſſet abſolui ab epiſcopo. d. c. cum illorum. Sol. Vinc. hoc te-
nuit. & Spe. de ſen. prola. §. vt autem. ſed repugnat huic textui,
qui vult vt accedat ad papam. vnde dicit aliud in monachis,
aliud in Abbate. Ad quod oppono ſcaio: quia nomine mo-
a nachorum venit Abbas. [a] de ſymo. c. finali. Solu. illud quando
eſt facienda diſpoſitio a tertio in monachos. & per hoc di-
ci poſſet, quod in caſu c. religioſo. in principio. inf. eo. lib. 6. vbi
dicitur

ADDITIO.

a Abbas. Adde Card. in c. 1. in 5. opp. quod ne. cauſa.

Digitized by Google

dicitur religioſum poſſe abſolui ab epiſcopo eo caſu quo poſſet abſolui clericus ſecularis: dicemus procedere etiam in Abbate. Sed hic loquimur de diſpoſitione facienda ab Abbate in monachos, & ſic perſona Abbatis intelligitur excepta. Si autem vis tenere opi. Vinc. & Spec. oportet intelligi textum, quod percuſſio fuerit talis, per quam clericus ſecularis eſſet mittendus ad papam: vt quia non leuis. ſup. eo. peruenit: ſecus ſi leuis, vt hic.

IN audientia. Clericus, qui a prçlato ſuo tertio monitus, arma militaria non deponit, perdit priuilegium clericale. Communis diuiſio ibi, taliter reſpondemus. Opp. quia ſola derelictio habitus etiam ſine trina monitione faciat perdere priuilegium clericale. ſup. eo. cum non ab homine. & c. perpendimus. Sol. vt in dictis iuribus. Opp. ad idem de ca. ex parte tua. ſupra de priuilegiis. Solu. Innoc. ſupplendo hic maxime, in eo quod dicit de monitione, & ſic ſecundum eum idem iuris circumſcripta monitione, dic contra, vt dixi in ca. perpendimus.

QVod de his. Enumerat quædam impedimenta, propter quæ excommunicati pro manuum iniectione abſoluuntur ab epiſcopo; ita tamen vt ceſſante impedimento viſitet papam. primo ponit regulã. ſecundo quoſdam caſus exceptos: inter quos eſt impedimentum infirmitatis. quod intellige, vt dixi etiam citra mortis periculum, quando eſt tanta quod impedit acceſſum ſecundum Inn. Opp. primo de c. peruenit. ſup. eo. vbi epiſcopus abſoluit. Sol. ibi quando leuis fuit exceſſus. hic quando mediocris, vel enormis. Oppo. ſecundo in eo quod in fine vult, vt reſumptis viribus viſitent papam. nam quantum ad ſenes omni die fiunt debiliores. Solu. quantum ad eos non procedit litera, niſi forte contingeret, vt curia fieret proximior, ita quod poſſet facilius accedere. Opp. tertio in eo quod facit differentiam inter mortis articulum & infirmitatem, cum tamen videatur idem caſus. Sol. differunt: quia ſecundum Inn. poteſt eſſe periculum mortis citra ęgritudinem: vt quia timet hoſtem capitalem, vt quia eſt iturus per loca periculoſa. ff. de dona. l. 3. cum ſequentibus. vel eſt captus & damnatus ad mortem per iuſtitierium.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio vna propter plures cauſas ferri poteſt.*
2 *Excommunicatus an poterit iterum excommunicari.*
3 *Excommunicatus pluribus excommunicationibus, an differat ab excommunicato vnica excommunicatione ex pluribus cauſis.*
4 *Diſpoſitio vna facta ex pluribus cauſis, quarum qualibet ſufficit, habet vim plurium diſpoſitionum.*

CVm pro cauſa. Si excommunicatus ex pluribus cauſis, in abſolutione omnes non expreſſit, nõ habetur pro abſoluto: primo narrat cauſam. ſecundo dat iudices tui, diſcretioni. Et pone caſum quod G. archidiaconus agebat contra F. pro percuſſione ſucceſtoris, ſed intellige quod intererat ſua vel fecit ratione intereſſe generalis, ne excommunicato communicetur. Item colligunt aliqui, ꝙ violãs immunitatem clauſtri, eſt excõmunicatus ipſo iure. quod tenet Hoſti. ſed glo. t. hic contra & verius, vt non ſit excommunicatus maiori, niſi quando violat cum effractione vel incendio. ſup. c. tua. & c. conqueſti. propterea habito reſpectu ad hanc violationem, non poterat F. archidiaconus denunciari excommunicatus, niſi primo pronunciaretur per ſententiam. No. quod
1 propter plures cauſas poteſt ferri vna excommunicatio † & vna publicatio ibi, excommunicatum publice nunciari. Not. ꝙ excommunicatio vnica lata ex pluribus cauſis ſufficientib. de per ſe. i. quarum quælibet ſufficit vnica remanente cauſa, durat diſpoſitio. ſup. de vſu pal. ex tuarum. intelligendo hoc, ꝙ ſi aliquam cauſam tacuit, non valuit abſolutio. Et ſecũdum hoc not. ꝙ dictio tanquam eſt expreſſiua veritatis, ſicut & dictio quaſi ibi, quaſi vnigeniti. Opp. primo, quod non debuerit audire procurator G. archidiaconi, cum ageretur de crimine .ſ. ſacrilegii propter percuſſionem & violationem immunitatis eccleſiæ. quia in criminibus non auditur procurator. ſupra de accu. veniens. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. Sol. qualiter ageretur hic non apparet. vnde intelligo, ꝙ cauſa erat ciuilis. pro hoc inf. in fi. in eo ꝙ mandat cogi F. ad ſatisfaciendum eccleſię, quod intelligit Hoſt. vt ſatisfaciat in pecunia. vel ego intelligo, quod etiam alio modo. ſufficit enim ꝙ non agebatur ad pœnam criminalem maiorem relegatione per notata, & plene dixi in illo c. veniens. Oppo. ſecundo, ꝙ archiepiſcopus non potuit ſe impedire: quia non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum. ſup. de off. ord. paſtoralis. So. hic potuit, vel in caſu notorietatis, ponendo excommunicationem per c. ſollicitudinem. ſup. de app. vel quia fuerat appellatum ad eũ. ſup. de offi. ordi. ad reprimendam. vel ex alio iure ſpeciali. Oppo. tertio, ꝙ debuerit imponi grauis pœna iſti F. tanquam ſacrilego, & non pœna pecuniaria, quę tamen imponitur infra, quando mandatur vt ſatisfaciat eccleſiæ, & ſic de ſuo intereſſe. Soluit Inn. ꝙ de crimine ſacrilegi bene poteſt agi ad intereſſe, ſicut & pro aliis criminibus. & licet iniuria augeatur per ſacrilegium, tamen ſecundum eum non inducitur actio iniuriarum nec per legem nec per canonẽ: immo omnia iura punientia ſacrilegos, imponunt pęnas ſpirituales, corporales, vel pecuniarias, & pecuniariæ applicãtur fiſco. 18. q. 4. quiſquis. & c. ſequenti. ff. ad l. Iulia. peculatus. l. 4. §. ex ſacrilegii. 1. & 2. & ſecundum Hoſt. nomine fiſci quandoque intelligitur eccleſia. pro hoc glo. de conceſſ. præb. quia diuerſitatem. Ex prædictis nota, quod pœna ſacrilegii, quę ponitur in iure, nõ eſt de maioribus: immo eſt infra relegationem. Eſt autem ſecũdum Inn. ſacrilegium multiplex. quandoque enim dicitur non proprie, ſed quaſi ſacrilegium, vt cum quis vſurpat rem eccleſiæ deputatam ſacro vſui. In quo aduerte, quod aliquando aufertur ſacrum de non ſacro, aliquando econuerſo. de quo in præallegato ca. quiſquis, & in §. præcedenti. Dicitur etiam ſacrilegium aliquando large, cum quis tranſgreditur ius publicum, quod conſiſtit in ſacris. 1. diſt. ius publicum. vel qui articulos fidei vel præcepta vel prohibitiones offendit. Item qui diſputat de iudicio principis, niſi manifeſte conſtet quod ſit contra Deum. infra eo. inquiſitioni. Item qui committunt officia publica Iudæis. & aliis modis, de quibus in §. quia autem. & ca. ſequenti. 17. q. 4. 12. quæſt. 2. nulli. maxime autem qui lædit clericum in perſonam dicitur ſacrilegus, & eſt excommunicatus maiori. Sed qui in rebus eſt etiam ſacrilegus & excommunicatus minori, & punitur in pecunia. 17. quæſt. 4. ſi quis contumax. & tribus c. ſequentibus. quod tenet hic glo. prima, licet illa iura ibi non plene probent. Habes etiam hoc in textu ſacrilegium ex loco. & in hoc ſecundum Innoc. eſt pœna arbitraria. hæc verba Innoc. ſumuntur ex c. ſacrilegium. 17. quęſt. 4. & quod ibi not. de hoc ſacrilegio aliquid tetigi de fo. compe. conqueſtus. Opp. quarto, quod propter violationem clauſtri non fuerit excommunicatus iſte F. quia non reperitur iure cautum. glo. prima, ſtat contrario, & eſt vera licet Hoſtien. dicat talem eſſe excommunicatum, ſiue violet eccleſiam, ſiue domos intra 40. paſſus. 17. quæſt. 4. miror. & c. ſicut antiquum. & c. frater. Item quia quæ religioſis adhærent &c. Tene gl. & vt dixi notando. Oppo. quinto in eo quod mandat in fi. iſtum tanquam excõmunicatum cogi ad ſatisfaciendum. erat enim abſolutus. Sol. dictio, tanquam, legitur dupliciter, vt ſup. gl. vlt. vno modo, vt ſit expreſſiua ſimilitudinis, ſicut dicit de dictione ſicut. ſup. de ſumma Tri. cap. 2. de iud. quia vero. & ſic non importat veritatem, & tunc ceſſat contrarium. Alio modo legitur, quod ſit expreſſum veritatis. & hoc tenet glo. & ſecundum hoc variantur opi. vt patet in gl. propter quas excutiendas. Quæro, an ex-
2 communicatus † poſſit iterum excommunicari. ᵃgl. tenet ꝙ
a ſic, ſed nihil allegat. probatur autem ſup. de Iudęis ita quorundam. & 3. q. 4. Engeltrudam. & inſ. cap. officij. Quæro ſecun-
3 do, an ſit differentia, an aliquis ſit † excommunicatus pluribus excommunicationibus, an autem vnica ex pluribus cauſis. Glo. refert opi. Tan. qui tenet, quod ſic. quod ſentit etiam Innoc. ſed gl. tenet contrarium, & eſt verior quantum ad modum abſolutionis: quia ſiue ex pluribus cauſis, quarum quælibet ſufficit ad excommunicationem, ſiue pluribus excommunicationibus quis ſit innodatus, vna eſt, quod non intelligitur abſolutus niſi omnibus excommunicationibus ſublatis, quando ſunt plures, vel facta mentione de omnibus minimis, quando ſunt plures. nec curandum eſt, vt dicit glo. an taceatur alia cauſa per dolum vel ignorantiam: quia etiam ſi ignoranter durat excommunicatio: fuerunt enim obreptitiæ ipſo facto, cum princeps non alias tractaſſet pro abſoluto, niſi pro omnibus cauſis abſoluiſſet. Et ſecundum hoc no. quod
4 vna diſpoſitio † facta ex pluribus cauſis, quarum quælibet ſufficit, habet vim plurium diſpoſitionum. ſupra. de vſu pallij. ex tuarum.

ADDITIO.

daret literas. ad hoc de don. per tuas. dicit tamen Hoſt. an ſit di-
ſpenſandum, hoc arbitrabitur bonus iudex: qui potius in hoc
debet manum reſtringere, quam laxare. nam ſi contra religio-
ſum præſumitur qui adulter erat, fortius præſumendum eſt
contra clericum ſecularem. dicit tamen Hoſti. quòd timet ne
impetrantes ſe ſeducant: vt quia allegabũt ignorantiam, cum
non ignorauerint. pœnitentia autem neminem decipit, ſed
iudicat ſicut audit. Opp. ad hoc, quod non ſit diſpenſandum
cum iſtis ſup. eo. c. verſ. primus. So. ibi de ſcienter ordinatis: ſed
hic de allegantibus ſe ignorãtes. de quibus dic, quòd ſi verum
dixerunt, tenet diſpenſatio papæ. ad hoc. ſup. eo. c. ver. poterunt
tamen. Si autem falſum, diſpenſatio eſt nulla. de offic. ordi. ex
parte. de fide inſtr. quod ſuper his. ſicut dixi de excommunica-
tione facta ex cauſa, quod ipſo iure eſt nulla, ſi cauſa fuit fina-
lis: quod dixi in c. ab excommunicato. de reſcrip. Quæro quo-
modo ſcietur, quod iſti ordinati pendente excommunicatio-
ne hoc fecerint ſcienter in contemptum eccleſiaſticæ diſcipli-
næ. gl. in verbo contemptum. dicit hoc præſumi. quod eſt ve-
rum, quando ſcienter fecerunt: nec tunc vt dicit gl. admitte-
retur probatio in contrarium. pro hoc de pręſumpto. c. 1. Quę-
12 ro in verſi. circa reliquos. nunquid † ignorantes factum & non
habentes memoriam ꝙ ſint excommunicati, ſi recipiunt or-
dines: an recipiant executionem. dicit Inn. ꝙ non: licet recipiẽ-
do non peccent. pro hoc ſecundum Hoſt. 34. di. ſi cuius. & ſe-
cundum Inn. non ſunt ſuſceptibiles talis executionis. ar. de ex-
ceſ. præla. c. ſi. de cle. ex. apoſtolicæ. & c. ſi. de æra. & qua. cum bo
nę. pro hoc quòd no. de ord. ab epiſcopo qui renun. epiſcopa-
tui. c. 1. & 2. & de apoſtatis c. 1. Illa tamen iura maxime loquun-
tur de collatoribus excommunicatis: ſed de recipientibus ex-
commonicatis faciunt ad prædicta per identitatem rationis.
& de hoc dixi quid iuris in d. c. 1. in ſi. de apoſtatis. Quæro in
eo, quòd in verſ. circa reliquos. excipit adultum & diſcretum:
an requiratur vtrumque coniunctim. col. pe. dicit, quòd ſic. di-
cit tamen Hoſt. quòd eo ipſo quod eſt adultus, præſumitur di-
ſcretus id eſt, ſanæ mentis: niſi aliud probetur. de ſucceſ. ab in-
teſta. c. ſi. Ex quo enim excedit infantiam, peccare poteſt. licet
propter fragilitatem ætatis mitius agatur cum eo de delic. pue
rorum. c. 1. & 2. contra adultum. ergo merito præſumitur, vt
hic. & de cle. per ſal. promo. c. vno.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus abſoluit moniales pro iniectione manuum.*
2 *Epiſcopus an poſſit abſoluere moniales exemptas.*
3 *Monialis ſi percutiat clericum, an per epiſcopum abſolui poſſit.*

DE monialibus. Moniales excommuni-
catas † p iniectione ma-
nuum abſoluit epiſcopus. Communis diuiſio. ſe-
cunda ibi, ſuper quo. Oppone, quòd potius debue-
rit hoc permitti abbatiſſæ quam epiſcopo. So. dic, ꝙ abbatiſſa
non eſt capax huius poteſtatis. quod dic, vt in gl. in prin. & per
hoc deciditur quæſtio, nunquid abbatiſſa debet intereſſe cum
epiſcopo in abſolutione: ſicut adiungitur vnus abbas alteri.
ſup. c. proxi. verſ. ſi vero clauſtralis. & dic quòd non, ſecundum
Io. & Vinc. ratione prædicta: quia incapax eſt huius poteſtatis.

2 Quæro, an epiſcopus † poteſt abſoluere moniales exemptas gl.
dicit, ꝙ ſic, quia abſoluit authoritate papæ: & tanquam delega
tus. gl. habuit reſpectum ad antiquam: quia in antiqua ibi per
epiſcopum, erãt hæc verba authoritate noſtra, quę ſunt remo-
ta. vnde vẽ potius, ꝙ epiſcopus hoc facit iure ſuo: tamen cum
gl. ꝙ poſſit etiam exemptas abſoluere, tenuit Vinc. inf. eo. ca-
nonica. & pro hoc quod ibi no. & Innoc. hic. ad hoc de ſta. regu
la. c. vno. in ſi. lib. 6. & de ſta. mo. cle. attendentes. Sed illa iura e-
tiam faciunt contra: quia non indiſtincte permittitur ibi pote
ſtas epiſcopis ſuper moniales exemptas. vnde attento ꝙ verba
authoritate noſtra, fuerunt remota, vt prædixi: & quod ibi po-
nitur in textu verbum reſpondemus. ex quo infertur, ꝙ hæc di
ſpoſitio ſit de iure, & non inducat ius nouum. pro hoc ſup. de
temp. ordi. conſultationi. & quod ibi no. in gl. ſi. quæ eſt ſingu-
laris ad hoc: potius puto ꝙ epiſcopus non poſſit exemptas ab-
ſoluere. & quoad hoc ſufficit, ꝙ hoc nõ probatur hic. Quęro,
ſi monialis percutit monialem alterius monaſterij & epiſco-
patus: dicit gl. ꝙ concurret vterque epiſcopus. tenent Innoc. &
Hoſt. & ſecundum hoc intellige textum ibi, per epiſcopum in
cuius dio. monaſteria fuerint, qñ ambo monaſteria erant ſub
eodem epiſcopo. vel textus habuit reſpectũ ad pluralitatẽ mo-
naſteriorum propter pluralitatem percutientium. ad hoc ſup.
de priuile. vt priuilegia. Quęro, ſi monialis percutit clericum
non commorantem in monaſterio ſuo: an poterit abſolui per
epiſcopum. dic, quod ſic: quia hic ſimpliciter dicitur de cleri-
cis. & hoc ſpeciale in monialibus: & ſecus de monachis, vt
dixi. ſup. c. proxi. ver. ſi vero.

SVMMARIVM.

1 *Commodum ex malitia quis ſentire non debet.*
2 *Peccator cum non corrigitur, amplius ei aliquid præcipi non debet.*
3 *Inquilinus domino excommunicato communicare poteſt ſine pœna.*
4 *Catholico non excõicato, an liceat cum excommunicato contrahere.*
5 *Fornicarij notorij non ſunt ſalutandi.*
6 *Cruce ſignati licite poſſunt tranſire in nauibus excommunicatorum.*
7 *Inſtrumentum factum per notarium excommunicatum, an faciat fidẽ.*
8 *Excommunicatus an poſſit ſuam vel ſuorum proſequi iniuriam.*

SI vere. Legitur duobus modis. vno modo, ꝙ
cruce ſignati contraxerunt cum Vene
tis, poſtquam Veneti fuerant excommunicati, &
hoc ſcientes. Et ſecundum hanc lec. non continet
ius commune, ſed indulgentiam ſpecialem, Secundum com-
munem modum intelligendi. ideo ſecundum hanc lec. non
ſummo. Secundo modo legitur, quòd contraxerunt ante ex-
communicationem: vel ſi poſt, ignorauerunt de excommuni
catione; & tunc continet ius. Et ſecundum hanc lec. in ſumma
dicit. Si locanti operam perſonalem ſoluiſti precium vel eius
partem, & poſtea fuit excõmunicatus vel etiam prius, ſed igno
rabas: ſi ad ſatisfaciendum non poteſt induci in opera locata,
ſibi poteris communicare. primo ponit permiſſionẽ. ſecundo
eam probat ibi, cum enim. & illa in tres partes, vt tribus ratio-
nibus probat. ſecunda ibi eſt autem tertia ibi, præterea. Induci
monitis vel precibus. Coarctari. vt quia non timent cẽſuram,
& brachium ſeculare deficit. Aliter fieret ſcilicet ꝙ ipſos vita-
retis, & quod dediſtis perderetis apud deum. & apud eccleſiã
& homines quoad hoc: licet alias quandoque horum iudicia
ſint diuerſa. ſup. eo. a nobis 2. No. quòd ex malitia non debet
quis commodum ſentire. quod dic, vt in gl. 2. pro hoc de præ-
1 ben. cum qui. lib. 6. & c. intelleximus. de iudicijs ſupra. Nota,
2 quod cum peccator † non corrigitur, non eſt amplius ei ali-
quid præcipiendum. Sic enim hic in caſu, quo Veneti non
poſſunt induci vel coarctari, de eis nihil vltra diſponit. ſed ta-
men ſecundum Vin. procedere poteſt hoc in multitudine.
ſemper tamen captandum eſt tempus correptionis 33. q. 4.
non poteſt. Nota quod nauta, qui incidit in excommunicatio-
nem, debet refundere precium quod recipit. quia perficere ne-
quit quod promiſit. imputatur ergo ſibi impotentia ex ſuo fa-
facto ſurgens. ad hoc de reſcrip. ſciſcitatus. Nota de damno ex-
communicatorum non curandum. hic enim papa non cu-
rat niſi de damno cruce ſignatorum, qui cum eis contraxe-
rant ibi, vos damnum ex pęnitentia. pro hoc: quia talibus non
3 eſt fauendum. de ap. paſtoralis. in ſi. Not. quòd inquilinus † do-
mino excommunicato communicare poteſt ſine pœna. Ita
arguit abbas ex eo quod permittitur cruce ſignatis exiſtenti-
bus in naui communicare Venetis. ſed non proprie colligitur
hic: quia hoc operatur hic neceſſaria commixtio, quæ fit in na
uibus. ſed inquilinus non habet in aliquo ſe immiſcere cũ dño
ſaltẽ neceſſario. & hoc niſi dñs locaſſet tñ partẽ domus. & tũc
de ipſo dic, prout dicã in quęſtione de ſocio. quã tangit gl. pen.
Oppono primo in eo ꝙ in principio dicit, ſi Veneti ſatisfacere

noluerint

Digitized by Google

noluerint nec abſolui: ex quo apparet, ꝙ poſſent abſolui ſine ſatisfactione. Ad quod oppone inſ. tit. 1. ex parte. Solu. ſecundum Hoſt. hoc ipſo nolunt abſolui, quòd nolunt ſatisfacere, ſi offenſa propter quam fuerant excommunicati, erat manifeſta per d.c. ex parte. Sed dic, ꝙ hic intelligitur de alia ſatisfactione, ſcilicet ad quam tenebantur crucesignatis propter pecuniam ab eis receptam, verius eſt tamen dictum præcedens. Opp. ſecundo ꝙ non debuerit permitti crucesignatis communicare Venetis excommunicatis 11. q. 3. cum excommunicato. & c. placuit. de offi. ordi. ad reprimendam. ſup. eo. cum deſideres. §. 1. So. vt dixi in prin. poteſt textus intelligi duobus modis. vno modo, ꝙ hoc ſit de iure. quod tunc expone permittimus idest, permiſſum oſtendimus. quod tenet Innoc. Alio modo, ꝙ ſit ſpecialis indulgentia: & tunc verbum, permittimus, ſtat pro-
4 prie. Quæro generaliter, an liceat catholicis † non excommunicatis contrahere cum excommunicato: videtur, ꝙ ſic per hunc textum: intelligendo quod tempore contractus Veneti erant excommunicati. Sed ſi fuerunt excommunicati poſtea, hoc non probatur hic: & ſic intelligunt quidam, vt refert Inn. dicentes, quòd hic erant côductę naues & arrhę datę & maior pars nauli: ſed nondum determinatum erat ad quem portum deberent applicare: & in hoc permittitur, quòd ſuper hoc ſcilicet ſuper modo applicandi ad portum conueniant cum excommunicatis. & ſic intelligunt ibi textum ibi, vel honeſte conuenerint. In quęſtione autem videtur, quòd nullus contractus cum excommunicato initus valeat: quia fit contra apoſtolum dicentem. Non commiſceamini fornicarijs idest, nominatim propter fornicationem excommunicatis 2. q. 1. mul-
5 ti. Item tales non ſunt in domo † recipiendi: nec eſt eis dicendum Aue. 24. q. 1. omnis. nec eſt eis communicandum verbo vel facto, vel alio modo 11. q. 3. cum excommunicato. & c. placuit: & quod no. ſup. eo. cum deſideres. cum ergo communio ſit prohibita, per conſequens & contractus qui ſine côione nô poteſt expediri. ar. ſup. eo. inter alia. §. 1. ergo erit initus contra legem apoſtoli ſiue dei: & ſic eſt irritus: vel debet irritari, quod in idem recidit. nam ſi aliquid fit contra legem humanam, nô tenet 10. diſ. vides. C. de legibus. l. non dubium, de agrico. & cenſi. l. quemadmodum. lib. 11. fortius ergo non tenet factum contra mandatum dei ſeu apoſtoli. fortius enim eſt mâdatum dei, quam hominis inſ. c. relatum 11. q. 3. qui reſiſtit. & lex naturalis fortior eſt, quam poſitiua. de conſue. c. fi. in prin. In côtrarium eſt ſup. de excep. cum inter. & c. dilecti, dilecte, exceptionem. & c. fi. de iud. intelleximus. de re iudic. ad probandum 11. q. 3. Iulianus. & c. quoniam multos. Solu. ſecundum Inno. omnia, quæ agunt excommunicati in iudicio vel extra circa temporalia, valêt: ſed circa ſpiritualia dicit ꝙ retinêt ius, licet quoad fructus fiat eis ſubtractio. ius tamen de nouo non poſſunt acquirere in ſpiritualibus. Eſt mens Inn. ꝙ excommunicatio non tollit ius ſpirituale, quod quis habebat. non enim priuat titulo beneficij, vel alio iure ſimili. Sed bene impedit, ꝙ pendente excommunicatione titulum ſpiritualem vt beneficij acquirere non poteſt, pro prædictis de excep. c. fi. de ap. paſtoralis: in fi. de reſcrip. dilectus de æta. & qua. cum bonæ 11. q. 3. Iulianus. & c. quoniam multos. Et ad dictum apoſtoli reſpôdet Inn. quod licet prohibeat contrahere, non prohibet côtractum ſeruare, maxime tempore quo ſeruare poteſt ſine peccato: vt ſi excôicatus fuerit abſolutus. Et dicit Inn. valde notabiliter, ꝙ non eſt naturalis pœna contrahentium contra ius vel côtra mandatum principis ꝙ irritetur contractus: immo ſi hæc pęna infringeretur, fieret côtra ius dicens pacta ſeruanda ff. de pac. l. iuriſgentium. §. ait prætor. ad hoc ſup. de pactis c. 1. dicit ergo Ion. ꝙ naturalis pęna eſt pecuniaria ſiue corporalis, quæ debet infligi inobedientibus, prout inuenitur in iure, prout videbitur iudici, ſi certa non eſt in iure ſtatuta. de off. dele. de cauſis. pro hoc: quia temporalia iudicanda ſunt iure fori, non iure poli. 8. di. quo iure. dicit. Hoſt. ꝙ neſcit qñ aliquis iuris peritus potuit hanc opinionem amplecti, quæ nullo iure probatur. nâ ſecundû eum iura ſupra pro ipſa inducta potius contradicunt. dicit ergo ſe fateri, ꝙ cum quis contrahit cum excommunicato, ſurgit naturalis obligatio: ſed tñ contrahês ſcienter peccat. vnde êt ſi dicatur, ꝙ ſurgat obligatio naturalis & ciuilis: tñ ciuilis adeo læditur ſeu eliditur vel inficitur, ꝙ ex ea non poteſt agi cû effectu. pro hoc inducit: quia ſicut pactum de non petendo vel acceptilatio adeo elidit, ꝙ impeditur actio vel in totum tollitur. ff. de ſol. l. Stichum. §. naturalis. de iureiur. l. fi. ff. de noua. l. 1. inſti. quibus mo. tollitur obligatio. §. item per acceptilationem. & §. nouatio. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. ita in mêtem cuiuslibet chriſtiani cadere debet, ꝙ prohibitio de communicando excôicato ſit tanti effectus, vt impediatur actio. nam êt ipſe excôicatus grauiter peccat contrahendo: quia ingerit ſe côioni hominum contra iura de cle. ex. illud. ergo non debet commodû reportare. quod reportare poſſet, ſi teneret contractus, nam pone, ꝙ vendidit rem, ſi dicemus emptorem poſſe agere, vt tradatur, conſequetur excôicatus commodum, quia habebit rei præcium, ꝙ forte magis ſibi expedit, quam habere rem. ad hoc ff. de contrahen. empt. l. 1. Op. tertio ad hoc. quia ſaltem deberet tenere contractus in fauorem non excôicati: ne excôicatus de ſuo dolo commodum ſentiat. ad hoc. ff. de condi. indebi. l. nâ & natura. ff. de dolo. l. 1. So. illa iura hoc non probant, ꝙ quis non debet ſentire damnum ex eo, ex quo non ſentit commodum. & ex hoc poteſt opponi alio modo: quia aut neceſſe eſt dicere, ꝙ côtractus teneat vltro citroque: aut ꝙ pro neutro teneat. ſed hic in textu apparet, ꝙ tenet in fauorem nô excôicati. ergo & pro excommunicato. So. Hoſ. fatetur, ꝙ excôicato acquiritur naturalis. ſed de ciuili ſecus eſt. ſm hoc dicit Hoſti. ꝙ licet excôicatus non excôicato poſſit efficaciter obligari, adeo ꝙ poteſt efficaciter conueniri & poteſt ſe defendere. de iudi. intelleximus. de excep. cum inter. non tñ ita eſt econuerſo. non enim non excommunicatus obligatur efficaciter excommunicato: immo ei agenti obſtat exceptio. d. c. cum inter. Op. quarto ad hoc. nam ex ſola naturali obligatione datur actio de iure canonico. de pac. c. 1. & 3. & vtrobique de hoc. So. ſecundum Hoſ. patet per notata de dolo veritatis. & intelligit Hoſ. prædicta de excôicato notorio, ſeu publice nunciato: ſecus dicit de occulto, cû quo geſta tenent. de re iudi. ad probandum. ff. de offi. præto. l. Barbarius. nam occultus excommunicatus êt beneficia conferre, & acquirere poteſt. dicit tñ Hoſt. ꝙ ſi acquirunt, facta fide pronunciabitur collationem nô tenuiſſe. pro hoc de ordinatis ab epiſcopo. c. 1. licet de facto teneat vſque quo fuerit doctum. quia eccleſia non iudicat de occultis. de ſimo. ſicut nobis in fi. ad hoc c. tñ dèt Hoſt. ꝙ authoritate iuris hoc fit & ex cauſa. pro hoc 11. q. 3. quoniâ multos. vnde potius eſt hic ſpeciale contra regulâ. Per hæc dicta Hoſ. colliguntur tres concluſiones. prima, ꝙ contractus celebrati ſcienter cum excôicato non tenent quo ad parendum actionem, ita ꝙ nec non excôicato contrahenti: nec ipſi excôicato concedetur actio. Secunda, contractus celebrati ignoranter cum excôicato tenent quo ad non excôicatum tantum: ita ꝙ non excôicatus poteſt agere contra excôicatum, & non econuerſo. Tertia concluſio, geſta per excôicatum occultum ratione officij tenent ſolum de facto, donec de excôicatione non conſtabit. Quo ad primam oppone de notatis de dolo & côtum. veritatis. So. ſta côtrario. & verior eſt opinio Inn. poſita hic & ſupra recitata. quam êt tenet Inn. in d. c. veritatis. nam côtractus ſunt pro magna parte de iure gentium. & ideo effectus ipſorû per excôicationem, quæ eſt de iure poſitiuo, non debet impediri, quam rationem declara per id quod dixi in d. ca. veritatis. Item non ſimpliciter prohibitum eſt côicari excommunicato: ſed prohibitum eſt ſub pęna. quia côicans incidit in excôicationem 11. q. 3. cum excôicato. ſup. eo. nuper. nô poteſt ergo argui, ꝙ contractus non teneant tanquam celebrati contra legem. per hoc. C. de legibus. l. non dubium. & quod dixi de poſtulatione. c. fi. & ſm hoc poteſt ſaluari quod dixi ſup. ſecundû Inn. ꝙ naturalis pęna contrahentium cum excôicato, non eſt vt contractus non teneat. per hoc dico, ꝙ contractus cum excôicato celebrati tenent ſimpliciter: & pariût obligationê efficacê vltro citroque. quod intelligo êt in contractibus, qui ſunt de iure poſitiuo. ſufficit enim, ꝙ iure probari non poteſt tales contractus non tenere. nam vt prędixi, nô dicuntur facti contra legem. ſed in hoc eſt bene differentia inter excôicatum & non excommunicatum: quia nô excôicatus poteſt ſtatim agere efficaciter. ſed excôicatus nô: quia poterit repelli vel per partem vel per iudicem. de excep. cum inter. & c. exceptionê. Ad ſecundâ concluſionê oppone. quia contractus non debet claudicare: ſicut nec iudicium d. c. cum inter. So. ſta contrario per ſuperius dicta. Ex quo dic hanc concluſionem etiam non eſſe veram. Op. ad tertiam concluſionem de c. ad probandum. de re iud. vbi probatur geſta per excommunicatum occultum indiſtincte tenere. Sol. ſta contrario. & ſic etiam tertia concluſio non eſt vera. Et per hoc infertur ad quæſtionem Io. cal. qui diſputauit, an geſta per excommunicatum, qui communi opinione habebatur pro non excôicato, valeant. In qua quæſtione diſtinguit, ꝙ aut illa communis opinio eſt non probabilis; & non prodeſt. Aut eſt probabilis; & aut actus de quo quæritur, competit ratione priuati intereſſe: aut ratione publici officij. primo caſu: aut facit per ſe vel ad ſui commodum; & tunc communis opinio non iuuat. aut procuratorio nomine alterius; & tunc aut conſtituens ſciuit eum talem, & non valet. aut ignorauit, & valet. & ſecundum hoc tenet Io. cal. ꝙ ſi excommunicatus tanquam procurator impetrauit pro non excôicato ignorante de excôicatione, tenet impetratio: cuius contrariû dixi de procu. c. fi. & probaî de reſcrip. c. 1. li. 6. vbi indiſtincte dî reſcriptum impetratû ab excôicato non valere. pro hoc: quia communis opinio non facit actum geſtum ab inhabili,

valere, niſi quãdo hoc facit ratione publici officij, prout in ſequenti membro dico. Secundo caſu quando ratione publici officij, aut actus eſt circa temporalia, & valet, quod dico verum, etiam ſi ſit notorie excommunicatus: quia etiam valeret ſi faceret ratione priuati officij, vt ſup. dixi. quod eſt verum quatenus faciat circa temporalia tanquam priuatus, ſed nos loquimur, quando ratione publici officij, ideo ſi communi opinione haberetur pro excommunicato, geſta non valerent per dictum. c. ad probandum. Aut actus geſtus concernit ſpiritualia: & tunc aut quæris de excommunicatione, & illa eſt nulla ſecundum Ioan. cal. pro hoc 24. q. 2. c. 3. quod tenet gl. de ordi. ab epiſcopo qui renun. c. ſi. ſed Inn. hic tenet contrarium, dicens ꝙ excommunicati occulti ſi excommunicant, tenet excommunicatio: ſicut & alia geſta. vt ſi beneficia conferunt vel literas impetrant, quia ipſa dignitas hoc facere videtur, & non perſona excommunicata 8. q. 4. nonne. facta enim horum tuetur prætor: vt no. de elec. nihil. & ad illa iura. 24. q. 2. c. 2. & 3. Reſpondet Inno. ꝙ loquuntur de nominatim excommunicato & non tolerato: verius eſt, ꝙ excommunicatio non tenet per c. audiuimus 24. q. 1. vbi ſimpliciter dicitur, ꝙ excommunicatus alium excommunicare non poteſt, ſed nec eſt verum quod dicit Inno. excommunicatum poſſe impetrare ratione officij, quia impetratio potius ſit ratione priuati intereſſe, quod tenet Io. an. de reſcript. c. 1. lib. 6. licet Archi. ibi approbet hoc dictum Inn. Aut quæris de alijs actibus præter excommunicationem; & de iſtis dic, quòd mero iure tenent per dictum c. ad probandum, dicit tamen Io. cal. in quæſtione prædicta, ꝙ collatio facta ei, qui ſcit de excommunicatione, poſſet irritari, in quo dico, ꝙ cum hoc non ſit iure expreſſum, potius dicendum eſt contrarium: licet æquum ſit dictum Io. cal. Et circa prædicta diſtingue plenius per ea, quæ dixi in d. c. veritatis. Quæro circa hæc, ſi non excommunicatus petit aliquid ex aliquo contractu ab excommunicato: an non excommunicatus cogetur dare excommunicato id, ad quod tenetur ex co contractu. dicit Inn. ꝙ ſic per c. cum inter, ſup. de excep. Inducitur hæc decre. ad quæſtionem. Si ſocius meus incidit in excõmunicationem, ꝙ non per hoc teneor diuidere ſocietatem, ſi ſine magno damno hoc fieri non poſſit, quod dic, vt in gloſ. in verbo excommunicatorum. Op. ad hoc ſup. de mai. & obe. illud, quia commodum ſpirituale debet præferri temporali. ar. d. c. Opp. ad idem de c. omnis 24. q. 1. vbi dicitur, ꝙ beatus Ioãnes receſſit de balneo propter ſuperuenientiam excommunicati. Sol. quia glo. non ſoluit quo ad c. illud, dic, quòd licet ſpirituale commodum ſit præferendum temporali: non per hoc ſequitur, ꝙ quis ſine ſua culpa teneatur ſuum ius dimittere. qđ fieret, ſi teneretur ſocius diuidere ſocietatem. Ad c. omnis, dic, ꝙ ibi ex ſuperabundanti iuſtitia illud fecit beatus Ioannes, vel aliter, aliud eſt dimittere delitias propter præſentiam excommunicati, ꝙ eſt commendabile, vt ibi. aliud eſt dimittere ius ſuum, ad quod nemo tenetur. ita notatur ſup. eo. nuper, & ſic præſuppoſito, ꝙ ſocietas fuit contracta ante excommunicationem, non tenetur ſocius diuidere ſocietatem, quod procedit non ſolum in ſocio in eadem domo: ſed etiam ſi in eadem camera; dum tamen non ſimul cum illo iaceat vel comedat. ita notat Inn. in d. c. nuper. nam ſecundum Inn. & Hoſt. in d. c. nuper, non eſt communio in hoc, ꝙ ego ſim in vna domo pro factis meis, & in eadem ſit excommunicatus pro ſuis. Sed quid ſi erat excommunicatus ante contractam ſocietatem. So. aut ſocius contraxit ſocietatem cum illo: & ſic ex facto ſuo ſe aſſociauit: aut ſucceſſit alicui habenti ſocietatem cum iſto excommunicato, primo caſu aut ſciebat de excommunicatione, & tenetur diuidere ſocietatem: aut neſciebat, & non tenetur. Secundo caſu indiſtincte non tenetur ſocietatem diuidere. ita dicit Hoſtien. Sed hæc dependent ab his, quæ ſupra dicta ſunt: ſecundum quę quęſtio iſta poteſt habere duplicem intellectum, vnus eſt, an teneatur diuidere ſocietatem, adeo quod non ſurgat obligatio ſocietatis inter eos, & dic ꝙ non per ſuperius dicta. Alter intellectus eſt, an teneatur diuidere adeo quod non diuidens incidat in excommunicationem, & hic adhuc dico ꝙ non, quia poteſt eſſe ſocius, & nihil illi communicare: ſed communicare in mercimonijs, quod fieri poterit etiam non communicando excommunicato, vt quia per mediam perſonam, puta filij vel alterius perſonæ quæ reget ſocietatem pro excommunicato. Sed ſi quæris, an communicare ſibi poſſit. dico, ꝙ non. non tantum in hac ſecunda quæſtione: ſed etiam quoad præcedentem, quando ſocietas præceſſit excommunicationem, & hoc, quia non eſt neceſſarium ad exercitium ſocietatis excommunicato communicare. Quæro circa hoc, ſi non poterit aliter exerceri ſocietas, niſi communicetur: vt finge ꝙ erant ſocij ad communem lectum: vel ſi erant ſocij in mercimonijs, non vult excommunicatus niſi per ſe exercere, dico ꝙ niſi agatur de maximo detrimento non excommunicati, debet communionem diuidere potius quam illi cõicare, & debet ſeruari forma huius c. vt primo inducatur excommunicatus, vt faciat ſe abſolui. & ſi hoc facere nolit, inducatur vt conſeruet non excõicatum indemnem: quod ſi facere nolit, tunc ne non excõicatus damnum incurrat, permittitur vt cõmunicet. quod ſine dubio procedit, quando ſocietas fuit ante excõicationem contracta. ſed ſi poſtea, dubium eſt in quo, quatenus intelligimus hunc textum, etiam ſi cruce ſignati ſciebãt de excõicatione. & ꝙ verbum conuenerit probet contrahi poſſe poſt excõicationem, probatur hic, ꝙ ſit permittenda communio. ſed tamen hunc textum poſſet dicit, quod hic non erat poteſtas iudici cogendi excõicatum a reſtituendo pecuniam receptam, & hoc de facto, vt probat verbum: nec ad eã cohortari, exponendo, vt dixi in textu, alias potius debet cogi excõicatus, vt reſtituat: vel indemnem conſeruet, cum hoc de facto fieri poteſt, pro hoc: quia imputetur ſibi, qui fecit ſe inhabilem ad exercitium ſocietatis. Quæro: quia dicitur hic, ꝙ
6 cruce ſignati † poſſunt tranſire in nauibus excõicatorum, prout honeſte conuenerit: in quo conſiſtit hæc honeſtas, dicit Vinc. ꝙ conſiſtit in hoc, vt expectent ꝙ illi ſint abſoluti, vel ſi prius cõicabunt, tunc conſiſtit honeſtas, vt ſeparatim hoſpitẽtur, & præſentibus excõicatis non audiant diuina: licet prædicationem audire poſſint inf. eo. reſponſo. Quęro, quia ſupra diſtinxi inter excõicatum publice & occulte. nunquid dicitur publice excõicatus, ſi fuit excõicatio lata per iudicem ſedentem pro tribunali in loco ſolito. Fredericus de ſenis conſuluit, ꝙ non, vt ponit in conſilio 192. quod tenet gl. notabilis & ſingularis, de ſepul. cle. 1. in verbo publice, dicens ex qualitate fori & multitudine aſtantium hoc iudicari: vt in hoc attendatur rei veritas, pro hoc: quia etiam ſi excommunicatus, de cuius excommunicatione notorie conſtat in loco, transfert ſe ad locum vbi eſt incognitus, valet quod gerit ratione publici officij per l. Barbarius. ff. de offic. præto. & C. de teſtibus l. 1. & 4. q. 7. in prin. pro hoc quod no. de re iudi. ad probandum, quod tenet
7 Fredericus in dicto cõſi. Quęro, an inſtrumentũ ſcriptum † per
a notarium excõicatum [a] faciat fidem, de hoc dixi in c. veritatis, præallc. Et cõiter concluditur, ꝙ ſi eſt publice excõicatus, inſtrumentum, non valet, per id quod notat Inn. de excep. c. 1. li. 6. vbi dicit, ꝙ ſi excõicatus eſt ſententialiter damnatus, non valet inſtrumentum. Sed Fredericus cõſi. præallc. intelligit dictũ Inno. ꝙ ſententialiter damnatus dicatur, quando pronunciatum eſt vt non poſſit inſtrumenta conficere: alias licet publice excommunicatus, dicit inſtrumentum valere, pro hoc inducit quod notat Inn. de hæreti. fraternitatis, vbi dicit valere inſtrumentum confectum a notario, qui confecerat falſum inſtrumentum, donec ſit de crimine falſi condemnatus. inducit etiam de hæret. excommunicamus. §. accedentes, & de pœnis felicis lib. 6. in quibus ponuntur caſus ſpeciales, in quibus priuatur tabellio poteſtate conficiendi inſtrumenta, ergo alias regula eſt in contrarium, pro hoc: quia in illis iuribus non irritantur inſtrumenta ratione excõmunicationis, ſed ratione criminis. Ego tenui primũ in d. c. veritatis, per rationes, per quas patet reſponſio ad dicta Frederici: maxime autem moueor per c. ad probãdum: de re iud. quod probat actum legitimum geſtum ab excommunicato publice non tenere. & probatur hoc idem de ſen. ex. licet. lib. 6. Conſtat autem, ꝙ inſtrumenta conficere eſt officij publici: & quod hoc dependet ab authori-
8 tate publica, prout no. de fide inſtr. cum P. Quæro, an excom-
b municatus † poſſit in iudicio [b] proſequi ſuam vel ſuorum iniuriam. hæc quæſtio nihil habet dubij: prout dicit Fredericus in conſilio, 11 1. quod eſt verum. quia generaliter & indiſtincte prohibetur excommunicato eſſe in iudicio agendo. de excep. cũ inter. & c. pia. lib. 6. vnde etiam ſi ſpolietur, nõ poteſt petere ſe reſtitui. pro hoc qđ no. de reſcrip. dilectus 1. in gl. in verbo excõicationis in fi. & de procu. ex inſinuatione. in gl. penul.

ADDITIONES.

a Excommunicatum adde gl. in c. decernimus. de ſen. excom. lib. 6. Archi. in c. c. nullus 3. q. 4. Frede. de Senis conſ. 118. incipi. rector Marchię Anconitanę.
b In iudicio. Adde doc. in c. intelleximus, de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus clericum ſuum incorrigibilem carcerare debet.*
2 *Monaſterium quandoque in pœnam deputatur.*
3 *Fugientes de carceribus ſunt puniendi.*
4 *Prælati tenentur corrigere ſubditos pro exceſſibus.*
5 *Delinquentes veniunt cohibendi.*

1 VT famæ. Prælatus † clericum ſuum incorrigibilem carcerare poteſt & debet, primo quæſtio. ſecundo ſolutio, & ſolutionis quadruplex ratio ibi, reſpondemus. Deputari, quando qualitas criminis hoc exigit. ſup de pœnis, tuæ. Sceleſtius,

leſtius, ideſt ſceleratius, ad hoc in authent. de lenonibus, poſt
medium primæ columnæ. Alios autem ſic ſceleſtos. & 23.
quæſt. 5. cap. 1. Et per importunitatis. alias vt, & eſt conſecu-
tiuum eius, quod contingeret ſi crimina remanerent impu-
nita. ſed impropria eſſet locutio. & communis litera eſt pri-
ma. & repete, & ne. Not. quem debere eſſe ſolicitum ſuę famę,
vt hic in prin. nam & crudelis eſt, qui famam negligit. 12. q. 1.
nolo. quod notat gl. in proœmiu in verbo prodiga. No. quòd
2 monaſterium † quandoque deputatur in pęnam ſeu peniten-
tiam. pro hoc de conuerſi. coniuga. gaudemus. & quod ibi no.
3 No. contra fugientes de carceribus ibi, carcerem fugerent. &
tales etiam ſi alias non deliquiſſent, hoc ipſo quòd fugiunt,
ſunt puniendi. ff. de cuſt. reo. l. penul. de effractoribus. l. 1. quod
intelligitur ſecundum Hoſt. de fugientibus carcerem publi-
cum: ſecus de priuato. ff. ex qui. cau. maio. l. ſuccurritur. No. q
4 prelati † tenentur corrigere ſubditos pro exceſſibus. concor. in
gl. 3. Not. quod publicæ vtilitatis eſt, vt crimina non remaneāt
impunita. & in hoc ſigna textum, qui quotidie ad hoc alle-
gatur, & concor. de hoc in gloſ. 4. Nota, cohibendos delin-
5 quentes † ne prolabantur ad peiora. de iudi. cum non ab homi
ne. Op. primo in eo quòd vocat monaſterium carcerem. iun-
cta gloſ. 1. ad textum, quæ exponit carcerem ideſt, clauſtrum.
quod eſt eis carcer. nam clauſtrum eſt potius vita monacho-
rum: ſicut aqua eſt vita piſcibus 16. q. 1. placuit. So. clauſtrum
eſt carcer inuitis, qui detruduntur ibi ad pœnitentiam: non au
tem voluntarijs, vt in contrario. tamen etiam voluntarijs eſt
carcer, licet voluntarius. & per hoc inducitur tex. iſte cum hac
gl. ad quæſtionem, an monachatus vnius clauſtri poſſit cum
alio monachatu permutari. & reſpondetur, quòd non. quia
monachatus non eſt beneficium, ſed carcer, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus ad hoc vt poſſit mandare clericum capi, duo requiruntur.*
2 *Laici capientes clericos, non debent eos violare.*
3 *Captus per iudicem ſecularem ſi allegat ſe clericum, quis iudex de hoc cognoſcet.*
4 *Prælati qui dicantur, qui poſſunt facere capi clericos.*
5 *Clericum capere an & quando liceat.*
6 *Creditor an poſſit capere debitorem fugientem die feriata.*
7 *Creditori permittitur capere debitorem fugientem, vt eum detineat.*
8 *Fugiens quis dicatur, vt poſſit capi per debitorem.*

LAici. Laici de prælatorum licentia capere poſ
ſunt clericos, & ad iudicium ducere. No.
1 quòd vt prælatus † poſſit mandare clericum capi,
duo requiruntur. primum, vt ille ſit ſibi ſubditus.
ſecundum, quòd habeat iuriſdictionem ſuper cauſa, pro qua
mandat. probatur hic per copulam, & ibi, & quorum eſt corri-
gere criminoſos ſcilicet, eos, quos mandat capi. Not. quod lai-
2 ci † capientes debent non violare clericos, niſi quatenus exigit
rebellio clericorum, vt hic in fin. Ex hoc nota argumentum
contra ſatellites: qui quando ducunt clericos ad iudicium,
percutiunt ipſos etiam non renitentes. Ex hoc etiam not. id
quod notat hic glo. vlti. & pro hoc quod no. de pœnis, c. 2. in
fi. lib. 6. procedit enim hoc de clerico non tradito curiæ ſecula-
ri. Si enim eſt traditus, eum percutiens non eſt excommuni-
catus, vt ibi notat gl. Op. primo, quòd liceat laico manus inij-
cere in clericum, etiam de licentia prælati ſui. ſup. cap. vniuerſi-
tatis. So. dicit glo. hic in verbo, violenter, quòd hic de incorri-
gibili: quæ ſo. diuinat. Secundo ſoluit, quòd ibi prohibetur cle-
ricus verberari per laicum, & iſta ſo. vera. poteſt ergo capi, vt
hic: ſed non verberari, vt ibi, & hoc no. inf. eo. ſi clericos, in
gloſ. 5. Op. ſecundo, quòd etiam citra mandatum prælati poſ-
ſit laicus capere clericum: & hoc ex mandato generali quan-
do habetur 23. q. 5. princeps, & cap. regum. So. vt dicit hic
glo. in verbo, de mandato, quòd ibi intelligendum de tradi-
tis curiæ ſeculari. & ſecundum hoc debet intelligi quod no-
tat gloſ. in d. c. princeps, & caſus ibi notati potius ſunt caſus, in
quibus eccleſia inuocat brachium ſeculare, quam in quibus
iudex ſecularis habeat in clericum poteſtatem. Quæro, ſi ca-
3 ptus † per iudicem ſecularem allegat ſe clericum: quis iudex
de hoc cognoſcet, & quis erit effectus huius cognitionis. In-
nocen. hic tractat. quod eſt hodie terminatum per c. ſi iudex
inf. eo. libro ſexto cum ibi notatis. Quæro qui dicantur præ-
4 lati † quo ad hoc vt poſſint facere clericos capi. dicit Innocen.
quòd epiſcopi, qui habent quaſi merum imperium, quod no.
& pro hoc quod dixi de offi. ordi. quod ſedem. vbi dixi quid ſit
merum, & quid mixtum imperium. Item ſecundum Innocē.
etiam alij prælati, qui habent ſuper clericos ordinariam pote-
ſtatem, & poſſunt illos corrigere: ſicut ſunt abbates quo ad
monachos, de hoc dixi de offi. ordi. quanto, de alijs prælatis
dicit Innocen. quod non habent poteſtatem capiendi per ſe:
nec alijs demandandi. Quidam tamen, vt refert Inn. dicunt,
quod quilibet iudex eccleſiaſticus ordinarius vel delegatus
clericum ex iuſta cauſa capere & detinere poteſt. ar. C. de ſport-
tulis. l. a iudicibus, alias omnibus iudicibus, in authē. vt litigan-
tes iurent. §. & hoc quoque iubemus. col. 9. Hoſtien. autem di-
dit, quòd illi ſoli prælati, qui habent poteſtatem abſoluendi a
canone c. ſi quis ſuadente, habent poteſtatem, vt faciant capi:
& non alij. qui autem poſſint abſoluere, not. ſup. eo. cum illo-
rum. Ego puto verius primum dictum, quòd omnes poſſint
facere capi, qui habent poteſtatem corrigendi: quia ita aperte
probatur hic, aliud eſt enim habere poteſtatem, per quam cui
tetur pęna c. ſi quis ſuadente: aliud eſt poſtquam quis iam in-
currit, eam tollere. non enim neceſſarium eſt, vt eam poſſit tol
lere omnis ille qui poteſt facere vt non incurratur: cum hæc
ſint ſeparata. Op. ad hoc, quòd etiam iudex minor, immo &
laicus & ſocius vel vicinus, poſſit clericum delinquentem ca-
pere, ne fugiat: & vt ipſum epiſcopo præſentet, ſicut dicitur de
defenſore, in authent. de defenſoribus §. nos igitur, & §. inte-
rim. coll. 3. in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitate,
col. 2. C. de decurionibus. l. generali lib. 10. ff. quæ in frau. credi.
l. ait prætor. §. ſi debitorem 18. q. 2. princeps, & c. regum. So. In-
noc ſtat contrarijs, dicens quòd etiam cuilibet clerico licet ſer
uientem ſuum clericum, quem habet de furto ſuſpectum, mo
dico tempore detinere ar. ff. de pœnis l. reſpiciendum. §. furta,
pro hoc quod not. ſup. eo. ex tenore, & de iudi. cum non ab ho-
mine. licet alias non liceat cuiquam maxime laico inijcere
manus in clericum, etiam ſi renunciauerit priuilegio clerica-
li: quia nec renunciare poteſt inf. c. proximo, quod dicit Inn.
procedere, etiam ſi laici ſint delegati a prælatis eccleſiaſticis
ſup. eo. vniuerſitatis. Recitat etiam Inn. alios dicere, quòd ſi
clerici inueniantur in peccato, capi poſſunt. arg. dicti. §. ſi debi-
torem, & quia in malefactis non priuilegiatur dignitas C. vbi
ſena. vel cla. l. 1. Alij, vt dicit Innoc. dicunt contrarium. Hoſt.
dicit, quòd nemini licet manus inijcere in clericum, vel eum
detinere per c. ſi quis ſuadente, & ſup cap. nuper. & hoc, niſi in
caſibus expreſſis, & qui allegat caſum ſpecialem & expreſſum,
debet de hoc docere, ad hoc. ff. de proba. l. ab ea parte, & quia
omnes caſus cenſentur prohibiti, niſi inueniantur permiſſi de 6
transla. c. 2. dicit etiam, quòd caſus tales vel conſimiles, qui
omnino ſunt canonici, per ſolas leges vel gloſſas magiſtrales
cum ſecuritate animæ non deciduntur, pro quo induci quod
no. de ſolu. cap. ſi. de hoc dixi de iud. cum non ab homine, &
de offic. ord. cle. 1. Et quo ad prædicta, & generaliter cum quæ-
5 ritur, an & quando liceat alicui capere clericum, dic, quod aut
eſt iudex eccleſiaſticus, qui poteſt illum clericum perſonaliter
diſtringere. vt quia eſt prælatus, ad quem pertinet hunc cleri-
cum corrigere: & talis poteſt clericum per ſe capere vel capi
facere, etiam per laicum vt hic. Aut eſt alius, qui non poteſt
clericum diſtringere, & tunc dic, quòd quandoque quæritur,
an poſſit clericum fugientem capere: quandoque quæritur de
non fugiente. ſecundo caſu licet Inn. ſupra dicat, quòd etiam
minor iudex qui non poteſt corrigere, capere tamen poteſt vt
ducat ad iudicem: verius eſt, quod hoc facere nequit: quia non
inuenitur iure permiſſum: & contrarium probatur hic a con-
trario ſenſu: quatenus enim hoc permittit fieri de mandato
prælatorum, quorum eſt tales corrigere: per conſequens pro-
hibet de alijs. De fugiente autem videntur velle gloſſæ quod
poſſit detineri ſpacio 20. horarum. ita notat gl. 50. diſt. de his 2.
de quo eadem di. ſi quis diaconus, & 81. diſt. presbyter. Sed glo.
in c. cum non ab homine, in verbo, deprehenſus, hoc intelli-
git, dummodo fiat de mandato prælatorum, ſed illa gl. non ſe
reſtringit ad fugientem, & quod fugiens poſſit per quemlibet
detineri ſpatio 20. horarum, inducitur. ff. de adul. l. capite. ſed
illa l. non probat hoc. Solum enim probat, quod maritus &
pater poſſunt capere adulterum deprehenſum cum vxore &
filia: & detinere ſpatio 20. horarum. vbi dico, quod aut quæ-
rimus de eo, cuius intereſt ratione ſpecialis intereſſe: & talis po
teſt capere fugientem, & hoc in criminalibus cum modera-
mine dictæ l. capite. In ciuilibus autem poteſt capere, vt ducat
ad iudicem ad hoc vt caueatur ſibi de ſtando iuri; & ſic lici-
te capit creditor debitorem fugientem ad effectum prædi-
ctum, vt probatur in præalle. §. ſi debitorem, quod intelligo,
etiam ſi ſit clericus. ex quo l. illa generaliter permittit de quo-
cumque debitore fugiente, & ſimiliter l. capite, permittit de
quocumque in adulterio deprehenſo. quoad hoc enim ſuf-
ficit, quod præciſe contrarium non diſponitur in canone: &
hæc diſpoſitio huius §. laici. & aliorum iurium, vt ſup. cap.
nuper, cum ſimilibus, debent intelligi in ſuis caſibus genera-
libus, præter caſus ſpeciales præmiſſos, vt ſic ſtetur ſpecialibus
diſpoſitionibus præmiſſis in ſuis caſibus, ad hoc regula generi,

Digitized by Google

lib.6.& quia debent iura concordari de elec.cum expediat lib.
6.& quia ſtatur legi vbi canon expreſſe non repugnat. de no.
ope. nuncia. c. t. & quod ibi dixi. non eſt autem expreſſa repu-
gnantia ex ſola diſpoſitione generali contraria. Aut quæris de
eo, cuius non intereſt ratione ſpecialis intereſſe: & tunc indi-
ſtinctè dico, ꝙ non poteſt capere laicum vel clericum. ſed quia
non probatur iure & maxime de clerico: quia nec ratio ſugæ
dicit ponderari. nam etiam contra clericum abſentē poterit
procedere iudex domicilij & pronunciare, & pro executione
ſcribet iudici vbi ille habet beneficium. de ſo. compe. poſtula-
ſti. vel ſi non habet beneficium, ſcribet iudici vbi degit: qui te-
nebitur ſuffragari, & illum capere, & cum cuſtodia mittere. at.
c. ad reprimendam. de offi. or. & eius, quod dicitur crimino-
ſum debere remitti de qua remiſſione dixi de ſo. compe. c. ſi.
Et ſecundum hoc vera eſt opi. Hoſti. ſup. poſita. Et per hæc poſ
ſunt opi. contrariæ præmiſſis concordari ſecundum diuerſita-
6 tem caſuum. Quæro, quia dixi creditorem † poſſe capere de-
a bitorem fugientem, [a] vt ducat ad iudicem vt ſatiſdet. an hoc
b poterit facere die feriata. [b] dic ꝙ ſic, etiam ſi ſit feriata in ho-
norem dei. quod notat gl. C. de ferijs. l. dies feſtos. pro hoc: quia
cum imminet neceſſitas, vt quia res eſt tempore peritura, po-
teſt actus expediri tempore prædicto. ſup. de ferijs. c. fi. Quæro,
7 an permittatur creditori † capere debitorem fugientem, vt
eum detineat. dic ꝙ non: ſed ſolum vt ad iudicem ducat, vt ſa-
tiſdet, vt dixi in præcedēti quæſtione. ita notat gl. inſti. de actio-
nibus. in verbo in iudicio. & C. de decurionibus. l. generali. lib.
8 10. Et C. vbi de curiali vel coarctali. l. 1. & 10. collatione de pace
c iuramento firmanda. l. 1. Quero quis dicatur † fugiens, [c] vt poſ
ſit capi per creditorem. dic, ꝙ is, de quo eſt veriſimilis ſuſpicio,
ꝙ ſi accederetur ad iudicem, interim fugeret: alias ſi ſine in-
commodo vel periculo poſſet accedi ad iudicem: deberet hoc
fieri eius authoritate. ff. quod metus cauſa. l. extat. quod vi aut
clam. l. ſi alius. §. belliſſime. C. de iudeis. l. nullus. quod tenet
Bar. in d. §. ſi debitorem.

ADDITIONES.

a Fugientem. adde. l. ait prætor. in §. ait debitorem ff. quæ in frau. credi.
b Die feriata. adde Ang. & Ful. in l. 2. ff. de ferijs. Pau. de caſ. in l. diuus ff. de fe-
rijs Pe. de Ancha. conſ. 127. inci. vnus procurator. Alexan. de Imo. conſil.
159. inci. circa primum dubium. in 2. volu.
c Fugitiuus. adde l. quid ſit fugitiuus. ff. de ædil. edicto. & in l. 1. in §. ſeruum
qui in fuga. ff. de acquiren. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus in volentem, aliquando dicitur iniurioſus.*
2 *Verbum, excommunicetur, quandoque intelligitur ipſo facto.*
3 *Satisfactio debet eſſe competens & rationabilis.*
4 *Percuſſiones plures vno contextu factæ, an habeantur pro vna.*
5 *Clericus percutiens ſeipſum, an ſit excommunicatus.*
6 *Epiſcopus an poſſit ſine capitulo remittere iniuriam factam eccleſiæ.*
7 *Percutiens clericum depoſitum, an ſit excommunicatus.*
8 *Satisfactio facienda a clerico laico offenſo, qualis eſſe debeat.*

Contingit. Excommunicatus eſt, qui etiam
in ſatisfactionem præcedentis in
iuriæ in clericum etiam volentem manum iniece-
rit. Communis diuiſio. ſecunda ibi, ſuper quo. Et
ibi primo prohibet clericum etiam volentem percuti. ſecun-
do contrafacientem, & ſponte ſe percuſſionibus ſubmitten-
tem puniri, vt præcipit ibi, ſi quis. tertio proteſtatur: & ius læſi
1 reſeruat ibi, prouiſio. Not. ꝙ quandoque actus † dicitur iniu-
rioſus etiam factus in volentem, ſeu non contradicentem. de
quo in gl. prima. No. ꝙ canon, ſi quis ſuadente, concernit non
tam fauorem clerici, quam fauorem ordinis clericalis. & po-
teſt exponi non tam, id eſt non ſolum. inf. eo. contingit. vel id-
eſt, non intantum. de ſo. compe. ſi diligenti. ſup. eo. cum deſide
res. §. fin. ſimile ſup. de poſtulatione, bonæ. t. inf. c. fi. & hoc vlti-
mum placet Hoſt. Sed nulla videtur differentia inter vnam ex
poſitionem, & reliquam quoad caſum huius c. Sed tamen dif
ferentia eſt: quia per ſecundam expoſitionem ſignificatur, ꝙ
canon, ſi quis ſuadente, principaliter concernit fauorem ordi-
nis clericalis, & ſecundario vel non ſic principaliter fauorem
2 clerici. & hæc eſt intentio literæ. Not. ꝙ verbum † excommu-
nicetur, quandoque exponitur ipſo facto. ſic enim hic intelli-
gitur ſecundum aliquos. ſed non eſt bona expoſitio, prout di-
cam. 1. quæſtione. Nota. de prouiſione facienda, vt læſis laicis
3 a clericis ſatisfiat. pro hoc de iudi. quabter. No. ꝙ ſatisfactio † de
bet eſſe competens & rationabilis, vt hic in verbo competēter.
& verbo rationabiliter. Intellige rationabiliter ad arbitrium
boni viri. de tranſac. c. fi. Opp. primo, ꝙ non poſſit dici iniu-
rioſa iniectio, ſi non fuit violenta. volenti enim non fit iniuria.
ff. de pactis. l. in perſonam, in princi. regula ſcienti, lib. 6. & hic in
iuribus all. in gl. prima in principio. So. vt in gl. quia eſt iniuria
non reſpectu clerici: ſed reſpectu eccleſiæ & ordinis clericalis.
& hoc quia quoad iſtos fuit violentia, cum non fecerit percu-
tiens authoritate prælati ipſius percuſſi. vt fieri debuit. ſup. pro-
xi. §. laici. immo nec etiā ſufficit authoritas prælati quoad per-
cuſſionem. ſup. eo. vniuerſitatis. licet ſufficiat quoad poteſtatē
capiendi dicto. §. laici. & ibi dixi. Op. ſecundo, vt opponit gl. vl-
ti. quia non reſpondetur ad quæſtionem, quæ fuit an percuſſo-
res incidant canonem, ſi quis ſuadente. So. vt in gl. quia eo ipſo
reſpondet, ꝙ dicit percuſſionem eſſe iniurioſam. Opp. tertio
in verſi. ſi quis autem. in eo quod dicit excommunicetur. & ſic
vult opus eſſe ſententia. videtur enim, ꝙ clericus ſe ſubijciens
percuſſioni ſit excommunicatus ipſo iure: cum non potuerit
renunciare ſuo priuilegio, vt hic dicitur. & adeo non potuerit,
ꝙ percutiens ipſo iure eſt excommunicatus, vt dixi in præce-
denti contrario. vnde etiam clericus conſentiens in hoc, debet
dici excommunicatus, tanquam participans in crimine dam-
nato. ſup. eo. nuper. & inf. eo. ſi concubinæ. Sol. poteſt dici, quod
in hoc excuſatur clericus propter morem patriæ. de quo hic in
principio. videtur enim non mere ſponte ſe ſubieciſſe verberi-
bus: ex quo ad hoc arctabat conſuetudo. ad hoc de teſti. veniēs.
2. ſed hæc ſolutio non procedit: quia conſuetudo nō arctabat ad
ſatisfaciendum, ſed ſolum diſponebat ſuper modo ſatisfactio
nis. vnde in hoc ꝙ volebant ſatisfacere, erant clerici mere vo-
luntarij. Item illa conſuetudo non tenebat, & ideo non excu-
ſat. Soluitur ergo aliter, ꝙ c. nuper. & c. ſi cōcubinæ, procedunt
in participatione, quæ fit poſtquam quis iam erat excommu-
nicatus. non autem in ea, quæ fit in ipſo actu, per quem quis ex
communicatur. ad hoc dictum c. ſi concubinæ. ibi, poſt latam
ſententiam communicat. & dictum c. nuper. vbi expreſſe di-
cit de communicante iam excōmunicato. Op. quarto ad hāc
ſolutionem. quia ſtatim in primo ictu percutiens eſt excom-
municatus, & ſic patiens ſe percuti in ſecundo ictu communi-
cat iam excommunicato. Confirma, quia etiam quoad pri-
mum actum dicitur præberi communio poſt excommunica-
tionem. quia iuris interpretatione actus verberantis præcedit
actum conſentientis. Item etiam quatenus concurrant, nega-
ri nequit quin conſentiens ſe verberari participauerit excom-
municato in crimine damnato. Sol. poſſet dici, quod ſi percuſ-
ſio fuit vnica, cum percutiens non ſit excommunicatus niſi
poſtquam percuſſit, & iam conſenſus clerici permittentis ſe
percuti præceſſerit: non eſt verum dicere, quòd participauerit
excommunicato in crimine, & ſic non eſt locus dictis c. nu-
per. & c. ſi concubinæ. Sed ſi fuerunt plures percuſſiones, vi-
detur maius dubium: cum per ſolam primam percutiens ſit
excommunicatus: tamen adhuc dic, quòd excommunicatio
fingitur ſequi omnes percuſſiones. alias ſi diceremus, quòd
propter primum ictum fuiſſet percutiens excommunicatus:
ita dicendum eſſet, quòd per quemlibet ſequentem. & ſic tot
eſſent excommunicationes, quot percuſſiones: quod non eſt
verum, quia ex quo percuſſiones fuerunt continuatæ, habent
vim vnius. ff. ad l. Aquiliam. l. illud. in fi. & quod ibi no. ff. de pri-
ua. delic. l. 2. & quod ibi no. Concluditur ergo, quòd omnes
percuſſiones finguntur præcedere excommunicationem. &
ſic conſentiens percuti non participat excommunicato, ſed
excommunicando. bene ergo loquitur textus, cum dicit cle-
ricum conſentientem debere excommunicari. Opp. quinto
4 ad hæc, quòd plures † percuſſiones etiam vnico contextu fa-
ctæ non habeantur pro vna, ſed pro pluribus. ff. de verb. ſign. l.
ter enixa. de verb. oblig. l. ſcire debemus. So. gl. in l. nunquam
plura. ff. de priua. delictis. tenet quod ſupra dixi. Sed Dy. & Bar.
eam reprehendunt ibi, dicentes quòd cenſentur plures percuſ-
ſiones per dicta iura. & plures pœnæ debentur: ex quo ſunt plu
ra facta, quorum quodlibet ad inducendam pœnam ſufficit.
quod eſt verius. & ex hoc de rigore inferretur, quod percutiens
clericum pluribus percuſſionibus, etiam ſimul, incidit plures
excommunicationes: & eget pluribus abſolutionibus, vel ſal-
tem vna habente vim plurium. ſup. eo. cum pro cauſa & quod
ibi not. Aliter etiam ſoluitur contrarium principale, quòd hic
clericus conſenſit non putans illum verberaturum. ſubiecit
ergo ſe voluntati illius non expreſſe volens percuti: ſed ſperans
illum remiſſurum. quod debuit præſumi, quatenus ille foret
virtuoſus iuxta verſum Vergilij ſexto Aeneidos. Parcere ſu-
biectis, & debellare ſuperbos. ad hoc de poſtula. c. primo. Sed
hæc ſolutio diminuat textum. Item textus expreſſe reſiſtit, di-
cens quod iſti clerici ſponte ſe ſubijciebant percuſſionibus ſu-
ſtium. poſſet tamen reſponderi, quòd ſe ſubijciebant ſub ſpe
præmiſſa. & ſufficit, quod non expreſſe apparet, quod eſſent
contenti vt verberarentur: quod neque eſt præſumendum. &
ſic non communicabat iſte ſubijciens vt faueret excommuni-
cato. poſſet etiā defendi ſolutio prima, ꝙ cōſuetudo in hoc ex-
cuſabat. nā forte putauit clericus ſe teneri ad eam obſeruandā.
& dato

Digitized by Google

& dato q͂in hoc errauerit in iure. tamen excuſatur pœna. ar-
gumento eius quod not.ſ.co. cum illorum, in glo. in verbo, iu-
ris peritiam, quæ notabiliter ibi colligit mitius agi cum igno-
rante ius poſitiuũ, quam cum ſciente. Item illa iura. ſ.c. nuper.
& c. ſi concubinæ. videntur ſolum loqui, quando excommu-
nicatio fuit in aliquem lata ab homine. quo caſu quando quis
ſcienter communicat excommunicato in eo, propter quod la
ta fuit excommunicatio, nulla cadit dubij probabilitas, & ſic
nulla ratione communicans poteſt excuſari. at in caſu iſto po
tuit eſſe aliqua probabilitas dubitandi, vt per hoc dicamus ad
excludendum pœnam, de qua in dictis c. ſufficere, quod quis
non communicet in contemptum. non poteſt autem dici cõ
temnens clericus, qui permiſit ſe percuti, vt ſatisfaceret con-
ſuetudini. & per hoc bona fuit mutatio literæ in verbo, excom
municetur. nam in antiqua dicebat vterque. & tunc gloſſaba-
tur. & q͂ hoc verbum ponebatur proprie & improprie. & illã
glo. redarguit Hoſt. qui non aduertit, q͂ hic non eſt poſita. Sic
ergo percutiens in caſu huius c. incidit ipſo iure ſententiam ca
nonis, ſi quis ſuadente. ſed permittens ſe percuti, non ipſo iu-
re eſt excommunicatus, ſed debet per ſententiam excommu-
5 nicari, vt hic in verſi. ſi quis. Quæro circa hæc, ſi clericus † per-
a cutit ſeipſum, an ſit excõmunicatus [a]. videretur q͂ non: ſicut
nec eſt excommunicatus permittẽdo ſe percuti. vt dixi in præ-
cedenti contratio. In contrarium. 23. q. 5. ſi non licet. 55. diſt. q
partem. & quod ibi no. ff. ad l. Aquiliam. l. liber homo. de re mi
litari. l. omne delictum. §. qui vulnerauerit. Sol. dic, quod eſt ex-
communicatus ſi ex ira hoc fecit. Secus ſi feciſſet cauſa deuo-
tionis, ſicut quidam deuoti faciunt. pro quibus eſt illud pſal-
mi ſecundi. Ne quando iraſcatur dominus, & pereatis de via
iuſta. Et ad hunc textum dic, & ad prædicta, quod aliud eſt ſe
percutere. quo caſu locus eſt verbis canonis, ſi quis ſuadente.
Aliud eſt percutienti non reſiſtere, vel etiam conſentire. quo
caſu procedunt quæ dicta ſunt. Quæro, quia dicitur hic quod
cum percutitur clericus, percuſſio eſt iniurioſa ordini clerica-
6 li: nunquid epiſcopus ſine capitulo poteſt remittere † talem
iniuriam. & generaliter nunquid epiſcopus poteſt remittere
iniuriam factam eccleſiæ ſine capitulo. gl. prima arguit quod
ſic. quia actio iniuriarum non eſt in bonis noſtris ante litem
conte. quod eſt dicere, q͂ iniuriatus ius agendi q͂d habet actio-
ne iniuriarum, non tranſmitteret ad hæredem ante lit. conte.
In contrarium arguit glo. quia epiſcopus eſt procurator, non
dominus. Dic, quod præſupponendo quod iniuria concernat
eccleſiam, non poteſt epiſcopus iniuriam remittere. quod te-
net glo. 23. quæſt. 4. ſi is qui. & Inn. & Hoſt. hic. & ſ. eo. cum de-
ſideres. & pro hoc quod no. ſ. de iniuriis, olim. ſed eſt dubium,
an iniuria facta in perſonam clerici dicatur facta eccleſiæ. Si
enim tenes, quod ſic: dic vt nunc dixi, q͂ epiſcopus ſine capi-
tulo non poſſet eam remittere. Sed quidam, vt refert Inno. di-
cunt pro iniuria facta clerico, non competere eccleſiæ agere
iniuriarum: cum clericus ſit libera perſona, & hoc niſi fieret
iniuria rectori eccleſiæ. tunc enim bene fit iniuria eccleſiæ. ſi-
cut in mercenario aut libero homine, ſiue ſeruo bona fide ſer
uiente: cui ſi fit iniuria, intelligitur fieri domino. ff. de iniuriis.
l. item apud Labeonem. §. interdum. vſque ad §. vltimum. vel
niſi clericus abducatur ab officio diuino. vel niſi irrogetur in-
iuria in conſiſtorio epiſcopi: tunc enim quia videtur diminui
poteſtas dignitatis eccleſię & iudicis. ff. de iniuriis. l. 1. §. 1. & l.
item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. & §. committere. & §.
ſequen. ſ. de pęnis. dilectus. ideo ipſi iudici competit actio. di-
cit tamen Inn. q͂ epiſcopus poteſt accuſare illum, qui ſuum cle
ricum lædit vel detinet, vel alio modo facit iniuriam loco ſa-
cro. C. de epiſc. & cle. l. ſi quis in hoc. de ap. dilectis. & quod ibi
no. & ſ. de pęnis. c. 2. Hoſt. dicit ſe non curare de his ſubtilitati-
bus, cum non verbis, ſed rebus ſit lex imponẽda. de elect. com-
miſſa. §. porro. lib. 6. vnde non curamus de modo actionis. de
iu. dilecti, ſed ibi dixi proponendum eſt factũ ita clare, vt ſciat
quæ actio inde ſurgit. & quo ad quæſtionem puto, quod licet
clericus ſit perſona libera: tamen quia ſubiectus eſt neceſſita-
ti ſeruiẽdi eccleſiæ, intereſt eccleſiæ ne ſibi fiat iniuria, ſed ma-
xime & ſpecialiter ne fiat iniuria in caſu noſtro quo ad percuſ-
ſionem. in quo cõcernitur fauor totius ordinis clericalis. Quę-
ro ſi præſupponeretur, quod eccleſiæ non competeret actio
iniuriarum pro iniuria clerici: an ſaltem alia actio cõpeteret.
dic q͂ ſic, quia ſaltem competit actio pro ſatisfactione, vel per
aliquam publicam actionem, vel authoritate canonum, quæ
hoc volunt. 2. q. 1. in primis. 17. q. 4. ſi quis contumax. & c. ſequẽ
tibus. ſ. de pęnis. c. 2. Quæro, an per actionem iniuriarum poſ-
ſit quis proſequi, vt iniuria remoueatur. dicit Innoc. quod ſic,
ſecundum quem licet actio iniuriarum ſolum tendat ad vin-
dictam. ff. de iniuriis. l. iniuriarum. inſti. de perpe. & temporali-
bus actio. §. nõ omnes. & §. pęnales. tamen iudex ex officio prę-
cipiet iniuriam remoueri, ſi adhuc durat, vt ſi agatur iniuria-
rum de iniuſta excommunicatione, iudex non ſolum vindica
bit, ſed etiam faciet abſolui. ff. de iniuriis. l. item. §. ait prætor, ne
quid. Refert etiam Inn. alios dicere plus, quod iudex in actio-
ne iniuriarum debet habere rationem damni. arg. C. de iniu-
riis. l. dominum. & ibi bona glo. Alij dicunt id verum, ſed non
per actionem iniuriarum, ſed per actionem l. Aquiliæ. ff. ad l.
Aquiliam. l. & ſi quemcunque. §. iniuriarum. Innoc. autem di-
cit ſupra de iniuriis cap. 1. quod actio iniuriarum non perſeq-
tur intereſſe, niſi in hoc quod propter maius damnum magis
æſtimatur iniuria, per l. præallegatas. Hoſtien. dicit ſe non cu-
rare de his: cum non ſit opus actionem præponere, & ſic ve-
nit dãnum, & iniuria etiam ſine expreſſione actionis. ad hoc
ſupra c. conqueſti. & de iniuriis olim. ſed dicta Innocen. proce-
dunt de ſubtilitate iuris. Quæro, quia dicit hic canonem ſi q̃s
ſuadente, conceſſum eſſe non tam fauore clerici ordinati &c.
quis ordo requiritur, vt ſit locus illi canoni. dicit glo. in verbo
ordinati, quod quicunque ordo ſufficit. Et in ea ibi quiſquis. &
b de bigamis. c. vno. lib. 6. Quæro quid de clerico coniugato. [b] gl.
ſoluit, an portet habitũ, & tonſuram, an non. hodie dic, vt in c.
vnico. de cle. coniu. lib. 6. vbi coniugatus cum vnica, & virgine
deferens habitum, & tonſuram, gaudet priuilegio clericali in
duobus. i. quo ad forum, & quo ad canonem ſi quis ſuadente.
Quæro quid de clerico depoſito. glo. dicit, quod gaudet priui-
legio. quod intellige de verbaliter depoſito. ſecus ſi actualiter.
vt de pęnis. c. 2. libro 6. & de hoc 81. diſt. dictum. 50. diſt. acce-
dens. & ſupra de hæreti. ad abolendam. Quid de excommuni-
7 cato depoſito. glo. arguit, quod percutiens † talem licet cleri-
cum, non ſit excommunicatus, quia nihil ad nos de his qui fo
ris ſunt. ad hoc de diuor. gaudemus. pro hoc, quia eſt extra ec-
cleſiam. ſupra de off. ordi. quod ſedem. de præſcript. veniens.
non enim debet gaudere priuilegio eccleſiaſtico per dicta iu-
ra. ad hoc in auth. de priuilegio dotis circa medium. per quam
auth. dicit Innoc. ſupra eod. ſi vere. quod percutiens clericum
hæreticum non eſt excommunicatus, ſed percutiens excom-
communicatum ſic, quia priuilegium datur ordini, & excõ-
municatus ordinem retinet. Circa hoc recitat glo. opin. Vinc.
diſtinguentis, & concludit percutientem caſu prædicto excõ-
municatum eſſe. tamen glo. videtur ſe reſtringere ad percutiẽ
tem clericum excommunicatum nondum depoſitum. pro
hoc quod no. 17. q. 4. ſi quis deinceps. 23. q. 5. excommunicato-
rum. & de hoc etiam tenet Spec. idem. eo. titu. verſ. ſed quærĩt
vtrum. Hoſt. diſtinguit, an excommunicatio ſequatur depoſi-
tionem, & tunc non habet priuilegium, quia videtur excom-
municatus propter incorrigibilitatem. & ſic ſit vera opinio
Vinc. poſita in gl. quo ad hoc membrum. Si autem præcedit,
tunc Vinc. dicit, quod retinent priuilegium adhuc. Hoſt. dicit
verius quod non retinet, licet conuenientius ſit dictum Vinc.
& ſecurius, diſtinguit etiam Hoſt. aliter, an perſeuerauit in ex-
communicatione per annum, & tunc perdit priuilegium, an
non, & non perdit. dic, quod cum ſupra dictum ſit depoſitum
verbaliter non perdere priuilegium, ita & fortius dicendum
de excommunicato. Item & de depoſito & de excommuni-
cato ſimul, niſi ſit depoſitus actualiter. cum enim talis vſque
ad degradationem ſit conueniendus coram epiſcopo, ſequĩt
quod retinet priuilegium. pro hoc de iudi. cum non ab homi
ne. nam ſi ordinetur excõmunicatus, recipit ordinem, ſupra
eo. cum illorum. ergo fortius adeptum retinet. pro hoc ſupra
eo. cap. primo, & 2. & c. de monialibus ibi ſeſe. & ibi ſe inuicẽ.
quæ iura probant aperte, quod ſi clericus percuſſus repercutit
ad vindictam, excommunicatus eſt. & tamen primus percu-
tiens excommunicatus fuit. tamen opinio illa, quę vult, quod
ſi primo fuit depoſitus & deinde excommunicatus perdat pri
uilegium, poſſet ſuſtineri per caſum c. cum non ab homine,
quia depoſitus, & excommunicatus incorrigibilis ſtatim eſt
de foro ſeculari ſine alia traditione, vt probatur in dicto c. cũ
non ab homine. tamen, vt ibi dixi, requiritur hoc prius eſſe
declaratum per iudicem eccleſiaſticum. & ſic verius eſt ante
declarationem, quod percutiens talem eſt excommunicatus.
quod etiam tenet hic Ioan. And. Oppo. ad hoc, quia per trinã
admonitionem perdit clericus priuilegium clericale. ſupra c.
in audientia. infra eo. contingit. ſed non fertur excommunica
tio niſi præcedente trina monitione. infra eo. ſacro. Sol. moni-
tio. de qua in contrariis, fit ad illum finem: vt non parens per-
dat priuilegium. Sed monitio ante excommunicationem fit
ſolum ad finem, vt poſſit excommunicari: & ſufficit q͂ ope-
ratur

ADDITIONES.

a Excommunicatus. Adde Domi. in c. 1. de vita & ho. lib. 6. idem Domi. in c. ſi quis abſciderit. in 2. no. 55. diſt. idem Domi. in c. qui partem. in 4. no. ea. diſt. Archidiac. in c. ſi non licet. 23. q. 5. Ioan. de Imo. in l. ſi vero. in §. decurio. ff. ſolu. mat.

b Coniugato. Adde glo. 1. in c. cler. el 2. 23. diſt.

ratur ſuum effectum.i.quia valet excommunicatio. & dicitur
iuſta cæteris concurrentibus . pro hoc no.in regula delictum.
in quæſtione in primo membro.lib.6. Quæro, quia dicitur hic
8 †clericos iniuriantes laicis debere eis competenter ſatisfacere,
quæ eſt competens ſatisfactio. dic, ꝙ vel per dationem pecu-
niæ, vel per petitionem miſericordiæ. non tamen decet, quod
clericus flectat genua, vel reuerentiam faciat tāquam maiori,
quia hoc non fieret ſine iniuria clericali. 86. diſt. quando, niſi
laicus eſſet in dignitate.de maio.& obe.ſolitæ.ver.quod autē.
vel ſecundum Hoſti. competens ſatisfactio eſt quomodocun-
que ſatisfiat : dum tamen non iniiciatur manus in clericum,
ne detineatur in captiuitate, & prohibetur hic . quod intelligo
etiam , dūm tamen ſatisfactio rationabilis ſit arbitrio boni
viri, vt ſi nihil pro hoc fiat, ꝙ vergat in opprobrium cleri.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus excommunicatus pro iniectione manuum, mittitur ad Papam abſoluendus.*

1 Relatum. Seruus excommunicatus † pro in-
iectione manuum, mittitur ad Pa-
pam abſoluendus . ſed ſi dominus, qui non fuit in
culpa, graue damnū ex hoc incurrit, vel ſeruus hoc
fecit in fraudem domini , abſoluitur ab epiſcopo , ſi læſio non
fuit enormis. Communis diuiſio. ſecunda ibi, quo circa. Occa
ſionem. ſonat hic in vitium. ſimile de ma. & obe. ſolitæ graue.
modicum ergo debet ferre. arg. ſ̄. eo. inter alia, ad finem. No.
pius eſſe deferendum Deo, quam homini. de hoc in gl. 1. No.
ꝙ non debet permitti ſeruis, vt ſe per indirectum ſubtrahant a
ſeruitio dominorum . pro hoc, quia non debet eis permitti, vt
poſſint fraudare dominos. ff. de publicanis & vectig. l. vlt. §. ſer-
ui qui in fuga. No. caſum, in quo epiſcopus abſoluit excommu
nicatum per canonem ſi quis ſuadēte. ꝙ facit ex ſpeciali indul
gentia huius c. quæ tamen eſt ius commune : tanquam corpo
re iuris clauſa. ſimile de offi. ordi. irrefragabili. §. exceſſus. de hę
reticis ad abſoluendam in fi. Quæro nunquid hæc diſpoſitio
procedit in alio caſu, vt finge ꝙ maritus in fraudem vxoris, vt
ab ea ſe ſubtrahat, vel libertus in fraudem domini in operis ad
quas tenetur, percutiunt clericum. dicit glo. 3. ꝙ non, quia edi-
ctum eſt prohibitorium. melius diceret permiſſoriū, quia om-
nes prohibentur abſolui, niſi hi de quibus ſpecialiter permitti-
tur . & ſic quo ad eos dicitur permiſſorium . poteſt tamen ſal-
uari glo. ꝙ eſt prohibitorium ſimpliciter. quia prohibetur talis
abſolutio omnibus, citra Papam vel legatum de latere. ad hoc
ſupra c. ad eminentiam. Opp. primo ad hoc, ꝙ immo diſpoſi-
tio huius c. procedat, quo ad omnes, qui non ſunt ſui iuris. ſ̄. e.
mulieres. vbi hoc exprimitur. Sol. Hoſt. ſtat contrario. ſed Ioā.
And. tenet cum glo. quia ſi ita late hoc intelligeretur, detrahe
retur nimis cenſuræ eccleſiaſticæ & canoni ſi quis ſuadente. ꝓ
hoc quod no. in d. c. mulieres. in gl. prima. quæ dicit filiosfami-
lias dici ſui iuris, & in eis non eſſe caſum ſpecialem, quod ergo
dicit c. mulieres. de omnibus, qui ſunt non ſui iuris, debet intel
ligi quo ad remotionē libertatis , vt in ſeruis & vxoribus, quæ
ſubiiciuntur viris , & non econuerſo. 33. q. 5. hæc imago. & ca-
pitulis ſequentibus. Op. ſecundo ad hoc, quia ſecundum præ-
dicta priuabitur vxor iure ſuo , & dominus operibus ſuis ſine
culpa . contra id de conſti. c. 2. regula ſine culpa. lib. 6. Sol. hoc
non fit ſine cauſa. & ſic fieri poteſt , vt l. non conte. quoniam.
§. ſunt & alij. & dicta regula ſine culpa . & quod ibi no. Quæro
quomodo conſtabit, ꝙ ſerui fecerunt in fraudem dominorū .
Sol. de hoc cognoſcet diœceſanus, cuius arbitrio hoc relinquitr
ex eo ꝙ ei permittitur hoc caſu abſoluere. ad hoc ſupra c. per-
uenit , & notat Abb. caſum hic colligi , in quo fraus dat alicui
priuilegium. ſed non proprie colligitur hic , quia ſerui propter
ſuam fraudem non priuilegiantur hoc c. ſed propter eorum
fraudem priuilegiantur domini . vnde potius eſt pœna ſeruis,
ꝙ poſſint abſolui a diœceſano. melius ergo colligitur ꝙ ſubue-
nitur decepto contra decipientem . Colligit etiam Abb. hic,
ꝙ propter damnum vnius euitandum priuilegiatur alter. quia
ad euitandum damnum domini priuilegiatur hic ſeruus , ſed
vt dixi, nō eſt priuilegiū ſerui, ſed dñi . Quæro, qñ dicūtur ſerui
eſſe nimis remoti a ſede apoſtolica quo ad effectum vt poſſint
abſolui a diœceſano. Sol. ſm Hoſt. hoc arbitrabitur iudex. i. ipſe
diœceſanus. ad hoc de offi. deleg. de cauſis. de trāſact. c. fin. & in
hoc ſm Hoſti. conſiderabitur conditio dñi . Pone enim, quod
propter paupertatem vel infirmitatem nō poteſt carere ſeruo
vno die : prouidendum igitur eſt. ff. ad Syllanianum. l. ſi quis
in graui. primo reſponſo. pro hoc quod no. glo. de temp. ordi.
cum nullus. §. pen. lib. 6. & pro dicto Hoſti. facit hic tex. qui ge-
neraliter permittit, ꝙ ſeruus poſſit abſolui, quando propter ac
ceſſum ad curiam dominus ſine ſua culpa graue damnum in-
curreret. deinde ibi, cum nimis ſint , ponit exēplum cum ſunt
ab apoſtolica ſede remoti . at exempla regulam non coarctāt.
ad hoc. ff. de ſerui. vr. prædiorum. l. ſi arborem. in fi. ad l. Aqui-
liam. l. illud, quia vbi eſt ſimilis ratio, debet eſſe eadem diſpoſi
tio, de conſti. translato. de cōfir. vti. cum dilecta. Quæro in eo,
ꝙ dicit , ꝙ ſeruis alia ſatisfactio iniungetur , qualis erit ? dic ꝙ
in orationibus, ieiunijs, pœnitētia, & diſciplina: non in eleemo-
ſynis , vel pecunia, cum proprio careant. inſtit. per quas perſo-
nas nobis acquiritur. §. Item nobis .

S V M M A R I V M.

1 *Contraria aliquando contrarijs curari dicuntur.*
2 *Orandum non eſt pro excommunicato, niſi poſt abſolutionem.*
3 *Bellum indicere ex cauſa eccleſia poteſt.*

Sacris. Excommunicatus pp participationem
excōicati , licet eū expugnet , abſolutus
nō eſt . pars huius ſ̄. ꝙ me. cau. & de ſepul. ſacris. pri
mo deciſum exordium . ſecūdo vnum dictum ibi,
licet. tertium aliud ibi, nec ſi. a quo excipit ibi, niſi. No. ꝙ aliquan
do quis excommunicatur cum participantibus ſibi. de hoc ſu-
1 pra eo. ꝙ in dubiis. Nu. ꝙ contraria contrariis † curantur. man
dat enim eccleſia excommunicato propter fauorem præſtitū
alteri excōmunicato, ꝙ illum impugnet. ad hoc de purga. can.
inter ſolicitudines . No. ꝙ pro excommunicato non eſt oran-
2 dum † niſi poſt abſolutionem, vt hic in tex. iuncta glo. vlti. Ex
hoc habetur quis eſt effectus abſolutionis , quam facit eccleſia
de iam abſoluto quo ad Deum , quia niſi fieret , non oraretur
pro eo. Oppo. primo, quod ex quo excommunicatus ad man
datum eccleſiæ impugnat excōmunicatum , cui fauerat, cen-
ſeatur abſolutus , quia contraria contrariis curantur, & culpa
per contritionem tollitur. de pœnitentiis, omnis. Sol. hæc po-
tuit eſſe ratio dubitandi. Sed ratio decidendi eſt, quia excom-
municatio eſt quid extrinſecum , licet ergo per contritionem
tollatur culpa , non tamen excommunicatio. nam neque de-
pendet a culpa : cum etiam lata ſine cauſa mero iure liget. ſ̄. e.
ſacro. quod dixi de reſcript. ab excommunicato. Sed bene ope
ratur talis expugnatio, ꝙ per hoc apparet excommunicatus
habere ſigna contritionis. & ſic poterit abſolui etiam poſt obi
tum. ſupra eod. a nobis. Oppo. ſecundo ad hoc, quia hic vult
tex. vt aliunde quam per expugnationem conſtet viuentem
oſtendiſſe contritionis ſigna, vt hic in ver. niſi. Solu. aut expu-
gnauit de mandato eccleſiæ, & indiſtincte per hoc ſolum con
ſtabit de contritione. aut citra mandatum, & tunc aut bellum
fuit iniuſtum, & talis expugnatio potius eſt ad culpam. aut iu-
ſtum , & tūc potuiſſet excommunicatus petere ſe abſolui, an-
tequam intraret bellum propter inſtans mortis periculum.
de hoc ſupra eo. quod de his. Sed ſi non periit, non eſt abſolu-
tus : nec per hoc abſoluendus , niſi aliunde appareat eum ha-
buiſſe contritionis ſigna. & ita loquitur hic in ver. niſi. Oppo.
tertio ad primum dictum, ꝙ nō debeat vnquam eccleſia man
dare aliquem expugnari : cum non debeat ſuadere rixas , ſed
tollere. Sol. Vinc. intelligit , ꝙ expugnauit de mandato eccle-
ſiæ generali. & fatetur, quod ſuper hoc nō faceret eccleſia mā-
3 datum ſpeciale. ſed dic, ꝙ etiam eccleſia † poteſt bellum indi-
cere ex cauſa. infra eo. dilecto in 6. pro hoc de reſti. ſpo. olim. 1.
& quod ibi no.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia apoſtolica ſine literis probari poteſt.*
2 *Probatio omnino neceſſaria an requiratur ſuper abſolutione.*

Sicut. Excommunicato , qui dicit ſe abſolutum,
non creditur, niſi hoc probet . Communis
diuiſio. ſecunda ibi, reſpondemus . A te. alias ad te.
& tunc refertur ad verbum reportauit. Nota, quod
1 gratia apoſtolica † poteſt probari ſine literis ibi , aut alio mo-
do. de hoc in proœmio ſexti . Oppo. primo, ꝙ ſit credendum
iſtis, etiam ſine literis, vel alia probatione, quia non præſumi-
tur quis immemor ſuæ ſalutis. glo. 1. tangit, & non ſoluit . dic
contrarium procedere in foro pœnitentiali de homici. ſigni-
ficaſti. 2. ver. cum de cæteris. Secus in foro iudiciali, in quo non
creditur, vt hic, & in iuribus alleg. in fi. glo. primæ. & pro hoc ſ̄.
eo. cum illorum . in fi. Quæro in eo ꝙ dicit de literis eius, cui
Papa commiſit hanc poteſtatem, quis ſit ille. Reſpondeo, ꝙ
poteſt intelligi de pęnitentiario. & ex hoc notat Abb. credi lite
ris pęnitentiarij. Communiter tamen aſſerit pęnitentiarius ſe
feciſſe de commiſſione Papæ ſibi facta viuæ vocis oraculo . &
in hoc ſibi creditur, vt dico in ſequēti quæſtione. vel poteſt in-
telligi de cōmiſſario, puta legato de latere. ſupra eo. ad eminen
tiam.

Digitized by Google

tiam. Oppo.ſecundo, ꝙ ſit opus habere literas: & non poſſit
alio modo doceri.ſupra de fi.inſtru.ꝙ ſuper his. Sol.ibi hoc nō
probatur, & ſtandum eſt huic tex. Quæro in eo, ꝙ alio modo
quam literis probari poteſt, an ſufficiat vnus teſtis. glo. vlti.di-
cit, ꝙ non. Oppo.tertio ad hoc de c.nobiliſſimus.97.diſt.glo.
ſoluit ꝙ ibi nulli fit præiudicium, quod declara: quia ibi credit
legato dicenti ſe legatum. poſſet tamen dici, quod agitur de
præiudicio ordinariorum, & propterea ponitur pro caſu ſpe-
2 ciali.quod declaro de ap.conſtitutus.de teſti. cū a nobis. Quæ-
ro, an requiritur omnino neceſſaria probatio † ſuper abſolu-
tione.de mente glo.vltimæ eſt ꝙ ſic. dic tamen, ꝙ ſufficit etiā
ſi de abſolutione non conſter, ꝙ conſtet de aliquo: ex quo in-
fertur abſolutio.vt ꝙ Papa ſciens de excommunicatione com
municauit ſibi. pro hoc de priuilegiis.cum olim.1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus eſt ab eccleſia ſeparatus.*
2 *Opinioni cuiuslibet ſtandum non eſt.*
3 *Metropolitanus habet in optione, an remittat excommunicatum ad dioceſanum.*
4 *Caſus, in quo par in parem habet imperium.*
5 *Paria ſunt excommunicationem eſſe laſam poſt appellationem, vel in ea fore errorem intolerabilem.*
6 *Caſus, in quo communicatur epiſcopo.*
7 *Abſolutio ab excommunicatione non petenti impendi non debet.*
8 *Excommunicatus eam contemnendo amplius ligatur.*
9 *Excommunicatus debet præſtare cautionem de ſtando mandato iudicis.*
19 *Excommunicatus propter manifeſtum exceſſum non abſoluitur a metropolitano.*
11 *Appellans ab excommunicatione debet cauſam inſerere.*
12 *Abſolutio ad cautelam, an habeat locum in aliis prælatis a Papa.*
13 *Excommunicatio quando dicatur continere errorem intolerabilem.*
14 *Abſoluere quando ſuperior poſſit, non facta remiſſione ad excommunicatorem.*

PEr tuas. Excommunicatus ab epiſcopo, ſi ad
metropolitanum appellat, ab illo po
teſt abſolui. metropolitanus tamen ſuffraganeo
deferens, poteſt illum remittere abſoluendum: te-
netur etiam remittere, ſi exceſſus fuerit manifeſtus. & ante ab-
ſolutionem non auditur volens probare ſe excommunicatū
iniuſte. Secus ſi probare vult ſententiam eſſe nullam. primo
thema, ex quo quæſtio, & pro & contra allegatio. ſecundo de-
ciſio ibi, nos igitur. & in primo ponit ſuper caſu falſam opinio
nem. ſecundo allegat pro archiepiſcopo ibi, verum. tertio con-
tra ipſum ibi, in Sardicenſi. Litis illius cauſæ, pro qua eſt excō
municatus. an. ſ. ſit vera vel falſa, iuſta vel iniuſta. audiendi. ſup
principali cauſa. remittendi, ſuper principali. Innoc. an ſuper
abſolutione remitti poſſunt, vt dicitur in parte præcedenti.
adiectus. a communione. & hoc intellige poſt appellationem.
vel expreſſo intolerabili errore, vt ſequitur ſecundum Innoc.
& Hoſti. Audiatur etiam prius quod abſoluatur. & ſic contra-
dicit decretali Alexandri. accipiat. i. ſuſtineat. diſcutiatur. i. de
cauſa cognoſcatur. quod ſi abſolutionis beneficium. intelligit
Hoſt. hoc caſu quando dicit ſe appellaſſe. vel dicit ſe iniuſte ex-
communicatum, quod declaro. j. deferendum, quod habet
neceſſario facere, cum per querelam eſt aditus. de offic. ordi.
ad reprimendam ac deinde. alias demum. ſ. poſtquam excom
municatus fuerit abſolutus. & ſecus, ſi per querimoniam detu
liſſet cauſam ad ſuperiorem. de hoc de reſcriptis ab excommu
nicato. & ſic procedit hoc tantum, quando per appellationē.
1 Not. ꝙ excommunicatus † eſt ab eccleſia ſeparatus [a] vt hic in
2 princ. & ex hoc no. non præbendum auxilium his, qui ſunt ab
eccleſia ſeparati. No. modum ſoluendi quæſtionem, vt primo
recitentur opiniones. concor. de reſcriptis, ſuper literis. No. nō
2 ſtandum † cuilibet opinioni. ad hoc. 9. diſt. neque. & c. ego ſo-
lis. Sic enim Papa hic non ſtetit opinioni primæ hic poſitæ.
No. quod abſolutio ab excommunicatione non debet impen
di, niſi recepto prius iuramento ab abſoluendo ibi, iuramento
recepto. quod inducit Hoſti. pro ſe in eo quod tenuit iuramen
tum eſſe de ſubſtantia abſolutionis. quod tamen non eſt verū,
nec probatur hic. & de hoc ſupra c. cum deſideres. Nota, quod
3 metropolitanus † habet in optione, an remittat excommuni-
catum ad dioceſanum, vt hic in verbo voluerit, ſed quidam
dicunt, quod debet velle. de hoc de off. ordi. ad reprimendam.
Alij, quod licet citandus ſit ſuffraganeus antequam fiat abſo-
lutio: non tamen de neceſſitate facienda eſt remiſſio. dicit
Hoſtien. quod prima opinio curialior eſt & expeditior. No.
4 caſum, † in quo par habet imperium in parem in eo quod in
ver. in Sardicen. dicitur interpellando finitimos epiſcopos. pro
hoc 65. diſt. c. fi. de hæreticis, ad abolendam, in princ. ſed illud
non multum facit. nec quod hic dicitur, hodie procedit. ſed
ſtatur deciſioni, quæ ponitur infra in ver. nos igitur. No. ſtan-
dum ſententiæ plurium ibi, vel probetur a pluribus. firmius. n.
eſt iudicium plurium. 20. diſt. de quibus. de offi. deleg. pruden-
tiam. No. ver. nos igitur. ꝙ cum excommunicatus proponit
excommunicationem eſſe nullam, non abſoluitur, niſi ad cau
telam, ſed diſcutitur de validitate vel nullitate. ad hoc ſupra de
5 off. deleg. cum contingat. No. ſingulariter, ꝙ paria ſunt † excō
municationem eſſe latā poſt appellationem, vel in ea fore ex-
preſſum errorem intolerabilē, quia vtroque caſu infertur in-
ualiditas excommunicationis vt hic. & ad hoc quotidie alle-
gatur, pro hoc infra eo. venerabilibus. in fi. lib. 6. No. caſum in
6 † quo communicatur excommunicato. ſ. in hoc dubio, dum
pendet cognitio nullitatis. No. de abſolutione ad cautelam. de
hac infra cap. ſolet. lib. 6. & de excep. apoſtolicę. Et no. conſue-
tudinem eccleſię attendendam ibi, conſueuerint. de hoc ſupra
de conſtitu. ex literis. de cri. ſal. quam graui. No. quod alicui cō
municatur in aliquibus, & non in aliis, vt hic in ver. ſed donec.
7 & d. c. ſolet. lib. 6. In ver. verum. No. quod abſolutio ab excom-
municatione non debet impendi non petēti. in verbo, niſi im
ploret. dic tamen ꝙ tenet ſi impenditur, vt dixi de reſcriptis
ab excommunicato. No. quod cum proponitur de iniuſta ex-
communicatione, ante omnia fit abſolutio. ad hoc de offi. de-
8 leg. cum contingat. No. ꝙ excommunicatus † contemnendo
amplius ligatur. Nota, quod metropolitanus poteſt ſimplici-
ter abſoluere excommunicatum non facta remiſſione ad ex-
communicatorem, vt hic in ver. quod ſi abſolutionis. & hoc
quando fuit ad eum appellatum. ſecus ſi per ſimplicem quere
lam fuit aditus, quia tunc debet remittere. d. c. cum contingat.
9 No. ꝙ excōicatus † debet præſtare cautionem de ſtando man-
dato iudicis. & an debeat eſſe ſufficiens, dixi de reſcriptis, ab ex
10 communicato. No. quod excommunicatus † propter maniſe-
ſtū exceſſum, non abſoluitur a metropolitano, niſi facta prius
remiſſione ad excommunicatorem. ratio huius, quia etiam
ſi appellauerit excommunicatus, non tenet appellatio tanquā
manifeſti criminoſi. de ap. cum ſit, in fi. & c. peruenit. & c. cum
ſpeciali. quod tenet hic Inno. Quæro de ratione dubitandi &
decidendi. Sol. vt clare colligitur, quia tex. etiam non eſt bene
clarus, ideo pono caſum in qualibet particula textus. Et incipe
caſum, vt in glo. vltima. Epiſcopus Altiſiodoren. excommuni-
cauit archipresbyterum ſuum, qui corā archiepiſcopo Seno-
nen. petiit ſe abſolui, oblata cautione de ſtando iuri, archiepi-
ſcopus monuit epiſcopū vt abſolueret, quod cum facere nol-
let, ipſe abſoluit. epiſcopus dicebat illum non eſſe abſolutū:
ſuper quo archiepiſcopus conſuluit Papam, qui reſpondet, vt
in litera. Et primo refert Papa opinionem aliquorum, qui di-
cebant indiſtincte archiepiſcopum nūquam poſſe abſoluere,
& mouebantur tali ratione. cauſa nō defertur de epiſcopo ad
metropolitanum, niſi per appellationem, ſed excommunica-
tus non habet vocem appellandi tanquam ab eccleſia ſepara-
tus: ergo ſiue appellet ſiue non, metropolitanus non debet eū
abſoluere. & hæc argumentatio clarius colligeretur, ſi tex. in
prin. diceret, videtur aliquibus quod cū ad metropolitanum
non, niſi per appellationem quæſtio deferatur, ſed tamen illa
fuit intentio literæ, quæ dicta eſt. Et argumentatio eſt bona,
ſed præmiſſæ ſunt falſæ, ideo etiam concluſio eſt falſa. prima
namque propoſitio non eſt vera. nam etiam citra appellatio-
nem quādoque metropolitanus habet poteſtatem cognoſcen
di de cauſis ſubditorum ſuffraganei, vt in caſibus ſcriptis, de
quibus de off. ord. paſtoralis. in princ. Similiter illa propoſitio
eſt falſa, quæ habet excommunicatum non poſſe appellare.
appellat enim, etiam ſi ſit originarius actor de excepti. dilecte.
& c. dilecti. & c. ſignificauerunt. Item quoad caſum noſtrum
non eſt verum, quatenus iſti intelligerent ꝙ ab excommunica
tione non appellatur. licet enim non appelletur quoad ſuſpen
dendum effectum appellationis. de ap. paſtoralis. tamen quo
ad deferendam cauſam, ſuper qua fuit lata excommunicatio,
bene tenet appellatio. vt dicit hic glo. 2. & probatur in d. c. pa-
ſtoralis, quod tenet Specu. de ap. §. in quibus. ver. 17. potuiſſent
autem melius arguere hoc modo ſecūdum Abba. Nullus ex-
communicatur niſi pro contumacia. 11. q. 3. nemo infra eod.
ſacro. ſed contumax non auditur appellans. 2. q. 6. ſunt quorū.
ergo appellare non poteſt. Ad quam rationem dic, ꝙ non pro-
cedit per notata de off. ordi. ad reprimēdam. Item prima pro-
poſitio non eſt vera, quatenus velit quod excommunicatio la-
ta contra non contumacem nōn teneat, quia immo tenet in-
fra eo. ſacro. ſed nec ſecūda propoſitio eſt indiſtincte vera, quia
non omnis cōtumax prohibetur appellare, niſi ſit manifeſtus,
quod dic, vt in cle. ſi ante, de dolo. hac ergo opinione reiecta
Papa in ver. verum. recitat conſtitutionem Alexandri. & hæc,
vt dicit gl. 3. erat in antiqua in tit. de off. ordi. vbi no. ꝙ cum illa
compi-

compilatio, vbi eſt hæc decre. fuerit Ber. Papien. & dicatur prima compilatio approbata, vt dixi ſupra in proœmio, videtur quod Papa debuiſſet aſſertiue allegare hanc conſtitutionem, ſed tamen non aſſertiue dicit, vt patet ibi ab Alexandro emanaſſe, proponũt quod ideo fecit, quia prima compilatio & ſecunda non fuerunt papales, vt dixi in proœmio. & de decretalibus in eis poſitis licebat dicere, quod non eſſent decretales. quod dixi de teſti. ſeries. erant enim illæ duæ compilationes approbatæ ſolum vſu magiſtrorum, non autem a Papa. Conſtitutio autem Alexandri hoc vult, quod aut excõmmunicatus proponit coram archiepiſcopo ſe excommunicatum ante appellationem, aut poſt. primo caſu eſt in optione metropolitani, an abſoluat, an remittat ad excõmunicatorem: ſed ſi vult abſoluere, debet ante ingreſſum litis abſoluere recepto iuramento ſecundum conſuetudinem eccleſiæ, & non debet audire excommunicatum ante abſolutionem. Secundo caſu indiſtinctè debet per ſe abſoluere, nec debet remitti appellans ad diœceſanum. & hæc conſtitutio reformatur in pluribus. infra verſ. nos igitur. vbi hæc dicentur. Per hanc igitur conſtitutionẽ Alexandri in quæſtione principali poſita in princ. inſerebatur pro archiepiſcopo, ꝙ potuiſſet abſoluere, quia remiſerat excõmunicatum. quod facere potuit, cum non eſſet appellatum. Sed in contrarium inducitur concilium Sardicen. de quo in ver. in Sardicen. & ibi litera eſt ſatis clara. conſiſtit autẽ in hoc diſpoſitio concilij, ꝙ excommunicatus qui vult conqueri de epiſcopo excommunicante, accedat ad vicinos epiſcopos, qui audiant cauſam & interim non abſoluant, & interim ſibi nullus communicet. quod intellige extra cauſam illam. contradicit ergo concilium conſtitutioni Alexandri, primo in eo ꝙ cõſtitutio Alexandri vult accedi poſſe ad archiepiſcopum, & cõcilium vult, ꝙ ad vicinos epiſcopos. Secundo in eo quod nulla diſtinctio fit per concilium, ſed per conſtitutionem Alexãdri diſtinguitur, an ſit appellatum, an non. Tertio in eo, ꝙ indiſtinctè cõcilium vult ante cognoſci de cauſa, quam fiat abſolutio: & conſtitutio Alexandri dicit abſolutionem præmittendam. Ad tollendam igitur hanc contrarietatem diſtinguit Papa in ver. nos igitur. Et cõſiſtit in hoc ſolutio Papæ, ꝙ aliquãdo proponit excommunicatus coram archiepiſcopo ſe excommunicatum poſt appellationem legitimam, vel errorem intolerabilem patenter eſſe in excommunicatione expreſſum. Aliquando ſumus extra hos caſus. primis duobus caſibus non abſoluitur ſtatim, ſed cognoſcitur. & ratio eſt, quia ſi probabit proponens, non erit opus abſolutione, ſed declarabitur excommunicationem fuiſſe nullam, vt in c. cum contingat. de offic. dele. & licet hic ponantur tantum duo caſus nullitatis: idem tamen dic quocunque caſu diceretur excommunicationem eſſe nullam, vt hic in glo. in verbo errorem. ver. & idem dicendum. pro hoc infra c. ſolet. lib. 6. & quod ibi no. in princ. tamen quandoque fit abſolutio ad cautelam, vt hic in ver. quanquã. de qua abſolutione dic, vt d. c. ſolet. habet enim locum quandocunque proponitur de nullitate excõmunicationis, vt probatur in d. c. ſolet. in prin. in verbo nullam, cum ibi indiſtinctè loquatur. & pro hoc quod no. eo. tit. præſenti lib. 6. in glo. 2. vbi enumerantur caſus, in quibus excommunicatio dicitur nulla. Si autem ſumus extra caſus prædictos. ſ. quia non proponitur de nullitate: tunc procedit ver. verum hic in tex. cuius eſt ſententia duplex, prout dicitur in glo. in verbo in aliis. ſed vera eſt expoſitio gl. vt exponatur in aliis. ſ. excõmunicationibus. quando. ſ. proponitur tantum de iniuſtitia excommunicationis. & tunc deciditur in tex. ꝙ non debet cognoſci de iniuſtitia, niſi præmiſſa abſolutione. & redditur ratio, ne excõmunicatus videatur contemnere excommunicationem. nam contemneret miſcendo ſe communioni, & agendo de iniuſtitia: & ex eo amplius ligaretur, vt dicitur in tex. ex quo colligit gl. in verbo contemnere, ꝙ iniuſta excommunicatio tenet. plene dixi de reſcript. ab excommunicato. Eſt autem efficax ratio, quare prius nõ cognoſcitur de iniuſtitia, quia fruſtra expectatur cuẽtus, cuius nullus eſt effectus. de offi. dele. cum contingat. ſed ẽt ſi doceret de iniuſtitia, indigeret abſolutione d. c. cum contingat. vbi ponitur hæc ratio in tex. habet autem archiepiſcopus optionem, an velit per ſe abſoluere, an velit remittere abſoluendum a diœceſano. quem ſi diœceſanus noluerit abſoluere, ipſe abſolueret. hoc vult verſicu. quod ſi abſolutionis. & procedit quando per appellationem fuit aditus metropolitanus. ſed ſi citra appellationem, non eſt in optione metropolitani an remittat, an nõ: ſed neceſſario ad hoc tenetur. de off. ordi. ad reprimendam. Item etiam quãdo eſt appellatum vno caſu, tenetur archiepiſcopus remittere. quando. ſ. diœceſanus dicit expreſſum eſſe manifeſtum, vt hic in ver. ꝙ ſi forſan. & ratio hoc caſu eſt ea, quam dixi ſupra, quia etiã ſi ſit appellatum, appellatio non prodeſt: cum manifeſtus criminoſus non appellet. & hunc caſum limitat c. ſolet. vbi dicitur, ꝙ excipiens de manifeſto exceſſu, debet hoc probare infra octo dies: infra quos ſi non probauerit, non relaxabitur ſententia niſi præſtita ſatisfactione. per hæc patet caſus cap. & patet ratio dubitandi propter contrarietatem conſtitutionis Alexandri & concilij Sardicen. patet etiam ratio decidendi. & applicando deciſionem Papæ ad conſtitutionem Alexandri, patet ꝙ conſtitutio Alexandri corrigitur in omnibus ſuis dictis. primo in eo, ꝙ dicit, quãdo acceditur ad metropolitanum ſine appellatione indiſtinctè abſoluit. nec diſtinguit, an proponatur de nullitate excõmunicationis, an de iniuſtitia. prout diſtinguitur in deciſione Papæ. Item in eo, ꝙ dicit excommunicatum ante abſolutionem non audiendũ: audiẽ enim, qñ proponit de nullitate, licet aliquãdo abſoluatur ad cautelam, vt in ver. nos igitur. Item in eo, ꝙ dicit, quando eſt appellatum, indiſtinctè nõ debere fieri remiſſionem, quia immo poteſt fieri ſi vult metropolitanus, vt in ver. nos igitur. Item quo ad primum dictum, quatenus permittit optionem metropolitano, an abſoluat, an remittat: corrigitur quia quando non eſt appellatum, neceſſario tenetur remittere, vt in c. ad reprimendam, præalleg. quia nec poteſt de hoc cognoſcere, niſi conquereretur excommunicatus de ipſo excommunicatore. quod dic, vt in c. venerabilibus. verſ. ſed ſi excommunicatus. eo tit. lib. 6. Applicando autem deciſionem papæ ad diſpoſitionem concilij, patet, quod corrigitur diſpoſitio concilii. primo in eo ꝙ dicit excommunicatum poſſe conqueri coram vicinis epiſcopis. nam hodie non habet hoc locum, & procedebat illud, quando fiebant cõcilia. ſed hodie aditur archiepiſcopus vel alius ſuperior legitimus, vt hic in ver. nos igitur. & dicto c. venerabilibus. Item in eo quod dicit concilium prius diſcutiendum de cauſa, quam fiat abſolutio. corrigitur: quia procedit hoc tantum, quando proponitur de nullitate. alias autem cum proponitur de iniuſtitia. præmittitur abſolutio, vt hic in ver. nos igitur. & in gl. in verb. in quibus caſibus, quod dic, vt in d. c. venerabilibus. in fi. Item in eo ꝙ dicit cõcilium. ꝙ antequam cognoſcatur de cauſa, non debet communicari excommunicato. limitatur hoc per c. ſolet. vt communicetur ſibi in his, quæ concernunt hoc iudicium, in alijs autem iudicijs non. ſed in extraiudicialibus communicari poteſt, vt ibi dicitur in ſi. Hoc præmiſſo examinemus deciſionem Papæ, an procedat & quando: & hoc per contraria, & quæſtiones. Oppo. igitur in eo ꝙ dicit, ꝙ quando proponitur de nullitate, in duobus caſibus tantũ auditur proponens. ꝙ immo idem & in omnibus, & probatur in d. c. ſolet. in prin. Sol. ſta contrario, vt etiam ſupra dixi. & ſic ampliatur ꝙ dicitur in deciſione Papæ in primo dicto ad omnẽ caſum, in quo proponitur de nullitate excommunicationis. Oppo. in eo ꝙ dicit, ꝙ quandoque cum proponitur de nullitate impenditur abſolutio ad cautelam. videtur enim hoc irrationabile, niſi præmittatur cognitio, ꝙ ex vera & iuſta cauſa ſit appellatum. non enim debet credi excommunicato. Oppo. ad idem, quia deberet in hoc citari is, ad cuius inſtantiam fuit excommunicatus, vel iudex, ſi excommunicauit ex officio. ſ. de app. cum ſpeciali. ver. primo, & pe. ĩ. c. venerabilibus. §. 1. 2. & 3. Sol. ſta contrarijs. & dic citandum aduerſarium vel excommunicatorem: qui veniens aut confitebitur appellatum eſſe, aut non. ſi dicit ꝙ ſic, etiam ſi dicat appellationem fruſtratoriã, fiat abſolutio, niſi dicat excommunicationem latam eſſe pro manifeſta offenſa: quo caſu procedit, vt in c. ſolet. verſ. in prima. de quo etiam ibi not. Si autem negat appellatum, vel dicit excõmunicationem præceſſiſſe appellationem quod eſt idẽ: debet ſuperior non ſtatim abſoluere etiam ad cautelam, ſed potius hoc ſummarie examinare. & ſi reperiet quoquo modo appellationem præceſſiſſe, locus eſt abſolutioni ad cautelam: niſi opponatur de manifeſta offenſa, vt in membro præcedenti. Quæ autem probatio hoc caſu requiratur: & quid ſi citatus aduerſarius vel excommunicator non veniant, infra dicitur in quæſtionibus. Opp. in ver. verum. in eo ꝙ dicit metropolitanũ debere abſoluere, quando proponitur de iniuſtitia. ꝙ immo nullo modo poſſit de hoc cognoſcere, niſi quando eſt appellatum, quia nõ eſt iudex ſubditorum ſuffraganei, d. c. paſtoralis. de off. ordi. oportet ergo, ꝙ præmittat cognitionem, an ſit appellatum, & an ex vera cauſa. alias enim non poteſt abſoluere, quia niſi cauſa ſit legitima, non transfertur cognitio ad ipſum de app. Romana lib. 6. Sol. Inn. hic ſtat contrario. refert tamen quoſdam dicere, ꝙ ex quo coram archiepiſcopo probatũ erit de legitima appellatione, etiam ſi non conſtet de veritate cauſæ. ſ. principalis, tamen quia de hoc poſtea cognoſcet archiepiſcopus: ideo ſtatim abſoluet. Refert etiam alios dicere, ꝙ tenet appellatio a ſententia excõmunicationis etiam cauſa non expreſſa: ſicut appellatur a diffinitiua ſine cauſæ expreſſione. ff de appel. l. ſcio, ad hoc de app. non ſolum lib. 6. Ex qua opi. videtur inferendum, ꝙ non expedit cognoſcere de cauſa appellationis, ſicut etiam non cognoſcitur, quando appellatur a diffinitiua.

Digitized by Google

finitiua.d.c.non ſolum. Sed Inno.improbat hanc opinionem, dicens ꝙ cum appellatio quo ad excommunicationem nihil valeat, quia ſemper excommunicatio trahit ſecum executionem. de ap.paſtoralis. ſed quoad principale negocium valet: quia ſi eſt iuſta appellatio, deuoluitur cognitio ad ſuperiorem: Si vero iniuſta, cognoſcit iudex a quo. ſequitur ergo, ꝙ oportet cognoſcere de iuſtitia appellationis, & ſic etiã oportet cauſam legitimam exprimi. pro hoc etiam inducit: quia quãdo per ſimplicem querimoniam aditur ſuperior, nõ abſoluit, ſed ad excommunicatorem remittit. cum ergo acceditur per appellationem, non debet abſoluere niſi probata legitima & vera cauſa appellationis: cũ interim iuriſdictio remaneat apud iudicem a quo. & tenet quod facit, niſi appellans obtuliſſet coram eo ſe probaturum de grauamine. quod ſufficit ad iuſtificandam appellationem. ſ. de app. interpoſita.in princ. Ex hoc no. ꝙ in appellatione ab excommunicatione oportet cauſam
11 inſeri. quod tenet Spec.de app.§.qualiter circa prin. Io.And.in c.venerabilibus, præallc.in nouella in fi. & eſt ratio, quia appellatio ab excõmunicatione æquiparatur appellationi quæ interponitur a grauamine. cum enim non poſſit ſuſpendere effectum excommunicationis, ſed ſolum operetur effectũ deuoluendi negocium, & non deuoluatur negocium niſi per appellationem iuſtã.de ap.vt debitus. ſequitur, ꝙ cauſa debet exprimi. Opp. ad hoc, quia ſi prius cognoſcetur ꝙ appellatio ſit iuſta, non erit locus remiſſioni, ſed debet iudex ad quem abſoluere excommunicatum ſine difficultate, & punire excõmunicatorem. J.e.ſacro. Sol.dicit Inno. ꝙ optio, quæ relinquebatur metropolitano, vt abſolueret vel remitteret ad excommunicatorem, prout dicitur in conſtitutione Alexãdri, procedebat olim quando licebat appellare etiam ſine cauſa. de appel.cum ſit Romana: quia tunc per omnem appellationem deuoluebatur iuriſdictio ad ſuperiorem, nec erat neceſſe vt cognoſceret de cauſa appellationis, an eſſet iuſta vel non, ſed cognoſcebat ſtatim de principali, ideo tunc bonum erat vt poſſet remittere ſi vellet. ſed hodie non: nã cũ deuoluatur iuriſdictio ad ſuperiorem, niſi probata legitima cauſa, oportet de cauſa cognognoſci, & poteſt cognitionem ſi apparebit iniuſta neceſſario remittere: ſi iuſta, remittere non poteſt, vt in cõtrario. Ex hoc apparet Inno. intelligere conſtitutionem Alexãdri, ꝙ per eam daretur optio remittendi vel non, etiam quando erat appellatum, ſed tamen in hoc expreſſe contradicit conſtitutio prædicta: quæ dicit remiſſionem nunquam faciendam quando eſt appellatum. Item etiam in eo ꝙ Inno. vult, ꝙ iudex ad quem eſt appellatum ab excommunicatione, non poſſit abſoluere, niſi prius cognito ꝙ cauſa appellationis ſit iuſta. corrigitur dictum eius, ſiue loquamur in abſolutione pura, quæ fit quando excommunicatio præceſſit appellationem, ſiue in abſolutione ad cautelam, quæ fit quãdo fuit excommunicatio lata poſt appellationem: quia vtroque caſu archiepiſcopus abſoluit ſtatim, cum conſtat appellatum eſſe, etiam ſi opponatur appellationem non eſſe rationabilem, vt in c.venerabilibus in princi. & in §.vlt.& dic, vt ibi no.in glo.penult. & de hoc ibi ſuper illa glo.per Io.And. Quæro quando proponitur de nullitate excõmunicationis, quo caſu dicitur hic impendi poſſe abſolutionem ad cautelam, quid ſi is pro quo lata eſt ſententia dicit, ꝙ non debet abſolui priuſquam ſatisfaciat, quia notoria fuit offenſa.dic, ꝙ audietur infra de verb.ſigni.ex parte. & c.ſequenti. quod eſt verum, ſi de hoc conſtare poterit infra octo dies, vt in d.c.ſolet.alias ſi petat longius tempus ad probandum, abſoluetur excommunicatus recepta ſufficienti cautione de ſatisfaciendo, prout ius requirit ſecundum Inno. qui pro hoc inducit infra eo. ſacro. vbi dicitur, ꝙ excommunicatus debet remitti ad excommunicatorem, ſi ſine periculo moræ hoc fieri poteſt. quamuis ibi loquatur de eo, qui dicit ſe excommunicatum iniuſte, ſed etiã is, qui proponit de nullitate, quamuis non credat ſe excommunicatum, tutius facit petendo ſe abſolui: quia in dubiis tutior pars eſt eligenda. de ſpon.iuuenis. de homici.ad audientiam. Recitat tamen Innoc.alios aliter dicere, ſed primum eſt verius. & poteſt dici, ꝙ poſt terminum is qui non probat, habetur pro non opponẽte. & ſic impendetur abſolutio ad cautelam, ac ſi nihil fuiſſet obiectum, vt in d.c.ſolet. ver.in prima. Quæro, an hæc conſuetudo Romanæ curiæ de
12 abſolutione †ad cautelam habeat locum in aliis prælatis: dicit Inno. ꝙ extenditur ad archiepiſcopos. & ad alios, ad quos appellatum eſt.ar.de conſe.diſt.1. baſilicas. & 12.diſt. per totum. & hoc eſt expreſſum in d.c.ſolet.ver.in prima. & in princ. Op. ad hæc, ꝙ nunquam ſit locus abſolutioni ad cautelam, quia petens ſe abſolui, per conſequens confitetur ſe iuſte ligatum. de elec.venerabilem.ver.fuit quoque. Solu.quidam ſtant contrario, & hoc, niſi petierit præmiſſa proteſtatione, ꝙ per hanc petitionem ſibi nullum fiat præiudicium: vt per hoc etiam nõ inferatur ꝙ ſit irregularis, ſi interim celebraſſet. tunc enim facta tali proteſtatione non confitetur petendo ſe abſolui excõmunicationem tenere. & ſic ſiue ſuperior abſoluat, ſiue ad excommunicatorem remittat, non fit ei præiudicium. pro hoc, ꝙ proteſtatio proſit & admitti debeat, ex quo fit ex probabili cauſa, eſt ſupra de conſti.cum M.vbi dixi.& de elec. Cumana. & per hanc proteſtationẽ cauetur etiam illi, pro quo lata fuit excommunicatio, ſeu ſaltem non fit ſibi præiudicium ex hoc, ꝙ excommunicatus reſtituitur communioni. nam excõmunicatio eſt medicina excommunicati, non ius alicuius. 2.q.1. multi.hæc eſt ratio, ꝙ non auditur appellans ne fiat abſolutio. infra eo.ſacro. Cauetur etiam excommunicato, ne in dubio maneat ſine abſolutione, quod eſt ſibi periculoſum. Item per hoc apparet de eius obedientia. pro hoc quod no.de pœnis. c. fi. Ex prædictis apparet Inno. velle ꝙ proteſtatio ſit de neceſſitate. Vbi quæro, an hoc ſit verum. dicit Inn. ꝙ eſt potius de prouiſione, ꝗ de rigore. nam etiam ſi ſine proteſtatione fit abſolutio, nullum præiudicium fit petenti ſe abſolui: ſi poſtea apparuerit ſententiam non tenere pro hoc, quia petens ſe abſolui, non ex hoc fatetur ſe excommunicatum. & quomodo hoc debet intelligi, eſt quod dixi de homici.exhibita. Similiter ſecundum Inn. non prodeſt proteſtatio, ſi poſtea apparuerit ſententiam tenere, etiam ſi ſit iniuſta. 11.q.3.c.1. vult dicere, ꝙ tũc eſt opus abſolutione: non tamen puto, ꝙ expediat vt iterum abſoluatur. Quæro circa hæc ſi agenti opponitur excommunicatio, vt repellatur ab agendo, & ipſe petat ſe abſolui proteſtatione præmiſſa modo prædicto. dicit Innoc. ꝙ non debet ſibi denegari abſolutio. argu. ſ.e.cum deſideres. §.2.dummodo excommunicatio dicatur lata ab eo, a quo petitur abſolutio vel eius authoritate, vel ab eius ſubdito ar.de cle.ex.mi.apoſtolicæ.de excep.apoſtolicæ. J.e.venerabili. in hoc dic idem, ſi petitur abſolutio a delegato, ſeruato eo quod dicitur de offic.dele.prudentiam.§.ſexta. dicit tamen Inno. ꝙ proteſtatio prædicta non releuat, quin ſi ſciens de excommunicatione celebrauit, ſit irregularis. quod dictum eſt verum, quatenus non poſſit doceri de nullitate excommunicationis. Quid ſi cum petitur abſolutio, aduerſarius vel excommunicator petũt excommunicatum cogi fateatur excommunicationem tenere. dicit Innoc. ꝙ non ſunt audiendi. ex confeſſione enim ſua non debet ſibi præiudicare, & aduerſario prodeſſe. argu. ff. ſi ſeruitus vendi.l.ſicut.§.ſed ſi quæritur. Ex hoc apparet Innoc. recedere ab eo, quod ſupra dixit in eo, ꝙ tenuit petentem ſe abſolui ſine proteſtatione, per hoc intelligi fateri excommunicationem tenere: ſi enim per hoc fateretur, nõ procederet hæc quæſtio, ſed verius eſt, ꝙ per hoc non expreſſe fateretur, vt dixi c.exhibita.de homici.& in præallc.c.venerabilem.de elec. licet vt dicit Innoc. ſit ſecutus proteſtari. Quæro circa id quod ſupra dixi ſecundum Innoc. ꝙ remiſſio, quam facere poteſt archiepiſcopus, cum excommunicatus etiam qui appellauit conqueritur de iniuſta excõmunicatione, procedebat olim: an procedat hodie. videretur ꝙ non per rationem Innoc. cum non debeat iudex ad quem procedere, niſi cognito ꝙ appellatio ſit legitima: & hoc cognito debeat per ſe cognoſcere de principali: nec poteſt de iure ad iudicem a quo fieri remiſſio. ſ.de appel.accepta. In contrariũ eſt hic tex.in ver. nos igitur. & ver. ꝙ ſi abſolutionis. vbi permittitur metropolitano, vt remittat abſoluendum ad excommunicatorem, quæ nõ debet dici hodie correcta: ex quo patenter hoc non apparet. ad hoc ſupra in prœmio. & quia iurium correctio eſt euitanda. Sol. poſſet dici, ꝙ hic non probatur remiſſionem poſſe fieri quando appellatum eſt, ſed intelligitur verſ. ꝙ ſi. quando non eſt appellatum. hæc ſol. non procedit, quia quando non eſt appellatum, neceſſario tenetur remittere ad excommunicatorem. de offi. ordi. ad reprimendam. & dixi notando. hic autẽ permittitur optioni ſuæ. propterea dico, ꝙ quæſtio eſt difficilis, & per ſcribentes non tractata. Vbi dico primo, ꝙ hoc caſu poteſt iudex ad quem abſoluere, antequam cognoſcat de cauſa appellationis, vt dicitur in c.venerabilibus, in fi. ibi tamen loquitur de abſolutione ad cautelam, ſed idem eſt de abſolutione ſimpliciter facta de c.venerabilibus.in princ.& ſupra dixi.& ex hoc habes vnum caſum, in quo iudex ad quem habet poteſtatẽ procedendi, antequam diſcutiat de viribus appellationis, etiam ſi ſit appellatum ab interlocutoria. nam appellatio ab excõmunicatione appellationi ab interlocutoria comparatur, vt ſupra dixi. quod not. ſingulariter. Ratio autem, quare permittitur metropolitano vt abſoluat, non docto de iuribus appellationis, eſt: quia ſufficit, ꝙ verum eſt dicere ꝙ eſt iudex. verum eſt autem etiam ante cognitionem cauſæ appellationis ꝙ iuriſdictionem habet. ſ. in cognoſcendo de appellatione. quod ſufficit, vt interim poſſit abſoluere. Ex hoc etiam dico, ꝙ interim poteſt ad excõmunicatorem pro abſolutione remittere: nec poteſt excommunicatus appellans de hoc conqueri, cũ nondum conſtet, an appellatio ſit iuſta, an iniuſta, & per hoc tolli-

tur

Digitized by Google

tur contrarium c.accepta. quod procedit, quando conſtat ap-
pellationem eſſe iuſtam. per hoc etiam ſurgit vnum mirabile,
ꝙ appellans comparens coram iudice a quo, non per hoc re-
nũciat appellationi. intelligo enim, ꝙ metropolitanus remittit
ad excommunicatorem ſolum ad effectum vt abſoluat: non
ad effectum vt cognoſcat de iuſtitia appellationis, ſed de ipſa
iuſtitia cognoſcet metropolitanus, vt hic, in ver. ac deinde cau
ſam audiat. debet enim exponi cauſam. ſ. propter quam fuit la
ta excommunicatio. & ad quem effectum cognoſcatur, no. de
off. deleg. cum contingat. in gl. vlti. quamuis igitur comparue-
rit excommunicatus coram excommunicatore, non per hoc
renunciat appellationi: tum quia comparitionem hanc fecit
neceſſario ex præcepto metropolitani. c. vero accepta. loquit̃
de comparatione voluntaria: tum etiam quia nõ comparuit
proprie ſuper cauſa, propter quam fuerat appellatum, nec ad
effectum, vt in ea procederetur, ſed potius vt peteret ſe abſol-
ui, ꝙ petendo non videtur dicere propterea excommunicatio
nem iuſtam, ſed perſiſtere ſuæ appellationi, per quam dicebat
eam iniuſtam. quæ no. ſingulariter. Quæro, quia dixi ſupra in
ſecundo & tertio contrario: ꝙ debet examinari ſummarie,
cum petitur abſolutio ad cautelam, an fuerit appellatum vel
non, & an poſt latam excommunicationem fuerit appellatũ,
an prius. quæ probationes in hoc requirantur. dic, ꝙ non re-
quiruntur ita plenæ, ſicut in principali: quia ſi ita plenæ re-
quirerentur, non eſſet vlla differẽtia inter caſum, quando quis
dicit ſe excõmunicatum poſt appellationem, nec petit ſe ab-
ſolui ad cautelam, & caſum iſtum quod eſt abſonum. Item ſi
plene probaretur, non eſſet neceſſaria abſolutio ad cautelam,
immo conſtaret ſententiam fuiſſe nullam, & ſic pronuncian-
dum fore. de offi. dele. cum contingat. dic ergo, ꝙ ſufficit pro-
batio ſemiplena: dummodo ſit talis, quæ debeat mouere iu-
dicem. quod tenet Hoſt. Quæro, an tales probationes faciant
fidem in principali. dic, ꝙ non. de teſti. veniens. 2. ſed idem te-
ſtes poterunt iterato ſuper principali produci. d. c. veniens. pro
hoc de ap. Romana. primo reſponſo. & §. 1. & 2. lib. 6. Quæro,
an ſufficit ꝙ excommunicatus hoc aſſerat cum iuramento,
ꝙ excommunicatio fuit lata poſt appellationem ad effectum,
vt fiat abſolutio ad cautelam. dic ꝙ non, quia foret nimis ab-
ſurdum & aduerſario præiudiciale, qui debet citari, cum ad
eius inſtantiam lata fuit excommunicatio, vel ſi ex officio, ci-
tatur ipſe iudex vt ſupra dixi. Quæro circa hoc, ſi citatus non
venit, vel quid ſi periculum eſt in mora. dic, ꝙ tunc poterit fie-
ri abſolutio. J. c. ſacro. & eſt conſilium, ꝙ in tali caſu fiat abſo-
lutio recepta idonea cautione. ſic enim non habet aduerſarius
materiam querelandi de ſuo præiudicio. argumento de verb.
ſig. ex parte. 1. c. cũ olim. & dicti c. ſolet. ver. in prima, quia etiã
ſi excommunicatus aſſerens ſe iniuſte ligatum, peteret ſe ab-
ſolui, abſoluendus eſſet, etiam aduerſario contradicente: ex
quo nihil opponeret de manifeſta offenſa. d. c. cum contingat.
tantam infligere pœnam. de hoc in glo. in verbo, infligere. &
in ea ibi, non auferamus. C. de apoſtatis. l. hi qui. Not. in verſi.
verum. quod quis reducitur quandoque in priſtinam excom
municationem, quod intellige in genere. non autem præciſe
in eandem. inf. eod. eos qui. libro ſexto. Not. in verſiculo. Si ve-
ro. quod iudex poteſt reuocare ſuam ſententiam. quod eſt ve-
rum, quando non tenuit, ſi fuit diffinitiua. de accuſa. qualiter.
prima. Sed ſi interlocutoria, indiſtincte poteſt. de appell. cum
ceſſante. Not. in verſiculo, cauens, contra fingentes & mentien
tes. de reſcriptis cum contingat. clem. quamuis. de foro com-
7 pet. Et not. quod tales ſubijciuntur † canonicæ vltioni. ad hoc
de probat. quoniam. de re iudic. capitulo primo, libro ſexto.
Opp. primo in eo quod dicit monitionem debere probari per
plures. videtur enim ſufficere vnica perſona. ſupra de teſti. in
omni. Solutio, Innocent. ſtat contrario. ſed illud loquitur in
monitione, quæ præcedit denunciationem euangelicam, de
qua loquitur illud euangelii. Si peccauerit &c. de iudi. nouit.
in qua ipſe monens eſt teſtis. quia non de ſuo commodo, ſed
de ſalute moniti quæritur. hic vero teſtificaretur pro ſuo com
modo ſaltem ad euitationem pœnæ, ſecundum Io. Andream.
per hoc nota, quod non ſufficiet nuncius vnus, ex quo dicit
de pluribus perſonis. contrarium tamen puto per cap. cum pa
rati. de appell. & quod nota. de probat. quoniam contra. quod
ergo hic dicit perſonis idoneis, intelligo non publicis, vel vna
perſona publica, vt nuncio. ſimile in dicto ca. quoniam con-
tra. Oppo. ſecundo in verſiculo, quod ſi contra. quod etiam
non præmiſſa monitione poſſit quis impune alium excom-
municare. infra eodem, dilecto. libro ſexto. Solut. ſi excom-
municat vt iudex, procedit quod hic dicitur: ſed ſi vt pars exe-
quens ſuum officium, procedit contrarium. pro hoc quod no
tat Innocent. de cenſibus. venerabili. in gl. quia ſæpe. vltra me
dium. Opp. tertio in eo quod dicit iudicem puniēdum, etiam
ſi ſententia fuerit iuſta, & ſic vult excommunicationem poſſe
eſſe iuſtam, quamuis non præmiſſa monitione. & ſic contra
de probat. quoniam contra. Solutio, vt in glo. in verbo, iuſta.
quam nota, de triplici modo iniuſtitiæ. & in ea ibi, ex cauſa. vt
quia non ſubeſt cauſa, vel non vera vel non legitima. & ibi ex
animo ad vindictam. nam quod ſæuerius caſtigare neceſſe eſt
non debet plecti ſæuientis animo: ſed medentis. 86 diſtinct.
odio. Opp. quarto, ad hoc. quia ſi excommunicatio fuit iniu-
ſta, non debuit poſſe operari effectum eijciendi extra eccle-
ſiam, cum excommunicans iniuſte ſit eiectus extra eccleſiam.
vt hic. Solut. dicit eadem gl. quod ſimul incipit vterque eſſe
extra eccleſiam: alter per ſententiam: alter authoritate huius
canonis. vel ſecundum Goff. licet vterque incipiat eſſe extra
eccleſiam ſimul tempore: tamen naturaliter, id eſt in intelle-
ctu præcedit priuatio iniuſte excommunicati per quam infer-
tur ſecunda, ſcilicet eiectio excommunicantis. ſicut etiam in-
fuſio gratiæ & remiſſio peccatorum ſunt ſimul tempore: ta-
men naturaliter præcedit peccatorum remiſſio gratiæ infu-
ſionem. vt not. gl. 31. quæſt. prima, cum renunciatur. pro hoc
quod not. de pœn. diſt. prima, poſt princ. & de appell. præterea.
2. Et dicit Phi. quod cum interdicatur ingreſſus eccleſiæ ſub
conditione ſi ſine monitione excommunicauerit, locus eſt
pœnæ cum exiſtet conditio. ff. de verborum ſignificationi-
bus, l. cedere diem. Oppono quinto in eo, quod interdicit
excommunicatorem per menſem: quia per hoc non inclu-
dit epiſcopos & ſuperiores, cum nō faciat mentionem de eis.
eodem titulo, quia periculoſum. libro ſexto. Solutio ſta con-
trario, & hæc pœna, de qua hic, procedit in inferioribus.
Opp.

ADDITIONES.

a Monitione. Adde cap. inter quatuor, de ma. & obe. & in cap. conſuluit. de off. deleg.
b Fœmininum. Adde doc. in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. quid in contractib. vide Pe. de Anch. in cle. 1. de bap. Lod. Rom. conſi. 35. incip. viſa facti ſerie. Quid in priuilegiis. vide per Bal. in c. ad audientiam, in vlt. col. de reſcr.
c Pœna. Adde c. cum medicinalis. de ſen. excom. lib. 6.

Opp. 6. in verſi. verum in eo, quod dicit abſolutum compelli
ſatisfacere per cautionem receptam, quando excommunica-
tio fuit iuſta & ſic oportet de hoc inquiri, an ſit iuſta. & ſic ob-
ſtat de reſcrip. ab excommunicato. Sol. vt in gl. in verbo com-
pellatur. quod de hoc inquirit non excommunicator, ſed arbi
ter vel ſuperior. Opponitur. 7. ad hoc, quod eo ipſo quod ex
communicatus petit abſolui, acquieſcat ſententiæ, vt eam nõ
poſſit impugnare. ff. de inoffic. teſtamento. l. vltim. ad hoc de
elect. venerabilem. verſi. fuit quoque. Solut. dicit glo. quod per
hoc non acquieſcit. pro hoc de homicidio. exhibita. & reddit
rationem: quia contradicens excommunicationi, ſi appellat
non prodeſſet appellatio. de app. paſtoralis. & appellando non
conſenſit: ita & abſolutionem petendo, ſed hæc ſimilia non
ſunt propria, & quo ad quid expedit appellare, ſcilicet vt nego
cium deuoluatur ad ſuperiorem. vt dixi ſupra cap. per tuas. &
no. in d. c. paſtoralis. & dicit Innocen. hic, quod ſicut ſententia
excommunicationis trahit ſecum executionem: nec impedi-
tur per ſequentem appellationem. d. cap. paſtoralis. ſic & ſen-
tentia abſolutionis per ſequentem appellationem non impe-
ditur. ſed ſi appellatio pręcedit abſolutionem: vt quia appellat
quis ne abſoluatur excommunicatus, adhuc non impeditur
abſolutio: quia non valet appellatio a futuro grauamine. de ap
pel. vt debitus. tamen ſi ex iuſta cauſa interpoſita fuit, deuolui-
tur ad ſuperiorem, & condemnabitur abſolutus in expenſis,
ac ſi non eſſet abſolutus, pro hoc in eo quod Inn. comparat ex
communicationem & abſolutionem, eſt, quia par eſt poteſtas
ligandi & abſoluendi. de pœn. diſt. 1. verbum. & pro hoc quod
no. in d. c. paſtoralis. dic autem, quod vera eſt gl. in eo quod di-
cit petentem ſe abſolui, per hoc nõ acquieſcere ſententiæ. pro
hoc quod dixi de homici. exhibita. licet præſumptio ſit cõtra
eum. d. c. venerabilem. verſi. fuit quoque. In ver. ſi vero. Oppo-
8 ne, quod iudex † non poſſit reuocare ſententiam ſuam. C. ſen
tentiam reſcin. non poſſ. l. 2. & 2. q. 6. hoc etiam. Solu. dicit Inn.
quod hoc eſt: quia iudex tantum poteſt abſoluere ab excom-
municatione, & non pars cuius non intereſt quod ſit excõmu
nicatus. ſecus in alijs ſententijs etiam interlocutorijs: ex qui-
bus acquiritur ius parti. nam tunc ius acquiſitum etiam per
interlocutoriam iudex auferre non poteſt. de ele. cum dilecti.
de hoc tamen dic melius, vt dixi de app. cum ceſſante. Quęro,
an diſpoſitio huius. c. procedat in ſuſpenſione & interdicto. vi
detur quod non. quia hic dicit de excommunicatione tantũ.
ibi, excommunicationis ſententiam. Vin. tamen tenet cõtra-
rium dicens, quod ſi iudex in fraudem huius conſtitutionis
non ſeruat hanc formam in prędictis, locum habet hoc ca. e-
tiam quo ad pœnam ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ, ſed ſi
non in fraudem fecerit, habet locum tunc ſolum pœna in-
tereſſe. vel alia de qua in ver. cumque. pro hoc quod no. gl. hic
in verbo mentem. Sed dic, quod licet quo ad quædam compa
rentur excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. vt in caſu
c. primi. inf. eo. lib. 6. & in caſu c. ſtatuimus. eo. tit. & lib. iuncto
c. ſtatutum. eo. tit. & li. tamen non per omnia. & ideo quod ſpe
cialiter diſponitur hic de excommunicatione, non procedit
In ſuſpenſione vel interdicto. nam & in his nõ ſic expedit mo-
nitionem præmittere, ſicut in excommunicatione, vt no. Inn.
de exceſſ. præla. c. 1. & ſic nõ habet locum pœna huius. c. Quæ-
ro: quia dicitur hic, quod monitio debet eſſe competẽs. & gl. i.
dicit. i. trina. Quid ſi moneat excommunicans ſemel tantum?
dicit Inn. quod licet ſit honeſtum quod moneat ter: tamen ſi
ſolum ſemel monet, non incurrit pœnam huius cap. ar. vt lite
non conte. tuæ. 4. q. 1. c. 1. quod no. & pro hoc quod not. eo. tit.
conſtitutionem. li. 6. Sed contra eſt: quia in ver. quod ſi cõtra,
imponitur pœna contrafacienti, & ſic excommunicanti non
præmiſſa competenti monitione: ſed vnica monitio eſt non
competens. inf. eo. conſtitutionem. §. ſtatuimus. lib. 6. quod vi
detur verius: licet communiter approbetur dictum Inn. & iu-
ra quę allegat nõ multum faciunt, debent enim intelligi cum
9 determinatione huius c. Quæro nunquid monitio † ſemper
a ſit neceſſaria. [a] dicit Innocent. quod in omnibus præteritis e-
tiam notorijs neceſſaria eſt: ſed in futuris nõ, quia tempus mo
net. quinta quæſt. prima, quidam. pro hoc quod not. 24. quæſt.
4. ecce. & c. de illicita. vult dicere Innoc. quod quando fertur
excommunicatio pro præterita culpa, neceſſaria eſt monitio:
quia forte ſe corriget & emendabit: ſed quando pro futura, vt
ſi excommunicatur qui furtum fecerit, non eſt neceſſaria mo
nitio. quia tempus monet. & hoc ſiue certum tempus ſit ap-
poſitum, ſiue non: quia ſaltem aliquod tempus erit medium,
cum hæc ſententia concernat futura tantum quæ not. Quęro,
an formæ huius concilij poſſit renunciari. Hoſtien. de offi. de-
legat. P. & G. dicunt, quod non. argu. cap. ſi diligenti. de foro
competen. quod not. poſſet tamen in hoc inſtari: quia fauore
partis videtur introductus hic ordo, ne facile labatur in tãtam
pœnam, prout dicitur infra verſic. cumque. tamen potius in-
hæreo dicto Hoſtien. per ea quę no. in quinto cap. P. & G. quia
in ſententijs cenſuræ attendimus potius canonum diſpoſitio-
nem, quam partis fauorem. Quæro in eo quando dixi ſupra,
in quarto contrario. quod licet excommunicatio iniuſta & pę
na excommunicantis ſint ſimul tempore: tamen præcedit na
turaliter, id eſt in intellectu iniuſta excommunicatio. Quid in
ſimili caſu? Pone diſponit ſtatutum, quod nõ valeat reforma-
tio ſeu ſtatutum populi, niſi proponatur per capitaneũ. Alio
ſtatuto cauetur, quod ſi capitaneus proponit de bannito can-
cellando ſit ipſo iure priuatus, proponit capitaneus de banni-
to cancellato, & ſic ſtatuit populus: an valet ſtatutum. diſpu-
tando terminauit Iac. Butri. quod non. quia talis actus concur
rit cum pœna priuationis. pro hoc quod not. Inn. de app. præ-
terea, 2. vbi dicit, quod ſi iudex excommunicat canonicos ſi
eligant, non tenet electio ſi eligent, tanquam facta ab excom-
municatis. ſed in contrarium eſt quod ſupra dixi: quia propo-
ſitio facienda per capitaneum ſaltem naturaliter præcedit pœ
nam ſibi impoſitam: ergo tenet propoſitio: tamen quia propo
ſitio capitanei ſola non ſufficit ad factionem ſtatuti, & tempo
re quo fit ſtatutum, verum eſt dicere capitaneum iam priua
tum, talis propoſitio habetur pro non propoſitione. pro hoc
quod dixi in dicto c. præterea. 2. Quęro: quia hic dicit excom-
municationem debere ferri monitione præcedente. quid ſi
non præcedente fertur: videtur non valere: quia nulla ſenten-
tia tenet non præcedente monitione. ff. quæ ſententiæ ſine ap-
pel. reſcindantur. l. prima. §. item com ex edicto. ſupra. de ma-
io. & obe. inter quatuor. de conſti. eccleſia. de re iudi. cle. paſto
ralis. contrarium tenet hic gl. ſecunda, ibi tamen ſi non ſerue-
tur tenet ſententia. Ex hoc not. ſpeciale in ſententia excommu
nicationis, vt lata non pręcedente citatione nõ ſit nulla. quod
tenet gl. 2. quæſt. prima, in ſumma. Oppone ad hoc de cap. ſta-
tuimus. inf. eo. lib. 6. Solu. ibi de excommunicatione, quæ fer-
tur contra participantes. in qua ſpecialiter ibi ſtatuitur, quod
non teneat monitione non pręcedente. & intelligit ibi glo. quod
non tenet ipſo iure. & alios caſus, in quibus ipſo iure excom-
municatio eſt nulla, colligit gl. eodem tit. præſenti. lib. 6. Cir-
ca hoc quæro, quæ ſit ratio differentię, quare tenet excommu
nicatio lata contra aliquem principaliter nõ præcedente mo-
nitione: & non tenet lata contra participantes? Solu. quia plu-
res afficit lata contra participantes, equum fuit eam coerceri.
ſed ſi non emanaſſet cap. ſtatuimus. præall. etiam talis excom-
municatio citatione nõ præcedente teneret. & eſt ratio, quia
non eſt proprie ſententia, ſed medicinalis pœna. eo. tit. c. 1. lib.
10 6. Quæro quid importat pœna † ſuſpenſionis ab ingreſſu eccle
ſiæ. Inn. hic tractat, ſed expeditur inf. eo. c. is cui. li. 6. Vbi quęro
cum tali prohibeatur auditio diuinorum, vt in d. capit. is cui.
nunquid ſaltem per eccleſiam tranſire poteſt. dicit Inn. quod
ſic. pro hoc quod dicitur de excommunicato. ſup. eod. nuper.
ad hoc 5. q. 2. preſenti. Quæro, an ipſo iure infertur hæc pœna
interdicti eccleſiæ per menſem. glo. in verbo menſem. dicit quod
ſic. & idem Innoc. pro hoc verbum nouerit. quod eſt temporis
præteriti, & ſic non requirit actum extrinſecum. Secus ſi dice-
retur hic per verbum futuri temporis, interdicatur ingreſſus
eccleſiæ: quia tunc requireretur ſententia. de iura. calum. c. fin.
& quod ibi dixi. & de fo. compe. ſi diligenti. Quæro quot dies
habebit iſte menſis. dicunt aliqui quod 30. per c. de illicita. 24.
q. 3. vt accipiatur quoddam medium, cum menſis quãdoque
habeat vltra 30. dies. quandoque minus. dic melius, quod ha-
bebit tot dies, quot habuit menſis in quo pœna incurritur. de
elec. quam ſit. li. 6. vbi hoc tenet gl. quod dixi de ſupplen. negli.
prælat. licet. Quęro nunquid elapſo menſe ipſo iure interdi-
ctus ſit reſtitutus. glo. in verbo menſem, dicit quod ſic. de hoc
ſupra. de matrimo. contrac. contra interdictum ec. c. fin. quod
dixi de æta. & quali. bonæ. Quęro, an contra excommunican-
tem iniuſte ſit prodita alia pęna Gl. eadem in verbo menſem,
dicit quod ſic, & proſequitur multiplicem pœnam in verſi. ca
rebit. inſuper. vſque ad ſi. Et in ca ibi, de illicita. & 2. q. 1. nemo.
& ibi: hodie vero qui excommunicat, ſuſpendit, vel interdicit,
& ibi pœna augmẽtata eſt. dic hoc verum quo ad caſus expreſ
ſos eo. ti. c. 1. li. 6. non autem in alijs. Quæro quid ſi excommu-
11 nicatus † iniuſte petit ab excõmunicatore ſe abſolui. videtur,
quod non poſſit. quia interdictus eſt excommunicatori ingreſſus
eccleſiæ. non poteſt ergo alium introducere in eccleſiam. In
contrarium: quia hic in verſi. caueat. dicitur remiſſionem fa-
ciendam ad excommunicantem iniuſte. glo. hic in verbo in-
terdictum, refert opin. tenentium, quod ſolus ſuperior de-
bet abſoluere. ad hoc de tempo. ordin. eos qui libro ſexto.

Et

ADDITIO.

a Sit neceſſaria. Adde cap. ad noſtram. el tertio, de iureiuran. cap. tua, de coha. cle. & mu.

Et ad contrariũ de remiſſione reſpondent, quod ſit tunc tantum quando in excommunicatione fuit præmiſſa monitio licet alias non iuſta: vt quia lata abſque manifeſta & rationabili cauſa. & ſm hanc opi. verſi. caueat. ibi ad quam ſi forte. taliter debet exponi, ideſt ſi ſine manifeſta & rationabili cauſa, licet præceſſerit monitio, & non refertur ad diſpoſitionem præcedentem. ante verſi. caueat. quod eſt verum; quia illa diſpoſitio habet ſuam clauſulam. in ver. ꝙ ſi cõtra. & ſic hæc clauſula ad quam. non refertur ad illam, ſed ad hanc quæ ponitur in ver. caueat. pro hoc de dona. cum dilecti. & quod ibi dico. & de appellat. ſecundo tequitis. glo. tamen prædicta in verbo interdictum. ibi vel dic, dicit, quod poteſt excommunicans iniuſte abſoluere: quia non eſt priuatus iuriſdictione. quod tenet Innoc. dicens, quod ipſe abſoluetur, & alius introducet in eccleſiam. ar. de cle. ex. ſi celebrat. quod intelligit Hoſtien. ex delegatione ipſius abſoluentis. Ad quod oppone: quia quod quis nõ poteſt per ſe, nec per alium. 45. di. ſicut. regula poteſt. li. 6. Item non debet concedi vna via, quod alia prohibetur de procuratoribus. tuæ. Sol. dic, quod iſte per alium ſolum exercet iuriſdictionem, nec committit aliquid quod non habeat. ille autem de ſe eſt alias non inhabilis ad introducendum in eccleſiam. ſimile de elect. ſuffraganeis. & quod ibi nota. Refert tamen Inno. quoſdam dicere, quod ipſemet abſoluens introducet in eccleſiam, licet non poſſit officium dicere. inf. eo. duobus. ſupra eo. reſponſo. quod non placet Innoc. & reprobatur per c. is cui. inf. eod. lib. 6. Per hoc apparet, quod opinio prima, quam dixi veram, eſt vera ſolum in ratione, per quam reſpondetur ad id quod hic dicitur de remiſſione: ſed ſimpliciter verior eſt ſecunda opinio, quod ipſemet excommunicans iniuſte poteſt abſoluere. In ver. Caueat. Quero in eo quod dicit excommunicantem requirendum, vt abſoluat, ad quid prodeſt ipſi excommunicatori hæc requiſitio. dicit Inno. quod prodeſt: quia poterit euitare pœnam, de qua hic, dicit tamen Innoc. quod etiam ſi non fuerit requiſitus, tamen ſi per imprudentiam hoc fecit, tenetur ad intereſſe nõ per iſtum textum, ſed per id quod habetur inſt. de obli. quę ex delic. primo reſpõſo. pro hoc quod not. de emp. & vend. cap. fin. & ad hoc de re iud. c. 1. lib. 6. Quid ſi fuit aliquis excommunicatus, quia non parebat rei iudicatæ: an procedit quod hic dicitur, vt poſſit excommunicatus requirere excommunicatorem, vt abſoluat. dicit Inn. quod ſi iudex tulit ſententiam cum cauſæ cognitione ſuper re alii danda: & quia non dabat, excommunicauit, non eſt abſoluendus, niſi pareat, cum manifeſta ſit offenſa, de qua conſtat per ſententiam a qua non eſt appellatum. inf. de verb. ſign. cum olim. & c. ex parte. Poſſet tamen quo ad alium articulum locum habere quod hic dicitur. ſ. quo ad condemnationem ad intereſſe, & alias prout viſum fuerit ſuperiori. quod eſt verum, quando excommunicatus obtuliſſet ſe ſatisfacturum, & excõmunicator non abſoluiſſet. Circa hoc quæro, an poſt abſolutionẽ audietur agens contra iudicem: quia malitioſe vel per imprudentiam eum condemnauit. dicit Inn. quod ſic. ad hoc inſt. de obliga. quæ ex delic. in prin. Opp. ad hoc, ꝙ non ſit audiendus, ex quo a ſententia non appellauit. reſponde ſecundum Inn. notabiliter, ꝙ non obſtat: quia aliæ ſunt perſonæ inter quas mõ agitur. ſ. iudex & excõmunicatus, & aliæ inter quas fuit actum primo. Item ad aliud modo agitur. ſ. ad intereſſe, & alias pęnas ad aliud primo. ſ. ad rem quæ petebatur. Quæro, ſi excommunicatus conqueritur ſe excommunicatum ordine iudiciario non ſeruato: an procedit quod dicit hęc in ver. caueat. Sol. dicit Inn. ꝙ ſic: adeo quod ſiue appellauerit ſiue non, poteſt deponere querimoniam de excommunicatore penes ſuperiorẽ, & procedetur ad abſolutionem excommunicati, & ad cõdemnationem excommunicatoris ſecundum tenorem huius ca. pro hoc inf. eo. venerabilibus. lib. 6. Quæro in eo quod dicitur hic, ſi excommunicator abſque grauamine non reuocauerit, quid hoc importat. dicit gl. in verbo grauamine. quod ſine expenſis & iuramento. quod tenet Hoſtiẽ. licet alias ſecundum eum iuramentum ſit de ſubſtantia abſolutionis. quod tamen non eſt verum, quod dixi ſupra eodem, cum deſideres, ſed etiam hic pręſuppoſito hoc caſu tenet Hoſt. cum glo. quia hæc non eſt abſolutio, ſed relegatio. Oppone ad hoc, quod immo debeat exigi iuramentum. infra eodem venerabili. Solu. vt ibi in gl. ſi. quæro quia debet ſuperior remittere ad excommunicatorem, vt hic, quid ſi abſoluat antequam remittat? dicit Innoc. quod etiam ſi non ſubſit in mora, tenet abſolutio, ex quo eſt iudex. quod probatur infra eodem venerabilibus. libro 6. Quid ſi cõſtaret ſuperiori, quod excommunicatio eſt iniuſta? dicit Innoc. quod tunc non remitteret. 2. quæſt. 1. nemo. & ſic quod hic dicitur de remiſſione, habet locum in dubio. pro hoc: quia quando conſtat quando meretur pœnam, non debet honorari. & hoc caſu ſecundum Hoſtiẽ. relaxabit ſuperior nudo verbo. & ſic quod dicitur in verbo alioquin, de cautione ſufficienti recipienda, procedit quando dubitatur an excõmunicatio ſit iuſta, an non. Oppone ad hoc, quod etiam hoc caſu dubii non requiratur cautio ſufficiens: ſed ſufficiat iuratoria. infra titulo primo, ex parte, primo. Solutio intellige hoc cum diſtinctione illius cap. & eius quod de reſcript. ab excommunicato. de appel. qua fronte. vel poſſet dici hoc caſu ſpecialiter requiri ſufficientem cautionem; quia ita hic exprimitur. & extra hunc caſum procedunt notata in dictis locis, & ratio pro hoc caſu, quia ſic ſcriptum eſt. Item: quia hic loquitur, quando abſolutio ſit ab eo, qui non eſt alias iudex, vt a ſuperiore puta archiepiſcopo, qui non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganei, niſi in caſibus in iure expreſſis. de offic. ordi. paſtoralis. in princ. Sed hoc caſu bene eſt iudex, cum ſubditus ſuffraganei conqueritur de ipſo ſuffraganeo. infra eodem venerabilibus. §. primo, & ſecundo, libro ſexto. Omnibus conſideratis tutius eſt hoc caſu inhærere huic textui. Refert tamen Innocent. alios dicere libellum porrigendum & litem conte. primum puto verius, vt ſicut in excommunicatione non per omnia requiritur obſeruatio ordinis iudiciarii, ſed ſufficit quod ſeruetur forma huius c. & ca. primi. infra eodem libro ſexto, ita nec in abſolutione requirantur. Quæro, an ne-
12 ceſſe ſit excommunicato † porrigere libellum, cum petit abſolui. dic quod non: quia hæc abſolutio expeditur de plano ex officio iudicis. & ſic tenet Innocent. quod not. Quæro circa hoc, ſi contra petentem abſolui, obiicitur de ſpoliatione, dicit Innocen. quod non audietur exceptio. primo per generalem rationem: quia hæc eſt cauſa mere ſpiritualis, in qua iuris rigor ſeruandus non eſt, qui ſeruatur in ſecularibus. arg. 11. quęſt. prima, ſi quis cum clerico. & ſupra de dolo. cap. primo, & potiſſime: quia ſi obſeruaretur ordo iuris, periculum eſſet in mora: ex quo ſolo conceditur abſolutio, vbi timetur de periculo vt hic. Item ſi aliter diceremus, induceretur occaſio moræ, quam iura præcipiunt vitandam. pro hoc eſt: quia petens abſolui proprie non agit contra aduerſarium. Quæro, ſi aduerſarius excepit de alia excommunicatione vltra illam, a qua petitur abſolutio? dicit Innocen. quod audietur, & probata excommunicatione illa, denegabitur abſolutio. ſupra eodem officii. quod dic, vt ibi not. & de hoc per Ioan. And. de reſcriptis. capit. primo, in nouella. libro ſexto. Sed cui competit talis exceptio? dicit Innocen. quod ei ſoli, cuius intereſt excommunicatum non abſolui: non alteri, cum non poſſit quis excipere pro alio, ſicut nec agere. Quæro, ſi præſtita abſolutione petitur intereſſe; an ſit neceſſe libellum porrigi. dicit Innocen. quod ſic, & tunc conuentus poterit excipere de ſpoliatione, ſicut in alijs iudicijs. de ordi. co. cap. ſecundo, de reſti. ſpo. cap. primo lib. ſexto. Et de hoc intereſſe inſ. plene dicitur. & ſecundum Innocen. non agitur ad hoc intereſſe ante abſolutionem. ad hoc ſupra eodem per tuas. & de hoc etiam intereſſe tractat glo. hic in verbo intereſſe, quam reſeruo cum de intereſſe tractabitur. Quæro in verſiculo, cumque, qualiter debet conſtare de iniuſta excommunicatione? dicit gloſſ. in verbo conſtiterit, quod præſente excommunicatore. Et in ea ibi ipſum vocari, ſed illum pro quo fuit lata. quod dic, vt infra eodem venerabilibus. §. ſecundo, & tertio lib. 6. Quæro in eo, quod dicit de probabili errore excommunicantis, de exẽplis probabilis erroris. Solut. vt in glo. in verbo probabili. vel forte fuit error ex ſimilitudine nominis, perſonæ, vel loci. de reſcriptis, ca. fin. vel ſecundum Innocen. non vidit excommunicator priuilegia excommunicati. de priuilegiis, cum olim. vel errauit ſecundum Pet. de ſan. ſecundum caſum ca. Odoardus. de ſolut. vt quia putauit eſſe ſoluendo qui non erat. vel pone ſecundum Abb. quod erant opiniones, vt in exceptione de nuncio miſſo, vel de priori reſcripto, vt patet ſupra, de appel. vt debitus. quod declara, vt ibi dixi, quando ſufficiat nuncii miſſio. & in hoc dubio dicit Abb. quod ſi iudex exceptionem non admittit, & pars appellet, & iudex vt contumacem excommunicat, excuſabitur propter probabile dubium. quod not. & pro hoc. ff. de re iudica. cum prolatis. & quod ibi not. & de poſtula. cap. vno. libro ſexto. Quęro in eo quod dixit maxime ſi excommunicans ſit laudabilis opinionis, quid ſi hoc ceſſet. Solutio, vt glo. in verbo laudabilis. & in ea ibi. l. prima, & ſupra eodem, cum illorum. ad finem. Et nota quid dicit gloſſ. de verbo maxime. quod ſignat idem in alio caſu. quod dixi de ſumma Trinit. cap. ſecundo ad finem. Quęro in verſiculo verum, in eo quod dicit, ſi nil rationabile fuerit probatum contra excommunicationem, quid poſſit rationabiliter probari? dicit Hoſtien. quod probari poteſt quo ad cauſam, quæ euidenter apparet iniuſta: vt quia non conſtat excommunicatum, ſed alium commiſiſſe delictum, propter quod fuit excommunicatus. de purgat. vulgar. capitulo ſecundo, vel conſtat plene ſatisfactum, & quibus caſibus probatio in contrarium incumbit excommunicato-

Digitized by Google

ri. ſed dic,quod etiam circa hoc ſibi incumbit.de proba. quo-
niam contra. Quæro,vt quærit glo.in verbo probabilis error.
Solutio,vt in ea,vel dic,vt dixi. ſupra quæſtione ſecunda præ-
cedenti. & ibi litis,hoc verum facta fide de errore: quia iura-
mentum calumniæ non excludit condemnationem expen-
ſarum. de quo dixi de dolo finem. Quæro in verſicu.ſi vero.
in eo quod dicit,quod excommunicator abſoluens nō ſubia-
cebit prædictæ pœnę, de qua pœna intelligitur: dic, quod de
pœna condemnationis ad intereſſe,vel alterius infligendæ ſu
perioris arbitrio, de qua ſupra eodem verſiculo, cumque,
non autem de pœna interdicti ingreſſus eccleſiæ. quia illa in-
curritur ipſo facto. Quæro,quia dixi ſupra quæſtio.6. quod ex-
communicatio lata monitione non pręcedente tenet,de quę-
13 ſtione facti. Ordinarius† citatum tēpore feriato propter meſ-
ſes excommunicauit, an tenet excommunicatio. Fredericus
de Senis conſuluit quod ſic,quod ponit in conſiliis, conſi. 11.
nam excommunicatio quandoque fertur etiam extra iudi-
cium. eodem tit.venerabilibus.verſi. hæc tamen,& verſi.ſimi-
liter. lib.6. Item quia etiam ſi ſit iniuſta,tenet. 6.q.4. ſi epiſco-
pus forte. & no.ea.q.in ſumma. adeo quod etiam ſi non ſit ſer
uatus ordo,vt quia non præceſſit monitio,adhuc tenet. de ap.
cum ſit in fin.& not. glo. a.quęſt. 1.in ſumma. & cap.de mani-
feſta.& de cle. ex.c.fin.licet aliæ ſententiæ latæ contra non ci-
tatos ſunt nullę. 3.q.9. caueant. Sic ergo in propoſito,pręſup-
poſito quod citatio non arctauerit, tamen excommunicatio
tenet,cum teneat etiam ſi nulla monitio præceſſit, vt præmi-
ſi,pro hoc, quia cum vt dixi poſſit excommunicatio ferri etiā
extra iudicium,dato quod propter ferias non poſſit iudiciali-
ter procedi,tamen in his quę non exigunt indaginem iudicii,
vt ſunt collationes & ſimilia, procedi poteſt. immo Romana
curia ſolemnes proceſſus, per quos excommunicat, facit die-
bus ſolemnibus de iud.cle. 1. Oppo.ad hoc.quia excommuni-
catio lata per iudicem,cuius iuriſdictio eſt ſuſpenſa, eſt nulla,
ſicut cum fertur poſt appellationem legitimam. ſupra eo. per
tuas. ſed tempore feriato ſuſpenſa eſt iuriſdictio iudicis quo
ad ea,quæ exigunt cauſæ cognitionem. ff. de feriis. l. 1. ſupra
de feriis.c.vlt. Sol.per hanc rationem quidam dominus Iac.de
piſtoria conſuluit contrarium, cuius allegationes ponit idem
Fredericus conſi. præall. ſed quidam Abbas de Podio bonici
conſuluit idem cum Frederico,vt etiam ibi refert.quod eſt ve
rius,& tollitur ratio præcedens. quia non eſt verum de neceſ-
ſitate præciſa, quod excommunicatio exigat cauſæ cognitio-
nem,cum teneat vt dixi etiam lata extra iudicium.Quæro cir
ca hoc de alia quæſtione facti. Quidam expoſuit Summo Pon
tifici,quod quidam clericus per potentiam occupabat benefi
cium ſuum,& obtinuit committi cuidam, quod prępiperet il
li ſub pœna excommunicationis, quod dimitteret vacuum
beneficium. commiſſarius mandauit dicto clerico abſenti ſub
pœna prędicta, vt infra certū terminum dimitteret,& excom
municauit non dimittentem,niſi infra dictum terminū com
pareret oſtenſurus de iure ſuo. Quæritur cum dictus clericus
eſſet impubes citra annum decimum: an ſi non paruit,ſit ve-
re excommunicatus? videretur quod ſic per dicta in pręceden
ti quæſtione. contrarium conſultum fuit per dominum Lap-
pum de caſtiglunchio.primo:quia impetratio fuit obreptitia:
qa non fuit expreſſum papę de impubertate.ꝙ ſi ſciuiſſet,non
commiſiſſet vt commiſit.Item peremptorium nō ligat inde-
fenſum pupillum.ff.de iudi.l.contra pupillum. Item iſte non
habebat poteſtatem ſtandi in iudicio. de iudi.c.fin.lib.6. quod
cum ignorauit commiſſarius,non geſſit in animo, nec pręſu-
mitur geſſiſſe excommunicandi inſontem, & ſic lata fuit ex-
communicatio contra mentem delegati & delegantis: ergo
non tenet.pro hoc ꝙ no.de præben.c.fi.Opp.ad hoc:quia pote
rat eſſe doli capax qui obligatur ex delicto. de delictis puero-
rum.c. 1. & quod no.ſupra eo.c. 1. Sol. licet doli capacitas fa-
ciat eum teneri ad delicta quæ committit, de quibus in d.c.1.
Secus quo ad delictum contumaciæ, quod hęc non incurrit,
cum citatio non tenuerit.pro hoc quod notauit Spe.de contu
macia.§.nunc dicamus.ver.ſi.pro hoc etiam:quia debet impu
tari parti,quæ debuit petere dari pupillo tutorem,prout no.in
Spec.de primo decreto.§.reſtat. verſi.quid ſi non reperiatur in
additionibus.& pro hoc quod no.Cy.C.qui petant tuto.l.1.&
quo ad id,quod dixi de tutore dando. dic,quod etiam potuiſ-
ſet peti dari curator ad litem.d.c.fi.de iudi.lib.6.verſi.ſi vero.&
hoc probabiliter poteſt defendi,maxime,quia hæc excommu
nicatio eſt lata ex falſa cauſa,& ſic non ligat, prout dixi de re-
ſcrip.ab excommunicato.& de offi.or.ex parte. Venio ad ma-
14 teriam intereſſe[a] & quæro de pluribus.Primo quid eſt† inter-
a eſſe.gl.in l. vnica. C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt,dicit,quod
eſt lucrum ceſſans & damnum emergens ex eo quod aliquid
fieri ceſſatur. pro hoc quod ſit lucrum ceſſans,inducitur illa l.
vnica.& ff.de eo quod certo loco.l. 3.§.pen.quod ſit damnum
emergens,probatur in d.l.vnica. & quod dixi ex eo quod ali-
quid fieri ceſſatur,vt quia debuit tradere,& non tradidit. ff.de
actio.empti.l. ſi ſterilis.§.cum per venditorem. Iac. de Rauen-
na redarguit hanc diffinitionem in eo quod dicit,quod inter-
eſſe eſt damnum: quia formali prędicatione,hæc eſt falſa pro-
poſitio, intereſſe eſt damnum. alias qui peteret intereſſe,pete-
ret damnum ſuum,quod eſt abſonum.vnde ſicut preciū fun-
di non eſt ipſe fundus,ſic & intereſſe quod eſt ęſtimatio dam-
ni,non eſt damnum. Item in eo quod dicit,quod eſt lucrum,
redarguitur: quia intereſſe non venit regulariter ad lucrum:
ſed ſolum in caſibus,de quibus non debet fieri regula nec dif-
finitio.in authen.vt debitrices & creditrices.§.quia vero. Item
in eo, quod dicit ex eo quod aliquid fieri ceſſatur, redarguitur
tāquam diminuta. nam intereſſe etiam competit ex eo quod
fit id,quod fieri non debuit. poteſt tamen defendi glo. quia lo
cuta fuit ſecundum communem vſum loquendi, cum dixit
intereſſe eſſe damnum vel lucrum. ſicut dicimus emenda dā-
num meum, idest ęſtimationem damni. vel redde lucrum
meum,ſcilicet quod habuiſſem.Similiter in alio cum dicit ex
eo quod aliquid fieri ceſſatur; quia quando fit quod fieri non
debet,ceſſat fieri id quod fieri debet.quod tenet Iacobus Butr.
in dicta l.vnica.Aliter diffinit Innocentius hic,dicens quod in
tereſſe eſt ęſtimatio vel pecunia numerata, quæ ſuccedit in lo
cum cuiuſcunque rei,ſi non detur vt debet, vel facti ſi non fit,
vt debet.ff. de re iudic. l. ſi quis ab alio. & hanc diffinitionem
tenet Spec.de fructib.& intereſſe. §.intereſſe dicitur. Ex hoc ap
paret quod Innocent.cautius dicit quam glo. in l. vnica. non
enim dicit quod intereſſe ſit damnum: ſed quod eſt ęſtima-
tio, & per hoc ceſſat redargutio Iacob. de Rauenna prędicta,
quod tenet Ioan.And.in additionibus Spe. de fructibus & in-
tereſſe.§.ſequitur de intereſſe.& dicit circa hoc Inn quod licet
hoc intereſſe quandoque appelletur precium rei.ff.ad l.Falc.l.
precia.tamen in eo eſt aliquid plus,quam ſit ipſum verum pre
cium rei.quia in intereſſe computatur id quod noſtra intereſt
habere: rem quę promiſſa eſt dari,vel factum ꝙ promiſſum eſt
ff. de actio.emptio.l. 1.in prin. hoc autem intereſſe plerumque
eſt plus,quam ſit verum precium rei vel facti. Item ſecundum
Inn. intereſſe dicitur æſtimatio damni quod alicui contingit,
& præter ęſtimationem rei ſępe contingit peti rem & intereſ-
ſe,ꝙ oportet intelligi de alio intereſſe quā de ęſtimatione rei,
ex quo poſuit hæc vt diſtincta. Oppone contra diffinitionem
Inn.quia ſi intereſſe eſt æſtimatio,cum intereſſe æſtimetur, ſe-
quitur ꝙ ęſtimatio æſtimaretur, quod eſt abſonum. So.dic, ꝙ
intereſſe eſt ipſum damnum quod quis paſſus eſt, vel lucrum
quod non habuit,ꝙ ęſtimatur: non autem eſt actus æſtiman-
di. Iac. de Rauenna aliter diffinit, quod intereſſe eſt æſtima-
tio damni ex eo contingens, quod aliquid ceſſatur fieri quod
fieri debet,vel dari quod dari debet, vel fit quod fieri non de-
bet,quod ſatis recidit in idem cum diffinitione Inn. Bar.in d.
l.vnica.aliter diffinit. Vbi ſciendum, ꝙ intereſſe quoddam eſt
Inæſtimabile,de quo.ff.ſol.mat.l.1.& quod ibi no.gl. & de hoc
non procedunt diffinitiones datæ.quoddam ęſtimabile.& de
hoc procedere poſſunt.dicit ergo,ꝙ intereſſe quandoque acci
pitur in genere generaliſſimo, & illud diffinitur, ꝙ eſt mixta
alicuius vtilitas: quandoque accipitur in ſpecie vel in genere
ſub alterno.& tunc quandoque eſt inæſtimabile,vt prædixi,&
diffinitur ꝙ eſt mixta alicuius vtilitas inæſtimabilis. Aliquādo
eſt ęſtimabile,& tunc quando eſt non petibile,& diffinitur ꝙ
eſt mixta alicuius vtilitas æſtimabilis non petibilis,vt pone,qn
mea intereſt abſque facto alterius iniuſto vel ceſſatione iniu-
ſta.quandoque eſt petibile, & tunc quādoque accipitur large,
& diffinitur, ꝙ eſt mixta alicuius vtilitas æſtimabilis & petibi
lis.& dr in hoc accipi large: quia quomodocūq; peto rem mi-
hi debitam,peto ꝙ mea intereſt habere,& ſimiliter ſi peto fa-
ctum,peto quod intereſt mea fieri. Quandoque accipitur ſtri-
cte.& diffinit,q eſt ęſtimatio alicuius vtilitatis nō habitæ pro-
pter alicuius factum iniuſtum. & in hoc quod dicitur æſtima-
tio,ſtat magis ſtricte,quam in præcedenti membro, cum dixi
quod erat vtilitas, & in omnibus his membris in eo quod dixi
mixta,

ADDITIO.

a Intereſſe. Adde,ꝙ intereſſe dicitur eſſe triplex. ſ.commune,particulare ſingu-
lare.gl.& Bar.in l. 1. C.de ſen.quæ pro eo,quod intereſt.gl.in l.fin. ff.de act.
emp.per incrementum in c.cum eccleſiaſticum.de exce.Spec.in ti.de fru.&
intereſſe.§.4.& quod intereſſe dicitur qualibet vtilitas. Vide p Bal.in l.ſed
& loci.in prin.ff.ſi.regun. & quod dicatur intereſſe intrinſecum & extrinſe-
cum. Vide Bar.in l.vt tantum § hæc ſequenter.ff.de ſer.corrup.gl.in l.vendi-
tor hominum.de euict. Alex.in l.nuncijs,de in lit.iuran.& qualiter intereſſe
probatur,vide per Bar.in l.certi.§. quoniam. ff.ſi cert. pet. Bald. in repet.l.
fin. deleg. 2.Item intereſſe probatur iuramento, quando agitur de modi-
co præiudicio.l. theſaurus. ff. ad exhib. Alexan. in l.ſi fideiuſſor. §. fi.ff.qui
ſatiſd.cogan.

Digitized by Google

mixta, aliqui habent iuſta, quod videtur verius. Ex omnibus
iſtis conſidera, quod intereſſe proprie non eſt aliud, niſi id
quod verbum ſonat, deriuatur enim ab hoc verbo intereſt,
prout importat idem, quod utile eſt, vt intereſt Petri ſtude-
re, id eſt vtile eſt ſibi. hæc ergo vtilitas dicitur intereſſe, vel
quia non datur quod dari debuit, & ſic non habes vtilitatem
quam haberes, vel fit quod fieri non debuit: vnde habes dam-
num quod pati non debes. & intelligo te non habere vtilitatẽ
quam haberes, etiam cum aliquod damnum incurriſti: quia
te eſſe in damno eſt carere vtilitate, quam haberes ſi dãnum
non incurriſſes, & ſecundum hoc ſane intelligẽdo poſſunt ſal
uari omnes diffinitiones prædictæ, quod clarius patebit ex q̃-
15 ſtione ſequenti. Quæro quotuplex † eſt intereſſe. quidam di-
cunt, ꝙ eſt vnicum: quia non eſt aliud, quam communis æſti-
matio, quæ ſemper refertur ad perſonam agentis, & ſic ꝓprie
illud commune intereſſe fit ſingulare, & ſic eſt ſolum vnicũ. ſ.
ſingulare. ſed glo. in l. vna. C. de ſententijs quæ pro eo quod in-
tereſt. & Inn. hic & Dy. in regula mora. lib. 6. vbi late diſputat,
ponunt triplex intereſſe. ſ. conuentum. commune, & ſingula-
re. Intereſſe conuentum eſt intereſſe æſtimatum ex conuẽtio-
ne partium. Commune eſt prout communiter æſtimatur. Sin
gulare eſt, prout ſingulariter æſtimatur. i. habita ratione ſingu
lari ad ipſum petentem, & hanc diuiſionem tenet Cy. ſequen-
do Dynum in d. l. vnica. dicẽs, ꝙ cum Dyn. determinatione to
ta legalis philoſophia concurrit, & ſecundum Dyn. in regula
mora, intereſſe conuentum non eſt ipſum precium rei, ſed ip-
ſum damnum æſtimatum conuentione partium eſt intereſſe
conuentum, & commune intereſſe eſt damnum prout cõmu
niter æſtimaretur, prout dixi habito reſpectu non ad petẽtem:
ſed ad quemlibet. Singulare autem eſt damnum æſtimãdum
habito reſpectu ad conditionẽ petentis. Vbi dic, quod magis
proprie loquendo intereſſe eſt carentia vtilitatis, prout ſupra
declaraui, ſed tamen in effectu hoc recidũt in idem. Vbi quæ-
ro, an in hoc ſingulari intereſſe debeat fieri æſtimatio ex affe-
ctu ſpeciali ipſius petentis. gl. ſequẽdo Azo. in d. l. vnica. & Inn.
hic, dicunt quod ſic, & ponit Innoc. exemplum in affectione,
quæ habetur ad librum vſitatũ. ff. ad l. Fal. l. precia. Ad l. Aqui-
liam. l. ſi ſeruum. Exempla ſunt bona: ſed dictum non videtur
verum: quia ex hoc ſequeretur, ꝙ in poteſtate agentis, eſſet fa-
cere condemnari reum quantum vellet contra iura. poterit. n.
dicere, quod non vellet pro quingentis carere, quæ valebat cẽ-
tum tantum, vt quia fuit patris ſui vel quid ſimile. Pro dicto
tamen Inn. eſt quod dicit hoc gl. in verbo intereſſe, cum dicit
intereſſe declarandum iuramento petentis. & in hoc dicit In-
noc. ꝙ poteſt deferri iuramentum in litem contra excommu-
nicantem iniuſte: quia de dolo excommunicatoris agitur. ff.
de in litem iurando. l. 2. & l. videamus. §. fi. & l. in actionibus. §.
ſed iudex. Refert tamen Inn. quoſdam dicere non eſſe locum
iuramento in litem: quia non defertur niſi cum ſuccedit in lo
cum alterius rei, in cuius exhibitione vel reſtitutione fit mali-
cia vel contumacia. vt ſi non exhibetur vel reſtituitur res, quæ
mandata eſt reſtitui. ff. de in litem iurando. l. 2. Sed ſecundum
Inn. leges expreſſe dicere videntur, ꝙ etiam ſi nullum præce-
ptum vel ſententia præceſſerit: tamen defertur iuramentum
in litem. ff. de dolo. l. arbitrio. §. non tamen. ne quis in eum qui
in ius vocatus eſt vi eximat. l. fi. ff. rerum amotarum. l. nõ enim.
d. l. in actionib. §. fi. Et ſecundum Inn. etiam ſi iuramentum in
litem non deferatur in caſibus prædictis: tamen deferretur a-
liud iuramentum. de quo 2. q. 1. in primis. In quo dic, ꝙ iura-
16 mentum † in litem eſt duplex, quoddam affectionis, & de hoc
procedit obiectio facta ſupra, vt dicamus non eſſe locum tali
iuramento in probãdo intereſſe ſingulari, ſaltem regulariter,
cum communiter intereſſe conſiſtat in æſtimatione, & ſic in
quantitate, in qua non cadit affectio. Quoddam veritatis, qua-
tenus quis iurat quantum vere ſua intereſt. & de hoc loquitur
l. in actionib. §. fi. & C. vnde vi. l. ſi quando. & ſup ꝙ me. cau. l. vl.
& hoc habet locum cõtra omnes doloſos, vt no. ff. de in litem
iurando. l. nummis. in fi. vltimæ gl. & duo requiruntur, vt de-
ferri poſſit. ſ. dolus rei, & difficultas probationis. quod probat
textus in d. §. fi. & d. c. fi. & d. l. ſi quando. & dicitur ſubeſſe diffi
cultas probationum, vbi res quæ petitur, non poteſt ad oculũ
demoſtrari iudici, vt quia non extat, vel non apparet. quod eſt
idem. ff. de lega. 1. l. cum res. §. 1. & dictis iuribus. pro hoc quod
dicit Inn. in d. c. fi. de eo, qui depoſuit ſaccum ſignatum, ſi non
reſtituitur vel reſtituitur non ſignatus, ſtatur iuramento depo
nentis ſuper rebus, quæ dicit fuiſſe intus. & de hoc debet intel-
ligi quod dicit glo. hic in verbo intereſſe. & quod dicit Innoc.
quia excommunicatus probabit ſuum intereſſe verum iura-
mẽto ſuo. Quæro, an alio modo diuidatur intereſſe. dic, quod
ſic. vbi aduerte, quod cum diuiſio poſſit fieri ſecundum ſubſtã
tiam, ſicut dicimus, animalium aliud rationale aliud irratio-
nale, & ſecundum accidẽs, ſicut dicimus, hominum, alij albi,
alij nigri, alij magni, alij parui, vel qd ſimile. Ita in propoſito
poteſt diuidi intereſſe ſecundum ſubſtantiam, & ſecũdum ac-
cidens. Secundum ſubſtantiam diuiditur, ꝙ aliquãdo intereſ-
ſe eſt idem in effectu quod ipſa res, vt verum preciũ rei. quod
in effectu eſt ipſa res. i. quo ad commodum & vtilitatem. quã-
doque eſt aliud ab ipſa re etiam in effectu. & tunc quandoque
eſt circa rem, vt quando immediate prouenit ex re, vt fru-
ctus, partus, & ſimilia. quandoque extra rem, quod non proue
nit immediate ex ipſa re. vt ſi ſeruus eſt hæres inſtitutus. inter-
eſſe quo intereſt mea habere ſeruum propter hæreditatem, eſt
extrinſecum: quia non venit ex ipſo ſeruo, ſed ex actione ad
ſeruum. Prima duo vocantur intereſſe intrinſecum, vltimum
extrinſecum. ff. de actionibus empti. l. ſi ſterilis. §. cum per ven-
ditorem. ſimile quod dicimus de expenſis, ꝙ aliquæ ſiunt in
re, aliquæ circa rem, aliquæ extra rem. ꝙ dixi de decimis paſto
ralis. Secundum accidens diuiditur intereſſe, prout dixi, in
intereſſe conuentum, commune, & ſingulare. Diuiditur & ali
ter prout etiam dixi: quia quoddam eſt inæſtimabile, quoddã
æſtimabile, quoddam petibile, quoddam non petibile, & ſic
de ſimilibus. Item diuiditur & alio modo: quia quoddam in-
tereſſe ſurgit ex delicto, quoddam ex quaſi delicto. De primo
exemplum, ſubtraxiſti mihi inſtrumenta, per quæ probare po
teram, qualiter aliqua poſſeſſio mihi fuerat acquiſita, ſi pro-
pter hoc ſuccumbo, teneris mihi ad intereſſe 11. q. 3. ſiquis. ff.
de actio. empti. l. Iulianus. primo reſponſo. Exemplum ſecun-
di per hoc c. in verſi. quid ſi abſque mora. nam tenetur hic ex-
communicans iniuſte ex quaſi delicto. pro hoc. ff. de actio. &
oblig. l. ex maleficiis. Item aliquod intereſſe ſurgit ex cõtractu,
vt ſi petis plus loco. de plus peti. c. vnico. quandoque ex quaſi
contractu, ſicut in caſu c. vt præteritæ. de elect. vbi tenetur præ-
latus dignitatis ſoluere expenſas ſactas in proſecutione ele-
ctionis ex quodam quaſi contractu. pro hoc quod no. Spec. de
fructi. & intereſſe. §. iam. verſi. in ſumma. & verſi. ex præmiſſis.
Poſſent & aliæ diuiſiones ſecundum varietatem accidẽtium
fieri, ſed hæc ſufficiunt. Quæro qualiter deducatur intereſſe
17 † in iudicium, an per vim actionis, an per officium iudicis. in
hoc eſt varietas, vt patet ex notatis in d. l. vnica. C. de ſententiis
quæ pro eo quod intereſt per Cy. & Bar. ſed dic, vt dicit glo. in
d. l. vnica. quia ſi in obligatione eſt aliquid dari, tunc in con-
tractibus nominatis intereſſe venit officio iudicis. ff. ſi cer. pet.
l. vinum. de conſtituta pecunia. l. promiſſor. ſed in cõtractibus
innominatis venit intereſſe per viam actionis, vt dicit gl. præ-
dicta. Si autem in obligatione eſt aliquid fieri, intereſſe venit
iure actionis. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſi. Celſus. ff. de
verb. oblig. ſi quis in ius vo. non ie. l. fi. & eſt ratio: quia in obli-
gatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. ff. de re iudica. l. ſi
quis ab alio. in obligatione autem dandi non: quia ſi promit
to dare equum, intereſt tua habere equum; & ideo hoc eſt in
obligatione. Sed ſi promiſi facere foueam vel quid ſimile,
forte non intereſt tua quantum illud factum conſtaret, & i-
deo ſufficit, quod tibi ſatisfacio de illo intereſſe. Circa hoc
17 quæro, nunquid neceſſe ſit petere † in libello intereſſe. Inno-
cen. reſpondet hic primo generaliter de intereſſe conuento,
quod vt dixi ſurgit a conuentione partium, vt ſi conueni,
quod niſi dares quod promiſeras, pro intereſſe dares centum,
& hoc ſecundum Innocent. debet ſemper peti, alias nunquam
condemnabitur quis. De intereſſe autem communi, dicit
Innocent. quod etiam non condemnabitur quis, niſi ſpecia-
liter petitum fuerit. & hoc reſpectu temporis ante litem con-
te. ſed reſpectu temporis poſt litem conteſtatam debetur in-
tereſſe etiam non petitum. ff. de ædilitio edicto. l. ædiles. §.
ſciendum. ratio primi eſt: quia quando petitur res dari vel fie-
ri, & nihil dicitur de intereſſe præcedente litem conteſt. vide-
tur petens velle eſſe contentus ipſa re. Sed ſi peteretur, bene
deberetur. & in hoc communi intereſſe ſecundum Innocen.
computantur fructus rei debitæ, in qua fit mora, & mercedes,
& penſiones, & augmentum precii propter locum vel tem-
pus, vel ſimilia. ff. ad l. Falcid. l. precia. ad l. Aquiliam. ſi certum
petatur. l. vinum. de actionibus empti. l. ratio. §. finali, & l. ſi ſte
rilis. §. cum per venditorem. immo etiam vſuræ computan
tur ſecundum leges. ff. de periculo & commo. rei ven. l. fin. C.
de vſuris. l. prima. Sed ſecundum canones omnino ſunt pro-
hibitæ, cum ex pecunia nullus ſit fructus. 87. diſtin. eiiciens. &
ſic vbicunque pecuniam dari eſt in obligatione, nullum in-
tereſſe commune præſtabitur de iure canonico, ſecundum In-
nocen. qui etiam dicit idem in ſingulari intereſſe. & hoc, niſi
in caſibus in quibus debetur intereſſe extra rem, & in quibus
habetur æſtimatio lucri. de quibus dico in quæſtione ſequenti.
Ratio ſecundi, quare venit intereſſe etiam non petitum reſpe
ctu temporis poſt litem cõte. eſt, quia talia pertinent ad officiũ
iudicis. vt no. de reſt. ſpo. grauis. de dolo, finem. Opp. ad hoc, ꝙ
etiam reſpectu temporis præcedẽtis litis conteſt. veniat inter-

Digitized by Google

eſſe commune, licet non petitum. ff. ſi cer. petatur. l. vinum, vbi cum petitur vinum, quod quis debet, condemnatur ad vini æſtimationem ſecundum tempus, quo vinum ſolui debuit. Solut. dicit Inn. quod ibi non tantum petitum fuit vinũ: ſed fuit petitum vinum cum ſuo intereſſe. alias ſi tantum vinum petitum fuiſſet, non poſſet haberi ratio æſtimationis reſpectu temporis, quo ſolui debebat; ſed ſolum temporis, quo petitur. ſed hæc ſolutio eſt notanda. nam varie ſoluitur contrarium hoc in d. l. vinum in gl. magna ad fi. & de hoc ibi not. per doctores. De intereſſe ſingulari dic idem, quod de intereſſe communi. Quæro: quia dixi in præcedenti quæſtione, quod tãtum in certis caſibus in intereſſe habetur ratio lucri, qui ſunt illi. Inn. enumerat, vt ſi agitur arbitraria de eo quod certo loco promiſſũ eſt, vel ex l. Aquil. vel ex edicto ne qd̃ i loco publico. ff. de eo qđ certo lo. l. 2. §. fi. ff. locati. l. ſi in l. §. colonus. & l. ſi fundus in fi. rẽ ra. haberi l. ſi commiſſa. ad l. Aquiliam. l. ſi ſeruum. Recitat tamen Inno. alios dicere ſemper in æſtimatione intereſſe haberi rationem lucri & damni, quod re vera & communi ratione iudex arbitratur contigiſſe. prout expreſſe dicitur in dicta l. vnica. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt. quod ſecundum Innoc. conſonat æquitati. Et ideo dic, quod licet vſuræ ſint ꝓhibitæ etiam de iure ciuili hodie, vt not. de vſuris, quia in omnibus: tamen quolibet caſu debetur intereſſe etiam ratione lucri, quando eſt lucrum ſurgens ſecundum veram æſtimationem, vt ſi quis debet centum mercatori, qui ſibi ſolueret ille in mercimoniis, in quibus lucraretur pone decem pro centenario: ad hoc condemnabitur non ſoluens. ad hoc. ff. quod certo lo. l. 2. in fi. Sed ſi creditor non conſueuit mercari, non debebitur hoc intereſſe. d. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actionibus empti. Quæro, an poteſt peti intereſſe vſque ad quantamcunque quantitatem, dicit Inn. de ſingulari intereſſe, quod ſi debetur ex certo contractu, vt. ſ. quia continet certam quantitatem, vel certam rem, præſtatur ſolum vſque ad duplum, prout dicit d. l. vnica. Sed ſi ex incerto contractu, puta quia in obligatione eſt aliquid fieri vel non fieri, præſtabitur inſolidum quantumcunque ſit. pro hoc d. l. vnica. verſi. in aliis. de eo intereſſe dicit Innoc. quod ſemper inſolidum præſtandum eſt, ſiue agatur ex contractu, ſiue ex delicto. ff. ad l. Fal. l. prætia. ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruum meum. De intereſſe conuento, dicit etiam Innoc. quod ſemper præſtari debet, niſi dolus interuenerit. de quo per Azo. in ſumma. C. de dolo. & C. de reſcin. vend. de hoc dic, vt inf. q. ſequenti. in fine. Vbi conformiter quæro, quid in pœnis, dicit Inn. quod pœna conuentionalis quantacunque ſit, debetur. inſti. de inutili. ſtip. §. alteri. legalis autem non debet excedere quadruplum inſtit. de acti. §. omnes. Sed etiam de conuentionali diſtinguit gl. in d. l. 1. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. quod aut apponitur per verba multiplicatiua duplum triplum vel ſimilia. & tunc non debet excedere quadruplum ar. dicti. §. omnes. aut per alia verba. & tunc debetur quantacunque ſit. quod per aliquos reprobatur, & non bene poteſt iure defendi. Ideo dic, ꝙ aut apponitur cõtractui continenti quid certum, & tunc poteſt apponi in quantumcunque quantitate etiam per nomina multiplicatiua. & ſic ſi debes mihi librum, potes te obligare ad ſoluendum ſub pœna decupli, ſicut poſſes te obligare ſub pœna mille. Si autẽ continetur in contractu quid incertum, pęna adiecta ſub iſtis titulis dupli vel tripli vel ſimilium, non debet excedere duplũ, ar. dictæ l. vnicæ. & hoc: quia poſſet in multum aſcẽdere, ideo prohibetur ne proceſſus ſit in infinitum in pœnis. quod tenet Bar. in d. l. vnica. & ff. de ver. ob. l. ſtipulatio iſta habere. §. alteri. quod eſt æquũ: tamen non bene probatur ex d. l. vnica. & procedunt hæc, quando pœna adiicitur facto, ſed quando adiicitur quantitati, non debetur, niſi quantum intereſt. C. de vſuris. l. cum allegas. de quo ibi per Cy. & dixi de arbit. dilecti. Et ꝓ hoc videtur dicendum, quod etiam in intereſſe conuento nõ debeat intereſſe adiectum quantitati excedere intereſſe commune vel ſingulare. i. ꝙ non debentur prout cõuenit, ſed prout vere intereſt. alias videretur talis cõuentio facta in fraudem vſurarum, & ſi aliter diceremus, haberent vſurarii paratam fraudem. quia ſtipularentur ſibi dari pro intereſſe. pro hoc d. l. cum allegas. & quod ibi no. & in d. ca. dilecti. Quæro nunquid in libello debeat peti res vel factum: an vero debeat peti intereſſe, vel an potius debet peti vtrunque. dicit Innoc. quod aut in obligatione eſt res, aut factum. Primo caſu dicit diligenter attendendum; quia in contractibus nominatis ſi res exiſtat, ſiue debeatur ex contractu ſiue ex maleficio, ſemper debet peti. ff. de actio. empti. l. ex empto. in prin. de verbo. ob. l. vbi autem non apparet. §. fin. de condict. furtiua. l. in rem. C. de hæredi. vel actione ven. l. qui tibi. Sed ſi non extat, petendum eſt intereſſe, vel rei æſtimatio. diſt. 50. in rem. Oppone ad hoc, quod etiam ſi non extet, debeat peti res. ff. de verb. ob. l. ſi ſeruum. §. fin. de condi. furt. l. 3. Sol. ſecundum Inn. ibi loquitur, quando ignorabat rem extare, vel ſecũdum eum ſtã contrario, ꝙ valet libellus, licet melius eſſet petere æſtimationem, & ſi vis indubitate loqui, petas rẽ vel intereſſe, & nihilominus adiicias cum aliis damnis ſecundum Inn. & hęc procedunt, quando res non extat tempore quo porrigitur libellus. Sed quid ſi tempore ſentẽtiæ tantum non extat vel dari non poteſt, fiet cõdemnatio ad intereſſe, quod poſt litem conte. contingit. ff. ad exhibendum. l. de eo. §. ſi poſt. de euic. l. ſi ſeruus. §. fi. de dolo. l. arbitrio. §. non tamen. C. de act. emp. l. ſi traditio. Oppone ad hoc de l. fi. C. de fideicommiſſa. liberta. vbi redarguitur iudex, qui quando agitur ad legatum condemnauit ad intereſſe. So. ſecundum Inn. illud ideo eſt, quia legatum erat petentis: vnde non eſt cogendus accipere ęſtimationem. Secus in re non ſua: ſed ſibi debita. In contractibus autem innominatis dicit Inn. ꝙ nõ ſolum petitur res debita: ſed etiam intereſſe, etiam ſi res exiſtat. ff. de præſcriptis verbis. l. naturalis. per totam l. Quęro circa hoc, ſi tempore ſententiæ extat res petita: ſed antequam tradatur, deſinit eſſe vel non poteſt tradi. dicit Inn. quod etiam tunc cogetur ille præſtare intereſſe, arg. l. vinum. præallegatæ. & ſic loqui videtur. C. de actionibus empti. l. ſi traditio. vbi dicitur, ꝙ ſi præcaria poſſidentis res non traditur, debet condemnari ad intereſſe, pręcaria autem reſtitutio nõ poteſt eſſe, niſi poſt ſententiam. immo & poſt ſententiam habet aliquem terminum ad reſtituendum. ſupra de offi. dele. quærenti. Oppo. ad hoc, ꝙ immo ſit opus nouo iudicio agi ad intereſſe. ff. de actio. emp. l. 2. in prin. vbi dicitur, quod ſi res vendita nõ traditur, ad intereſſe agitur. Sol. exponit Innoc. i. condemnatur, ac ſi actum eſſet. Per hæc habes quid iuris, quando res eſt in obligatione. Sed quando factum eſt in obligatione, dicit Inno. ꝙ ante moram non poteſt agi ad intereſſe. ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus eſſem: ſed poſt moram ſic, vel in totum, vt quia tranſiuit totum tempus, quo factum potuit fieri, vel in partem: vt quia tranſiuit tẽpus, quo potuit fieri pars, hoc tamẽ caſu dicit Inn. ſtipulatori. i. creditori competere duplicem viam. primam, vt agat ad faciendum, vel opus complendum. ff. de nou. oper. nunciat. l. ſtipulatio. §. ſiue. de præſcrip. verbis. l. ob eam. C. de do. l. legem. Secundam, vt agat ad intereſſe. ff. de re iudic. l. ſi quis ab alio. de verborum obligationibus, l. quotiens. rem ra. habe. l. ſecunda, & l. ſi indebitum, tamen ſi promiſſor velit facere opus, liberabitur ab intereſſe. ff. de verborum obligat. l. ſtipulationibus. §. fin. & l. continuus. §. item qui inſulam. niſi iam eſſet lis conteſtata, vel niſi multum intereſſet ſtipulatoris, vel niſi pœna ſit adiecta. ff. de verborum obligationibus. l. ſi inſulam. ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt. hæc declara per notata in cap. commiſſa. de electi. lib. ſexto, & per ea, quæ dixi de elect. cum in veteri. ſoluendo contrarium. l. in illa. ff. de verborum obligationib. ad l. hoc iure. eodem titulo. Quæro quid ſi cum petitur res, velit promiſſor ſoluere, dicit Innoc. quod cogetur tantum ad rem. ff. de rei vendic. l. qui reſtituere. de verborum obligationibus, vbi autem non apparet. §. fin. quia fraus non debet illi prodeſſe. de reſcript. ex tenore. & in hoc ſequitur Innoc. opinionem Martini, quod in obligatione rem tradi debeat precise cogi debitor tradere rem, ſi poteſt. Sed Azo in ſumma de actio. empti. & gloſſ. in l. prima. ff. de actio. empt. dicit, quod tenetur alternatiue, vel ad tradendum, vel ad intereſſe. Opi. prima eſt æquior. & quo ad contractum venditionis approbatur ſupra. de fide inſtrumentum, cum Ioann. vbi de hoc dixi. Per hæc eſt pro maiori parte expedita gloſſ. Innocent. quæ eſt hic de intereſſe: in qua poſſet immorari declarando: ſed ſtudioſus per ſe hoc videbit. Quæro, quia dixi intereſſe, quod præcedit litem conteſtatam, debere peti in libello: an neceſſe eſt quod petatur in certa quantitate, vt quia dicat, peto centum, quia ſic mea intereſt. Spec. de fructibus & intereſſe. §. vltim. verſi. ſed qualiter. dicit, quod ſic: licet ſecundum eum poſſet dicere, peto centum, & ſi quid plus mea intereſt. & hoc niſi iuret ſe neſcire quãti ſua intereſt. quia tunc admittetur libellus incertus. Sed Cy. in l. vnica. ſæpe allegata ſub 4. q. principali. in 1. & 2. q. aliter dicit. tamen in effectu ſatis concordat. dicit enim, quod intereſſe præteritum debet peti certum, alias non veniret. ff. de re iu. l. ſi quis ab alio. §. fin. communi diuidundo. l. vt fundus. Sed intereſſe futurum petitur incerte, vt quia dicet, peto centum: quia hucuſque mea intereſt, & peto intereſſe futurum, quantum continget ipſum creſcere ante ſententiam. de hoc per Ioã. And. in additionibus Spec. de fructibus & intereſſe. §. ſequitur de intereſſe. in fin. & §. vlto. verſi. ſed qualiter. vbi dicit ſecundum Martinum ſilimani, quod non venit intereſſe non petitum, niſi illud quod venit officio iudicis poſt litem conte. ff. de ędil. edi. l. ſciendum. §. ædiles quod etiam ſup. dixi ſecundum Inn. & ſecundum eum ſi dari vel tradi eſt in obligatione, debet exprimi quid certum: quia id quod petitur, eſt certũ, cum habeat fines a natura deſignatos. & ad hoc agitur certi condictione generali. ff. ſi cer. pe. l. certi cõdictio. in prin. Sed ſi

in

Digitized by Google

In obligatione eſt aliquid fieri, tunc non poteſt eſſe talis certi-
tudo,& ſic non expedit quid certum petere. & hæc omnia ſa-
tis redundant in idem cum eo,quod dicit Speculator. Quæro,
ſi quis petijt primo rem dari, vel opus fieri: & plus ſit in inter-
eſſe:an per aliud iudicium poterit illud plus conſequi.dicit In-
nocen.hic,ꝙ ſic.ff.pro ſocio.l.ſi quis pœnam.de vi & vi ar.l.1.§.
ſi fundus.niſi intereſſe obuenerit poſt litem conte.in alio iudi-
cio.quia de talibus vlterius agi non poteſt. C.de fructibus & li-
ti.expen.l.terminato. Quæro quomodo in caſu huius cap.age
tur ad intereſſe, vel ad aliud contra excommunicantem iniu-
ſte:dicit Innoc.ꝙ condictione ex hac decre.quod not. vel offi-
cio iudicis,& ꝓcedetur ordine iudiciario: & ſic oportebit vo-
cari excommunicatorem,quod intellige verum,qñ contra ip
ſum agitur ad intereſſe. Sed ſi peteretur ſola abſolutio ab excō
municatione,ſecundum Innocē. non expedit vocari excom-
municatorem , cum ſua non interſit. 2.q.6. hoc etiam placuit.
niſi vt iudex inſtruatur a quo petitur abſolutio ꝫ.de accuſa. cū
dilecti.quod dic,vt inf.eod.venerabilibus.lib.6.Quæro nunqd
19 tenetur excommunicans† iniuſte ad intereſſe extrinſecum: vt
quia medio tempore excommunicatus fuit electus, & caſſata
eius electio,vel beneficium nō fuit adeptus, quod adeptus fuiſ
ſet. Gl.in verbo ad intereſſe recitat opinionem Ioan.dicentis,
quod ſic.& quod hoc intereſſe eſt circa rem,& non extra rem.
Sed gl.tenet contrarium : quia eccleſia propter hoc puniri nō
debet.vult tñ,ꝙ excommunicator ſi haberet proprium,poſſet
ad hoc teneri. Hoſt.de appella.ſolicitudinem,dicit,ꝙ excom-
municator tenetur ad conſimile beneficium, ſi illud dare po-
teſt:ad hoc de iure patro.paſtoralis.alias ſi dare non poteſt,pu-
nietur ad arbitrium iudicis: & ſic habebitur ratio non ſolum
damni, ſed etiam lucri.ff.de eo ꝙ certo loco.l.3 §.final. & hoc
quò ad caſum,quando propter excommunicationem nō fuit
adeptus beneficium,quod adeptus fuiſſet. Sed quò ad caſum,
quo fuit electus & eius electio caſſata:dicit Hoſtiē. ꝙ ſi confir-
mator eum repulit propter excommunicationem latam poſt
appellationem, aget contra confirmatorem. argumento eius
quod notatur de emptio.& vendi.cap.fin. & ſi non ſit ſoluen-
do, in ſubſidium aget contra excommunicatorem.ff.de eo p
quem factum eſt l.3.Quæro,quia vidimus quando & qualiter
20 petatur intereſſe: quomodo probabitur; dic, quod intereſſe
conuentum probabitur per teſtes, vel inſtrumenta , quæ pro-
babunt conuentionem. Sed intereſſe commune,vel ſingula-
re probabitur per teſtes: qui quò ad intereſſe commune pro-
babunt id,quod intereſſet cuiuslibet:in quo concurrerent ea,
quæ concurrunt in agente,quod proſequitur Bar. in dict.l.vni
ca in fi. Quæro qualiter pronunciabit iudex.Spe.de fructibus,
& intereſſe.§.fin. verſ. ſed qualiter formabit hic iudex. recitat
opiniones quorundam dicentium ſufficere, ſi dicit in genere
condemno ad intereſſe. Item aliorum dicentium,quod de-
bet condemnare in certa quantitate.Ioan.And.ibi tenet opin.
gloſſæ poſitam in l.ſecunda. C.de ſententijs quæ ſine cer.quā-
ti.ꝙ aut certa quantitas petita:vel in proceſſu certificata: & ad
illam condemnabit iudex. Alias non expedit,ꝙ in aliquo cer-
to condemnet. vnde ſi actor petijt ſimpliciter reum declarari
ſibi obligatum ad intereſſe,poterit iudex ita pronunciare, nō
declarando certum intereſſe: ſicut & alias pronunciat ſuper
indemnitate alicuius : vt in dicta leg.ſecunda. Cod.de ſenten-
tijs, & interlocut.

S V M M A R I V M.

1 *Fautores criminoſorum coercentur vt criminoſi.*
2 *Libertas eccleſiaſtica in quo conſiſtat.*
3 *Statuta ſeruantes contra eccleſiaſticam libertatem, an ſint excommu-nicati.*
4 *Conſiliarij locorum,vbi vigent ſtatuta contra eccleſiaſticam liberta-tem,an ſint excommunicati.*

NOuerit. Excommunicat hæreticos,& quoſ-
dam violatores eccleſiaſticæ liberta
tis.habet duo dicta principalia.ſecundum ibi, nec
non.& qui ibi necnon.repete excommunicamus.
hactenus,quoniam nō erant excommunicati,ſed excommu-
1 nicandi.Innocē. Nota, ꝙ fauentes † criminoſis coercentur vt
criminoſi, quod patet hic de fautoribus hæreticorum ad hoc
ſup.de hæreticis.c.2.& ꝫ.eod.quantæ Nota pœnam eorum, qui
violant eccleſiaſticam libertatem.Nota,ꝙ etiam ſcribentes in
formam publicam ſententiam latam contra eccleſiaſticam li
bertatem, incidunt in pœnam, in quam incidunt iudicantes.
Ex hoc arguunt Ioan.& Phil.ꝙ ſcribens ſententiam latam per
falſas literas,ſit excommunicatus,quod procedit eo caſu,quò
ipſe falſans ipſas literas eſt excommunicatus, vt in literis papa
libus. de quo dixi de fide inſtrum. ex literis , per hoc: quia talis
dicitur & ſic tenetur vt faciens,vt prædixi. Quæro in quo cō-
2 ſiſtit libertas † eccleſiaſtica. Innocen. ſuper hoc ponit vnam
glo.quam expediui.ꝫ.eo.perpendimus. in repetitione , & dic,
3 vt ibi dixi. Quæro , an ſeruantes ſtatuta † contra libertatē ec-
cleſiæ ſint excommunicati ipſo iure. videtur ꝙ ſic per hunc te
xtum. In contrarium eſt.ꝫ.eo.grauem. primum verius, & dic,
vt not.in dicto c.grauē. Quæro quid importat verbum capitu
laribus.Sol.vt in glo.3.Et in ea ibi ſtatuta. adhoc de maledic.c.
a 2.in fin. Quæro quo modo currat tempus duorum menſiū,[a]
de quibus hic.Sol patet ex textu,& ex gl.in verbo,duo menſes.
ꝙ a tempore publicationis. Ex hoc infertur, quòd nullum tē-
pus datur ad pœnitendum:ſed ſtatim facientes contra id quod
hic dicitur, ligati ſunt : cum tandiu fuerit hæc conſtitutio pu-
blicata.nam etiam frequenter eſt publicanda, ne poſſit allega
ri ignorantia.de iudeis,ita quorundam.& ca. ad liberandam.
Vbi quæro, quid ſi aliquis allegat ignorantiam.videtur non li
gari: quia ignorans non peccat.C.ne ſanctum baptiſma.l.2.ff.
de pœnis.l.abſentem.primo reſponſo.C.de ſicarijs.l.1.ꝫ.de con
ſti.cap.2.In contrarium eſt,quia non poteſt allegari ignoran-
tia:vt in præce.q.Primum dicit Hoſt.benignius:ſed ſecūdum
eſt verius.pro hoc ꝙ not.in data.6 lib. & quomodo poſſit alle
gari iuris ignorantia, dixi de conſti.cap.2.de poſtula.prǽla.c.1.
4 Quæro , nunquid † conſiliarij locorum indiſtincte ſunt excō-
b municati,[b] ſi in locis illis ſeruantur ſtatuta contra libertatem
eccleſiæ:videtur ꝙ ſic per hunc textum:vnde ſecundum quoſ
dam etiam ſi dederint contrarium conſilium,vt ꝙ non ſeruē-
tur talia ſtatuta : adhuc ſunt excommunicati, quia debent di-
mittere dignitatem,vel officium,niſi ſtatuta deſtruantur. In
contrarium videtur, ꝙ tunc tantum ſint excommunicati, qui
conſilium adhoc dederunt:ne puniantur inſontes.dicit Inno.
ꝙ ſi habent poteſtatem deſtruēdi, verius eſt primum dictum.
ad hoc de immu.eccl.aduerſus.pro hoc eſt quia non deſtruen
do, intelliguntur facere, ſeu fauere vt fiat.ꝫ.eo.quantæ. Si autē
non habent poteſtatem deſtruendi , verius eſt ſecundum di-
ctum.pro hoc de vſuris cle.ex grandi.verſ.tandem.quod no
ta. Vbi quæro,quid ſi dicunt ſe ignoraſſe illa ſtatuta.dicit Ho-
ſtien.ꝙ ligantur tunc tantum,cum ſciuerunt , & non deleue-
runt cum poterant . in quo dabitur tempus arbitrio boni viri
ſecundum Innocent. quid enim ſi hoc ſciuerunt de nocte, vel
die feſtiua,quo tempore non fuit poſſibile conſilium congre-
gari. vel quid ſi alia cauſa impediuit.vult ergo Innocē.ꝙ tunc
excuſabuntur.pro hoc in eo ꝙ dicit de arbitrio boni viri, ideſt
iudicis.ff.de ſol.l.ratum,ꝫ.de don.apoſtolicæ. Quid ſi ſciuerūt
ſtatuta : ſed ignorarunt ea fore contra eccleſiaſticam liberta-
tem.dicit Innocen.ꝙ non incidunt excommunicationem:cū
excommunicatio non liget niſi contumacem. 11.q.3.certum.
nec fertur niſi pro magnis criminibus.fatetur tamē,ꝙ poſſint
aliter puniri: quia ignoranter peccauerunt, ſup.eod.cum illo-
rum. Ego puto eos non audiendos: quia hæc eſt iuris ignorā-
tia,quæ non excuſat.regula,ignorantia.lib.6. vnde etiam quò
ad præcedentia dicta non videtur ſe poſſe excuſare allegando
ignorantiā facti, ex quo ita publice promulgata ſunt ſtatuta.

A D D I T I O N E S.

a Menſium. Adde Abb.conſi.26.incip.quidam officialis ſancti Geminiani, in 2.colum.in 1.volum.

b Excommunicati. Adde authen. caſſa.C.de ſacroſ.eccleſ.

S V M M A R I V M.

1 *Fratres hoſpitalis Hieroſolimitani , an poſſint abſolui a ſuo priore.*

CAnonica. Statutum de regularibus excō-
municatis pro iniectione ma-
nuum per ſuos prǽlatos abſoluendos,ad hoſpitala
rios Hieroſolymitanos extenditur, vt ipſorū prior
ipſos abſoluat.primo ponit antiquum canonem,quem ſecun
do prorogat ibi,nos.Nota id quod notat gl.3.& in ea ibi ex par
te.vbi de hoc.& ibi inter. vbi de hoc in gl.quod dictum.Quæ-
ro, quæ fuit ratio dubitandi. Sol.videbatur, ꝙ magiſter & fra-
a tres hoſpitalis Hieroſolymitani cum ſint laici ,[a] non poſſent
abſolui

A D D I T I O.

a Laici. Adde,quòd tales ſunt laici quo ad ordines ; quia nullum ordinem habent,ſed ſunt religioſi,quia tales profitentur tria ſubſtantialia regulę in vna ex quatuor regulis approbatis.ſ.ſancti Auguſtini ſecundum Archiepiſ.Floren in tertia parte ſuę ſummæ tit 16.cap.1.in §.idem Archiepiſcopus,in eadem parte 3.tit 24.cap.1.in §.4.in 2 colum. idem Archiepiſcopus in 2.parte ſuæ chronicę.tit.25.eod.20. in princ.Pet.de Anchar.in clem.cum ex eo.de ſentent.excommun.in vlt.colum Barb.in cap.officij.in fi.36.conſi.de teſtā.Cardin Alexand in ea.rurſus in 20.col.qui cle. vel vou. Cal. conſ.7.ſub tit. de foro compet Robertus in ſuo feſtiuali, in ſermone de ſancto Auguſ. cap.2.incip.ſecundum myſterium.

Digitized by Google

a abſolui per ſuum priorem,[a] ſed deberent abſolui per epiſcopū. pro hoc quod notat Spe. de ſent. prolatione §. vtinam autem, verſi. quid ſit prior. Item talis prior non poteſt ligare: ergo nec abſoluere, ꝙ ligare non poſſit, patet, quia eſt inferior ad magiſtrum: ergo ſaltem magiſtrum ligare non poteſt. Ratio decidendi eſt fauor: cuius ratione Papa mouetur intuitu huius religionis ad hoc ſtatuendum, pro hoc verbum ſtatuentes: & ſic authoritate huius ca. recipit prior hanc poteſtatem. & ex hoc habes caſum, in quo quis poteſt abſoluere: qui tamen non poteſt ligare. ſimile in legato de latere, qui abſoluit nō ſubditos, de off. leg. cap. pen. Circa hoc quæro, an idem ſit in templarijs: videtur ꝙ ſic per id, quod not. ſ. eo. cum illorum. §. ſi vero. Hoſt. tenet contrarium: quia licet ſit eadem ratio in templarijs: hoc eſt verum quoad diſpoſitiones iuris cōmunis: ſecus quo ad prorogationem priuilegij. pro hoc quod dixi de priui. antiqua. quod not. dicit tamen Hoſt. ꝙ omnes religioſi deficiēte abbate, vel prælato, qui poſſit eos abſoluere, recurrunt ad
1 dioceſanum. Quæro nunquid omnes fratres † hoſpitalis Hieroſolymitani poſſint abſolui a ſuo priore: dicit Hoſt. quod nō.
b & ponderat, quod textus dicit per priorem veſtrum,[b] quod intelligit de priore conuentus vltramarini: & non dixit priores. In alijs ergo recurretur ad dioceſanum. ad hoc quod no. in d. c. cum illorum. verſic. ſi vero clauſtralis. hæc videtur maxima reſtrictio. & contrarium eſt dicendum. vnde ꝙ dicit priorem, debet intelligi de priore principali: & iſte poteſt abſoluere oēs hoſpitalarios: quia in ſuperſcriptione loquitur generaliter omnibus. Quæro, an poſſit abſoluere etiam ſi extra clauſtrum ſe percuſſerunt. videtur ꝙ non: ſicut nec monachis. ſ. eo. cum illorum. verſi. ſi vero. de quo dic, vt ibi: quia ex quo diſpoſitio de monachis hic extenditur ad hoſpitalarios, debet hæc conſtitutio intelligi ſecundum illam. ſcilicet, quæ eſt in dict. cap. cum illorum. Vbi quæro cum iſti fratres hoſpitalis, vt plurimum non habeant clauſtra, quid iuris: dic, quod nomine clauſtri intelligemus ſepta domus. ad hoc de vita, & honeſt. cler. quoniā ſup. eo. ex tenore. Inducitur hæc litera pro opinione Hoſtiē. ꝙ ab excommunicatione non poſſit abſoluere qui non eſt præſ-
c byter.[c] pro hoc quod hic dicitur. in glo. penul. & in ea ibi, bene quidem. de hoc ibi not. in gl. ar. quod cauſa in fi. quam glo. quidam non habent. cuius contrarium communiter tenetur. & de hoc. ſ. eod. a nobis. 2. & cap. nuper.

ADDITIONES.

a Priorem. Adde Ray. in ſua ſumma, in tit. de ſententijs præcepti diffinitionis, & excommunicationis, verſ. item nunquid templarij, & hoſpitalarij
b Priorem veſtrum. Adde Feli. in cap. cum inferior, in 2. fallentia de mai. & obed. Felin. in cap. non poteſt, in cap. 2. fallentia, de re iud. & ibi alleg. Dom. de ſancto Geminiano, & Ioann. de Imola, in di. c. inferior. de maio. & obed. idem tenentem.
c Presbyter. Adde text. in §. vna, in cap. 1. de ſumma trin. glo. in verbo præterquam. ad fin. in cap. paſtoralis de offic. ordi. Hoſtien. in ſumma. tit. de ſenten. excommun. in §. quis poſſit excommunicare. verſi. 16. & verſi. de monachis, & canonicis regularibus, & Ioann. And. in cap. Romana, in §. 1. de appela. lib. 6. ſuper glo. 3.

SVMMARIVM.

1 *Seueritati detrahitur ſecundum qualitates locorum, & temporum.*

V per eo. Excommunicatus, vel ſuſpenſus propter ſcandalum vitandum, abſoluitur per manualem promiſſionem ſine iuramento. Communis diuiſio. ſecunda ibi, hoc tibi. Nolunt, aliquo modo: nec poſſunt induci ad hoc precibus, minis, vel terroribus: alias eſſent ad hoc cogendi: vt infra dicitur.
1 Nota, ꝙ quandoque ſecundum qualitates locorum † & temporum detrahitur ſeueritati, ideſt rigori iuris. pro hoc quod not. Hoſt. in ſumma eo. tit. §. 2. qualiter hæc abſolutio. ſub. §. 1. Sic etiam detrahitur ratione perſonarum, & cauſarum. 29. di. cap. 1. & 2. & de hoc hic in glo. vlt. Oppo. 1. ꝙ non debeant abſolui ſine iuramento. cum ſit de ſubſtantia abſolutionis. ſ. eo. cum deſideres, in fin. Sol. vt in glo. 2. dicit hic reprobari opinionem tenentium iuramentum eſſe de ſubſtantia abſolutionis. Hoſt. autem tenuit, ꝙ foret de ſubſtantia. dicit, hic probari cōtrarium. quia hoc ca. continet gratiam & diſpenſationē Papę. Item ſecundum eum manualis obedientia ſuccedit hic loco iuramenti. ad hoc de voto magnæ. verſ. cum igitur. Oppo. ſecundo ad hoc, ꝙ indiſtincte ſufficiat manualis obedientia, & ſit arbitrium recipere iuramentum, vel non. ſ. de maio. & obe. cum in eccleſijs. Soluit Hoſt. ꝙ ibi de iuramento obedientiæ, ad quod non tenentur religioſi, niſi ex cauſa: ſed ſufficit in eis manualis promiſſio. de maio. & obe. legebatur. dic gloſ. venorem. quia licet iuramentum ſit de forma abſolutionis, potius eſt de ſolemnitate quam de ſubſtantia. Forma autem quæ eſt de ſolemnitate, poteſt tolli per pactum, vel cōſuetudinem, de conſue. cap. 2. lib 6. Nec procedit quod dicit Hoſt. hoc cap. procedere de gratia. probat verbum reſpondendum. quod importat ius. pro hoc quod not. de tempo. ordi. cap. penul. in gloſ. in verbo poteris. quæ eſt ad hoc notabilis. Et ꝙ iuramentum non
a ſit de ſubſtantia abſolutionis,[a] plenius dicitur ſupra eod. cum deſideres.

ADDITIO.

a Abſolutionis. Adde Ant. de Butr. in cap. ab excommunicato, in 16. col. de reſcript. verſic. venio ad ſecundum. Abba. in cap. quæſtioni, in 1. not. de appel. Abb. in cap. olim. de accuſ.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præſtatur in abſolutione ſuſpenſionis.*
2 *Iuramentum corporale præſtatur in abſolutione ad cautelam.*
3 *Interdictus ab homine ſine culpa, non eget abſolutione.*

Venerabili. Præſtito iuramento abſoluitur quis ad cautelam, cum de uiribus ſententiæ dubitatur. primo factum recitatur. ſecundo ius ponitur ibi, nos. Turonen. archiepiſcopi. Metropolitani ſui, qui illum ſuſpenderat. Archiepiſcoponam officialis archiepiſcopi præſente archiepiſcopo non poteſt ſuſpendere ſuffraganeum. de offic. ordin. cap. 1. in fin. lib. 6.
1 Nota, ꝙ in abſolutione † ſuſpenſionis iuratur, ſicut in abſolutione excommunicationis, quod colligit gloſ. 1. in fin. & dicit Iac. de Albenga. ꝙ forte hoc alibi non reperitur, quod not. & ꝑ hoc. ſ. cap. proxi. Nota. de abſolutione ad cautelam, quæ dicitur relaxatio. & dicit ꝙ talis relaxatio non habet locum in generali interdicto prolatum in locum. J. eo. præſenti. lib. 6. No. quod
a in abſolutione ad cautelam[a] præſtatur iuramentum † corpo-
2 rale. ibi corporaliter. pro hoc de pur. cano. quotiens, & quod ibi no. Nota etiam ꝙ in ea præſtatur iuramentum conditionale. ibi ſi conſtiterit. & per hoc differt ab abſolutione pura, in qua iuratur pure. Oppone, ꝙ non ſit neceſſaria abſolutio per id quod nota. ſ. de coha. cle. ſicut. Sol. ſecundum Innoc. hic loquitur de interdicto lato ab homine: ſecus ſi a iure, vt in contrario, ſed ipſe idem dicit contrarium in dict. cap. ſicut. vnde ſta diſtinctioni, quam ibi tradit Innoc. Ex qua habes, ꝙ quando ſine temporis præfinitione fuit quis ſuſpenſus, vel interdictus a iure vel ab homine, neceſſaria eſt abſolutio, & de hoc di
3 xi de ætа. & qualit. cum bonæ. Vbi quæro, quid ſi † aliquis ab
b homine eſt interdictus[b] ſine culpa. dicit Innoc. ꝙ ſi hoc certū eſſet, nec iuramentum, nec abſolutio eſt neceſſaria: cum non fuerit ligatus apud Deum, ſed in Deo neceſſaria eſt, vt hic: ad hoc. J. de verb. ſign. ex parte. ideſt contrarium puto, quia ſentētia cenſuræ etiam iniuſta ligat: licet debeat tolli ſine difficultate. ſ. eo. ſacro. quod dixi de reſcriptis ab excōmunicato. Quæro quid prodeſt hic relaxatio ad cautelam. dicit Innoc. ꝙ prodeſt, vt iſte poſſit communicare ſacramentis eccleſiæ, & negotijs eccleſię intereſſe, non autem ad hoc, vt poſſit agere: nō cū ſecundum eum eſt ſimilis excommunicationi, de qua ſpecialiter præcipitur, vt ea irretitus nō agat propter periculum participationis de excep. exceptionem. vult dicere Innocē. quod ſuſpenſio non impediebat iſtum agere etiam antequam relaxaretur. de hoc dic, vt not. de excep apoſtolicæ.

ADDITIONES.

a Ad cautelam. Adde cap. ſolet. eod. tit. lib. 6. & ibi docto.
b Interdictus. Adde Ant. de But. in cap. Odoardus. de ſo. Dominic. de Rota deciſione. 91. incip. item not in nouiſſimis. ſanctus Thom. in 4. ſent. diſtin. 19. concluſione 2. art. 5.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas an poterit puniri pœna ſpirituali.*
2 *Vniuerſitas, an poſſit puniri pœna pecuniaria.*
3 *Vniuerſitas quando punitur pecuniariter.*
4 *Vniuerſitate pecuniariter mulctata, num qui maleficio contradixerūt, teneantur.*
5 *Priuati feudis poſt abſolutionem ab excommunicatione, an recuperabunt feudum.*

Grauem. Excommunicantur officiales locorum, in quibus ſunt ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem, niſi faciant illa deleri: & ſtatutarij feudis eccleſiaſticis ſunt priuati. primo querela. ſecundo dat iudicem ibi, ideoque. Impetrauerit. ad hoc de immu. eccl. quoniam. li. 6. Reddantur. a colonis vel inquilinis

Digitized by Google

quillinis de locato.cap.pen.& vlt. Agri.fiebat hoc in pœnam poſſidentium, cum agri non peccent.immo chriſtiani prohibiti eſſe in ſeruitio iudæorum ſeruiunt eis in agris.ſ.de iudęis.cap.1.& cap.multorum.Goff.illius.ad hoc de immu.eccl.cap.fin.lib.6.banno ex hoc condemnari poterant ad certam ſummam.quod dic,vt de iniurijs olim. Illi,ciues deputati ad eden da ſtatuta. Oppono primo in eo quod mandat promulgari excommunicationem: cum tamen iam eſſet promulgata ipſo iure.ſ.eod.nouerit.Sol.vt in gloſ.pen. quæ ſoluit multipliciter. Primo quod hęc intelligatur ſecundum illam:vt niſi infra terminum duorum menſium de capitularibus deleuerint, ſint excommunicati. Sed hæc ſo.non procedit. quia duo menſes, de quibus in cap.nouerit, cucurrerunt a tempore publicationis illius cap.vt ibi dicitur. dicit autem gloſ. ꝙ ſtatutarij poteſtas & ſcriptores ipſo iure ſunt excommunicati,vt in cõtrario. & intelligit hoc cap.de officialibus, qui poſtea ſucceſſerunt. q̃ ſol.poſſet tolerari,ſi dicamus de iſtis,ꝙ ſunt excõmunicati,tũc tantũ,quando potuerunt facere deleri,& non fecerunt,in quo caſu datur terminus arbitrio iudicis, vt dixi in dict.cap.nouerit. Vltimo ſoluit gl.ꝙ antiqua huius c.concordabat ca.nouerit. dicebat autem antiqua illos eſſe excommunicatos,& infames,& ſic denunciandos donec abſoluantur. & ideo exponit gl.verbum promulgare procures, ꝑut in ea dicitur, vel poteſt exponi, ꝙ prius fuerunt excommunicati a iudice, ꝙ incurrerent ſententiam iuris,magis tamen mihi placet quod dicit gl. vt exponatur promulgare procures, ideſt promulgatam eſſe oſtendas. dicit Hoſt. ꝙ tria ſunt cap.huius ſtatuti. primum cõtra clericos impetrantes. ſecundum contra laicos. tertium de cuſtodiendo caſtro ſumptibus clericorum. propter primum, & vltimum excommunicati erant ipſo iure. pp ſm non:cum illud ſit ſolum ꝫ ius canonicum & conſuetudinem ſedis apoſtolicæ. & ſic ſunt non excõicati, ſed excommunicandi. vult dicere, ꝙ non proprie violabatur libertas eccleſiaſtica, in hoc ſecundo, & pro eo, ꝙ dicit de conſuetudine, eſt quod not.de for.compe. ex tranſmiſſa.vbi dicit gl. ꝙ conſuetudo curiæ habet,ꝙ non conceduntur literę laico contra laicum, niſi ſubijciant iuriſdictioni eccleſiæ, & idem ſentit gl.in cap.ſi quis clericus.eo.tit.ſed tamen,quia ſtatutum hic erat generale, prohibens laicum impetrare iudicem eccleſiaſticum contra laicũ: ideo erat contra libertatem eccleſiæ, cum ſint multæ cauſæ, de quibus etiam inter laicos iudicat eccleſia:de quibus ſup.de for.compet.ſi quis contra. dicit etiam Ioann. Andr.ꝙ ſatis eſt cauſam pertinere ad forum eccleſiaſticum de conſuetudine, vt ſit locus huic pœnæ.de immu.eccleſ.quoniam,lib.6.vbi eſt textus apertus. vel quò ad conſiliarios, de quibus dicit Innoc. ꝙ ideo non erant excommunicati: quia nec fecerant ſtatuta, nec fieri mandauerant: nec erant in mora delendi, vel officiũ dimittendi:vt not.ſ.eo.nouerint,quod reincidit cum ſolutione prima gl.ſ.data.Ex his concludo, ꝙ ſtatutarij & omnes de quibus in cap.nouerint.ſunt excommunicati ipſo iure:ſed nouiter creati officiales tunc tantum ſunt excommunicati,cum poteſt eis imputari culpa modo nunc dicto per Innoc. Oppono ſecundo in eo ꝙ exigitur cautio, ꝙ de cętero talia non attentabunt:quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicẽ. ff.de vſuris.l.1.in fi. Sol.ſecundum Innoc.hic in odium ſic ſtatuentium tractus futuri temporis ſpectat ad iudicem. de hoc de procur.auditis. Oppono tertio,ꝙ non debuerit Papa mandare feudatarios priuari feudis, cum debuiſſet expediri per pares.ex quo erat quæſtio inter dominum & pares,prout not.de iudi.cęterum. Sol.dicit Hoſt.ꝙ hoc cap.poteſt intelligi, quando notorium eſt delictum. ad hoc de teſt. cogendis ſuper eo. de pęnis ad aures,& cap.in quibuſdam.verſi.ſacri.vel ſecundũ eum vbi vaſallus committit feloniam contra dominum, cadit a feudo ipſo iure:vt in l.hac edictali.§.præterea.alleg.in gl. vlt. & idem ſi ſine conſenſu domini feudum alienat.& hoc, quando de his conſtat.& ſi negetur,debet per ſententiam declarari priuatus, vt in cap.ad aures.& hic.vel tertio ſecundum eum in feudis eccleſiaſticis fortior eſt ſententia Papæ, quàm parium.ad hoc quod no.de appella.ſi duobus, quod fieri expedit.ſcilicet,vt Papa per ſe pronũciet: vel per ſuum delegatum, vbi ſunt potentes vaſalli,contra quos eccleſia domina non audet procedere, & ſi erat hic,alias ipſe dominus feudi hoc faceret ſecundum notata de iudi.cęterum.de for.compe.ex trãſmiſſa,& cap.verum. Mihi placet illa ſolutio,ꝙ cum feuda ſunt eccleſiaſtica,iudex eccleſiaſticus habet hoc facere:& maxime hoc caſu potuiſſet etiam archiepiſcopus Piſanus hoc facere: quia cauſa non erat eius propria, & ipſe eſt loci diœceſanus ad quem ſpectat crimina eccleſiaſtica coercere.de offi.ord.cap.1. hoc autem erat eccleſiaſticum crimen, cum violaretur libertas eccleſiæ.ad hoc de for.compe.conqueſtus, & c.cum ſit generale. Item etiam ſi iniuria foret propria archiepiſcopi, potuiſſet eam punire: cum foret notoria tanquam facta nomine communis: & facta contra omnes clericos & laicos in forma hic poſita.ad hoc de pęnis.c.1.lib.6. Quæro primo, in quo violabatur ſedes apoſtolica.videtur enim,ꝙ nullo, licet cõtrarium dicatur hic, ibi ad derogationem apoſtolicæ ſedis. dicit Hoſt.ꝙ derogabatur ei eo ipſo ꝙ violabatur libertas eccleſiaſtica. vel verius hic ſpecialiter derogabatur, quia prohibebat impetrationem fieri a ſede apoſtolica. ſecundum hæc not. ꝙ quando laici etiam in temporalibus inferunt violentiam eccleſijs,vel eccleſiaſticis perſonis,ſedes apoſtolica habet hoc coercere,vt hic,& de rebus eccleſ.non alie.c.fi. & ſecundum hoc habet Papa hoc caſu poteſtatem ſuper temporalibus. pro hoc de for.comp.cum ſit generale.& cap.conqueſtus. Quæro ſecũdo circa hoc,ſi Piſani feciſſent ſtatutum, ꝙ laici non impetrarent contra laicos, niſi in certis caſibus quos expreſſiſſent. dicit Hoſtien. ꝙ hoc non potuiſſet reprehendi. quod procedit quando ſolum prohibuiſſent eo caſu, quo non licet, vt in caſu cap.licet. infra de foro comper. vel ſimpliciter dici poteſt, quòd quia ſtatutum prohibebat literas apoſtolicas impetrari: cum tamen hoc non pertineret ad Piſanos, videbatur eſſe in derogationem ſedis apoſtolicæ. pro hoc ſupra de rebus eccle. non alien.cap.fin. Et quicquid ſit de hoc, quoad textum noſtrum ſufficit, quòd negari non poteſt, quin eſſet in derogationem ſedis apoſtolicę: cum generaliter prohiberetur impetratio apoſtolicarum literarum. Quæro tertio, ſi laici faciunt ſtatutum pro communi vtilitate, quòd vadens de nocte ſol-
a uat 10.an clerici huic ſubiaceant.[a] dicunt Vinc. & Abbas, ꝙ
non, ſed per ſuũ iudicẽ arcendi. de conſtit. eccleſia.91.diſt.bene quidem. Quid ſi ſtatuunt laici pœnam ſuper pecoribus paſcendis in certo loco,vel ad aquam certo loco ducentur. dicũt Vinc. & Abbas. quòd tunc bene tenentur paſtores de damno propter mercedem, quam accipiunt. intelligo, quod velint dicere de paſtoribus pecorum eccleſiæ. & intelligo hoc verũ, niſi ſtatutum fieret in fraudem: quia tunc non teneret.de priuileg. quanto. Quæro quarto, nunquid per iſtos ſtatutarios ligatur vniuerſitas: dicit Innocent. quòd ſic,ſi tota conſenſit: vel tanta pars, quòd non prodeſt aliorum contradictio, vel ſi habet ratum: vel ſi monita non emendet, vel non facit emẽdari.arg. ſupra eodem quantæ. Vbi quæro, nunquid poterit vniuerſitas capitulum collegium,vel populus, vel ſimilia ex-
b communicari.[b] dicit Innocent quòd non: quia hæc ſunt nomina iuris, & non perſonarum,& ſic in eis non cadit excommunicatio. pro hoc: quia in vniuerſitate ſunt pueri etiã vnius diei, & ſic non deliquerunt. Item eadem eſt vniuerſitas tempore delicti,& cauſa quæ poſtea erit:quæ tamen non deliquit, & iniuſtum eſſet illos ligari.24. quæſtione 3. capitulo primo, hæc probantur infra cap. Romana.§.in vniuerſitatem lib.6.
1 Vbi quæro, nunquid vniuerſitas † poſſit puniri aliquo caſu pœna ſpirituali: vt ſuſpenſionis,vel interdicti. dicit Innocen. quod ſic, vt in caſibus ſupra tertia præcedenti quæſtione. quãdo, ſcilicet vniuerſitas non contradicit &c. ad hoc.17.quæſt.
2 4. vxor. de ſponſ.non eſt.Sed nunquid poteſt vniuerſitas † puniri pœna pecuniaria. dicit Innocen. quòd ſic per l.metum.§.animaduertendum.ff.quòd met.cauſa. Sed an pœna capitali puniri poteſt, vt mortis vel religionis, dicit Innoc.quòd non: ſed mutabitur in pecuniariam.ff.de infamibus.l.quid ergo.§.pœna. Ex hoc apparet vniuerſitatem poſſe criminaliter accuſari: licet nõ poſſit criminaliter puniri. Oppone adhoc, quod nec accuſari: ſed ſolum debeat ciuiliter conueniri: cum per ſyndicum ſe defendat de re.ff.ꝙ cuiuſque vniuerſi.l.1.& in criminalibus non admittitur ſyndicus de accuſa.veniens. Solut. hoc caſu in criminalibus admittitur procurator propter impoſſibilitatem: quia alio modo non poteſt vniuerſitas eſſe in iudicio. de hoc dixi in dicto capitulo veniens, & probatur de vniuerſitate, quòd per ſyndicum in criminalibus ſe defendat. C.de re militari.l.fin.verſi.vt autem omnifariam.lib.12.quod dixi de ſymon. dilectus.2.licet Innocent. videatur hic ſentire contrarium: ſed primum verius. Quæro,quando punitur vni-
3 uerſitas † pecuniariter: quomodo mandabitur ſententia executioni.dicit Innocen. quòd in bonis vniuerſitatis, ſi qua habet bona communia: alias priuabitur, vt non ſit vlterius vniuerſitas: & ſic patietur capitis diminutionem.ff.quibus modis vſuſru. amit.l.ſi vſusfructus ciuitati. ad hoc.25.quæſt.2.ita nos. vel ſecundum quoſdam, vt refert Innoc. imponetur collecta per ſolidum & libram.quod dic verius. pro hoc quod di-
4 xi de reſti.ſpol.ca.1. Vbi quæro, nunquid † ad hanc collectam tenebuntur hi,qui cõtradixerunt maleficio:vel pueri, vel alij, qui ſunt ſine culpa? Innoc.dicit ꝙ non. pro hoc de conſti.c.2.

Alij,

ADDITIONES.

a Subiaceant. Adde doct.in cap eccleſia ſanctę Mariæ.de conſti.
b Excommunicari. Adde Cardin.in cap.fin.in 2.oppo. de procura.

Alij, vt refert Innocen. dicunt neminem eximi: quia pro pec-
a cato vnius [a] quandoq; punitur alius, etiam quoad infamiam.
6.q.1.§.verum.& quoad ſeruitutem.16.q.8.cum multæ. Item
& in corpore.1.q.4.Item pro peccato.illud tñ procedit quòad
pęnam, quæ imponitur a Deo, qui nouit abſcondita: ideo ex
iuſta cauſa poteſt punire vnum pro alio: ne cum in vitio imi-
tetur.1.q.4.§.ſed obijcitur ſine,& hoc in hoc mundo.ſed quod
ad pęnam ęternam nunquam punitur vnus pro alio.1.q.4.c.
1.& c.iam.ſecundum Innoc.dic,ꝙ in paruis collegijs,in quib⁹
poteſt diſcerni qui dederint cauſam maleficio,& qui non: ꝓ-
cedit opinio prima, vt excuſentur innocentes: ſed in magnis,
in quibus non ſic poteſt diſcerni,ſecus de hoc.ff.de pęnis.l.aut
facta.§.ſi.per Bar.& de materia prædicta dic, vt dixi in dicto.c.
dilectus.2.de ſymo. Quæro ſub qua forma præſtabitur cautio,
de qua hic, dicit Hoſtię.ꝙ idonea per fideiuſſores,vel pignora
apponentur,etiam certa pœna arg. de pręſumpt.literas. Quæ-
5 ro,an priuati feudis † poſt abſolutionem ab excõicatione, illa
recuperabunt.dic,quòd non ſecundum Goff. Oppon. ad hoc
de cap.nos ſanctonim,& cap.iuratos.15.quæſt.6.Solu.illa pro-
cedunt, cum dominus perdit vaſallos ex conſequentia excõ-
municationis.hic autem priuantur feudo directo,& principa
liter propter delictum.

ADDITIO.

a Vnius. Adde gloſ.ſummæ.24.q.3.glo.& Dñ. in regula non debet, de regu.
iur.lib.6 Abb.in cap.vergentis.de hære. Do. in ca. imperatores.in 2.col.10.
diſtin.Do.in c.felicis.in 4.col.de pœn.lib.6.Bald.& Saly.in l.quiſquis.C.ad
l.Iul.maie.Oldrad.conſi.96.incip.an ex delicto.

SVMMARIVM.

1 *Maleficia propoſito, & voluntate diſtinguuntur.*
2 *Verba incidentia quæ dicantur.*

CVm voluntate. Alloquens excommu
nicatum in his, quæ
pertinent ad ſalutem: etiam ſi alia verba interpo-
nat, excommunicatus non eſt. hoc dicit vſque ibi
prædicatores.Primo ratio.Secundo dictum, ibi excom muni-
cationis,quod tertio extendit ibi,licet.No. principiũ: volunta-
1 te, & propoſito maleficia † diſtinguuntur. ad quod quotidie
allegatur.& concordantiæ ſunt in gl.1.Quæro,quia permittit̃
communicari in pertinẽtibus ad ſalutem animæ: quid in per-
tinentibus ad ſalutem corporis: videtur contrarium dicendũ
a contrario huius literæ. prouenit autem ſępe infirmitas cor-
poris ex infirmitate animæ.ꝭ.de pęnitentijs, cum infirmitas.
Quæro in eo ꝙ permittitur participatio in locutione: quid de
oratione, menſa,& alijs, de quibus.ꝭ.cap.nuper.dic ſecus: im-
mo & in locutione caueat participians a cohabitatione.24.q.
1.omnis ꝭ.eo.cum deſideres ſecundum Hoſt. Quæro, quæ di-
2 cantur verba † incidentia.dicit Innoc.i.quæ non principaliter
ſpectant ad ſalutem: vel abſolutionem, vel pone,ꝙ quærit de
vxore vel filijs,vel permittit de dilectione, quam habet ad eũ,
vel quid ſimile.

SVMMARIVM.

1 *Prædicatores eleemoſynas ab excommunicatis recipere poſſunt.*
2 *Eleemoſyna ab vſurarijs recipi poteſt.*
3 *Decimæ an licite exigantur ab excommunicatis.*
4 *Orari pro excommunicato an aliquo modo poſſit.*

1 PRædicatores. Prædicatores,† pręſertim
qui aliter ſuſtẽtari nõ poſ-
ſunt,ab excõmunicatis & detinentibus aliena elee
moſynas recipere poſſunt. Pręḍicationibus.in qui
bus oſtendunt,ꝙ qui res alienas illicite occuparunt, peccãt &
illicite tenent & communicantur.penas æternas non reſtituẽ-
tibus.Not.ꝙ vſurarij,& detinentes aliena æquiparantur. Not.
2 ꝙ ab vſurarijs † poteſt recipi eleemoſyna, [a] vt in textu: cuius
a cõtrarium dicit glo.in verſ.alios. ſed cum dicit eleemoſynam
non recipiendam, melius diceret oblationem.& hoc tunc de-
mum,cum ſunt manifeſti. pro hoc quod infra dico. Nota ab
excommunicatis licite recipi eleemoſynam. Item & a pecca-
toribus quamuis notorijs, pro hoc: quia ad eas omnes tenent̃
86.diſt.non ſatis in fin.& omnibus ſunt eleemoſynæ maxime
ſuadendæ: vt per eas mereantur citius ad pęnitentiam perue-
nire 26.diſt.perinde in fi.Not.de dictione præſertim.quæ expo
nitur pro maxime hic in gl. ſed Innocẽ. exponit pro tñ. quod
eſt tutius ſm Hoſt.ar.ꝭ.eo.inter alia.in fi. de hoc verbo dixi de
excep.c.1.Oppono primo,ꝙ ab excõicatis & notorijs peccato
ribus non debeant recipi eleemoſynę.20.diſt. oblationes. & ca.
eorum.pro hoc quod dicit gl.1.hic Sol.eleemoſynæ poſſunt re-
cipi.vt prædixi,oblationes autem non. ratio diuerſitatis: quia
eleemoſyna fit in occulto,de quo nil ad eccleſiam.ꝭ.de ſymo.
ſicut nobis. in fin.oblatio vero in publico, quæ prohibetur ne
exinde conſoletur peccator, & ne eccleſia videatur peccatum
eius publice approbare. Oppon.ſecundo ad hoc,quia recipiẽ-
do ſcienter etiam eleemoſynam de alieno, videntur recipien-
tus participare crimini: quod eſt reprobum.ꝭ.eo.nuper.So.hęc
potuit eſſe ratio dubitandi, ſed ratio decidendi eſt: quia excu-
ſantur,& licite recipiuntur tanquam procuratores in vtilitatẽ
eorum,quorum ſunt res,& ſalutem detinentium. pro hoc qđ
dicit gl.in verbo gerunt.Alias verum eſt,ꝙ non deberent reci-
pi.1.q.1.non eſt putanda.17.q.4.miror ſecundum Hoſt. Quæ-
ro, quia dixi eleemoſynas poſſe recipi: quia fiunt in occulto.
Quid ſi in publico? dic,ꝙ propter hoc ius non mutatur ſecun
dum Hoſt.ſic adhuc idẽ dicendum: quia ſemper natura elee-
moſynæ debet conſiderari: q̃ eſt potius vt fiat in occulto Mat-
3 thæi 5. Quæro, an ab excommunicatis † vel tenentibus aliena
licite exigantur decimę: dicit Inn.ꝙ ſic.quia de iure debentur.
ꝙ procedit de realibus.ꝭ.de decimis de terris. de perſonalibus
autem non videtur hoc procedere: cum de illicite acquiſitis
nõ ſint recipiendæ decimæ,vel eleemoſynę, vt no.de decimis
ex tranſmiſſa, ꝙ eſt dicere, ꝙ ſi quis de illicite acquiſitis daret
decimam tanquam de lucro, non eſt recipienda per dictum
cap.ex tranſmiſſa.cum ibi notatis. Sed ſi de prædio illicitè de-
tento dat decimam de fructibus,recipi debet: quia ex hoc agi-
tur vtiliter negocium domini prædij. quia etiam ſi haberet p̄-
dium,teneretur ad hoc. Quid ſi excommunicatus aliquid re-
linquit pro mortuarijs,& pro anima.dicit Innoc.ꝙ talia mor-
tuaria non ſunt recipienda. quia nec eſt orandum pro excom-
municato.87.diſtinct.cap.ſi. Quid ſi relinquit non pro anima
aliquid eccleſiæ: dicit Innoc.ꝙ poterit eccleſia recipere, quia
b excommunicatus non prohibetur teſtari. [b] quod non placet
Hoſt.dicenti ab excommunicato nihil recipiẽdum,niſi in ca-
ſibus a iure conceſtis, vt ꝭ.eo.ſi vere.quod eſt tutius.tamen di-
ctum Inno.eſt verius: nam etiam ſi infidelis aliquid legaret ec-
cleſiæ, poſſet eccleſia recipere.ſicut & alius quilibet.de hoc an
excõmunicatus poſſit teſtari, plene no.eo.tit.decernimus.li.6.
per Ioan. And. vbi tenet, ꝙ ſic. quod tenuit de dolo, veritatis.
4 Quæro, an aliquo modo poſſit orari † pro excommunicato,
dic,ꝙ orari poteſt in genere: ſicut oratur pro hęreticis, & pro
his qui ſunt extra gremium eccleſiæ. Quæro de quibus prædi-
catoribus procedit quod dicitur in textu. dic, ꝙ de omnibus,
c ad quos pertinet officium prædicandi, [c] vt ſunt rectores cura-
ti.ꝭ.tit.1.omnis,vel epĩ viſitantes,vel eorum vicarij.de off.ord.
inter cętera, vel fratres prædicatores & minores: propter quos
putat Hoſt. hanc conſtitutionem fuiſſe ſpecialiter promulga-
tam.illi enim habent vniuerſale officium prædicandi, quod
hodie eſt approbatum in clem.dudum.de ſepul.

ADDITIONES.

a Eleemoſyna. Adde ſanctum Thom. 2. 2.quæſt.32.
b Teſtari. Adde.Ioan.in regula dolo facit,de reg.iur. lib.6.in mercuria.Specu.
in titu.de inſtrum.edi.in §.compendioſe Bald.in addi Spec.tit.de ſpon. Ab.
in cap.ad probandum de re iud. in cap veritatis.de dolo, & contu.in rubri-
ca de teſta.Bar. & Ioan de imo.in l.ſi quæramus.ff.de teſta.Freder. de ſenis.
conſi.92.incip.vetus querela.
c Prædicandi. Adde gl.in verbo,officia.in clem.1.de reg. gl.in ver. prædicare.
in clem.1.de relı.do.Abb.in c.inter cætera, in 2.no.de offi.ordi.

SVMMARIVM.

1 *Officium & prælatio qualiter differunt.*
2 *Cantor dicitur habere dignitatem.*
3 *Laicus an poſſit corrigere clericum.*
4 *Clericum exiſtentem in ſacris percutere an liceat patri ratione patriæ poteſtatis.*

SI qui vero. Ponit quoſdam caſus, in quib⁹
percutiens clericum excõicat⁹
non eſt.Not.id quod no.gl.1.Not.facilius permitti
clericum in maioribus percuti,q̃ in ſacris.pro hoc
1 quod dicit gl.in verbo ordinibus. Not.dr̃iam inter officium †
& prælationem, & pro hoc verbum officij. & verbum præla-
tionis,quoad habentes dignitates, ꝙ exemplificat Goſ.de can
2 toribus,& his qui regunt chorum.Ex hoc not ꝙ cantoria † eſt
dignitas.in quo tamen videndo conſideranda eſt conſuetudo
cuiuſcunque eccleſiæ. Et de modis cognoſcendi dignitatem,
officium vel perſonatum,not.de præben.de multa.de conſue.
c.1.lib.6. & qñque accipiuntur pro eodem.de cõſti.cum acceſ-
ſiſſent. No.aliquid permitti in adoleſcentes,quod non ſic per-
mittitur in maiores.& de ætatibus dic, vt in proœmio ſexti in
principio gl.magnæ.Not.id quod notat gloſſa in verbo præla-
3 tionis,& in verbo magiſterij. No.quód poteſt quis † corrigere
clericum

Digitized by Google

clericum qui eſt de ſua familia: vt quia eius eſt filius. quod dic vt in gl.in verbo de familia. Et in ea ibi diſciplina, & cap.cum beatus.vbi de hoc in gloſ. prima. ibi negauit.primæ ad Timotheum quinto. & ibi magiſtris. idem not.23.quæſt.5.c.1.ad fi. in glo.magiſtri. Quæro in quot caſibus liceat clericum percutere ſine pœna excommunicationis. Hoſtië.reſpondet dando verſus.Officium,zelus,pater, doctorq; propinquus, Affectus, dominus,vis vim,& correctio,ludum. Officium.ʒ.cap.vniuerſitatis.& c.3.primo reſponſo.& §.primo. zelus, vt hic & ʒ.cap. veniens. vt quia cauſa deuotionis. ſimile.ff.de iniurijs.l.apud Labeonem.§.adijcit.pater doctorque propinquus.hæc probatur hic,affectus,ſcilicet matris filiæ ſororis & vxoris.ʒ.eo.ſi vero.& hic.in fin.dominus familiam corrigendo,vt hic.vis vim ʒ.cap.3.§.ſi vero.ſic etiam ſi immiſcet ſe enormitatibus.ʒ.eod. perpendimus.& c.cum non ab homine.Correctio.& hoc præmiſſa trina monitione.ʒ.eo.contingit.& c.in audientia.Ludus ʒ.eo c.1.§.1.& hos verſus exponit Hoſt.in ſumma eodem.§.qs poſſit.ſub §.ſuper illo autem canone. Abbas autem dat alios verſus. Quinque bis excipiunt cauſæ de canone latæ.Poteſtas: officium:ſchola: ludus:pellere vim vi.Ordinis ignatus:ſoror: vxor: filia: mater. Quæro nunquid ratione patriæ poteſtatis li
4 citum eſt percutere † clericum exiſtentem in ſacris. gl.dicit ꝙ
a non: quia per ſacros liberatur a patria poteſtate. [a] de hoc de ætate & qualitate indecorum.vbi dixi,quod ſolus epiſcopatus liberat a patria poteſtate. Alij autem ſacri ordines regulariter non liberant: ſed tantum quo ad quædam, & inter cætera liberant, vt exiſtens in ſacris non poſſit percuti ſine pœna cap. ſi quis ſuadente. Quæro vt quærit gloſ.vlt.ibi quid ſi perſonę. Sol. vt in ea ibi canonem. ad hoc infra eod. ſi clericos. lib.6.& in fin.de hoc de reſti.ſpol.olim. primo.

A D D I T I O.

a Poteſtate. Adde Spec.tit.de ſtat.mon.verſi.2.doct.in c.quia nos,de teſta.Domi.in cap.ſi annum 14. in § huiuſmodi.de iudi.lib.6.Card.Alex.in c.per venerabilem,in §.quòd autem in 7.not. qui filij ſint legi.

S V M M A R I V M.

1 Fornicantes cum concubina clerici excommunicata, an incidant in excommunicationem.

SI concubinæ. Communicans excõmunicato in crimine damnato, excõmunicatus eſt maiori. hoc dicit. Quæro quæ fuit ratio dubitandi. poterat dubitari per cap.3.11. quæſt.3.vbi dubitatiue hoc dicitur. Ratio decidendi colligit hic: & plenius.ʒ.eo.nuper.& ad tollendum dubium,dicit hic non eſt dubium.Quæro quid ſi concubinarij de quibus hic,cõmunicant in occulto. dicit Vinc. eos non eſſe excommunicatos: & ſic intelligit textum quando publice, ꝙ non placet Ioã. And.nec eſt verum: quia textus hic indiſtincte loquitur.Quid ſi communicant non in crimine. Sol.dicit gl.ſecus, quod dic,
1 vt in ea. Et in eius fine.ʒ.eo.nouerit,& c.ſignificauit. Quæro † nunquid alij ꝙ concubinarij incidant in excommunicationẽ maiorem, ſi fornicantur cum concubina clerici excõicata ob concubinatum.dicit Hoſt.ꝙ ſic. quia eſt eadem rõ:cum participent in crimine damnato. quod procedit ſm Ioan.And. qñ erat excõicata ſimpliciter pp fornicationem. Secus ſi ſpãliter pp concubinatum alicuius clerici: quia tunc ille ſolus participat crimini damnato,& non alius.per hoc infertur,ꝙ ſi generaliter erat excõicata pp fornicationem clericorum, ſoli clerici & nõ laici participãt in crimine dãnato & maiorẽ incurrũt.

S V M M A R I V M.

1 Excommunicatus minori excõmunicatione poteſt abſoluere a maiori.
2 Poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione quis conferre poſſit.

1 DVobus. Excommunicatus † a minori poteſt abſoluere ab excõmunicatione maxime minori.hoc dicit ſecundum lecturam ſecundam poſitam in glo.quæ eſt vera.Oppon.vt opponit gl.& ſolue,vt in ea:quæ ſoluit dupliciter: ſed prima ſol.nõ procedit. quia ſecundum eam quod dr̃ in textu de minori excõicatione, procederet etiam in maiori ſm Hoſt. & ſic fruſtra poneretur in textu quod dicit de minori:Secunda ergo ſo. poſita in gl.verior eſt:& communiter tenetur: & propterea ſecũdum eam ſummaui. Quæro, quia dicit duobus, an procedat etiam in non ſacerdotibus.Hoſt.ꝙ non: quia minor ſacerdote non habet poteſtatem clauium. dic contra per notata ſup.eo.
2 cum deſideres. Quæro quis poteſt conferre † hanc poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione.dic,ꝙ conſuetudo.de exceſ.prælа.accedentibus.vel ius ad hoc.ʒ.titu.1.c.fin.vel ſuperior ʒ.tit.1.omnis.ſecundum Hoſt.&. Induco hunc textum ad quæſtionem.duo ſunt in vno magiſtratu: põt ne alter emere cum auctoritate alterius. dicit gl.C. de contractibus iudicum. l.1.quod ſic.quam no.& pro hoc hic:quia ex duobus iudicib9 alter alterum abſoluit, & econuerſo.

S V M M A R I V M.

1 Permiſſo vno, permittitur & antecedens ad illud neceſſarium.
2 Interdicti tempore, vt celebrari poſſit, quæ requirantur.

PErmittimus. Permittit miniſtris eccleſiarum ſemel in hebdomada celebrare concurrentibus his quæ exprimit, & hodie quod dicitur de hebdomada: dic & ſingulis
1 diebus.ʒ.eo.cap.fin.§.adijcimus.& §.ſequenti.lib.6. Nota.ꝙ † vno permiſſo permittitur antecedens ad illud neceſſarium: ſicut hic permittitur celebratio miſſæ pro conficienda euchariſtia: quia nec ſine miſſa rite per ſacerdotem celebrata m cõfici poteſt ſecundum Hoſtien. de quo dixi de elec.quod ſicut.
a ex hoc arguit Hoſtien tempore interdicti licere chriſma [a] cõficere. & ſic eſt approbatum.ʒ.eod. quoniam. lib.6. Not.qua-
2 tuor † requiſita,vt liceat celebrari tempore interdicti.quæ enumerantur in textu,& quæcunque non interueniat violatur interdictum.pro hoc.ʒ.tit.primo,quod in te. Hoſt.Oppon. ꝙ nõ omnibus miniſtris eccleſiarum:ſed ſolum religioſis celebrare liceat tempore interdicti.ʒ.de priui.ꝙ nonnullis.Sol.illud priuilegium extenditur,vt dicit hic gloſ.prima. Et in ea ibi,fauor perſonarum:quæ celebrant. & ibi tribus, alias tanta. Quæro nunquid alijs quam miniſtris eccleſiarum hoc licet.dic quod non.quia ceſſat ratio,de qua in textu. quod tenet Inno.Sed an miniſtri poſſunt hoc alijs committere. dicit Innoc. ꝙ non,per c.vlt.§.vlt.de offic. de leg.vel ſecundum eum poſſunt:quia qui per alium &c.ʒ.eodẽ mulieres.quod eſt verius. pro hoc, quia hoc competit eis ex officio: non ex commiſſione ſibi facta, ad hoc de offi.ordi.cap.fin.pro hoc dicit Abb.quòd ſi curati non habent ordinem,facient hoc fieri per ordinatos ad hoc.7.q.1. pontifices,de conſecra.eccleſ.vel alta.aqua. Quæro,an tempore huius cap. ex aliqua licuiſſet miniſtris pluries, quam ſemel in hebdomada celebrare. dicit Hoſtien. quòd ſic, vt ſi imminet neceſſitas.ff.de edendo.l.veluti.& quod not. de offi archimandamus. Quid enim ſi repente tot infirmantur,quòd nõ ſufficit euchariſtia reſeruata: prouidendum eſt.infra de regu. iur.quod non eſt.de tempo.ordi.literas. debet autem miniſter diſcrete agere, vt reſeruet plures euchariſtias conſiderata populi multitudine,& loci infirmitate: vel licẽtia diuidat in plures,nec ſeruet vltra hebdomadam ne putreſcat.vnde ſi nõ occurrit caſus diſtribuendi,ſumat aliam nouam quam cõficiat, & eam reſeruet,& recipiat antiquam.

A D D I T I O.

a Chriſma. Adde Cald. in tractatu de eccleſiaſtico interdicto.

S V M M A R I V M.

1 Satisfactio debet fieri iuxta facultates ſatisfacientis.

QVamuis. Satisfaciens clerico, quem verberauit,propter hoc ab epiſcopo nõ poteſt abſolui niſi in certis caſibus.Primum dictũ, ſecundo excipit ibi, niſi. Infirmitate. etiam præter mortis periculum: vt quia patitur podagram, vel febrem quartanam. Innocẽt.inimicitiam.quæ timetur in via. Inn.Senili: quia ex quo eſt ſenex,licet videatur fortis ad ſubeũdum laborem:tñ quia eſt periculum,abſoluetur. Innoc.impotentia.ʒ.expreſſit.7.caſus,& hic eſt octauus & generalis: ſed nonus qui ſequitur,eſt generaliſſimus. Hoſt.Iuris beneficio:decimus caſus. & dic iuris communis, vel priuilegij corpore iuris clauſi,& hoc propter religioſos,de quibus ſupra cap.cum illorum. & cap.canonica. & propter eos, qui non ſunt ſui iuris.ʒ. eod.mulieres, vel ratione mandati ſuper hoc a Papa facti.ʒ.c.
1 porro.ad finem.Hoſt. Not.ꝙ ſatisfactio debet fieri iuxta facultates ſatisfacientis,vt hic in principio. conſideratur etiam qualitas perſonarum, & quantitas iniuriæ.ʒ.eo.cum illorum. ver. niſi.& §.ſi vero. Quæro nunquid diſpoſitio huius ca.procedat in excommunicato alio modo, quàm pro iniectione manuũ. dicit Innoc.quòd non: quia ſi ſit alias excommunicatus a iure vel a iudice,licet poſſit abſolui in mortis articulo: non tamen in alijs caſibus hic poſitis poteſt abſolui, niſi ab excommunicatore, vel ab eius ſuperiore. Quæro in quibus caſibus tenetur abſolutus ceſſante impedimento adire ad ſedem apoſtolicam. Sol.vt in glo. vlt.

S V M-

SVMMARIVM

1 *Excommunicatio ſimpliciter lata intelligitur de maiori.*
2 *Excommunicatus a maiori, & minori, an poterit abſolui a minori ſtante maiori.*
3 *Excommunicatio minor & maior qualiter differant.*

1 SI quem. Excommunicatio † ſimpliciter lata, intelligitur de maiori. Sacramen
torum. ſupple tantum. Separat. ſupple etiam: quia
etiam ſeparat a ſacramentis, ligatum. de hoc 11. q.
3. debent. Oppon. ꝙ nomine excommunicationis debeat in-
telligi de minori: quia in pœnis mitior debet fieri interpreta-
tio. regula in pœnis. lib. 6. Sol. ſecundum Hoſtien. fallit in excõ-
municatione, quæ eſt medicinalis. 2. q. 1. multi. ℑ. eo. cap. 1. li. 6.
Item hæc interpretatio eſt tutior, & ſic præferenda. de homic.
ad audientiam. de cle. ex illud. & de hoc per Hoſtiẽ. in ſumma
eo. §. qualiter proferatur. pro hac interpretatione etiam eſt cõ-
munis vſus loquendi. cum enim dicimus iſte eſt excommuni
catus. intelligitur ꝙ ſit a communione hominum excluſus: &
ſic maiori excommunicatione. ad hoc. ℑ. tit. 1. quamuis, & ca.
cum clerici. pro hoc etiam, quia in dubio verba intelliguntur
in proprio ſignificato. ff. ſi ager vect. l. 1. dixi de iureiur. venien-
tes. etiam ad hoc facit hoc cap. cum ratione præcedenti. Quæ-
2 ro nunquid excommunicatus † maiori & minori poteſt a mi
nori abſolui ſtante maiori. dicit Abb. ꝙ non. ſimile quod not.
in ſalutatione ſexti libri in gloſ. vlt. in fin. quod non poteſt tolli
veniale ſtante mortali: ſed tamen hæc non ſunt ſimilia. vnde
verius dic contra: ſicut etiam ſi quis eſt excommunicatus plu
ribus excommunicationibus, poteſt altera tolli ſine reliqua,
ſup. eo. cum pro cauſa. & cap. officij. Fateor ꝙ ſtante maiori du
rat effectus minoris incluſæ ſub maiori: ſed minor ſeparatim
lata tolli poteſt ſtante maiori: ſicut etiam poteſt quis confiteri
de vno peccato ſtantibus alijs. ℨ. tit. 1. quòd quidam. Quæro de
3 differentia inter maiorem excommunicationem † & mino-
a rem.ᵃ Sol. vt in glo. & ibi ſacramentorum. Goff. de excep. a no
bis. dixit, ꝙ duplex eſt minor excommunicatio. vna quę remo
uet a ſacramentis tantum. alia quæ remouet a communione
fratrum tantum: ita ꝙ non a ſacramentis. de prima in glo. hic.
de ſecunda. 5 q. 2. c. 2. & q. 4. in loco. 18. diſt. placuit. 24. diſt. quo
rundam 58. diſt. ſi quis de alterius. maior ergo excommunica
tio priuat communione hominum & ſacramẽtorum. minor
allegata tantum. ibi a ſe. de homici. ſicut ex literarum. & ibi a
mente eius. dicunt Phil. & Goff. in hoc fundari rationem hu-
ius cap. cum non excommunicetur quis niſi pro mortali. 11.
q. 3. nemo. & mortale per ſe operatur remotionem a ſacramẽ
tis, vt minor excõicatio. 1. q. 1. ſacerdotes. de cohabi. cler. c. fi. &
ſic vt excommunicatio aliquid addat, debet intelligi de maio
ri. ſimile. ff. ne quid in loco publico. l. fi. & ibi participet. excipit
ab eo quod dixit: & ſic de illo qui excommunicatus eſt a cano
ne, & in fin. habetur hæc gl. 11. q. 3. ſi inimicus.

ADDITIO.

a Et minorem. Adde Abb. in rubrica de ſentent. excommun. Cald. repet. cap. cum excommunicato. 11. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Pueri percutientes clericum incidunt in canonem ſi quis ſuadente.*
2 *Abſolutio niſi petenti dari debet.*
3 *Rigor manſuetudine temperari debet.*

PVeris. Pueri excommunicati pro iniectione
manuum, ab epiſcopo poſſunt abſolui,
etiam ſi antea abſolutionem facti ſint puberes. pri
mo dictum. ſecundo ratio ibi cum propter. No. ꝙ
1 pueri † percutientes clericos incidunt in canonem, ſi quis ſua-
dente. quod intellige de doli capacibus, vt in gl. prima. Nota. ꝙ
2 non debet impendi abſolutio † niſi poſtulanti ibi poſtulent. te
net tamen ſi impenditur. de quo dixi. de reſcript. ab excom-
municato. vbi etiam dixi quandoque debere impendi non po
ſtulanti. Not. ꝙ parcitur ætati minori. ad hoc de reſcriptis ſi eo
tempore. lib. 6. ff. de bonis libertorum. l. qui cum maior. vbi fi-
lius patroni ſi accuſat libertũ minor, & perſeuerat factus ma-
ior, nõ perdit bonorum poſſeſſionem. ad idem. ff. de neg. geſt.
3 l. cum actum. de minoribus. l. 4. §. ſcio. Not. ꝙ rigor † debet mã-
ſuetudine temperari. de hoc in gl. vlt. & per Hoſt. in ſumma de
pœnis. § a quibus. & ex quibus cauſis extenuatur, inducitˀ hoc
cap. in argumentum, quod pupillus factus pubes teſtificari poſ
ſit de his, quæ vidit tempore impubertatis, & fuit quæſtio do-
minicalis: ſed poſſet etiam induci in contrarium, quia hic at-
tenditur tantum tempus impubertatis: quia etiam factus pu-
bes non engitur ire ad curiam: & ſic videretur quòd teſtifica-
ri non poſſet ac ſi eſſet minor, ſed dic, vt dixi de corpo. vitia. ex
parte. de præſcript. cum nobis.

De verborum ſignificatione. Rubrica.

Viſis diuerſis conſtitutionibus: quia de ipſarum verbis po-
teſt dubitari quid ſignificent: ideo &c. huic rubricę conueniũt
prima ſecunda tertia & quarta diſtinctio. in decretis repetitur
in ſexto & clementinis. Quæro quid importat dictio verbo-
rum prout hic ſumitur. Reſpondeo, quòd importat quamli-
bet vocem ſignificatiuam per quam conceptus mentis expri
mitur. 22. quæſt. 2. his autem qui. ℑ. eo. intelligentia. Sumitur
tamen verbum, & alijs modis, de quo not. gl. ff. eo. ſuper rubri-
ca & Goff. & Hoſt. in ſummis, eo. tit. in principio.

SVMMARIVM.

1 *Nouale quid ſit.*
2 *Ager ſi fuit præciſus, & non totus, an dicatur nouale.*

INnouatę. In ſuperſcriptione ibi O-
ſeæ. 10. c. & eadem verba
Hieremiæ 4. in princ. Breue eſt: vel ſumma
1 comprehendẽdo gloſſam Nouale † eſt ager
nunc primo cultus, de quo nõ extat memo-
ria, ꝙ cultus fuerit. pręciſus. i. cum aratro: in-
ciſus. i. vel de nouo cultus. Not. ſummarium.
& eſt ſimile, quod de loco deſerto dicitur. ℑ. eo. c. 2. lib. 6. Quę-
2 ro ſi ager † fuit pręciſus non totus: ſi pars nõ culta nouiter ex-
colitur, an ſit nouale. dicit Vin. ꝙ non: quia trahitur ad princi
pale: ſingulæ enĩ glebæ nõ ſunt colendæ. ff. de acqui. poſ. l. poſſi
deri. Quæro quidã pcidit agrũ, & fecit nouale, & primo anno
alienat in habentes priuilegiũ, ne teneantur ſoluere decimam
de nouralibus: an tenebuntur de iſto. videtur ꝙ ſic, ex quo non
primo præcidunt, pro quo iſta litera. In contrarium. 30. q. 8. de
gradibus. vbi probari videtur eſſe nouale quod infra annum
colitur. pro hoc quod not. de elec. generali in gl. 5. lib. 6. & ℑ. eo.
quid per nouale. Vinc. tenet primum & pro hoc quod no. Spe.
de proba. §. 1. verſi. quid ſi pars & ſequenti. Sed pro ſecũda opi-
nione eſt, quod dixi de priuile. dudum. & dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Patris appellatione aliquando intelligitur proauus.*
2 *Nepos an veniat appellatione filij, & an ex proprietate ſermonis. numero 3.*

NAm & rex. In ſuperſcriptione ibi, Danie-
lem. 5. cap. In ſumma dicit.
1 Nomine patris † intelligitur aliquando proauus,
vel ſic nomine patris comprehenduntur omnes
aſcendentes. hoc dicit cum glo. vel breuius. Omnes aſcenden-
dentes patres dicuntur. Tunc hucuſque verba Danielis & ha-
betur hiſtoria de conſe. diſt. 1. veſtimenta. No. ſummarium &
de hoc dic, vt glo. 3. & in eius fine. Matthæi 1. Lucæ 3. Quæro
primo, an omnes aſcendentes ſint parentes. Sol. vt in gl. quæ di
cit vſque ad tritauum dici parentes, & ſic etiam appellatione
filij omnes deſcendentes contineri vſque ad trinepotem. Vbi
quæro, quia glo. non facit differẽtiam inter verbum filij & ver
bum liberi: an ſit vlla differentia. dic ꝙ ſic. nam nomine libe-
rorum veniunt deſcendentes. ff. de verbo. ſig. l. liberorum. ſed
nomine filij non ſic. vnde etiam non ſemper nomine filij ve-
nit nepos, immo regulariter non venit. inſti. qui dare tuto. poſ-
ſunt in §. quod notat glo. de baptiſmo clem, vnica, in verbo, li-
2 beri. & no. ff. eo. l. filij. Quæro ſecundo quãdo nomine filij † ve-
a niat nepos.ᵃ Sol. quandoque profertur hoc verbũ a lege: quan
doque in alijs diſpoſitionibus. primo caſu aut lex concernit
prouiſionem filiorum circa dationem tutorum, & non com-
prehenditur nepos. ff. de excu. tutorũ. l. ſed & milites. §. primo.
& ratio eſt, quia licet ſit fauor filij habere tutorem, quia tamẽ
eſt onus tutoris, non extenditur ad nepotem. hoc ſentit glo. ff.
eodem. l. nulla. vbi dicit ſpeciale in datione tutoris. Aut concer
nit prouiſionem filiorum circa alia: & tunc aut concernit fa-
uorem filiorum principaliter, & comprehenditur nepos. ff. ad
Mace-

ADDITIO.

a Nepos. Adde gl. in cle. 1. de Bap. Ioann. And. in cap. ſtatutum. de hære. lib. 6. Ant. de Butr. in cap. ad extirpandas, de fili. presbyt. Bart. in l. alimenta. ff. de alim. lega.

Digitized by Google

Macedonianum.l.filium habeo. aut odium, & non cõprehenditur. ff. de adulteriis. l.pater. de ritu nuptiarum. l.lege Iulia.§. hoc capite. & procedunt hęc, quando lex diſponit principaliter de filiis, ſed aliquando facit mentionem de filiis in vim cauſę vel conditionis: & tunc aut facit mentionem de filio ſub aliqua qualitate, quæ non concernit nepotem, vt ſi loquitur de filio ſpurio, & non comprehenditur nepos. Cod. de naturalibus liberis.l.ſi. aut ſimpliciter ſine alia qualitate dicit de filiis: & tunc aut vertitur fauor filiorum, & comprehenditur nepos. Exemplum. dicit lex, ſi mater non petierit tutorem filiis, punitur. intelligitur idem de nepotibus.ff.ad Tertullianũ. l.ſecunda. §.ſi mater.in princ. & ver.filiis. aut non continet fauorem filiorum principaliter. Exẽplum dicit lex, pater habens tot filios excuſetur a tutela: & tunc non cõplehenduntur nepotes nomine filiorum, ſed nomine liberorum ſic. ff. de excuſa.tutorum. l.ſecunda. §.primo. Si autem verbum filij profertur in aliis diſpoſitionibus: dic, ꝙ aut a teſtatore, & quaſi per omnia poteſt eodem modo diſtingui, de quo per Barto. in dicta l.liberorum. Aut a contrahente & fit interpretatio contra proferentem, qui debuit apertius declarare. ff. de pac.l.veteribus.regula contra eum. lib.6. Aut in reſcripto principis, & aut continet beneficium, & comprehẽditur nepos, & fit latiſſima interpretatio.ff.de conſti principum.l.ſi.infra e.olim. Aut continet priuilegium: & tunc ſecus, quia fit ſtricta interpretatio.
3 regula priuilegium.lib.6. Quero tertio circa hæc † eo caſu quo nomine filij venit nepos, an veniat ex proprio ſignificato. Iac. de Butr. in quadam diſputatione tenuit ꝙ ſic, quia propria ſignificatio ſumitur ex alluſione vocabuli. ff.ſi cer. petatur. l.ſecunda.§.appellata, ꝫ.de preben.eum ſecundum.ſed ſecundum alluſionem vocabuli appellatio filij comprehendit nepotem dicta l.liberorum. contrarium tenet Bar.in dicta l.liberorum, quod eſt verius.pro hoc quod not.glo.præalleg.in clemen.vnica, de baptiſmo, & arg.de alluſione vocabuli nõ procedit, nec probatur in dicta l.liberorum. Item potius eſt ſtandum diffinitioni, quàm alluſioni: ſed diffinitur filius, qui ex viro & eius vxore natus eſt.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur.l.filium. ꝑ hoc de proba.per tuas.dictio autem, ex, denotat cauſam proximã, & immediatam.ff.de peculio. l.eo tempore. in fine.C.de legibus.l.non dubium, de elec. qualiter. vbi dixi. Nepos vero non eſt natus immediate ex viro & vxore. pro hoc etiam.ff eod.l. iuſta.vbi dicitur quòd appellatio filij porrigitur ad nepotes ea interpretatione, qua maſculinũ porrigitur ad fęmininũ, ſed illud eſt ex interpretatione extenſiua, vt no.ff.eo.l.1.& dixi de elec.element.prima. Quæro quarto, quia hic dicitur appellatione patris auum contineri & proauum: an hoc procedat indiſtincte. Sol. aut profertur a lege.aut ab homine. primo caſu aut in diſpoſitione fauorabili, & comprehenditur auus & proauus.ff.eod.l.iuſta, & quod ibi not. & de collatione bonorum l.nonnunquam. in gloſ parua aut odioſa: & non comprehẽduntur.ff.de ritu nuptiarum.l.lege Iulia.§.hoc capite.de adulteriis.l.pater.ita dicit Bart.in dicta l.liberorum, ſed iſte textus generaliter dicit nomine patris omnes aſcendentes contineri, quod limitat gloſ.verum vſque ad tritauum:tamen diſtinctio præcedens placet. Si autem profertur ab homine: aut reſpectu alicuius certæ perſonæ, & extra illam non extenditur.ff.de teſta.tutela.l.ſi quis ita, in prin.quod communiter fit: dicimus enim patrem ſolum reſpectu filij: tamẽ quia poteſt dici pater etiam auus.arg.huius cap.puto, quod diſpoſitio non reddit vitioſa, ſi auus, vel ꝓauus dicant pater.per ꝑdicta inſertur ad qõnes facti quamplures, de quibus per Bart.in dict.l.liberorum.

S V M M A R I V M.

1 *Fratres vterini qui dicantur.*
2 *Fratres ex eiſdem parentibus qualiter appellantur.*

NAm & ego. In ſuperſcriptione ibi, in parabolis 4.ca. In ſumma dicit. Non dr̃ natus qui ſtatim deceſſit. Vel ſic. Poteſt dici non natus, qui ſtatim deceſſit. primo verba Salomonis. ſecundo verba Hieronymi exponẽtis ibi, quare. Scriptura. ſecundi regũ 11.& 12. Not. ꝙ ſit vis in noĩe.ibi ſine noĩe. pro hoc de præben.eũ ſm. regulariter tñ de noĩe non curatur: ſed de effectu de ꝓcura.petitio. ꝫ.eo.quamuis. No.de fratribus
1 vterinis. † & qui dicantur, dic vt in gl.in verbo, vterinum.& in ea ibi concepit.ſecundi regũ 11.& 12. Opp.ꝙ etiã is qui ſtatim deceſſit, dicatur natus. C. de poſthumis hæredibus inſtituendis.l.2.& 3. Sol.quo ad effectum, de quo in ꝯtrĳs dr̃ natus. item & ſimpliciter, ſed generali conſideratione qua dicimus ſolũ illud factum, quod durat factum, vt in iuribus alle. in gl.vlt.& ad idem. 1.q.1.conſtat. & quod ibi not. & de hoc per Archi.8. q.4.in ſumma, ꝓcedit quod hic dr̃. Quæro, quia hic dr̃ de vte-
2 rinis: quõ appellantur fratres † ex eiſdem parentibus. Sol.dicũtur fratres conſanguinei vtrinque coniuncti: ſed ſi ex patre tñ coniuncti ſunt, dicuntur conſanguinei tñ. vterini aũt ex eodẽ vtero, & patre non eodem.inſti.de le.agna.ſuc.§.1. Eſt aũt differentia inter vterinos & conſanguineos: quia vterini nõ agunt de inofficioſo teſtamento inter ſe: ſed ſecundi ſic: ſiue ex vtroque parente, ſiue ex patre tñ, ſi inſtitutus eſt turpis perſona vel infamis. C.de inofficioſo teſtamento l.fratres. quidã tñ dicũt hoc correctũ: quia non eſt differentia inter agnatos, & cognatos in auth.de hæreditatibus, quæ ab inteſtato.collatione.9.& C.de legiti.hæred. auth. ceſſante, quod dicunt alij tñ ſeruãdũ quo ad ſuccedendum ab inteſtato: & ſic loquuntur iura illa. ſecus quo ad ius rumpendi teſtamentum, quia quo ad hoc adhuc eſt differentia inter agnatos, & cognatos, quod tenet gl.& Odo.& alij in dicta l.fratres, quod eſt verius. Excluditur tamẽ frater conſanguineus a dicta actione, ſi fuit ingratus ſratri defuncto in auth.de nup.§.ingratitudinem.

QVod dicitur. In ſuperſcriptione ibi Matthæum, primo c. quod dr̃ factum ante aliquid, non neceſſario infert illud ſecutum. Primo verba euangeliſtæ, ſecundo Hieronymi ibi, non ſequitur. No. ſummarium, & quod dixi de verbo, ante, idem dicit glo.de verbo, donec: & dic, vt in ea.& ibi ſede.pſal. Dixit dominus.ibi poſuerit, vel ꝙ poſtea ſedere deſierit, quod magis placet Hoſtien. & ibi illud Gen.8. & ibi ſiccarentur, quia nec poſtea redĳt.

IOſeph non. In ſuperſcriptione ibi in eodem Matthæi.1. in ſumma dicit. Primogenitus dicitur, qui primo naſcitur, ẽt ſi nullus ſequatur. primo verba euangeliſtæ. ſecundo Hieronymi ibi, ex hoc. quidam, Eluidiani. de quibus 24 q. 3.c.penul.verſ.Eluidiani.& ꝯ Eluidium ſcripſit Hieronymus libellum, in quo ad id qđ dicebat Chriſtũ habuiſſe fratres, rñdet diſtinguendo quadruplicem fraternitatem natura, agente, cognatione, & affectu. quod dic, vt ibi.& de hoc. ꝫ.de regula.Ioãnes.vocem.ſupple tñ. Not.de primogenito & quodam habebat quædam iura, de quibus not.7.q.1.ꝗ periculoſum. No.id quod dicit glo.2.& in eius fine & in proæmio.ff.§.in reliqua.& pro hoc quod not.77.diſt.c.1. Nos ex hoc, ꝙ poſſumus allegare c.primum, etiam ſi in titulo ſit tñ vnicum. pro hoc.23.q.1. §.2.verſ.laborantes.& de hoc not. 1.q.1.Chriſtus.

S V M M A R I V M.

1 *Intentio loquentis præfertur verbis.*
2 *Verba ſunt inſtituta ad exprimendum conceptum mentis.*

INtelligentia. Ex coniecturis interpretamur ſignificatum verborum, & pone exemplum per c.cum dileſti, de acc.
1 No. ꝙ intentio † loquẽtis præfertur verbis. de hoc
2 in gl.3. Not. ꝙ verba † ſunt inſtituta ad exprimendum conceptum mentis. de hoc in gl.penul.& in ea ibi, ſeruire debet.7.q. 1.ſuggeſtum, ad fin. Not. etiam quod dicitur in gl.penul. & in ea ibi teſtante. Ioannis 4. Oppone, quod potius ſtandum ſit verbis quàm conceptui mentis.ff.de leg.3.l.non aliter. Solu. vt dico infra eodem, præterea.

S V M M A R I V M.

1 *Verba tranſpoſita non nocent, dummodo ſenſus non mutetur.*
2 *Sententia, pronuncio ſicut pronunciant tales, an valeat.*

1 NIhil ob. Verba tranſpoſita † non nocent, dũmodo ſenſus non mutetur: & ꝑ hoc quod no.de conuerſi.coniuga.dudũ, in 4.gl. No.nõ ſemper curãdũ de ordine ſcripturæ.de quo tñ dic, vt dixi de reſcrip.cum dilecta.dicit Hoſt.ꝙ duplex eſt ordo: naturalis: & ſm hunc primo dicuntur quæ primo obueniunt, & artificialis.ſm quem qñque poſtponunt quę primo obueniũt. Oppone de c.de parentela. vt in glo. & ſolue vt in ea.& de hoc 16.diſt.c.3.& in eadem gl.ibi, Perihermenias.idẽ ſonat quod liber de interpretatione. Inducit gloſ. hunc textum in ar. de teſtibus diuerſo modo narrantibus, de quo dixi de teſti. cum tu. Vbi quæro, ſi receptor teſtium poſt extenſum dictũ primi, de ſecundo ſcribit, idem dixit: an ꝓbet. Hoſt.quærit, licet nõ multum hic pertineat. quidam, vt refert, dicunt non valere.ar.ff. de teſt.l.3.§.1. In contrarium: quia in dubio debet interpretari, vt res potius valeat. ꝫ.eo.abbate.& vt ſalua ſit probatio, vt lite non conteſt.cap.fin.in princip. quod tenet Hoſtien. & dicit intelli-

Digitized by Google

intelligendum. illud idem dixit quo ad ſententiam, non quo ad præmeditatum ſermonem. quo caſu deberet ſcribi, vt videret ut quanta fides eſſet adhibenda. ad hoc dicta l. 3. & de fideiuſſ. conſtitutus. pro hoc, quia omnia præſumuntur ſolemniter acta. inſti. de fideiuſ. §. fi. dicit tamen Hoſt. ꝙ melius faceret totum ſcribendo: cum ſit magna vis in verbis de priuile. ſi Papa. libro ſexto. ſed quia communiter ſic quaſi omnes vtunt, excuſantur hac pigritia donec reprobetur. pro hoc. 23. q̄. 4 obijciuntur. dicit tamen, ꝙ Vrbanus Quartus in canonizatione beatæ Brigidę reprobauit hanc pigritiam, ſed ſucceſſor eius Clemens Quartus approbauit, & eam canonizauit. tamen in curia ſecundum Hoſti. non obſeruatur & merito: ſicut etiam debet fieri deſcriptio legis per conſequentiam literarum. C. de veteri iure enucle. l. 1. §. in. cum tamen maius periculum ſit in teſtibus, quam in ſcriptura legis. ad hoc in Spec. de teſte. §. nūc
a tractandum. ver. cautum quoque. Quæro circa hoc † de iudi-
a ce, qui dicit, pronuncio ſicut pronunciauit talis. [a] Spec. de ſen. prolatione. §. qualiter. ver. quid ſi iudex. videtur velle, ꝙ ſententia teneat: quaſi ſufficiat, ꝙ refertur ad certum. pro hoc quæſtio no. de excep. cum venerabilis, in fi. contrarium tenet Ioan. And in additionibus in dicto verſic. quid ſi iudex. nam quod dr̄ ſufficere ſentētiā referri ad certum, procedit, qn̄ certificari pōt per acta. ad hoc. C. de ſn̄ijs q̄ ſine cer. q̄ti. l. 2. ꝙ eſt verius.

ADDITIO.

a Talis. Adde Anto. de But. in cap. conſtitutus, & in cap. cum venerabilis, de religio. domib.

SVMMARIVM.

1 *Verborum ſenſus an proprietas attendenda.*

1 PRæterea. Senſus verborum potius quā formalitas debet attēdi. primo dictū. ſecundo ratio ibi, quia plerumque. Oppon. primo in eo, ꝙ Papa loquitur de ſe in ſingulari, de ca. quā graui, de crimine falſi. Sol. hoc fuit ſecundum antiqua tpa: & ſic loquebatur ſæpe beatus Gregor. cuius eſt hoc c. ex humilitate. s̄. de præſcrip. nihil. & de hoc in dict. c. q̄ graui. Oppono ſecundo, quod debeat attendi proprietas verborum potius quā ſenſus. ff. de leg. 3. non alter. 6. q. 3. ſcriptum. Sol. vt in gl. ſm quā procedunt contraria, niſi conſtet aliam eſſe mentem loquentis, cui ſtandum eſt, vt hic. dicit tamen gl. improprietates excuſandas: ſed non eſſe ad conſequentiam trahendas, quod ſingulariter nota. & pro hoc de regu. iur. quæ a iure li. 6. & de improprijs locutionibus exemplifica. 24. diſt. ſi quis viduam. 61. diſt. Cathinenſis. 1. q. 5. præſentium. 15. q. 1. mulier. 23. q. 5. excōicatorum. 32. q. 1. nouerit te. & quæſt 4. mulier. & ca. Innocens. 24. quæſt. 2. in lectum. Not. etiam quod dicit gl. recedendum a ſignificato verborum, cum aliter res ſalua eſſe non poteſt. pro hoc eſt, quia debet fieri interpretatio, vt res potius valeat vt. J.
1 eo abbate. Oppono tertio, quòd non ſenſus verborum, † ſed id quod veriſimilius eſt, debet attendi. regula inſpicimus. li. 6. Sol. illud procedit, cum de voluntate loquentis non poteſt aliter apparere. ideo dicit Dynus ibi, ꝙ in ſcripturis primo ſequimur voluntatem, ſi de ea poteſt apparere. pro hoc hic & in iuribus allegatis in principio gl. & ff. de condi. & demon. l. pater, in princ. & §. conditionum, & de rebus dubijs. in ambiguo. C. de liberis præteritis. l. 3. Secundo ſequimur id quod eſt veriſimile, vt in regula, inſpicimus, præalle. cum concor. & s̄. eo. intelligentia, & iuribus ibi allegatis. percipitur aūt veriſimilitudo ex coniecturis, de quo per Dynū in dict. reg. Tertio, vbi nō apparet quid ſit veriſimilius, recurrit̄ ad propriam verbor. ſig. ff. de leg. 3. l. non aliter: quarto ſi non eſt certa ſignificatio, ſequimur quod eſt minimum. regula in obſcuris. lib. 6. & ſi non apparet qui ſit minimum, iudicamus actum non valere. ff. de teſta. tutela. l. duo ſunt Titij, quod tenet Cyn. in dict. regu. inſpicimus. ſed dic, ꝙ cum ſunt plura ſignificata verborum, aut vnū eſt magis proprium, & illud accipimus. ff. de exercitoria. l. 1. §. ſi is qui nauem. pro hoc quod dixi de iureiur. venientes. Aut nullum eſt magis proprium q̄ aliud, & tunc procedit quod dicit Dynus, vt accipiatur minimum, & ſi non conſtat ꝙ ſit minimum, vitiatur actus ꝓpter incertitudinem, de hoc per Bart. in dicta l. non alter.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo loquendi reſtringit verbum generale.*

QVamuis. Secundū cōſuetudinē generalem præpoſiti dn̄r qui prioratus curā
1 ſuper alios hn̄t. No. ꝙ † ex ꝯſuetudine loquendi verbū gn̄ale reſtringitur, & originaria verbi ſignificatio iuitiat, pro hoc textus, iuncta gl. t. quod no. Et ex hoc no. ꝙ vſus cōis loquendi ꝯſiderādus eſt. ff. de fluminibus. l. 1. de ſpōſ. ex literis. i. No. ꝙ gn̄ali vocabulo oēs qui præſunt, dn̄r præpoſiti, vt hic: intelligendo de ꝓſidentibus cuicunq; officio. ꝓ hoc J. eo. ex parte 1. & quod ibi not. in glo. 2. No. ꝙ verbū prioratus eſt minus generale, q̄ verbū præpoſitus. patet, quia per primū reſtringitur ſecundum hic in textu. Not. ꝙ prioratus importat curam ſuper alios. ex hoc colligit, ꝙ eſt dignitas per ſe ſic dicta, quod no. & pro hoc de præbē. niſi, & e. fi. de æta. & qual. c. 1. de ap. conſtitutus. 2. de cle. non reſi. ex parte. de his quæ fiu. a ma. par. ca. ex ore. cū multis ſimilibus. Alijs tn̄ vocabulis qn̄que vocatur dignitas, ſicut Vercellis dicitur maioria. pro hoc, quod not. 89. diſtinct. volumus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa vnde dicitur.*
2 *Lis quid ſit.*
3 *Argumentum quid ſit.*
4 *Inſtrumenta & teſtes parem vim habere dicuntur.*
5 *Metaplaſmus quid ſit.*
6 *Natio an conſideretur in teſtibus.*
7 *Hermaphroditus an poſſit teſtificari.*

FOrus. Non ſummatur. Locus, pro hoc ꝙ not. de for. comp. ſuper rubrica. Fando. i. loquendo, a for faris. Quæſtores. non a q̄ſtu vt s̄. tit. 2. cū ex eo: ſed a quærendo, vel interrogando. 33. q. 5. iudicantem, de fide inſtrum. cū Ioann. Limitis. pro hoc quod not. de parochijs, ſuper eo. Et fide. & pro aut. iuſte ita magnū, vt paruum de iudi. nouit. Iuſtitia. primæ Ioan. 3. qui facit iuſtitiā iuſtus eſt. Petitur. i. ſuper qua impetitur. Semper. i. ſæpe. & s̄
1 Virgilij. 5. Aeneidos. † Not. vnde dicitur cauſa. quod dic, vt in gl. 3. & in ea ibi, caſualiter. nō fortuite. ſed prout dicimus, quæ-
2 ritur de tali caſu. † Not. quid eſt lis, de quo in gl. in verbo, lis & de hoc in Spe. de reſcrip. præſentatione §. rōne formæ. verſ. itē ꝙ. Not. id quod notat glo. in verbo, Virgilius. & de hoc. 37. diſt. turba. 3. q. 5. accuſatores. 2. & in Specu. de aduocatis. §. nunc de
3 exordijs. verſi. vel ita ſicut. † Not. quid eſt argumentum. quod dic, vt in glo. in verbo argumento. & de cle. peregri. inter qua-
4 tuor. Not. ꝙ parem vim habent teſtes † & inſtrumenta. de quo in glo. in verbo teſtibus, & de fide inſtrum. cum Ioannes. Not. de figura aphereſis. de quo in glo. in verbo, oblata. Oppon. primo in princ. quod forum nō conſtet cauſa, lege, & iudicio: ſed potius conſtet ex alijs, vt parietibus, ſolo & tecto. Sol. vt in glo. 2. Et in ea ibi ornatibus. quaſi partium negocia, allegationes aduocatorum, & iudicia iudicum adornant forum ſecūdum Innoc. & ibi ex his. ſed ex alijs vt prædixi, niſi exponas forum. i. fori exercitium prout in eo ius redditur. Oppono ſecundo in verſic. in omni. ꝙ non requirantur in iudicio tres perſonæ ibi enumeratæ. nam in notorio non requiruntur. de accuſa. euidentia. Sol. gl. exponit ꝙ dicit negocio, de nō notorio. quomodo autem procedatur in notorio, no. de iureiur. ad noſtram. 3. Oppon. tertio, quòd non requirantur tres teſtes: ſed ſufficiant duo, ſupra de teſti. licet. Solu. vt in gloſ. in verbo teſtes. Et in ea ibi præmiſit. de hoc 4. q. 3. c. 1. Vel ꝙ dicit tres, ſupple vel duo, vt in contrarijs. Opp. 4. in verſ. Reus. quia exponendo reū, put hic exponitur, non dicetur reus in cauſa criminali, in qua nulla res petitur. Confirma per id quod dicit gl. in verbo, a re. quæ dicit reū non dici a reatu. & in ea ibi q. 3. melius. 4. & dic, ꝙ in ciuilibus procedit quod hic dr̄. ſed in criminalibus ſta ꝯtrio, ꝙ pōt dici a reatu. pro hoc. ff. ad Sillanianum. l. ꝑ veneni. §. fi. ſed etiam tunc pōt dici a re. i. a ſcelere, ſuper quo impetitur. Opp. quinto ad finem, ꝙ etiam fęmina poſſit teſtificari. de teſti. tā literis. & c. ſuper eo. gl. in verbo fęmina. ſoluit ꝙ hoc in criminali. 15. q. 3. ex eo. Sol. vt in gl. Et de hoc in c. ex eo. Et in fin. glo. qd de codicillis, not. Spe. de teſti. §. 1. ver. Item ꝙ eſt mulier. & ver. ſequenti. vbi dicit ꝙ ſic. Et quid in cauſa feudi. dic, vt 10. colla, q teſtes ſint neceſſarij ad probandum nouam inueſtituram. c. 1. vbi etiam nō admittitur mulier ſ. n conſuetudinē Mediolani. Quæro in eo ꝙ ſupra dixi de figura aphereſis de natura ei⁹ & aliarum figurarum. So. vt in glo. in verbo, parte ablatę, quæ eſt ſingularis de hac materia. Et in ea ibi Paulus. fallit interdū vt 94. diſt. c. fi. Et in fine. Itē tapinoſis. i. nimia humiliatio ſicut ſeruus ſeruorum Dei, vt s̄. in proæmio. Item conceptio, qn̄ plures perſonæ ſingulares comprehenduntur ſub nomine plurali, vt tu & ego legimus. Sic ſupra de conſtit. cum acceſſiſſent, ſecundum Hoſtien. ſed gloſ. non tradit ordinatam doctrinam figurarum: miſiſſet enim figuras dictionis & figuras ꝯſtructio-
5 nis. Dic ergo melius, ꝙ tria ſunt genera figurarum. Metaplaſmus, Alotheta, trochus. Metaplaſmus, † quod alias dicitur ſcema, eſt transformatio ſoliti ſermonis in alteram ſpeciem ornatus cauſa, & dicitur a meta, quod eſt traſ: plaſmos, quod eſt forma.

Digitized by Google

forma. inde metaplaſmus.i.transformatio. & huius ſpecies
aſſignantur quatuordecim. Protheſis, Epenteſis, paragoge,
aphereſis &c. quod perſequere, vt in catholicon & in græciſ-
mo. Alotheta dicitur ſecundum Donatum.i.aliena poſitio.
& differt a metaplaſmo, quia metaplaſmus eſt remedium cō-
tra barbariſmum. Alotheta contra ſolleciſmum, & huius de-
cemſeptem aſſignantur ſpecies, quod proſequere vbi ſupra.
Sed ſecundum Priſcianum Alotheta eſt improprietas conſtru
ctionis, ſub qua collocantur figuræ conſtructionis.ſ.prolepſis
ſilepſis,&c. Trochus eſt dictio tranſlata a propria ſignificatio-
ne ad impropria ſimilitudinem ornatus cauſa.& dicitur a tro
pos.i.conuerſio, quia talis modus loquendi conuertit ſignifi-
cationes & orationes. & huius variæ aſſignantur ſpecies vbi ſu
6 pra. Quæro in eo quod † dicit in teſtibus conſiderari vitam:
an etiam natio ſit conſideranda. dic quod non. vnde theuto-
nicus teſtificari poteſt contra Gallicum, vt no. 3.q.5.canonica.
Quæro in eo quod dicit ſeruum non poſſe teſtificari, quid ſi
ſeruus monaſterij fuit manumiſſus per abbatem ſine maiori
parte capituli: teſtificatur, & poſtea maior pars ratificat? di-
cit Aegi.de his quæ fi.a præla. cum nos. per illud c. quod valet
teſtimonium.& dato quod non ratificet, dicit adhuc valere ſi
communi opinione putabatur liber. pro hoc.ff.de offic. præto.
l.Barbarius. C.de teſta.l.prima, de elec. querelam. & de hoc &
ſimilibus quæſtionibus in Specu.de teſte.§.primo.ver. Item ꝙ
7 eſt ſeruus.& ſequentibus. Quæro in eo quod † dicit fœminam
a teſtificari non poſſe, quid de † hermaphrodito.[a] dic vt 4.q.3.§.
item in criminali. ver.hermaphroditus. vbi dicitur ponderan
dum ſexum in quem magis incaleſcit.

A D D I T I O.

a Hermaphrodito. Adde Specu.in titu. de inſtru.edi. §.duodecimo. vt quid ſi
vnus.& tit.de teſte. § primo. ver.Item quid eſt hermaphroditus. Et notan-
dum eſt, quod hermaphroditus incidit in pœnam l. ſi quis in tantam. C.vn-
de vi.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum vnde dicatur.*

1 PActum Moribus. quod dic vt ſupra de pa-
ctis.c.fi.† No.vnde dicitur pactum.
alibi dicitur quaſi pacis actus.ff.de pactis.l.conuen
tionum. Oppo.quod in pacto non requiratur ſcri-
ptura: ſed ſufficiat communis conſenſus. ſupra de pac.cap.ſe-
cundo.Sol.ſta contrario.quod dic vt in gl.1.Et dic ſcripturam
eſſe de ſubſtantia pacti tunc tantum, quando actum eſt inter
partes, vt non valeat, niſi ſit confecta ſuper eo ſcriptura. C.de
fide inſtru.l.contractus.

S V M M A R I V M.

1 *Ius multis modis accipitur, remiſſiue.*

IVs dictum. No.quod iuſte poſſidet, qui iu
re poſſidet: puta authore pre-
tore.i.iudice.ff.de acquirēda poſſ.l.iuſte. eius enim
authoritas interdum facit valere, quod non vale-
ret.ff.quod cum falſo tutore.l.prima. & excuſat ab infamia.ff.
de his qui no.infa. l.furti.§. qui iuſſu. & quocunque modo res
acquiratur, dum tamen non contra Deum, iuſte poſſidetur,
parent exempla. ff.de acquirendo rerum do. & inſti.de rerum
diuiſione per totum. ſpiritualia vero non niſi authoritate ec-
cleſiaſtici vel iudicis eccleſiaſtici iuſte poſſidentur.infra c.pro-
ximo. Oppono, quia ex eo quod dicit ius dictum a iure poſſi-
dendo, nimis reſtringit ius cum etiam ſit circa aliud. Solu.Iſi-
dorus in hoc c.non loquitur de iure generali quod legibus vel
moribus conſtat, quod dicitur ius: quia iuſtum.prima diſt. c.2.
Sed accipit ius pro iure quod competit priuato in aliena re: &
ideo textus Iſidori.libro ſexto Ethimologiarum.cap.23. de hę
reditatibus. in princ. ſic iacet. Res in noſtro iure conſiſtunt.
iura autem ſunt quæ a nobis iuſte poſſidentur: nec aliena
ſunt. dicta eſt autem res a recte habendo. ius a iuſte poſſiden-
do. hoc enim &c. vt ſequitur hic in litera. vnde debuit plenius
1 poni.& de multis ſignificationib. huius verbi ius no. de reg.iu.
& ſuper glo.rubricæ.in fi.libro ſexto In glo.tertia.ibi Auari.vel
prodigi.& de vtriſque.ſupra de conſue. cap.penult. In glo.fi.in
fine.de rapto.cap.1.& per totum.vel ideſt ſurripit, vt fur de fur-
tis qui cum fure. vel iniuſte recipit, vt vſurarius: de vſuris,
conſuluit.

S V M M A R I V M.

1 *Oblationis nomine quid contineatur.*
2 *Eccleſia quid appellatur.*

1 CAuſam. Oblationis nomine † cōtinetur ge-
quid fidelis confert eccleſiæ. Oppo
no, quod oblatio dicatur ſolum id quod in miſſa
offertur ſacerdoti. ſupra de parochiis vt domini-
cis. Solu. hic generaliter ſumitur oblatio. & ſecundum hoc
comprehendit, quod dixi ſummando. & hoc ſiue in vita ſiue
in morte conferat. de ſepul. de his. in contrario vero ſumitur
ſtricte. & ad extimationem oblationis quandoque tenentur
2 etiam infideles.de vſur.quanto ad finem. † Quæro quid appel-
latur eccleſia. Sol. vt in glo.2. ad quam ſæpe fit remiſſio. & de
hoc.12.q.1.expedit.& ibi per Archid.& 16.q.1.quoniam quic-
quid.in glo.3.in fi.& 4.q.5.in ſumma.in gl.vlti.in fine. & ſupra
de peculio cle.c.penult.

QVæſiuit. Solus ſacerdos vngere poteſt infir-
mum. vngere. oleo. & eſt vnum ex
ſeptem ſacramentis eccleſiæ. de hoc de ſacra vn-
ctione.c.vno. Oppo.vt in glo.1. & in ea ibi apoſto-
lo. Iacobi.6.de ſacra vnctio. c.1. in princ. Sol. vt in glo. Et in ea
ibi numerus.& regula pluralis.lib.6.& in fi. Vel ſecundum Ho
ſtien. in authoritate Iacobi plurale reſoluitur in ſingulare. Ia-
cobus dicit, quod illud apoſtoli intelligitur diſtributiue: tamē
in quibuſdam locis ſeruatur ad literam, quod plures presby-
teri conueniunt ad vnctionem extremam: & vnus inungit,
& alij reſpondent, vt hic Paduæ quandoque.

S V M M A R I V M.

1 *Annus ſolaris quot dies habet.*
2 *Biſſextus vnde dicatur.*
3 *Biſſextus quare introductus.*
4 *Kalendæ quid ſint.*

FEſtum. In anno biſſextili circa feſtum ſancti
Matthiæ feſtandum, ſeruetur loci cō
ſuetudo: dum tamen vigilia continuetur feſto.
Nota, quod vigilia alicuius ſancti poteſt continge-
re die dominica. Oppono ad hoc, quia in dominica non eſt
ieiunandum.3.diſt.c.vlti.Sol.ſta contrario.quod dic vt in gl.1.
Et dicit Hoſtien. ꝙ etiam in anno biſſextili vigilia ſancti Mat-
thæi non poteſt occurrere die dominica, quia ſi tunc occurrat
die lunæ ſequenti fiet vigilia & die martis feſtum. quod ergo
dicitur hic ibi, niſi venerit in dominica. refertur ad vigiliam
ſcriptam, ſed vigilia ieiunabilis. aut eſt ſabbato præcedenti:
aut transfertur ad diem lunæ, vt nunc dixi. Et no.ieiunandum
in vigilia ſancti Matthiæ, quamuis fuerit electus ſolum ab apo
ſtolis.ad hoc de obſeruantia ieiuniorum. cap.1. Nota ꝙ in an-
no biſſextili duo dies cōputantur pro vno. Ex hoc arguit Vin.
eum qui ſoluere debebat vna die, excuſari ſi ſoluit die ſequen-
ti, ſi annus eſt biſſextilis, ſed dic ponderādum modum termi-
ni, an ſit datus ad numerum dierum. & tunc nihil prodeſt biſ-
ſextus. an menſium vel anni, tunc prodeſt. quod dixit de ſup-
plen.negl.præla.licet. Oppono, ꝙ etiam in anno biſſextili non
computentur duo dies pro vna.ff.de ſta. liberis. l.quarta.§.Sti-
chus. Solu.ibi ſpeciale fauore libertatis, prout dicit etiam glo.
penulti.hic in ver.Laurentius dixit. Et circa hæc no.eadem gl.
cauſam biſſextus. & quod dicit de anno ſolari: dicitur ad dif-
ferentiam lunaris, qui eſt vnius menſis & minoris temporis,
in quo luna circuit ambitum cœli. vnde luna Græce dicitur
mene quaſi defectus, quia eſt breuis curſus. Sol autem perficit
curſum in vno anno. Mars biennio. Iuppiter annis 12. Satur-
nus triginta. quod proſequitur Macrobius de ſomnio Scipio-
nis. libro ſexto. cap.5. & 22. vbi etiam dicit, ꝙ ſtellæ fixæ ſunt
adeo tardi motus, ꝙ ſi quis a principio ſuæ ætatis attēderet vſ-
quequo moritur, non perciperet eas eſſe motas. Quæro quot
1 dies † habet annus ſolaris. Sol. dicit glo. ꝙ trecentos ſexaginta-
quinque dies & ſex horas. quod etiam no. de conſecra. diſt.5.
2 quadrageſima. † Quæro vnde dicitur biſſextus. dicit glo.quia
3 bis ſedetur & ſtatur in vna litera Kalendarij. Vbi † quæro, quę
fuit ratio neceſſitatis vt induceretur biſſextus. dic, quia niſi ſic
fieret, principium hyemis quod eſt octaua exeunte nouembri
in trecentis ſexagintaocto annis eſſet in principio veris, quod
eſt exeunte februario.& propter hoc ante tempora Iulij Cæſa-
ris quilibet menſis occurrebat quandoque in hyeme, quādo-
que in æſtate.de hoc no.de reliqui. & ve.ſanctorum, clem.vna,
4 in glo.ſ Kalendarium. † Quid autem ſint kalendæ, not.in da-
ta ſexti libri. Quæro de eo quod quærit glo. ibi, ſed pone, &
ſolue, vt in ea.& ibi.§.minorem.de hoc not.ff.de diuerſis & tē-
pora.præſcript.l.ſecunda.in glo.vltima.Et in h.idem no.55.di-
ſtin.cap.ſecundo. Sed contra eſt ſupra titu.1.cap.penult. Solu.

Digitized by Google

quare nomine excõmunicationis intelligatur de maiori, ibi dicitur,& pro hoc quod not.de re iudi.c.1.lib.6.per Ioan.And. ſuper glo.ex tunc.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſumuntur ſecundum intentionem proferentis.*
2 *Interpretatio debet fieri partibus præſentibus.*

IN his. Per verbum ſtatuto & præcipio, diffinitiua profertur. Communis diuiſio. ſecũda ibi, attendentes. Et infra deciditur recurrẽdum eſt ad Papam, ibi eodem, forte conuerſi non recipiebant illum pro magiſtro, qui fuerat electus ab abbate vel priore. ad hoc de arbi.cum olim. No. quod iudex poteſt pronunciando vti verbis ſingularis numeri ibi, ſtatuto: hodie omnes vtuntur plurali. Nota, quod non refert quid ex æquipollentibus fiat. ad hoc.C.de epiſcopis,& cleri.l.Deo nobis. & ibi per Cyn.ff.ſi certum peta. l.certum. de teſti. licet ex quadam. & de hoc per Archid.8.quæſt.1.§.ecce. vbi Nota quod verba acci-
1 piuntur ſecundum intentionem † proferentis & prout conueniunt materiæ, de qua loquitur. ſic enim hic verbũ ſtatuo importat idem quod pronuncio. quandoque autem verbum ſtatuo ponitur conſultiue. de offic. deleg. ſuper quæſtionum.§.
2 verum. Nota quod † interpretatio debet fieri partibus præſentibus ibi, præſentibus. & continetur in antiqua, quod appellatum fuit a ſententia: & quod non obſtante appellatione Papa ſententiam confirmauit. dicit tamen Inno. quod in interpretatione non requiritur litis conteſtatio. pro hoc ne lites ex litibus oriantur. C. de fide inſtrum. l.fina. de re iudi.inter. & cap. ſuborta. tamen ſuper interpretatione bene fertur, vt hic. Et not. quod dicit glo. Et in ea ibi. l.prima. vbi de hoc: & vndecima.quæſt.1.§.ex his.& de poſtula.cap.primo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium debet late interpretari.*
2 *Interpretatio in quo differat a modificatione.*
3 *Interpretatio an debeat fieri partibus præſentibus.*
4 *Manualia quæ dicantur.*

OLim. Verba priuilegiorum ſunt largiſſime interpretanda. Primo ponit mandatum. Secundo ipſius interpretationem ibi, quia vero,& erat olim ſub titulo de reſcriptis. De communi. forte tunc nil in eccleſia Paduana diſtinctum. moliſiuit. ſonat in vitium. & forſan dicebant, quod non debebant habere manualia conſiſtentia in denariis, vel quid ſimile. No. quod priuilegium dicitur beneficium ibi, cum beneficia. pro hoc infra
1 dico. No. quod † priuilegium quod ſapit beneficium, debet late interpretari, de quo in glo. vltima. Oppono, quia non apparet ratio, quare mouerentur canonici Paduani: non ergo fuit opus interpretatione, ſed ſimpliciter erant cogendi. Solu. vt in glo. prima. & hic quatenus dicit quod iſte erat abſens. dic quod etiam eſſe poteſt quod erat præſens, pro hoc quod dicitur in textu ibi ſicut vni ex aliis. quod relatiuũ innuit quod erat præſens: & tunc dic quod forte opponebatur aliquod ſtatutum pura primæ reſidentiæ, vel certorum ordinum, vt quod non deberentur fructus niſi reſediſſet per annum, vt eſt Florentiæ, vel niſi eſſet diaconus. Et dicit Ioan. And. hoc plus ſibi placere quam quod no. de cle. non reſi. c. vno. lib.6. in glo. penul. Oppono, quod Papa non debuerit interpretari prout fecit parte abſente. ſupra cap. proxi. in fi. Soluit Inno. quod quãdoque fit in-
3 interpretatio ſecundum propriam ſignificationem verborũ, vt per totum hunc titulum. & hæc fit etiam partibus nõ præſentibus etiam extra iudicium, nec per talem interpretationẽ coguntur partes ad eius obſeruationem: nec eis præiudicat. & eſt ratio: quia legum & vltimarum voluntatum & contractuum & priuilegiorum verba recipiunt quandoque interpretationem ad conſuetudinem contra propriam verbi ſignificationem. ff. de legibus. l. ſi de interpretatione. & ſequenti. & l. minime. & l.ergo. & hæc interpretatio tantum ad principem pertinere videtur. ff. de legi. l. & ideo. Sed tamen ſi fieret partibus præſentibus, præiudicaret eis. ſupra cap. proxi. ad hoc. ff. qs ordo in bonorum poſſ. ſeruetur. l. ſecũda. §. primo, & ſecundo. Melius tamen dicit Innoc. quod quælibet interpretatio obeſt partibus quo ad hoc vt teneãtur obſeruare interpretationem Papæ, niſi alio iure iuuentur. infra eod. venerabili. ſupra de decimis ex multiplici. & de offi. ordi. duo. per hæc dicit Innoc. qd interpretatio inferioris, vt quando iudex interpretatur verba legis, vel contractus in cauſa quæ vertitur coram eo, debet fieri partibus præſentibus, & præbita copia defendendi vtrique parti. 30. quæſt. 5. iudicantem. & tunc partes coguntur ſtare interpretationi. Quandoque ſecundum Innocen. fit interpretatio quæ eſt modificatio. & hæc non debet fieri, niſi partibus præſentibus & conſentiẽtibus. de decimis, nuper: quãuis ſi nollent conſentire, poſſet dans priuilegium ex iuſta cauſa modificare. de exceſ. præla. c. ſecundo. & quod nota. vt eccle. benefi. cap. vno. in fi. Oppono ad hoc de cap. ex parte. ſupra de decimis. Solu. Innoc. quod ibi non fuerunt modificata priuilegia, quæ habebant, ſed Papa dedit de nouo magis moderata priuilegia, quam fecerant anteceſſores. & ſecundum Inno. hæc modificatio non fit lite pendente, nec fit niſi eo petente cuius intereſt. ſupra, vt lit. pen. dilectus. de teſti. cauſam. & per hoc facit Innocẽ. differentiam inter modificationem & interpretationem. nam interpretationes, de quibus prædixi ſecundum Innocen. fiunt etiam ſine litis pendentia, etiam petente eo cuius nihil intereſt, vt hic. & de ſententia excommunicationis inter alia. de ſimo. per tuas: vbi apparet reſponſum his quorum non intererat. & poteſt eſſe ratio ſecundum Innocentium, qa hoc eſt notorium iuris, in quo non ſunt neceſſariæ probationes facti: nec ſeruatur ordo iuris. pro hoc quod no. de conſue. cum inter vos. Per hæc apparet Innocen. velle, quod interpre-
2 tatio † non eſt niſi declaratio terminorum. modificatio autem eſt moderatio reſpectu conceſſorum. i. reſtrictio. ad hoc infra eod. cap. fin. Et ſecundum hæc iuſtificat Innocentius interpretationem Papę hic factam, dicens quod priuilegia in dubiis recipiunt intellectum ſecundũ intentionem concedentis. infra eod. dilecto. de reſcriptis mandatum. & cap. ſequen. ff. de reg. iur. l. Neratius. & interpretatur concedens ad effectum, vt priuilegia non trahantur ad iniquitatem vel grauamen alterius. ff. de vulga. & pup. l. ex facto, pro hoc de decimis, ſuggeſtum. & hoc caſu cum dans priuilegium reſpondet de intentione ſua, dicit Innocentius non eſſe neceſſe hoc fieri partibus præſentibus, vt hic. & quod talis interpretatio facit præiudicium partibus, & ad eam obſeruandam coguntur, vt hic. & infra eod. ex parte, ſecundo, & dicitur hæc interpretatio proprie quædam declaratio. ff. de teſtam. l. hæredes. §. primo. ſecundum Innocentium. Oppono ad hoc, quod poſtquam conceſſit priuilegium non habeat ſe vlterius impedire de off. delega. in literis. Solu. Innocen. dicit prædicta procedere in priuilegiis. contrarium autem quando quis fert ſententiam, vel aliquid aliud facit de iure, quia tunc non eſt ſua interpretatio, cum ſit functus officio ſuo, quod nota. Oppono ad idem de eo quod dixi ſupra contrario ſecundo ſecundum Innocen. vbi dictum fuit interpretationem extraiudicialem non præiudicare partibus. Solu. Innoc. in illo non perſtitit, vel etiam ſupra dixi ſecundum eum, quod interpretatio quælibet Papæ obeſt partibus, adeo quod ſeruare cogũtur, licet ſecus dixerim ſecundum eum de interpretatione alterius iudicis. dic tamen, quod inter Papam & inferiorem non eſt differentia quo ad poteſtatem interpretandi circa ea quæ concernunt ius partium ſingulare, præſuppoſito quod appareret Papam velle procedere de ordinaria poteſtate. & ita fuit ſupra cap. proximo. Sed cum Papa confert priuilegium, ceſſat hæc ratio, quia intelligitur concedere ex certa ſcientia: & velle quod omnino valeat ſupra de cõſti. vtili. cap. penult. hoc autem poteſt procedere etiã parte non citata. ita ergo & interpretari, vt hic. quod intelligo non tantum quo ad interpretationem prout eſt declaratio, ſed etiam dico quod poſſet modificare, & etiam ampliare, ſicut & de nouo poſſet concedere etiam ſine partium præſentia, quia in hoc non procedit vt iudex, ſed tanquam vtens poteſtate ſibi competenti, ſed ſupra cap. proxi. non fuit eius intentio aliquid noui cõcedere, ſed tanquam iudex voluit illud declarare, ideo fuit neceſſaria partium præſentia. Oppono ad prę-
3 dicta, quod indiſtinctè † poſſit Papa interpretari etiam partibus non prę́ſentibus: dummodo enim appareat de intentione Papę, nihil poteſt opponi. 10. diſtin. in memoriam. ſupra de reſcriptis, ſiquando. So. ſecundum Hoſtien. quandoque fit interpretatio ſuper aliquo dubio moto inter partes & in iudicio, & tunc non debet vnquã fieri niſi partibus prę́ſentibus: ſicut nec diffinitiua ferri. ſupra cap. proxi. & ſi aliter fiat, eſt ſurreptitia: vt ſi fit lite pendente, nõ facta de lite mẽtione. pro hoc de teſti. cauſam. vt lite pen. c. fi. & quod no. de priuilegiis dudum. & idem ſi ex alia cauſa ſurgit obreptio. J.c. venerabili. Et dicit Hoſt. hoc generaliter procedere, ſiue quęratur de dubio ſuper ſententia inferioris iudicis. J.c. ex parte 2. ſiue de dubio compoſitionis. de decimis ex multiplici. ſiue de dubio ſtatutorum. J. eo. ex parte 3. ſiue de dubio priuilegij. J.c. abbate. & c. cũ olim. per hoc dicit Hoſt. ſoluẽdo contrarium, quod ſi Papa ex certa ſcientia interpretatur, valet adeo quod etiam ſi præiudicet, ſtari oportet vt in contrarijs. & pro hoc de off. ordi. duo ſimul. & hoc dicit expreſſum. ſupra de cenſi. quanto. Sed ſi ab alio iudice fieret, non valeret parte nõ citata. ff. de re iudi. l. de vnoquoque. & arg. ff. quis ordo in bonorum poſſ. ſeruetur. l. 2. §. primo, & ſecundo. & de offic. archid. ad hæc in fi. Quandoque vero

ſecun-

Digitized by Google

ſecundum Hoſtien. fit interpretatio non modo prædicto, ſed
ſecundum propriam verborum ſignificationem. & hæc om-
nibus præiudicat, & ius facit, ſi fit a principe, ſiue in iudicio,
ſiue extra. ſupra eod. cap. primo & ſecundo. & ſequentibus. in-
fra eodem. cum clerici. & capitu. ſequen. & capitu. ſuper qui-
buſdam. & capitu. nonimus. & in multis aliis cap. huius titu.
Tu dic clarius de interpretatione per ea quæ dixi de reſcriptis
cauſam. & de conſuc. cum dilectus. & per vtrobique notata pa-
tet, quod interpretatio cōprehendit modificationem, de qua
ſupra dixi. Quo ad propoſitum autem in eo quod quæritur, an
ſit neceſſaria partis præſentia, dic vt ſupra dixi. Aut enim fit
ab habente poteſtatem libere diſponendi de eo quod quærit,
& non eſt præciſe neceſſaria partis præſentia, ſi cōſtat de inten
tione interpretantis. & ita eſt in caſu huius cap. & ſimilibus. &
in hoc nulla eſt differentia inter Papam & inferiores quo ad
ea quæ cadunt in liberam poteſtatem inferioris. Sed ſi aliter
non conſtat de intentione, ſemper dicitur interpretatio non
tenere in præiudicium partis non citatæ. ad hoc de conſti. ec-
cleſia. de maio. & obedien. inter quatuor. Aut fit interpretatio
ab eo qui non habet poteſtatem libere diſponendi, ſed ſolum
iudicandi: & tunc ſemper requiritur partis præſentia. d. cap.
eccleſia. Oppono, quod beneficia principum non ſint latiſſi-
me interpretanda. C. de inoffic. teſtamen. l. ſi quando. & aliis
iuribus ad hoc allegatis in glo. fina Sol. quia glo. non ſoluit per
id quod no. de priuileg. quia circa. in glo. vltima. & de tranſla.
cap. vltimo. in gl. vltima. & de conſang. & affin. quod dilectio.
dicunt quidam, quod beneficia proprie ſunt libertates, &
gratiæ præter ius conceſſæ. & ex hoc redarguunt glo. hic & in
aliis locis, in quibus dicit priuilegia eſſe beneficia, quia priuile-
gia contra ius commune cōceduntur. pro iſtis eſt de donatio.
cum dilecti. Sed Ioan. And. defendit gloſſas per hunc textum.
& per cap. ordinarij. §. ſi vero. de offic. ordi. libro ſexto. vbi di-
ſpēſatio ſuper pluritate dicitur beneficium. dicit tamen, quod
beneficium, vt genus dicitur beneuola actio, gaudium tribuēs
capienti. ad hoc quod no. de pœnis, ad aures, ſed quandoque
accipitur beneficium ſtricte, prout ſumit nomen ſpeciei. ſicut
in ſimili dicitur de iuriſdictione & de adoptione, quæ quādo-
que ſunt genera, quandoque ſpecies. ff. de iuriſd. omnium iud.
l. quarta. de adoptionibus. l. prima. & ſecundum hoc beneficiū
ſtricte ſumptum eſt actio beneuola præter ius. & ſic donatio
dicitur beneficium. dicto cap. cum dilecti. Sic & commoda-
tum. de commodato. cap. vno. & de hoc loquitur. C. de bonis
vacantib. l. tertia. libro decimo. quando princeps cui delata
ſunt bona vacantia, illa confert alicui. & tunc fit interpretatio
largiſſima, vt habeat bona cum inſtrumentis & omnibus ap-
penditiis. Priuilegium autem ſtricte ſumptum dicitur lex pri-
uata. infra eod. abbate. & dicitur ius priuatum vel ſingulare,
quia eſt contra ius commune. ff. de legibus. l. ius ſingulare. ad
municipales. l. prima. in fi. pro hoc tertia diſtin. priuilegia. vt ſi
princeps aliquem eximit. in hoc enim fit contra ius. & ſic ſu-
mitur per totum titulum de priuilegijs. & ſecundum hoc di-
citur fruſtra priuilegio cōcedi quod de iure communi compe
tit. C. de theſauris. l. prima. libro decimo ſupra de reſcript. cap.
primo. & in hoc procedit, quod dicitur fieri ſtrictam interpre-
tationem, quatenus læditur ius aliorum, dummodo aliquid
conferat, licet contra concedentem fiat lata. ff. de legi. l. quod
vero. de priuilegiis paſtoralis. & hoc dummodo a verbis non
recedatur, vt no. de reſcript. cauſam. Ex prædictis dicit Ioan.
Andr. quod reſcriptum poteſt dici beneficium, quaſi bona fa-
ctio ſecundum ius. & ſic ſumitur. ſupra de reſcript. & C. de di-
uerſis reſcript. in rubro & nigro. & hoc interpretatur, vt conſo
net iuri, nec valet ſi eſt contra ius. 25. quæſt. ſecunda, reſcripta.
in hoc tamen non fit lata interpretatio, prout fit in beneficiis
proprie, ſtricte ſumendo beneficium, prout dixi, ſed ſtricta: vt
hic in gl. & eſt ratio, quia conſueuerunt impetrantes abuti re-
ſcriptis. de reſcript. cap. fin. Item eſt quid eis imputetur qui po-
tuerunt apertius exprimere. regula, qui contra eum, libro ſex-
to. quæ not. Oppono ad hæc, quod etiam ſumēdo beneficium
ſtricte & proprie fieri debeat ſtricta interpretatio. de præben.
quamuis. primo. libro ſexto. Soluit Ioan. Andr. quod dictum
eſt in literis beneficialibus. ſed dic, quod non habent proprie
naturam beneficij proprie ſumpti prout eſt præter ius: ſed po
tius naturam reſcripti & magis præiudiciale, quia per eas præ-
iudicatur ordinario collatori, ideo tāquam ambitioſæ reſtrin
guntur. dicto cap. quamuis. & magis proprie habent naturam
priuilegij: adeo quod propter obreptionem ſunt nullæ ipſo
iure. quod dic, vt dixi de reſcript. ad audientiam. Quæro quid
4 ſunt manualia. glo. ſecunda dicit, quod ea quæ dantur illis tan-
tum, qui interſunt diuinis. & ſic ſentit quod ſint canonicæ di-
ſtributiones, de quibus de cle. nō reſid. cap. vno. libro ſexto. vbi
de hoc in glo. penult. Innocen. dicit manualia ea, quæ quotidie
dantur, vt pro exequiis mortuorum & huiuſmodi. & de hoc
de præben. dilectus. 1. ſed quatenus intelligatur hoc cap. prout
dicitur in glo. 1. quod hic erat collatum priuilegium, vt in ab-
ſentia hæc perciperet: non videtur procedere hæc diſpoſitio.
tiam ſuper diſtributionibus non cōſueuit concedi priuilegiū.
de præben. licet. Vnde melius poteſt intelligi, vt dicantur ma-
nualia, quæ quaſi ad manum & diebus ſingulis diuidebantur
cuilibet pro victu tāquam reſidenti, non autem tanquam in-
tereſſenti diuinis, pro hoc quod not. in dicto cap. licet. in fi. pri
mæ gl. & pone exemplum, vt quia ſingulis diebus dabatur tan
tum de pane: tantum de vino, vel pecunia &c. Si autem vel-
les intelligere, quod iſta manualia erant diſtributiones quæ
dabantur tantum intereſſentibus diuinis: tunc oportet intel-
ligi, quod iſte reſidebat, & diuinis intererat, ſed aliquid ſibi
opponebatur, prout dixi ſupra in primo contrario, vel ſi erat
abſens, hoc expreſſe, & ex certa ſcientia cōceſſerat Papa, quod
poſſet percipere.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio quare dicatur generalis.*
2 *Interdictum particulare quid dicatur.*
3 *Interdictum generale ex qua cauſa ferri poſſit.*

CVm in partibus Generale interdictū
dicitur, quod genera
liter fertur etiam in villam vel caſtrum. Commu-
nis diuiſio ibi ſecunda, cum autem. No. quod di-
1 ſpoſitio † dicitur generalis eo ipſo, quod poteſt conuenire plu-
ribus, etiam ſi de facto conueniat paucis, aut vni ſoli, vel etiam
nulli. quod aperte probatur hic. nam poteſt eſſe, quod in villa
vel caſtro eſt vnica eccleſia vel etiam nulla. pro hoc quod not.
de offic. deleg. quoniam abbas, & quod ibi dixi. Quæro de ra-
tione dubitandi. Sol. dicebant forte iſti priuilegiati, quod quia
habebant priuilegium, vt tempore generalis interdicti ianuis
clauſis poſſent celebrare, per conſequens in particulari more
ſolito ianuis apertis & campanis pulſatis celebrare poterant, a
contrario ſenſu priuilegij ſecundum Innoc. ſed ſecundum Io.
And. mirabilis erat illa concluſio. melius enim concludendū
erat quod cum priuilegiati eſſent in generali interdicto, tantū
in particulari remanebant non priuilegiati. quod eſt verum,
ſed defenduntur in caſu noſtro, quia interdictum fuit genera-
le. Oppono, quia in eo, quod hic fit lata interpretatio, cum de-
beret fieri ſtricta. ff. de liberis & poſthum. l. cū quidam. ad hoc
de reg. iur. odia. libro ſexto. Sol. vt in glo. vltima. vel ſecundum
Hoſtien. pœna interdicti nō eſt odioſa, cum ad correctionem
animarum infligatur. ſupra titu. primo. cap. penult. Quæ ſolu-
tio eſt vera. tamen ſolutio glo. eſt magis propria ad textum.
2 Quæro quod dicatur particulare † interdictum. Sol. dic, quod
quando interdicitur certa eccleſia. & per hæc nota, quod pri-
uilegium conceſſum de celebrando tempore generalis inter-
dicti nihil operatur, quando interdictum eſt particulare. pro
hoc quod dixi ſupra in ratione dubitandi. & hoc priuilegium,
de quo hic, hodie eſt ius commune. infra de ſenten. excom. c.
fin. libro ſexto. Quæro ex qua cauſa poſſit ferri interdictum
3 generale. Solu. non ſunt cauſæ in iure determinatæ, ſed per ex-
trauagantem Bonifacij, prouide attendentes. diſponitur q̄ nō
feratur per ordinarium vel delegatum pro pecuniario debito,
ſine ſpeciali & expreſſa licentia Papæ.

S V M M A R I V M.

1 *Bona clerici decedentis ad quem pertineant.*

CVm tibi. Appellatione clericorum etiā ca-
nonici continentur. vel ſic ſecun-
dum Abbatem. Priuilegium contentum contra
conſuetudinem iuri communi præiudicatem in-
terpretandum eſt large. & hoc ſummarium colligitur habito
reſpectu ad caſum qui ponitur ſupra de teſta. cum tibi. qui eſt
pars huius. prima tamen ſummatio magis conuenit textui.
Communis diuiſio. ſecunda ibi, taliter reſpondemus. Quæ-
ro de ratione dubitandi. Solu. dic, quia videbatur canoni-
cos non contineri ſub verbo clericorum propter canonico-
rum maioritatem, ad hoc de reſcriptis, ſedes. infra de ſenten.
excommunicationis, quia periculoſum, libro ſexto. pro hoc,
quia canonici eccleſiæ cathedralis comparantur perſonis in
dignitate conſtitutis. infra de reſcriptis, ſtatutum, in prin. libro
ſexto. Ratio decidendi eſt, quia terminus clericorum eſt ge-
neralis. pro hoc quod hic dicitur in gloſſa vltima. & ad ca-
pitulum, ſedes, dic, quod loquitur in reſcriptis ad lites:
quæ tanquam odioſa reſtringuntur. de reſcriptis, Rodul-
phus, ſed hic loquitur de priuilegio prout eſt beneficium,

Digitized by Google

& ſic late interpretaodum. ſupra cap. olim. Ad cap. quia periculoſum. dic, quod ponit ſpeciale priuilegium epiſcopalis dignitatis ſecundum Hoſtien. & cum hac deciſione cõcordat, infra
1 de priuileg. per exemptionem. li. 6. Oppono, quia aut bona clericorũ ſunt patrimonialia, & tũc ſi decedũt inteſtati, ſuccedũt conſanguinei & non eccleſia. de teſt. cũ in officijs. vbi de hoc. Aut ſunt eccleſiæ, & tunc debent reſeruari futuro ſucceſſori. 12. q. 2. charitatem. ſupra de off. ordi. cum vos. non ergo fuit locus priuilegio epiſcopi. Sol. vt glo. 1. quæ tradit duplicem intellectum. vnus eſt ſi intelligitur de rebus eccleſiæ, ꝙ intelligatur de his, de quibus clericus potuiſſet teſtari. Secundus eſt, ꝙ ſi intelligitur de bonis proprijs, intelligatur eo caſu quo clericus præcepit eas in pias cauſas erogari, ſed non expreſſit per quas hoc fieret. ſed hoc reprobat gl. & bene, quia non diceretur tũc decedere inteſtatus per cap. cum tibi. de teſta. Item etiam ſi eſſet inteſtatus, de iure communi hoc pertinet ad epiſcopum. C. de epiſcopis & cle. l. nulli. ſupra de teſta. nos quidẽ. & ſic priuilegium fuiſſet fruſtra. niſi diceremus ſecundum Inno. quod forte de conſuetudine hoc ſpectabat ad alium, puta archidiaconum. vel dic, ꝙ per priuilegium poterat conuertere in vſus ſuos. vel poteſt tertio intelligi hoc c. in caſu c. 2. ſupra de pœnis, ſecundum Hoſtien. Sed hæc expoſitio nimis reſtringit hunc textum. vnde verius eſt primus intellectus, & de hoc in d. cap. cum tibi. de teſta. Oppono, quod hæc indulgentia debuerit interpretari ſtricte. ſupra de tranſla. cap. vlti. Sol. quia glo. vlti. format & non ſoluit, vt no. in d. c. vlti. in glo. fi. & ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an clerici debeant præſtare.*

CVm clerici. Iurans obedire prælato & eccleſiæ, non clero diœceſano: ſed capitulo cathedrali tenetur. Communis diuiſio, ſecunda ibi, taliter reſpondemus. No. ꝙ eccleſia cathedralis denominatur ſub nomine appellatiuo diœce. non expreſſo nomine ſancti ſub quo intitulatur: ibi Placentinæ eccleſiæ. & in deciſione pro hoc quod no. de præbẽ. quamuis. 1. lib. 6. Oppo. primo, ꝙ clerici non debeant præſtare iura-
1 mentum. infra titu. 1. cap. fin. Sol. hic de iuramẽto obedientiæ. in contrario de iuramento homagij vel fidelitatis, ꝙ pro ſpiritualibus non preſtatur. pro hoc ſupra de ſimo. ex diligenti. ſecundum Innocen. Sed dicit Hoſtien. ꝙ bene iurat clericus fidelitatem, vt hic ibi, fidelis ero. & hoc intelligendo de fidelitate, quæ non ſapit homagium. pro hoc de exceſ. præla. graue. de iureiur. breui. Oppo. ſecundo, ꝙ non omnes clerici teneantur iurare fidelitatem: niſi illi, quibus commiſſa eſt aliqua adminiſtratio. ſupra de iureiuran. nullus. Sol. dicit Innoc. hic intelligendum de clericis in prælatione cõſtitutis: vel etiam de aliis, ſi eſt conſuetudo. Oppo. tertio, ꝙ nõ tantum capitulum eccleſiæ cathedralis, ſed etiam totus clerus intelligatur ſub verbo eccleſiæ Placentinæ. ſupra de vſu pallij cum ſuper. & ſupra c. proxi. Sol. vt in glo. 2. quam nota pro ſignificatione multiplici huius verbi eccleſia. & de hoc. 7. q. 1. ſcire. ſupra ne prælat. vices ſuas c. fi. in glo. vlti. vbi ponit alias ſignificationes. ponitur etiã quandoque eccleſia pro vnitate totius eccleſiæ. & deſignat eccleſias totius orbis. 7. q. 1. Nouatianus. 21. diſt. quamuis. ſupra de ſumma trini. c. vno. §. vna. de exceſ. præla. clem. frequens. §. verum. & propterea cum quæritur de ſignificato verbi eccleſia, debent attendi præcedentia & ſequẽtia, vt accipiatur illud ſignificatum ꝙ verba patiuntur. ꝫ. eod. intelligentia. ꝫ. eo. nouimus. verſi. pro quo. ſupra de hæreti. excommunicamus. 2. §. damnamus. & in hac glo. ibi congregationem. cautius diceret collectionem vel cõuocationem per id quod nota. de iudæis, iudæi. Oppono quarto ad hoc, & ad textum, quia hic per præcedentia vel ſequentia non apparebat cauſa, quare reſtringeretur verbum, eccleſia: ergo debuit comprehendere clerum diœceſanum & populum. 12. diſt. illa. ad fin. Solu. ratio eſt propter periculum, quod imminet ex periculo: ideo reſtringitur. pro hoc de iureiur. c. penult. & quod no. de præben. quamuis. 1. ad fin. libro ſexto. Quæro quæ eſt ratio, quod plus ſub verbo eccleſia venit capitulum eccleſiæ cathedralis, quam alius clerus. Sol. vt in glo. penulti. & dicit Inno. ꝙ cum hoc iuramentũ præſtetur pro ſpiritualibus, quæ non ſunt diuiſa inter epiſcopum & capitulum, cum de conſenſu capituli exercere debeat. ad hoc de his quæ fi. a præla. nouit. & c. quanto. de exceſ. præla. cap. 1. ideo per hoc iuramentum tenetur iurans non tantum epiſcopo, ſed etiam capitulo. & videtur ſentire Innocen. quod eo ipſo quod pro ſpiritualibus iuratur epiſcopo, intelligatur iuratum etiam capitulo, quod eſt notandum. & pro hoc eſt ratio præmiſſa. ſed tamen hic textus non probat hoc. loquitur enim tunc tantum, quando iuratur epiſcopo & eccleſię. Quæro circa hoc, quid ſi quis laicus vel clericus pro temporalibus quæ tenet ab epiſcopo ſegregatis ab epiſcopo, iurat fidelitatem epiſcopo. dicit Innoc. quod non tenetur capitulo, nec e conuerſo. ſupra de reſcriptis edoceri. Quæro nunquid obligetur iurans in caſu huius l. ſingulis canonicis eccleſiæ. dic, quod non: ſed tantum capitulo, vt dicitur in textu. ad hoc 12. quæſt. 2. qui manumittitur. Secus ſi iuraſſet aliquibus non vt collegiatis. ff. de in ius vocan. l. cõmunis. ſecundum Vinc. Quæro quid vult litera ibi, epiſcopo principaliter obligatur. dic quod ſenſus eſt, quod ſi epiſcopus aliquid præcipit, cuius contrarium præcipit capitulum, obediet epiſcopo. 2. q. 3. qui reſiſtit. Si tamen eſſet caſus, in quo deberet interuenire cõſenſus capituli, neutri obediet. Quid autem ſit, ſi vertitur cauſa inter epiſcopum & capitulum. dic per Hoſti. in ſumma de poſtulando. c. fi. ſub §. illud, ibi tamen non proprie loquitur de eo qui tenetur ex iuramẽto præſtito in forma huius, ſed de canonico. & videtur velle, quod potius obediat epiſcopo tanquam pars capituli. quod eſt verum: niſi aliud operaretur forma iuramenti.

SVMMARIVM.

1 *Sententia cenſuræ non eſt pœnalis.*
2 *Degradatio an contineatur ſub nomine cenſuræ.*

QVærenti. Appellatione eccleſiaſticæ cenſuræ continetur excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. pars huius ſupra de offi. deleg. quærenti. Communis diuiſio ibi, ſecunda re-
1 ſpondemus. Nota, ꝙ ſententia cenſuræ † non eſt pęnalis adeo, ꝙ ſit odioſa & reſtringenda, ſed potius ampliatur, vt hic. pro hoc ſupra titu. 1. c. penulti. No. ſignificatum verbi cenſura eccleſiaſtica, ſed alibi ponitur pro rigore. de bigamis nuper. alibi pro cenſura canonum. qui cle. vel vo. cap. 1. in fi. ſecũdum Hoſtien. Oppono, quod debeat intelligi verbum cenſura in minori ſignificato. ff. de pęnis. l. præſens. Sol. vt in gl. 1. & in ea ibi argu. contra. nam melius diceret ſine argumentum contra. & ibi hęc ſoluta ſunt, quam quæ inerant mandato. vel aliter dic ad contrarium, quod hic non fit reſtrictio per id quod dixi notando. Secus in pęnis temporalibus. Quæro, an ſub verbo cen-
2 ſura, continetur depoſitio † vel degradatio. dicit Hoſtiẽ. quod non, quia illæ pœnę ſunt odioſę & reſtringendę. ad hoc regula in pœnis. lib. 6. Quęro, an iudex cui committitur poteſtas cum clauſula, quod per cẽſuram eccleſiaſticam coerceat, poſſit aliam pęnam imponere. dicit Hoſtien. quod ſic. & ſic dicit intelligendum quod no. de homici. pro humani ver. nos tanto. lib. 6. pro hoc eſt ratio, quia iſta adiectio nõ venit ad reſtringendum, ſed alias de iure communi data poteſtate iudicandi, intelligitur data iuriſdictio coercendi, vel per pœnam in iure ſcriptam, vel arbitrariam cum illa deficit. de offi. deleg. de cauſis. in gloſſ. ſecunda. ibi paſtoralis. & eod. titu. cap. ſecundo. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Nouale quid ſit.*
2 *Priuilegia conceſſa ſuper decimis noualium non ſoluendis, an concernant futura noualia.*
3 *Teſtes quomodo probare poſſint quod ſit nouale.*
4 *Opinio communis de non extante memoria, quomodo probetur.*
5 *Probatio de non extante memoria facile deſtruitur.*
6 *Probatio communis opinionis in his, quæ ſunt antiqua, an aliquid operetur.*
7 *Communis opinio in quo differat a notorio.*

QVid per nouale. In priuilegiis de decimis noualium nõ ſoluendis, illud dicitur nouale, de cuius cultura non eſt memoria, & quod prius nullum vel modicum fructum afferebat. primo quęſtio. ſecundo ſolutio ibi, licet. & ibi primo ponit duas opiniones. ſecundo ſoluit: ibi, nos tamen. tertio moderatur ſolutionem ibi, ſed nec. Anno. vt quia vno anno fructum affert, & non vltra. De quo hic gloſſatur. cap. 1. ſupra eo. conuentus. vel quiuis, circa hoc priuilegiatus.
1 † Nota quid ſit nouale[a] & non refert an prius fuerit ſylua, vn-
2 de arbores fuerint extirpatæ, an paludes, vel loca campeſtria, vel prata. ad hoc de decimis, commiſſum. oportet tamen intelligi,

ADDITIO.

a Nouale. Adde cap. fin. de priuilegi. in verbo, nouale. in l. vtiles. ff. de peti. hæred. l. quid per nouale. ff. de verborum ſignifi. Cardin. in clem. 1. in 5 & 6. q. de deci.

Digitized by Google

intelligi, ꝙ ex hoc non nimis præiudicetur, vt dixi in ſumma-
rio. Opp. primo, quod prima opinio poſita in textu ſit venor:
ſicut etiam vinum dicitur nouum vno anno tantum. ff. de tri-
tico vino & oleo legato. l. vetus. Sic & nouitius dicitur ingre-
diens religionem infra annum tantum, de regula. ſtatuimus.
pro hoc. 35. q. 7. cap. 1. vbi de hoc. & infra de elec. generali. lib. 6.
Sol. vt in glo. in verbo, de nouo. & dic contraria non procede-
re, quia in eis ſunt alia vocabula, & ſubeſt alia ratio. Item dato
ꝙ poſt annum non vocarentur noualia, ſufficit ꝙ priuilegium
habuit ſuam conſummationem, & ꝙ vocata fuerunt noualia
ſaltem primo anno. pro hoc quod dicitur in glo. in verbo ma-
gnos in princ. Oppono ſecundo ad hoc. 35. q. 3. ꝙ ſcripſi. vbi li-
cet in nouitate fidei aliquid liceat, non permittitur poſtquam
ſunt ſolidati in fide. Solu. dic, ꝙ tamen quoad illos quibus ab
initio cœpit competere, perpetuo durat. pro hoc quod no. de
iureiur. & ſi Chriſtus. in glo. penult. Oppo. tertio ad hanc ſolu-
tionem, ꝙ immo etiam quoad eos quibus cœpit competere,
debeat tolli priuilegium, cum incipit grauiter lædere. de deci-
mis, ſuggeſtum. glo. ſtat contrario. pro hoc quod ibi no. in vlt.
glo. ſupra cap. olim. & per hoc dicit Hoſtien. ꝙ ſi totum terri-
torium caſtri deſerti occupant priuilegiati, & ad culturam re-
digunt, & caſtrum poſtea populatur: & eccleſia antiqua reæ-
dificatur vel de nouo alia fabricatur, ſubueniēdum eſſet eccle-
ſiæ. pro pro quod not. de noui ope. nunc. c. 2. & pro hoc de de-
cimis. c. 2. §. vbi autem. lib. 6. dic tamen, ꝙ ipſo iure non tolli-
tur priuilegium, ſed princeps ſuper hoc æſtimabit. i. quia ſi vi-
debit, quod grauiter lædat, reſtringet. ſic intellige quod no. in
dicto c. ſuggeſtum. in glo. vlti. Si autem non grauiter lædit, ſe-
cus. & pro hoc quod dicitur in glo. in verbo, magnos, in princ.
ibi vel modicos. vnde etiam dicit Innocen. eſſe locum priui-
legio noualium, dato quod prius aliquid perciperet eccleſia.
quod intellige, dummodo fuerit modicum. Quæro, ſi nega-
tur eſſe nouale, cui incumbit probatio? dicit Innocen. quod
priuilegiato, ſi non eſt in poſſeſſionem, tanquam qui agit &
petit. pro hoc. ff. de proba. l. ei, qui. pro hoc etiam, quia ius com
mune eſt pro eccleſia. ſupra de præſcript. ad aures. & c. ex trāſ-
miſſa. & quod no. de priuile. c. fin. de decimis quoniam. & c. du
dum. Quæro circa hoc, ſi repetitur nouale, de quo locus reli-
gioſus percepit decimas per centum annos, an habent neceſſe
probare quod fuerit nouale. dicit Hoſtien. quod non. ſed ſuffi
cit, quod de priuilegio faciant fidem & de perceptione poſt
priuilegium tanti temporis, cuius non extat memoria. & in
hoc ſufficit quod titulum alleget, & probet hoc modo. vt di-
cat tale priuilegium ſibi fuiſſe conceſſum, & poſt tale factum
fuiſſe nouale. & ad hoc probandum ſufficit patientia perce-
ptionis temporis prædicti argu. ff. de vſuris. l. cum de in rē ver-
ſo. ff. ſi ſeruitus vendi. l. ſi quis diuturno. C. de ſeruitutibus. l. ſe-
cunda. ſed tempus ſolius nudæ perceptionis ſine priuilegio
vel alio titulo non prodeſſet. pro hoc quod no. de præſcript. ſi
diligenti. & de decimis, dudum. Oppone ad hoc, quia cum
eccleſia ex aduerſo fundet intentionem de iure cōmuni, non
videtur ſufficere probatio centum annorum, cum poſſibile
ſit quod extat memoria vltra illud tempus, quod terra culta
erat. Solu. ſta contrario, & inhæreo textui, vt neceſſarium ſit
probare articulum ſimpliciter, quod non extat memoria. pro
hoc de præſcript. c. 1. lib. 6. Vnde etiam dicit Ioan. And. hic ar-
ticulum formandum ſuper communi opinione de non extan
2 te memoria. Quæro an priuilegia † conceſſa ſuper decimis no
ualium non ſoluendis concernant futura noualia tantum. di-
cit Inno. quod ſic. & ſic non præterita: niſi de eis fiat mentio.
& ſecundum Innoc. iſte eſt intellectus ſanus priuilegij, vt nihil
vel parum partibus præiudicet. ad hoc ſupra cap. olim. refert
alios aliter dicere, prout no. de priuileg. dudum. vbi tenet Inn.
quod etiam noualia futura comprehenduntur, dum tamen
non ſint per alios poſſeſſa. pro quo bene facit illud c. dudum.
& hoc puto verius, ſi verba priuilegij hoc patiuntur. ad hoc de
priuile. quia circa, ſed communiter apponuntur talia verba in
priuilegio, per quæ apparet, quod tantum de futuris intelligit.
& in hoc ponderandus eſt tenor. de priuile. porro. & c. recepi-
mus. Quæro quid ſi in priuilegio exprimitur de noualibus præ
teritis? dicit Innoc. intelligendum de his, quæ a decem annis
citra culta fuerunt. nam tanto tempore inducitur conſuetu-
do: & ſeruitus etiam dicitur continua. ff. ſi ſeruitus vendi. l. ſi
quis diuturno. C. de ſeruitutibus. l. ſecūda. & fi. oportet autem
ſecundum Innocen. quod priuilegiatus probet, quod ante de-
cem annos non erat memoria quod culta fuiſſent. Hoſti. dicit,
quod tutum eſt, vt in principio publicetur, quando primitus
eſt nouale, vt not. de priuile. cap. fin. & in publicatione fiat fi-
des non ſolum de eo, quod eſt nouale, ſed etiam de priuilegio
iam conceſſo, quia probationes de facili perduntur. & ideo
conſilium eſt, quod de publicatione fiant plura inſtrumenta
& deponantur in diuerſis locis, vt ſi forſan vnum amittatur,
aliud reſeruetur. inſti. de teſtamentis. §. pen. argum. in authē. de
conſanguineis, & vterinis fratribus. §. ſi igitur. collatione 6. ff.
de teſtamentis. l. vnum. quæ dicta ſunt vera. ſed quoad dictum
Innoc. puto verius, quod a quantocunque tempore citra incę-
perint eſſe noualia, dummodo probari poſſit quod ante illud
tempus nō erat memoria quod culta fuiſſent, locus erit priui-
legio exprimendo de præteritis. nam reſtrictio decēnij, quam
facit Innoc. non bene probatur iure. Quæro nunquid eccleſia
parochialis auditur volens probare quod non ſit nouale. dic
quod ſic. & hoc probabit docēdo quod extet memoria, quod
3 colebatur. Quæro quomodo debent deponere teſtes † ad pro-
bandum quod ſit nouale. dicit Inno. ſecundum aliquos, quod
dicent quod hæc poſſeſſio fuit inculta quadraginta annis ad
minus & adijciēt poſtea de anteriori tempore hoc modo. nos
non audiuimus nec vidimus quando culta fuerit hæc poſſeſ-
ſio, nec vidimus nec audiuimus eos, qui viderint vel audiue-
rint quando culta fuerit. ſed hoc non placet Innocen. qui dicit
melius eſſe quod dicit omnium eſſe opinionem communem
ſe non vidiſſe vel audiſſe eos, qui viderint vel audiuerint quan
do culta fuerit. ff. de proba. l. ſi arbiter. Oppono ad hoc, quia
hoc modo probaretur de lege data a Moyſe. & de ſciſmate Da
tan & Abiron. argumento 7. quæſt. 1. denique. Item multæ
abſurditates & impietates nedum de alijs, ſed etiam de Chri-
ſto probari poterunt. Sol. Inno. ſtando contrarijs, dicens quod
propterea debet reſtringi, vt ſolum dicant nō vidimus eos qui
viderint, nec eos qui audiuerint ſuo tempore factum. quod ſo
nat hoc, quod cōmuni opinione habetur, & habebatur quod
poſſeſſio illa non colebatur, ſed lupis & tranſeuntibus beſtijs
vel paludibus patebat. non autem dicent ſecundum Innocen.
ſe non vidiſſe, nec audiſſe illos qui viderint vel audiuerint ſuo
tempore vel etiam ante tempus eorum factum, quia tunc cō-
tingerent abſurditates prædictæ & multæ aliæ. de hoc dic, vt
infra quæſt. 3. & ſequentibus. Sed quomodo deponent teſtes
inducti in contrarium. dicit Inno. quod dicent, audiuimus ta
les dicentes quod audiuerant eos, qui audiuerant alios dicen-
tes poſſeſſionem de qua agitur cultam fuiſſe tempore ſuo. i. cō
muni opinione habebatur, & non dubitabatur eam eſſe cul-
tam. ff. de aqua plu. arcen. l. in ſumma. in princ. & §. fi. & ex hoc
vides ſufficere probationem de auditu. intelligo tamen, quod
oportet quod deponatur de memoria eorum qui dicerent ſe
vidiſſe cultam. & hoc ſi ſic eſt de eorum conſcientia, de quo ta
men dic, vt infra quæſt. 2. & ſequentibus. & non ſufficit quod
deponant ſe audiuiſſe ab vno. de teſtibus. licet 2. cuius tamen
contrarium dico infra quæſt. 3. Sufficit autem probatio de au
ditu & fama: cum alio modo probari non poſſit de non exi-
ſtentia opinionis. ita ergo debet ſufficere ad probandum con-
trarium: cum firmior ſit probatio affirmatiuę, quam negati-
uæ. pro hoc quod nota. Inno. ſupra de renunc. ſuper hoc, etiam
ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. hæc probatio de auditu ſolū
procedit in caſibus, in quibus expreſſum eſt de iure eam ſuffi-
cere. Quæro ſi probatur vtrinque in caſu præmiſſo: qui teſtes
præferentur. Innocen. dicit quod præferentur meliores, & qui
dicunt veriſimiliora. 4. q. 2. in princ. ex hoc infert, quod ſi teſtes
vnius partis dicunt nō eſſe communem opinionem quod cul
ta fuerint, præualent pauci teſtes aſſerentes communem opi-
nionem quod culta fuerint, etiam ſi negātes ſint multi. 6. q. vl-
tima, actor. ad hoc de probat. tenio, de teſti. præterea. Sed vide-
retur quod ita poſſit probari negatiua, ſicut affirmatiua hoc
caſu. Eſt enim negatiua qualitatis, quæ probatur, vel qua-
tenus cenſetur negatiua facti, eſt coarctata ad certum locum,
in quo debet eſſe cōmunis opinio, quo caſu negatiua eſt pro-
babilis. de teſti. ex tenore, nec locum habere videtur quod di-
cit Innoc. paucos teſtes affirmantes præferendos multis. nam
proprie dictum hoc procedit in negatiua non neceſſario pro-
babili, vt cum negatur vim vel metum illatā fuiſſe. de renunc.
ſuper hoc. vbi hoc idem dicit Innocen. dic tamen conuenien-
tius, quod teſtes deponant affirmatiue, dicentes opinionem
communem eſſe, quod nūquam culta fuerint. & de hoc dic,
vt infra 3. q. ſequenti, vbi teneo, quod teſtimonium vnius pro-
babili ratione opinantis, quod locus aliquando cultus fuerit,
excludit probationem de non extante memoria: ad quam in-
ducendam requiritur omnium opinio, in hoc ſaltem quod
4 nullus opinetur contrarium. & quomodo † probetur commu
nis opinio de non extante memoria, not. Innocen. infra eod.
veniens. libro ſexto. & Specu. de proba. §. primo. verſic. vltimo
quæritur qualiter, vſque ad finem. §. de hoc etiam de præſcript.
cap. primo. in glo. fin. libro ſexto. & quia notata in dictis locis
non videntur per omnia conſonare ſuperius dictis, ideo de-
clarando prædicta, Quæro quid oportet probari ad hoc, vt
inferatur non extare memoriam vt in terminis. c. ſi probandū
eſt non extrare memoriā. ꝙ id quod dicitur nouale, cultū fue-
rit. Sol. tex. in l. ſi arbiter. ff. de proba. dicit tunc dici non extare

memoriam cum omnium eſt opinio neque audiuiſſe neque vidiſſe cum id fieret. neque vidiſſe aliquem, qui vidiſſet aut audiuiſſet.i.diceret ſe audiſſe vel vidiſſe. & dicitur ibi, ꝙ hoc infinite ſurſum verſum accidit, cum memoria operis facti nō extat & exponit glo. ſurſum verſum.i.aſcendentibus vel deſcendentibus, ſed melius videtur exponendum.i.ꝙ ſm omne tempus præteritum non eſt memoria de contrario. Vbi quæro, ſi vnus ſolus reperitur in contraria opinione. dicit Innoc. in d.c. veniens. ꝙ cum idem ſit probare communem opinionem & omnium opinionem dicta l. ſi arbiter. ſi iſte ſolus eſt in cōtraria opinione ductu rationis.i.ꝙ aliquam bonā rationem reddit, non eſt probata communis opinio. quod etiam tenet Spe. loco præallegato. Quæro vbi debet probari hæc cōmunis opinio, & apud quos. dicit Inno. in d.c. veniens. ꝙ apud eos, qui habitant loca in quibus eſt res, de qua quæritur. Quæro nunquid oportet omnes de illo loco de hoc deponere. dicit Inno. in d.c. quod non. ſed debent eſſe ſaltem duo vel tres vel plures, prout iudex arbitrabitur. & ſic non oportet omnes vel maiorem partem hoc deponere. nam omnes de municipio dicuntur ſcire id quod maiores ſciunt. ff. ad municipales. l. municipes. hoc intelligo verum, dummodo alij vel etiam vnus ſolus de illo loco non contradicat, vt prædixi. Quid ſi dicunt teſtes, ꝙ nunquam viderant aliquos qui dicerent ſe vidiſſe illa loca coli, vel audiſſe ab aliis, qui vidiſſent, vel audiſſent ab aliis prædeceſſoribus in infinitum. dicit Inno non ſufficere etiam ſi dicerent non eſſe opinionem alicuius præcedētium in infinitum, quod dicta loca culta fuerint, quia hæc eſt negatiua, quæ probari non poteſt. Oppo. ad hoc de eo quod ſupra dixi, quia hæc eſt negatiua coarctata. Sol. dic quod eſt ſuper eo quod non eſt directe probabile. nam opinio conſiſtit in communi exiſtimatione. non poteſt autem cuiquam directe cōſtare quod aliquis alius a ſe non ſic exiſtimetur, quia corda hominum nouit ſolus Deus. 32. diſt. erubeſcant. & per hoc ſaluari poteſt dictum Innoc. ſupra dictum. quod pauci teſtes affirmantes præferantur pluribus negantibus, etiam ſi eſſent centum, quod etiam tenet tenet Innoc. in dicto c. veniens. quia probatio affirmatiuæ eſt de iure communi, ſed probatio negatiuę cōtra ius. refert tamen ibi ſecundum alios hoc diſcretioni iudicis committendum. quia etiam teſtimonium affirmatiuum eſt contra ius, quia de auditu. primum verius: nam teſtimonium affirmatiuum. & hoc ſaltem eſt ſecundum ius, quod deponunt communem eſſe opinionem, quia percipere potuerunt ex coniecturis, ex quibus præſumitur de intentione. ſupra de præſump. ex ſtudiis. Sed pro alia opinione facit, quia eodem modo ex coniecturis poteſt præſumi de non opinione. tamen quia non entium non ſunt cauſæ: verius eſt dictum præcedens, ſi teſtes pure dicunt non eſſe opinionem. ſed ſi dicerent eſſe contrariā opinionem quod locus cultus fuerit, iſtud æque probatur: ſicut probatur eſſe opinionem, quod cultus non fuerit. Quæro an ſit neceſſe teſtes dicere quod audierunt prædicta loca ſemper fuiſſe inculta. Innoc. in dicto cap. dicit, quod valet teſtimonium etiam ſi audiuerint loca aliquando culta fuiſſe. quia ſufficit quod ſit probatum tempus, de cuius contrario non extat memoria, vt quia dicunt communem opinionem eſſe, quod nullus viuēs vidit vel audiuit quod ſuo tempore culta fuerint, nec viderunt aliquos, qui hoc viderint vel audiuerint etiam ab aliis de ſuis temporibus. Refert tamen quoſdam dicere & forte non male, quod ſi non dicant de ſuis temporibus, ſed de temporibus aliorum dum tamen certis, probantur, vt ſi teſtis dicit audiui a Petro, qui dicebat quod audiuerat a Ioanne, ꝙ tempore Iuſtiniani loca colebantur, ſed ab eo tempore citra, eſt communis opinio quod fuerint inculta. nam ſi a Iuſtiniano audiuiſſent indubitāter, impediretur probatio præſcriptionis fundatæ ſuper non extantia memoriæ. Et ſecundum hanc opinionem idem dicendum foret ſi teſtis non dicat de certo homine: ſi tamen nominat certum factum, vt ſi dicit ſe audiuiſſe, quod prædicta loca colebantur eo tempore, quo fuit cōflictus ſarracenorum cum Chriſtianis, ſed poſtea fuerunt inculta. quod tamen non procedit. Nam dicendo de tempore conflictus, non determinatur certum tempus: & ſic ſurgit incertitudo, cum & pluribus conflixerint Chriſtiani & Sarraceni. Refert deinde Innoc. alios dicere, quod non ſufficit teſtem dicere, quod audiuerit ea culta tempore Iuſtiniani, vel tempore conflictus, niſi dixerit quod hoc audiuerit vel viderit ſuo tempore fore culta. Innoc. tamen videtur inhærere primæ opinioni, ſecundum quem, vt dicit, non videtur differentia an teſtis dicat ſe audiuiſſe a Ioanne, an ā Iuſtiniano. ſufficit enim ita dicere de alieno tempore, ſicut de ſuo, tamen ſecundum Innoc. non debent dicere de tempore confuſo. vt puta ꝙ culta fuerint a tempore Chriſti citra, ſed debent certum tēpus dicere. vt ꝙ tempore Iuſtiniani, vel conflictus.ſ. Sarracenorum: in quo tamen intellige opus eſſe ꝙ declarent de quo cōflictu, & de quo Iuſtiniano intelligunt. de hoc dic, vt in ſequēti quæſt. Quæro nunquid poteſt probari non extare memoriam de quocunque. dicunt aliqui ꝙ non, ſed ſolum ſi negetur aliquid quod extendat metam centum annorum. nam ſi conſtat, quod a centeſimo anno citra fuerunt culta, non poterit probari non extare memoriam: cū vſque ad centū annos poſſit extendi hominum memoria, ſicut & vita. ff. de vſufruc. l. an vſufructus, quæ ratio non vrget. nam non ſtatim cū quis naſcitur, habet notitiam. pro hoc quod not. de ſcrutinio. capit. vno. de elec. ſi forte. lib. 6. ſed oportet, quòd ſaltem ſit doli capax. & ſic tanto minus extenditur memoria hominum, quā vita. Alij, vt refert Innocent. dicunt habere locum hanc probationem, ſi ea quæ ſunt probanda, excedunt metas 40. annorum, ideſt facta dicuntur ante annos 40. pro hoc de præſcript. de quarta, & quia hominum memoria labilis eſt. C. de teſtam. l. hac conſultiſſima. §. ad eum. Tertij, vt refert, dicunt ꝙ etiam pręſentia, ſed ignota puta apud Sarracenos facta prædicto modo probari poſſunt. quod non placet Innocent. Sed videretur omnino aliter dicendum inhærendo ſignificationi verborū huius literæ: quæ hoc ſolum vult, quòd doceatur non extare memoriam, ꝙ aliquando cultus fuerit, & ſic ſufficeret dicere, quod nullus de illo loco habet memoriam, quod viderit locū coli. & hoc probabitur probando opinionem communem eſſe in loco, quod nullus de hoc habeat memoriam: & hoc reſpectu eorum quæ cadunt in ſenſum viſus: ſed reſpectu eorū, quæ cadunt in alios ſenſus, debet probari eodem modo eſſe communem opinionem, quòd nullus audiuerit, & ſic de alijs ſenſibus: & hic intellectus eſt omnino æquior, ne ſurgant abſurditates de quibus dixi ſupra quæſt. 6. & bene poteſt adaptari ad caſum. l. ſi arbiter. præalleg. vt cum dicit ibi debere probari opinionem omnium ſe neque audiſſe neque vidiſſe cū opus fieret. quod dicit vidiſſe, referatur ad id quod percipitur viſu. quod dicit audiſſe, referatur ad id quod percipitur auditu. Sed contra eſt: quia ibidem dicitur quòd cum hoc debent dicere ſe non audiſſe: vel vidiſſe aliquem qui viderit, vel audiuerit, & ſic permittit probationem de auditu auditus. Sol. dic, ꝙ ſi probetur quomodocunque communem opinionem eſſe, ꝙ aliquando culta fuerint, vel etiam aliquos hoc probabiliter putare, probatum eſt non eſſe verum, quod non extet memoria ea culta fuiſſe. Et ſic ad probandum non extare memoriā, neceſſe eſt probare communem opinionem, ꝙ nunquam culta fuerint: adeo quòd vlli de viuentibus vnquā viderunt coli: nec vnquam audiuerunt ſaltem probabiliter dici, quòd culta fuiſſent. nam eo ipſo, quòd aliqui audiuiſſent, etiam ſi audiuerint ab aliquibus qui audiuerint ab alijs & ſic in infinitū aſcēdendo, dummodo cauſata ſit probabilitas opinionis: adeo ꝙ aliqui probabiliter putant, quòd culta fuerint, reſultat probatum extare memoriam, ideſt eſſe in opinione aliquorum, qđ aliquādo culta fuerint. & hoc infert memoriam eſſe, quæ accipitur pro opinione ſeu credulitate. pro hoc quod dicit Inno. in dict. ca. veniens. vbi dicit, quod communis opinio eſt idem, quod credulitas, & ideo ſecundum eum teſtes hoc caſu probant famam.i. probare debent, & etiam credulitatem cum aliqua ratione. In eo tamen quòd dicit Innoc. de fama, non puto hoc verum. nam per hoc non diſtingueretur fama a communi opinione: cum tamen diſtinguantur: quia ad probationem famæ requiritur communis locutio omnium, vel maioris partis aliorum de loco vbi eſt fama, quod dixi de accuſa. cū oporteat, ſed ad probandum opinionem communem requiritur probatio, ꝙ ſit communis opinio omnium de illo loco, vt expreſſe dicit lex ſi arbiter. pro hoc quod ſupra dixi. q. 5. pręcedenti. propterea puto ſufficere, ꝙ teſtes deponant in forma expreſſa in dicta l. ſi arbiter. vt quia dicant, quod omnium de loco in quo quæritur, eſt opinio talis: puta quòd locus talis nūquam cultus fuerit, & ſe neque audiuiſſe neque vidiſſe, cum id fieret, ideſt, quod locus ille coleretur. neque vidiſſe aliquem, q hoc viderit. vel audiuerit, & hoc infinite ſurſum verſum.i. qđ toto tempore vitæ eorum qui teſtificantur, nec ipſi viderunt aliquem qui vidiſſet: neque audiuerunt aliquem, qui audiſſet vel vidiſſet. Et per hoc apparet, quod eo ipſo quod aliqui teſtes dicunt, quod vel ipſi viderunt coli: vel audiuerunt aliquos dixiſſe ſe vidiſſe coli, vel etiam audiſſe: vel etiam ſi dicunt ſe audiuiſſe ab vno, qui dicebat ſe audiſſe ab alio, & ſic aſcendēdo etiam quantocunque tempore, & idem ſi eſſet vnus ſolus hoc dicens, excluditur probatio de non extante memoria: dū tñ per illam auditionem iſte deponens ſic probabiliter exiſtimet. Et ex hoc habes caſum mirabilem, quod dictum vnius teſtis etiam deponentis de auditu auditus quantumcunq; aſcendendo, probat, & excludit dictum multorum probantium nō extare memoriam. cuius ratio eſt: quia ex quo, vt dicit lex ſi arbiter, oportet probari omnium opinionem de nō extante memoria, infert, quod ſi vnus ſolus probabiliter opinatur contrarium,

rium, excluditur probatio de non extante memoria, & hunc
puto verum intellectum huiuſmodi probandi. & dictæ l.ſi ar-
biter.& omnium iurium de hoc loquentium, vt ſunt ſ.de pri-
uil.c.fin.J.eo.ſuper quibuſdam.& hic.ff.de aqua plu. arc. lib. 1.
§.fin. & l.ſeq. §.item Labeo. de aqua quoti. & æſti.l.hoc iure.§.
ductus aquæ.de iti.actuque priua.l.apparet.§.penul.vbi tamen
non ſic expreſſe dicitur. Sed expreſſius quam alicubi dicitur
de hoc modo in dicta l. ſi arbiter. Et per hæc oportet dici non
eſſe verum quod notat hic Innocen.quod dixi ſupra q.6.quod
etiam tenet Specu.in dicto §. vlt. & Barto. in dicto §. item La-
beo. & omnes hactenus ſcribentes in eo ꝙ volunt non ſic la-
te intelligi hanc probationem reſpectu temporis præteriti. Et
ad abſurda quæ inducit Innoc. quæ dixi ſupra quæſt.6.reſpon-
deo quod non ſequuntur,non enim per prædicta infertur poſ-
ſe probari legem datam Moyſi vel aliquid aliud.vel poſſe pro-
bari aliquas abſurditates vel impietates de Chriſto,vel de aliis.
nam per ea quæ dixi,ſolum hoc infertur,quod ad probandum
non extare memoriam,expedit probare omnium, qui viuunt
de illo loco eſſe communem opinionem de hoc : adeo quod
vt dixi ſi vnus ſolus probabili ratione ductus,opinatur contra-
riunt,quod hæc probatio excluditur. ſed non per hoc infertur
talis qui eſt vnicus, vel etiam ſi eſſent plures aliquid aliud po-
ſitiuum probet, vt ſi vellem probare, quod tempore Karoli
Magni tale quid factum fuit, non ſufficeret etiam ſi multi te-
ſtes dicerent ſe ſic opinari : cum teſtis debeat deponere de his,
quæ ſcit per aliquem ſenſum. C. de teſti.l.teſtium.ſupra de te-
5 ſti.cum cauſam. Per hoc infero, quod † facile excluditur pro-
batio de non extante memoria.& ratio, quia hæc probatio eſt
ſubſidiaria & ſpecialiter inducta in his, quæ habent temporis
continuationem.vnde vt notabiliter dicit hic Inno.quod non
habet locum hæc probatio niſi vbi habetur expreſſum in iure,
quod debet probari præſcriptio cuius non extat memoria. qđ
no.& pro hoc de præſcript.cap. 1.lib.6.Opp.ad hoc,quia ſecun
dum hoc probari nō poſſet aliquid eſſe nouale : cum nulla de
hoc antequam coleretur,fuerit facta præſcriptio. Sol.intellige
ſane dictum Inno.ꝙ hæc probatio locum habet in his, in qui-
bus quæritur de aliquo, quod habet continuitatem temporis,
vt quia dicitur,quod non eſt memoria, quod res fuerit in alio
ſtatu : etiam per hunc modum probatur nouale,probando ꝙ
communis opinio eſt,quod nunquam locus cultus fuerit. pro
hoc ſupra eo.c.1. vbi dicitur nouale eſſe agrum nunc primum
præciſum : & ſic quomodocunque doceretur alicuius de lo-
co eſſe probabile opinionem quod aliquando cultus fuiſſet,
non eſſet probatum quod eſſet nouale, & hæc eſt vera ſenten-
tia illius c.primi coniuncti cum hoc cap.Per prædicta dico, ꝙ
in his quæ habent eſſe inſtantaneum, & non ſucceſſiuum ad
probandum aliquid non fuiſſe, non ſufficit probare non exta-
re memoriam quod fuerit, quia ſufficit quod hoc non eſt iure
expreſſum.& ſubeſt hæc optima ratio.nam de his quæ non ha
bent eſſe ſucceſſiuum & perdurans,non ſic ſolet cauſari locu-
tio nec opinio inter homines, & per hoc reſpondetur ad ab-
ſurda,quæ dicit Innocen.ſequi,quia ſolum ſequerentur intel-
ligendo quod probatio de non extante memoria haberet lo-
cum in quibuſcunque factis antiquis probādis. Per hæc etiam
dico,quod non expedit vexari circa opiniones ſuper hac quæ-
ſtione relatas circa determinationem temporis. nam ſicut di-
cit lex ſi arbiter non expedit cum quæritur de non extāre me-
moria, quod deponatur de tempore. quod intelligo etiam ſi
teſtis interrogetur : & ſic habes caſum, in quo ſi teſtis interro-
getur de tempore,poteſt dicere ſe non teneri ad reſpondendū.
quod ſingulariter no.dico tamen oportere, quod probetur de
communi opinione per totum tempus eorum qui viuunt de
illo loco. immo poſſet dici mirabilius, quod etiam hoc non
expedit, ſed ſufficit quod probetur hodie eſſe cōmunem opi-
nionem,quod nunquam locus cultus fuerit, vel quod talis res
fuit in alio ſtatu, adeo ꝙ etiā ſi ante vnum annum aliqui opi-
narentur contrarium : tamen ſi nunc opinantur, hoc ſufficiet.
nam eoipſo quod probatur omnium eſſe opinionem hodie,
ꝙ locus nunquam cultus fuit, reſultat neceſſario probatum
de non extante memoria, vt expreſſe probatur in l. ſi arbiter.
& hæc ſingulariter ſigna. nam plurimi errores maxime in pra
ctica poſſunt circa hoc contingere: & raro vidi aliquem aduo
catum formare capitula ſuper non extante memoria propter
varietatem opinionum de modo hoc probandi, quas refert
Innocen. hic & in dicto cap. veniens. ſed per prædicta clare li-
quet de modo capitulandi,& de modo probandi de non extā-
te memoria vel de extante, quod etiam apertius liquet per ſe-
quentia. Quæro circa prædicta, ſi teſtes inducti ad probandū
de non extante memoria,interrogentur quomodo ſciunt : qđ
debent reſpondere? dicit Inno.in dicto c.veniens. quod reſpō
debūt ſe ſic audiuiſſe a multis,& credere ꝙ anima organo vo-
cis exprimebat ſuam voluntatem.& dicit Inn.eſſe iuſtam cau-
ſam,ſi dicunt ꝙ cum multi exprimerent ſuam opinionem ſu-
per hoc : puta locum nunquam fuiſſe cultum, alij non dice-
bant contrarium. & in hoc notanter dicit Inno.ꝙ licet lingua
facile moueatur ad loquendum quod vult, ſicut & caro facile
mouetur ad illicita : anima tamen non facile mouetur ad ali-
quid credendum : ſed præcedente ratione tantum,& quia ſo-
lus Deus ſcrutatur animam:ideo ille,qui fert teſtimonium de
opinione, ſi interrogetur quomodo ſcit hanc eſſe opinionem
communem, reſpondebit ſm Inn.ſe neſcire, quia ſolus Deus
ſcit,ſed credere. cauſam autem credulitatis ſubijciet, quia ſic
verbis exprimebant,vel aliam cauſam. Per hæc apparet Inno.
velle in probāda communi opinione neceſſe fore probare de
communi locutione multorum,quod vt ſupra dixi non eſt ve
rum. nā ſi per caſum poneremus, ꝙ eſſet aliquis locus, in quo
homines non loquerentur, vt puta propter ſanctitatem vitæ :
ſed ſolum nutibus ſignificarent de intentione ſua, dico quod
hoc ſufficeret ad inferendum cōem opinionem, quia vt dixi
differt a fama.quod dic,vt ſupra dixi q.2.præcedenti.Et ex hoc
puto,ꝙ teſtis interrogatus de cauſa ſciētiæ ſuper cōi opinione,
ſufficiet vt per quaſcunque coniecturas probabilitatē creduli-
tatis ſuæ detegat.vt quia dicit ꝙ habitauit in loco continue, &
eſt ſenex,& conuerſatus fuit cum omnibus de illo loco diuer-
ſis temporibus, & nunquam vidit vel audiuit aliquem opina-
ri contrarium.ſed ſemper vidit & audiuit omnes opinari, ꝙ lo
cus non fuerit cultus,vel etiam ſi non dicit de omnibus,dum-
modo dicat de omnibus his qui cōiter de hoc tractabant : &
adijciat ꝙ ſi aliquis in loco opinaretur contrarium, veriſimili-
ter hoc ſciret propter multam conuerſationem cum homini-
bus de loco. Quid ſi teſtis interrogatur a quibus audiuit. dicit
Inno.ꝙ bonum eſt ſi aliquos nominat, ſed ſi dicit ſe non habe
re in memoria de aliquo certo, ſed quia ſic cōiter dicebatur,
videtur valere teſtimonium ſm Inno. contra hoc eſt quod di-
xi de accuſa.oportcat,in materia famæ. vbi dixi, ꝙ ſi teſtis in-
terrogatur a quibus audiuit : dicit ſe non recordari & nullum
certum nominat,non probat.Sol.dicit poteſt aliud eſſe in pro-
batione famæ,quæ requirit locutionem. Aliud in probatione
communis opinionis,quæ hoc non requirit, vt dixi ſ. qō. 15.
Quid ſi teſtis interrogatus,an aliqui opinentur contrarium,di
cit ꝙ ſic,ſed ꝙ ſine ratione,& ſunt pauci. dicit Inn.per hoc nō
excludi probationem de non extante memoria, & ꝙ nihilo-
minus probatur præſcriptio, ꝙ non extet memoria de contra
rio.pro hoc eſt,quia quod ratione caret,non eſt curandum.ad
hoc de reſcript.ſi quando.tamen quia lex ſi arbiter.præalle.re-
quirit opinionem omnium, & quia facile excluditur proba-
tio de non extante memoria,vt dixi ſ.q.6. tutius eſt dicere nō
eſſe probatam præſcriptionem. licet Spec. in dicto §.primo.&
omnes concordent cum Innoc. Quid ſi teſtis dicit parem par-
tem opinari contrarium,ſed ſine ratione.dicit Inno.non vale-
re teſtimonium : quia non pertinet ad teſtem diſtinguere, qs
facit cum ratione,vel non. quod tenet Spec.in dicto §. quod fa
cit contra id quod dixi ſm eos quæſtione præcedēti. & pro eo
quod ibi tenui.Quid ſi dicit audiui aliquem dicentem ſe vidiſ
ſe vel audiſſe, ꝙ ſuo tempore culta fuerunt loca, ſed nō credo,
quia cum interrogaſſent de cauſa dicti vel de circumſtantiis
non reſpondit,vel reſpondit,ſed falſum.dicit Innoc.per hunc
teſtem non probari præſcriptionem, quia cum nō eſſet iudex
illius a quo audiuit loca culta, non tenebatur ille ſibi reſpon-
dere, ſed ſi falſam cauſam ſubiecisſet ſui dicti, poſſet dici ſm
Inno.ꝙ bene probatur præſcriptio, dummodo cōſter cauſam
quam dixit falſam : & etiam illum eam dixiſſe: quia forte nō
eſt teſti credendum ꝙ ille eam dixerit. Ego vero dico interro-
gandum a teſte quid ipſe opinetur, & ſi opinatur loca aliquan
do fuiſſe culta, maxime ſi ex aliqua probabili ratione,excludit
6 probatio de non extante memoria.Quæro,an probatio † com
munis opinionis in his quæ ſunt recentia : puta citra annos cē
tum aliquid operetur? dicit Inno.ꝙ ſæpe multum valet, quia
transfert onus probandi in reum.arg.de præſump.quia veriſi-
mile.& c.illud.arg.C.de teſtam.l.1.& auth.ibi poſita.de ſenten
tiis & interlocu.omnium iudi.l.ſecunda.quod non eſt indiſtin
cte verum, ſed declara,vt in ſequenti quæſtione. Quæro circa
hoc, ſi dicitur contractus alicuius prælati mortui non valere,
quia non fuit prælatus,vel inſtrumenta tabellionis mortui nō
valere, quia non fuit tabellio. vel aliquos non eſſe filios legiti-
mos, quia non fuit matrimonium inter parentes. dicit Inno.
quod ſufficit probatio cōmunis opinionis. & quod ſimiliter
ſufficit, ſi dicatur viuere ille, qui communi opinione dicitur
mortuus : & ſicut ſimilibus. ar.iurium allegatorum in præce
denti quæſtione.& ff.de offic.præto. l.Barbarius. 34. qō. 1. cap.
primo. Secus dicit Innocē. ſi prælatus vel tabellio vel maritus
viuerent, quia in his caſibus & ſimilibus, ſi prædicti agerent,
vt quod prælatus repeteret ſuam eccleſiam, vel tabellio pete-
ret aliquem ceſſare a ſua diffamatione ſuper eo quod nō eſſet

tabellio,vel coniunx peteret coniugem,quia in his caſibus nõ
videtur ꝙ communis opinio in alium transferat probationẽ.
& eſt ratio: qa multa ſunt pro reo.ſ.quia eſt in poſſeſſione, &
quia negat. quod non eſt in caſibus ſuperioribus. dicit tamen
Innoc.ꝙ etiam his caſibus ſubuenitur ſecundum ea,quę nota-
uit de præſumpt.illud.& de reſtit.ſpoli. ſæpe. in quibus capitu-
lis dixit, ꝙ in poſſeſſorio obtinetur, licet in petitorio ſecus. &
ſic prædicta procedunt in petitorio. & de hoc in quæſtione ſe-
quenti. Quid ſi nõ agitur cauſa inter principales perſonas, ſed
inter alios. vt ſi aliquis petit aliquid ex contractu prælati viuen
tis,vel per inſtrumenta tabellionis viuentis.dicit Inno.ſuffice-
re actori probare communem opinionem quod habebatur ꝑ
prælato,vel pro notario, quouſque probetur contrarium. arg.
C.de teſta.l.1.& de ſenectutis & interlo.l.2.& eſt ratio diuerſi-
tatis ſecundum eum: quia principalis perſona magis debet ha
bere paratas probationes ſui ſtatus,quam alius,quod nota. Et
vult dicere, ꝙ ideo ſecus eſt in caſibus de quibus in pręceden-
ti quæſtione.de hoc dic,vt dixi de fide inſtru. c.1.& 2. Quæro,
7 an communis † opinio ſit aliud a notorio. dicit Inno. ꝙ ſic,qa
communis opinio eſt tantum de longe præteritis, & quæ non
poſſunt probari per teſtes de viſu. Notorium autem eſt de pręſ-
ſentibus, vel proxime prætentis, & quæ facile probari poſſunt
per teſtes de viſu. Ex hoc nota, ꝙ ſuper notorio debent teſtes
deponere de viſu. Op.ad omnia prædicta,ꝙ probatio cõis opi-
nionis nunquam ſufficiat, cum probatio debeat cõcludere de
neceſſario.de proba.in præſentia. Sol.dicit Inno.non mirandũ
ſi hæc reputatur a iure ſufficiens probatio. indubitanter enim
debet reputari.i.pro vero teneri id quod omnes homines com
muniter opinati ſunt ſine contradictione a tanto tempore, de
quo non extat memoria. ff. de aqua plu.ar.l.in ſumma.§.idem
Labeo.pro hoc. quia in his,quæ non poſſunt directo probari,
probatio per coniecturas habetur pro ſufficienti & neceſſaria.
de teſti.præterea de præſumpt.literis.& c.3.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non poteſt ſe alij ſubijcere in praiudicium epiſcopi.*
2 *Eccleſiæ tenentur ad iura epiſcopalia.*
3 *Eccleſia matricis nomine intelligitur cathedralis, non Romana.*
4 *Eccleſia Romana tuetur iuſtitiam inferiorum eccleſiarum.*

VEnerabili. Nomine matricis eccleſiæ intel
ligitur cathedralis, non Roma-
na. primo epiſcopi querela. ſecundo dat iudices
ibi. Ideoque. Fratres canonici erant, vt ſequitur,
& forſan, exempti.ad hoc de priuil.cum olim 2. No.de ſuſce-
ptione ad protectionem,& intelligit Inn.i.gubernationem.&
ꝙ de temporalium cura reſponderent fratribus ſanctæ crucis.
ꝙ factum fuit de ſpeciali authoritate Papæ.vel ſecundum Ho-
ſtien. fuit per Papam poſtea confirmatum ſaluo iure matricis
1 eccleſiæ.No.ꝙ vna eccleſia † non poteſt ſe alij ſubijcere in prę-
2 iudicium epiſcopi.ĩ.de religio.do.c.2. Nota,ꝙ eccleſiæ† tenen
tur ad iura epiſcopalia, & ſub iſtis continentur obedientia in-
ſtitutio & deſtitutio,& alia de quibus de offic.ordi.conqueren
3 te. Nota id † quod dixi ſummando. & pro hoc dicitur in glo.
prima. quandoque tamen etiam eccleſia baptiſmalis dicitur
cathedralis.de tranſact.præterea.de præſcript.ex tranſmiſſa.de
eccleſijs ædifi.ad audientiam.de ſen.excom.clemen.prima.&
quod ibi no.in gl.in verbo matricem.& hoc de offi.archipreſ-
4 by.c.vlt.de præſcrip.c.1. No. ꝙ Romana eccleſia † tuetur iuſti-
tiam inferiorum eccleſiarum. hæc enim interpretatur contra
ſe, vt ius ſuum vnicuique tribuat: licet etiam ius ſuum negli-
gere non debeat. de ſupplen. neglig. præla. licet nec ſuotum.
ad hoc de conceſ.pręben.c.primo.ad fi.lib.6.Nam pro Roma-
na eccleſia hoc caſu faciebat, quia mater & magiſtra eſt om-
nium eccleſiarum.de fo.cõpe.c.fin.& ſic videbatur ꝙ nomine
matricis eccleſiæ ſimpliciter prolato intelligeretur de Roma-
na Sicut nomine apoſtoli intelligitur de Paulo: & nomine ve
bis de Romana.de pœnitentijs ſignificauit.Et ex hoc apparet,
quæ fuit ratio dubitandi. Sed ratio decidendi eſt, quia ex quo
eccleſia iſta non immediate ſuberat eccleſiæ Romanæ, non
agebatur de præiudicio ſedis apoſtolicæ ꝙ alteri ſubijceretur,
ſed ſolum de præiudicio cathedralis eccleſiæ.verba autem de-
bent intelligi ſecundum ſubiectam materiam.ĩ.eo.intelligen
tia. Oppo. primo in eo ꝙ pro eccleſia cathedrali allegabatur
conſuetudo: cum ſufficeret ius cõmune de religio. do.de xe-
nodochijs. Solu.contrarium procedit,ſi monaſterium de Ar-
garis erat in dioceſi Columbrien. quo tamẽ caſu dic, ꝙ etiam
id quod eſt de iure potuit deduci in conſuetudinem. pro hoc
quod no.glo.de conſti. c.primo.lib.6. ſi autem erat extra dio-
ceſim,neceſſaria fuit conſuetudo,vel aliud ius ſpeciale.Oppo-
no ſecundo in eo quod dicit non obſtate priuilegium tanquã
per ſurreptionem obtentum: & non apparet in quo fuerit ſur
reptio. Sol. ſecundum Inno. forte in priuilegio continebatur,
ꝙ ad fratres ſanctæ crucis ſpectaret inſtituere aliquem de ſuis
fratribus in monaſterio de Argaris quod non obtinuiſſent, ſi
dixiſſent epiſcopum habere iura epiſcopalia ibi: cum inſtitu-
tio inter illa numeretur. de offic. ordi. conquerente. de capel.
mo.c.primo. vel ſecundum Hoſtiẽ. monaſterium erat ordinis
ſancti Benedicti, & ſic per monachum non per canonicum
debebat regi.16.q.1.nemo.Primum magis placet.Ex his nota,
ꝙ vnum monaſterium non poteſt aliud ſibi acquirere in præ-
iudicium epiſcopi,& hoc niſi aliud ſit de iure ſpeciali,vt hic in
glo.3.Et in ea ibi præſcriptio, quam allegaret ſubditus ſub no-
mine. Et hodie reuocantur contraria priuilegia quo ad eccle-
ſias in poſterum acquirendas.de cenſi. clemen.1.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica perſonæ poſſunt habere iuriſdictionem temporalem.*
2 *Sententia interdicti & excommunicationis æquiparantur.*
3 *Excommunicatus pro manifeſta offenſa non abſoluitur, niſi prius ſa-*
tisfaciat.
4 *Excommunicatio aliquando fertur pro contumacia pura & non pura.*
5 *Pœna executor poteſt quis eſſe in cauſa ſua.*
6 *Iudex delegatus & ordinarius qualiter differunt.*
7 *Papa an crimen obijci poſſit.*
8 *Papa de eius ſententijs ſolus cognoſcit.*
9 *Contra notorie exemptum ſi procedatur,an teneatur comparere.*
10 *Iudex ſi vulneratur, an poterit punire vulnerantem.*

EX parte. Excommunicatus vel interdictus ꝑ
contumacia vel offenſa dubia,abſol
uitur præſtita cautione de ſtando iuri. Sed ſi pro
manifeſta, prius ſatisfaciet. Et dicitur manifeſta ꝑ
confeſſionem legitimam,probationem,& rei euidẽtiam.hoc
dicit cum c.ſequenti.primo querela comitiſſæ. ſecũdo inſtruit
iudices ibi,ad intelligendam. Comitiſſæ. qui in comitatu Car
noten.dominatur ratione huius, & in ciuitate Carnotẽ.habet
dominium generale ſaluo tamen iure Carnoten. Eccleſiæ ſe-
cundum Hoſtien. quia canonici in ciuitate habent certos ter-
minos, infra quos nec comes alius aliquam violentiam poteſt
inferre.& idem ſibi vendicant in terris,quas tenent ſuæ iuriſdi
ctioni commiſſis. Iuſtitia. qualis fieri debeat, dicitur de homi
cidio.tua. Offerre.dicens ſeparatam ſtare iuri. Nihilominus.i.
non obſtante cautione prædicta. Fecerunt. per vnum ex archi
diaconis ſuis, vt in integra: cui ſuper hoc ſuas vices commi-
ſerunt. Relaxare. & ſic ipſi idem tulerant ſentẽtiam per ſe vel
alium. pro canonicis.i.ad corũ petitionem. Congrua. de hoc
verbo erat dubitatio. quia dicebat comitiſſa, ꝙ congrue ſatiſ-
faciebat cauendo ſtare iuri,& canonici econtra. & vt contine-
tur in deciſa.& ex hoc appellatum fuit ad archiepiſcopũ: qui
poſt multam diſcuſſionem reſeruauit Papæ hoc decidendũ.
Offenſa.ſimul & contumacia,vt ſequitur. Nota ꝙ perſonæ ec
1 cleſiaſticæ † poſſunt habere iuriſdictionem in temporalibus[a]
2 ibi. in terra ſua captum. pro hoc ſupra de app. ſi duobus. Nota
2 ꝙ comparantur ſententia excommunicationis † & interdicti
ibi,interdicti.vel excommunicationis,quod eſt verum in qui-
buſdam.ad hoc de ap.ad hæc quoniam. ſed in quibuſdam etiã
diſcomparantur. de quo ibi no. cõſiderari debere cauſam etiã
mediatam. nam hic diſtinguit an excommunicatio feratur
pro contumacia an pro culpa: cum tamen cuiuſlibet excom-
municationis ſententiæ: ab homine cauſa immediata ſit con-
tumacia.11.q 3.nemo.de ſenten.excom.ſacro. Nota,ꝙ excom
municatus pro contumacia iudiciali, quia non paret iuri,non
abſoluitur, niſi præſtita ſufficienti cautione. de hoc in verbo
ſufficiens.& dixi de app.qua frõte. Nota, ꝙ excommunicatus
3 pro manifeſta offenſa non abſoluitur,niſi prius ſatisfaciat. Se-
cus ſi pro dubia, quia tunc ſufficit ꝙ competenter caueat. ad
hoc ĩ.eod. venerabilibus. §. ſecus libro ſexto.vbi etiam diſtin-
guitur inter contumaciam dubiam & manifeſtam. Oppono
primo in eo quod dicitur ꝙ præpoſitus ſuberat comitiſſæ: cũ
clerici non poſſint ſubeſſe laicis. de fo.compe.ſi diligenti. Sol.
hic non accipitur prępoſitum pro habenti curam eccleſiaſti-
cam. de quo ſupra cap. quamuis. ſed pro habente officium
temporale. quod vult glo. in verbo præpoſitus. & ſic vocan-
tur in Francia. Sed in prouincia dicuntur Bailliui, vel Baiuli
ſecundum Hoſti. qui dicit ꝙ in reſcriptis apoſtolicis quãdo de
ꝓpoſito eccleſię loquimur, deberet exprimi nomẽ eccleſię. Si
enim

ADDITIO.

a In temporalibus. Adde textum,iuncta gloſſ.prima in cap.cum inter vos, de re iudi.

enim ſcriberetur præpoſito Pariſien. alio non expreſſo, intelligeretur de laico. debet igitur adigi circumſtantia, per quam euitetur æquiuocatio. de reſcrip. cap. fi. quod procedit quo ad loca, vbi ſunt talia officia ſecularia. Op. ſecundo in eo quòd capitulum Carnotenſe petijt latronem poſt factam iuſtitiam: quia intelligendo quòd fuiſſet interemptus, ſicut fieri ſolet, vt dicitur de homici. tua. fruſtra petebatur homo mortuus. So. poteſt intelligi quod dicitur poſt factam iuſtitiam, ſcilicet verbalem. vel quòd fuit iuſtitia, per quam non fuerat interemptus vel ſi fuerat interemptus, petebatur quo ad emendam. vel ſecundum Inn. recte peti potuit, cum eſſet mortuus culpa rei. ff. de verb. obli. l. ſi ſeruus. §. fi. condemnatio tamen fiet in æſtimatione. Oppono tertio ad hoc: cum ſententia debeat conformari petitioni. de accuſa. qualiter 2. ad fi. Soluit Innocen. quòd formatur ſententia ſecundum petitionem, quando hoc fieri poteſt vt ibi: alias poteſt iudex a petitione diuertere, vt in iudicio finium regundorum. ff. finium regum l. 2. & 3. vbi ſi iudex non poteſt cognoſcere qui ſint fines ſoliti, poteſt fines conſtituere adiudicando de parte agri vnius alteri, & econuerſo. Hoſt. dicit hoc verum, cum natura actionis hoc habet. alias fatuus eſſet iudex, qui petito homine condemnaret in æſtimatione cap. fi. de fideicommiſſa. liber. l. fi. & pro hoc dicit, quod hic extra iudicium petebatur emenda. tamẽ poſſet ſecundum eum etiam peti ęſtimatio hominis ſerui: & pro libero peti poſſet pœna & intereſſe. de hoc ſup. de iniurijs c. primo. vel petebant emendam libertatis ſuæ violatæ: vt patet per ſequentia ſecundum Hoſtien. pro hoc ibi, niſi prius ſolueretur emenda. vel ſecundum Io. an. verius eſt quod prędixi, quod fuerat facta iuſtitia verbalis, non realis. vel ſi realis, non ad mortem. vel ſi ad mortem, de facto petebant mortuum: ſicut petit eccleſia parochialis corpus mortuum & ſepultum. de ſepul. ex parte. & c. in noſtra. & c. primo lib. 6. quod vltimum non bene conſonat. Aliud enim eſt eccleſiam parochialem petere corpus mortuum ratione funeralium, & ratione affectionis habendę per poſteros defuncti ad ipſam. Aliud eſt petere hoc ratione iuriſdictionis, cum hoc caſu redditio hominis mortui in nullo proſit, niſi forte diceremus prodeſſe ad quandam recognitionem, quomodocunque dicas non eſt vis. Oppono quarto, ꝙ ſententia interdicti lata per capitulum non tenuerit ſup. de app. dilecti. Sol. ibi poſt appellationem lata fuit; ideo non tenuit: hic prius; ideo tenuit, etiam ſi foret iniuſta. Oppono quinto, quòd non ſuffecerit comitiſſæ offerre cautionem: quia non apparet coram quo obtulerit. Sol. ſecundum Innocen. obtulit coram ordinario iudice, vel quòd coram canonicis. & hoc erat ex ſuperabundanti. vel forte de iure: cum delictum commiſſum eſſet infra iuriſdictionem ipſorum. dic quòd cautio recuſabatur per id quod dixi in textu in verbo congruũ. debet autem offerri ei, qui abſoluit nomine eorum quorum intereſt ſup. de ſentent. excom. cum deſideres in fi. Oppono ſexto, quod ex alio non tenuerit ſcntentia interdicti: quia iudicarũt in cauſa propria. C. ne quis in ſua cauſa. l. 1. ſup. eo ſorus. vbi diſtinguitur inter actorem & iudicem 4. q. 4. c. primo. Sol. an & quando quis poſſit eſſe iudex in cauſa propria. dic vt infra quęſtione prima, & pluribus ſequentibus. Et quoad hunc textum dic, quòd non apparet quod ipſimet tulerit. licet exponendo verbum fecerunt vt dixi in litera hoc inferatur. ſed poſſet etiã intelligi quòd fecerunt terram interdicti per aliquem conſeruatorem ſuorum priuilegiorum vel per ordinarium. vel ſi per ſeipſos, hoc dicebant ſibi competere ex priuilegio. Op. ſeptimo, quòd non procedat diſtinctio quę hic fit, an pro contumacia an pro offenſa quis excommunicetur: cum non niſi pro mortali debeat excommunicari 11. q. 3. nemo. nec niſi pro cõtumacia, vt ibi. & eadem q. epiſcopi. Solu. vt in glo. in verbo contumacia. quæ diſtinguit: quia aliquando excommunica-
4 tio † fertur pro contumacia pura, ideſt quam nulla culpa præceſſit. quandoque pro contumacia non pura ideſt, quam præceſſit offenſa. quod proſequere, vt in gl. vſque ad verſic. præterea. & idem dicit hic Innocen. pro hoc quod dixi in textu in verbo offenſa. Oppo. octauo, quòd priuilegium capituli Carnoten. fuerit ſuperfluum: quia etiam de iure communi non abſoluitur excommunicatus, niſi ſatisfaciat 23. q. vltima. peſſimam. So. vt in eadem glo. verſ. præterea. quæ fatetur contrarium. & pro eius ſolutione eſt ſup. de reſcriptis c. primo. Et in ea ibi permittimus. & inf. c. dilecto. vel dic, quòd licet priuilegium in hoc puncto, de quo hic quæritur, non contineret gratiam: continebat tamen in alio, in quo concedebatur capitulo excommunicare vel interdicere pro offenſis proprijs. ad hoc de reſcriptis ex parte decani. Oppono nono, quod quando offenſa eſt dubia, non poſſit ferri excommunicatio; quia de occultis non iudicatur ſup. ti. t. a nobis 2. Item eo ipſo quod iudicatur, fit notoria. de cohabi. cle. cap. fi. Solu. vt in glo. vlt. quæ diſtinguit, an iudex iudicet ſententiando, an præcipiendo. & ſimilis diſtinctio not. de elec. dudum 2. in verſ. ſed pone. & de hoc in authent. de intro. & exhi. reis. §. ſancimus. verſ. ſuſcepto libello. & in Specu. de ſen. prolatione. §. 2. verſ. eſt quoque. Et de forma talis præcepti notat Spe. tit. præalle. §. vt autem. circa principium. Et an poſſit iudex præcipere ſub pœna dupli vel quadrupli, no. tit. prçalle. §. 2. verſ. ſed nunquid iudex. & an poſſit præcipere, vt ſoluat, niſi infra tot dies ſolutionem probauerit, notat ibidem in verſ. ſequenti. Et an poſſit condemnare ſub hac forma, ſi actor probauerit, no. in præalle. §. iuxta. verſ. ſed ecce iudex. Et in hac gloſ. ibi hoc quippe. & ſup. de præſump. aſſerte. Et nota finem gl. & pro practica quæ obſeruatur de præcepto quod facit iudex abſenti etiam non citato, vt ſatisfaciat conquerenti qui conqueſtus fuerat iudici ſuper aliquo, aſſignato certo termino ſub pęna excommunicationis, vel alia quam ex nunc pronunciat eum incurrere, adiecta clauſula, quòd ſi ſenſerit ſe grauatum, compareat infra dictum terminum de hoc docturus. Et quid operetur tale præceptum, ſiue compareat reus ſiue non, dic vt dixi de cauſa poſ. c. primo. Oppono decimo ad ſolutionem gloſ. quia nimis reſtringit textum noſtrum. Sol. propterea Hoſtien. aliter ſoluit, dicens literam plane legendam: quod ſi quis excommunicatus petit abſolui, & excommunicans vel is pro quo lata eſt, dicit eum non abſoluendum, niſi primo ſatisfaciat, abſoluetur: niſi infra octo dies probetur offenſa notoria, quibus elapſis & probatione non facta, reputabitur dubia quo ad abſolutionem inf. de ſen. excom. ſolet. lib. 6. & hoc licet iudex primo habuerit illam pro notoria, multi enim iudices ferunt ſententias pro offenſa, vt pro notoria. ſuper qua poſtea dubitant ſup. ti. primo ſacro ad fi. & ſecundum Hoſt. poteſt eſſe dubia, etiam ſi excommunicatus fateatur cauſam: ſed aliquid allegar, propter quod non eſt ſatisfactio impendenda: vt quia fatetur ſe percuſſiſſe clericum. ſed dicit quod ad ſuam defenſam: vel aliam rationabilem excuſationem proponit contra confeſſionem ſup. de accuſa. cum dilecti. his tamen caſibus & ſimilibus non abſoluetur, donec de defenſa fidem fecerit: quia ei qui dicit incumbit probatio. ff. de proba. l. ei qui, ſecundum Hoſti. dicit tamen Io. cal. hic in addi. quòd abſolui poterit ad cautelam, ſi hoc petat ſup. tit. 1. per tuas. recepta cautione vt eo. ti. venerabili. & dicit non eſſe proprie dictum quod dicit Hoſtien. donec de defenſa fidem fecerit: quia probata defenſione apparet eum non ligatum ſup. ti. 1. ſi vero. & ſic non indiget abſolutione. dicit etiam Hoſtien. quòd hoc caſu ſecundum aliquos tenetur probare infra octo dies propter æqualitatem iudiciorum ſeruandam: in quo tamen Hoſti. contra, quia ſufficit, quòd iſto caſu non abſoluitur: niſi hoc probet vel ſatisfaciat & hoc niſi negligeret: quia tunc poſſet a iudice tempus limitari, in quo probet: quo elapſo cogetur ſatisfacere. ad hoc de proba. licet. de pœnis. c. fi. de reſt. ſpo. c. primo. §. penul. lib. 6. Sed primo caſu prouidit eccleſia limitando tempus octo dierum, vt in dicto c. ſolet. volens ſuccurrere petenti abſolutionem, quæ ſine cauſa neganda eſt 1. quæſt. 7. ſi quis omnem. Sed per hæc dicta licet vera, non ſoluitur formaliter præcedens contrarium. vnde dic, quòd diſtinctio text. de offenſa dubia vel manifeſta procedit. non enim conſiderauit manifeſtationem factam in proceſſu, per quam fertur excommunicatio: ſed factam prius: vel quatenus hoc conſiderauit, Solue vt in præcedenti ſolutione. Hoſti. Quæro in eo quòd capitulum Carnotenſe videtur iudicaſſe in cauſa propria. an & quando hoc eſſe poſſit. vbi primo quæro de papa. Sol. ſecundum Inn. ſi iniuria manifeſta ſit papæ, poteſt eam vindicare 23. quæſt. 4. Guiliſarius. & c. ſequenti. Si autem eſt occulta, poteſt de ea facere inquiri. C. ſi quis imperatori maledix. l. 1. Quid autem ſi agitur de iuribus vel rebus eccleſiæ: dico inf. queſtione 3. Quid ſi inferiori prælato fit iniuria: dicit Innocen. quod ſiue verboribus; ſiue contumelijs fiat, ſi eſt manifeſta, poteſt prælatus vindicare in ſubditos excommunicando & deponendo. ar. 2. q. 7. ſi quis a proprio. vbi de hoc. de offic. ordi. irrefragabili §. exceſſus. & § cæterum. de maledi. cap. 1. vbi de hoc. & dicto cap. Guiliſarius. Et eſt ratio, quia notoria probatione non indigent. 2. quæſtio. 1. manifeſta. de ap. cum ſit. & ideo poteſt prælatus punire. de pœnis c. 1. lib. 6. quia ſecundum Innocen. ſuper cri-
5 mine vel iniuria non eſt † neceſſaria ſententia, & ſic non eſt iudex in cauſa ſua, ſed executor pœnæ. quòd bene poteſt quis eſſe in cauſa ſua: quia recuſari non poteſt de appel. nonit. quod ſingulariter no. Oppo. vndecimo ad hoc de notatis in cap. ad noſtram 3. de iureiur. So. ſecundum Io. an. quòd dicit Innoc. in notorijs non requiri ſententiam. debet intelligi de ſententia ſolenniter & in ſcriptis ferenda. ad hoc in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. & quod ibi not & per hoc non tollitur, quin requiratur ſententia ſine ſolennitate proceſſus: & ſic poteſt intelligi gloſ. in dicto cap. ad noſtram. Vel dic poſſe ſimpliciter ſtari dicto Innoc. quòd nulla requiritur ſententia.

Digitized by Google

ſententia. quod tenui. de iudi. at ſi clerici in repetitione. & eſt ſemper notandum. Quid ſi iniuria eſt occulta. dicit Inn. quòd tunc prælatus non iudicabit, nec puniet: ſed poterit apud ſuperiorem accuſare vel denunciare. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat. l. vna. ad hoc de offi. dele. ſtatuimus. lib. 6. vbi de conſeruatoribus, qui tuentur iniurias eorum, quibus deputantur. Quid ſi agitur non de iniurijs puniendis: ſed de rebus vel iuribus eccleſiæ: an poteſt papa iudicare, ſi ipſe agit contra alium, vel alius contra eum: dicit Innoc. quòd non: ſed quòd arbitri ſunt eligendi vtrinque, vt iudicium procedat ſine ſuſpicione. ar. 11. quæſt. 1. ſi clericus aduerſus 3. q. 5. quia ſuſpecti. quod tamen dicit Innocen. eſſe dehoneſtare. nam poſſet papa per ſe cauſam delegare, ſicut imperator cauſas ſuas & imperij facit tractari per ſuos procuratores, qui ab eo ſunt dati iudices: in quo tamen videtur diuerſitas: quia illi procuratores ſunt ordinarij. C. vbi cauſæ fiſcales. per totum. C. ſi aduerſus fiſcum. l. 1. & 2 ſed dicit Innoc. ſe non videre rationem, quare videtur ſuſpicio in ordinario, & non in delegato: quia potius deberent recuſari procuratores ordinarij tanquam magis familiares. Et dicit Innocen. ſic de conſuetudine obtinere, quod papa huius cauſas delegat. quod not. pro hoc, quia ipſemet poſſet cognoſcere ſi vellet per id quod infra dicitur quæſtione. dic ta-
6 men differentiam eſſe inter delegatum † & ordinarium: quia ordinarius cognoſcit iure proprio. ſed delegatus iure delegantis. ff. de iuriſdi. om. iudicum l. & quia. quod dixi de offic. dele. quoniam abbas. ideo magis debet prohiberi, quòd princeps cognoſcat cauſam propriam per delegatum, quam per ordinarium: quia primo caſu dicitur ipſemet cognoſcere. ſecundo non. Quid ſi aliquis vult obijcere papæ crimen. dicit Inno.
7 quòd † de hoc nullus cognoſcere poteſt 11. q. 3. facta ſubditorum. & c. aliorum. niſi obijciatur hæreſis 40. di. ſi papa. Quid ſi
8 quæritur de ſententijs papæ: dicit Innoc. quòd ſolus papa † cognoſcere poteſt 9. quæſt. 3. nemo. & c. ipſi ſunt. & c. cuncta. pro hoc quod no. de iudi. cum veniſſet. Quid de prælato inferiori ſi agit de iuribus vel rebus ſuis: vel contra eum agitur. dicit Innoc. quod hoc fieri debet coram competenti iudice. C. ſi a non compe. iudice per totum 11. quæſt. 1. ſi clericus aduerſus. & ſi ipſe prælatus iudicet vel arbitretur, non valet ſecundum Innocen. C. ne quis in ſua cauſa. l. 1. de arbi. l. penulti. & hoc niſi ſit notorium, quod aliquis iniurioſe iura eius occupat: quia tunc licet cognoſci non debeat, cum de ſe conſtet tanquam notorium 2. q. 1. manifeſta. tamen hunc tanquam notorium ſacrilegum præmiſſa monitione poteſt excommunicare, & alias punire 2. quæſt. 7. ſi quis erga. & c. ſi quis ab epiſcopo. pro hoc de pœnis. dilectus. & quod ibi no. Quid ſi monitus vel conuentus ſuper hoc, dicit ſe non eſſe de iuriſdictione illius, ſed eſſe exemptum: vel ſe non debere ea quæ petuntur, puta decimas vel mortuaria. dicit Innocen. quod prælatus debet ei dicere, quòd ſi habet ſuper hoc priuilegium vel aliud inſtrumentum oſtendat pro hoc de priui. cum perſonæ lib. 6. & ſi oſtendit, non habet prælatus iudicare an ſit verum vel falſum, vel an ſit derogatum priuilegio vel non: ſed debet ſuperſedere, & coram ſuperiore agere de iure ſuo: quia non eſt res notoria: ſed iam probabiliter facta eſt dubia. C. quibus ad liber. procla. non licet l. 3. & ideo non poteſt ille excommunicari, niſi cauſa probetur coram ſuperiore 2. quæſt. 1. nemo. & ſi excommunicatus fuerit, punietur excommunicatus tanquam iniuſte faciens: & abſoluetur excommunicatus ſine difficultate ſup. tit. primo ſacro. pro hoc de ſentent. excom. c. primo. lib. 6. & hoc ſecundum Innoc. etiam ſi in veritate excommunicatus erat ſubditus: vel debebat iura quæ denegauit. Sed quid ſi in veritate erat exemptus: dicit Innoc. quòd ſententia pronunciabitur nulla. dicit tamen, quòd tam hoc caſu quam præcedenti prudenter faciet, ſi exhibito priuilegio appellet: quia poſt appellationem non tenebit quod fiet. de app. ad audientiam. & bene valet appellatio a futuro grauamine: quia eſt extra iudicium ſup. de app. conſuluit, & quod ibi not. & in cap. bone. Quid ſi iſte non oſtendit priuilegium: ſed dicit ſe habere priuilegium vel inſtrumenta alibi, vel probationes alias. dicit Innoc. quòd tunc ſi id quod petit prælatus, eſt notorium ſibi deberi de iure vel de facto, vt quia petit decimas ſuæ parochiæ, poterit excommunicare reum, non obſtante negatione. quæ cum ſit improbabilis, non facit rem dubiam. quod nota. dabit tamen ſibi prius aliquem terminum ad probandum de iure ſuo. ratio primi ſecundum Innoc. quia ſi contrarium diceretur, facile foret cuique fraudare iuriſdictionem. ad hoc ff. de tributoria. l. illud. Quid ſi iſte excommunicatus hoc caſu proximo petit a ſuperiore excommunicatoris abſolutionem ad cautelam. dicit Innoc. quòd impendetur præſtita cautione de parendo mandatis eccleſiæ, & eo abſoluto quæretur, quare non dedit decimas vel aliud quod notum eſt de iure deberi: & ſi probauerit iuſtam cauſam denegationis, abſoluetur a præcepto de parendo mandatis eccleſiæ: ſed ſi non probauerit, condemnabitur. transfertur autem in eum onus probandi propter præſumptionem quæ eſt pro prælato. pro hoc quod no. de præſump. illud, qui enim negat aliquid quod eſt de iure, debet probare. ff. de proba. ab ea parte. nam & notorietas iuris ſufficit in contrarium: cum etiam in notorio iuris vel facti non ſeruetur ordo ſecundum Innoc. pro hoc quod no. in dicto cap. ad noſtram 3. de iureiuran. Opp. duodecimo ad prædicta in pluribus quæſtionibus, quòd in omnem caſum poſſit prælatus per ſe cognoſcere: cum iudex poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. & ſic an verum vel falſum ſit priuilegium, vel an ille ſit exemptus. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. de reſcriptis, ſuper literis. Soluit Innoc. contraria procedere quando inter partes contenditur de hoc: quia tunc non dicitur iudex iudicare in cauſa propria: ſed aliena. ff. quando appellandum ſit. l. prima. §. in propria. Secus quando iudex proſequitur ſuam cauſam, vt in caſibus præmiſſis: quia tunc non iudicat, ne ſit iudex in cauſa propria. quod nota. Ex hoc habes quòd etiam ſi opponitur delegato, quòd non eſt iudex, quia reſcriptum non eſt verum, poteſt cognoſcere, ex quo de hoc eſt quæſtio inter partes ſup. de reſcrip. ſuper literis. & quod ibi no. Opp. decimotertio ad prædicta, quòd nullo caſu poſſit iudex excommunicare, quando eſt quæſtio inter ipſum & ſubditum, etiam ſi ſit notorium: ſed debeat recurri ad arbitros 11. quæſt. 1. ſi clericus. Soluit Innoc. quòd illud loquitur quando prælatus vult conuenire ſubditum. ſed cum prælatus punit ſubditum propter exceſſum in ſe commiſſum, ſtulte faceret ſi accederet ad arbitros: quia non oportet quòd conſtituat ſe actorem, ſed poteſt ſe conſtituere reum qui fauorabilior eſt. Et ex hoc dic, quòd poteſt excommunicare, cum notorium eſt factum, & ſic ſuſtinebit partes rei, ſi propter hoc conuenie-
9 tur coram ſuperiore. Quid † ſi prælatus procedit contra exemptum notorie. dicit Innocen. quòd non tenetur comparere. ff. qui ſatiſ. co. ſi vero. de ferijs l. 1. Sed ſi non notorie, debet comparere allegaturus priuilegium d. l. ſi quis ex aliena. & ſi non compareret, teneret excommunicatio: vel alia mulcta lata ex eo quia non comparuit. argumen. d. l. ſi quis ex aliena. pro hoc quod not. in regula ſcienti, in quæſtione, lib. 6. Oppono ad prædicta, quod immo indiſtincte poſſit prælatus eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, ſicut poteſt etiam eſſe teſtis. de teſti. inſuper. & cap. cum nuncius. Sol. Hoſti. ſtat contrario, & per hoc non approbat ſupradicta ſecundum Innoc. de quo per Hoſti. in ſumma de re iudi. ſub rubrica, de ſententia, ſub §. quis debet ſententiam, ſub §. proprius. Ex hoc dicit Hoſti. quòd papa poteſt eſſe iudex cum agitur de iuribus Romanæ eccleſiæ, licet ſit decentius quod alij committat. pro hoc de iudicijs cum veniſſet. de confirma. vti. cum dilecta. & quod vtrobique not. Sed ſaluando dicta Innoc. dico, quod quandoque prælatus per ſe non proſequitur cauſam: ſed ſyndicus conſtitutus a capitulo, in quo etiam interfuit prælatus: & tunc poteſt prælatus eſſe iudex ſicut & teſtis. quandoque per ſeipſum proſequitur: & tunc ſicut non poteſt eſſe teſtis dictis cap. inſuper. & cum nuncius: ita nec iudex. pro hoc quod notat Innoc. de teſt. cap. 2. lib. 6. & quod dixi in dicto c. inſuper. Per hoc infertur ad quæſtionem,
10 quæ quotidie contingit. pone, quod ſit iniuria poteſtati † vel ſimili rectori, vt quia vulneratur: an poterit punire vulnerantem. hanc quæſtionem diſputauit Ia. de Are. quam ponit Cy. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat. l. vna. quòd ſic, arguitur: quia ciuitates ad modum prouinciarum ſunt hodie redactæ, vt no. C. de præſcrip. longi. tempo. l. ſi. & ſic poteſtas poteſt cenſeri vice præſidis, maxime attentis conceſſionibus principum, qui certis ciuitatibus conceſſerunt merum imperium in pace Conſtantiæ. quod dic, vt no. inf. eo. ſuper quibuſdam: præſides autem prouinciarum habent eam iuriſdictionem quam iudices Romæ. ff. de offi. præſidis, l. ex omnibus. & l. ſequenti. ſed præfectus vrbis omnia crimina vleiſcitur. ff. de offi. præfec. vrbis l. 1. in prin. ergo & poteſtas poterit punire ſe vulnerantem, cum crimen committent. & confirmatur: quia iudex non debet pati ſe contemni: & contemnentes debet punire. ff. de offi. proconſulis l. nec quicquam §. 1. de offic. præſidis. obſeruandum. Si quis, iuſdi. non obtemperauerit. l. vna. ſup. de pœnis. dilectus. quod tamen cap. potius facit contra, cum dicit eum qui contemnit iudicem, puniri iuxta ſuperioris arbitrium: ſed vt ibi dixi, etiam ipſemet iudex punire poteſt. In contrarium, quia non poteſt quis dicere ius in cauſa ſua. l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa. pro hoc. C. de epiſcopali audientia. l. nemo. nam poteſtas iſte propter iniuriam dicitur factus inimicus iniuriantis. C. de in offi. teſta. l. liber. ff. de his quibus vt indignis. l. ſi inimicitiæ. & d. l. nemo. ſed inimicus non debet ius dicere contra inimicum. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cum quidam. de iniurijs. l. Lex Cornelia. de liberali cauſa. l. ſi pariter. ad hoc de offi. delega. inſinuante. plures alias rationes

tiones pro & contra formauit Iac.de Are.& ponit Cy. in dicta l.vna.Soluendo autem diſtinguit Iaco. de Are. quod aut delictum eſt notorium, aut non. primo caſu punire poteſt: quia non indiget inquiſitione: ſed ſola puniendi coertione. C. de accuſat.l.ea quidem.pro hoc quod dixi ſup. quæſtione 1. & 3. Si autem non eſt notorium, aut iniuria fuit illata obtentu dignitatis, aut ex inimicitia perſonali. primo caſu punire poteſt: quia poteſt vlciſci iniuriam dignitatis in authent. de mandatis prin.§.feſtinalis.ff.de pœnis l. ſi quis forte.§. pen. Et pro hoc omnia iura dicentia iudicem non debere pati ſe contemni. & pro hoc 2.quæſt.7.ſi quis erga.& 23 quæſt 4.Guliſarius.Secundo caſu punire non poteſt: ſed ſolum poteſt ponere malefactorem in tuta cuſtodia, & reſeruare ſucceſſori vel principi puniendum ff.de iu.omn.iudi.l.qui iuriſdictioni. Sed Petrus, vt refert Cy in d.l.vna, dicit, quod etiam quando iniuria fuit ei facta obtentu dignitatis, licet iudex poſſit eam punire. C. de officio eius qui vices alienas gerit.l.1. & 2. tamen ne poſſit dici ſuſpectus, debet alius ſibi adiungi.ar.l.apertiſſimi.C. de iud. & authent. ibi poſita. & ſup. de app. cum ſpeciali. quod dicit Cyn.in dicta l. vna ſatis defendi ratione æquitatis. Sed Bal. ibi dicit per nullam legem hoc probari, & ſimpliciter ſtandum diſtinctioni Iac.de Are.quę tota ſumitur ex notatis hic per Innoc. & per ea, quæ ſupra dixi, deciduntur quæſtiones aliquæ quotidianæ. Pone, quòd epiſcopus vel eius vicarius citat aliquem emphyteutam epiſcopatus ad dicendum quare non debeat pronunciari cecidiſſe a iure ſuo qui citatus dicit eum non poſſe de hoc cognoſcere. So. per prædicta dic, quòd cognoſcere poteſt, cum hæc ſit cauſa eccleſiæ. Quid ſi epiſcopus de facto alienauit res eccleſiæ: poſtea facit procuratorem ad petendum alienata reuocari, an poterit procurator hoc petere coram ipſomet epiſcopo. dicit Bal. in dicta l. vna. quòd nomine eccleſiæ hoc petere poterit. conſultius tamen dicit eſſe, ſi epiſcopus vel vicarius procedat inquirendo contra detentorem. poteſt enim epiſcopus pro iuribus eccleſiæ inquirere, vt notat Innocen. de iureiuran. ad noſtram 2. vbi dicit quòd papa de iuribus eccleſiæ procedit inquirendo de teſti.cum olim. ſed ibi dicit contrarium de epiſcopis & alijs prælatis inferioribus: & ſic illud dictum potius facit contra.dictum tamen Bal. eſt verum, & ſic obſeruatur quotidie.quod intelligo, dummodo pro intereſſe eccleſiæ hoc fiat.in eo tamen quòd Bal. dicit hoc poſſe fieri inſtante procuratore ab epiſcopo conſtituto, dico quòd ſi eſſet conſtitutus a ſolo epiſcopo, hoc non procederet.nam tunc ageret nomine epiſcopi ſolius, & ſic eſſet epiſcopus actor & iudex.contra id ſup.de teſti.inſuper.Sed ſi fuit procurator conſtitutus a capitulo, ceſſat hæc ratio. pro hoc quod ſupra dixi quæſtione. Sed in eo etiam quod dicit Bal. eundem epiſcopum qui alienauit poſſe inquirere, videtur hoc omnino tolli per cap.diuerſis.de cleri.coniuga.ſed pro hoc eſt de rebus eccle. non alie. ſi quis presbyterorum. de quo dic, vt ibi not.in gloſ.& plenius ibi per Io.cal.in diſtinctione. in qua concluditur, quòd ad commodum non proprium poteſt quis venire contra factum ſuum, ſi non eſt remotus ab adminiſtratione.d.cap.ſi quis.& 12. quæſt. non liceat. Quæro in eo quod dicit de ſufficienti cautione: quæ dicatur ſufficiens. So. hic arbitrabitur iudex & ſi male arbitretur, poterit appellari.ad hoc de pur. cano. nos inter. ſecundum Hoſt. qui dicit competentem ſatisfactionem, de qua hic in fine dicit, datis pignoribus vel fideiuſſoribus.Et no.tres caſus ex textu. Primus, cum quis eſt excommunicatus pro ſimplici contumacia: vbi ſufficit iuratoria cautio. Secundus quando excommunicatus pro pregnanti inobedientia: vel offenſa manifeſta ſeu notoria, in quo requiritur congrua emenda. Tertius in offenſa dubia, in qua requiritur iuramentum. & requiruntur fideiuſſores vel pignora ratione offenſæ: vt probata veritate offenſæ licet dubie, facilius diſtringatur ad ſatisfaciendum, vt lite pen. eccleſia, ſup. tit. primo, ſacro. vel dicitur competens per id quod not. hic in fine gloſ.quartæ. Sed dic melius vt in ſequenti contrario. Oppone ad hæc, & ad textum quòd non procedat diſtinctio huius cap. in criminibus publicis: quia etiam ſi crimen ſit notorium quandocunque vult parere, abſoluitur non relata quæſtione de offenſa manifeſta: quia eccleſia nō claudit gremium redeunti.ad hoc de hæreticis ſuper eo.lib.6.Soluit Vin. ſtando contrario. Hoſti. dicit, quòd ſi eſt excommunicatus pro nuda contumacia, ſufficit quod iuret. Si pro pregnante, ſatisfaciet de intereſſe.de hoc de iudi.cap.1.Si autem pro offenſa: aut pro offenſa per quam ſolus deus offenditur: aut per quam etiam offenditur proximus. Primo caſu, vt quia deum blaſphemat: vel quia ſuſpectus eſt de hæreſi, dicit Hoſt.eum non abſoluendum, niſi pęniteat & omnino deſiſtat.de offi.ord.ſignificauit. Sed ſi pœnitet, abſoluitur etiam ſi nondum perficeret pœnitentiam: niſi alias illuſiſſet eccleſiæ. de hæreticis ad abolendam. §. illos. alias expectando finem pœnitentiæ poſſet nimis ſtare in excommunicatione: & ſic loquitur de eo qui duxit in matrimonium ſignificaſti.& hæc de excommunicato notorio. Sed de occulto dicit, quòd petens abſolutionem debet abſolui.quod metus cauſa.c. primo. & ſup.tit. primo, per tuas. Si autem offenſa concernit etiam proximum, vt ſi eſt excommunicatus pro furto: non eſt abſoluendus, niſi primo ſatisfaciat.de rapto.c.primo. de vſur. cum tu. ratio diuerſitatis: quia deus non requirit pecuniam: ſed ſolum cor contritum: homo vero econuerſo. & quia deus eſt benignior, & facilius remittit offenſam, quam homo. ad hoc de cele. miſſarum de homine. & hoc de rigore. ſed de benignitate tota die abſoluunt ſine ſatisfactione ſup.tit.1.ex tenore.& cap. ea noſcitur. & cap. ſacro. & pro hoc quod no.de app. qua fronte. per hæc apparet hoc c. debere in pluribus limitari. Sed ego ſimpliciter dico inhærendum textui: quem declara quo ad hoc vt dixi de appel. qua froote. in tertio contrario.

SVMMARIVM.

1 *Manifeſtum accipitur pro notorio.*
2 *Notorium fit multis modis.*

CVm olim. Summatum eſt ſup. cap. proxi. primo quæſtio. ſecundo ſolutio ibi, quia vero. Not. quod quandoque ex ſolutione vnius dubij naſcitur aliud fortius. ibi dum cauſam ſoluimus.& per hoc de voto, ex multa.de bapti.maiores.§. veтum.Et expone.auſam.vt in gloſ.2.& in ea ibi ſi fi.ff.de rei ven-
1 di.in rem. §. 2. de furtis pignori.§. ſi quis eſſet † Not.quòd ma-
2 nifeſtum [a] accipitur hic pro notorio. quod colligit gloſ. antepe.in fi.Opp.primo, quod non dicatur manifeſtum eis modis, qui exprimuntur hic: ſed illud quod videtur iudici. ſicut etiam probabile dicitur quod iudici videtur.de app.vt debitus. So. vt gloſ. antepen. quæ diſtinguit inter probabile & manifeſtum. Et in ea ibi deferte. quaſi dicat non vt valeat appellatio: vel non valeat, ad hoc quod no.in dicto cap.vt debitus.in glo.colligitur.& eo.tit.ſæpe.verſ. quòd ſi forſan. & dicit Hoſti. in caſu noſtro ſpectari iudicium & arbitrium illius coram quo agitur, donec fuerit appellatum etiam ſi inique arbitretur. ff. de iuſti. & iure. l. fi. de re iudi. quod ad conſultatiooem. Ex quo autem eſt appellatum vel habitus legitimus recurſus ad ſuperiorem, ipſius ſuperioris arbitrium eſt ſpectandum. dicto cap. vt debitus. & de pur. cano. nos inter. & quantumcunque probatum coram primo iudice: ſi coram ſuperiore aliquid rationabile proponitur, quare prima probatio non ſit ſufficiens, hoc ipſe diffiniet ſi probationem minus legitimam inuenerit: vel quia ordo ſeruatus non fuerit: vel quia de cauſa non conſtiterit, abſoluetur excommunicatus 2. quæſt. 1.nemo. & per hæc & per ea quæ dicentur in duobus ſequentibus contrarijs, dicit Hoſti. ſuperfluam eſſe gloſſam Innocen. hic poſitam: & maxime etiam per cap. ſolet. de ſenten. excom. lib.6. quæ etiam deciditur per cap.venerabilibus.§.ſi mulier.& §.ſequentibus eo. ti. & lib. Ego tamen quia vtilis eſt, infra pono. Oppono ſecundo, quod per confeſſionem non fiat res notoria, cum ſæpe contra confeſſionem multa opponantur ſup. de accuſa.cum dilecti.pro hoc quod dixi ſup.cap.proximo. in vlt. contrario. So. intellige textum de confeſſione non reprobata, & contra quam nihil opponitur. Oppone tertio, quòd & alijs modis quam hic expreſſis, fiat quid notorium. vt per deprehenſionem in crimine. de iudi. cum non ab homine. vbi hoc no.in gloſ.prima.So.ſta contrario.& non ob.hæc litera, quæ licet aliquos modos notorietatis ponat, nō excludit alios. nam etiam per ſententiam fit quid notorium: vt dicit hic gloſ. vlt. & alijs modis, de quibus in cap. veſtra. de coha.cle. vel ſecundum Vincen. in eo quod hic dicit de notorio, per probationem legitimam, includit deprehenſionem prędictam.ſed poteſt dici quòd potius illa deprehenſio includit ſub notorio facti per rei euidentiam. de quo hic in tex. in fi. dicit autem Hoſti. quòd iudex arbitrabitur, an probatio ſit legitima. pro hoc quod dixi ſup. in primo contrario. Oppono in eo quod dicit manifeſtum fieri per probationem: quia ſecundum hoc ſi quis per probationem volet facere manifeſtam iniuriam aduerſarij, debebit audiri antequam abſoluatur aduerſarius: & ſic facile impedietur abſolutio. Solu. Innocen. primo videtur ſtare contrario, dicens hoc bene colligi hic. ſecundo dicit aliter, quod ſi excommunicato eo tempore quo petit abſolui, obijcitur, quòd fuit excommunicatus pro offenſa, quam modo vult facere manifeſtam per probationem, non propterea differetur abſolutio: ſed ad impediendam abſolutionem, oportet,

A D D I T I O.

a Manifeſtum. Adde c. x. iuncta gl. in c. veſtra. de coha. cleri. & mulie.

Digitized by Google

oportet, quòd probet factum, propter quod fuit excommunicatus, fuiſſe notum excommunicanti antequam excommunicaret. & hæc ſolutio verior. & probatur in textu ibi, vel per probationem legitimam nota fuerit, quòd verbum præteriti temporis ſignat oportere, quod manifeſta fuerit excommunicatori: & iſte intellectus approbatur in dicto cap. venerabilibus. §. ſimiliter. 1. & §. ſequentibus. & in dicto cap. ſolet. ver. in prima. vel tertio dicit Innoc. quòd quando quis excommunicat vt pars vel exequens ſuum officium, ſufficit ſi poſt ſententiam excommunicationis probanit cauſa iuſta: & ſic vult Innocen. quod in caſu huius cap. ſi capitulum Carnotenſe poterat excommunicare ex vi priuilegij, & excommunicauerit: ſi excommunicatus petit abſolui. & cap. obijciat. quod non debet abſolui, niſi prius facta ſatisfactione: audietur, ſi nunc vult per probationes facere offenſam manifeſtam. ſed hic intellectus repugnat cap. præcedenti. vbi diſtinguit de offenſa manifeſta & dubia: manifeſtam dicit eam, quæ manifeſta eſt tempore, quo petitur abſolutio. vnde præcedens ſo. verior eſt. Quęro circa hoc de quæſtione, quam format hic Innoc. Parmenſis epiſcopus pro rapina, quam fecit præpoſitus archidiacono, excommunicauit præpoſitum: qui præpoſitus ab archiepiſcopo petijt abſolui, conquerens de iniuſta excommunicatione: archidiaconus autem oppoſuit, quod pro manifeſta offenſa erat excommunicatus: præpoſitus replicauit ſe nullam iniuriam ei feciſſe etiam occultam; quæritur quid iuris. pro præpoſito inducitur: quia cum negatione fiat res dubia. C. de ingenuis & manumiſſis. l. 3. & quibus ad liber. proclama. non licet, l. 3. pro hoc quod dixi ſup. cap. proxi. quæſtione, debet audiri præpoſitus petens abſolui, ſi offert ſufficientem cautionem de ſatisfaciendo, ſi apparuerit offenſam eſſe manifeſtam, maxime ſi conſtaret etiam de iuſta excommunicatione, debet abſolui cum cautione de ſenten. excom. per tuas in prin. ergo fortius ſi dubitatur ſup. tit. primo ſacro. In contrarium pro archidiacono inducitur: quia quamuis negatione res ſit facta dubia quo ad iudicem, a quo petitur abſolutio: non per hoc facta eſt dubia, quin nota fuerit excommunicatori. quòd tolum debet attendi, vt dixi in præcedenti contrario. nam & econuerſo ſi coram iudice a quo petitur abſolutio, probaretur offenſa manifeſta: niſi fuerit manifeſta coram excommunicatore, non infertur quòd fuerit excommunicatus pro manifeſta offenſa: ſed potius remanet offenſa iniuſta 2. q. 1. nemo. & dicto cap. ſacro. cum ergo archidiaconus offerat ſe probaturum offenſam fuiſſe manifeſtam excommunicatori, debet abſolui. & pro hac parte concludit Innocen. dicens, quod auditur archidiaconus, cũ vult probare quod præpoſitus fuit excommunicatus monitione præmiſſa: ex qua conſtitit excommunicatori offenſam eſſe manifeſtam. & per hoc dicit Innoc. differendam abſolutionem: quam etiam dicit differendam, ſi epiſcopus pro manifeſta offenſa in ſe commiſſa excommunicauit, vt hic & ſup. cap. proximo. & hoc, niſi periculum ſit in mora, ſi differtur abſolutio dicto cap. ſacro. & dicto cap. per tuas. & intelligit Innocen. periculum dici in mora vel ratione moræ ioneris, ſi deberet remitti ad excommunicatorem qui multum diſtat: vel ſi prolixus terminus petitur ad probandum quòd offenſa fuerit manifeſta. dicit tamen Innoc. quod ſi excommunicatus non appellauit ſuper cauſa, pro qua fuit excommunicatus, quòd de cætero non poteſt peti abſolutio, tanquam ſi eſſet excommunicatus pro non manifeſta offenſa: quia per ſententiam factum eſt notorium, vt hic. quod ſingulariter not. Et procedit hoc quando lata fuit excommunicatio in forma iudicij. Ad contraria inducta pro præpoſito reſpondet Innocen. quòd id quod dicitur quod deberet abſolui etiam ſi conſtaret de iuſta excommunicatione, non eſt verum vt patet in fine cap. per tuam. nam etiam ſi offenſa ſit dubia, non abſoluitur ſi non eſt appellatum, dicto cap. ſacro. §. primo. niſi periculum immineat, vt ibi: quo caſu bene abſoluitur, vt dictum eſt. Oppono quarto ad hoc de dicto cap. ſacro verſ. verum. Soluit Innocen. quòd ibi non loquitur, quando petitur reuocari excommunicatio ab alio vt a ſuperiore, prout in terminis quæſtionis noſtræ: ſed quando ipſe excommunicator recognoſcens errorem ſuum vult reuocare. nam ſecundum Innocen. primo caſu etiam ſi conſtet de iniuſta excommunicatione, videtur facienda remiſſio ad excommunicatorem, vt ſine difficultate abſoluat. de reſcriptis ab excommunicato. d. cap. tuas. verſ. 1. & hoc vbi ſuper hoc eſt aliqua dubitatio, ita quod non conſtat omnino certe. Si autem eſſet certum: ita quod non fuit omiſſus ordo, vel quòd cauſa non fuit probata, abſoluit ſuperior 2. quæſt. 1. nemo. Opp. quinto ad idem. nam poterit dicere præpoſitus probationes archidiaconi non recipiendas, ſiue ſit per præpoſitum appellatum, ſiue non: quia aut fuit ſeruatus ordo iuris in excommunicatione; & tunc ſi non fuit appellatum, non eſt dubium offenſam per ſententiam eſſe factam notoriam. de coha. cle. tua. & ſic non eſt opus alia probatione. Aut ordo iuris non fuit ſeruatus; & ſuperior tunc debet reuocare excommunicationem non expectatis aliquibus probationibus 2. q. 1. nemo, & dixi in præcedenti oppoſitione. So. dicit Innoc. quòd pro archidiacono reſpondebitur, probationes ſuas admittendas quando fuit lata excommunicatio non ſeruato ordine iuris: quia factum erat notorium. vult dicere, quod potuit eſſe iuſta propter facti notorietatem: quia tunc non fuit opus ordinem iuris ſeruare. Oppono ſexto ad hoc, quia etiam in notorio aliquis ordo neceſſarius eſt, ſcilicet citatio & ſententia 2. quæſt. 1. deus. de diuor. porro. & ſic debuiſſet moneri præpoſitus, & demum excommunicari cum nollet ſatisfacere 11. q. 1. nemo. Soluit Innocen. quod eo ipſo quod epiſcopus præcipit, vt ſatisfaciat: & non ſatisfacientem excommunicat, præceptum cedit loco citationis: immo & loco ſententię: quia mandatum tenet vim ſententiæ in notorijs ſecundum Innocen. pro hoc quod dixi ſup. eo. proxi. quæſtione. quod no. Et ex hoc oportet intelligi quæſtionem, quod Parmenſis epiſcopus excommunicauit modo præmiſſo. & pro hac materia eſt quod notat Innocen. ſup. de cenſibus venerabili.

SVMMARIVM.

1 *Verba priuilegiorum late accipiuntur.*

1 ABbate. Verba † priuilegiorum largam habent ſignificationem. vnde verbum, ſecundum, & iuxta, in eis poſitum, cauſatiue tenetur: non conditionaliter. hoc d. in principali deciſione: quia tamen prolixum eſt cap. per partes declarabo. Diuide, quia primo narrat cauſam. ſecundo diffinit ibi, is ergo. alias is igitur. Prima ſubdiuiditur. primo ponitur petitio pro parte electi. ſecundo petitio & reſponſio contra electum ibi, cęterum, tertio ponit iura contra electum ibi, nos igitur. quarto rñſionem pro electo ibi, ad hoc. quinto replicationem contra electũ ibi, contra quod. epiſcopo, loci diœceſano. Obtinere. propter cotradictionẽ monaſterij ſancti. B. vt infra ſequitur.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex iure ſpeciali, debet illud in libello exprimere.*
2 *Actio quæ competat pro iuribus.*
3 *Actio conf. ſſoria & negatoria cui competant & contra quem, nu. 4.*
5 *Epiſcopus cur dicatur principalis, & archidiaconus ſecundarius.*

CAeterum. Altiacenſe. per hoc videbatur fieri reconuentio. & ſuper hoc pronunciatur in fi. Nota quòd agens ex iure ſpeciali, vt ex † conſuetudine vel priuilegio, debet illud ius exprimere in libello. & hoc procedit, quando ius commune eſt contra agentem, vt hic: cum electio debeat eſſe libera. de elec. cum tetra. pro hoc: quia debet libellus concludere ſaltem præſumptiue. ff. quæ in frau. credi. l. omnes. §. Lucius. pro hoc de dila. c. tertio. Oppono, quòd non fuerunt audiendi monachi ſancti Bertini, qui ſe fundabant ſuper conſuetudine: quia ex curſu temporis non inducitur obligatio: ſicut nec tollitur ff. de actio. & oblig. l. obligationum. §. placet. gloſſ. prima format, & non perfecte ſoluit. Dic ſecundum Innocen. quòd in conſuetudine non eſt ſolum tempus: ſed etiam eſt conſenſus tacitus vel expreſſus illius, cui præiudicatur: vt notat Innocen. de conſuetudine ſuper rubrica. In hoc tamen, quod dicit de conſenſu expreſſo, contrarium dixi de conſuetudine, cap. fi. Differt enim conſuetudo a lege per tacitum & expreſſum, vt ibi dixi. Ex hoc cum io conſuetudine requiratur conſenſus, infertur quod ex ea poteſt acquiri ius: cum obligationes ex conſenſu naſcantur. ff. de pac. l. 1. 2. 3. & 4. ad hoc. C. de agri. & cenſi. l. litibus, libr. 11. ſup. de pactis c. 1. pro hoc quod not. de offi. ordi. duo ſimul. Opp. quòd ex alio non procedat libellus. non enim debuerunt monachi ſancti Bertini petere cogi Altiacenſes monachos vt eligerent aliquem de monaſterio ſancti Bertini: ſed potius eos prohiberi a moleſtatione, & eis præcipi ne aliquid facerent in præiudicium ſeruitutis debitæ petentibus: quia ille eſt modus agendi ſuper ſeruitute. ff. de ſeruitutibus. l. quotiens, §. 1. Sol. vt in gloſ. 2. quæ ſoluit dupliciter. primo quod coguntur hic eligere de iure communi: ſed iure ſeruitutis petitur ne aliunde eligant. Opp. ad hoc quia in libello præciſe petierunt eos compelli ad eligendum. Sol. propterea gloſ. recedit à præcedenti ſo. & ſoluit ſecundo, quod bene petitur iure ſeruitutis vt aliquid fiat, per l. & ſi forte. §. 2. ff. ſi ſeruitus vendicetur. vbi petere poſſum vt parietem reædifices vſque ad eum modum, vt poſſim immittere tignum. ſed dicit

Hoſt.

Digitized by Google

Hoſt. ibi ſpeciale in ſeruitute oneris ferendi, ideſt ſuſtinendi, vt in exemplo præmiſſo, cum quis tenetur reficere parietem: & ſecus in alijs ſeruitutibus. quod etiam notat ibi gloſ. Soluit ergo tertio, quòd hic petebatur non iure ſeruitutis: ſed conſuetudinis & priuilegij: quia nec ſeruitutes acquiruntur tempore ff. de ſeruitutibus l. ſeruitutes. la. 3. in principio & in fi. & de ſerui. vr. prædiorum. l. eum debere. ſed tamen ſatis videtur hic fuiſſe petitum iure ſeruitutis. propterea ſaluari poteſt prima ſolutio: & tunc eſt ſenſus libelli quòd petierunt iſtos cogi ad eligendum de monaſterio quatenus vellent eligere. poſſent enim eligere: & fieret deuolutio ad ſuperiorem ſup. de elec. ne pro defectu. videtur tamen velle Innoc. licet non expreſſe dicat, quod non eſt propter ſeruitus ius de quo hic in textu: ſed magis proprie eſt quoddam ius per id quod dico ſecundum eum in ſequenti quæſtione. Quæro circa hoc, quæ a-
2 ctio † competit pro iuribus. dicit Innocen. quod non competit vere vel proprie negatoria vel confeſſoria, quæ tantum competunt pro ſeruitutibus & vſuſfructu: ſed debet agi exprimendo in libello, quid ad agentem pertinet de iure de cauſa poſ. cum eccleſia. vel de conſuetudine, vt hic. pro hoc quod no. de offi. ordi. conquerente. de ſepul. certificari. vel ex conſtitutione ſup de conſuetudine cum dilectus. vel ex priuilegio 63. diſ. Adrianus. & c. ſequenti. Ex hoc patet, quod Innoc. vult hic non fuiſſe proprie ſeruitutem, cum dicit quòd debuit agi tanquam pro iure ex conſuetudine debito. Sed gloſ. 2. vt dixi in præcedenti contrario, hic dicit hanc fuiſſe ſeruitutem. Verius tamen videtur, quod dicit Innocen. quia ſeruitus proprie eſt ius inhærens rei vel perſonæ, vtilitatis ſuæ cauſa; alterius rei vel perſonæ libertatem minuens. quod dixi de præſcript. de quarta. tamen ſecundum ibi notata poſſet ſatis hæc dici ſeruitus: quia inferebat ius inhærens monaſterio ſancti Bertini, minuens libertatem monaſterij Altiacen. quod dic plenius per ea, quæ dixi in dicto c. de quarta. & ſecundum hoc dico, quòd id quod dicit Innocen. quòd pro iuribus non competit confeſſoria vel negatoria: verum eſt pro iuribus quæ immediate habent in rebus: ſicut eſt ius proprietatis vel aliud ius, quod quis habet in poſſeſſione. nam pro iſtis datur rei vendi. vel publiciana: vel alia competens pro illo iure. ſed ſi rei meæ debetur aliqua ſeruitus in alia re, tunc pro ſeruitute quam habet res mea in re quæ eſt alterius, & in qua alius habet ius proprietatis, competit mihi confeſſoria. Similiter ſibi competit negatoria ratione ſuæ proprietatis, per quam negat mihi ſeruitutem competere dicta l. 2. in prin. ff. ſi ſerui. vendi. nec tamen poteſt dici, quòd negatoria competat ſibi pro iure ſuæ proprietatis vendicando, pro quo competit rei vendicatio: ſed competit ad excludendam ſeruitutem. Et ſic illi, qui non habet dominium rei vel ius in poſſeſſione rei debentis ſeruitutem: vel rei cui debetur ſeruitus, non competit confeſſoria vel negatoria. non ergo debentur pro iuribus: immo vt competant, præſupponi oportet quòd intentans habeat ius in re. & hoc clare dicit Innocen. de offi. ord. conquerente. in verbo in eccleſia. Dico tamen, quod etiam ipſæ ſeruitutes dicuntur iura in re: ſed non immediata. & magis proprie ſunt ſeruitutes. & in caſu noſtro hæc poteſt dici vera ſeruitus modo prædicto. dicit tamen Innocen. quod etiam cum agitur pro iuribus modo ſupra dicto, ſecundum eum poteſt dici quaſi confeſſoria & negatoria. Quæro circa hoc, quare dicitur confeſſoria & quare negatoria. Solu. vt dixi de iud. examinata. Quæro cui com-
3 petit † confeſſoria, vel quaſi vel negatoria. dicit Innocen. quod quaſi confeſſoria competit domino, vel quaſi domino rei ſcilicet eccleſiæ: vel potius procuratori & cuſtodi qui poteſt nomine eccleſiæ agere: quia quæritur ei hoc ius agendi. ad hoc ſi ſeruitus vendi. l. 2. Et dicit Innocen. nomine prælati intelligendum quemcunque miniſtrum legitimum, etiam ſi ſit conuentus qui habet bona diſcreta. ad hoc de reſcriptis edoceri. & intellige de quaſi confeſſoria habito reſpectu ad caſum iſtum, & tenendo quod hic non ſit proprie confeſſoria per id quod dixi ſup. quæſtione proxima. Et in effectu nihil refert inter confeſſoriam, vel quaſi. & quod etiam prælato poſſit competere vera confeſſoria, no. Innocen. in dicto cap. conquerente in gloſ. præl. Quæro, an pro non ſpiritualibus competat confeſſoria. dicit Innocen. quod ſic. nam datur ſecundum Innocen. etiam creditori. ff. de remiſſionibus l. 1. §. item Iulianus. & ſuperficiario. ff. de ſuperficiebus. l. 1. §. vlt. & ſi vſuſfructus petatur. l. 1. primo reſpon. Quæro cui competit negatoria? dicit Innocen. quòd eiſdem quibus competit confeſſoria. & licet Innocen. dicat de quaſi negatoria, dico idem per omnia de negatoria. quia vt dixi in 2. præcedenti quæſtione, inter hæc non eſt differentia in effectu. & Innocen. vtitur promiſcue iſtis vocabulis confeſſoria vel quaſi. negatoria vel quaſi. & intellige ſane, quòd competit eiſdem: non tamen omnino eiſdem: ſed competunt pro eadem cauſa, ſcilicet pro iure dominij, quod quis habet, vel ratione poſſeſſionis. quod dic, vt dixi ſup.
4 in prima quæſtione. Quæro contra † quem competit confeſſoria & negatoria. dicit Innocen. quod contra poſſeſſorem rei, vel eccleſiæ, in qua agens dicit ſe ius habere. ff. ſi vſuſfructus petatur vti frui. §. vtrum. & contra quaſi poſſeſſorem. qualis eſt is qui dolo deſijt poſſidere, vel ſe obtulit liti. ff. ſi vſuſfructus petatur. l. fi. & qui non patitur me vti iure mihi debito. ſicut etiam patet in interdicto vti poſſidetis. nam qua ratione facit quominus poſſideat, eadem ipſe poſſidere videtur. ff. ſi ſerui. vendi. l. loci. §. ſi quis mihi. & l. ſi quis diuturno. Quæro, ſi conuenitur poſſidens aliquam eccleſiam quaſi negatoria: an dirigetur actio contra ipſum ſimpliciter, an contra ipſum nomine eccleſiæ, cuius nomine poſſidet eccleſiam, de qua eſt quæſtio. dicit Innocen. quod ſic. ſed etiam nomine proprio conuenietur, ſi nomine ſuo poſſidet: vt ſi contra poſſidentem archidiaconatum agitur, negando ſibi eſſe ius exercendi iura archidiaconalia in tali loco: quem dicit agens ad ſe pertinere, vt quia eſt epiſcopus a quo tenetur ideſt, recognoſcitur archidiaconatus. ar. eius quod dicitur de vſufructuario, qui ſolum naturaliter poſſidet. ff. de acquiren. poſ. l. naturaliter. & tamen contra eum competit negatoria. ff. ſi vſuſfruc. petatur. l. vti. §. antepenul. & fi. Ipſe autem archidiaconus poterit agere confeſſoria. dicitur enim vtilis dominus, tanquam qui recognoſcit iura archidiaconalia ab epiſcopo. ipſi autem epiſcopo competit nomine eccleſiæ directa quaſi confeſſoria. & intelligo nomine eccleſiæ cathedralis. pro hoc, quia ſecundum Innocen. eccleſia cui præeſt epiſcopus, eſt directa domina iuris archidiaconalis. Ipſe autem archidiaconus eſt vtilis dominus, vt prædixi. Ipſi tamen archidiacono etiam competit ſecundum Innocen. directa confeſſoria nomine eccleſiæ. & intelligo de eccleſia cui præeſt archidiaconus. Exemplificat Innoc. per ſimile in domino & vaſallo. arg. ff. ſi ager vectigalis l. 1. §.
5 fin. Quæro circa hoc, quare † dicatur epiſcopus principalis & archidiaconus ſecundarius. dic ſecundum Innocen. quia epiſcopus præordinatur in cunctis. ad hoc 10. q. 1. decretum 16. quæſtio. 7. omnes. licet ſinguli in ſingulis beneficijs habeant ſuam ordinationem, ideſt ſpecialem. 25. di. perlectis. & hinc eſt, quod epiſcopus poteſt agere pro ſingulis eccleſijs ſibi ſubiectis. de ſucceſ. ab inteſta. cap. fi. 10. q. 2. cap. fi. Quæro circa id, quod dixi confeſſoriam & negatoriam vel quaſi, dari pro dominio vel pro iure in re: an competant ratione poſſeſſionis. dicit Innocen. quòd non. vnde non audietur is, qui eſt in poſſeſſione alicuius eccleſiæ, ſi petit alteri imponi ſilentium, vel pronunciari eum ius non habere: niſi dicat ſe ius habere in eccleſia, ſicut non auditur agens rei vendicatione, licet dicat ſe poſſediſſe: niſi dicat ſe dominum vel quaſi. ff. de rei vendi. l. in rem. & quod dicit Innocen. vel quaſi, concernit publicianam. ff. de publiciana l. 1. de re iud. abbate. lib. 6. Quæro itaque quod remedium habebit poſſeſſor. dicit Innocen. quòd poteſt vti iudicijs poſſeſſonis, puta interdicto vti poſſidetis & conſimilibus. Quid ſi alius agit contra poſſeſſorem negatoria vel confeſſoria. dicit Innocen. quod tunc bene poteſt poſſeſſor excipere contra agentem, quòd non eſt ſibi ius petendi: quia non habet ius in eccleſia, & obtinebit poſſeſſor, niſi alius probet intentionem ſuam. C. de rei vendi. l. fi. ff. de rei vendi. l. is a quo. ſi vſuſfructus petatur, vti frui. Quæro an confeſſoria & negatoria competant habenti ius in re & poſſidenti. videtur quòd non. ſicut non competit poſſeſſori vendicatio in rebus corporalibus, ſup. de iud. examinata. C. de alienatione mu. iudi. l. vna. inſti. de actionibus §. 1. dic contra ſecundum Innocen. & ſic aliud eſt in rebus incorporalibus, ſeu iuribus pro quibus etiam poſſidens poteſt agere ne moleſtetur. ff. ſi ſerui. vendi. ſi forte. §. ſciendum. & l. loci. ſup. de alie. mu. iud. cap. 2. & ſic poteſt epiſcopus petere iura epiſcopalia ab aliquo, & interim in eum exercere epiſcopalia, puta excommunicando. Sed quid ſi epiſcopus petit abbatem quaſi ſuum clericum & ſubditum, adiecta clauſula de iure canonico, vt in omnibus teneat ei, in quibus abbas ſubditus epiſcopo teneri debet ſecundum canones. dicit Innocen. quòd hoc caſu abbas interim in omnibus aget, ſicut liber: & erit in poſeſſione libertatis. ar. C. de libe. cauſa. l. lite. de aſſertione tollenda. l. fi. ratio, quia hoc caſu dicitur epiſcopus proprie intentare præiudicialem. de qua dixi de maio. & obe. inter quatuor. interim ergo ſecundum Innoc. non poterit epiſcopus excommunicare abbatem, nec aliter procedere contra eum: quia fieret præiudicium principali quæſtioni, qua petit eum in ſubditum ſibi adiudicari. Quæro, quia dixi confeſſoriam dari contra eum, qui agentem non patitur vti iure ſuo: an hoc ſolum obtinebit agens, pro quo pronunciatur in confeſſoria, vt pronuncietur aduerſarium debere ceſſare a turbatione. videtur quòd ſic per prædicta, ar. de præſcript. veniens. & de decimis dudum. dicit tamen Innocen. quod etiam pronunciabitur ſeruitutem deberi actori. ff. de neg. geſt. l. qui aliena.

Digitized by Google

aliena.§. fi.& per hoc infert non ſufficere actori ad obtinendum in confeſſoria probare ſe poſſidere, niſi etiam probet ius petitum ſibi deben.ff. ſi vſusfruc. petatur vti frui. ſi ſerui. vendi.l. 1. ſed quibuſdam intermiſſis dicit Innocen.melius dicit, quòd non adiudicabitur hæc ſeruitus actori: quia nec petita fuit: ſed tantum adiudicabitur ſic, cum talis probauerit ſibi deberi ſeruitutem in tali fundo, præcipimus reo quod eum non moleſtet. Op.ad hoc vltimum:quia ex hoc non plus obtinebit, quam ſi non egiſſet petitorio. nam etiam ſi egiſſet vti poſſidetis tantum, idem obtinuiſſet: in quo tamen non oportuiſſet eum probare de iure ſeruitutis, ſed de poſſeſſione tantum. Soluit Innocen. quòd multum plus obtinet quando egit confeſſoria, quam quando egit de poſſeſſione per interdictum.quia in confeſſoria compeſcitur etiam hæres condemnati a turbatione ex vi illius ſententiæ: ſecus in interdicto. ratio diuerſitatis: quia qui ſuccumbit in confeſſoria, de iure cauere debet quòd nec per ſe nec per ſucceſſores ſuos impediet aduerſarium vti iure ſuo: ſed in vti poſſidetis non iniungitur reo, niſi quòd non turbet actorem ſuper ſua poſſeſſione. Item quando agitur confeſſoria, etiam ſi actor non poſſideret, ſed tantum ius habeat, fertur ſententia pro eo, etiam ſi reus iuſte poſſideat:qui tamen in veritate ius non habet, & mandabitur ſententia executioni de cauſa poſ. c. 2. Sed in interdicto quantumcunque ius habeat actor, ſi non poſſidet, ſed poſſidet reus, fertur ſententia pro reo. & alia multa diſſimilia inueniuntur ſecundum Innocen. Opp.ad hæc: quia actio in factum ex re iudicata datur in hæredem. ergo etiam in interdicto, ſi iudicatum eſt quod aliquis non turbet, compeſcetur etiam hæres per hanc ſententiam. Soluit Innocen. quòd actio in factum ex re iudicata bene dabitur in heredem ex turbatione defuncti, contra quem fuit lata ſententia: ſed non dabitur ex turbatione hæredis, qui forte iuſte turbat: vt quia nec vi nec clam, neque præcario poſſidet ab aduerſario. & intellige: quia non poſſidet ex perſona defuncti: ſed aliunde poſſeſſionem acquiſiuit. Ex delicto autem defuncti non tenetur hæres ſecundum Innocen. de quo dic, vt ſup. de ſepul. c. fin. Quæro præſuppoſito quod pronuncietur ſeruitutem deberi: nunquid per hanc ſententiam fiet præiudicium alijs, vt agere non poſſint contra hunc vincentem. dicit Innocen. quòd non: niſi coniunctio cauſæ hoc faciat. ff. ſi ſeruitus vendi.l.loci. §. ſi fundus. Item ſecundum eum non mandabitur ſententia executioni contra alium: ſed ad intereſſe tenebitur agens. de quo notat Innocen. de alie.mu.iudi.cap.fi. Quæro in eo quod dictum eſt confeſſoriam & negatoriam non competere, niſi domino vel poſſeſſori habenti ius in re: vt creditori & ſuperficiario. An ſi ille, qui agit vt dominus, eſt in poſſeſſione, oportet quòd probet ſe dominum. dicit Innocen. quod non: quia non cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis. C. de petitione hæreditatis cogi. arg. optimum. ff. de lib. cauſa. libens. §. fi. & l. igitur. §. primo. & de ingenuis.l.fin. C. de libe. cauſa, ea quæ. & de hoc etiam inf. quæſtione ſequenti. Sed quid ſi dominus contra vſufructuarium intentat negatoriam. dicit Innocen. quod tunc omnibus modis oportet, quòd probet ſe dominum ff. ſi vſusfructus petatur, vti frui, in principio. Opp. ad hoc de eo quod dictum eſt in quęſtione præcedenti. Soluit Innocen. quòd hoc eſt ea ratione: quia vſufructuarius poſſidet naturaliter. ff. de acquir. poſſeſſione, naturaliter. quod dico verum, quando de poſſeſſione vſufructuarij conſtat. & ſic expreſſe loquitur dicta l. vti frui. in principio. & tunc eſt ratio. quia pro poſſeſſore præſumitur, nec tenetur de aliquo docere. ſecus ſi dominus negaret conuentum eſſe vſufructuarium: nec de vſuſfructu aliter conſtar: quia tunc eſt idem quod in alio non vſufructuario. & per hoc in quæſtione facti, Cum quidam prior ageret contra ſuum canonicum, vt reſtitueret quandam cameram, quam ille dicebat ad ſe pertinere tanquam ad canonicum, & negabat priorem habere titulum in prioratu: dixi quòd non tenebatur prior docere ſe priorem, ex quo non conſtabat illum eſſe canonicum & in poſſeſſione: & ſufficiebat quod prior doceret ſe eſſe in quaſi poſſeſſione prioratus. quod no. quia tunc fuit magna altercatio. Oppono ad prædicta: quia actori incumbit probatio. ff. de proba. l. 2. & l. verius. C. de proba. actor. ſup. de proba. ex literis. Soluit Innocen. quod contrarium procedit, cum nulla præſumptio eſt vtrinque ar. ſup. 1 r ecc. beneficia, c. vno. verſi. primo. Quidam tamen, vt refert Innocen. dicunt, quòd ſi agens confeſſoria vel negatoria, eſt in poſſeſſione ſeruitutis, non eſt neceſſe quod probet ſe dominum ipſius rei, cuius ſeruitus petitur vel negatur. Sed ſi non eſt in poſſeſſione, tunc oportet quòd probet dominium ipſius rei. quod tenet Azo. ff. ſi ſeruit. vendicetur. ſicuti. §. ſed ſi quæritur. quod tamen ſecundum Innocen. non dicit hic. in quo non apparet quid velit Innocen. niſi illud hic velit dicere hoc. & tunc eſt ſenſus, quòd ille §. hoc non probat: ſed dic, quod immo probat, vt inf. ſtatim dicam. & dicit etiam Innocen. quòd prius dictum magis placet ſibi. & in hoc etiam non apparet quid velit Innocen. nam quod dicit Azo, non repugnat ei quod ſupra dicit Innocen. in 2. quæſt. præcedenti: niſi dicamus quòd ibi Innocen. velit, quod ſufficit probare ſe eſſe in poſſeſſione rei, etiam ſi non probetur poſſeſſio ſeruitutis: & in hoc dico, quòd verum eſt, quod ſi agens confeſſoria docet ſe eſſe in poſſeſſione fundi dominantis, cui debetur ſeruitus, ſufficit etiam ſi non probet ſe dominum: & ſic verum eſt quòd ſupra dixit Innocen. Sed etiam dico ſufficere quod probet ſe eſſe in poſſeſſione ſeruitutis, prout dicit Azo. & probatur in dicto §. ſed ſi quæritur. pro hoc. quia eo ipſo quòd eſt in poſſeſſione ſeruitutis, infertur quod etiam eſt in poſſeſſione prædij dominantis. quod tenet Barto. ff. de noui ope. nunci. l. ſi prius. in quinto contrario ſecundæ partis & ſequentibus. non per hoc tamen obtinebit agens, niſi etiam probet ſeruitutem eſſe conſtitutam: vt dicit gloſ. ſecundum Azo. in dicto. §. ſed ſi quæritur: quia cum quęlibet res naturaliter ſit libera, dicenti eam debere ſeruitutem, incumbit probatio: nec ſufficit quaſi poſſeſſio. quod intelligo verum quando vult pronunciari ſeruitutem ſibi deberi: ſicut enim agens rei vendicatione tenetur docere de dominio de iudi. examinata: ita & iſte quòd ſit ſeruitus conſtituta. ſecus autem in ſeruitute rerum animatarum vt in operis ſeruorum: quia ſi aliquis poſſideretur vt libertus, hoc ſufficit, niſi ipſe probet ſe ingenuum. ff. de proba. l. circa. quod dicit gl. in dicto. §. ſed ſi quæritur. & quæ ſit ratio diuerſitatis, inſtant Dy. & Bar. in dicta l. ſi prius. & dic vt ibi: quia in rebus animatis non ſic ab origine præſumitur libertas: cum etiam ab origine poſſit quis eſſe ſeruus: vt quia natus ex ancilla. Quid ſi res cui adiudicata eſt ſeruitus, euincitur a poſſeſſore, pro quo fuit lata ſententia: dicit Innocen. quòd is, cui modo res eſt adiudicata, non poteſt agere nec excipere ex ſententia lata pro poſſeſſore. pro hoc, quia res inter alios acta & c. de praben. dilecto. Quæro quid veniat in actione confeſſoria & negatoria. dicit Innocen. quòd veniunt res ipſæ & cautio. ff. ſi ſerui. vendi. harum. & l. egi. & etiam fructus & damna, quæ poſt litem conteſtatam acciderunt. Item & ea quæ præceſſerunt: ſed ſpecialiter peti debent. ff. ſi ſerui. vendi. loci. §. 2. & l. ſi cum meus. arg. ff. vti poſſidetis. l. ſi duo. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus an acquiratur, ſi canonici nuda voluntate per centum annos de certo loco prælatum elegerunt.*

NOs igitur. Depoſitionibus, receptis & remiſſis a iudicibus, quibus fuit cauſa commiſſa: & hoc deciditur ſub & infra pręcedenti. Et inf. de hoc de proba. licet. verſi. ex præmiſſis. Profeſſione. ſi intelligit de expreſſa, præſagiauit ius nouum. de elec. ſi religioſus. ſecundo reſpon. lib. 6. iuxta. alias ſecundum. & illud eſt, cuius declaratio facit ad titulum. Diſpoſitionem. hoc verbum erat dubium, & poterat intelligi de actu electionis, vt eligerent ibi abbatem: vel ſoli: vel conuentu: vel de ipſorum gremio vt ſequitur. vel quòd haberent diſpoſitionem in confirmando. de conſue. cum dilectus. ſed hoc videbatur declaraſſe Calixtus in priuilegio ſequenti. quòd etiam potuit declarare conſuetudo, de qua ſequitur. ad hoc cap. cum dilectus. præalleg. Quæro ad quid profuit monaſterio ſancti Bertini, quòd electio facta per monachos Altiocenſes de Ganno Altiocenſi non habuit robur. Solu. dicit gloſ. quòd profuit: quia per hoc probatur poſſeſſio ſeruitutis. quod proſequere, vt in glo. in verbo Altiacenſe. monachum. Et in ea ibi non extollens illud. quod vſque ad cælum extollere poteſt, ſi ſeruitus non impediat. de hoc 12. quæſtione 1. c. 2. Et in fine. de hoc in Spec. de cauſa poſ. in fine. ver. ſed pone. & ver. ſequenti. Et per hanc gloſ. in eo quod dicit non præſcribi ſeruitutem altius non tollendi, niſi aliquando volens acquirere ſeruitutem prohibuerit volenti altius tollere, infertur ad
1 quæſtionem. Quid ſi canonici nuda † voluntate per centum annos de certo loco prælatum elegerunt: an per hoc ſit illi loco acquiſita ſeruitus, vt de ipſo tantum debeat fieri electio. dic quod non, per ea, quæ dicit glo. Oppone ad hoc. nam ſi canonici admittunt extraneos ad electionem ſine proteſtatione: ſtatim illi acquirunt quaſi poſſeſſionem eligendi. de cauſa poſſeſſ. cum eccleſia. Solutio. ibi eſt actus affirmatiuus. ſed in quæſtione præcedenti ante prohibitionem nullus actus affirmatiuus interceſſit, per quem locus de quo fiebat electio acquiſiuerit ſeruitutem, vt aliunde fieri non poſſet. pro hoc quod dixi de præſcrip. de quarta. & quod notat gl. C. de ſeruitutibus l. 1. vbi de hoc per Cy.

1 Con-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ad hoc vt valeat, debet obtineri contradictorio iudicio.*

2 *Sententia arbitri an ſufficiat, vt dicatur conſuetudo obtenta contrario iudicio.*

1 AD hæc. Not. quòd ad hoc vt valeat conſuetudo, † debet eſſe obtenta contradictorio iudicio. & de hoc in gloſ. in verbo, contradictorio iudicio. Et dic melius, vt dico inſ. quæſtio. 2. Not. quòd ſi in priuilegio ſit mentio de aliquo extrinſeco, is ad cuius inſtar conceditur priuilegium, oportet quod de illo extrinſeco faciat fidem. de hoc in gloſ. in verbo fides. Et de priuilegio ad inſtar, dixi ſup. de fide inſtru. inter. Oppono primo, quia hic allegabatur priuilegium & præſcriptio, quæ ſunt contraria. de præſcrip. veniens. ſi enim quis habet priuilegium non poteſt præſcribere: quia quod meum eſt ex vna cauſa &c. de fide inſtru. inter. So. vt in gloſ. in verbo, paſchalis. & pro hoc dixi in dicto cap. veniens. Opp. ſecundo, quod allegatio monaſterij Altiacenſis debuerit admitti. contra quam tamen infra pronunciatur. & hoc in eo quod dixerunt in electione Garini monachi fuiſſe proceſſum extra iudicium. non enim per hoc debuit dici ſufficienter inducta quaſi poſſeſſio pro monaſterio ſancti Bertini: quia non quid ſit factum debet attendi, ſed quid ſit faciendum. Soluit Innocen. notabiliter, quod licet pro bono pacis & extra iudicium hoc factum fuerit: tamen quia intendebant monachi ſancti Bertini vti iure ſuo, quod per prohibitionem apparet, inducitur conſuetudo. per hoc dic, quod ſecus eſſet ſi libera voluntate hoc feciſſent monachi Altiacenſes, quia per hoc non induceretur ſeruitus. 10. quæſt. 3. quia. de poſtulatione, bonæ 2. cum ibi notatis. pro hoc quod dixi ſup. proxi. verſ. Oppono tertio ad id quod dixi notando, quod quando priuilegium conceditur ad inſtar, debet fieri fides de illo extrinſeco, ad cuius inſtar conceditur: quod immo non ſit hoc neceſſe, ex quo de priuilegio conſtat per ſcripturam publicam 19. diſ. ſi Romanorum. & alijs iuribus alleg. in gloſ. in verbo, fiat fides. ibi ar. contra. vſque ibi ad hoc. Et in ea ibi exhiberi. vel conſuetudinem probari. & ibi contra moram. vbi plene de hoc. & ibi ieiunium 2. vbi de hoc. & ibi vt veterum. vbi de hoc & ibi. §. & hoc inſuper. quod habetur. C. de edendo. authen. ſi quis. Sol. vt in gloſ. quæ ſoluit tripliciter. primo ſecundum quoſdam diſtinguentes inter ſcripturam publicam & priuatam; vt in publica non ſit neceſſe probare illud extrinſecum, de quo facit mentionem: ſed in priuata ſic. quæ ſolutio non eſt vera per d. authen. ſi quis. ſecundo ſoluit gloſ. ibi. Alij dicunt, & ſolutionem damnat, & bene. Tertio ſoluit ibi Alij probabilius. & hoc tenent Innoc. & Hoſt. & gloſ. eſt clara, & eam nota. Et in ea ibi diligentius. hinc eſt, quòd tanta eſt iudicis authoritas, quòd facit valere quod alias non valeret ff. quòd cum falſo tutore l. 1. §. pe. in fi. quod metus cauſa. l. fi. de minoribus ait prætor. §. primo. & ibi inter dilectos. & cap. 1. vbi de hoc. & de confir. vtili. cap. 1. dicit tamen Hoſt. hanc tertiam ſolutionem procedere: ita tamen quòd publicatio facta authoritate iudicis quæ valet, vt dicit gloſ. ſit facta vocatis quos res tangit, & ſeruata forma de qua de teſti. ſignificauit. & de fide inſtru. cap. pe. & fi. & ſi aliter fieret publicatio etiam per multos tabelliones, non facit fidem vt in dictis iuribus no. & probatur in dicto cap. ſignificauit. ibi denunciando fundatoribus. quod ibi dixi. ſed ſi citati nihil oppoſuerunt, tenet publicatio: quia eſt quid imputetur non opponentibus. pro hoc quod no. de re iud. inter. Quæro circa hoc, quid ſi iudex dicit, nouerites quod talem ordinauimus vel confirmauimus vel inſtituimus. An per hæc verba probantur prædicta. videtur quòd non. ar. huius cap. & prædictorum. & ff. de leg. 2. Titia cum teſtamento. primo reſponſo de leg. 3. cum quis decedens. §. codicillis. Hoſt. tenet contrarium: quia fert teſtimonium veritatis. arg. de proba. poſt ceſſionem cum ſimilibus 11. quæſt. 3. præcipue. & hoc dicit expreſſum. ff. de do. ex hac ſcriptura. nec ratam haberi nec ſatiſdatio. de hæredibus inſti. qui volebat. de alimentis & ciba. lega. cum vnum. §. verbis. & expreſſius de iure patro. quòd authen. pro hoc: quia conſueuerunt formari literæ ſecundum tempus præteritum potius, quam de præſenti. quæ conſuetudo eſt attendenda. ar. ff. de pign. actione, vel vniuerſorum, ſup. de præſump. mandata. Item abſurdum eſſet tantam multitudinem condemnare. ad hoc. ff. de offi. præto. Barbarius. Item non refert, vtrum tabellio dicat vendit vel vendidit. Sic nec refert, an formetur inſtrumentum in prima perſona vel tertia de conuerſio. coniugatorum, dudum. & dicit Hoſt. curiam hoc approbare. Ad prædicta quod notat Ioan. an. de re iudic. ad apoſtolicæ. ad fi. lib. 6. & dic, vt dixi in dicto cap. poſt ceſſionem. Quæro, an ſit neceſſarium ad validitatem conſuetudinis, quòd ſit obtenta contradictorio iudicio. gloſ. in verbo, iudicio, dicit, quòd ſic, declarans quod dicatur contradictorium iudicium. quam gloſ. quoad hoc vltimum nota. ſed primum communiter reprobatur per iſtum textum. quia hic valuit conſuetudo non obtenta contradictorio iudicio ſecundum Innocen. pro hoc; quia ſufficit, quòd non interceſſit contradictio. inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto. & talis dicebatur hic fuiſſe, quod abbates Altiacenſes ſemper aſſumpti fuerant de monaſterio ſancti Bertini. dic ergo, quod conſuetudinem eſſe obtentam contradictorio iudicio, eſt vnus de modis introducendi conſuetudinem. ſed ſunt & alij, quando bis ſic eſt actum & præſcriptum de cauſa poſ. cum olim. vel quando non extat memoria de contrario. inf. cap. proxi. vel quando ſine interruptione ſic ab omnibus eſt obtentum & præſcriptum. de hoc de conſue. cap. fi. Quæro circa hoc, an ſententia

2 arbitri † ſufficiat, vt dicatur conſuetudo obtenta contradictorio iudicio. dic quòd non: cum non ſit propriè ſententia. ſed ſolum ligat metu pœnæ. C. de arbi. l. 1. de arbi. l. per tuas. de hoc dixi in dicto cap. finali. de conſuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Dictio ſecundum & dictio iuxta accipiuntur pro eodem.*

2 *Dictio iuxta adiecta infinitiuo inducit conditionem.*

3 *Interpretatio in dubio fieri debet, vt res potius valeat quam pereat.*

1 COntra quod Nota, quòd dictio, † ſecundum: & dictio, iuxta, accipiuntur pro eodem. quod enim hic dicit ſecundum, ſup. dixi iuxta. Et hoc notat Hoſtien. quòd quando eſt æquipollentia, ſufficit ponere vnum verbum pro alio pro hoc ſup. eo. in his. & cap. præterea. & cap. intelligentia.

2 Nota quòd dictio ſecundum, vel iuxta † adiuncta infinitiuo, inducit conditionem. ibi conditionalis intelligitur. & hoc eſt, quia infinitiuus non habet certum numerum nec perſonam: quia cum ſit incertum, id quod ſibi additur non poteſt ſignificare rem certam. & ideo neceſſe eſt, vt conditionaliter intelligantur verba hæc ſibi adiecta. Sed cum iungitur indicatiuo, qui eſt certus & certum numerum & perſonam deſignat: tunc ponuntur cauſatiue ſecundum Ab. vt hic probatur. Et ex hoc notat Abbas grammaticalem interpretationem in priuilegijs valere. Not. quod in dubio debet fieri interpre-

3 tatio, † vt res potius valeat quam pereat. de hoc in gloſ. Opp. primo ad hoc ſup. de offi. delegan: cum ſuper. So. quia glo. non ſoluit, dic quòd ibi non poteſt fieri interpretatio pro validitate: quia certum eſt actum non tenere. & per hoc etiam reſponde ad contraria hic per gloſ. inducta. Ex hoc infertur ad illam regulam. Si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere poteſt. quæ procedit, niſi verborum ſignificatio repugnet. Si enim in precario apponitur pactum quod non poſſit reuocari, non tenet contractus: nec vt precarium: nec vt alius contractus: niſi appareat hoc expreſſe actum. Sic & alias id quod non tenet tanquam contractus nominatus, non valet etiam vt innominatus, niſi hoc actum ſit: cum verborum ſignificatio repugnet. ff. verbo. ſignifi. ſi quis antea. & quod notat gloſ. ibi in fin. Secus autem ſi verba non repugnent: vt quia fuit conuentio ſine nomine, vt not. in dicto l. ſi quis antea. & de hoc per Bartol. ff. de dona. cauſa mortis. l. vbi. de verbor. obligat. l. 1. §. ſi quis ita. & acceptilationibus, an inutilis in princip. ad prædicta quod no. de priuile. quia circa.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium datum ordini, durat ordine durante.*

NOs igitur. Adiudicauimus. & iuſte propter priuilegium & propter conſuetudinem. Nota ea quæ no. in gloſ. vlti. in princ. vſque ibi ſed pone. Et in ea ibi deſtructo. nec reædificato. alias reædificatum habebit eadem priuilegia ſecundum Innocen. ad hoc de elec. quia diligentia. vel ſecundum

1 eum priuilegium datum ordini durat ordine durante. datum vero loco vel poſſeſſionibus quæ ſunt ordinis, durat etiam remoto ordine. ad hoc de ſta. mo. recolentes. Op. quòd non tenuerit ſententia tanquam lata ſuper non petitis ſup. de accu. qualiter 2. So. intellige, quòd monachi ſancti Bertini reconuenerāt monachos Altiacenſes, petendo id, ſuper quo papa pronunciauit. Quæro quid ſi nullus reperitur idoneus in monaſterio ſancti Bertini. dic, quòd tunc poſſunt monachi Altiacenſes eligere vndecunque: quia hoc permittitur eis ex verbo perſonam idoneam poſito hic. non enim poſſent eligere iuridice non

Digitized by Google

non idoneum. de elec. cum in cunctis. Quid ſi eſſet in mona-
ſterio ſancti Bertini vnus idoneus ſolus. dic, quod oportebit
eum eligi. & ex hoc conſuetudo reſtringit poteſtatem eligen-
di ad vnam perſonam tantum. nec non dicitur electio carere
libertate. quod dixi ſup. de elec. cum terra. Quæro quid ſi nul-
lo idoneo exiſtēte in monaſterio ſancti Bertini, monaſterium
ſancti Bertini elegit aliunde. an per hoc fit præiudicium mo-
naſterio ſancti Bertini in alia electione. gloſ. dicit quod non:
quia ſi tempore alterius electionis erit aliquis idoneus, debe-
bit eligi. & pro hoc de ſupplen. negli. præla. c. 2. in fi. Sed quid ſi
electus aliunde vixit per 40. annos, an præſcribitur. gloſ. arguit
quòd ſic. & pro hoc de preben. cum de beneficio. lib. 6. gloſ. ta-
men tenet contrarium. & idem Hoſt. & in glo. ibi Attilicinus.
de hoc quod ibi no. in vlti. gloſ. & in fine tit. de regu. iu. deli-
ctum. lib. 6. & dic, vt no. de ordi. cog. cap. 2. in gloſ. 3. Quæro ſi
cenobium ſancti Bertini ſit alterius religionis vel habitus,
quam monaſterium Altiacenſe, an hodie per clemē. primam,
de elec. erit extinctum priuilegium, de quo hic. Et eadem quę-
ſtio procedit quo ad cap. cum dilectus. de conſuetudine. vide-
tur quòd ſic: quia ceſſat cauſa priuilegij, cum monachi ſancti
Bertini non ſint idonei. Io. an. tenet contrarium: quia per illam
cle. non tollitur ius ſpeciale alij legitime competens. pro hoc
de conſti. c. 1. lib. 6. & quod no. de ſepul. cle. dudum. in gloſ. an-
tepe. Quid ſi monaſteria erant eiuſdem religionis, & poſt ema
natam cle. præalleg. facta ſunt diuerſæ religionis. dicit Io. an.
quod aut alteratio fuit facta in monaſterio Altiacenſi, & hoc
non debet nocere monaſterio ſancti Bertini, quod non debet
priuari iure ſuo ſine ſuo facto. ff. de reg. iur. id quod noſtrum.
Non enim poterunt monachi Altiacenſes ab hoc ſubtrahere.
de dona. inter dilectos. ad hoc quod not. cau. cum dilecti. de
arbi. cum tempore. Aut fit alteratio in monaſterio ſancti Ber-
tini; tunc ſibi imputent. & ſic no. quod conſuetudo aliqua te-
net, quæ tamen hodie non poſſet induci: quia tenet conſuetu-
do de qua hic, quamuis ſecuta fuerit cle. prima præalle. poſt-
quam induci non poſſet vt ibi. ſic & alibi diſtinguimus præte-
rita & futura de cenſibus cle. 1. Item hodie non poſſet epiſco-
pus in fundatione monaſterij apponere, quod eligerent de
monaſterio alterius religionis per dictam cle. quod ante ipſam
poterat iuxta no. de conſue. cum dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici manifeſti qui dicantur.*
2 *Hæreticorum bona confiſcantur.*

1 SVper quibuſdam. Manifeſti hære-
tici † dicuntur,
qui contra fidem catholicam publice prædicant,
& alijs modis hic expreſſis. primo quæſtio. ſecun-
do ſolutio ibi, ſuper quo. Not. de manifeſtis hæreticis, alibi de
manifeſtis vſurarijs. de quibus ſup. de vſuris. cum in dioceſi. &
cap. 1. lib. 6. Not. quod paria ſunt profiteri, vel defendere er-
rorem. & dicuntur profiteri tacite qui nolunt iurare. de hæ-
reti. excommunicamus 1. §. ſi qui. Not. quòd bona hæretico-
2 rum † confiſcantur. ſed hodie confiſcata ſunt ipſo iure. de hæ-
reticis cum ſecundum. libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Pedagia quæ dicantur.*
2 *Guidagia quid ſint.*
3 *Salinaria quid ſint.*
4 *Salinaria an ciuitas concedere poſſit.*

PRæterea. Pedagia: guidagia: & ſalinaria nō
permiſſa a iure vel principe vel a
conſuetudine, cuius contrarij non ſit memoria,
1 intelliguntur interdicta. † Quæro quæ dicuntur
a pedagia.[a] Sol. vt in gloſ. & dic quod ſi is qui recipit pedagia,
facit vim vel metum, tenetur ad reſtitutionem. ff. quod metus
2 cauſa, metum 2. §. ſed licet. † Quæro quid ſint guidagia.[b] So. vt
b in gloſ. & dicit Hoſt. quod pro guidagio antiquo licite aliquid
exigitur: pro voluntario non. Io. an. dicit pro guidagio nihil
poſſe recipi ab eo. alias tenetur ad guidam & ſecurum condu-
ctum præſtandum ab alio, ſic tanquam pro locatione ope-
3 rarum, quod eſt verius. † Quæro quæ dicuntur ſalinaria. So. vt
in gloſ. & intellige pro ſalinarijs pecuniam quæ datur pro ſale,
puta vendendo vel emendo. vt quia dominus terræ aliter hoc
non permittit. & dicit Innoc. hoc notandum, quia nuſquam
alibi inuenitur prohibitum. pro hoc. C. noua vectigalia impo-
ni non poſſe l. 2. & 3. Hoſt. dicit ſalinaria dici domus, in quibus
domini terrarum faciunt poni ſal & vendi pro certo precio,
& non pro pauciori, quod regulariter non licet: vt hic, quia ſa-
pit monopolium, de quo dixi de ap. ſignificante. Et in hac
gloſ. in fi. & in alijs caſibus notatis ff. de publicanis. l. 4. Quæro,
c an ciuitas[c] poſſit hæc concedere. gloſ. in verbo, imperatorum.
4 dicit, quòd non, ſed ſolus imperator. dic tamen hodie poſt pa-
cem factam in Cōſtantia, per quam conceſſum fuit aliquibus
ciuitatibus Italiæ, inter quas eſt Padua merum & mixtum
imperium: talibus ciuitatibus hæc permitti. & de illa conſti-
tutione pacis Conſtantiæ in additionibus Spe. de iuris. om.
iu. poſt prin. ver. illuſtris. Oppo. primo ad hoc in eo quod di-
xi ſolum imperatorem hoc poſſe, quòd immo etiam reges,
per id quod dicitur hic in text. ibi regum. So. dicit Hoſt. debe-
re exponi regum Romanorum. Poteſt enim eſſe rex Roma-
d norum antequam dicatur imperator[d] adminiſtrare. de hoc
de elec. venerabilem de iureiur. Romani. §. porro. de alijs regi-
bus dicit Hoſt. eſſe ſecus, cum ſolus imperator ſit dominus
mundi. ff. ad l. Rhodiam, de præcario. de quadri. præſcriptio-
ne l. a Zenone. nam decreto ciuitatis vel authoritate præſidis
prouinciæ talia non poſſunt concedi inconſulto principe, e-
tiam ſi communis vtilitas hoc expoſcat. pro hoc iura alle. in
gloſ. in verbo pedagia. & hoc dicit Hoſt. verius, quam id quod
notauit in ſumma de cenſibus §. ex quibus cauſis. verſi. & nun-
quid. contrarium tamen de facto ſeruatur: quia reges & ciui-
tates inter ſubditos & inter extraneos per ſuum diſtrictum
tranſeuntes talia imponunt. quod poteſt ſuſtineri, prout ſup.
dixi, quando habent iura regalia: vel quando non recogno-
ſcunt ſuperiorem de facto, ſicut rex Franciæ ſup. qui fi. ſint le-
gi. per venerabilem. Quæro nunquid cum allegatur conſue-
tudo temporis, de cuius contrarij non eſt memoria, expe-
diat allegare titulum. gloſ. in verbo memoria. dicit quod non.
quod eſt expreſſum de præſcrip. cap. 1. lib. 6. Et quomodo pro-
betur hoc tempus, dixi ſup. eo. quid per nouale.

ADDITIONES.

a Pedagia adde Card in c. innouamus in 1. no. de cenſi. & ibi. Abb. poſt eum.
b Guidagia. Adde Card. conſi. 12 incipi. in dubijs præmiſſis.
c Ciuitas adde Pau. de Eleaza. in cle. præſenti. de cenſibus.
d Imperator. adde gloſ. in verbo, pontificatus, ſuper data ſexti. Spe. in ti. de re-
nun. in §. fi. ver. item quod obtentum. Bar. in 1. conſtitutione. ff. Bar. in l. bene
a Zenone. C. de quadri. do. in l. ex ea. ff. de poſtu. in c. 1. de noua forma fideli-
tatis, in vſibus feudo.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia ciuili modo intelligi debent.*
2 *Legatus ſtatuta facere poteſt.*
3 *Viduæ, pupilli & orphani dicuntur perſonæ miſerabiles.*
4 *Perſonæ miſerabiles ſunt de foro eccleſiaſtico.*

CVm allegata. Præceptum factum lai-
co, quod de ſe conquerentibus in foro eccleſiaſtico reſpondeat, debet intel-
ligi quo ad cauſas eccleſiaſticas. No. quod verba
1 generalia † debent intelligi ciuili modo. pro hoc de iureiur.
veniens. & cap. quintanallis. hic enim præceptum generale re-
ſtringitur ne contineat illicita. pro hoc de offi. lega. quòd tranſ-
2 lationem. & quod no. hic in gloſ. 2. Nota, quòd legatus † po-
teſt facere ſtatuta in verbo, ſtatuta. quod tamen non proba-
tur hic. non enim hic fuit ſtatutum, quòd debet omnes con-
cernere. de conſti. cap. fi. concernebat enim ſolum Comitem,
de quo in ſuperſcriptione: ſed fuit quoddam ordinamentum,
& ſic debet exponi, ſtatuta, id eſt, ordinata. dictum tamen eſt
verum, & probatur ſup. de off. lega. c. fi. & de hoc inf. eo. ex par-
te 3. poteſt etiam hic probari, vt ſit ſenſus quòd iſte comes obli
getur ad ſeruanda ea, quæ per legatum ſunt ſtatuta ſcilicet ge-
neraliter quoad omnes. licet ex cauſa ſpeciali ſtatuiſſet, vt pro
a pace ſeruanda. Not. quod viduæ[a] pupilli † & orphani ſunt
3 perſonæ miſerabilis. de viduis tamen dico infra. Not. quòd
4 perſonæ miſerabilis † ſunt de foro eccleſiæ. & nomine miſera-
bilium intelliguntur cæci, imbecilles, oppreſſi, & impotentes.
de cenſibus, licet. 24. quæſt. 3. ſi quis de potentibus. 87. di. cap. 1.
& 2. & procedunt hæc etiam ſecundum leges in authen. vt dif-
ferentes iudices §. 2. & §. ſi vero contigerit. & §. ſi tamen conti-
gerit. & §. in ciuitatibus. Oppo. quòd iſte §. nihil facit ad titu-
lum; & ſic contra, ſup. in proemio. Sol. vt in gloſ. 1. quæ dicit,
quod facit in verbo arbitrium. Hoſt. dicit, quòd facit propter
partes ſuperiores pro hoc, quia hic §. erat in quarta compila-
tione. de foro competenti, cap. ſecundo. §. autem præcedens &
principalis

ADDITIO.

a Viduæ. Adde, quòd hoc fallit, ſi ſunt diuites ſecundum Cardi. in c. ſignifica-
tionibus. in primo not. de off. dele. Ab. in c. licet. de foro compe.

Digitized by Google

principalis.c.erat hoc.eodem ti.in quarta compilatione.Sed di
ctum glo. eſt verum. nam non ſine miniſterio fuit §. hic poſi-
tus. Oppo.quod ratione rei non ſubiiciatur comes foro eccle-
ſiæ,cum res eius ſint potius de foro ſeculari.Solutio,vt in glo.
in verbo rerum.& dicit Hoſtien.hoc intelligi,cum clerici ſunt
conquerentes ſecundum notata.de foro compet.eum ſit. Op-
po. quod cauſa viduarum non ſpectet ad eccleſiam , vt oppo-
nit glo. vlti. quæ pro ſolutione remittit, vel dic ſecundum Io.
And. quod conueniebatur hic princeps,qui non habet ſupe-
riorem & ratione peccati.primum dictum diuinat. ſecũdum
probatur de iudi.nouit.ſed hoc nimis reſtringit textum.dic er
go,quod cauſa viduarum eſt de foro eccleſię aliquando habi-
tu tantum.de for.compet. ex tenore.aliquando etiam actu. de
foro compet.ex parte. B.quod dic,vt dixi in d.c.ex tenore. & c.
licet ex ſuſcepto.

SVMMARIVM.

1 *Clericus aliquando efficitur de iudicio ſeculari.*
2 *Degradatio propria eſt ea,quæ actualiter fit.*
3 *Pœna carceris perpetui quæ ſit.*
4 *Traditioni clerici facienda curiæ ſeculari,quando ſit locus.*

NOuimus. Clericus traditur curiæ ſeculari
præſente poteſtate ſeculari,cui e-
tiam denũciatur,vt recipiat illum in forum ſuum.
hoc dicit vſque ibi,pro illo vero.Et illa pars non fa
cit ad titulũ.primo præmittit quæſtionem iuris,quam ſecun-
do ſoluit.tertio ſoluit quæſtionem facti ibi,pro illo. Damna-
bile , ideſt quod damnari debet per ſententiam. damnoſum.
quoad exempli pernitiem. Et ſic pro hac pronunciatione,ſci-
licet taliter facta.Eccleſia,ideſt prelatus vel epiſcopus. 7.queſt.
prima,ſcire. Efficaciter,ideſt non ficte.Moderetur.diminutio-
nem no.inf.c.ſi.ibi noſtrum,factum narrat.A qua.tertii regum
1 vltimo.23.q.4. Guilliſarius. Nota,quod clericus † quandoque
fit de iudicio ſeculari, vt quando traditur curiæ ſęculari , quæ
traditio non habet locum , etiam ſi crimina ſint eccleſiaſtica.
ſupra.de hæreti.ad abolendam. in verbo,laicus. Not.quod eo
ipſo quod clericus excluditur a iudicio eccleſiaſtico, efficitur
de ſęculari.& procedit conſequentia,ne ſit acephalus. 93. diſt.
2 nulla. No.quod degradatio † propria eſt ea,quæ actualiter fit.
& quãdo clericus actualiter exuitur omni priuilegio eccleſia-
3 ſtico,habetur de pœnis.c.2.lib.6. Nota de pœna † carceris per-
petui.& dicit Inno.quod grauiorem pœnitentiam non poteſt
imponere clericus, quod not. ſingulariter . quod etiam tenet
Arch. 19. diſt.in memoriam. Opp.in fi.quod falſarius,de quo
hic,debuerit ſtatim tradi curiæ ſæculari.de crimine fal. ad fal-
ſariorum. Glo.in verbo,includas.ſoluit,quod ſic placuit papę.
& ſic ſentit,quod fuit gratia.quod tenet Hoſti.Innoc.dicit eſſe
de iure , quod falſarius non tradatur curię , quando ſpes eſt
de ipſius correctione.quod nota Sed hoc reprobat Hoſti. quia
ſecũdum hoc nullum ſpeciale eſſet in falſario. Alii diſtinguũt,
an conuincatur criminaliter,& procedit cõtrarium :an in mo
dum inquiſitionis,& procedit quod hic dicitur. pro hoc quod
no.in d.c.ad falſariorum.in 4. gl. ſed hęc diſtinctio reprobatur
per c. inquiſitionis. 1. reſponſo. ſupra. de accu. vbi dicitur in cri
minibus quæ impediunt executionem officii poſt pęnitẽtiam
pariter puniri conuictum in inquiſitione,ſicut in accuſatione.
vnde aliter poteſt dici , quod hic loquitur de falſario aliarum
literarum quam papæ. Et ſic in falſario papæ fit ſpeciale,ꝙ ſta-
tim tradatur per dictum c.ad falſariorum. De quo tamen dic,
4 vt dico.inf.q.1. Quæro quando ſit locus † traditioni faciendę
curiæ ſęculari.So.vt in gl.3.quę dicit,ꝙ incorrigibilis traditur,
vel etiam non incorrigibilis in trib.caſibus , vt in hæreſi & in
falſario literarum papę,& in caſu c.ſi quis ſacerdotum. 11.q.1.
vbi loquitur de illo , qui propter calumniam vel cõtumeliam
quam intulit ſuo epiſcopo,fuit depoſitus.deinde refert gl.quo
ad hoc vltimum de caſu dicti c. ſi quis ſacerdotũ. opinionem
quorundam, ꝙ ibi intelligitur de incorrigibili , & fuit opinio
Brixi. 2.q.7.ſi qui ſunt.& in d.c.ſi quis.& hunc intellectum di-
cit gl.benignum.ſed Hoſt.dicit primum veriorem.& quia ſæ-
pe de hoc fiunt altercationes,videamus diligenter. Et primo,
ꝙ nullo caſu ſit clericus tradendus, niſi cum eſt incorrigibilis,
probatur bene per c.cum non ab homine.ſup.de iudi. vbi tra-
dit formam generaliter ſuper criminibus , vt primo clericus
deponatur:ſecundo excommunicetur ſi ſe non corrigit,& vlti
mo tradatur curiæ ſeculari. pro hoc etiam quoad id quod di-
citur de falſario,eſt quod dixi ſup.ſecundum Inn in præceden
ti contrario.Sed quoad id de hæretico,eſt quod dixi de hæreti-
cis,ad abolendam.in prin.ibi enim aperte probatur. ex verſic.
niſi,ꝙ hæreticus qui vult corrigi,non debet tradi curiæ : ergo
multo minus tradi dẽt falſarius, ẽt literarum Papæ, & multo-
minus debet tradi in caſu dicti c.ſi quis.Sed in contrarium eſt
gl.in d.c.ad abolendam . in verbo,relinquatur. quæ in omnib.
tribus caſibus prędictis dicit traditionem faciendam , etiam
ſi non ſit incorrigibilis. & de falſario bene probatur in d. c.ad
falſariorum & hic. Similiter quoad caſum ca. ſi quis ſacerdo-
tum.bene probatur ibi.quia tamen in hoc ſunt varietates opi-
nionum,vt patet ex prædictis.& quia vt dixi de hęretico bene
probatur in d.c.ad abolendam.ꝙ non traditur niſi incorrigibi
lis : puto,ꝙ & in falſario literarum papę & in caſu dicti c.ſi qs
ſacerdotum. idem & fortius ſit dicendum,vt in dubio accipia
mus in pœnis ſententiam mitiorem,regula in pœnis . lib.6. &
ſecundum hoc c.ad falſariorum. & illud. & c.ſi quis prędictũ,
dẽbet intelligi de incorrigibili. Opp.ad hoc,quia ſecundũ hoc
nullum erit ſpecialę inducere ex eo, ꝙ dixerunt de traditione
facienda curię ſeculari. Sol. poteſt dici in hoc ſpeciale.quia in
aliis criminib.etiam ſi non appareat de corrigibilitate clerici ,
nõ tamen ſtatim traditur,niſi ex nouo delicto appareat incor
rigibilis,ita expreſſe dicit c.cum non ab homine.Sed in iſtis tri
bus dicemus,ꝙ niſi appareat corrigibilis,eo ipſo ꝙ eſt damna-
tus habebitur pro incorrigibili & tradetur. hoc probo per d.c.
ad abolendam.in prin.ver.niſi.vbi permittit,ꝙ ſtatim poſt de-
prehenſionem erroris poſſit clericus hęreticus recurrere ad
vnitatem fidei,& euitare traditionem faciendam ſeculari , &
ſic expedit ꝙ aſſerat ſe velle corrigi. Idem ergo & in duobus a-
liis caſibus.& hęc eſt ſingularis limitatio,per quam illa tria iu
ra ponunt caſus ſpeciales,& tamen non continent nimium ri
gorem.quę nota. Quęro ad quid interuenit pręſentia poteſta
tis ſecularis.dicunt aliqui,ne damnatus poſſit fugere,vel dic,ꝙ
vocatur vt illum recipiat in forum ſuum. & fit ad ſolẽnitatem
actus,vt eo ipſo ꝙ eiicitur ab eccleſia,cum ſtatim cenſeatur de
conſortio laicorum:ita & de facto recipiatur. Oppo.ad hoc,ꝙ
vitietur degradatio per intereſſentiam laicorum. de elec. Maſ-
ſana So.dicit Hoſt.ſpeciale hic.dic verius ꝙ aliud in electione,
quę fit per collegium & in loco ſeparato. Aliud in degradatio-
ne,quę fit publice. Item in c. Maſſana.non reprobatur ſola in-
tereſſentia:ſed reprobatur cõicatio vocum facta laicis.& decla
ra illud c.vt ibi dixi. Quęro,an fiat manualis traditio per iudi-
cem eccleſiaſticum ſeculari.dicit Hoſtiẽ.ꝙ non,ſecundum ali-
quos:ſed ſolum pronũciatur verbaliter,vt eum recipiat in fo-
rum ſuum.pro hoc verbum pronunciandum. videretur.n.ni-
mius rigor , ſi traderetur manualiter .nam pro hoc nimiũ vi-
deretur prælatus deſiderare iuſtitiam ſanguinis , contra id ne
cle.vel mo.ſententiam.& dicit Ab.ꝙ non dicentur hæc verba
iudici ſeculari,vt amodo in ſuũ forum recipiat: ſed ipſe iudex
ſecularis vocatur,vt per hęc intelligat , ꝙ ille amodo eſt de ſua
iuriſdictione.ſed dicit Hoſt. ꝙ qualiſcũque fiat color,ad hunc
effectum agitur vt occidatur. dic tamen,ꝙ hæc non debet eſſe
intẽtio eccleſiaſtici iudicis per prædicta,& per id quod dicitur
in ſeq. & pro hoc quod no. Arch. 24.q.1. qui contra pacem. &
11.q.8.in prin. Quæro in eo quod dicit eccleſiam intercedere
debere efficaciter pro clerico,quem tradit , quibus verbis hoc
fiet.dicit Abb. quod pręlatus iudicem ſecularem monebit ad
pietatem,dicens quomodo eſt imago Dei,rememorando de
Petro & Magdalena,de quibus.50. diſt.§.econtra.

SVMMARIVM.

1 *Abſens ex cauſa neceſſaria excuſatur.*
2 *Miſſus in poſſeſſionem an debeat citari,ſi quis vult eam recuperare.*

DIlecto. Si papa indulget reo , qui propter a-
ctoris abſentiam poſſeſſionem recu-
perare non poteſt,quod ei non noceat lapſus anni,
intelligetur hoc ſecundum ius commune . Com-
munis diuiſio. ſecũda ibi,quoniam,alias.quia vero.Ante con
ceſſionem. not.quod non dicit ante tuam abſentiam.licet ali-
qui ſic intelligant. Not.ꝙ ſicut non fit miſſio niſi reo citato &
cõtumace,ſic nec recuperatur poſſeſſio,niſi citato eo qui miſ-
ſus fuit. pro hoc infra tit.primo,cap.primo,nam etiam cautio
præſtari debet miſſo.de eo qui mit. in poſſ. cap.primo,ergo vo
candus eſt.regula quod omnes.lib.6.cum etiam debeat iurare
ſuper expenſis . quod alius facere non poſſet : quia incurreret
anceps periurium in facto alieno.ff.rerum amotarum . l. Mar-
cellus . poſſet etiam ſibi competere legitima exceptio contra
petẽtem poſſeſſionem,vt excommunicationis, de qua an ob-
ſtet hoc caſu,no.Spe.de contumacia. §.fi.ver.ſed pone reus.&
dixi ſupra, vt lite non conteſta.quoniam.§.in aliis. vel obiiciet
forte,quod fideiuſſores non ſunt idonei.ff. qui ſatiſ. cogantur.
1 ſi vero. Nota quod abſens † ex cauſa neceſſaria excuſatur , &
quis dicatur abſens ex cauſa neceſſaria, dic vt in gloſſa ſecun-
da , & in ea ibi abſentem . & ff.de in integrum reſtitut. l. vl-
tima , & per Azo. in ſumma . ex quibus cau. maio. in fi. & in

Digitized by Google

Spec. parte ſecunda. de reſtitutio. in integrum,§.ſecundo,ver-
ſiculo diximus, & ſequenti. Nota, quòd lapſus anni impedit
recuperationem poſſeſſionis prædialis,ſi aliud non obſtet.No
ta,quod per lapſum anni miſſus in poſſeſſionem fit vetus poſ-
ſeſſor. ibi ad veræ poſſeſſionis. Et nota,quòd per illam veram
poſſeſſionem conſequitur aliquem effectum ex verbo, effe-
ctum, qui eſt, vt veniens reus non audiatur,niſi ſuper proprie
tate.Nota id quod not.gl.in verbo negligens, & dic, vt dixi, vt
lite non conteſt.cap.1. Oppon. quia hæc indulgentia fuit fru-
ſtratoria. quia etiam de iure communi poterat iſte procura-
tor interrumpere præſcriptionem annalem in caſu iſto de of-
fic.ordin.paſtoralis. Sol.vt in gloſ.3.Et in ea ibi & ſi chriſtus.&
ſupra eodem ex parte. vel dic, ꝙ in hoc fuit indulgentia, ꝙ ſi-
ne oblatione cautionis impediebatur curſus ꝑſcriptionis an-
nalis.& ſic iſti duo caſus differunt, ſcilicet,an offeratur cautio,
vel an vtatur priuilegio. pro hoc quod not.hic in glo.in verbo
ex futura,& quod dico,infra quæſtione. Quæro,an is qui vult
2 recuperare poſſeſſionem fœdialem,habeat omnino neceſſe fa
cere citari miſſum. videtur quòd ſic,per id quod dixi ſupra no
tando.In contrarium quòd ſufficiat oblatio cautionis per no-
tata hic in gl.3.dicit Hoſt. ꝙ miſſus debet admoneri per iudi-
cem,vel coram vicinis:vel ſi ipſe non vult excipere,non impu
tabitur offerenti cautionem,& interrumpenti præſcriptionē,
cum fecerit quod poteſt.22.q.2.faciat. Ex hoc ergo vult,ꝙ in-
diſtinctè debet citari, quod eſt verum,& ꝓbatur hic: cum ſua
poſſit intereſſe,vt dixi notando.dicit tamen Hoſtien.ꝙ quoad
recuperationem poſſeſſionis ſufficit oblatio cum effectu, etiā
facta in abſentia aduerſarij. de hoc in Spe.de primo decreto.§.
fin.ad fin.verſi. quid ſi ipſe. Quærit Innocen. de pluribus cir-
ca miſſionem faciendam tam ex primo, quàm ex ſecūdo de-
creto. cuius gl.pro parte expediui de offic.deleg.conſultationi
bus, & pro alia parte: vt lite non conteſt.quoniam in fin.& de
dolo contingit.de miſſione autem in poſſeſſ.bonorum deſun
cti tractauit hic Hoſt. quod plene habetur.C.de edic.di.Adri.
tol.l.fin. Quæro de intellectu literæ in eo quod Papa declara-
uit per ſuam indulgentiam non præiudicari miſſo reſpectu iu
ris quæſiti ex poſſeſſione præterita,vel futura.Gl.in verſi.ex fu
tura,ſoluit,ꝙ ſenſus eſt,vt tempus abſentię ex cauſa neceſſaria
ſubducatur de medio, & continuetur tempus præſentiæ ante
abſentiam & poſt reuerſionem. Idem Vinc. Innoc. & Hoſti.
Gof. & Phil.contra, dicentes per oblationem cautionis inter-
ruptam annalem præſcriptionem. ita'ꝙ poſt reditum erit ne-
ceſſarius nouus integer annus.dicit Ioan.And. quòd primum
procedit,vbi non eſt interrupta præſcriptio per cautionis obla
tionem:ſed ſolum impeditus curſus præſcriptionis per indul
gentiam Papalem, & idem ſi alio modo de iure communi
impediretur. Secundum autem procedit vbi præſcriptio eſt
interrupta,quod eſt verum, & quomodo præſcriptio aliquan
do dormitat,aliquando interrumpitur, dixi ſupra de præſcri-
ptio.ex tranſmiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Abbas defendit capellas ſibi ſubditas.*
2 *Conſuetum dicitur quod aliquando fieri conſueuit.*
3 *Data eccleſiæ intuitu perſonæ non pertinent ad eccleſiam.*

CVm inter. Oblationum nomine cōtinetur
quicquid offertur eccleſiæ quo-
cunq; modo in miſſa, vel extra:in eccleſia, vel ex-
tra. primo quęſtio prima & eius diffinitio per Inn.
Secundo quęſtio ſecunda,& eius diffinitio per eundem ibi,ve
rum. Tertio tertia quæſtio & eius diffinitio per Honoriū.ibi at
capellani. De monte.q.d.ꝙ interdum inſtitutis per abbatem
amicis de quibus bene cōfidebat,contramittebat collationē.
Interdum ſuis deputatis ad hoc. Cimin ib.1.pelui.ſeu bacili.de
hoc de offic.archi.ea quæ.pro rata.ſ.de teſta. Raynaldus.pan-
1 nos alias panes. Not.ꝙ abbas † defendit capellas ſibi ſubditas,
vt patet hic in prin.ad hoc de præſc.auditis.de maio.& obe.in-
2 ter. Nota,ꝙ dicitur † conſuetum id quod aliquando fieri con-
ſueuit.quod no.Vinc. ex verbo conſuetum, & ſecundū Hoſt.
prior & ſui innitebantur non præſcriptioni,ſed conſuetudini,
& caute:quia in præſcriptione requiritur titulus: in conſuetu-
dine ſufficit vſus.de hoc de conſuetu.ca.ſi.quod no.Not.quod
ea quæ acquirit ſacerdos a parochianis ſiue pęnitentiam iniū-
gendo,ſiue alio modo,niſi aliud exprimatur: intelligūtur ac-
quiri intuitu eccleſiæ non perſonæ. 12.quæſt.3. pontifices. de
teſta.requiſiti.ſecundum Innocent.& probatur hic.ibique da-
tur nuncio. Nota oblationum nomine contineri quicquid
donatur eccleſiæ,mobile, vel immobile,in eccleſia, vel extra.
probatur hic in fin.ibi quocunque titulo.Secus ſi dixiſſet,obla
tiones altaris.10.q.1.de his & cap.antiquos,ſupra ca.cauſa,car-
penſis. ſecundum Innocent. & de triplici ſpecie oblationum,
3 no.de decimis,quamuis.in fin. No.ꝙ ea quæ dantur † eccleſiæ
intuitu perſonæ,nō pertinent ad eccleſiam, vt hic in verbo ad
eccleſiam a contrario. ad hoc de teſtamentis,officij. & capit.
ſeq.& de ſepul.de his. Oppono primo, quòd de oleo nihil de-
buerit detrahi.inf.eo.ex parte tertia. Solu. non dabatur hic ad
luminaria ſecundum Goſ. Oppono ſecundo,quod iuſta fue-
rit petitio de neceſſarijs expenſis deducendis. quæ tamen hic
non approbatur.ff.fam.erc.fundus qui dotis.Sol.vt in gl.in ver
bo neceſſaria.quæ ſoluit dupliciter. primo hoc fit:quia in deci
mis non deducuntur expenſæ,& ſic idem pronunciatum fuit
hic in primitijs & oblationibus. Secundò ſoluit gl. quod hic
iſta tertia erat integraliter pręſcripta, & onus fabricæ incum
bit capellano de alijs partibus. tamen etiam pręcedens ſolutio
tolerari poteſt, vel tertio dic ſecundum Hoſtien.quod hic lo-
quitur de expenſis factis in cauſis, vel in nuncijs tranſmitten-
dis, vel clericis paſcendis: non de illis quæ fiunt cauſa refectio
nis,de quibus loquitur contrarium cum ſi. Et in hac gloſ. ibi,
§.vltimo,& qui ſentit commodum &c. & ibi dicunt quidam
Iac.Goff. & Phil. Oppono tertio quod de ſeptimis nil debue-
rit detrahi.infra eodem ex parte.3.Solu. poteſt intelligi quod
dabatur hic portio quando relinquebantur in fraudem, vt ibi
in fin.vel aliud in portionario prouētuum,vt hic.Aliud in por
tionario mortuariorum, vt ibi.arg.ff.locati ſi merces.§.appa-
ret.vel ſecundum Innocent. illud procedit vbi epiſcopus agit
condictione ex illis decretalibus ſuper relictis in teſtamento,
illud cum agitur cōdictione ex canone.11.quæſt.1.conceſſo.
10.quæſt.1.antiquos. vbi dicitur, quod etiam de prędijs por-
tionem habet,quæ tamen conſtat data eſſe ad perpetuum cul
tum. 10.quæſt.2.hoc ius. Oppono quarto ad hoc,quia nō epi-
ſcopus hic:ſed prior agebat.Soluit Innocē. quod agebat prior
habens ius ab epiſcopo: vel egit, quia fuerat hęc tertia conſti-
tuta alio modo,vel fuerat eam ſtipulatus:ſed quia hoc proba-
re non potuit,probauit conſuetudinem quadraginta annorū
in perceptione cuiuſcunque prędictorum.ff de vſuris,cum de
in rem verſo,ſecundum Innocen.Hoſtien.dicit, quod hoc cō
tinetur nomine oblationis, vt hic: non nomine mortuarij,vt
in contrario:vel ſubtilius ſi certa ſumma relinquitur pro faciē
dis ſeptimis vigeſimis trigeſimis,nil deducitur,niſi fiat in frau
dem,vt ibi. ſed de oblatis in miſſis, quæ celebrantur pro ſepti-
mis, deducit partem is, qui ius habet in oblationibus, vt hic.
& ſecundum hoc repete hic in textu,& quæ offeruntur in miſ
ſis, quæ celebrantur pro ſeptimis, vel dic contrarium regula-
re, niſi conſuetudo aliud habeat,vt hic & de ſepul.certificari.
quæ rationabilis eſt, ne quid confingatur in fraudem, vt in ↄ-
trario in fine. Et ex hoc dicit Hoſtien. quod cum conſuetudo
det ius priori, vt hic; fortius epiſcopo, & eccleſiæ parochiali,
pro quibus facit ius commune.de teſta.cap.fin.& hæc vltima
ſol.probabilior: licet etiam aliæ poſſint ſuſtineri.Oppo.quin-
to in eo quòd mandat Papa tertiam partem oblationum reci
pi per clericum iſtorum agentium: quod non debuerint in
hoc onerari,cum pręſcripſiſſent de recipiendo ipſam a cleri-
cis inſtitutis per abbatem.ſup.in princ.cap.Sol.hoc fit ad ſcan-
dalum ſedandum, & hęc fuit ſpecialis prouiſio Papę, probat
verbum volumus,& de hoc verbo de offic.vica.clem.vnica.in
in gl.vel dic,ꝙ hic in princ.c.non apparet,ꝙ continue per cleri
cos inſtitutos per abbates collegiſſent: ſed ſolum quandoque
ibi,aliquando colligenda,& ibi dixi,& dicit Vinc. ꝙ iſte prior
& clerici debebunt procurare clericum deputatum ad hāc re-
ceptionem:niſi ille deputatus haberet propter hoc certos red-
ditus. Quæro in eo quod dicit ibi ſuiſque filij prior.quæ ſit dif
ferentia an quis colligat per ſuum nūcium,an recipiat de ma-
nu alterius. dicit Vincen.quod in hoc,quia cum per ſuum nū
cium, habet rei apprehenſionem:quod eſt longe diuerſum ab
illo qui de alterius manu recipere debet. 16.q.2.cap.1.ſicut eſt
diuerſum,an per tuum nuncium tibi mittam epiſtolam,quę
ſtatim cum tradita eſt,tua eſt.an per meum, quia tunc non eſt
tua,niſi cum ad te peruenerit.ff.de don.inter virum & vxor.ſic
ſponſus,ſic etiam primo caſu cum aliquid mittitur ibi per nū-
cium non tuum, nō eſt tuum antequam ad te perueniat.ff.de
fur.cumq.§.fin. Quæro quare de his, quæ mittebantur ad do-
mū ſacerdotis aliquid detrahitur, cum potius videretur nihil
detrahendum de excel. prælato.nimis iniqua.verſ.pen. Sol.il-
lud procedit de relictis ad pias cauſas ar.ſ.eo.ex parte 3.vel de
priuilegiatis. de ſepul.in noſtra.vel dic,vt ibi,& pro hoc quod
dixi.ſ. in penul.cōtrario.Quæro in eo quod dicit glo.in verbo
neceſſarias.ꝙ onus fabricæ incumbit capellano de alijs parti-
bus.ſ.duabus, quid ſi non ſufficerent ad ſuſtentationem preſ-
byteri & ſeruientium. dicit Hoſt. ꝙ detrahetur de tertia, quæ
ſoluebatur priori & clericis non obſtante aliqua conſuetudi-
ne.ad hoc de pręben.extirpandæ.verſ.cum igitur. & de off.or.
pręſenti.§.porro.lib.6.& de decimis.c.2 §.vbi autem. eo.lib.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur mota cum fuerit conteſtata.*
2 *Tempus quod ſpectetur, cum aliquid petitur, ꝙ ſolui debeat, vel fieri.*

1 EX parte. Lis dicitur † mota, cum fuerit conteſtata. primo partis querela. ſecundo diffinitio ibi, nos igitur. Not. non eſſe permittendam recidiuam. i. reiterationem litium, de hoc in gl. 1. pro hoc, quia lites non ſunt laxandæ. de reſcript. nonnulli. Oppo. primo in eo ꝙ canonici Aretini agebant ſine epiſcopo. de iudi. cauſam. Sol. forte habebant adminiſtrationẽ diuiſam ab epiſcopo. de reſcrip. edocen. vbi de hoc. Oppono 2. in eo ꝙ dicit monaſterium, cum in ſuperſcriptione loquatur epiſcopo. Soluit Hoſt. ſe ignorare quomodo hoc ſit monaſterium. Ioan. And. dicit, ꝙ in ſuperſcriptione debet epiſcopo Ferendino, qui conſueuit eſſe abbas monaſterij de Galiana. Oppon. 3. in eo ꝙ fuit pronunciatum molendinum poſſe reædificari in eo ſtatu, in quo fuerat tempore motæ litis: ꝙ debuerit permitti etiam in maiori ſtatu & vſque ad cęlum. C. de ſeruit. l. latius. Sol. forte erat conſuetudo in loco, ꝙ vicinus non ædificaret altius ſuo vicino ſm Pet. & Abb. vel ſic placuit Papæ. Item hic ſolum quæritur de ſignificatione huius verbi tempore motæ litis. dicit autem Hoſt. ꝙ non fuit conſideratum hic tempus iacti lapilli: quia tunc parũ ædificatũ fuerat: ita ꝙ nec molendinum poterat molere: vnde potius fuiſſet grauamen monaſterio, ſi ſm illum ſtatum fuiſſet facta reædificatio, q̃ vtilitas. illa interpretatio euitatur. de priuil. c. ſi. ſed tempore litis conteſtatæ tũ erat ædificatũ ꝙ molebatur, & ſic de reædificatione ad illum ſtatutum conſequitur monaſterium. Sed dic melius: vt in ſequenti contrario. Opp. quarto, ꝙ immo debuerit demoliri quicquid factum fuit poſt iactum lapilli. de noui oper. nunc. c. 1. & 2. Sol. vt in gl. 2. quæ ſoluit dupliciter. primo, ꝙ denunciatio noui operis fuerat remiſſa. Secundo ꝙ tempus, infra quod canonici agere debebant, lapſum erat & vtraque ſolutio diuinat. dic melius, ꝙ hic non diſputatur de validitate ſententiæ: ſed de ſignificatione verbi, vt etiam dixi ſup. præcedenti cõtrario. Oppon. ad idem, ꝙ non debuerit attendi tempus litis conteſtatæ, ſed citationis de offi. deleg. gratum, & c. licet. Sol. reſpectu diuerſorum effectuum qñque attenditur vnũ tẽpus, qñq; reliquum, quod dic, vt in gl. vlt. Et in eo quod dicit ante litem conte. iudicis offiñ non implorari, dic ꝫ per ea quę dixi de off. iudi. c. 2. Sed quo ad caſum ca. ſignificãte. quod gl. alle. vera eſt glo. Et in eo ꝙ dicit gl. ad perpetuandam iuriſdictionem ſufficere citationem. dic, ꝙ etiam ſufficit ad conſtituendam rem litigioſam, & inducendam litis pendentiam. C. de litigioſis. auth. litigioſa: vt lite pen. eler. cum lite. nec hic dicitur contrarium, ſolum enim hic dicitur, ꝙ ante litem conte. lis non dicitur mota. ſ. in effectũ & efficaciter: vel quò ad multos caſus in iure ſparſos, non per hoc tollitur quin & prius dicatur mota quò ad aliquem effectũ. Oppon. ad idem, ꝙ immo potius ſpectari debeat tempus ſententiæ. ff. de triticaria. l. in hac. So. dicit Vincen. tempora diuerſimode conſiderari, quandoque enim ſpectatur tempus condemnationis, vt in contrario: quandoq; tempus, quo promiſſum eſt ſiſti. ff. ſi quis cau. qui autẽ. §. illud. quandoque conteſtationis, vt hic. propterea dicit Vinc. in hoc
2 dicendum, ꝙ cum † principaliter aliquid petitur quod ſolui debeat vel fieri: ſiue petatur ipſum vel eius æſtimatio, vel intereſſe ex contractu bonæ fidei, vel ſtricti iuris, gñale eſt. i. regulare tempus litis conteſt. ſpectari: niſi de loco vel tempore certo conuentum ſit: quia tunc illa ſpectantur. ꝓbantur hęc. ff. ſi cer. peta. vinum. de tricaria l. pen. de actio. empt. ratio. §. ſi per venditorem. de reg. iur. ſi kalendis. de verbo. oblig. eum qui kalendis, & hoc niſi mora purgetur, de locato potuit, & ab hac generalitate cum dicitur ſpectari tempus litis conteſtatæ, excipitur caſus. ff. mandati hominem. vbi inſpicitur tempus ſolutionis, & ff. de edendo. l. vbi. & l. quæ aũt. §. illud. vbi ſpectatur tp̃s quo ſiſti promittitur, & hæc quædam alia dicit Vin. interferens, qñ veniant fructus. in quo diſtinguit, ꝙ aut petit quis qđ ſuum eſt, & veniunt a tempore moræ etiam ante litem conteſt. licet ſecus ſit in vſuris, quæ non veniunt. C. de ꝯdictione indebiti. l. 1. niſi ſint arbitrariæ: vel in legatis & fideicommiſſis, quæ fauore vltimæ voluntatis cenſentur bonæ fidei. ff. de acquiren. rerũ domi. quæſitum. Aut petit quis quod nunquam fuit ſuum, & tunc veniunt fructus ſolum a tempore litis conteſtatæ. de iſtis fructibus quomodo veniant, dixi de reſti. ſpol. grauis. Quæro in eo ꝙ dicit nunciationem noui operis fuiſſe factam per lapillum: an alio modo fieri poſſit. Solu. dic, ꝙ ſic: quia fit etiam verbo. quod dic, vt in glo. ſecunda. & in ca. ibi conſtituitur. nõ de nouo, ſi prius non erat, & ibi intellige ſecundum Innoc. & bi latenter, vel forte caſu.

SVMMARIVM.

1 *Legatus poteſt facere ſtatuta.*
2 *Fraudes dicuntur prohibitæ.*
3 *Statutary an poſſint ſtatuta interpretari, ſi poſtea oritur ambiguitas.*

EX parte. Conſtitutio legati de ſoluenda tertia mortuariorum epiſcopo, intelligi debet de his mortuarijs, de quibus de iure debetur, vel generalius. Diſpoſitio de parte mortuariorum alicui ſoluenda, in dubio intelligitur de mortuarijs, de q̃bus de iure communi debetur. Communis diuiſio. ſecunda
1 ibi, cum igitur. Nota, quod legatus † poteſt facere ſtatuta.[a]
a quod dic, vt in glo. 1. & in ca. in fine. facit ergo conſtitutio, qđ facere poterat conſuetudo per iura prædicta. An autem conſtitutio legati poſſit tollere ius commune, dic, quòd nõ. quod dixi de offic. archiepiſcop. cap. fin. Nota de innouatione. in verbo innouari. ſimile de treuga. & pace. cap. 2. de loca. cap. 1. Nota, quòd legatum prælato, intelligitur legatum eccleſiæ: ibi, vobis & eccleſijs, quod tamen dic, vt ſupra de teſta. requiſiſti.
2 Nota fraudes † prohibendas. de hoc in gloſ. ſi. probatur autem fraus p ꝯiecturas. de renun. cap. ſecundo, lib. 6. Oppono primo in eo quod legatus ſtatuit de tertia deducenda: cum potius debeat attendi conſuetudo. de ſepul. certificari. Solu. vt in gl. 1. ad fin. & dic, quòd forſan talis erat conſuetudo, vel etiam ſi non erat in hoc conſuetudo, potuit hoc operari conſtitutio, vt dixi in primo notabili, quod nota. Oppono ſecundo, quòd de dato pro luminarijs deducatur portio. ſupra eodem. cum inter. Solu. vt ibi dixi. Oppono tertio ad idem de clementin. dudum. de ſepultu. Solutio ibi de prædicatoribus, & minoribus, qui de omnibus ſoluunt canonicam. de alijs ſecus, vt hic. Oppono quarto, quod Cardinales de quibus hic, non potuerint interpretari conſtitutiones ſuas poſt depoſitam legationem: ſicut nec iudex interpretatur factum a ſe poſt depoſitũ officium. digeſt. de offic. præfecti vrbis. l. fin. Soluit Hoſtien. ꝙ iſta interpretatio habuit vires, ꝑpter ratificationem Papæ ibi, ratam habentes. alias non teneret, niſi de conſenſu partium facta eſſet. ff. de re iudi. ſi conuenerit. de noui oper. nunc. l. 1. & §. poſt operis: vel niſi a ſuperiore hæc poteſtas detur, vel ratificetur. vt hic & de offic. dele. paſtoralis. §. præterea, ſed durante officio poſſunt, vt in iuribus allegatis in gl. 2. & tunc debet interpretari partibus præſentibus. ſup. eod. in his. quod dic, vt di-
3 xi. ſ. eod. olim. Inducuntur hæc ad quæſtionem, an † ſtatutarij electi ad condenda ſtatuta poſſint illa interpretari, ſi poſtea oritur ambiguitas, in qua dicit Ioann. And. ꝙ non, tanquam ſuo officio functi. de offic. deleg. in literis. ſed hi, quorum authoritate ſtatuerunt, interprætari poſſunt. ff. de in litem iu. videamus. §. vlti. & l. 2. ad hoc. C. de legibus humanum. Oppono quinto ad hoc. ff. de ori. iuris. l. 2. §. exactis. Sol. ibi durabat officium illorum. Oppon. ſexto ad idem, quia eius eſt interpretari, qui condidit. de ſent. excom. inter alia. Sol. condidiſſe dicitur is, cuius authoritate fit. de reg. iur. qui facit. libro ſexto.

ADDITIO.

a Statuta. Adde glo. ſummæ. 17. diſt. doc. in cap. quòd tranſlationem, de offic. leg doct. in cap. 1. eodem tit. lib. 6. Et vide ſup. in cap. ſuper quibuſdam. §. cum allegata. num. 1. vbi idem dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum appellatione, an veniant maiora.*

TVa. In priuilegio de percipiendis fructibus beneficiorũ, appellatio beneficiorum maiora beneficia cõprehendit. Cõis diuiſio. ſecunda ibi, nos
1 igitur. Fructus. nõ dicit beneficia, & pro hoc quod
a not. de reſcripti. ſi propter. Oppon. primo, ꝙ noĩe beneficiorũ[a] non veniant maiora. de præben. c. ſi. Sol. interpretatio procedit in hoc caſu, in quo priuilegium fuit nõ odioſum. ꝓ hoc quod dr̃ in textu. ibi hoc caſu. Sed ſi ageretur de præiudicio graui alicuius priuati, fieret ſtricta interpretatio. C. ſi ꝯ ius, vel vti. pu. l. quotiens. de priuil. paſtoralis. vbi de hoc. Item hoc fuit beneficium potius, quàm priuilegium. ꝓ hoc quod dixi. ſ. eo. olim. Ex hoc infert gloſ. vlt. quod verbum indefinite poſitum generaliter accipitur. Ad quod opponit ibi argu. contra, & non ſoluit. Sed dic, vt not. de elec. vt circa, in gl. omnium. lib. 6. & ſup. de priuileg. quia circa. vbi dixi. per hęc infertur ad priuilegia,
quæ

ADDITIO.

a Nomine beneficiorum. Adde cap. fin. de præben. glo. in cap. 1. de rerum permut. lib. 6. Innocen. & Hoſtien. in cap. cum olim, de præben. Archid. in ca. ſi eo tempore, de reſcript. lib. 6.

quæ ſolent concedi ſtudijs, p quæ ſtudentes percipere poſſunt fructus beneficiorum ſuorum, ac ſi eſſent præſentes, quod habent ſtudentes hic, de quibus beneficijs debet intelligi. dic, ꝙ de omnibus etiam maioribus, quia eſt potius beneficium, ꝙ priuilegium per prædicta. Oppon. ſecundo ad hoc, quia interpretando ſic large datur materia vacationis, quæ vitari debet. de elec. ne pro defectu. So. dicit Inn. aliquos exponere verbum maiora. ideſt pinguiora. non autem, vt per hoc cōprehendant dignitates: ſed dicit Inno. attenta propria ſignificatione etiam dignitatis comprehendi. quod tenet Hoſt. dicens illorum interpretationem repugnare declarationi huius ca. Ad illud de vacatione, dic ſecundum Vinc. Abb. & Hoſt. ꝙ hic indulgentia non impedit collationem beneficij, quod cōferendum eſt cum aliquo emolumento. quod dic, vt de offi. ordinarij, præſenti. §. porro. lib. 6. & in extrauagan. Suſcepti. Ioannis 22. Ad prædicta quod not. in dict. cap. fin. de præben. Quæro, an hæc indulgentia comprehendat caſum, in quo per mortem inſtituti non vacat beneficium. Exemplum de conſtit. cum acceſſiſſent. dicunt Vinc. Pet. & Abb. ꝙ non. Item ſecundum eos non procedit hęc indulgentia in epiſcopatibus. de conceſ. pręben. dilectus. etiam ſi haberetur in prouincia. Oppono tertio ad hoc de præben. quamuis. 1. in fi. de præbend. lib. 6. Solu. licet comprehendat canonias eccleſiarum cathedralium, vt ibi, nō tamen epiſcopatus. Sed an comprehendit præbendas laicorum. Exemplum de inſtitutionibus in eccleſia, dicunt prædicti, quòd non. Item non comprehendit præbendam, quæ debetur expectanti primum: tum quia expectans eſt prior, tū quia ſpiritualius eſt primum quàm ſecundum. de offic. lega. ſtuduiſti. quod tenet Archidiac. de reſcript. ſi propter. libro 6. ſed ego ibi tenui contrarium, ꝙ gratia de qua hic. & in dicto c. ſi propter. extēditur ad beneficia etiam vacantia ex cauſa permutationis: vt ibi not. ergo fortius ad vacantia alio modo. q̄uis enim ſint impetrata & debeantur expectantibus: non per hoc tollitur, quin ſit locus indulgentiæ, de qua hic: per quam non tollitur executio gratiæ expectantis, ſed ſolum in aliquo impeditur expectans quo ad conſecutionem plenariam fructuum, quod dixi plenius in dict. cap. ſi propter. Quid ſi quis ordinatus eſt clericus ad titulum patrimonij? dic, quòd ad hunc titulum non extenditur hæc indulgentia. pro hoc quod not. de præben. tuis. Quid in beneficijs commendatis. dicit Vincen. idem. quia qui commendam conceſſit, purgat tempus vacationis. vnde etiam tunc differtur electio. 28. diſtin. de ſyracuſanæ. pro hoc quod not. de elec. nemo deinceps. lib. 6. in gloſ. verbo commendare. Ego autem ſupra de accuſa. ſi confiterit. tenui, quod beneficium commendatum vacet. quod dic, vt ibi dixi. & ſecundum hoc locus eſt huic indulgentiæ. Quid ſi epiſcopus reſtituit depoſitum ad beneficiū. dicit Vin. quod non eſt locus huic indulgentiæ. alias oporteret reſtitutum expectare biennio. dic contra per id quod not. de reſcript. quamuis. lib. 6. intelligitur enim fieri reſtitutio ſine præiudicio iuris alteri legitime quæſiti. Quid in beneficijs exemptis? dicit Archid. in dict. cap. ſi propter. quòd in eis non procedit hæc indulgentia. Ioann. And. tenet ibi contrarium: quia ſi extraneus ab epiſcopo impetraſſet, non eſſet maior ratio, quare habet fructus beneficiorum non exemptorum, quàm exemptorum: ergo idem in epiſcopo. quod etiam tenui in d. cap. ſi propter. Quæro quomodo computabitur biennium, de quo in textu. dicit Vinc. ꝙ ab initio vacationis cuiuſcunque beneficij. quod dic verum, niſi verba priuilegij aliud ſonarent, & de hoc in d. cap. ſi propter. Quæro, an inferior a Papa poſſet hanc indulgentiam concedere. glo. in dict. capit. ſi propter. in glo. in verbo concedimus. dicit quod ſic. & hoc verum de quolibet ordinario. de quo dic, vt ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus cum capitulo an poſſit minuere numerum canonicorum.*

TRanſmiſſæ. Verbum moderationis, diminutionem continet, non augmentum. Communis diuiſio. ſecunda ibi, quocirca. Nota, ꝙ numerus deſeruientium in eccleſia debet conſtitui iuxta facultates eccleſiæ de hoc in glo. 1. & in ea ibi. §. in perſona. vbi circa perſonam illius, a quo ſunt alimēta relicta, ſuper quibus vult tranſigere, quæritur quarum ſit facultatum, cuius propoſiti, & cuius opinionis. Not. ſummariū, & ratio huius colligitur ex gl. 4. Interdum autem moderamē ſumitur pro gubernatione. C. mandati. in re mandata. Not. ꝙ qui poteſt minuere, non poteſt augere: & ſic contrariorum non eſt eadem diſciplina, & hoc operatur forma mandati, vt hic in gl. 4. pro hoc quod not. in regula qui ſentit. lib. 6. Oppono primo, quia licet facultates non eſſent diminutæ, poteſt eſſe ꝙ ab initio non fuerunt ſufficientes: & Papæ narratum fuerat non ſolum, quòd facultates non ſufficiebant, ad hoc de cōſtit. cum omnes. in fin. Sol. Hoſt. in textu ibi, non ſunt diminutæ. ſupplet nec inſufficientes. ſecundum Innoc. dicit interpretandum canonicorum dictum, vt videantur verum dixiſſe, ꝙ non ſufficiebāt facultates propter diminutionem. ſi eſt diminutæ non erant & hoc Papæ dixiſſent, nunquam literas dediſſet. ar. de conſti. cum M. ff. de conſti. princ. in nobis. quod procedit habito reſpectu ad id, quod cōiter fieri conſueuit, & quod fieri debet, ſed quia contingere poteſt quod dixi opponendo, verior videretur ſolutio Hoſt. tamen, quia in dubio præſumi debet ab initio fuiſſe numerum inſtitutum ſecundum facultates: dico, ꝙ ſi aliud non conſtitit Papæ, mandando in forma præmiſſa, intelligitur mandare ſolum in caſu, in quo facultates non ſufficiant pp diminutionem ſuperuenientem, & ſic intelligendo, prout etiam ſentit Inn. eſt hoc valde notabile, & bene probatur hic in deciſione, ſed in prin. c. ibi nos vero. probatur ꝯrium. primum tñ verius puto per pręd. Oppono 2. ꝙ commiſſarij non poſſint conuertere augmentum in vtilitatē eccleſiæ, cum hoc non fuerit eis commiſſum. Soluit Inn. ꝙ hoc faciunt ex vi ſecundi mandati. Quæro de rōne dubitandi. Sol. per id quod dr̄ in gl. 2. & 3. & in gl. 2. ibi reducendus. qn̄q; non tenet inſtitutio, alias receptio ipſo iure. de ſta. regula. ca. vno. §. 1. lib. 6. Quæro in eo quod dicit augmentum conuertēdum in vtilitatem eccleſię, de qua vtilitate intelligitur. Sol. dicunt Phil. & Goſ. ꝙ forte nomine eccleſię intelligit prelatum & canonicos. ꝫ. eo. cum clerici. Vel hoc dictum eſt: quia quicquid ſupereſt neceſſitatibus clericorum, erogādum eſt in pias cauſas. 12 q. 1. quia tua. Et per hoc inferunt, ꝙ ep̄s tertiam deputatam fabricę ſibi non reſeruabit, quamuis eccleſia reparatione non indigeat: ſed conuertet in vtilitatem eccleſię. 12. q. 2. vobis. in fin. Oppon. ad hoc 10. q. 3. vnio. vbi poteſt ſibi reſeruare. Sol. vt no. in gl. in verbo omnimodā. vbi dicit Hugutio, ꝙ ep̄s poteſt in ſuos vſus conuertere, ſi ſua non ſufficiunt: ſed ſi ſufficiunt, debet reſeruare futurę reparationi, vel in vtilitatē eccleſię expendere. & ꝙ ſimiliter facere debet de quarta pauperum, ſi pauperes non inueniuntur, quia debet reſeruare futuris pauperibus: vel in vtilitatem eccleſię expendere, & per hoc cap. vnicū, conſonat cum cap. vobis. dicit etiam epiſcopū poſſe recipere tertiam prędictam, qn̄ reliquum ſufficit presbytero eccleſię. alias non recipiet. pro hoc de pręben. extirpādę,
1 & hoc etiam tenet ibi Areli. † Quæro, an epiſcopus [a] cum ca-
a pitulo poſſit minuere numerum canonicorum & prębendarum, vel ſupprimere dignitatem. gl. 3. dicit hic, ꝙ non per hāc decre. quę facit ex eo, ꝙ hoc petitum fuit a Papa. ſed dic, ꝙ nō per hoc infertur inferiorem non poſſe. & dicunt Vinc. & Hoſt. ꝙ petitum fuit a Papa: quia hoc ſibi reſeruauerat: alias epiſcopus cum capitulo hoc potuiſſet. ſimile de iure patro. cum dilecti. vt lite pen. el 2. De hoc dic, vt dixi de conſti. cum acceſſiſſent. pro hoc tamen ꝙ Papa hic ſibi reſeruaſſet, facit finis literę ibi, donec duxerimus aliter diſponendum.

ADDITIO.

a An epiſcopus. Adde doc. in cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtit.

De regulis iuris. Rubrica.

Continua per ea, quę dixi ſupra in proœmio, & per id quod not. infra eo. tit. lib. 6. in gl. rubricę.

SVMMARIVM

1 *Conſenſu contractum an contrario diſſenſu diſſolui poſſit.*

OMnes. Quæro de exemplis huius regulę. Exemplifica per cap. pręterea. el 1. ꝫ. de ſponſa. Et dicit Hoſtien. non tantū in carnalibus ſponſalibus hoc locum habere, vt ibi: ſed etiam interdum in ſpiritualibus prout habetur de transla. cap. ſecundo. de regularibus ad apoſtolicam, vel exemplifica: vt hic in gl. in prin. Et ideo, quòd obligatio ſicut contrahitur conſenſu: ita contraria voluntate diſſoluitur, exemplifica in obligatione, quę verbis contrahitur, & contrarijs verbis tollitur. Et in venditione, locatione & alijs ſimilibus contractibus, qui ſicut cōſenſu cōtrahuntur, ſic re integra contrario diſſenſu diſſoluuntur. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. verſi. item dicemus. & l. ab emptione. alle. in gl. & hoc quando interuenit diſſenſus vtriuſque partis. alterius autem tantum diſſenſus non poteſt diſſoluere obligationem inter duos ꝯtam. C. de actu. & obl. ſicut. Item ſi interuenerat rei traditio, non ſufficit ꝯrius cōſenſus etiam vtriuſque: ſed requi-

Digitized by Google

ſed requiritur,contraria traditio.ideſt retraditio.dict.l.ab em-
1 ptione. Oppone,quia † matrimonium conſenſu contrahitur,
& tñ diſſenſu non diſſoluitur, vt in iuribus alleg. in gl.& de iu-
reiur.tuam.& de ſponſa.duorum.cap.ſi.quæ procedunt de car
nali matrimonio, & idem in ſpirituali quòad caſum de regu-
la.ſtatuimus,de translatione,c.2.& idem in omni voto, quod
per diſſenſum vouentis non tollitur. de voto,licet.& c.magnę.
Sol. gl.dicit, ꝙ fallit in matrimonio, & in aliquibus alijs caſib.
quos enumerat. Fallit etiam in caſibus prædictis. & eſt rō quo
ad omnes caſus: quia non pōt congrue interuenire ꝯrius act⁹.
ſicut & virginitas ſemel amiſſa non recuperatur. 32.q.5. ſi Pau
lus. ſpiritualiter autem quòad ſacramenta, per quæ imprimi-
tur caracter: de quibus hic in gloſ.ratio fallentiæ eſt: quia cara-
cter impreſſus tolli nequit ſm Hoſt. pro hoc quod not.de frigi.
fraternitatis. Quo vero ad matrimonium carnale ſpecialis
ratio eſt efficacia tributa matrimonio per deum inſtituētem
per illud, quos deus coniunxit &c. dict. capi. 2. de transla. Quò
ad alios caſus inductos pro contrarijs,ratio patet in eis. Oppo
ne ad idem & maxime ad exemplationem gl. quòd obligatio
contracta conſenſu non diſſoluatur per diſſenſum: quia ſi ſu-
per obligatione interuenit acceptilatio, non per hoc extingui
tur obligatio. Soluit gloſ. quòd obligatio tollitur alio modo,
ſcilicet poteſtate conuentionis, non natura ſui. quaſi dicat, ꝙ
acceptilatio cum ſit de iure ciuili, ſui natura non poteſt tolle-
re contractum iurisgentium, ſed poteſtate conuentionis. id
eſt vi pacti incluſi bene tollit, ſaltem pariendo exceptionem,
quod dic, vt dixi de renun. quòd in dubijs. Oppono primo ad
idem, quia poſſeſſio acquiritur corpore & animo, & tamen
ſolo animo perditur. ff. de acquir. poſ. poſſideri §. in amitten-
da. Soluit gl. ꝙ ciuilis poſſeſſio animo amittitur. ciuilis & cor-
poralis non. & idem Tan. Goſ. & Phil. Hoſtiē. dicit, ꝙ omnis
poſſeſſio ſolo animo perditur, ſi incipias ab animo: vt in §. a-
mittenda. Si incipias a corpore, requiritur corpus & animus.
l. quemadmodum. all. in gl. & ſic cum nunquam acquiratur
poſſeſſio niſi corpore & animo ſimul. dic. l. poſſideri, & quan-
doq; ſolo animo ꝑditur. vt in §. in amittēda. ſequitur, ꝙ facili⁹
perditur quàm acquiratur, pro hoc de translatione. c. 2. vbi di-
citur, ꝙ corporalia de difficili cōſtruuntur, & de facili deſtruū
tur. Simile in peculio, quod facilius amittitur, quam conſtrua
tur. ff. de peculio, non ſtatim. de preben. dudum. li. 6. vbi de hoc
in glo. penul. Et ſic videtur hoc eſſe contra hanc regulam, ſed
dic, ꝙ hic ſolum dicitur, quòd cauſæ ſufficientes ad conſtruē-
dum in contrarium tendentes deſtruunt: quod non tollitur ꝑ
hoc, quin & alijs modis facilioribus poſſit factum deſtrui. Op
pono ſecundo, quòd nullo modo poſſint eædem cauſæ con-
ſtituere & deſtruere, quia idem non poteſt operari contrarios
effectus. de baptiſmo debitum. Solu. dic in textu ibi per eaſdē
in contrarium agentes ſm Goſ. Oppono tertio, quia ſępe quis
poteſt ligare, qui non pōt abſoluere. de maio. & obe. cum infe
rior. Sol. fallit regula ſm Hoſtien. in caſibus illis, & in reconci-
liatione & abſolutione excommunicationis. de ſenten. excō.
cum deſideres. Et quòad omnia prædicta dic regulam iſtam
generaliter procedere: & in caſibus contrarijs prædictis, vel ſi-
milibus ratio ſpecialis patet in eis.

SVMMARIVM.

1 *Miſericordes eſſe debemus.*
2 *Coniectura non eſt locus in rebus certis.*

EStote. In actibus indifferentibus ad bonum &
malum, in partem meliorem eſt inter
pretandum. Miſericordes. Luc. 6. Scriptum. Mat-
1 thæi 7. † Nota, quòd debemus eſſe miſericordes.
Nota, quòd ex operibus præſumimus de qualitate operantis.
de præſum. ex ſtudijs. Nota illud ex fructibus eorum &c. No-
2 ta, quòd in rebus certis † non eſt locus coniecturis: vt hic in
verbo de manifeſta. & ff. de verbor. obligat. continuus. Nota
quædam nō poſſe cenſeri niſi in malam partem, de quibus in
textu. & quod dicit de ſtupro, probatur. ff. de verborum ſigni-
ficat. probrum. Quæro de exemplis regulæ. Solu. exemplifi-
ca per cap. & ſi quęſtiones. de ſimon. Oppono primo, quòd
expoſitio Bedæ, quæ taliter incipit ibi, hoc loco, non conue-
nit textui, quem exponit. Solu. ſupple ad textum, quod dicit
gloſ. 1. & ſic minus perfecte fuit facta deciſio. Oppono ſecun-
do, quod in dubio non interpretemur in partem meliorem.
11. quæſt. 3. abſit. vbi de hoc. de elec. Oſius. de cle. non reſid. c.
1. Soluit Vincē. quòd in contrarijs vehementior eſt præſum-
ptio pro parte auſtera, quàm pro benigna. Oppono tertio ad
idem de pœni. diſt. 7. baptizatus. alias eſt verſi. ſub cap. nullus.
Soluit Vincent. eodem modo, & ſic ſtat regula, cum non eſt
maior præſumptio pro vna parte, quam pro reliqua, & con-
cordat regula. ff. de regu. iur. ſemper in dubijs. Oppono quar-
to, quòd de factis alterius non ſit iudicandum. 6. quæſt. 2. ſi tā-
tum, & cap. placuit, ſupra de offic. ordin. ſi ſacerdos. Sol. ver-
bum manifeſtis, quod eſt in textu, ſoluit contraria, quæ loquū-
tur de occultis.

QVi ſcandalizauerit. Exemplifica per
capit. magnæ,
de voto &c. Matthæi 17. Marci 9. vtilius. verba Be
dæ, & ſtat aduerbialiter. Oppono primo, quod ve-
a ritas poſſit omitti propter ſcandalum.[a] 50. diſt. vt conſtitueré-
tur. Sol. vt in gloſ. Et in ea ibi Sane. & de hoc per gloſ. 44. diſt.
comeſſationes, & de renunc. niſi. §. pro graui. & de tempor.
ordin. ſane. in quibus duobus capitul. gloſ. tenet contrarium
eius quod hic dicit de veritate iuſtitiæ, ſed hæc verior, quod
dixi in dicto §. pro graui.

ADDITIO.

a Propter ſcandalum. Adde Card. in cle. 1. in 1. q. de immu. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſitas excuſat a peccato.*

QVod non eſt. In ſuperſcriptione ibi Mar
cum 2. cap. ibi nunquid le-
giſtis quid fecerit Dauid, quando neceſſitatem ha
buit & eſuriuit. ſuper quibus verbis eſt gloſ. Bedæ,
quæ hic ponitur quod non eſt &c. & eadem verba Euangelij
Lucæ 6. Matthæi 7. & habetur hiſtoria primi regum 21. Con-
cedit enim Dauid panes propoſitionis: vt hic in gloſ. qui fie-
bant de ſimilagine. ideſt de ſiniore farina. 1. quæſt. 1. per Iſaiā.
in princ. de quibus cum darentur pro oblatione, nō licebat pa-
ſcere familiam: vt no. 10. quæſt. 1. hanc conſuetudinem, & de
his panibus primi Regum 21. In textu ibi pręceptum. Exodi
20. pugnant. ſecundi Machabeorum vltimo. primo tamen de-
tulerant ſabbato. ſecundi Machabeorum 8. Fregerit. frange-
re aliud eſt, quàm ſoluere, vt not. de obſeruat. ieiuniorum, ſu-
ꝑ rubrica. Quæro de exemplis regulæ. Sol. exemplifica de fęmi
nis prohibitis agere pro alijs. ff. de procur. fœminas. quæ tamē
agunt pro parentibus morbo, vel ætate impeditis, ſi non ha-
bent alium per quem agant vt ibi. Item proconſul, qui nō po-
teſt demandare iuriſdictionem in prouincia priuſquam ingre
diatur prouinciā, hoc poteſt ſi ex neceſſitate detinetur in via,
1 ff. de offic. procon. aliquando. Not. ꝙ † neceſſitas excuſat a pec
cato. & merito, quia eſt contraria voluntatis ſpontaneæ. ff. ꝙ
metus cauſa. l. 1. peccatum autem eſt adeo voluntarium, ꝙ ſi
non eſt voluntarium, non eſt peccatum. 15. q. 1. §. & c. illa.

SVMMARIVM.

1 *Facta per vim an ſint nulla, vel reuocanda.*

QVod latenter. Latenter. de reſtitutione
ſpol. olim 1. ibi per vim,
ſupra, quod metus cauſa, ad audientiam, ibi, illici-
1 te, de ſimon. qui alium. Oppono primo, quòd †
facta per vim non ſint nulla, ſed reuocanda, quod metus cau-
ſa, abbas. Solut. vt ibi notā. quia quandoque tenent, ſed reuo-
cantur, quandoque ſunt nulla, vt ibi not. Quæro in eo quòd
dicit gloſ. 1. quòd ſeruitium præſtitum prælato per ſubditum
per vim, non præiudicat in futurum. Quid ſi pręlatus allegat
ſe percepiſſe a tempore, cuius contrarij non eſt memoria? di-
cit Hoſtien. attendendum, an gratis, pacifice & quiete perce-
perit: an clam, violenter, & illicite. primo caſu obtinebit, ſupra
titul. prim. ſuper quibuſdam. Secundo caſu ſuccumbet: vt hic.
& ſupra de cenſi. peruenit, vbi multa iura ad hoc allegantur.
Quid in caſu dubio? dicit Hoſtien. iudicandum pro ſubdito,
quaſi pręſumatur inuitus ab initio pręſtitiſſe. ff. de proba. cum
de indebito. de donat. filius. nam & ſi pignora capiantur, vel
redimantur, vel ſubditi probabiliter timeant, & vexationem
ſuam redimant, per talem præſtationem ius non acquiritur,
vt hic, & infra qui ex timore. Cod. quod metus cauſa l. penul.
de reſtitut. ſpol. olim. 3. dicit tamen Hoſtien. arg. eſſe pro do-
minis, de donat. cap. 1. de teſtamentis cum in officijs, ſed pro
& contra 14. quæſtione quinta, ſane. dic melius quòad vtram-
que quæſtionem attendi debere naturam actus geſti: an iure
facultatis ſeu cuiuſdam liberalitatis ſoleat concedi, an non.
dic, vt dixi de poſtula. bonæ. 2. & de cauſa poſ. cum eccleſia,
& in dict. cap. peruenit.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri an quis poſſit præcedente præſumptione.*
2 *Quæſtio quid ſit.*
3 *Indicium quid ſit.*
4 *Indicia plura an requirantur ad torturam.*
5 *Indicia ſufficientia ad torturam quæ dicantur.*
6 *Indicia an poſſint per reum reprobari.*
7 *Indicia qualiter debent probari.*
8 *Homines qui poſſint torqueri.*
9 *Clerici an eo modo poſſint torqueri, quo laici.*
10 *Statuliberi quomodo & quando poſſint torqueri.*
11 *Serui quomodo & quando torqueantur.*
12 *Confeſſio facta in tormentis an valeat.*
13 *Tortus ſemel, an iterum poſſit torqueri.*

CVm in contemplatione. Nulla præ-
ſumptione præcedente non eſt quis torquendus.
hoc dictum cum gloſ. Nota ex hoc, quod præce-
1 dente præſumptione † poteſt quis torqueri: & nomine præ-
ſumptionis, quid intelligatur, dico infra quæſtione 2. & 7. ſe-
quentibus. Et ſic quando quis eſt ſuſpectus, torqueri poteſt.
ſupra de depoſito. capit. 1. & quod ibi not. gloſ. in verbo quæ-
ſtionibus. Oppono primo de cap. illi qui. 5. quæſt. 5. Sol. potius
cõcordat: quia ibi permittitur ſuſpectos torqueri, & ſic de nõ
ſuſpectis prohibetur. quia vero parum habetur in iure canoni
co de materia quæſtionum ſeu torturæ: ideo Ioann. And. hic
ampliauit. & ego etiam vltra per eum dicta ampliando proſe-
quor. Quæro itaque de pluribus. primo quid ſit quæſtio, &
quid tormentum. ſecundo quando ad hæc procedi poſſit. ter-
tio in quibus caſibus. quarto qui poſſint torqueri. quinto quo
tiens poſſit tortura fieri de eodem. ſexto de quæſtionis effe-
2 ctu. † Ad primum quid ſit quæſtio. dic, quòd eſt veritatis in-
quiſitio per tormenta. ſupra depoſiti. cap. 1. de accuſa. ſi con-
ſtiterit. Apertius. ff. de iniurijs. Item apud Labeonem. §. quæ-
ſtionem. Ad Sillanianum. l. 1. §. quęſtionem. Nuda enim inter
rogatio vel leuis territio ad hoc edictum non pertinet. Tor-
mentum autem dicitur dolor corporis, & mala manſio. vnde
& ieiunia ſunt tormenta, vt no. de hæreticis clemẽt. 1 Eſt ergo
tormentum torquens mentem. dictum a torqueo torques.
Quæro ſecundo, quando & qualiter poſſit ad quęſtiones, vel
tormenta procedi. dic, quòd cum non ſit inchoandum a quę-
ſtionibus, vt hic & in concordantijs allegatis in gl. & pro hoc.
ff. de quęſtionibus. l. ex libero. duo requiruntur. Primũ, quòd
alijs probationibus veritas haberi non poſſit. quęſtiones enim
ſunt in ſubſidium introductæ, 5. quæſtio. 5. illi qui. C. de quæ-
ſtionibus. l. quotiens. ff. de quæſtionibus. l. diuus. Secundum, ꝙ
præcedant indicia ſuper illo facto ff. de quæſtionibus. l. 1. & l.
ſed & ſi vnius. §. in ea cauſa. C. eodem. l. milites, & quod dixi in
dicta gloſ. hic & 15. quæſt. 6. in ſumma. & cap. 1. dicit præſum-
ptionem, & per hoc dicit Ioan. And. quod cum quæritur quæ
indicia ſint ſufficientia, relinquitur examinationi iudicis: quia
iure ſcripto determinari, vel certa doctrina dari non poteſt. ſic
infra de reſcript. ſtatutum, §. aſſeſſorem. de elec. cupientes, poſt
princ. lib. 6. ff. de teſti. l. 3. & hoc tenet Bart. ff. de quæſtionibus.
l. fin. Quidam tamen dicunt, quòd debent eſſe indicia, quæ fa-
ciant ſemiplenam probationem, quod non procedit: quia in
criminalibus vnus ſolus teſtis non facit ſemiplenam: vt no. ff.
de excuſa. tu. l. 2. facit tamen competens indicium, vt no. Azo
in ſumma. eod. tit. Oppon. primo ad hoc. ff. de quæſtionibus. l.
maritus. Soluit Ioann. And. quod proxime dictum intelligit,
dummodo aliæ circunſtantiæ non reſiſtant. & quòd in illa l.
non fuit quæſtio reprobata, quia vnus teſtis non faceret indi-
cium: ſed quia ancilla in pecuniaria cauſa non debebat etiam
cum indicijs in dominum torqueri: vt ibi etiam not. in gl. pe-
nultima, & patet. C. eod. l. 1. niſi vbi de facto ſuo ageretur: vt
quia diceretur per ſeruum, vel ancillam factum eſſe depoſitũ,
vel commodatum. C. de quæſtionibus, interrogari. per hoc di-
cit Ioan. And. quòd iudex attendet illa, quæ ſuſpitionem & p̄-
ſumptionem faciunt: vt famam, inimicitias, minas, fugam, &
ſimilia. Ex quibus collige, an ſit locus torturæ, quam etiam ei
facere debet iudex moderatam, non quantam poſtulat accu-
ſator. ff. de quæſtionibus. de minore. §. tormenta. & non debet
quęri, an talis puta Titius commiſerit, ſed quis commiſerit: ne
plus videatur ſuggerens quam quærens. ff. eo. l. 1. §. qui quęſtio
nem, & debet prius fieri tortura de ſuſpectiſſimo & timidiſſi-
mo, a quo melius & facilius credatur eruenda veritas. ff. de q̄-
ſtionibus. l. 1. §. 1. & l. vnius. 1. reſponſo. hoc not. C. eod. l. fin. Sed
in eo, quod dicit vnum teſtem non facere ſemiplenam in cri-
minalibus. dic contra: quia duo faciunt plenam: cum in ore
duorum &c. de teſti. licet. el 1. de teſtamentis, relatum, & capi.
cum eſſes, & gl. in l. 2. ff. de excuſa. tutorum. §. inducta. non ob-
ſtat: quia cum dicit duas præſumptiones cum alijs indicijs fa-
cere plenam probationem, nõ debet intelligi de præſumptio-
nibus, quarum ſingulæ facerent ſemiplenam: ſed de alijs quę
non faciunt per ſe ſemiplenam: vt ſi eſt vnus teſtis familiaris,
qui facit indicium: vt not gloſ. ff. de teſti. l. 1. & quòd duæ prę-
ſumptiones etiam diuerſæ ſpeciei circa idem concurrentes, fa
ciant plenam probationem, not. gloſ. ff. de teſti. l. 3. §. eiuſdem.
vbi dicit, quod fama cum alio facit plenam probationem, &
illa gloſ. ſecundum Raynerum non eſt alibi. dicit enim ibi, ꝙ
fama per ſe ſolam facit deferri iuramentum: ita tamen quòd
ſit probata per duos teſtes. dicit etiam ibi, ꝙ per duos teſtes fit
plena probatio quod probatur: vt ſupr. per iura præalleg. & ff.
3 de teſti. vbi numerus. † Circa hoc quęro in eo quòd dixi de in-
a dicijs: quid eſt indicium.[a] gloſ. ff. de proba. cum probatio. di-
cit quod eſt minus, quàm ſemiplena probatio. cuius contra-
rium videtur ſentire gloſ. ff. de quæſtionibus. l. maritus. iuncta
gloſ. l. primę. ff. de teſti. Inde quod dicit, quod indicium fit per
teſtem familiarem. dic, vt dixi de præſumpt. literas. quia hæc
vocabula, indicium, præſumptio, coniectura, argumentum,
& ſimilia. aliquando accipiuntur promiſcue. Quæro an requi
4 rantur plura † indicia: an ſufficiat vnum ad torturã. dicit Bart.
ff. de quæſtionibus. l. fin. quod hoc eſt in arbitrio iudicis. nam
poſſet eſſe indicium tale, quod ſolum ſufficeret: vt per vnum
bonum teſtem qui facit indicium ſufficiens, vt prædixi. & pro
batur. ff. de quæſtionibus. l. 1. §. idem Cornelio. vel confeſſio ip-
ſius rei extra iudicium: quæ ſufficit pro indicio, vt torqueatur.
ff. de adulterijs. l. capite quinto. vbi de hoc eſt glo. notabilis. Sic
etiam poteſt eſſe indicium ita remotum, quod non ſufficeret:
vt ſi eſt homo malæ conditionis, per hoc ſurgit indicium qua
lequale. ff. de quæſtionibus. l. de minore. §. penult. non tamen
ſufficeret hoc ad torturam ſine alijs indicijs, ſed cum alijs ſic:
vt ſi etiam conuerſabatur in domo vbi commiſſum eſt deli-
ctum. ff. locati. dominus horreorum. Quæro quæ propriè ſunt
5 indicia † ſpecialia, vel generalia ſufficientia ad torturam.[b] Sol.
b ſecundum varietatem rerum ſeu delictorum varia ſurgũt in-
dicia: ſicut etiam variæ ſunt coniecturæ. ad hoc de ſimo. & ſi
quæſtiones. poteſt autem poni exemplum in aliquibus ſpecia-
libus delictis, vt pone accuſatur quis de furto, indicium eſt, ſi
eſt malæ famæ, & conſuetus furari. ff. de re militari. non om-
nes. §. a Barbaris ad hoc de depoſito. cap. 1. & ſi eſt vicinus, qui
præſumitur habere noticiam domus de præſumpt. quoſdam.
& ſi conuerſabatur in domo. dict. l. dominus horreorum. vel ſi
poſt factum furtum aufugit: vel latuit. ff. ad Sillanianum. l. le-
ge Cornelia, de præſum. nullus. vel ſi prius erat pauper, & vi-
detur nunc pecunias expendere, nec ſcitur vnde quęſiuit. arg.
l. quintus. ff. de dona. inter vi. & vxor. vel ſi res ſubtracta ſpecta
bat ad commodum ſuum, non alterius. C. de latina liber. tol.
l. prima. §. ſi quis inſtrumenta. vel res furtiua inuenta eſt penes
eum. C. de fur. l. ciuile. & l. incivilem. Per ſimile poteſt exem-
plificari in alijs delictis, vel caſibus, & de hoc per Bar. in dict. l.
fin. de quæſtionibus. Quæro, an de indicijs debet fieri copia
parti. dic, quod ſic. ff. de quæſtionibus. l. vnius. §. cogniturum,
quod tenet Bart. in dict. l. fin. Et pro hoc, quia poſſunt indicia
reprobari, vt dico in ſequenti quæſtione, quæ reprobatio tol-
6 leretur, ſi non daretur copia. Quæro, an indicia † poſſint per
eum reprobari. dic, quod ſic: cum nõ ſit ſibi auferenda defen-
ſio. de accuſa. qualiter. 2. §. debet, & pone exemplum in furto,
de quo dixi indicia ſupra ſecunda præcedenti quæſtione. quod
enim dixi eſſe indicium ſi eſt malæ famæ, poterit probari cõ-
trarium: vt quod ſit bonæ famæ, quod dixi de accuſat. cum
oporteat, & quod dixi ſi erat pauper, & non apparet vnde ac-
quiſiuit pecuniam, quam non videtur habere: poterit proba-
re vnde acquiſiuit, & ſic de ſimilibus. Quæro, an indicia ſuffi-
cientia pro tortura poſſint ſurgere contra non citatum. dic,
quod non. ad hoc. Cod. de teſtibus. leg. ſi quando, & dicto cap.
qualiter. ſecund. §. debet. quod tenet Barto. in dict. l. fin. & hoc
dicit indicia habita ſuper generali inquiſitione, quæ fit nullo
citato, non ſufficere ad torturam. Quæro qualiter debent pro-
7 bari † indicia. dic, quod per duos teſtes, quod notat glo. Cod.
familiæ erciſcundæ. leg. fina. & ff. de teſtibus. leg. 3. §. eiuſdem.
vbi dicit, quod fama debet probari per duos teſtes, quod etiã
ſupra dixi. Oppone ad hoc: quia duo teſtes plene probant:
vt ſupra dixi. non ergo faciunt ſolum indicium. Solut. ple-
ne pro-

ADDITIONES.

a Indicium. Concordat Ang. in auth. de nu. §. ſi vero vſuſfructus. col. 4. in l. cum probatio. ff. de proba. & quod indicium non ſufficit ad iuramentum in ſupplementum probationis vide Bald. in l. bonæ fidei. C. de rebus cred. item indicium debet probari per duos teſtes Bar. & Bal. in l. fi. C. famil. erciſ. Bar. in l. fin. de quæſt. Alexand. conſi. 179. 2. parte.

b Ad torturam. Adde Bar. in l. fi. ff. de quæſt. Saly. in l. fi. C. de quæſt.

Digitized by Google

ne probant, cum deponunt directe ſuper facto, & ſunt om-
ni exceptione maiores. ſed poteſt eſſe, quod deponunt ſu-
per aliquo de indicijs, de quibus ſupra dixi. & tunc tãtum pro-
bant indicium. Quæro tertio principaliter, in quibus cauſis ſit
locus quæſtioni & torturæ. dicit Cyn. in l. fi. C. de quæſtionib.
& Io. And. hic. quod tam in criminalibus, quam in ciuilibus.
C. de quæſtionibus. l. 3. & l. cum falſum. alias cum teſtamentũ.
& l. hoc. quod placet. ff. de quæſtionibus. l. diuus. de depoſito.
c. 1. de accuſ. ſi confitetur. de hæreticis clemen. 1. Quæro quar-
8 to principaliter. Qui homines † poſſint quæſtionari, vel torque-
ri. dicit Cy. in d. l. fi. ſupra de quæſtionibus. & Io. And. hic. quod
tres ſunt hominum conditiones, liberi, ſtatuliberi & ſerui. De
liberis dic, quod aut ſunt milites vel in dignitate conſtituti, &
non torquentur. C. de quæſtionibus. milites. & l. diuo. facit 45.
diſt. cum Beatus. per hoc dicunt quidam idem in clerico, cum
ſit miles cæleſtis. de cle. ægro. cap. primo, cum concor. Alij di-
cunt hoc verũ in presbytero ſolum. per l. presbyteri. C. de epi-
ſcopis & cle. canonizata 5. quæſt. 6. & facit quod not. 5. quæſt.
quinta, illi qui. Alij dicunt etiam ſacerdotem ſi eſt ſuſpectus
torqueri poſſe: quia lex, presbyteri, loquitur de non ſuſpecto,
vel coram iudice laico, cum enim ſacerdos plus alio peccet in
celando dicenda, vel publicando celãda. de excel. prçla. quam
ſit graue. 3. quæſt. 7. ſacerdos. ergo in hoc perdet priuilegium.
Et quod clerici poſſint torqueri, probatur. nam accuſatores e-
piſcoporum & teſtes torquentur. 2. quæſt. prima, in primis, di-
cto cap. illi qui. quo tamen caſu ſoli clerici admittuntur. 2. q.
7. ipſi teſtes. ſed non videtur hęc ratio procedere. quia liber ho-
mo non torquetur, niſi ſuſpectus. ff. de quæſtionibus ex libero.
at nullus ſuſpectus ad accuſandum admittitur. 2. quæſt. quin-
ta, accuſatoribus. & c. ſe. & quæſt. 8. cap. primo, de accu. repel-
lantur. & c. cum P. ergo nullus torquendus eſt admittendus.
Sol. dic, quod admitti poteſt in exceptis. d. c. cum P. de ſimo.
tanta. & cap. per tuas. vel quando accuſatus confiſus ſuę inno-
centiæ talem admiſit. arg. de teſti. ſpo. ca. primo, de hæret. cum
ex iniuncto. ad fin. Quidam tamen dicunt nullum clericum
torquendum, licet poſſit pro crimine verberari. 45. diſtin. cum
Beatus. leuiter tamen, ita quod nõ in ſanguinis vindictam. ne
cle. vel mo. ſententiam. de rapto. in archiepiſcopatu. Et ad iu-
ra contraria dicunt, quod loquuntur de laicis accuſatoribus,
& in criminibus exceptis ſecundum Innocen. qui nihil appro-
bat. & dicit Hoſti. quod adhuc remanet abſurditas. Epiſcopus
enim non poteſt accuſari, niſi in eccleſiaſtico foro. quia nec e-
tiam alius clericus. de iudi. clerici. de ſo. compet. ſi diligenti. er-
go cum accuſatores torquentur, patet in foro eccleſiaſtico lo-
cum eſſe torturæ. quod putat Hoſtien. verum non ſolum de
laicis, ſed etiam de clericis vilibus & ſuſpectis, dummodo ex
cauſa, & ſit quæſtio moderata. de crimine falſi, ad audiẽtiam.
de rapto. in archiepiſcopatu. & hoc eſt verum non ſolum cum
de crimine quęritur: ſed etiam ſi de pecunia agatur. dicto cap.
primo. de depoſito. ca. primo, vbi de hoc in gl. penul. vbi etiam
dicit Abb. nunquam reperit torqueri clericos, niſi ſint infa-
mes. quod eſt not. dignum. & talis erat clericus, de quo ibi. &
cum Hoſt. videtur concordare Arch. quinta quæſt. 6. presbyte-
ri. el primo, vbi dicit ſecundum Hug. quod in quibuſcunque
caſibus torquentur laici ad eruendam veritatem, torquentur
etiam clerici, ſi oportet, puta quia ſunt infames, vel ſponte cõ-
fitẽtes crimina aliorum, vel criminoſi, quorum teſtimonium
non debet recipi: ſed ſi neceſſitas cogit eos recipi, vt quia non
ſunt alię probationes, & crimen eſt magnum, primo torquẽ-
tur. alias non ſunt recipiendi. 4. quæſt. 3. Item ſi res. & idem ſen-
tit Bar. Brix. in dicto cap. presbyteri. in caſu, vbi dicit exponen-
dum vt leges præcipiunt, id eſt forte in quibus caſibus laici tor-
quentur & ipſi torquẽantur. Ego dico, quod aut quærimus de
clerico non ſacerdote. aut de ſacerdote. Secundo caſu locum
habet lex presbyteri. C. de epiſcopis & cle. præalleg. quæ dicit
presbyteros non torquendos pro teſtimonio dicendo. quod
intellige etiam ſi teſtificando vacillet. quod tenet Bald. in d. l.
presbyteri. quod confirmo, vt aliquod priuilegium cõferatur
presbyteris per illam l. & per diſtinctionem illius l. poſſet dici
presbyteros indiſtincte non torquendos pro teſtimonio. quod
videtur tenere Bar. ff. de quæſtionibus. l. ex libero. & eſt fauo-
rabilis intellectus in honorem ſacerdotij. tamen quia propter
delictum quis perdit priuilegium. ſupra. de ſent. ex. perpendi-
mus. & cap. cum non ab homine. tutius eſt intelligere l. pres-
byteri, de non infami. & de eo qui alias gaudet priuilegio cle-
ricali, vt ſic quod dicitur in d. l. presbyteri. intelligatur de pres-
byteris, qui recte dicuntur presbyteri, id eſt gaudentes priuile-
gio ſacerdotij. Si autem quærimus de non ſacerdote, dico qđ
quilibet clericus gaudens priuilegio clericali æquiparatur mi-
liti armatæ militiæ quo ad illa priuilegia, quorum clericus eſt
capax. vnde habet priuilegium, ne conueniatur niſi inquantum
facere poteſt, ſicut habet miles armatę militię. ff. de re iud. mi-
les in prin. vbi hoc tenet gl. quod dixi de clerico ægro. cap. 1.
Ideo cum de iure canonico non habeamus textus loquentes,
quando & quomodo torqueantur clerici: dico quod gaudent
priuilegio militum, vt ſicut regulariter miles non torquetur,
ita nec clericus. Sed fallit regula de milite in criminibus læſæ
maieſtatis, proditionis, & ſimilibus, vbi etiam minor ętas non
iuuat. ff. de re mili. deſertorem. §. is qui. & l. proditores. ff. de q̃-
ſtionibus, de minore. in princ. §. tormẽta, & l. ex libero. & idem
eſt in non militibus, qui ſunt in dignitate conſtituti. & proce-
dit hoc, niſi prædicti ſint ignominia miſſi, id eſt propter igno-
miniam expulſi de exercitu. C. de quæſtionibus, milites. & per
hoc dico, quod clerici infames non gaudent priuilegio, ne tor-
queantur, ſicut nec gaudẽt milites ignominioſi. hoc etiam pri-
uilegio militum & conſtitutorum in dignitate gaudent eorũ
filij & nepotes & ſic vlterius: dum tamen non præcedat eos a-
liqua perſona, quam macula pudoris aſpergit d. l. milites. & l.
diuo. & l. decuriones. & per hoc verificatur dictum Abbatis, q̃
ſupra dixi. & ſecundum hæc debent intelligi omnia iura. ſup.
pro vel contra ad hoc allegata. Opp. primo ad id, quod dixi in
dignitate conſtitutum puta decurionem non torqueri. d. l. ſi
quis decurio. C. de falſis. Sol. ibi torquetur decurio, ſi decurio-
natus tempore quæritur de fide inſtrumenti prius per eum cõ-
9 fecti. Quæro præſuppoſito caſu, in quo clerici † poſſint tor-
queri: an torquebuntur eo modo, quo laici. dicunt Huguno
Arch. 5. quęſt. 5. illi qui. quod in eccleſiaſtico foro non debent
fieri tormenta, quæ quandoque fiunt in ſeculari in quo homi-
nes quandoque ſubijciuntur equuleis, quod eſt genus tormen-
